inc 303 – D.254

Aure Soc . Ex Dono D. H. L Cat. Ins.

SICVTI ANTIQVARVM LECTIONVM COMMENTARIOS CONCINNA
RAT OLIM VINDEX CESELIVS, ITA NVNC EOSDEM PER INCVRIAM
INTERCEPTOS REPARAVIT LODOVICVS CAELIVS RHODIGI-
NVS, IN CORPORIS VNAM VELVT MOLEM AGGESTIS PRI-
MVM LINGVAE VTRIVSQVE FLORIBVS, MOX ADVOCATO
AD PARTES PLATONE ITEM, AC PLATONICIS OMNI-
BVS, NECNON ARISTOTELE AC HAERESEOS EIVSDEM
VIRIS ALIIS, SED ET THEOLOGORVM PLERISQVE,
AC IVRECONSVLTORVM, VT MEDICOS TACE-
AM, ET MATHESIN PROFESSOS. EX QVA VE-
LVT LECTIONIS FARRAGINE EXPLI-
CANTVR LINGVAE LATINAE LOCA,
QVAD RINGENTIS HAVD PAVCIO
RA FERÈ, VEL ALIIS INTACTA,
VEL PENSICVLATE PARVM
EXCVSSA. OPTO VALE
AQVI LEGES, LIVO-
RE POSITO, ΑΎΤΗ
ΓΑΡ' ΑΝΤΙΓΕ/
ΛΑΡΓΩΣΙΣ
ΙΚΑΝΗ.

BIBLIOTHÈQUE PUBLIQUE ORLÉANS



LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD CLARISS. D. IOANNEM GROLIERIVM, CHRISTIANISS. GALLORVM REGIS SECRETARIVM, NECNON INSVBRIAE PRIMARIVM QVAESTOREM PRAEFATIO.

VÆ SPLENDOR VITÆ IS EST, EA'QVE Illuſtris famæ celebritas Vir clariſſime, Non inter Gallos modo, in quibus natus es, & educatus, Sed & Italia tantumnon uniuerſa, Qua Superum interpatet, Inferum'q; Mare, ab Alpiũ radicibus ad Siculum fretum, Vt Doctiſſimus ut Quiſq; eſt, Ita imprimis Amicitiæ tuæ obſeruanter inſinuare ſe approperet. Quippe à Summis comprobatum Auctoribus, noſti, Beneuolentiam à Virtute duci imprimis, confoueri'q;, Ac inde coortã Gratiam haud fere' conſeneſcere unquam, areſcere'ue, Vt quæ à Virenti promanarit initio, Quod & menti ſuum adſciſcit nitorem, & Lætitiam cõparat præſignem. Id quod & Vates forſan nobilis ſub Poetico, uti aſ ſolet, inuolucro amplius perſpicienti ſignificat, ſic canens propemodum, Solis intonſa eſt Phœbo, Bacchoq; iuuentus. Quo ſane' factum, ut ipſe quoq; idem mihi petendum decus, conſtituerim, Sed reuerenter tamen, Et quod Parthorum Regibus patrii moris eſt, non citra munus, Quod eſt non abſq; Literario commercio. Sic enim concipio, Virtutem inenarrabili morum integritate conſtipatam, Quæ te omnibus ingerit admirandum, & amabilem præcipue, Viciſſim me tibi parte ſaltem aliqua conciliaturam, Quoniam hæc ſemper Animo tuo, capaci omnium, Numinis cuiuſdam loco fuerit. Nec ſane' fruſtratum iri me aut Voto prorſus exciſurum, opiner, Quando etiam ſi in illuſtri humanarum rerum faſtigio conſtitutus, Et, quod omnia exuperat, Maximi Regis Intimus, ac Inſubrum Quæſtor, Cũcto paulominus Terrarum orbi conſpicuum te pręſtas, eniteſcunt'q; Mentis altiſſimę Germina præclara, Nihilominus præmiti eſſe ingenio diceris, ac inter Gallorum ſplendidæ nobilitatis Viros Clementia, & affabilitate tanta, ut nunquam non uel ſortis poſtremę Hominibus pateas, renidens perpetuo, nec fere' hilarior, quàm ubi te adeat Quiſpiam tua uſurus munificentia, & naturæ diuinioris largitate incomparabili. Quippe imbibiſſe altius uideris, Eſſe Hominem Homini Deum, uel, ut græce dicam, ἄνθρωπον εἶναι ἀνθρώπου δαιμόνιον, Haberi'q; hanc ad felicitatem uiam cæteris omnibus munitiorem, Quando nõ aliam tenuere tot Galliarum Viri Principes, Sed imprimis tot, tanti'q; tuæ Gẽtis Proceres longe clariſſimi, Quo argumento illis Gloriæ cognomen adoptatum, haud ambigam. Quod ſi reluere cõnitatur Aliquis, in aliena laude, q̃ par eſt, ingenioſior, Suppetit ex eminẽtiſſimis Animi tui, omnia ſupereminentis dotibus, nitidiſſimo quodam ſplẽdore perfuſis Coniectatio euidẽs. Illud, quicquid eſt, In humanis rebus uideri auguſtiſſimũ, Vnde tam omnibus abſoluta numeris propagata Virtus ſit. Qua nunc & Ipſe cõpulſus, immo, ut ſyncerius agam, Blandiſſime allectus tibi me non quidem Amicum exhibeo (Neq; enim tua hoc patit' amplitudo) Sed clientulum plane', & hunc quoq; humilem. Quod uero in rerum fieri Cõmerciis a' Negotiantibus ſolet, Parario utimur, Qui tibi me & Doctiſſimo, & Omniũ fere' nobiliſſimo cõciliatum pergat. Nec alius omnino hic eſt futurus, q̃uti præſtruxims, Muſarum initiatus ſacris, Et ex Scientiæ profluẽs Theſauris. Etenim cum nuper Antiquarum Lectionum libellos, Quod maturuiſſe iam uiderentur ſatis, Vnguium incurſus diu perpeſſi, formis cuſos publicam facere materiam ſtatuiſſem, Tu mihi Vir præcellens, Vnus ex omnibus ſelectus maxime es, Cui Noui operis, arida modo, Vt ille ait, pumice expoliti munus oblatum uellem. Quod ea res imprimis tibi Nobilium ſcientiſſimo, & Scientum nobiliſſimo Animi mei ardorem in tui nominis propagationem, Quod mihi inſtar numinis eſt, abũde uidebatur explicatura. Equidem in Sanctariis humanis Animorum fœtura maius, ac Indicaturæ grauioris cenſuerim comprimi nihil, ſeruari'q;. Simul & nuncupatione iſtiuſmodi prorſum ani-

maduertebam fore, Tum ut ex amplitudinis tuæ quadam maiestate nostris libellis quippiam accederet auctoritatis, & gratiæ, Siquidem pleraq; ideo credi pretiosa, quoniam sint tẽplis dicata. Tum etiam Vt tanquam Deo quodam præside communiti aduersus omnẽ Virulentiæ reflatum, præsentia plurimum Iidem gestiant tua, sibi'q; in eo placeãt insignitius. Quando, uti a' Peripateticorum Principe traditum, nouimus, In humanis rebus nil fere' cogitari gratius queat Excellentioris Amici, ac Patroni fide præsenti. Quæ quidem ratio hanc mihi nuncupationem, uelut necessariam plane' uidetur expressisse. Quanquam a' Platonicis forsan hic decretis aberrarim, Quod Necessitas nulla magis censeat' uolũtaria, Nec Voluntas necessaria magis, q̃ Amatoria. Primus hic, & idem summus, ac perpetuus Voluntatis affectus perficit omnino, Vt non amare nolimus. Et nil prorsus Amore magis necessarium. Te autem Vir clarissime, quis non amarit impensius? Quando nõ inde modo agnosceris felix, quod tota se ui ingesserit tibi fortuna in hac Opum, & Potẽtiæ, ac honorum amplitudine, Quibus & Heroicus quidam accedit Corporis habitus, Cui adesse plane' aduertit' maiestas quædam tacita. Sed hinc grauius multo, Quod Sapientia pręditus singulari, sic uitam attemperas, Vt quicquid Animo concipis, quicquid re obeundum proponis, ab optato haudquaquam excidas fine, Quę demum hinc inde absoluta, plenaq; & est, & cẽsetur felicitas. Quippe illos deniq; Beatos arbitramur, Quibus plurima adsint quidem bona, Sed ita, ut inde manifesta profluant Emolumenta, Quod utiq; citra usum haudquaquã contigerit. Hoc enim exuta Possessio felicitatem qua nam iuuerit parte? At hũc ex formula, Vt'q; dictat ratio, præter Sapientiam, Quod ualeat præstare, non fere' cõpereris. Hac porro' Rationali naturæ cum Deo eminens paratur similitudo, Qui esse Sapiẽtia ipsa creditur. In assimilatione autem eiusmodi summum Beatitudinis gradum uideri dubio procul constitutum, semper diuinus & sensit, & docuit Plato. Sed & Scientissimi ex nostris Animi Virtutem censuere longe clarissimam, & Hominis peculiarem, de Principe rerum Deo bene cõiectare, inde'q; inter Compares de illius agere præscripto. Qua ex re illud colligunt uerissime, Nisi a' seipso, lędi posse Neminem, Quando in id bonum ius nulli supersit extimo. Cęterum nec in tam supba tuæ Virtutis censura, subblandiri me, uelim suspicet' aliquis, Neq; enim apud Ingenii Virum perspicacissimi superest mendacio locus, Quod si supersit maxime, Seruiliter adeo tibi illusisse, haud facile concoquat Animus. Sed uera sciunt Omnes, qui tantæ Indolis admiratione attoniti subinde insusurrãt sibi Gręcanicum illud, οὗτος ἐστιν ὁ δεινὸς ἐκεῖνος, καὶ πανσοφός. Verum nos præfari desinamus, Te'q; postremo suppliciter apprecemur, Qua soles, Frontis erugatione Hoc, qcqd est, Libellorꝝ excipias lętus, Vt te Præside, adeant & Cęteri, Liuore posito. Id Quod eo procliuius facturum te, spõdet animus, Quoniam ex Andreæ Asulani officina publicum indipisci, sunt exorsi primum. Nosti, opinor, Hominis diligentiam non in conformandis modo libris perpensiore lima, quàm Cęteri soleant, quotquot sunt, omnes, Sed & in conquirendis hinc inde, ac, quod aiunt, ex Orci faucibus eruendis Ingeniorum, Quæ lucem nobis peperere, iam fere' abolitis monumẽtis, Et hoc præstat ille quidem, ab Aldi Generi uestigiis nec latum utiq; unguem diuulsus, Aldi inquam illius bene docti Viri, Cui plurimum debet Studiosissimus quisq;, Quod barbaricas uitiligines late iam obrepẽtes detergere Is adortus est primus. At eo immaturius rapto, ac e' nobilis Consilii cursu medio, (Qui Mortalibus nimio plus frequens est mos) reuulso, Quamuis interpellatam, non destituit curam Socer, Amplitudinis tuæ perstudiosus, Qui, dum subinde præcelsi Animi tui laudes celebrat, nec munificentioris naturæ claritatem reticet, Id perfecit demum, Vt Sacro nomini tuo destinatas diu Lucubrationes nostras Libẽtius dicandas curaremus. Vale.

NATVRAE PRINCIPI, AC INTELLECTVALI SAPIENTIAE, NEC/
NON AMORI SACRVM SPIRITALI, AFFLATV QVORVM
Trino, & Vno aſpirante uberius, Hæc publico Studioſorum bono
condita nobis ſunt, Nam Sicuti Materię Actum exhibet For
ma, Corpori Vitam Anima, & Motum, Itidem
Animæ Virtutem Intellectus, Principium
Intellectui Actum uitalem, in/
tellectualem'q́, ac Lumẽ
inenarrabile.

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN LIBROS ANTIQVARVM LECTIO
NVM AD BONARVM LITERARVM STVDIOSOS OMNIS PRAEFATIO

Picurum Philoſophum Vno Voluptatis nomine pleriſq́ infamem, ſępe uero etiam grauiſſimum, dicere ſolitum accepimus, Collatum beneficiũ accepto non pulchrius modo, & ſpecioſius uideri, Sed iucundius quoq́,
e ac mira quadam ratione ſuauius, Quando χαρᾶς οὐδὲν οὕτως γόνιμόν ἐστιν, ὡς χάρις, ideſt Gaudii nil æq́ ferax eſt, ac Gratia. Proinde multo Sapi/entiæ lumine perilluſtris cenſeri poteſt, & debet, Qui omnium Princeps eam Gratiarum excogitaſſe nomenclaturam uidetur, Vt Vnam diceret Aglaiam, Euphroſynem ſecundam, Ac poſtremo Thaliam, Velut in benefica natura puri/us, amplius'q́ fœcunditate præſigni progerminet gaudium, exuberet'q́. Quibus de cauſis cum Vitæ pro innato captu ſolertiæ curriculum totum (nam, quod dicitur, nec puero qui/dem feriæ) ad procinctum remis, uelis'q́ dum tendimus, in Literarum, & interiorum utiq́, ſtudiis tranſmiſerimus, nulla ſubiit pridem grauior cura, nullum eminentius ingeſſit ſe pro poſitum, q̃, ut maturius, quantum hoc nomine Principi naturæ primum, hoc eſt diuinę, de beamus, teſtatiſſimum toto terrarum orbe faceremus, Quippe ab inenarrabili, ac infinita ſe moti, abiuncti'q́ clementia Vnum modo, & uix id quoq́, ſcimus, nihil nos ſcire prorſum, aut poſſe. Mox uero, ut Quicquid tot noctium euigilati labores, & hauſtæ lucernarũ fuligi/nes, Dierum'q́ Sudor nobis peperiſſent, in Album publico captantium ingenii cultum bo/no promere pergeremus, In hunc etenim uſum duriſſima ſumus perpeſſi, Vt, quod diuino ex fonte in nos eſt perductum, benigne in alios itidem corriuaremus, Reiiectis omnino iau ſpicatis neſcio qbus, in Arcana protinus, quicquid eſt illis paulo acriore ſtudio comparatũ, intrudentibus, immo etiã contumulantibus. Mihi Sanctarium exquiſitius nullum fuerit, q̃ Artiũ bonaꝝ Ingenia cãdidata. Quibus ſumma hilaritate, uelut in Platonis diuini Remp. tranſcriptus, qd̃ mihi eſt, impertior. Argumentum huius ſtomachi mei habebũt Eruditi o/mnes, Quod eos, quibus exploratius comperta hęc, meditata'q́ ſunt, peculiarius appellare operis initio, non ab re eſt uiſum, Non ut fluentis largiſſimis aridus ipſe aquas ĩgeram, Sed indidem potius ut deriuem, quo retorrida rigentur inuenta. Immo uero, ne ſi forte, ut aſſo let, præſidibus nullis in aciem prodierint, tanquam αὐθημόβολα, ut Ariſtotelico utamur dicendi more, ideſt rudia, impolita'q́, nec unguibus impetita diu, protinus impreſſionẽ fa/ciente male feriatorum ſciola manu, alliſa, uel diſpalata pereãt. Quamobrem parte hac Eu ripidion illud facile reiiecero, Quo is Archelaum fertur allocutus, οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης, μὴ μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἐὰν δίδουὶ αἰτεῖν δοκῶ. Siquidem Vobis Doctiſſimi Viri, Quĩ bus & rerum innumerabilium, Et luculentiſſimę Orationis ſuppetũt diuitię, noſtrum hoc, qualecunq́, forte'q́ etiam ſimplarium, offero munuſculum, non auri uim a` quoq̃, nõ id ge nus alia uiciſſim repeturus, Sed Animum præcipue in legendo mitem, benignum'q́. Quĩ eſſe Doctis omnibus germanus debet, nullo liuoris fuco, nulla feſtinantius Lacerandi labe cula maculoſum, obſcuratum'q́. Mox uero & aduerſum noctuinos oculos, & frontes obdu ratas, ac neſcio quos Edentulos, ſemper ueſcentibus uirulẽti quippiam allinentes, ingenuã propugnationem, Vt toto ſtandum putetis pede, Neqd tetræ, prſum rubiginis affricẽt in/auſpicatiſſimi Tritagoniſtæ. Quos ſat ſcio, ſi ualeant, nulla non hora Philoxenum nobis, et

Gnathonem Siculum Gulæ proceres, ac Cupediuoras infames exhibituros. Quib⁹ id fuit perfamiliare, genuinum'q, Vt Vocati in pultaria nariũ mucoſam excuterẽt ſupfluitatẽ, Vt rei fœditate auerſantibus cæteris, Soli uel ultra uota ſaburrati Epulis abunde diſtenderent. Quanq̃ in male ꝯceptas uoculas, ad Venena natas, nec conatu ita multo uideo eẽ op⁹, toto ꝑſertim organo iſtructis. Nunq̃ mihi credite, ĩtra teli iactum ꝓgredi, ꝓmittẽt ſibi. Satis illis, ſuper'q eſt, terroris, ac tumultus oĩa implere, oſtẽtare magis, q̃ bellum gerere, Vt qbus amatoria Bucolicoꝝ uerſuum uerbꝝ mõ recinere, ſit frequentiſſimũ. Sed nec clauũ rectum tenẽtibus magnope Theoninus dens uideẽ reformidandus, ἀείδω ξωιτοῖσι, θύραζε δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Nã, ut protinus de me iam ordiar dicere, Id eſt in ope hoc condẽdo adhibitũ tempamentũ, Vt temporis ſpatium lõgius ab exorſo eo decurſum, Vice Iudicum plane perfunctũ uideaẽ, Quibus noua fœtura ꝓdituros mox in publicã materiam libros ſubiici, Virgula Ariſtarchi ꝓpendendos, in ꝑclara Legum illa ꝯcinnatione diuinus ſanxit Plato, Vt cõmoniti hinc decoris huius ſtudioſi ꝯformatos acrius, iterum'q, ac ſæpius recoctos ꝓferrent. Pictorum certe inſtitutum memorabile narratẽ, Vt ꝓ interualla ſubinde Tabulas ꝓuiſerẽt, credo, ut partus amore quadantenus refrigerato, ꝓinde, ac Spectatores, ꝑpẽſione acri uel minuta diſpicerent, In qbus ꝓpeti aſſiduitate hebeſcit plerũq Generãtis acies. Id nos in hiſce libellis non tã in noſtrum euigilatis nomẽ, q̃, ut ad ꝓcinctum tendẽtibus ꝑſidio forent, oĩno pro uirili ſecuti ſumus, Vt recognitiõe ĩteruallata identidem penſitati, ꝯcocti'q in manus homĩnũ citra inſcitiæ Labem ꝓdirent. Qua tñ in re, Vt obiter Catoniano caueã ſupcilio tumentes, Et Hiſtriculos neſcio quos, ac liuidos, Quoꝝ ſemp in obelo mẽs, et Feſcẽninũ uirus, nõ ita iis, q̃ promunt' nobis, oĩum reqrimus, aut paciſcimur aſſenſum, ꝓinde ac loquat' Quercus, ſic'q dicamus, tãq̃ ambroſia Nos ali deceat. Noſtra nõ adeo amamus, Vt ſi uſus ferat, uel cum famæ diſpendio nõ alliſuri uideamur. Maius eſt in publico bono momentũ, Cui a' diuini cultus obſeruantia mancipati, obſtricti'q interdiu, noctu'q allaborauimus. Me aucto re ꝓmum in Spongiã incumbet, qcqd parum integra fide, aut ſcite minus, docte'q in Literas promptũ, fuerit aĩaduerſum. Etiamſi eum paſſim adhibuimus modũ, Vt, quæ tradũtur, Oĩa fere claſſicis obfirmata, ſuffulta'q Auctorib⁹, ueluti ſtatuminibus qbuſdã rigidiorib⁹, citra uitii, aut ruinæ metum ſtent ualidius, reflatũ paulo ẽt uehemẽtiorẽ faciſe ꝯtẽptura. Proinde ſiqd exierit, Quod geniũ hẽat, nec ſit quarta natũ Luna, ſeligat id Lector accuratus, quo auctior fiat, & cultior literaria Supellex. Siqd excitatam opinionẽ, q̃ aduerſaria ingens plerunq ꝓponit' nobis, implere potuerit minus, ac πτερυγίζειν uidebimur qñq. Et ſentiet' alicubi Lacratidæ frigus, meminerit unuſqſq, Homines eſſe nos, qbus ꝯniuere in pluribus, inſitum eſt. Nam & Veteꝝ Sapientiſſimi multa qdem ſciſſe dicuntur, oĩa uero haudquaq̃. Alius alio plura ĩuenire poteſt, Nemo unus omnia. Quãobrem deſinant acutis naribus, ſubductis'q ſuperciliis, & caperata fronte, ſtriata'q Scioli, qbus putet ſæpe unguẽti plena Alabaſtrus, Noſtra, quocunq cõcepta Sydere ſint, immitius cõuellere, memores, Nemini unq̃ nitio datum, Diuinã Bonitatem, quo melius ualeat, coluiſſe. Bene ſentienti non erit partus hic Hypenemios oĩno, aut quod Plato inqt, γόνιμος ἀνεμίδιος. Quando ad quadringenta ex Auctoribus electiſſimis, opinatiſſimis'q, ꝓpenſiõe accurata, repaſtinant' Loca, parũ aliis aĩaduerſa, Ne quis Claudi more Nos pilæ arbitret', inhęrere, nec ex Ingenio qcquã prome re. Verum in hoc eum ſeruamus modum, Vt oĩum fere parcamus famæ, Neq enim ĩfectã cruore gloriolam captamus. Quod ſiqs ꝓſciſſum ſe, ac digyto mõſtratũ, ſuſpicabit', Velim expendat acrius iniunctam promendi Veri neceſſitatem, Neq. n. parietem Linere, ꝓpoſitum ẽ, aut puluillum cubito iacentiũ ſubdere. Porro et Animi candorem ab omni prorſus æmulatione, & figurati Pręconis morſu, ac uirulentia ſecretum. Ego magnis nominib⁹, qñ proferunt ſe, ut nunc eſt, mira fertilitate diſciplinarum oĩum ſtudia, Libenter aſſurgo, inuẽta, & in ſcribẽdo curam approbo, exoſculor'q. Sic. n. exoleſcet q̃primum Barbaries, Cui⁹, ut ſic dicam, uitiliginibus ſordeſcens Latinæ linguæ claritas diu, uelut mucore iacuit adobruta. Quod ſi Veſtra ĩſecutus ueſtigia Doctiſſimi Viri, dolium ipſe quoq, ſicuti ille fecit apud Lucianum, uerſare ſum adortus, nil eſt, quod iſto nomine cuiquã frontem contrahã, Quippe notiſſimum eſt, Delicatam eſſe doctrinã, Ictus pugnanti dictare de muro. Obſcurior qdem mea forſan fama eſt, Fictilibus tamen prolibatum Simpulis, ꝓmeminimus. Quę immenſis laboribus ſunt comparata mihi, q̃q̃ ſumme diſtricto uariis curis, Ea in Albũ promuntur,

muntur, & Scientissimorum decuriæ adnumerantur. Quod si fallimur, Nec plausum expectare nostra ualent, Succinam illud ipse mihi, κεκύλισθαι ὁ πίθος ἐν κρανίῳ. Cæterum quo certiore cubito hosce libellos metiri, etiam in Vestibulo, ualeat Vnusquisq; Iam operis rationem exequi pergam. In quo sane commonitos harum Lectionum studiosos uelim omnes, Non intra Grammatices pomœria contineri, quæ bonorum Iuuenum emolumentis elucubrauimus, Siquidem omne studiorum fere attentat genus, Præcipue uero Platonis, ac Platonicorum rimamur arcana, Quod ad illorũ aliquandiu Lucernam peruigilauimus ꝓpter rerum nobilium eminentissimam in Philosophia sublimitatem, Quæ uetus illud Pythagoreorum symbolum, ex diuinitate profluens resipit fertilissime. Ex quo inter legẽdum, si modo assequare, quæ dicantur, mire Animos afficit, ac in Summum a terrena sequestratos humilitate prouehit, inenarrabilem Diuinorum amorem ingenerans. Et ab Aristotele traditũ scimus, pręstare, paucula ex nobiliore Scientia prægustasse, Quam de Ignobiliore multa. Nec tamen negliguntur interim Peripateticorum placita, subtilitate immensa Naturaliũ arcana extra omnem aleam perscrutantia. Quin, ut nostris nil cessatum horis, sciant Omnes, Medicorum ingressi scholas, et Vireta præcipue iucũda, ut Christianę ueritatis Theologos taceamus, Quos utiq; uigilare solos recte dixeris, Somniantibus Cæteris, ac ꝓfunde omnino, Versuram inde facimus, & excellens præfloramus argumẽtum, Quoniam sortem usus pariat. Quo factum est, Vt a Naturæ Principe initia ducentes, quo ab Intelligibilium profunditate inenarrabili ad Sensibilium mox declinaremus certitudinem, Siquid tamen certi scire licet, aut habere, Cum Vera hic haud quaquã sint, Sed Verorum Imagines, & Vmbræ, In Mundi contemplationem, nullo unquam satis Eloquio explicitam, Vela fecerimus propansa, Consequente Dæmonum Natura. In qua multiplex retegitur subtilitas rerum, alioqui poeticis adũbrata figmentis. Statim'q; ingerente se nobis Humanæ excellentia Potestatis, quam esse miraculum ingens, & diuinum quoque, Vetus comprobat Theologia, multum parte hac Stilo indulsimus, Late'q; Animalium Principi, & in Vniuersi meditullio plane regnanti proprias & Animi, & Corporis dotes extra omnem admirationis captum, regessimus, Vt rationale Animal infinitæ Bonitatis esse delicias se, animaduertens, illi rebellem minus agere, tandem condiscat. Quando eam nobis Peccati pestifera uis inussit labem, Vt Homine nil fere comprobet fragilius. Quod, atrocissimi Belli intersita Historia, manifestum facimus. Ab hac uero argumenti altitudine, multis forte caliginosa, in Varios digredimur Linguæ utriusq; flores. Et quantum eualuimus, præter admodũ pauca, in omnibus perpetuo intacta cæteris consectati, subinde tñ, quæ Philosopiam resipiant, interserimus. Qua in parte Academicos fere imitamur, & Socraticos, Quibus frequentissimi fuit moris, Quæstione proposita, diuersas ad id, quod quærerent, sententias afferre, ac rationes, Vt pluribus propositis, inuicem'q; collatis, secerni inde facilius posset, qđ probabile magis uideretur. In aliis uero Græcos plurimum Auctores sequimur, non qdem ut Interpretes, Sed ex eorum fontibus Iudicio nostro, Vtcunq; est uisum, haurientes. Nec Nostros tamen retundimus, Aut Spatiosa, erudita'q; Iureconsultorum Volumina, Quando & hi aduocantur ad partes, Quorum est Anima Dei cultus. At Spiritus Patrię Legis cura. Cor Voluntas recta, Manus rectæ Voluntatis effectus. Totum Aequitas, & Grauitas. Atque, ut paucis rem complectar, Quicquid lectiõe collectum est, Stilus in unum rediget corpus. Et inde Antiquarum Lectionum titulus hisce libellis est adoptatus. Nam & Pomponium Libros Variarum Lectionum concinnasse, Legimus, Sed & Commentaria Lectionum Antiquarum a Cæselio Vindice composita, Gellius aduocat. Siquidem adhibita Ingenii nostri aura, Quęcunq; ea est, in Saporem unum, Imagine quadam Apum, mire diuersa confudimus libamenta. Vti ex succis odoraminum uariis reliquum tamen fiat Spiramentum unum. Indicem porro præposuimus, sed Triplicem, Primo Quid Singulis opere toto Capitibus contineatur, paucis explicamus, Mox Quæ in diuersis Auctoribus exactiore Lima perpenduntur, expoliuntur'ue. Postremo Vocabula, Et scitu digna complectimur fere omnia.

ELENCHVS, SIVE INDEX BREVIS EORVM, QVAE CAPITIBVS SINGVLIS, TOTO CONTINENTVR VOLVMINE.

CAPITA LIBRI PRIMI

Quo pacto Mũdus ſit congeries malorũ, & Terra improbitatis Prouincia, cum multi Deũ eſſe Mundũ dicant, Et Moyſes quoq; ac Sanctæ literæ miris efferãt Laudibus. Ca. Primũ
Humana Natura aſtruitur non Vilis, Nec contemnenda. Hominis cauſa omnia eſſe a Deo quodammodo producta. Hominem futurum fuiſſe Immortalem, ſi non peccaſſet. Ca. II
Terram eſſe mundi Chorum medium, quæ ſit Muſarum Chorea, quid Apollo, Terram eſſe ſtellam Vnam ex Pyth. Cur Dea a Platone dicta, Terræ nomen nõ eſſe uile, Cur Firmamentum dicatur, Item Cælum quomodo Vnitas omnium, Terræ præconia plura, & quæ ſit eiuſdem forma. Caput III
Mundus quid ſit, Natura continens mundum quibus cenſeatur nominibus, Inibi de Sphęro breuiter, Quid ſit illud Timæi, Mundum conſtare ex mente, ac neceſſitate, Mũdi Principia Tria. Caput IIII
Mundus, ſiue Coſmos unde dicatur, Quid Coſmius, & Coſmetor, Cur pulchra fiãt in mũdo. Vnde colligatur Mundi pulchritudo. Cælum eſſe picturatum, et Cur dictum ſit Ouũ. Belus quid. Caput V
Vacuum in Mundo eſſe nequit, Vtrum uiſus ſine aere intermedio poſſit perfici, An extra Mundum eſſe poſſit Vacuum. Caput VI
Vtrum eſſe poſſit Corpus extra Mundum, Quod ſi concedatur, Vtrum poſſit a nobis uideri, Cur pede affecto afficiantur Inguina. Caput VII
Quo tempore Anni creatus ſit Mundus, Cur Aries Signorum primus. Caput VIII
Quæ ſint in Mundo Antica & Poſtica, Dextra, & Siniſtra, Surſum, & Deorſum, declarat Lucani locus, & Ouidii alter, Sacrificandi mos, cur in oriente naſcantur Gemmę, & Aromata, Leones, Elephanti, Papinii locus illuſtratur. Caput IX
Quam rationem in Animalibus Dextra, uel Siniſtra pars, necnõ Antica, & Poſtica, Item Superna, Inferna q; habeãt, Senſuum alios dici Naturales, Animales alios, cur Virorũ ſuperiora craſſiora ſint, In Fœminis contraria eueniant. Caput X
Cælum an ſit animatum ex Peripateticorum doctrina, Item quæ ſint in eo Dextra, & Siniſtra, Antica, Poſtica, Superna, Inferna, Expendũtur Virg. Loca duo. Cur Cælum mouea tur ab Oriente in Occaſum, Cyttarus quid. Caput XI
Mundi figura, an Cæleſtia nutriantur. Caput XII
Quot ſint omnino Sphæræ. Caput XIII
An quæ Viſuntur, ſint plane Syderum Corpora. Item an Stellæ ſuo luceant lumine. Quid Ætheris nomine intelligendum. Cur in Planetis uarii cernantur colores. Cur Luna maculoſa. Aſteriſcus quid. Caput XIIII
An Planetæ afficiantur Vaporibus terræ. Prius, Qualis cenſeatur in literis Ptolemæus. ἐπὶ χθ quid. Caput XV
Elementorum colores, Sapores q;. Item an Planetæ colores habeant, Vnde colligi eorum poſſit Natura. Caput XVI
Planetarum poteſtas maior ſit, an fixarum Stellarum. Chaldæorũ Placita de Planetis, Itẽ Diis Conſiliariis. Heſperides quæ ſint. Caput XVII
Mundum, Sphæras, Stellas ſentire, ac preces exaudire. Sphæram maximam eſſe Mũdi oculum. Terram Item Animam, & Senſu præditam, ex Platonicorum doctrina. Cap. XVIII
Dignitas Cæli ex Hiſtoria, Item ex Phyſicis rationibus. In Cęlo eſſe Trinitatis myſterium. Cur dicatur οὐρανός. Si ſtaret Cœlum, nihil moueretur. Si Calor cęleſtis deficiat, nullibĩ erit Calor, uel Frigus. Caput XIX
Mundi colores tres, An ſint in Cælo colores ex Peripatetica Schola, An item Calor. C. XX
Regio apud Platonẽ Terreſti Paradiſo aſſimilis. Itẽ Vbi ſit Paradiſus is, Arriani Hiſtoria ad id mirabiliter faciens. De habitatione ſub Æquinoctiali, Item an ibi ſit Mare. Ca. XXI
Simulacra duo nobis eſſe propoſita, Mundum, & Chriſtum, Mundum eſſe tanquã Remp. & Dei

& Dei templum, Angelos a' Deo præfectos humanis rebus, Qui mox euaserint Dæmones, & immundi Spiritus. Caput XXII
Dæmonis nomen fuisse uete ribus honestum, nobis non itã. Cur Aristoteles dicat' Dęmonios, & Plato diuinus. Caput XXIII
Rationalis Naturæ gradus esse tres, Deorum, Dæmonum, Hominum. Dæmones cur. Itẽ eosdem dici Lares, ac Genios. Dæmonum descriptio. Qui Medioxumi, Patellarii, Semones, Heroes, Manes, Pluto Sumanus, Sangus, Popi, Diopi. Caput XXIIII
Esse item in Sphæris Dæmonum ordines. Prouidentia triplex. Quomodo a' Dæmonibus afficiamur. Qui Dæmones Naturales, Qui'q; Aduentitii. Dæmonum præfecturæ. Itẽ Dęmones esse tanquam Pastores. Caput XXV
Dæmones an habeant Corpus. Item Angeli. Corporum genera quinq;. Nereides quę sint. Qui, & ubi Visibiles Dæmones. Caput XXVI
Dæmones esse semine fœcundos, & Coire, Angelos bonos minime. An Angelus dicat' de Homine. De Gigantibus. Dæmones qua ratione Varias exhibeant figuras. Quæ sint Naiades, Dryades, Onosceli. Cur quidam Dæmones ingerant se Puerperis. Caput XXVII
Dęmones mali, Dæmonum e' Cælo lapsus, Trygodęmones qui sint, & Sorodęmones, Couali, Soroadios Dæmon. Caput XXVIII
Dęmones an sentire doloris uim possint. Spiritum eẽ, q Sensum efficiat. Cur enses offerant' Dęmonib⁹. Virgilii locus explicat'. Theologica sentẽtia de Supplicio Dęmonũ. C. XXIX
Dæmonem tribus modis dici. Animum nostrum etiam Dæmonem nuncupari. Locus Virgilii declaratur. Caput XXX
Dæmonem esse unicuiq; proprium, custodem, testem'q;. Quæ sint ab eo emolumẽta. Quãdo fiat Dæmonis ab Anima electio. Dæmonium Socratis quale foret, & Cur diceret' Deus. Itẽ de Augusti & M. Antonii Dęmonio. Dæmonũ bonoꝝ, & Maloꝝ noĩa. Ca. XXXI
An mutato loco, mutetur & Dęmon. Cur qs alibi fortunatior. Dæmone illustrãte, mira sæpe a' nobis fieri. Theologorum de Angelis bonis placita. Cap. XXXII
Oracula fuisse a' multis comprobata, a' multis item damnata. Oraculoꝝ Origo. Theologię genera tria. Statuæ Dæmonicæ. Vnde habeant Vaticinium Dæmones. Cap. XXXIII
Dæmonũ bonoꝝ, malorum'q; distinctio ex Porphy. Dæmonũ descriptio ex Aug. An Dæmones sint Hoĩbus p̃stantiores. ἐνεργούμενοι qui dicant'. De Serapi. Quos facile arripiãt Dæmones. Cerberus q. Dæmonas nõ posse diuitias dare. Animas defunctoꝝ a' Dæmonibus effingi. De Arrepticiis plura. Ternistratores q sint. Item Paredrus. Caput XXXIIII
Afferuntur ex Augustino rõnes aliæ, quibus possint Dæmones futura p̃noscere. C. XXXV
Origenis opinio de Corpusculis Æthereis, atque Aereis, Item de restituendis Dæmonibus. Caput XXXVI
Euchætaꝝ, & Gnosticorum impia sacra Dæmonibus concipiendis. Caput XXXVII
Anacephalæosis superiorum. Hominem esse miraculum magnum. Hominem esse quodãmodo omnia, et Dei simulacrum. Hominem esse Dei ęmulum. Item quid sit Homo, quomodo miraculum. Caput XXXVIII
Mundos esse tres. Hominem dici quartum, In quo simulacra sint reliquorum trium, Itẽ esse ueluti Proteum. Caput XXXIX
An ex terra fortuito generari Homo quæat. Mira de Animalium quorundam spontali gñatione. An esse possit Vniuersale diluuium ex Auerroe. Caput XL
Homo duobus modis ab Hebræis dicitur, Enos, & Adam. Sed Adam idẽ est simpliciter, quod Homo. Vnde sit Coniectatio, Hominem recte ab humo dici. Animantium interstitia compositionis ratione. Caput XLI
Quibus item probetur Homo similis Mundo. De Stellis in quatuor Mundi Cardinib⁹. Hominis laus ex Cicerone. Caput VLII
Omnis nr̃a dignitas ab Anima est, Quę uehiculum est ad Deum, et Imago mẽtis. Spiritus Corpora p̃parat ad Animæ susceptionẽ. Pythagoræ. Plat. Arist. opinio de Aĩa. C. XLIII
Animæ distributio secundũ potentias. Mentem esse uice luminis, & Instrumenti, & Visus. Qui sit Ianus bifrons. De Mentis Capite, siue flore. Animæ officia tria. Quid sit Animã e' Corpore segregare. Caput XLIIII

Quod ſit Animæ Idolum. Item quæ Imago, & Vmbra, Ex quibus fiat Animal, Adam, et Euæ myſtica interpretatio. Caput XLV
Vegetatricis Animæ munus triplex. Altricis facultatis Organa duo, Item munia quatuor. Epeleuſtice motio quid. Caput XLVI
De Animali Virtute, Item Naturali & Vitali, ex Auicenna. Caput XLVII
Senſuum cõmoditas, & neceſſitas, Quibus inſit Senſus. Origo eiuſdem. Neruorũ paria ſeptem. Cur Anima uires ſuas magis in parte iſta promat, q̃ illa. Caput XLVIII
Ariſtotelis ſententia de Senſuum origine. De medio duplici, quo Senſus producit in actũ. Olfactum eſſe minus aliis neceſſarium, & quæ utilitas eius. Caput XLIX
Senſus Cur tantum quinq;. Quatuor neceſſaria, ut ſentiamus. Caput L.
Senſus interiores quatuor. De Senſu Cõmuni p̃cipue. Inibi Locus Plinii declarat. Cap. LI
Qui præſtantioribus ſit Senſibus p̃reditus, habere Item inferiores, Sed non ediuerſo. Senſibus abuti omnibus Hominem tantum. Caput LII
Senſum non eſſe idem cum Intellectu. An Homerus Animam putarit Corpoream. Itẽ an ſcierit, eſſe præditam ratione. Caput LIII

CAPITA LIBRI SECVNDI

Intellectus agens, & Poſſibilis. Caput Primum
Auerrois de Intellectu agente ſententia, Quid Auerroem, quando'q; in Ariſtotele Interpretando fefellerit. Caput II
Humanæ Speciei laus exquiſita ab Ingenii, Memoriæ, Vaticiniorum, Locutionis poteſtate. Caput III
Ineſſe Animis humanis Sciẽtiarum Theſauros Latẽtes, iuxta Platonem, Cur Muſæ Iouis, & Memoriæ dicantur filiæ. Caput IIII
Hoſiem unũ neſcire Imperiũ pati. Itẽ affectare, ut ſit Deus. Qui conqſiuerint honores diuinos. Quid ita humana ſpecies credatur, tum Solaris, tum Mercurialis. Caput V
Animæ humanæ potentia mira. Corpus noſtrum poſſe ab Aĩa fieri luminoſum. Cap. VI
Connumerant', quibus excellentia rationalis Naturę poſſe deprimi Videtur. Mox refelluntur. Plinii locus reſtitutus illuſtratur. Caput VII
Hominum genera tria pro Vitæ inſtitutis, Actiuos, & Voluptarios haberi tanquam Exules, Quia Contemplantes iam ſint in Patria. Caput VII
Felicitatem eſſe duplicem, Naturalem, Supernaturalem'q;. Quo calle hanc conſequamur. Corporis deſcriptio grata. Caput VIII
Humanis Corporibus nil deeſſe ad perfectionem. An Corpora nr̃a ſint Cęleſtibus nobiliora. De Simia iucundum ſcitu. Corporis humani nuditatẽ non eſſe ꝓbroſam, contra Plinii ſententiam. Quid reſponderi poſſit prępononentibus Homini Bruta. Cur Infantia Quadrupedibus nos ſimiles faciat. Cur'q; Virorũ Cadauera fluitent ſupina, Fœminarũ ꝓna. C. IX
Cur ſit erectæ ſtaturæ Homo. Cur Plantæ contrario nobis modo ſẽ habeant. Caput X
Quam multa ſint in Corpore humano admiratione digna. Quæ ſit in Corporibus pulchritudo. De humoribus quatuor humani Corporis. Cur ĩgenioſi aliq, aut obliuioſi. Cur Triſtes, aut Hilares. Item de Sanguine, ac Bile atra. Caput XI
Spiritum plura ſignificare. De Animali Spiritu, Vitali, Naturali. Ingeniorum diuerſitas unde ſit. Caput XII
Quid Arteria, & Quid Vena, Origo utriuſq;. Caput XIII
Pulſus quid. Item de ratione Pulſuũ digna ſcitu. Qui ſit Formiculans percuſſus, & Vermiculans, Plinius declaratur. Caput XIIII
Quæ ſint partes in Animalibus Similares, & Diſſimilares. Item de Neruis, Quæ membra Organica. Caput XV
Oſſium ratio, Quot in Humano Corpore Oſſa. Caput XVI
Chartilaginis Natura quo ab Oſſibus differat. Caput XVII
Neruorum ratio, & unde oriantur nerui. Caput XVIII
Carnis ratio ex Platonis doctrina, Carnis ſpecies duæ, Qui ſint Ines, & qui Villi apud Medicinæ peritos. Caput XIX
Humanũ Corpus ſumma partiũ proportione cõſtructum. Rotundũ, et Quadratũ Schema reperiri

reperiri in Corpore nostro. Mensurarum indidē esse deprompta nomina. Itē Denariū numerum. Quibus constet Corpus. Retrimenta quot excernant modis. Caput XX
Humani Corporis partes. Membrū qd. Nouē haberi ꝑpensione digna in quolibet mēbro. Cur Naturam Dixerit Iustam Hip. Membri cuiusq; ratio triplex. Caput XXI
Capitis ratio. Cur ibi sedes Animæ. Cur magnis Viris caput aperire, īstitutum. Cerebri itē ratio. Encar quid sit. An Cerebro abstinuerint Veteres. An Capite præciso, possit qs ꝓgredi, aut loq. De Craneo, & Suturis. Itē de Capillis. Interim adnotabis, quæ dicant Thria Qui dicantur Phoxi, & quid Phoxa, & Phoxichili. Item Cymbe. Cymbachus. Cymbęū. Xylocymba. Corymba. Caput XXII
Capillorum ratio. Cur defunctorum Capilli durent, aut etiam augescant. De Tulliola Ciceronis. Lophos quid, & Lopheum, Lophium'q;. Caput XXIII
Barbitii rō. Mystax. Hyporrhinion, Propogonion quid. Cur Mulier barba sit exuta. Cur'q; in nonnullis uisatur. Caput XXIIII
Frontis ratio. Metoposcopi qui sint. Item Quę Stellę secundæ. Cur quando'q; nequeat apiri oculus. Sudoris in fronte ratio. Caput XXV.
Supercilia quam habeant rationem. Item Cilia. Caput XXVI.
Oculorum constitutio mira. Videndi ratio breuis. De Speculis pauca. Quæ dicantur ὑπώπτια, καὶ ὑπώπια. Item ὑποφθάλμια. φολκὸς qui dicatur, et βλεπιδαίμων. Item ἰλλὸς quid, & inde corriuata Verba. Caput XXVII
Aurium, & audiendi ratio. Aerem ictum moueri in orbem. Dę Aurium Humoribus. Item de Sordibus. Lobus qd. De Fanesiis. Amphotides quæ sint, & q dicant Oti. Ca. XXVII
De Narib⁹, et earūdē muniis. Mirū de Elephāti nare. Quæ dicat Promuscis. Rhinocolura. De Coluris, & Colo, & ficis Coluris, ac Colyridib⁹, Coluriis'q;. Quid Collyrissare. Item Myssare, Myxa, Myx⁹. Itē qd Nares ī Architectura, et qd Æstuaria, et Mygme. C. XXVIII
Labiorum, & Linguæ munus duplex. Item de Ore. Caput XXIX
Linguæ, & Oratiōis laus p̄cipua. Saporum sensus ubi ꝑcipiat. Saliuæ fontes. De Gustu. de Psittaco mirū. Meropes qui, & Vnde dicant. Tryssare qd. Trygon cur. Caput XXX
Dentes Cur attributi Animantibus. Dētibus an insit Sentiendi uis, atq; itē Ossibus. Dētiū distributio, & Vocabula. Quid Gelasin⁹. Gīgiuaꝝ noīa. De Pyrrho, & Hercule. C. XXXI
Prosopon. i. facies qd. Colli rō. De Sphondylis. Ancteres qd. Item Anthereō. Corrę, Corsæ. Corsoteriū. Corsoteus. Dire. Dyssauchē. De Ossibus humeroꝝ. De Iugulis. Gylius, & Gyliauchē qd. Isthmus, uñ Paristhmia. Orthostade. Orthostadia uestimēta. Strāgulationum rō. Cynanche. Angina. Synāche. Metaphrenum. Caput XXXII
Manuum laus p̄cipua. Scribendi bonum. Brachii partes, et Vocabula. Manuū, & Digytoꝝ partes, ac partium nomina. Caput XXXIII
Pectoris ratio, & Vocabula partium. De Costarum numero. De Vberibus, & partiū nominibus. De Osse sacro, & Sphondylorum meatu. Item Cōstarum Vocabula. Quid Pleuritis. Arthritis. Nephritis. Caput XXXIIII
Ventris partes, & Vocabula. Cœliacus morbus. De Vmbilico, & partium circūiectarū Vocabulis. Præsagium ex Vmbilici nodis. Cholera qd. Ilia. Ceneon, Lagō. Lapara. Qui sint Versus Procœlii. Sphecodes. Lagari. Myuri. Acephali. caput XXXV
Pubes. Item Penis. Eius Vocabula plura. Fascinum cur. Pudēdoꝝ Liberi patris cultus. Taurus, & Dactylios. Capros. Capreæ. De Nanis. Et Vepene. caput XXXVI
Testium ratio præstantissima. Membra dominantia quæ sint. Muliebrium pudendorū, partes, ac Vocabula. Lanuuini. Cliterini. Dupondius. Cremasteres. Lytę qui dicant & Prolytæ. Chlunē Entomiā, quid uocent Græci. Monii Sues q. Item Mellina. Vidulus. Vidularia. Mesoscelos. Apocopi. Cochone. Detestatio. caput XXXVII
Nates. Apogluti. Glutos. Ephedrana. Pyga. Hypolispę, qd Item Lispa. Lispi. Cur Atheniēses Depyges. Thesei petra. Virgilii locus. Cur cædant nates potissimū. Callipygos. Catapygon. Pygostolus. caput XXXVIII
Ani ratio, & Vocabula. Archus. Archoliparos. Anischia. Lispi. caput XXXIX
Testiculi Muliebres quam habeant rationem. An cōferat Mulier semē ad generationem. Semen quid. De Menstruis. Cur Fœmina minor Viro. caput XXXX

Crurũ ratio. Item Vocabula plura ad imum uſq; Periſcelides q̃ ſint. De Pittaco. Ca. XLI
Inferiorũ proportio Cum Superioribus. Quoſdam pedibus mira efficere. Pedum rõ. Cur inferna mulierum craſſiora. Colon. Iphiclus unde. Itẽ Colias Venus. Scarthmus. Chiræ quid. & Chiropodes. Caput XLII.
Hypoglottides. Antiades. Pariſthmia. Carotæ nerui. Caroticæ uenę, et Sphragitides. Celſi locus reſtituit. Hyoides os. ſiue Paraſtates. Fiſtula Colli duplex. Stomachi rõ. Ca. XLIII
Inteſtinorũ ordo, & Vocabula. De Lactibus, Choladibus, et Meſenterio. Meſarchus qd, & Omentum, item Enterione, & Enterionis. Paraphyades. Caput XLIIII.
Pulmo qua naturæ prouidẽtia factus. Cur Latini, & Græci Pulmones q̃nq; dicere malint, quam pulmonem. De Branchiis piſcium. Qui Pneumonici, ſeu Pulmonarii. Ca. XLV.
Cordis ratio. Item de Ventriculis Cordis diſceptatio non inelegans. Caput XLVI.
De Iecore, Pancreo, Holcimo, ac Felle. Item rõ longioris, breuioris q; Vitæ. Cap. XLVII
De Liene, & Riſus immodici ratione, & Cauniis Lienoſis. Aſplenon medicamẽtum, Cur Traianus Fiſcum appellarit Lienem. Caput XLVIII.
De Rhenibus. Perinephra. Grãmaticorum defenſio in Rhenum etymo aduerſus Philoſophos. Rhenum uitia, & Vocabula. Caput XLIX.
Vreteres Venæ, ſiue Vranæ. De Veſica, & Veſicæ affectionibus. Caput L.
Præcordiorum, ſiue Diaphragmatis ratio, & nomina plura Phrenes. Prapides. Plinii obſcuritas illuſtratur. Caput LI.
Spermatis Vaſa eſſe quinque numero. Quæ dicantur præparatoria. Maris, & Fœminæ ratio. Caput LII
De Vtero muliebri. Item an Matrix Barbare dicatur parte iſta. Geminorum rõ. Didymi, et Didymaones quo differant. Vnde ſit Sexus diſparilitas. Fœtus multiplicis exempla prodigioſa. Vteri Vocabula, & partes. Itẽ de Mulie testiculis. De Eugio, & Hymene. C. LIII
Septenarii ratione, intima corporis conſtare, Itẽ extima. De Septenario Paucula. C. LIIII.
Summum hominis bonum eſſe in Deo, non in Voluptate, aut Potẽtia, uel Virtute. Impietatis humanæ taxatio. Caput LV.

CAPITA LIBRI TERTII

Hiſtoria iucunda belli in Venetos geſti, qua tempeſtate nobis iſta elucubrabant. C. Primũ
Digeſtionum ſpecies, et Secretionum. Obſeruata multa de Sudore. Virgilii locus explicat. Interibi adnotat, quid Chylus, Chymus. Chilus. Chloe. Hemitymbium. Ardalia. Ardanium. Hemitybium quid. Caput II.
Saltationis Laus, & origo de Græco penu. Hymnorum genera. Proſodion. Hyporchema. Staſimon. Virgilii Locus enarratur. De Proteo pauca. Caput III.
Saltationum Species. Virgilii locus explicatur ex Greorgicis. Saltationis partes. Cap. IIII.
Iphicli in currendo agilitas mira. Higinus uindicatur a Vitio. Iphicratides quid. Iphiæ Oues Cur. Caput V.
De Palma ſcitu digna. Nicolai cur dicantur. Lunam amatoribus præeſſe. De Palmæ Cerebro. Et Tegyra Ciui. Item Palma, & Oliua fontibus. Sudæ error, & Interpretis Philoſtrati. Pſen quo diſtinguat a Balano. de Phraote pauca cũ enarratione Oratiani Loci. C. VI
Laurus tacita Cur. Item Cur Lauro uterentur Vaticini. Tibullus explicatur. De Puella Daphne. Lauri contra uenenum uis. Caput VII.
Leuctrica monumenta quæ ſint, & Leuctricæ puellæ. Vindicatur a uitio Plut. codex. Leuctra unde. Leuca quid. Caput VIII
De Eſſæis, & Heſſenis. Item de Phariſæis, ac Saducæis. Aurum Iudaicũ quod ſit. De Phylateriis, & Proſelythis. Caput IX.
Cur noctu ſonantius audiantur omnia. Quid Palmus, Tylę, Sigmos, Clytos. Cur Vox ítrò delata melius audiatur, quàm ediuerſo. Caput X.
Iulææ uoces in Lactantio quæ ſint. Iulos quid, & Vlos, & Iulides. Hycca qd. & Melos, Itẽ qui Harmonici, & qui Canonici, ac Canonium. Concẽtuum ſpecies aliquot. Antletæ q. Item Himonia, Himæum, Tenellus, Niglaros. Caput XI.
Prouerbii origo, quod eſt, Habitus Monachum nõ perficit. De Iſide multa. Quę Linoſtoliæ. Sacerdotum

liæ Sacerdotum munia. Item pauca de Oſiride, Tiphone, Anubi. Acephalis ſacerdotibus. Caput XII
Super Demoſthene adnotata quæpiam non ingrata. Quid ad Aquam ſcribere. Quid Batalus. Corrigitur error Interpretis Plut. de Calauria Inſula. Item Ouidii locus. Batus piſcis. Bation, Nitarion, Batyle, Batylos. Caput XIII
Lineam poſcere quid. Et quid in Spectaculis Linea. Item de Longuriis, & Cancris, ſeu Cãcellis. Cinclidarii qui. Caput XIIII
Salis poteſtas mira. Cutis craſſitudo cur hebetudinis indiciũ. Enarratʼ locus difficillimus Fabii. In Malaco ſanum. Citta, Picatio. Item qd Malacia. Tollitʼ mendum ex Seneca, & Cæſare. Quæ apud Herodotũ ſit Perſaꝫ Halia. Caput XV
Mos abluẽdi Infantes Sale, aut frigida aqua. Enarratʼ Virgilii locus. Salis, fermenti, ac Mellis noſe qd intelligendum in ſanctis literis. Caput XVI
Cur Somniculoſi, Quibus anguſtæ ſunt Venæ. Item Pumiliones. Cur in cogitatione profundiore obrepat Sopor. Caput XVII
Sudoris Species. De Sudore frigido. Qui Sudores bono ſint. Caput XVIII
Cur facies, & ſuperna deſudent maxime. Cur item in trepidationibus idem patiantʼ Pedes. Cerebrumne, an Iecur ſit humectationis fons. Caput XIX
De Oleo ſcitu digna. Quę dicantur Præmiſſa Vini, & Olei in Plinio. Emẽdatur locus Ciceronis ex Epiſtolis familiaribus. Caput XX
Super Hercule, ac Geryone pleraq; non extrita admodũ. Larini boues, & Ceſtrini, Ac Epirotici. Geren qd. Item Herculis cognomina. Herculis ſtragula quæ ſint. Balneæ Calentes cur Herculi ſacræ, deq; Smintheo Apolline. Caput XXI
Stuporis attoniti ſpecies, Quem Apoplexiã Græci uocãt. Item quibus ex cauſis contingat. Quid Paralyſis. Catulli uerſus declaratur. Caput XXII
Super Comitiali morbo quid ſentiant Eruditi. An homo tantum huiuſmodi affectione infeſtetur. Magmed hiſtoria. Lunaticus morbus. Caput XXIII
Animæ natura qualis ſit per ſe. Vitia extrinſecus inuehi. Cur Anima eadem parum introſpicienti mortalis uideatur. Caput XXIIII
Annulus Gygis, Quiq; hic fuerit Gyges. Labradeus Iupiter unde dicatur. quid Labrys. De Annulorum ui, & Lapillorum poteſtate mirabili adnotata compluſcula, quæ Lectio uaria ſuggeſſit. Caput XXV
Super Annulis item non improſpere conquiſita quæpiam, & prompta in literas, non ſemotis omnino Quæſtionum ſalebris. Imprimis cur Annuloꝫ qdam dicantur Phyſici. De Magia relatu non ingrata. Iuuenalis locus explicatur. Qui ſint Pharmacitæ, Pharmaci, Apſicori, Catharmata, Catharſia, Periſtiarchi. Item quid Telia, nec non cur dicantur Annulariæ Scalæ. Qui dicantur item Annuli Leues Iureconſultis, obiter Pãnicularia quid apud eoſdem intelligantur. Oxythymia quæ ſint. Caput XXVI
Quo ſenſu accipiẽdum illud ex Ægyptiorum doctrina, Omnium rerum eſſe Viciſſitudinẽ. Cur plectantur poſteri ex Malorum delictis, rõne Platõica. De Aíaꝫ trãſitu in corpora diuerſa. Super Vipera ſcitu digna enotantur aliqua. Caput XXIIII
Quæ ſit ratio tarditatis ſupplicii ex diuina prouidentia. Item iuſte ne plectãtur filii ex eo, qdʼ Parẽtes deliquiſſe cõperiantʼ, Interibi cur Cecrops Diphyes. Caput XXVIII
Sententia Diui Thomæ ad idem, ex prima ſecundæ, Quæſtione LXXXVII. Articulo ultimo. Pœnarum genus duplex. Caput XIX
Obſeruata quæpiã de Vipera legẽtibus futura nõ iniucũda. Itemq; de Theriaca. Cuiuſmodi aíal ſit, uulgo qdʼ dicitãt Thiꝫ. Pẽſitatur Plinii locus de Vipa. Caput XXX
Comica facies apud Lucianum quæ ſit. Comicus item riſus. Enarratur interim locus Ciceronis ex Epiſtolis familiaribus. Item de Phania, & Comœdiæ ara. necnon Miſericordiæ. Perſonę inuẽtor. Meſon qd, & Scõmata Meſonica. Tettix. de Anaxãdride Comico. Comicus apud Spartãos Luſus. Diceliſtę, Phallophori, Autocabdali. Caput XXXI
Qui ſint apud Eruditos Phanias & Phanio, necnon Phaniõ, & Phanæ. Item Phanos, ſiue Panos. Helana. Lophnia, Grauium, Candelabrum Tarentinũ. Xylolychnuchi, Lychnocauti. Tyrrhenorum in artibus præſtantia. Helene uas. Caput XXXII

Coronarum origo. Decertare Drama ad Corollas. Declaratur Plut. Locus perperam tralatus. Caput XXXIII
Quibus uitiis infestentur Oculi, ex Medicæ scientiæ Hortulis floridioribus. Cap. XXXIIII

CAPITA LIBRI QVARTI.

Poetices laus. Poetæ apologia aduersus Eratosthenẽ. Fabulæ rõ. Cur etiã Theologia uetus fabulas admiserit. Virgilianæ Aeneidos sensus allegoricus explicat, rõne ab aliis diuersa. Cur Aristarchus dictus sit Mãtis. i. Vates. Oratori Poetã esse finitimũ. Caput Primũ.
Fingendi modũ non esse unũ. In quo dãnãdos cẽsuerit Poetas Plato, Qui ne Homero qdẽ pepcerit. Poetæ laus exq̃sita. Refutatio negãtiũ in Morõe allegorias. Caput II
Poetas quo pacto citra noxam legas. Interim quæ dicantur Amethysta. Et quid Pædagogia. Item de Polypo, de q̃ Mãdragora scitu digna. Porro cuiusmodi sit Poetica imitatio. Nec non de Crepidis Dæmonidæ claudi. Caput III
An Poeta nascat, Orator fiat, sicuti receptum uulgo est. Neminẽ unũ posse in multis excellere. Poetices origo. Fabii lectio restituit. Poetæ gña. Quid Mõnodia. De Lucão obiter. Maronis laus. Poeta unde dicatur. Vergilius dicatur, an Virgilius. Caput IIII
Quæ hymnoꝝ sint traditæ spẽs. Hyporchema. Cur Bacchus Dithyrãbus. Dithyrãbici Poetę. Hymnos dici ẽt soluta oõne. Epęni, et Encomii discrimina. Periautologia qd. Cap. V
Cuiusmodi sit in Poemate uitium, qd dicat Logoidia. i. λογοειδεια. Item q sint etiã in Latinis literis Logi. Interibi Orationis genera duo. Nec non qd Logion, uel Logia. Logisterium, Tabularii, Diribitorium, Pædagium, Logades, Logii. Item obiter quid Abacus, & Abaculus. Poetam non dici nisi summum. Epiphyllides quid. Caput VI
Temperantiæ nomen q̃ late pateat. Zamolxidis doctrina de Animæ medela. Quid Magica excantatio. Cur Temperantia dicatur Græcis Sophrosyne. Cap. VII
Frugi Victus laus ex poeta Hesiodo. De Asphodelo pauca. Exempla ad id Alexandri, & Scip. Item de Antagora. Quæ sint Opsonia Apyra. Item quid Pscter, Pscteridion. Psygeus. Caput VIII
Intemperantiæ detestatio. Corpus humanum esse Tartarum quendam, & Pistrinũ, ac mortuorũ ꝓceptaculũ. Microtrapezi. Italicæ mensæ quæ intelligantur apud Platonẽ. Item Italica Philosophia. Græcia magna quæ fuerit. Porro de Tarentinis, & Sybaritis Paucula, et uellicatim. Item Siritis, & Polieum. Mitrochitones qui. Caput IX
Voluptatis genera tria. Luxus Asiaticus, & Ionicus. Enarratur locus Propertii, & Oratii alter. Ionia pro uiolariis. Rhodonia. Crinonia. Attica Bellaria. Siculoꝝ mollis uictus, et Leontinoꝝ. Vmbricæ Cœnæ, & Homericæ. Anagogæ, & Catagogia. Caput X
Victus frugi ex Platone. Mensa sacra. Gulæ insectatio breuis ex Porphyrio. Dioscuroꝝ prãdium Athenis. Mensa Ægyptia. Rogatiani historia minus uulgata. Edacium, catalogus. Addephagiæ templum, & Cereris σιτδς. Megalartus, Megalomazus. Caput XI
Qui sit in familiaribus Epistolis Trapezophorus contra omnium hactenus enarrationes. De Trapezophoro item intellexisse Iuuenalem. Mensarum genera. Caput XII
Quid sit apud Platõem, Narthecophoros esse multos, Bacchos uero paucos. Bacchus qd. Ebrietas Animæ duplex. Nectar quid. Caput XIII
Tres esse principes supra mundum. Iouem esse mundi aĩam. Quid Dionysius. Item q Titanes. Qui Tiphon, Cacoethes, Sporadici morbi, Endemi, Epidemi. Cur homines dicãtur. Dionysiaci. Catacecaumene, Catacecaumenites Vinum. Caput XIIII
Quæ, & quot significet Cora. Arrianus explicatur, & emendatur. Item de Dionysio plura scitu digna. Cur dicat Taurus, Taurophagus, Dionysius, Sabazius. Vnde Sabbata. An Iudæi Bacchum coluerint. Ficoꝝ inuentor, & fructuum, Ceruoꝝ nomina plura. Vino aquã qs miscuerit primus. Tripus Dionysii. Itẽ qd Bassara, Scenophegia. Caput XV
Dionysiorum ritus. Qui sint Phallii. quid Neurospasta. Lucianus declaratur. Gellii locus emaculatur. Automata. De Phalacris, & Phalantho. Item qui sint Phallophori Ithyphalli, Autocabdali. Phallica carmina, uel Ithyphallica. Item Oschophorica. enarratur Columella in hortis. Hermata, & Phalãgia quid. Item Hilarodia. Simodia. Magodia. Cinædologus.

nædologus.Ionicos Logos.Sotades.Diceliſtæ.Sophiſtæ. Cap. XVI
De Phellis, Item Phelleis, & Phelletis.Qui Phellopodes. Cap. XVII
Quam habeat rationem Adagio, Camelus bactriana.Pluſcula de Camelis.Perpendit Plinii locus.Camelus pro ſune. Quid Camelaucium. Cap. XVIII
Hominis, & Animalium ortus ex Priſcorum Theologia.Prometheus cur dicatur homines finxiſſe ex luto. Quo ſenſu dicatur, Prometheus es.Coroplates quid.Quid Prometheus ex Plotino. Cap. XIX
Omniũ quę de Prometheo traduntur, enarratio allegorica.Quid Hepar, ſiue Iecur Promethei. Quid Aquila. Pandora. Obiter de Briareo pauca. Epimetheus. Iapetus.Ferula. Ignis. Cap. XX
Enarratur locus Propertii.Quale ſit Pharmacum Prometheum.Item Promethei Theſſali hiſtoria.nec non de Argiuo Rege Lacyde. Cap. XXI
Scripti, & Voluntatis Quæſtio triplex.Quid æquum, & bonum.Quintilianus enarratur. Leſbia regula.Item Polycleti Regula. Cap. XXII
Theſei honores Athenis.Semnæ Deæ quæ ſint, Item quid Semneum.Theſeis qd.Comæ, Barbę'q; primitias offerre cur inſtitutum.Tondendi ſpecies.Penice Coma.Galericulus. Relicinus.Replaudere frontem.Trepterius, & Pentheterius Capillus qui dicatur. Pnyx quid.Ceroplaſtæ.Ceras pro Coma. Cap. XXIII
Pyrrhi Votum.Sanitatis præſtantia.Antiochi ſomnium ad id, Pythagoricum item inſtitutum.Socratis compretatio inſignis.Aurum eſſe Sapientiam.Argentum uero naturalium notitiam. Cap XXIIII
Adorationis præſtantia, & neceſſitas.An Beſtiæ Cæleſtia uenerentur. Votum quinq; rebus perfici. Caput XXV
Volutatio in Cœno apud Plinium quid ſit.Ceroma, Patos, Coniſalos, Coniſtra, Pandare, Canthelii qui ſint.Item locus Plinii expẽdit.Bibendi leges.Conuiuiorum præfecti.Oratii locus declaratur.Amyſtiſſare.Commodi hiſtoria. Item tertii loci perpenſio in Plinio. Pauli Prætorii hiſtoria.Quid admouere obſcœnis imaginẽ Prĩcipis. Vini Ordeacei proprium.Pinon uinum, Et Brython, ac Parabia. Cap. XXVI
Quam habeat rationem id frequens in libris, non eſſe in unendum lenti unguentum.De Odoribuſ aliqua non ingrata.Item quid ſit Odor.Dryinos animal. Cap. XXVII
Grati animi exempla, Alexandri, Socratis, Furnii. Interim Archelai hiſtoria. Ingratitudinis fœda ſugillatio.Actio ingrati Athenis contra Senecam.Hirundinem ſignificare ingratum.Militis Macedonici hiſtoria. Caput XXVIII
Virgarum apud Veteres uſus eximius in ſacris, & Vaticiniis.Pyrethi magi, & Pyrethia ſepta.Dinon, locus.Diuinaculorum ſpecies.Qui Specularii, Capnomantes.Saliatores.Palmicum augurium.Vaticinia ex piſcibus.De Myrica ſcitu digna.Itẽ de Rhabduchis.Poemata uirgæ apta.An Virgas in Dracones potuerint Dæmones mutare.Quæ ſit Acœna, Item ſceptrum oſtrea, rhabdota, & arhabdota. Cap. XXIX
Philoſophum uerum eſſe Dei amatorem.Philoſophum non contingere abſque matheſi, Sed huius Item finem eſſe intelligibilium contemplationem.Mathematicæ unde dicant. Quid Dialectica apud Platonem.Inſuper de Geometria ſcitu digna.Philoſophiæ laus. Quid puluis Eruditus, quid Abacus.Locus Perſii declarat.Capillorum in Columnis partes.Stereobatæ quid.Alueolatus.Abax.Abacion. Caput XXX
Seruitutis malum.Qui dicerentur Stigmatiæ, ac literati.Nicanor cur dictus Stigmatias.Eq Coppatiæ, & Sãphoræ, Traſippion.Samii lĩti.Samæna qd.Cauteriũ, Encauſtrũ, Grãmatica pocula, Serui pileati, Coroati, Apolides, Inſularii, Origĩarii, Aſcriptitii. Cap. XXXI

CAPITA LIBRI QVINTI.

Regibus olim Vrbes fuiſſe obnoxias.Pœmanor, & Pœmanorium quid.Rex cuiuſmodi eſſe debeat, uel Princeps, aut Magiſtratus.Cic.nodus explicatur.Anax cur dicat Rex.Anactoria miletus cur.Diopos quid, & Adiopos. Caput Primum
Regum reuerens in Oriente cultus. De Indicorũ Regum luxu, ac tumore.Item Perſarum.

Grypos Cur ament Perſæ. Item quem intelligamus Pyrphorum. Cap. II
Proditorum fœda taxatio per exempla decurrens hiſtorica. Cilicum prauitas. Quid Ciliciſmus, Iſangelia, Epangelia. Scapha, σκαφώρη, Scaphalos. Cap. III
Canterii notio multiplex. Compluuiatæ Vites. Pedatæ, ſeu Characatæ. quid Charax, & qd Tradux. Senecæ locus illuſtratur. Canterino ritu ſomniare, quid. Cap. IIII
Canthari etymon unde ducatur. Item notiones plures. Scarabeorum ſpecies Chryſomelolonthion quid. Plinii locus declaratur, Item Auſonii. Cap. V
Quæ ſit Prouerbii ratio, Delphini Vis in terra. Delphin inſtrumentũ. Delphinis, Delphax, Delphaciũ, Delphinius Apollo. Item de Delphine plura. Plinius explicat. Cap. VI
Ludorum origo. Spectacula an noxia moribus. Cap. VII
De Scena, & Scenophegiis. Scenographia. Ichnographia. Orthographia. Megalographia, & Scenicis locis. Quid Thymele, & q Thymelici. declaratur Plautus, & Vitruuius. Qui actores primarum, aut ſecundarum partium. Machinæ ſcenicæ. Martialis locus illuſtratur. De Proſcenio, & Stropha. Antiſtropho. Epirrhemate. Paregoremate. Cap. VIII
Theoricæ pecuniæ quæ ſint, & Stratioticæ. Stratis, & Craſte qd. Deliaſtæ. Item qui Theori, & quid Theoris. De Salaminia, & Paralo nauibus. Item quid Achana. Qui Colacrete Plut. locus explicatur, Inibi quid Palintocia. De Manduce. Cap. IX
Engaſtrimythi q ſint, Et Pythones, Aut Engaſtritæ. Et Engaſtromantes, extra q̃ opinatus Hermoleos ſit. Iacobæ Rhodiginæ hiſtoria. Emaculat locus in Canõicis decretis. Cap. X
Purpurata meretrix, Babylon cur dicatur a Hieronymo. De Babyloniorum moribus plu/ſcula. Lucretii locus explicatur. Aureus Babylonis Calix qui ſit apud eundem. Cur mors purpurea. De Purpurario infectore digna ſcitu. Cap. XI
De Aurea apud Babylonẽ arcula. Item de miræ naturæ loco apud Seleuciam. De Auibus, quas uocant Deorum linguas. Item de Babyloniis aliqua. Cap. XII
Demoſthenis excellentia, & mors. De Crico multa. Quę ſit Annularis ratio. Quid Heſtor, Cricote Sphęra. Item Circite, Porcos, & Porce, Dextrocheria, ſiue Dextrariola, Pſellia. Puellæ Epheſiæ hiſtoria. Cap. XIII
Demoſthenis ſententia de moleſtiis, quas ſubire neceſſe eſt, ſi Remp. capeſſas. Item de Demoſthene pauca. Cap. XIIII
Tripos Delphicus fuerit ne Vas, an quid aliud. Tripodis notiones plures. Magides menſæ, Epidorpię. Microtrapezi. Tetrapus quid. Inſtans tempus dici futurum. Cillibãtes qd ſint. Dorides item quid. Item Dory, & unde. Cap. XV
Delphici oraculi quæ tradantur initia. Eiuſdem deficientis rationes. De Tireſiæ item Oraculo. Caput XVI
Quam eſſe ex Inimicis utilitatem maximam cenſuerit Plut. Inimicum eſſe Vulturi aſſimilem. Caput XVII
De Vulturibus adnotata quæpiam. Cur Cauſidici dicantur Togati Vulturii. Item Imperatores paludati Vulturii. De Vulturũ odoratu, & Odoris ratione. Cap. XVIII
Quid ſit, quod Monogrammos Deos dixit Epicurus. Quod ſolidum Corpus, Et quæ Mathematica Corpora. Aphiæ meretrices cur. Euthygrammæ quid, & Euthyoriæ. Polygrammi. Cap. XIX
Muſices laus cur data hominibus. Rurſum a quibus ſtudium eius ſit deriſum Cap. XX
Muſicæ ſtudium eſſe omnibus inſitum. Eius initia uideri tria. Gigni tamen præcipue amoris potentia. Caput XXI
Malorum genera tria. Modos eſſe uarios pro morum diſſimilitudine. De Dorio, Phrygio, Lydio. Ionico, Quæ quis in rõne Muſicæ excogitarit primus. De Calaminis Inſulis Oratii locus explicatur. De Elegorum inuentore. Fiſtularum genera. Cap. XXII
Quæ muſica probis admittenda moribus. Item quæ inſtrumenta cenſeri improba debeãt. Magadis. Quintilianus declaratur de Spadicibus. Hypoſpadii, Tibiæ, Pactides, Barbitos, Pſalterium, Naula, Nablas, Nabliſtæ, Panduriſtæ, Crembalũ, Sambyce. Cap. XXIII
Fabii locus ex primo libro explicatur. Vocis figura triplex. Dicrotos. Vocem quandam dici Dendryazuſan. Dorcadiſſans Pulſus qui. Cap. XXIIII
Muſica triplex. Organorum item muſicorum diſtinctio. De Lyrio, & Loto. Cap. XXV

Tibiarum

Tibiarium ſpecies. Phorbion quid. Photingia. Papinii ex Tebaide locus explicatur. Proaulion quid. Item Diaulion, Thebanorum in Tibiis præſtantia. Item Pronomi tibicinis, Calamaules, Rhapaules, Matroa. Thebanorum uituperatio. Caput XXVI

Nomos in Muſica quid. Nomorum ſpecies. De Orthio nomo pluſcula. Caſtorium melos. Laconici Regis mos. Carnii moduli. Carnia feſta. Carna Dea. Auguſtini locus penſitatur, de Iano. Caput XXVII

Arcadum ſtudia in Muſicis. Virgilii locus enarratur ex Bucolicis. Artificum Muſicorum uituperatio ex Plut. Ariſtotelis ſententia ad id ipſum. De Stratonico Citharœdo iucunda lectu. Caput XXVIII

Cani remigibus ſolitum. De Chryſogono modulatore. Trãquilli locus explicat. Quid Suffertum, & Differtum. Intus canere, ac foris quid. Catieni qui ſint. Item quid Strutiſſare. Seruius explicatur de Titis Columbis. Caput XXIX

Principum, priuatorum'q; mollius ſibi indulgentium exempla. Qui ſint Blacæ. Item Blacẽ nomion. De Apicio ſcitu digna. Caput XXX

De Pandeſia, & Maza. Item de Amazonibus ſcitu dignum. Quæ, & quibus in Locis Edulia haberentur præſtantiſſima. Leſbia farina. Gigartum. Fũgorum nomina. Mycenæ unde. Ciboria, Colocaſium. Caput XXXI

Documenta frugalitatis per exempla Hiſtorica. Ventri mancipatos eſſe, uclut Antipodas, dici'q; Lychnobios. De Acilio Buta, & Deorum Cœnis. Opſartyci libri qui ſint, & Opſartyſia. Caput XXXII

De Voluptate, Lætitia, Gaudio, quibus'q; diſtinguantur finibus. Voluptatem non eſſe bonum. Qui maxime Voluptates amplexentur. Caput XXXIII

Crates quo pacto repercuſſerit Voluptarii cuiuſdam dictum. Cur Cibus deterior, ſi gratus ſit, plus proſit, quam probus, ſed ingratus. Caput XXXIIII

De operis huius Varietate ex diuerſiſſimis concinnata. Scytham agere, quid ſit. Panis genera, & inſtrumenta. Megalartus. Megalomazus. Caput XXXV

Panem ex omnibus difficilis eſſe percoctionis, Carnem non ita. Caput XXXVI

Felicitatis humanæ inconſtantia. Timothei Hiſtoria ad id. Ciceronis obſcuritas illuſtrat', ex Epi. ad Atticum. Caput XXXVII

Felicitatem ueram ex Deo eſſe. Opinionem de Deo eſſe omnibus inſitam. Triplici calle cõſcendi ad Dei cognitionem. De Prophetis, Itẽ de Chriſto ſcitu digna. Caput XXXVIII

Salutis rationem eſſe in Religione tantum. Cecropis inuenta, Religiones falſas, & ſuperſtitiões omnes ex Aſtrologia, & Syderibus profluxiſſe. Lucretii locus declarat'. C. XXXIX

Hominum pectora debuiſſe feneſtrata fieri ex Apologo. Hominũ prauitas. Et cur traditũ, Animas tranſire in beſtias. Caput XL

Fidei commendatio præcipua. Qui dicantur Palimboli. Theſſala perfidia, Theſſalæ alæ, Theſſalus Equitatus. Rhombus quid. Trapezia. Theſſalica portio quid. Capanica, Capanæ. Pharſalorum, & Bœotiorum uoracitas. Caput XLI

Magiæ ſpecies eſſe plures, quo'ue diſparentur diſcerniculo. Item Pharmacia quæ intelligatur. Magiæ nomen unde fluxerit. Virg. Locus explicatur. Caput XLII

Qui ſint habiti priorib⁹ forma p̃ſignes. de Phaõe pluſcula. Itẽ de Sappho pauca. C. XLIII

Aeginetica potentia, primum'q; in ea Inſula Numos uideri cuſos. Caput XLIIII

Qui nam fuerit in Veteri Hiſtoria Maris, Qui'q; Equum inſcenderit primus. Italiæ frequentia. Caput XLV

Luſu nec abſtinuiſſe Viros quandoq; laude multa præſignes. Caput XLVI

CAPITA LIBRI SEXTI

Hebræorum doctrinam triplici calle incedere, Talmutico, Philoſophico, Cabaliſtico. de Cabala ſcitu digna. Cardinalium in noſtra religione rõ. Scapi Cardinales qui. Cap. Primum

Species numorum plures, ex Græcis, Latinis'q; congeſtæ Auctoribus. Chelonia quid. De Obolis, ſeu Obelis. quid Oboloſtates. ἀρπάξιν, Statera, Thematiſmus, Cibdela, Cibdelia. Sacellium quid. Trapezitarum Thema. Caput II

Symbolica Simulacrorum additamenta enarrantur. Senectus anguiũ, ſiue Leberis, aut Syphar. De Teſtudinis Carne. Epicrotos quid. Caput III

De M. Euangeliſta, & Antonio Anachorita. Vatieni Hiſtoria, qui ſiniſtræ manus digytos abſciderat. Scuti geſtatio. Inſertorium quid, & quid Telamõ. Item Hoſtorium. Pliniana Lectio aſſeritur. Item de Porpace, & Ochano. Nicię ſcutum. Pelta amazonica. Cap. IIII

De Gemoniis Gradibus, Et cur ſic dicãtur. Item de Gradibus Caſtoris, & Aureliis. Locus Ciceronis explicatur. Suppliciorum genera plura. Caput V

Furum ſupplicia diuerſa. De Dracone Legumlatore. Furum ſpecies aliquot. De Lance, ac Licio. Item de Laro, Larco, & Saccularíis, & Balantiotomis. Cap. VI

T. Liuii locus emendatur ex primo, ubi legitur, Lex horrendi criminis erat. Item locus Plinii enarratur, dc Arbore ſuſpendio eligenda. Caput VII

Plautini loci expoſitio de Litera longa, quam Suſpendioſi faciant. Cruciarii qui, & Crucites, item Crucium. De Cruce ſcitu digna. Caput VIII

Elementa Virtutum eſſe duo, Spem honoris, Pœnæ metum. De Inferorum ſuppliciis dĩgna Scitu. Quomodo patiatur Anima, ex Platonicorum doctrina. Maronis Loca explicantur duo. Caput IX

An poſſit Anima Ignibus torqueri. An Corpus amburi perpetuo, Nec tamen interire. Laricis Natura mirabilis. Item Salamandræ, & Carbonũ, Paleæ, & Formicæ. Cap. X

An Ignis Damnatorum ſuppliciis deſtinatus habeat aliquid intermicantis Luminis. C. XI

Inferi an ſint. Veterum in eo diſceptantes ſententiæ. Auguſtini mox decreta. Cap. XII

Platonis ſententia mirabilis, Euãgelicæ perſona ueritati, de Inferoꝝ pœnis. Cap. XIII

Mentis æſtuatio grauiorne ſit, q̃ afflictio ex Igneo proueniens tormento. Cap. XIIII

Memoriæ excellentia. Item de Reminiſcentia. Memoriæ uel intenſæ, uel remiſſæ rõ. Quĩt. & Maro declarantur. Caput XV

Reminiſcentiam qbus rõnibus induxerit Plato. Itẽ de Memoria quæpiam. Cap. XVI

Puteal quid ſit apud Perſium, & Oratium. Statio dicta ἀνάφριξις. De Puticulis, Putearíis, Terræ Coriis. Perpenditur locus Senecæ in Thyeſte. Caput XVII

Ageſilaum recte legi apud Lactantium inter Plutonis cognomenta. De Orco, & Orcinianis, Horcinus qd, Cur Summanus. Item de Apolline, & Plutone plura. Agyieus columna. Agyiatides aræ, uel Terapnæ. Caput XVIII

Quid ſit apud Varronem Poſtulio. Caput XIX

Opportunitatis in Actionibus neceſſitas. Item de cauſa agente, ac ſuſpiciente. Ingeniorum diuerſitas unde ſit. De Fortuna, & Fato. Item q̃ de Cleanthe, ac Xenocrate. Caput XX

An in abiuncta Anima ſuperſit memoria, uel Senſus. Caput XXI

De Menta. Mintha Nympha. Myntho. Quæpiam aduerſus Hermolaum. Retrimentitię feculentiæ nomina plura. Dyſcœlii qui ſint. Caput XXII

Otii, ut pernitioſi deteſtatio. Remiſſionem tamen aliquam uideri neceſſariam. Quibus otĩum ſit utilius, quam negotium. De Aug. L. Druſo. Turanio, Seruilio Vatia. Quod ſit honeſtum Otium. Caput XXIII

Cur olidum Veternum Catullus dixerit. De Veterno inibi, Necnon de Cataphora, & Comate, ac Caro, Grauedine, Coryza, Catarrho, Brancho, Arterica Affectiõe. Item qui Arthrici. Elephantiaſis. Caput XXIIII

Item de Ratione Otii pluſcula. Domus optima quænam ſit. Caput XXV

De Halyce, ſiue Hale, quam Pandiculationem latine dicamus, uel Anxitudinem, aut etiã Anxietatem. Gelliana reſtituitur lectio. Item de Oſcitandi ratione. Quæ dicantur Oſcitationes apud Papinium. Caput XXVI

An probabile ſit, Labi è Cælo Stellas. Caput XXVII

Impoſtura non tendum. Glauci Hiſtoria. Item de Glauco Caryſtio, De q̃ Sciamachia, et Chironomia, & Sciagraphia, Coryco, & Scariphiſmo. Caput XXVIII

Impoſtorum Hiſtoria complurium. De Dionyſio tyranno, Pythio, Galeno Imperatore Cleomene, Lyſandro. Perſonati qui ſint, & Plani. De Phelo, & Maſthle. Locus Apuleii reſtituitur. Caput XXIX

Vrbana quorundam. Vafricia. Exemplum ignoti Patris. De Aſinario, & Pericle. Fraudum

dum ſynonyma. Caput XXX
Conſilii rationem eſſe præſtantiſſimam. Eubulia, ideſt bona Conſultatio quid ſit. Caput XXXI
Qui ſint apud Senecam Ordinarii Gladiatores, & Poſtulatitii. Reſtituitur in Integrum Senecæ Lectio. Item de Proxenis, & Parariis, Aſtoxenis, Doryxenis. Caput XXXII
Conſumati Gladiatores qui dicantur. Aperitur Plinii difficultas. Item qui Samius Gladiator apud Ciceronem, contra aliorum ſententiam. Item Gladiatorum petitiones, Compoſitiones, Commiſſiones. Caput XXXIII
Quinquēnium Neronis unde duci in Adagiū ualeat. De Nerone pluſcula. Cap. XXXIIII
Hominum quorundam Natura mirabilis. Senecæ locus perobſcurus illuſtratur de Paſſieno. Caput XXXV
An Cato ſolus quater & quadragies cauſam dixerit ſemper abſolutus. De Archilochi poetæ interfectoribus. Plinii locus declaratur. Caput XXXVI
Exemplum ignotum cuiuſdam, Qui plagis feruentior cooriebatur in concubitum. Caput XXXVII
Arcem facere ex Cloaca, Lapidem è Sepulchro uenerari pro Deo, quid ſit. De Menecrate medico, & Callipide. Dicelictas quid, & Dicelon. Item Empuſa, & Hecatæa. Quid item Bolitos. Calopodes qui. Callipædas cur dicant Senes. Item Vocabula plura, de Calia ſcitu non indigna. Caput XXXVIII
Parentum cultus. De Amphinomo, & Anapia. Tollitur ex Seneca obſcuritas. A quib⁹ uiolati Parentes. Caput XXXIX
Apud gentes aliquas cædi ex more Parentes, ac mox uerti in Cibum. Platonis ſcita de Parentum cultu. Caput XL
Nemeſis, & Leda diuerſæ ſint, an una, eadem'q;. Quid Nemeſis apud Ariſtotelem, Quid item apud Platonem. Nemeſea feſta, Adraſtia. Caput XLI
Iræ incontinentia cur damnanda minus, quàm Cupiditatum. De quibuſdam Patrem euerberantibus, raptantibus'ue. Caput XLII
Parentes eſſe Iouis Simulacra. Gentium quarundam truculentia in Parentes. Paricidarum ſupplicii ratio. Pas, Pappas, Ma, Mammia, Pappæus Iupiter, Papiſſare. Caput XLIII
Ciceronis nodus explicatur, tradentis, Mari, quæ uiolata ſunt, expiari, Enarratur & Catullianum Carmen. Caput XLIIII
Deus ſummus qua colendus ratiõe. Item Dei filii, Ac Cæleſtes Dii. Dæmones quoq;. Cur Numeris indita Deorum nomina. Caput XLV
De Hyppolyto quædam haud ingrata. Quis Pythia inſtituerit primus. ῥάχος σφενδόνης qd. Item Rhachia. Caput LXVI
Super Gorgia, & Protagora paucis adnotata quæpiam. De opinione dignum relatu. Caput XLVII
De Suadelæ ſacello apud Sicyonios, De'q; Apollinis templo ibidem. Ægiale quæ, & Sicyon, unde nominis indepta rationem. Diana πειθώ. De Lyceo, & Hypermeſtra. Pyrſos, & deriuata. Caput XLVIII
Lampadum feſta Athenis. Qui ſint Lamprophori, & Lampimones. Lampias. De Lampria, & Panathenæis. Caput LXIX
Quo pacto Thebanus Iſmenias Perſarum Regem adierit Legatus, Nec adorauerit tamẽ. Quibus muneribus affici aſſuerint ab eodem Legati. Dorophoria quid. Caput L.

CAPITA LIBRI SEPTIMI

Veterum ſacrificia cuiuſmodi fuerint. Quid proprie Thyſia. Lucos colendi, & Arbores quæ ſit ratio. Qui immolarit Animalia primus. Semnæ Deæ. Victimarum probatio. Molæ ratio, ſeu Prothymatis. Paraſiti qui. Epiſition, Epiſion, Chernips. Cllimachi Ætia. Vocabula plura ad rem diuinam pertinentia. Ritus ſacrorum Varii Hippades quid, & Appiades. Plinii locus diſcutitur. Caput Primum.

Sacrificia esse uelut medicamenta. An Deo contingat affectio aliqua, nobis adorantib⁹. An necessaria sit eius, quem colas, cognitio. Quam partem Spectare adorantes debeant. Mutilatos a' sacris arceri. Plinius illustratur. Telos quid, & Teletæ. Ebrietas in Sacris permissa, Vnde dicatur μεθύειν. Telesporus. Engastrimythus. Caput II

Lachrymarum ratio. Plinii Locus declaratur. De Oculorum Canthis, & Thalamo eorundem. Item Metopa quid. Caput III

Quæsita non illepida super Lachrymarum item ratione. Miscelli Historia. Myria quæ dicantur. Caput IIII

Oculi Vitia. Cur in Occipitio non sint Oculi constituti, Nec Collum nobis datum uersatile. Aulopi qui sint. Aula item. Aüli, Aulones, Pseudaula, Opuntii qui. Phthisis in Oculo quid. & Atrophia, & Mydriasis, Amaurosis, Amblyopia, & Alia id genus. Bulbus Oculi. Distichiasis. Coracinus unde. De Aprox, Ceruorum'q; lachrymis. Caput V

Adnotatur error Interpretis Plut. Super Piræi Lema. Inibi quid Lema, quid Gramiæ, Glamon. Cronica Lema cur, præter Græcorum sententiam. Cur Athenienses Tettigophori. Diipolia. Buphonia. Cronium mare cur Libadium. Caput VI

Fascibus, iunctis Securibus, usos Consules extra Vrbem modo. Submittere fasces quid. Caput VII

Maiorem Consulem apud Plinium quem intelligamus. Item qui Prætor maior. Et maiores. Flamines. Balbum solum ex peregrinis non triumphasse. Caput VIII

Duodecima hora ædificare, quid. Horarum ratio. Hori annales. Lucianus declarat'. Horoscopa. Heliotropia. Gnomon, uel Vmbilicus. Diopi, Diopteres. Gnomonice apud Gellium quid. Astrologiæ partes. Dioptræ quid. Astrolobii inuentio, & partes eiusdem. Apotelesmata. Caput IX

Tria uideri necessaria Genethliacis. Horoscopi enotationem pene' haberi impossibilẽ. C. X

Sacrare caput cum bonis quid. Enarratur T. Liuius. Zoanas quid uocemus, aut Xoana. Itẽ quid Zanes. Caput XI

Sacri epitheton uarie adiici rebus. De Sacro pisce. Gellii codex' emaculatur, & explicatur. Caput XII

Helenes, & Eriphyles Segmenta Dominis fuisse exitialia, perinde ac Equus fuerit Seianus. Caput XIII

De Auibus, quæ dicant' Scopes, obseruata quæpiã ex Græcox monumentis. Cap. XIIII

Quid sint apud Græcos Scolia. Inibi adnotatur lapsus Interptis Aristophanis. Cap. XV

Emaculatur, exponitur'q; Ciceronis locus in Epistolis ad Fab. Gallum de Cepio. Item cur ibidẽ Sardinia pestilens dicat'. Aquarioli qui sint. De Salacone plura. Caput XVI

Insequẽtis ad Gallum Epistolæ enarratio. Magistrum pro Dictatore inibi positũ. C. XVII

Diætæ notio multiplex. Echinus quid. Diætarum cognomina Varia. Item quid Zeta, & Zetetæ. Defenditur a' Calumnia Hermolaus. Sigma quid, & unde. St, syllaba Silentii nota. Trigon. Caput XVIII

Olearum species aliquot. Emblemata' quid. Iudicium in Areopago primum. Tollit' ex Plinio obscuritas. Thalysia, Syncomisteria, Haloa, Thalos quid, & Talophori. Lactãtii Grãmatici Locus restituitur. Trophæa prima ex olea. Agrippeum quid. Caput XIX

Nexorum status. Qui dicerentur Nexi, & qui Obærati. Nectendi ratio. Interibi Iusti dies q sint. De Athenienſium Sisachthea, & nouis tabulis. Caput XX

Tabulæ, & Codices accepti, & Expensi. Aduersaria quæ sint. Iuuenalis locus declaratur. Apocha quid, & Antipocha. Item de Nexis. Cic. locus explicatur. Prytanea, siue Spor tulæ quid. Caput XXI

Explicatur Quintilianus de Oris multiplici uitio. Anastomosis quid. De Batto, & Batologia. De Ouidio scitu digna. Item de Chærephonte. Et Eretriẽsibus, ac Alcibiade. Fringultire quid. Caput XXII

Bambalio qui dicatur. Item quid Catapeplasmenon. quid Apodos, Alcibiadis Balbuties. Lamyri notiones. Blæsi qui dicantur, & Arguti. Caput XXIII

Balbutiei ratio ex Galeni doctrina. Incontinens lingua apud Hippocratem quæ sit. Item q dicantur ab eodem Muti. Caput XXIIII

Vocabula plura ad Linguam pertinentia. Glossematicum quid, & Glossematarii. Diomedes explicatur. Quintilianus suo restituitur nitori. Scholia, Scholiastæ, Solenistæ. Lingulati Tubuli. Caput XXV
Ex Lingua propagari plerunq; bona, sæpe etiam mala. Silentii, & Sermonis præparci laus præcipua. Loquacitatis epodos. Heracliti factum scitu dignum. Item de Zenone. Piscitio cur abstinuerint Pythagorei. Ellopes unde. Caput XXVI
Pudicitiæ commendatio. Patauinarum laus. De Cornelio Sacerdote Patauino. Hyperoum quid. Caput XXVII
Chiorum castitas eximia. De Filiabus Erechthei. Ciceronis locus illustratur. Leocoræ puellæ quæ sint. Item Macaria. Caput XXVII
De Leonibus non indigna relatu adnotata quæpiam. Leoni mortuo Barbam uellere, qd, Martialis Locus exponitur. Diomedis Filiæ cur dicerentur Equæ. Charopi Oculi, & Raui, q sint, Atq; itē Helicopes. Alcæa qd. Prouerbia ex Leonib⁹ ꝯformata. C. XXVIII
Chimæram allegorice tres indicare Rhetoricæ partes, Vel item Vitiorum multiformem uim. Echidna item quid. Caput XXIX
Prudens Simonidæ commonitio. Pausaniæ Lacedæmonii tumor. Caput XXX
Agrigentinorum Luxus, & Tarentinoꝝ, Necnon de Cyreneis paucula. Vini apud Grecos species. De Myrite, ac Polio imprimis. Vinum cur Græcis dicatur οἶνος. Vini utilitas. Oenisteria, quæ intelligantur. Oenopipas qd, & Parthenopipas. Caput XXXI
Absurdus quorundā Amor aduersum inanimata, Quos amauerint Bruta. Caput XXXII
Vestium delitias, & Simulatum contemptum uideri Superbiæ indicia. Diogenis ad id, & Socratis auctoritas. Quid præstet Philosophia. Caput XXXIII
Ouis Monstrificus partus, Quo Leo est natus. Caput XXXIIII
De Galete formoso quidem, Sed Moribus adprime probis. Caput XXXV
Munuscula haud spernenda. Persarū Regis mos in iis. Horæa. Troximi. Horæ, Prodici Liber. Horapollo, Oratius. Caput XXXVI
Olympici Certaminis in Græcia, Quæ tradantur initia. Item ad id spectātia pluscula. Hellanodicæ qui. Caput XXXVII
Dentes'ne, an Cornua dici in Elephantis debeant. De Alce fera, & Aethiopicis Tauris. Caput XXXVIII
Quæ sit ratio Prouerbii, Leo risit. De Thucydide non ingrata quæpiam. Itē de Leonibus paucula, & de Ammone. Ecphrasis quo a' Diegemate differat. Caput XXXIX
De Aquila excerpta pleraq; ex Veteribus memoriis. Inibi de Amphiarao, & Helena, Necnon de Valeria Luperca. Quid item Aetos. Caput XL
Allegoria scitissima de Saturno Filios uorante. Cur dicatur Cronos. De Sabbato paucula. Caput XLI
Cur Sabbati loco Dominicum ipsi colamus Diem. Solem esse Inuisibilis Filii Dei uisibilē Imaginem. Caput XLII
Plauti locus ex Amphitryone declaratur. De Saturni Hostia. Saturni sacrificiorum impietas. De Xenophane, Cinesia, & Gelone, item Saturnalium ritus. Coi cur dicerentur soli libere sacrificare. Caput XLIII
Cur Famescentibus crassescant Pedes. Item Famis Euentus alii scitu periucundi. Plauti loca duo explicant. Quæ sint Alima, & Adipsa pharmaca. Qui diu uixerint citra ullum oīno cibum. De Phlegmate plura. Caput XLIIII
Gulæ detestatio. Epaminundæ Historia. Frugalitatis laus. De Spartanis. Aegyptiis, Magis, Gymnosophistis. De Prophetis item in Creta, Diogene, Triptolemi præceptis, & Porphyrii, Philoxeno, & Gnathone, Necnon de Philosycis, Philobotryis, Philomelis, ac Melomachia. Caput XLV
De Tyrotaricho apud Ciceronem quid sentiēdum. Quid Tarichopoleum, & Tarichopola. Quid Cremathra, Et Episodia. Saperda. Caput XLVI
Niuē ꝑfusam mulso qd appellarit Domitian⁹. Capilloꝝ colores uñ sint. Canicieī rō. C. 47
Cur ab Homero Senes dicant Poliocrotaphi. Crotaphos quid. Suturarum Capitis rō. De Caluicie præterea, & Canicie. Rhaphides quid. Caput XLVIII

De Phalacro, & Phalantho. Quid Phalacræ, siue Calueta. De Caluitio plura. Itẽ de Spadonibus. Caput XLIX
Pancratiastæ qui proprie dicantur. Quintiliani locus explicatur. Item plura de Certaminũ generibus, & ad ea pertinentibus uocabulis. Caput L
Caluisii Sabini Memoria prope nulla. Grammatici Analectæ qui sint. Itẽ Analectides qd, & Analecta, & Apodectæ, uel Apodectæi. Caput LI
A quibus traditum, Polypos sua sibi Brachia erodere. Quid Cotyledones, & unde. Item Acceptabula. Sepieum quid. Adulatorem esse Polypo similem. Quid Tholus, & Pritaneum. Caput LII
Pantheæ singularis Virtus. Muliebris Sexus commendatio. De Artemisia, & Abato Rhodiorum. Spartanarum, Romanarumq; laus. Item Gallicarum, ac Persicarum. Item de Thracum Fœminis, & Funebribus Mulierum Orationibus. Caput LIII
Iunonis templum in Olympia. Agon, quem uocabant Heræa, siue ἡραῖα. Pallas Narcæa. Diana Laphria. Triclaria. Caput LIIII
De Thrasybulo Vate, Qui ex Cane primus Vaticinia conceperit, Quæ de Sue quoq; elicient Cyprii. Caput LV
Polydamantis robur prodigiosum, atq; eiusdem interitus. Caput LVI
Quo pacto Alcibiadem concionari metuentem Socrates excitarit. Caput LVII
Neminem unum posse in Omnibus paria unicuiq; facere. Alexandri, et Equi ab Apelle picti exemplum. Caput LVIII
Quibus Indiciis Persarum Magi sanguinarium Ochi Regis Ingenium deprehenderint. Caput LIX

CAPITA LIBRI OCTAVI

Mulieres in Doctrinis celebres. De Corinna, Item Erinna, Necnon de Aliis alio genere præstantibus. Caput Primum
Frigidam suffundere, Apud Plautum quid sit. Lauare positum pro eo, Quod ẽ, probra Ingerere. A Tergo Varii qui dicantur. Caput II
Tres modo inuentos ex Rationis præscripto uiuentes. Hominem esse Scyllam. Quorundã efferata Libido. De Concubitus Ratione. Caput III
Cur Viri hyeme, Mulieres æstate Veneris sint auidiores. Item de Concubitu plura, & Vocabulis ad eum spectantibus. Item de Oratio. Meretrices publicitus quis instituerit p̃mus. Pandemus cur dicatur Venus. Hetæræ Meretrices cur. Hetæridia quæ dicantur. Halteres qua componerentur figura. De Aue Erodio. Caput IIII
Cur Claudi salaciores. De eorundem Virtutibus. Item de Alexandro. Gellii locus excutitur. Caput V
Apollonii Castitas. Theodori placita absurdissima. De Voluptate gustus, & Tactus. Sciatrophiæ qui. Cur Venereorum affectio adeo censeatur pudẽda. Polię, Peolę qui sint. Cur Fictum, Passeribus subuectari Venerem. Veneris simulacrum triplex Thebis, Vraniæ, Pãdemi, Apostrophiæ. Caput VI
Corium pro Corio, quid sit. Item Ludere de Alieno Corio, Vnde ortum ducat, Necnõ satisfacere de Corio. Cæstii Historia. Plauti locus explicatur. Caput VII
Prodigiosæ Libidinis Mulierum exempla. De Cyrene Meretricula. Myonia quæ dicat, & Myoxia, ac Ipos. Myuri pulsus. Item de Sphingibus, & Sphinctis. De Casaluadib⁹, & Salauaccha, & Casaluio. Celosta quid, & Casorides. De Tyrrhenorum Mulieribus. Nympha in genitalibus quid sit. Caput VIII
Dierum obseruatio apud Romanos. Qui dies Postriduani. Hesiodica rõ de diebus Felicibus. Item Astrologoꝝ placita, & Christianoꝝ. Interibi cur Mensis dicatur Bos, aut Vitulus. Cælestia obseruantes maxime fuisse Infelices. Caput IX
Cur temporum Varietas ex emersu, uel occasu Fixarum stellarum assignetur a rei rusticæ, uel Nauticæ Doctoribus. Caput X
Dierum Criticorum rõ, ex Medicoꝝ Doctrina, & Galeni imprimis. Caput XI

Midam, & Themiſtoclẽ ſanguine taurino hauſto interiſſe, atq; eius rei q̃ afferri poſſit ratio. Thrombi quid. Ciceronis locus explicat' de Themiſtoclis Liberis. Caput XII
Super Pherecyde adnotata paucula. Item'q; de Patria Syro, & Locis aliis uoce Cognatis, Ac Vocabulis ſcitu non indignis. Caput XIII
Muliebris Commercii deteſtatio. Dennus quid. Ciceronis locus ex ſecũdo de Oratore ſuæ reſtituit' luci. Mulieres ab Olympicis excludi ſolitas. Plinius illuſtrat' de Liuia. Cap. XIIII
Ad Meretriculæ nutum ſuccenſam ab Alexandro Perſepolin. De Phryne nonnulla, Et cur dicta in Maxillis Lecythum ferre, contra Sudæ ſententiam. Item cur diceretur Seſtus. Itẽ Saperdiõ, & Clauſigelon nũcupatas Prynes duas. Necnõ Fœminæ fugillatio. Cap. XV
Quid ſit, More Candidatorum Cæſaris quippiam agere. De Candidatorum habitu. Expurgatur a' Vitio Plut. tralatum Problema. Quid Chithon, & quid Peplus. Cãdidatum uarie accipi apud Eruditos. De Candida item Tyronum toga. Et quid Coitio. T. Liuii Locus emaculatur. Caput XVI
De Roſcii Hiſtrionis excellentia, & Prouerbio inde Nato. Cap. XVII
Pepli Notio multiplex. Muſtellinus color. Item de Pallade, Allegorice, Cur'q; Stratia dicatur, & Glaucopis. Item Athena, et Hippia, & Nica. Peplographia in Epiſtolis ad Atticũ, quæ intelligi debeat. Caput XVIII
Cur tantopere Sẽſibus afficiamur, atq; Oculis præcipue. De Oculoꝝ uitiis. Qui dicant' Peti. Cur Spadonibus oblædatur Viſus, & Frequenter coeuntibus. Cap. XIX
De Neruis opticis Qui ſint, qua'ue coeant ratione. Cur ſimplex obiectum quandoque duplum uideatur. Caput XX
De Antiſtitis Mineruæ Barba apud Pedaſenſes, quæ ingruens malum p̃ſagiret. Cur Fœminis non adnaſcat' Barba. Cretenſiũ mos. Berberi quid. Caput XXI
Quot exigantur ad Videndi rationem. De Diaphano, & Lumine. Cur Sol Mundi Oculus. Caput XXII
Igneum ſplendorem ineſſe Oculis quomodo probent Platonici. Item qua ratione fiat Viſus ex Platonis doctrina. Caput XXIII
Ariſtotelis Rationes aduerſus Platonis de Viſu placita. Caput XXIIII
Ariſtotelis ſententia de Viſus ratione. Item quid Dieche, & quid Dioſmos, ac Diagonios linea. Caput XXV
Cur quædam collucere in Tenebris uideantur. Miracula quorundam ex ſe lumen fundentium. Caput XXVI
Cur Seminis contingat in Sopore profuſio, & Arrectio. Concubituris officere nuditatẽ pedum. Clinopale nudipedalis quæ ſit, Item de Nudipedalibus ſacris. Caput XXVII
Auſtri, & Aquilonis proprietates non indignæ relatu. Cur Boreas dicatur Alpinus a' Virgilio. Plauti locus expenditur, ex Epidico. Caput XXVIII
Capilloꝝ in Homine ratio. Gẽtium ritus in iis. Molliciei taxatio. Pepones q̃ ſint. C. XXIX
Maſculæ ueneris inſtitutor p̃mus. De Orpheo, & Orpheoteleſtis. Plutarchi locus aſſeritur, Necnõ Ariſtotelis. Cretenſiũ in Marium cõcubitu, & Gentiũ aliaꝝ Mores. Caput XXX
Item nonnulla ad idem ſpectantia. Vnde ſit Cinædorum in coitu uoluptas. Hircini quoq; odoris ratio. Qui Hirquitalli, & Hirqui, & Tragica facies apud Ariſt. p̃ter Theodori ſententiam. Hermaphroditi. Cap. XXXI
Qui dicantur Officioſi. Item Betæ, Necnõ Volſi Ludii, & Præciſi. Loca Martialis duo explicata uberius. Quid Sicula, & Sica. Item Seuinus, & Anaphliſtius. Itẽ Catadactylicus. De Pindari obitu. Cap. XXXII
Specula cur inuenta. Maronis locus explicatur ex Bucolico Ludicro. Caput XXXIII
Item de Speculis nonnulla ex Mathematicis rationibus. Caput XXXIIII
De Veſta, & Ignis inextincti ratione, Item'q; de Virginibus. Ouidii, & Papinii loca amplius explicantur. Caput XXXV
Ignis cultus apud Varias Gentes. De uſu Luminum in Noſtra religione. Cur Homo tantum utatur Igne. Caput XXXVI
Syderum Radiis in Terræ Centro incendium excitari. Item qui dicatur Veſtalis Ignis, & quid Veſta. Caput XXXVII

Veſta unde inflectatur, Quæ'q; ſint eius Verbi notiones. Pariſtia quid, & Baunus, necnon Banauſus. Vñ dicat' Clibanus. Inibi Dionyſius, & Suetonius declarant'. cap. XXXVIII
Supplicantes ſolitos in Veſta, ideſt Lare ſedere. Adnotantur inibi Interpretum Plut. erro/res. Epheſtius qui ſit. Item cur dicatur Veſta. Terræ Epitheta aliquot explicãtur. Plut. co dex emaculatur, & cur Terra dicatur Clitta. Perſæ ſupplicum mos, Item'q; plura ad idẽ ſpectantia. Caput XXXIX
Super Aglaidis uoracitate De Græco penu paucula. Adephagia, Adephagi q. caput XL
Coronidem appingere, quid ſit. Coronidis notiones aliquot. Item quid Corone. Martialis locus declaratur. De Aſteriſco, & Paragrapho, & Dipla. Ad umbilicum perducere quid. De Vmbilico Terrarum pluſcula. Caput XLI
Vocabula plura ad Vmbilicum ſpectantia. Ompnia, & Ompnæ quid. Omphaloeſſa unde dicatur. Ambones qui. Infantem per Vmbilicum nutriri. Vmbilici notiões aliquot. Quid Croca. Caput XLII
Item de Embryii nutricatione in Vtero, Embryũ cohærere utero, ſicuti Plantis fructus. An Embryum ſit Animal. Pſacala, Pſacaluchi, Nennus, Sannas. Caput XLIII
Embryo quando infundatur Anima. Cur per Cancrum Anima deſcendere, Per Capricor num aſcendere dicatur. In quam primum Corporis partem inſinuet' Anima. De Animis duabus in Homine. Caput XLIIII
De Prouerbio, quod eſt, Diphilo Diphilus tardior. Quot Diphili, & Qui, ac Vñ, Qui'ue dicantur Dii. Caput XLV
Linguæ uirulentæ taxatio. Ocimum ſerere, aut Cuminum quid. Cimbices qui. Antipathia quarundam rerum mira. Maumeth ſentẽtia præclara. Quid Brutum faciat. De Sillis pul/chra. Cur Philoſophos Muſeum Timon appellarit Talas. Sileni unde. Cap. XLVI
Super Æſopo Fabulatore excerpta paucula non illepida. Quid Aenos, Quint. Locus expli catur. Cur dictus Aeſopus. Logopœus qui dicatur, & quid Logos. Logaœdica metra. Itẽ Mythos. Caput XLVII
Athenienſum aduerſus rebelles ſanguinaria Decreta. Cap. XLVIII
Qua ratione Soſipolis Deus coli ab Heleis ſit cœptus. Bacchi miracula, & Feſtum Thyia. Cap. XLIX
De Plutonis templo apud Heleos, Quod annis ſingulis ſemel tñ recluderetur. Cap. L.
Timothei ſententia de Frugi Victus cõmoditate, Platonis in re eadem cõmendatio. C. LI
Quæ ſit ratio Cereris Nigræ apud Phigalenſes. Simulacri eiuſdem abſurditas. De Cabi/ris. Caput LII
Feſti rõ, quod Platęenſes Dędala uocent, Statuas antiquitus ſolitas dici Dædalas. C. LIII

CAPITA LIBRI NONI

Vocabula, quibus Oculorum explicantur partes. Item plura de Oculorum tunicis, & Hu/moribus, & Vitiis. Caput Primum
Cur ſit oculus Globatę figuræ. Nullum eſſe corpus omnino perſpicuitatis expers. Inde poſ ſe Lyncas uidere per parietem. Caput II
Gentibus ſingulis ſuos eſſe mores. Arcadum ritus. Lycæus Iupiter. De Ægyptiis adnotant' paulo plura. Propertius declaratur. Anaphorum, & Allactum quid. De Caribus paucula. Pharao apud Ægyptios quid ſit. Caput III
Cuiuſmodi fuerit Ægyptiorum Sapientia. Et cur Viri præſtantes illuc potiſſimum enauiga rint. De Matheſi paucula. Caput IIII
Cuius ſit rationis Prouerbium ab Ægyptiorum templis productum. De Silenorum Ima/gunculis. Caput V
Olympiadis apophthegma ſcitum de Pellice, Item'q; alterum in eum, Qui formoſam qdẽ duxerat, Sed non illibati nominis. Caput VI.
Prouerbium, Extra Leucoparyphus, Intus Holoporphyrus. Vocabuli utriuſq; cum pleriſq; aliis explicatio. Caput VII
An mores Maſſilienſes in Plauto recte pro euiratis dicantur. De Maſſilia paulo plura. Item quæ ſit

quæ ſit nominis ratio. caput VIII
Veſtitus quam eſſe addeceat rationem. Veris, aut Pauonis cognomina quibus adhæreant. Veſtimenta initiatorum, quæ dicantur per Paroemiam. Item de Athenienſium Myſteriis. Quid Myſteria, & quid Myſtæ. item Myſtile, & Thronon. Veſtium repoſitoria. Rhiſcus quid. caput IX
Veſtium genera plura, quæ uariis de cauſis ſortita appellationem ſunt. Batrachium, color. Oratius illuſtratur. caput X
Lacides Veſtes quæ ſint, ac item Pilares, & Spira, & quæ dicerẽtur Pilæ. Cur Tauri Phœniceis irritentur, contra Domitium, & quæ ſit eius rei ratio. Problematum genera. Auſonius, Virg. & Ouidius declarantur. Thyſani, Croſſi, Tapetes. Strotæ. caput XI
Cur Aeſculapio Gallum debere ſe apud Platonem, Socrates dicat, Aduerſus Lactantiũ ad notantur paucula. caput XII
De Gallinaceis excerpta pleraq; non incurioſe. Cur ante lucem canant, cur'q; Aues dicãtur Perſicæ. caput XIII
An ſit in Verbis omnino uis ulla. Cur'q; in Sacris plerunque Barbaris uterentur uocibus. caput XIIII
Aethiopum Nigredinis, & Vibrati Capilli rõ. Interibi quid ſit, Reſolui in Terrã, & Aquã. Item de Pedibus, Vnguibus, Dentibus, Semine Aethiopum. Refellit Herodoti opinio. Tauri Aethiopici, qui dicuntur Rhinocerotes. caput XV
Allegorice quæpiam de Atlante, ac Filiabus, ex Græco penu præcerpta. Maia, ſeu Mæa. i. μαῖα, quàm uarie uſurpetur a' Græcis Auctoribus. caput XVI
Qui dicantur ſuper Chœnice ſedere, ex Pythagoræ Symbolo. Quid Chœnix, Chœnicides. Plemnæ, Chnoæ, Plemæ, Torma, Enalata, Hamaxedonia. Declarantur item Pythagorica quæpiam. Interibi de Sole Inuiſibili ex Platone, Necnon de Patre, ac Filio, et Mũdi Anima. Cheniſcus. Aries Phryxi. Taurus Europæ. caput XVII
Quo ſenſu accipiendum illud Pythagoricum. Stragula obuoluta ſeruari debere. De Plotino obiter. Item'q; Imaginem Dei annulo non inſcalpendam. caput XVIII
Delphorum Ciuitatem dici Pitho. Pythium quàm multis habeatur locis. Pytheum quid, & qui Pythii. De Pythico nomo plura. Item de Pythone, quem uocant Delphinem, Delphicum oraculum fuiſſe prius Terræ, ac Neptuni. Hexametrum qui cecinerit primus. Itẽ pluſcula ad Oraculum Delphicum pertinẽtia. Apollinis cognomina aliquot. Cur Homo dicat' Phos. Phodes quid. Cognitionis eſſe Innatam nobis cupiditatem. caput XIX
De Cambyſis Veſania, & Morbo Sacro. Qui dicerentur Caberii Dii, & Pattaici. Anactes pueri. Cabareni, Cabus, Cabæſi. Item de Vulcano delibata paucula. Aphthæ quid. Vlpiani Codex perpenditur. caput XX
Qui nam fuerit Hyperbolus Athenis. De Saxo, quod Hyperbolũ uocant. Hypobolus ager qui, Et Aſtictos. caput XXI
De Hyperboreis, Arimaſpis, Abari. Arimphæis, Necnon de Medicamento, Quod dicatur Rha ponticum. caput XXII
A' Mari habitandum procul. Maritimos Mores dici de Impuris, Sordidis'q;. caput XXIII
Coniugalis Amor quatenus progredi debeat. Coniũx dicatur, An Coiux. Pulchritudo triplex. Amor item Triplex. Concubitum ab iis excludi. Platonis apologia. Laus Amoris. In qbus uituperet' Plato, Cur'q; eum Satonẽ, non Platonẽ nuncuparit Quidã. Cap. XXIIII
Amor apud Heſiodum quid. Amoris Parentes diuerſi. Spartani amatores. Vulgaris Amoris uituperatio. Qui ſit Anteros. Caput XXV
Inſaniæ cauſa ex atræ bilis uitio. Effectus porro' uarii humoris eiuſdem, quo ad Mores. caput XXVI
Exempla Inſaniæ maxime mira. Lucretii furor, & Accus delyrium inopinabile. Item Piſandri. caput XXVI
De Ratione item Delyrii, ex Medicorum Doctrina. De Imaginoſo, & Nocumentis Imaginandi potentiæ, Necnon Cogitatiuæ, & Memorialis. Quot modis dicatur Phantaſia. Catulli locus explicatur. Cornelio item Celſo lux infertur. caput XXVII
Delyrium, quando'q; ex Imbecillitate contingere. Triplex Delyrii ſpecies, cum Riſu, Stu

dio, & Agresti mentis ardore. Ecstasis. De Catacopis, & Enthusiasmo. Mammacuthis, & Diuinaculorum fraude. Caput XXVIII
A' quibus traditum sit, Ingeniosos Melancholicos esse. Ac quæ sit eius rei ratio. Bilis atræ species. Caput XXIX
De Cicadis Acanthiis, & Achetis. Cercope, ac Calamæo. Cur Cicadæ aliæ canant, Aliæ minus. Alia item de Cicadis non ingrata, & ex Platone fabella repetita. Caput XXX
Nil uideri absq; luce. Colores uariari pro lucis diuersitate. De Columbarum collo. Lucretii locus declaratur. De Iridis Coloribus, & Apparentiis, quas uocant Symphasis. C. XXXI
Quid foret Robur in Carcere, & quæ dicant' digna Robore. Iuuenalis locus, & Propertii alter explicat'. Item Vocabula nonnulla ad Carceris loca pertinentia. Caput XXXII
Carceris genera. Quid Ceramus, & Ceramicum flagellū, & Domus. De Labyrintho, Barratro, Latomiis, Latomis, Latypis, Lithurgice, Lithotriuice, Cauea, Tulliano, Libera custodia, Charonia Ianua. Item de Metœcio pluscula. Xenocratis Historia. Caput XXXIII
Qui Commentarienses, & Phylacti. Obiter de Cornicularijs paucula. Cap. XXXIIII
Cornicem Albam prope' Rhodigij mœnia uisam. Item de Albis Coruis. Cornicis festum. Coroniστæ. Coronismata. Hirundinum festum. Cap. XXXV
Digytorum ratio ex Auicenna. Eorundem quoque nomina ex Polluce. Inibi quid Scimaliσare. Cap. XXXVI
Animalibus cunctis inesse Rationis, Orationisq; uim, ex Porphyrio. Itē de Apollonio Tyaneo quæpiam. Caput XXXVII
Qua ratione Animam exui alis, traditum sit, aut eadem reparare. De quatuor Paradisi fluminibus. Caput XXXVIII
Non uerba Platonis attendenda, Sed Sensum. Quæ sint Aiarum alæ. Quid in eisdē Auriga, & Equus geminus. Columbæ geminæ apud Virg. qd' sint. Cap. XXXIX
Vehicula Animæ tria. Item quid Animæ Idolum, & quid Vmbra. Maronis locus exponitur. De Sensibus Ætherei corpusculi mira. Caput XL
An sit Philosophandum. Omne genus Scriptorum excutiēdum. Aristoteles cur diceretur Anagnostes. Philosophiæ laus. Caput XLI
Heroum quid sit. Expenduntur apud Thucydidem Loca duo. Heræum quid. De Craniis, & Cranone, Epicrano, Olecrano, & de Herophile, ac Sibyllis. Caput XLII
Sepulchrorum religio. Plinii locus explicatur Gentium in sepeliendo ritus. Caput XLIII
Item de Sepulchris pluscula, & Sepeliendi ritu. Iniectio Glebæ quid. Virgilii locus explicatur. Caput XLIIII
Ritus item Gentium ad idem spectantes. Ratio Iustorum, quæ defunctis exhibentur. Vidi liquores apud Papinium qui sint, & cur comburerentur cadauera. Caput XLV
Qui fuerint Metelli Macedonici Filii apud Plinium. Item apud eundem Diadematis legēdum sit, an Dalmaticis. Caput XLVI
De Aleijs Cāpis, an recte Vacui transferant'. Obiter περὶ περιχύσεως. Alea qd, & Epialos febris quā hēat rōnē. Alesius mōs, Halea Pallas, Halea certamina, & Halotia. C. XLVII
Qui dicant' Mandragoram bibisse. De Mandragora paulo plura. Obiter de Orationis aspe ritate. Et quid Cataphora. Caput XLVIII
Externo Bello intestinum sæpe restingui. Scorionis Dacorum Ducis Historia ad id appositissima. Caput XLIX
Canum Millus, atq; inde Prouerbiū. Item Canum Ornamenta alia, seu munimenta. C. L
Auguriū Canarium. De'q; Sacro, qd' Caniculæ fieret. Cur immolarent' Canes Canis Oculum hēre quid. Itē de Cynomyia, Cynocephalo, Aristogitō Canis, Cynæpodes. C. LI
De Canum generibus adnotantur plura, De'q; eorundem Rabie, & Diui Bellini templo in Rhodiginis paludibus. Cypsele, Cypselides, Cypseli. Caput LII
Conditionē Filiæ quærere qd sit apud T. Liuiū. Item'q; de Vindiciis plura. Ephesis qd, & Ecdetus. Martialis explicat', Necnō Quintilianus de Assertione secunda. Caput LIII
Thargelion. i. θαργηλιών mensis q sit. Thargelia Festa. Thargelus olla. Sextum Thargelionis diem fuisse Græcis auspicatissimum. Thargelia Regina. Caput LIIII
Solere interdū Homines pleroſq; nimis quàm leuiculis rebus stulte operā ipēdere feriam.

Atq;

Atq; inibi Platonis decretum. Prius de Atechnia, Cacotechnia, Matæotechnia. C. LV
Gallinaceorum Athenis compugnantium in Theatro Spectaculum, Quę'q; tradantur eius rei initia. Caput LVI
Fluminũ ſimulacra uarie nunc Humana, Nunc Bubula exprimi ſpecie ꝓſueuiſſe. C. LVII
Diſcordiarum primordia inter Platonem, Ariſtotelem'q;, Summates Philoſophos, non ex æmulatione inortam, Verum ex Vitæ potius ratione diſſimili. Caput LVIII
Sileni, ac Midæ congreſſus. Terram haberi Continentem extra Orbem noſtrum. De'q; in ea Ciuitatibus, & Hominum Moribus. Caput LIX

CAPITA LIBRI DECIMI

Spartanorum Mores explicantur. Item de Pueris Bomonicis. Lactantii Grammatici locus reſtituitur. De Fœminarum nuditate. Quibus furari honeſtum. Cardaces qui. Quint. Illuſtratur. Caput Primum
Laconicæ Magnanimitatis exemplum ex Xenophonte. Cur Spartani dicti quãdoq; Ophiodiri. Item Spartam fuiſſe alterum Græciæ Oculum. Eurotas, Sparte, Lacedæmon, Vnde appellationem traxerint. Caput II
Qui ſint apud Appiani Interpretem Aptatores. De Harmoſtis pluſcula. Harmoſteres, Harmoſyni, Item'q; Qui dicerent Epiſcopi, Agonii Dei. Agonia, Agones, Angones, & Phylaçæ. Ciceronis ſoluitur nodus ex Epiſtolis ad Atticum. Caput III
Laconici Breuiloquii commendatio. Item de Oratiõis breuitate excerpta ex Phalereo pleraq;. De Clauibus, & Laconico Ferro. Caput IIII
In qbus fœde ſugillarent Spartani. Diironoxeni q. Item Xeni. Epixenum. Quę apud Spartanos comperiant ſcitu digna. Ferri fundendi rõ a' quo excogitata primum. Cap. V
Triplici ſemita incedere, qui Fabulas allegorice interpretent. Quo'ue pacto intelligẽda Deorum certamina. Item nomina tum Maſculina, tum Fœminina. De Saturno. De Tantalo. Dioſcuri qd, & Pſoæ, ac Stachys, Necnõ Ægides, Mercurius, Argas, Argus. Caput VI
Quid Fabula, Et Fabularum genera. Cur dicãtur Æſopeæ Fabulæ. Quintilianus illuſtrat. de Epimythio, & Promythio. Fabularum in Oratione utilitas. Inſuper cur fingatur Thamyris a' Muſis excæcatus. Caput VII
Eſſe inter Homines quoſdã, uelut Natura Principes, & uelut Natura Seruos. Qui ſint Angari, Aſtandæ, Phryctoria. Item de Agarico, & Angonibus, Item qui Opiones, & Teſſenarii. Caput VIII
Ficalneum Lignum cuiuſmodi ſit. Fici folia cur dicantur Thria, Cur'q; Ficus Arbor amara ipſa, Fructus tamen prædulces gignat, & Cur non iciatur fulmine. De Caprificatione. Ficorum, Interim genera plura, & in iis de Puerorum Ludo. Caput IX
Quos dicamus Inaffectatos Capillos, Affectatos'ue. Item de Capillorum ornatu pluſcula. Quæ dicantur Focalia. Caput X
Capillos dici a' Græcis φίλλας, inde deriuata pluſcula. Strãgalides quid. Philippi dictum in eum, qui inficiebat Capillos. Caput XI
Veneris Caluæ, atq; item armatæ ratio. Qui nam ex Mulierũ Capillis funes nexuerint. De Venere item pluſcula. Caput XII
De Affectione, quã Medici, Capillitiũ dicunt. Itẽ Defluuii Capillorũ. Caput XIII
Felicitatem eẽ rem diuiniſſimam. Virum Bonum, Felicem'q; cur Quadrangulũ dicamus, & Tetragonum. De Fortuna quippiam. Caput XIIII
Quadratum Corpus quod ſit. Quadrata compoſitio. Quadrati Verſus. Quadratũ agmẽ. Quartarii. Caput XV
Quadrantaria Clytemneſtra apud Cæcilium quæ intelligenda. Caput XVI
Cybelen uideri a' Cubo nuncupatam. Cubus unde, & quid. Item quid Cybe, ac Cybelis, & Cybele. Matroa. Matragyrtes. Caput XVII
Ex diuerſis Cæli habitibus diuerſos euadere Hominum Mores. Perſarum ritus. Quintiliani locus emaculatus declaratur. Lucanus item illuſtrius enarrat. Perſes qd ſit. Perſithea. Paſithea. Perſus piſcis. Perſinus. περσοὶ in Veteribus Libris quid ſit. Caput XVIII

Non esse Legem ueram, quæ ad optimum non perducat. Lex quid. Cur in numina referãtur Leges a' Veteribus. De Minoe, Dracone, Zaleuco. Legum nullam esse bonã ex Gnosticoꝝ sententia. Legum laus, & Cur Platonis Leges frigeant pleriſqꝫ. Caput XIX

Ad Meridiẽ uergentes cur timidi. Ad Septẽtrionalia audaces. Italiæ ſitus laus exqſita. Diagrãma qd. Diagraphe. Diagrapharius. Diagrapheus. Germanoꝝ Mores. Cap. XX

Pannoniorum mores. Britannoꝝ. Galloꝝ. Martialis explicat'. De Braccis, & Anaxyride, ac Campeſtribus, & Rhemenſi tela. Caput XXI

Cur Hiſpaniæ ſubterranea incolere dicat' Plutos. Cur'qꝫ in ea Campos finxerit Elyſios Homerus. Hiſpanorum mores. Caput XXII

Myſorum Mores, item Thracum, Qui dicantur Abii, & Aliorum quoqꝫ populoꝝ ratio. De Getis nonnulla. Item'qꝫ de Orpheo non indigna ſcitu, & Tereo. Caput XXIII

Scytharum inſtituta. Vnde dicãtur Scythæ, Anacharſidis inuenta. De Scythicis calciamẽtis, & Perſicis. Dauoꝝ ſeruile nomẽ uñ ꝓpagatum. Daulus qd. Daulis uñ. C. XXIIII

Athenienſium mores, ac inuenta præclara, et Cur iidem Autochthones dicti. Cur Cecrops duplicis Naturæ. Romanorum grauitas. Caput XXV

Cretenſium mores, Nonnulla de Spartanis. Item de Ægina. Lero. Ceo. Cap. XXVI

Albanoꝝ, q ad Caucaſum ſũt, Mores, De'qꝫ Seruis, q apud Eos Sacri nũcupant'. C. XXVII

Maſſagetarum mores, Item Tapyrorũ, Bactrianoꝝ. De Phigaleis pulchra. Caſpiorum'qꝫ, ac Derbicum item ritus. Caput XXVIII

Medorum, & Armeniorum ritus. De Anaitide Perſarum Dea pleraqꝫ non ingrata. Ciceronis locus explicatur pro lege Manilia. Caput XXIX

Cappadocum mores. Cappa triplex peſſimum, quid. Cur prẽſignia tam uitio, q̃ probitate, dicantur Cappadoca. Heptacometaꝝ ritus, & Moſynœcoꝝ, inibi quid Moſynos. Itẽ de Tibarenis, & Stathmis. Caput XXX

Indorum ueterum, ac Recentiorum ritus. Arbor Tala. Herculem coli ab Indis Gigãtis nomine. Philoſophorum genera duo. Animam qui primi immortalem aſſeruerint. De Columbis Melinis, & Nymphis Meliadibus. Caput XXXI

Taxilitarum mores perabſurdi in Filiarum nuptiis. Carmanoꝝ ritus. Caput XXXII

Sogdiorum Iuuenum admirabilis Animi magnitudo. Caput XXXIII

Aſſyriorũ ritus. Diſtinguantur'ne a' Syris Aſſyrii. Syrorũ item mores, & Phœnicũ. A' qbꝰ ſuenta ꝑmum Aſtronomia, Arithmetica, Geometria. Iamblichus, Adad, & Adargatis. Virgo cæleſte ſignum. Chalcidica pocula. Siriaſis quid. Sirrũ, Sirrus, Sir Ciui. C. XXXIIII

Arabum ritus maxime miri. De Ratione Veneni ſcitu non indigna pleraqꝫ. Item de Vipẽris pulchra. Caput XXXV

Nabatẽorum mores. Nabaten uocari ex Adulterio conceptum. Reges apud Homerum ſolitos ſibiipſis ſubſeruire. Caput XXXVI

Ægyptiorum inuenta. Et eorundem ritus. Calaſiris quid. Laura locus delitiarũ. Dulcis cubitus apud Sardis. Caput XXXVII

Aphrorum ritus diuerſiſſimi. Necnon de Carthaginienſibus. Ammon Iupiter unde. Parãmon Mercurius. Gorgia quid. Corgones, Aíalia. Boues retro paſcentes. Cap. XXXVIII

Clepſydræ notiones plures. Hydrologium quid. De Clepſydrio item. Caput XXXIX

Vocabulum Lutra q̃ uarias recipiat notiones. De Lutrophoris, & corriuatis a' Lutra dictionibus. De Aquiminariis, Aquariis item, ac Cerere Luſia, & Arione Equo. Nept. & Cereris eiuſdem fabella. Caput XL

Alopeciæ Morbo unde factum nomen. Hydrocephalæ affectiones. Quid Alopecium. Alopecades. Vulpio. Vulpis fraus. Scolios. Cerdo. Cynalopex. Cinados. Baſſarus. Baſſꝫ. Alopeconeſus. Apollo Epicurius. Caput XLI

Aſciam cruribus illidere quid. De Antiphonte, ac Dionyſio. Dolabella'ne dicatur, An Dolõbella. Caput XLII

Craterem Helenæ, habere prouerbii formam. Nepẽthes Homericum quod nam ſit. Piſta medicamina. Epipaſta, Chriſta. Item Nepenthes Auſcultationes. Caput XLIII

De Archytæ tabella, ſeu Platage. Item quid Crotalũ, & Crotalus. Crocala. Cocalia. Aſcari. Lumbricorum ſpecies. Aſcarophori, Aſcarides. Ciriæ. Tæniæ. De Platagonio quæpiã non inſcita, &

non inſcita, & Telephyllo, ac Anemone. Caput XLIIII
Athenodori, & Philoſtrati Iudicium de Iulio Polluce. Caput XLV
Byzantii Laus præcipua. Byzantios fuiſſe οἰνόφλυγας, ideſt Vinolentos. Macedonis Phi/
lippi dictum præclarum. Caput XLVI
De Pythagora enotãtur pluſcula. Item quibus argumentis comprobetur fuiſſe Magus. De
Boue Empedoclis. Caput XLVII
Mineruam cur Lacedæmonii Chalcioecum uocent. T. Liuii, & Plutarchi codices emaculã/
tur. Chalcopus, Chalcotypus. Caput XLVIII
Chalceum quàm multa ſignet apud Græcos. Chalcea feſta. Exchalciare Verbum. Chal
ceati dentes. Orichalcum. Chalcenterus cur diceretur Didymus, & Bibliolathas. Co
dones quid ſint. Caput XLIX
Aes cur à Græcis χαλκὸς dicatur. Aeris inuentio, & Auctoritas. De Combe puella. Le/
ſche quid. Aeneum uinculum cur pro perpetuo. De Adamante paucula. Telephia uul
nera, & Chironia. Cyſoleſches. Caput L
In Cubiculo Nola, quid ſit in Oratoriis Quintil. Inſtitutionibus. De Tintinnabulis. Iaſ/
ſæorum Hiſtoria. Caput LI
Super Phauorino adnotata quæpiam minus extrita. Vocis acutæ ratio in Eunuchis, Item
nuditatis Barbitii, Cur'ue Amaſii ſint. Vocis magnitudo, uel paruitas unde ſit, ex Gale/
no. Interim Imperatoris laudem eſſe p̃cipuam, Indignationẽ comprimere. Cap. LII
Super Vocis ratione adnotata pluſcula, De'q; Soni, ac Vocis interſtitio. Pollucis obſcuri/
tas illuſtrat'. Tertiata uerba quæ intelligantur. Caput LIII
Sonus quomodo illabatur auribus. Cur Quali figura Aures, & Lingua. Item pleraq; Muſi
cæ conſonantię organa. Caput LIIII
Calaſtri pueri, qui ſint. De Carneade, & Antipatro. Calamouoas qui dicatur. Antiphona
quid. Pſithyriſſare. Arteria. Caput LV
Scruta quid ſint, & quid Scrutaria. Enarratur Oratius. Caput LVI
Super Mæandro, & Protagora relatu non indigna quæpiam. Magoꝝ ſententia de Diuinis
rebus. Item de Sophiſtis pluſcula. Ancalidophori. Ancalides. Phaceli. Cap. LVII
Pythii Hominũ ditiſſimi Hiſtoria, De'q; Vxoris eiuſdẽ non uulgari prudentia. Ca. LVIII
Hiſtoria Paridis paulo remotior, De'q; iter Deas Iudicio, & Dardano eiuſdẽ Filio. C. LIX
Senectutem imbecillem euadere ob Adoleſcentiæ intemperantiam. De Gorgiæ ſenio
præuiridi. Caput LX
Aetatum humanæ uitæ diſtributio. Fabulam ætatis peragere, apud Cic. quid. Vitę metam
quam ſtatuant pleriq;. Caput LXI
Aetates humanas Planetarum conſequi rationẽ. Martialis, & Apuleius declarant', Necnõ
Oratius. Philoſophoꝝ placita, & Auicẽnæ de Ætatibus. Item de Fabula ętatis. Vocabu/
la plura, quibus Aetates à Græcis diſtinguuntur. Caput LXII
Aeneam pietate in Deos, ac Parentem inſita, clemẽter à Victoribus tractatum Græcis, ac
liberum abire cum domeſticis permiſſum bonis. Caput LXIII
Citharœdi prudens reſponſum apud Alexandrum fidibus utẽtem ruſticius. Quo pacto Li/
num peremerit Hercules, à quo Muſica imbuebatur. Caput LXIIII
De Tityris, Silenis, Satyris, Quæ ſit nominum ratio. Bacchus cur dicatur Phleon, Itẽ Co/
gnomina alia. Caput LXV
Diuerſi Populorum mores, breuibus, ac miſcella enotati opera. Qui nunquam riſerint. De
Ceo Sene Caniciem coloribus obſcurante. Caput LXVI
Zeuxin ſpectatum Helenam à ſe pictam neminem admiſiſſe, ni erogata p̃us ſtipe, Quo no
mine appellata eſt Meretrix. Epicuri dictum nobile, Videri felicem, Cui Vitæ ſuppetãt ne/
ceſſaria. De Pecuniæ cura difficili. Caput LXVII
Animos halucinantes, malis edoctos ſæpius reſipiſcere. De Hierone, Ptolemæo Secundo,
Phrage, & Damocrate Palæſtrita. Caput LXVIII
Super Electra adnotantur paucula, Quæ dicta prius Laodice ſit. De Gyge, qui mulieres p̃/
mus δὶς νύμφευσεν. Necnon de Alcimi Lydorum Regis felicitate. Interim & Xanthi memo
rantur duo, Poeta, & Hiſtoricus. Caput LXIX

Qua ex cauſa prædicent Delii, Philoſophum non incelebrem Syrium Pherecydem tam tetro, tamq; exitiabili peremptum fato. Caput LXX
Herculeas columnas prius Briarei nuncupatas. Epaminondæ paupertas, et Magnanimitas Perſarum Regis munera ſpernentis. Caput LXXI
Hominum Ingenia Tyrannica, uel mitia facile plerunq; coniectari. De Pericle, ac Gelone, Item de Dionyſio Poſteriore. Catapultæ inuentio. Caput LXXII
Philippum uictoria elatum, ne unquam fieret Rationis impos, Iniunxiſſe Puero, mane ingreſſus diceret, Homo es Philippe. Caput LXXIII

CAPITA LIBRI VNDECIMI

Octimeſtris partus Cui raro uitalis. Caput Primum.
Fabulâ fieri quid ſit. Vitam noſtrã eſſe item fabulã. Platonis de Spe Apophthegma. C. II
Maronis locus ex primo Georgico, Septima poſt decimam felix. Lunam humectare, nõ arefacere. Tetradiſtæ qui ſint. Caput III
Sententia triplex de Lunari lumine. Quibus probetur rationibus, Lunam repercuſſu lucem non propagare. Caput IIII
Lumen eſſe Cæleſtium Virtutum uehiculum. Cur a nobis longius abeat Sol. nec Luna eũdem præferat Schematiſmũ. An item a Planetis illuſtret, uti a Sole. Caput V
Item de Lunari lumine. Cur Selene. Cur in Dianę ſacris Faces, & cur tergemina Diana, & Hecate. De Geryone paucula. Hecatompedon. Hecatombæum. Mænides. Caput VI
Septem ab aliis dici Lunæ permutationes. Quid Phaſis. Iugum dici de Libra. Cicero inibi explicatur. De Diana, Quam uocant Agroteram, & Endymione. Cur Lunæ appellatione Mundus ſignificetur. Caput VII
Memoria matutina quæ intelligi debeat. Quintiliani locus explicatur. Rurſum de Memoriæ ui pluſcula. Caput VIII
Reminiſci quid ſit. Aliud eſſe, iterum diſcere, Aliud Reminiſci, ex Placitis Ariſtotelicis. Et qui in Reminiſcendo Soloeciſmus. Pauca de Platonis Reminiſcentia ex Procli doctrina. Animam non eſſe Tabellam literis uacuam. Caput IX
De Attico Herodis filio memoriæ nullius. Scip. Apophthegma in Appium, Item Themiſtoclis. Cur Muſæ Iouis, & Mnemoſynes filiæ. Qui Amnemones in Cnido. Muſa qd ſit, ac unde dicat. Themiſtoclis dictum de Memoriæ Arte. Lethe fons ad Trophonii Specu. Item alter Mnemoſynes dictus. Caput X
De Scopeliano Sophiſte pleraq; non indigna relatu. Vitam eſſe Vigiliam. Tranquilli hiſtoria illuſtratur. Vites in Aſia haberi prohibitas ab Imperatore Domitiano. Caput XI
Hominem cenſeri prudentiſſimum, quia ſit Capitis non magni modi. Inibi quæ ſit ꝓgrua Capitis uel magnitudo, uel figura. Cur magnis Viris caput aperire, moribus receptum ſit. Hippocratis Imago pileata. Caput XII
Cur Capite deminuti ferè impetuoſi ſint. Cephale unde corriuetur. Aram potentiarũ Animæ eſſe in Capite, Quod & Olympus dicitur, & Trito. De Tritogenia pluſcula. Virgilii locus de Olympo Omnipotente. Caput XIII
Super Lydorum inuentis, & mollicie adnotata paucula. De Lydio ornatu, & Maſturbatione. Aleæ, & Teſſerarum, ac Pilæ luſus Inuentores, Necnon aurei, argenteiq; numi. De Caryce, & Candaulo cibis. Caput XIIII
Quàm Late pateat Animæ rationalis Imperium in Corpus. Vnde ſit grauidarum mollicies, & Appetitus abſurditas. Caput XV
Exempla Hiſtorica ad id ipſum. Caput XVI
Quid ſit Imaginatio, ſiue Phantaſia. An cum opinione coniungatur. Caput XVII
Ventorum finalis ratio quæ ſit, De q; eorundem materiali cauſa. Flatum a Vento diſtare. Aeolipilæ quid ſint. Empedoclem dictum fuiſſe Colyſaneman. Caput XVIII
Ventorum ſpecies aliquot, Vulgo haud ita notæ. Apogæa retinacula, ſeu Epigæa. Amuſiũ Organum. Strobilus quid. Pallas Anemotis. Sardinia cur peſtilens. Sardoa herba. Pleſiſtius Ventus. Pleſignathus Panis. Phyſignathos. Caput XIX
Super Polemone enotata quæpiam. Manu Soloeciſmum facere quid. Quintilianus illuſtratur. Varus pergæus. Pelargi cognomen. Item quid Typos, & Tyrbe. Caput XX

Manum in

Manum in Aetolis habere, ac mentem in Clopidis, quid ſit. Aetolorum furta. Aetoli Epitheton, quid ſit, & unde. Clopia. κλωπάζειν. Caput XXI
Pterophori apud Plutarchum in Othone qui nam intelligendi. Item quid Ptera, aut Ptero mata. Peripteron. Pſeudoperipteron. Pterophori Sacerdotes. Caput XXII
Plutus diuitiarum Deus, cur Cæcus effingatur. Herodis Sophiſtæ munifica, & proinde mirabilis Natura. Chalcidiſſare. Auaritiæ improbatio. Aloadæ q dicant. Cap. XXIII
Diuitiarum uſum quem eſſe deceat. De M. Antonio, Ptolemæo, Bione. Diuitiarum genera duo. Caput XXIIII
Carthaginienſium, & Homeri ſententia de Diuitiis. Eulogiæ quid. βῶν. Eua mons. De Solone. Themiſtocle. Timotheo. Pelopida. Item de Pluto Cæco, & Phryne. Aphnii ſacellum. Theſaurum recondendis pecuniis ſtructum a Minya primum. Tirynthi mœnia. In Adulteros Lex prima. Caput XXV
Lapidem Leſbium in Funeſtas admitti domos ſolitum, de Herode, ac Lucio, item Marco Imperatore. Caput XXVI
Nobilitatem in Aſtragalis geſtare, quid. De Herode item. Aſtragalus quid, et Aſtragaliſis. De Talorum figuris, aut numeris. Diagrammiſmus. Grammæ, ſeu Lineæ. Cuborum inuentor. Caput XXVII
Cur Lunulas geſtarint in Calceis Romani ueteres. Nobilitatem nil prodeſſe, ni adſit Virtutis meditatio. Terræ filii qui dicantur. Cap. XXVIII
Vocabula plura de rebus conformata, quæ geſtantur. Item ad id pertinẽtia alia. De Hypomochlio, Vecte ferreo, & Lingula, Sera. Vectiarius quid, & Mochlos, Mochlia, Exholcyſmus. Phragma. Caput XXIX
Inuidiæ deteſtatio. Quid Inuidia. Prouerbium, Aegyptio Scytha non inuidet. βασιλάνια ridicula. Caput XXX
Quem Ægyptium Sophiſten intelligamus. De q̃ Proteo allegorice pluſcula. Cap. XXXI
An credibile ſit, Silentem Lunam aliquid in nos agere. Qui dicantur Icadiſtæ. Athenæi locus declaratur. Caput XXXII
Adulationis malum. Quid Cercopiſſare. Quæ Climacides. Adulatorum Appellationes diuerſæ. Crocidiſſare quid. Carphologia. Tylæ. Crocylia. De Dionyſii Adulatoribus, & Antigoni. Adulatorum cognomina plura. Colax unde, & item Cœlia. Clymenus pro Plutone. Caput XXXIII
Vitæ diuturnioris, breuioris q̃ rationes ex Philoſophorum Scholis, Item de ratione Maris, & Fœminæ in plantis, Atq; inibi Plinius illuſtratur. Caput XXXIIII
Cur Sexus utercq; minus in Plantis diſtinguatur. Cur Iupiter dicatur Mas, & Fœmina. Cur Herceus Iupiter Oculorum trium. Arbores in quo ſimiles habeantur Inſectis, & quo differant. Caput XXXV
Climactericos annos a Ptolemæo haudquaquam probari. Caput XXXVI
Quibus conſtet Sanitas, quibus ue conſurgant Morbi. Cur tam Longæui ante diluuiũ. Cur Cyrnii Macrobii. Mellis p̃ſtantia in producenda uita. Democriti. Hiſtoria. Ca. XXXVII
An mors ulla dici Naturalis poſſit. Naturale non uno intelligi modo. Fatum capi p̃ Natura. Virg. locus explicatur. Caput XXXVIII
Aphetica in Cælo quæ dicantur ab Aſtrorum Peritis, & qui Aphetæ, item Apheteria quæ ſint. Caput XXXIX
Super Hermogene ex Græcis deprompta quædam periucunda. Caput XL
Procemio male uti, quid ſit, Item de Philagro Sophiſte. Caput XLI
De Ariſtide Adriano. Qui dicant Vomentes. Scomma in Philippum. Caput XLII
Vomentes item qui dicant. Pomp. Scomma in Marcellinum. Vomitus ratio. Cotabiſſare. Lecanion. Lebetion. Scapha. Caput XLIII
Nil prorſum corpori indulgendum uoluptatis nomine. Carcerem iſtruere, quid ſit. De Platone. Pythagoreis, & Plotino, & Ageſilao. Caput XLIIII
Homo uerus qd ſit ex Platonicor̃ ſentẽtia. Duas eſſe quodãmodo in nobis Aïas. C. XLV
Hominem ab Aliis finiri ex Anima, Corpore q̃ concinnatum. Homo interior, & exterior qui ſit. Caput LXVI

Adam, & Euæ allegorica ex Platonicis ſignificatio. Caput XLVII
Argiuo ſcuto dignus, Prouerbium, quam rationem habeat præter Zenobii ſententiam. Sagma quid, Defenditur Lectio in Lactantio Grammatico. Scutum ſacrum. Caput XLVII
Iouem Lapidem iurare apud Gellium quid ſit. Ciceronis Locus explicatur ex Epiſtolis. Caput XLVIII
Haſtarum Auctoritatem fuiſſe Veteribus religioſam. Haſta pura, & Præpilata quæ ſit. Haſtam, & Caduceum mittere. Caducei ratio, quid Cerycium, & quid Ceryces. Seneca declaratur. Præconum ſpecies. Caput XLIX
De Auctionum Haſta, & Magiſtris. Cicero, & Fabius explicantur. Item Locationum, & Salutis Haſta. Caput L
Haſtici ludi, ſiue Xyſtici. De Xyſto, & deriuatis inde, De Aeganea, & Ancyle, ac Gæo. Item plura ad Haſtas pertinentia. Necnon quid rectis, aut infeſtis Haſtis uenire. Phalanx quid. Caput LI
De Iſthmo. Prouerbium, quod eſt, Iſthmum perfodere, quam rationē habeat. Papinii locus ex quarto Syluarum explicatur. Qui adorti ſint rerum Naturæ faciem hic, aut alibi mutare. Iſthmi notiones, & deriuata. Caput LII
Equo Sophocleo ſimilis, Prouerbium quid inferat. Item Damiani, & Sophoclis Hiſtoria. Caput LIII
Coloneus Oedipus cur dicatur. Colonos fuiſſe in Attica duos. Euryſacion quid. Colonarii Colonitæ. Colonarium quid. Interim & de Equo Sophocleo. Caput LIIII
Hippon apud Græcos dictiones ītendere, Hippobinus, Laſtaurus. Cillones qui ſint. Plura ab Hippos deriuata. Polion. Prophoros, & Acoſte quid. Item Lochia. Caput LV
Quæ dictiones item Græcis amplitudinis ſignificantiam habeāt. Aeginæa mercatura qd. Rhopon. Rhopes. Rhopographi. Strabo illuſtratur, Item Virgilius. Æginæum pro magno. Rhoptron. Aetnæum pro magno, Sic & Parnaſium. Pſammocoſium. Gargara. Carcinus unde. Caput LVI
Quos dicamus Equos Lycoſpadas, Lycos frenum, ſeu Lupatum, Lycopodes qui, Lymax, Lymata, Item Phaſiani Equi. Et Neſæi, Hippona, & Onoſcelis, & Hippo, Equus primus. Centrineces, Encentrides qui, Peroriga. Plinii locus perpenditur. Caput LVII
Prouerbium De Corintho ſupercilioſa, quam habeat rationem. Corinthi felicitas. Aes Corinthium cur pretioſum adeo. Caput LVIII
Iouis Corinthus, Prouerbium, quem habeat ſenſum apud Philoſtratum. Quæ dicantur Anacalypteria, Et Encalypteria, Encalymmata. Epicalymmata. Edna. Opteria. Diaparthenia. Necrocorinthii qui ſint, & quid Defunctus. Mortuale, Morticinum. Cap. LIX
Super Heraclide ſcitu digna quæpiam de Græco excerpta penu. Lepidum Ptolemæi factum. Caput LX
Qui maledicta leniter tulerint, Antigonus, Philippus, Auguſtus. De Demochare, qui dicebatur Therſites. Caput LXI
Conſtantiæ bonum. Leuitatis fœda ſuggillatio. De Animi mobilitate. Deſultorium Ingenium. Fortunæ appellationes diuerſæ. Caput LXII
Deſultorii Equi unde, & qui dicantur. Iulii Pollucis codex uindicatur a uitio. Amphippi q ſint. Item Hamippi, & Prodromi. Caput LXIII
Equitum Species plures. De Curribus bellicis, & Certaminum ſacrorum ratione. Nomina armorum, quibus Equi muniuntur. Subſellares quid, Catalogi libri, & Tactici, Selma, Selium, Selmides. Caput LXIIII
De Æliano Sophiſta quædam iuulgata minus. De Socrate, & Aglao Pſophidio. C. LXV
Antipatri præſtantia in ſcribendis Epiſtolis. Deorum præceptores qui dicantur. Mos referendi in Deos. Faſtigium decernere quid. Antigoni Hiſtoria. Laſanophorus quid ſit. Caput LXVI
Cur multis rebus ſit ꝑtributum Dei nomē. Iuuenalis locus perpendit de Pecunia Dea. Veterum de Deo placita. Deum inuehire eſſe impoſſibile. Caput LXVII
Alexandrum appetiuiſſe, dici ſe Deum, Lacedæmoniorum prudens in eo Decretum. Antigoni

goni commonitio ad Filium. Caput LXVIII
De Titormi Buſſequę ſcredibili robore. Item q̃ de Milone paucula. Vnde natus Adagio, Alter hic Hercules. Caput LXIX
Periandros fuiſſe duos, Miltiades tres, Sibyllas quatuor, aut decem, Bacchides tres. Quos educauerint Bruta. Apellis dictum de Protogenis Ialyſſo. Caput LXX
Quos ab Infimo gradu ad maximum dignitatis faſtigium euexerit proſperior Fortuna. Interibi Quid Tymbalus, & Tymbades. Necnon Catapontiſtes. Oecotrips qui ſit. Caput LXXI
Diogenis Apophthegmata duo, In Demoſthenem unum, In Sparti atã alterę. Scita quoq; Ariſtotelis commonitio ad Medicum, A quo inuiſebatur Aeger. Caput LXXII
Socratis Apophthegma, de Alcibiadæ muneribus. Item in eum, Qui diceret magnum qp̃piam expetere, arduum q̃ factu. Necnon de Otio. Caput LXXIII
Super Eurydamante Pycta, Et notæ dicacitatis Homine Zoilo adnotata de Græco penu quæpiam. Caput LXXIIII
Scitum Dionyſii reſpõſum, Quod relictũ a Parente Imperiũ nequiſſet ſeruare. C. LXXV
Meſonis aſſimulatus furor, Ne cum Athenienſium reliquis Siculam iniret expeditionem, Quod Aſtrorum peritia futurarũ prænouiſſet afflictionem. Caput LXXVI
Dicta, uel facta Quorundam ſcitu digna, Quæ ex diuerſo, miſcella uelut opera, ſunt in unum congeſta. Caput LXXVII
Zaleucũ filio iuſſiſſe alterum ex oculis erui, Alterum ſibi, ut lata a ſe de Adulterio ſeruare tur Lex. Adulterii pœna apud Gortynam. Caput LXXVIII
Silentii bonum ex Græco Diſticho, & Gnathænæ meretricis Hiſtoria lepidiuſcu̇la. Caput LXXIX
Prudens Olympiadis apophthegma, quo Alexandri tumorem repercuſſit, diuina ſibi quæ rentis in Vita. Caput LXXX
De Inſula Samo, & in ea feris, quæ dicantur Neides, Et Hirundine alba. Aeſopo. Hermodice item Midæ uxore, Cumæis prima Quæ numos cudit. Mœchorum ſupplicium apud Lepreos quod fuerit. De Lucania, ſeu Samothracia, & Theſpienſibus, Et Magnetum malis, ac Inſula Icaro, & Piſcium excellentia, Ac Georgio Trapezuntio. Cap. LXXXI

CAPITA LIBRI DVODECIMI

Prolepſin, ideſt de Diis anticipationem Omnium eſſe Mentibus ĩſitam. Cur Deo ſummo Solem perſimilem dicat Plato. Caput Primum.
Quam abſurda Prioribus Deorũ uarietas. Deus ignotus Athenis. Dei ſummi deſcriptio. Cæleſtia qui primum adorarint. Vnde dicatur Theos. Cæleſtia an uiuãt. Apomyius Iup. Spodius Apol. Gratiarum ſacra. Caput II
Diuinorum inſcitia ubi exorta primum. Deorum multitudo ex Varrone. Item Deum eſſe unum, nomina plura. Stator unde dicatur. Quid Amum. Quid Phtha, & Oſiris de Meliſ ſeo item, & Meliſſa, ac Iunone. Caput III
Platonem, & Platonicos nonnullos ſentire, Vnum modo eſſe Deum. Caput IIII
Super Memnõis Sepulchro, & Statua ex Græcis adnotata pluſcula, unde Iuuenalis illuſtratur, de Rhodio Memnone, ac Palto, Dipaltus, Euhelii, & Memnon idibus. Itẽ quid Apaſtia. Suſa cur dicantur. Caput V
Prouerbiũ, qd̃ eſt, Numerare nouit, quã uim habeat. De q̃ Arithmetice occultiore. C. VI
Pythagoræ placita de Monade, ac Dyade. Item de Pari, Impari q̃. Caput VII
De Nouenario numero. Virgilii locus explicatur ex Aeneidos primo. De Helicone muſico organo, De Muſis pulchra. Febrium ſpecies. Caput VIII
De Monade. Cur q̃ ea ad Deum referatur. De Ternario item. ac Quaternario. Triembolum quid. Cap. IX
Quinarii numeri potentia. Cur Senſus tantum quinq̃. Et quæ præcellant Sẽſibus. Pempazin quid. Pempebolum. Pentadactylus. Pentaſublon. Triobolum. Caput X
De Senario numero. Et quæ Numerorum partes dici iure poſſint. Caput XI

Multiplex Septenarii poteſtas. Cur ante diem ſeptimum Infanti non imponeretur nomen. de Partu Septimeſtri, item Octimeſtri, Et de Saturno paucula. Caput XII
De Octonario. Vbi Octimeſtris partus uitalis. Exterricinei qui ſint. Epitoca. Gelli⁹ illuſtratur. Parcarum nomina. De Ilithyia, & Telepho. Octonario ſignari Iuſtitiam. Cap. XIII
Denarii numeri poteſtas. Cur dicatur Decas. Et cur eo nomine dicatur Mũdus. Cur in ſupplicijs denario numero utatur Plato. Virg. explicatur. Decatones. Decateutæ. Decatelogi. Icoſtologi. Decaduchi. Caput XIIII
Ex numeris qui dicantur Lineares. Plani. Solidi. Numerus quid. Qui numerus dicatur potentia, & qui actũ. Digytus in numero quid. Item Articulus. Caput XV
De mediis duobus Arithmetico, & Geometrico. Plutarchi illuſtratur obſcuritas. Caput XVI
Cauillum ſuper litera μ, qua Dionyſio concionis habendæ facta poteſtas eſt. Quid Morologia. Quo ſenſu dicatur, Sortitus es πὸμ. præter Græcorum interpretamenta. De Dionyſio Seniore pluſcula. Item de Iuniore pauca. Dionyſocolaces qui, & Alexandrocolaces. Caput XVII
Cuiuſmodi foret mos ſortiendi per literas Athenis. Item inter Athletas. Qui dicatur Ephedrus. Caput XVIII
Potentiam ui quadam inſita Sapientiam cooptare. De Ioue, Saturno, Pallade. Athenęum quid. Sais. Singa. Zoſteria Pallas, Zonæ appellatione quid intelligatur Veteribus. Caput XIX
Epilogus præſtantiſſimorum Regum ex Veteribus memoriis. Plut. codex emaculatur. Macedonibus fuiſſe cautum Legibus, ne Trophæa conſtituerent. Caput XX
Philoſophos, qui Imperia arripuerint, crudelius illiteratis rem adminiſtraſſe. C. XXI
Tyrannos raro conſeneſcere, Amicorum inopia potius, quam Auri. Cap. XXII
Regium eſſe, Ne tenuia quidem aſpernari. Apologia aduerſus ſupercilioſos Vitilitigatores. Mnaſeam cur Veteres Salpam cognominandum cenſuerint. Spartanorum Sacrificia prætenuia. Caput XXIII
Super omnem Irin, Adagio quid ſit. Iridis rationem eſſe admirabilem, & cur Thaumanthis credita filia. Item appellationes eiuſdem uariæ, Ac cur dicta Arquus Dæmonis. An in ea ſint clementiæ diuinæ præſagia. Item de Cataclyſmo, ſiue Abluuio, & Conflagratione, ſiue Ecpyroſi. Cataractæ Cæli ruptæ quæ intelligantur. Demũ de Columba indice ſubſidentium Aquarum, ex Plutarcho. Caput XXIIII
Affectionum, quę in Aere fiant, ratio duplex. Item Videndi ratio per lineas. Remus cur in Aqua uideatur fractus. Iris quomodo fiat, & eiuſdem colorum diſtinctio. De Ophthalmicis non nihil. Caput XXV
Item quæ requirantur ad Iridis effectum. De quodam, qui Imaginem ante ſe propriam uidebat. Caput XXVI
An Lunaribus radiis effici poſſit Iris. Plinius emaculatur. Caput XXVII
Rotundationis in Iride ratio. Item Colorum. Cur Heſiodus Irin dixerit πολυώνυμον ὕδωρ. Caput XXVIII
Obſeruationes item ſuper Iride plures. Maronis locus explicatur. Necnon Plauti, ac Propertii. Cap. XXIX
An recte dicatur Iris caua nube concipi. An Iridis Colores ſint ueri. Cap. XXX
An Ex Iride Odor accedat uel Terræ, Vel Arboribus. In Oriente cur odoratiora cõſurgãt. De Aſpalatho, & Rhamno. Caput XXXI
Iridis notiones aliquot. Radix Marica. De Melino colore. κυανίζειν quid. Iris pro arquu unde dicatur. Aquarium dici de Iride. De Arquato morbo non nihil. Cap. XXXII
Sup Phrygii, ac Pieriæ amore adnotata paucula, De quę indidẽ nata Paroœmia. C. XXXIII
Amor cur apud Platonicos dicatur Dæmon. Et cur admirandus. Amoris principium quale ſit. Caput XXXIIII
Venus duplex quæ ſit. De quę Amore gemino. Vraniam Venerem qui adorti colere Primi ſint. Caput XXXV
Cur Amor Heros dicatur. Itẽ Eros. Necnon Amoris commendatio. Caput XXXVI

Semiramidis

Semiramidis Sepulchrum. Auaritiæ ſugillatio cum Philippi apophthegmate. Itẽ plura de Semiramide. Quæ ſit Derceto, ſeu Atergatis. Item Aſtarte. Quę dicant Manica. Mãnos. Mannophoros. Maniacia. Gatis Regina. Caput XXXVII
Quæ ſint Septem Orbis terræ celebrata Spectacula. Quam'q; in iis euariet hiſtoria. Capitolinus Iupiter, Qui Coryphæus, Diana Coryphæa. Caput XXXVIII
Byſſina uerba, quæ intelligantur. Quid in Oratore præcipuũ. De'q; in Oratione Magnificentia, & Splendore. Quid Epiphonema. Virgilius illuſtratur bis. Caput XXXIX
Byſſina ueſtimenta quæ ſint. De Phæo paucula obiter. de'q; Lineis, ſeu Camiſiis. Amorgina ueſtimenta. Caput XL
Indi Sagittarii exemplo commoneri nos, quàm ſit famæ parcendum. Indorum Sagittæ Quantæ, Quales'ue habeantur ex hiſtoria. Caput XLI
Qua ratione inficerent ſagittas Scythæ. De'q; eorundem more in ſagittãdo. Tollitur ex Plinio obſcuritas. Arabas item, ac Indorum nonnullos tingere ſagittas ueneno. Cur Galli Sagittas Helleboro collinant. Toxicum unde. Caput XLII
Qui dicant Computatoꝝ digytis ſimiles. Orontis hiſtoria, Scirpum dici uitioſe, At Scrupũ recte. Digytorum geſtu ſupputaſſe Veteres. De Iano paucula. Caput XLIII
Quo Digytorum geſtu Veteres ſupputarint. Cap. XLIIII
Quintiliani, & M. Tullii auctoritates prædictis accommodantur. Et Iuuenalis quoq;. In digytos mittere quid. Item in digyto mori. Caput XLV
Aegyptium Iudicem Sanctum intelligi. Iuſtitiæ laus. Stachane quid. Ageſilai, Philippi, Antigoni exempla. Caput XLVI
Iuſtitiæ aſtruitur excellentia, & difficultas. Cur Iuſtitia bonum dicatur alienum. Et cur alicubi dicat Ariſt. Iuſtitiam eſſe quiddam exiguum. Caput XLVII
Iuſtitiæ legitimæ finitio. De Iuſtitia particulari, de'q; eius partibus, Diſtributiua, & Cõmutatiua, ſiue Correctiua. Vnde dicatur Dicæum, & Dicaſtes. Nec non Medium, ſiue μέσον Dice, ideſt Iuſtitia cur Iouis filia. Qui dicantur Chirodicæ. Caput XLVIII
Repaſſum Pythagoricum deſtruit. Gratiaꝝ in Vrbibus templa quam habeãt rationẽ. De Numi uſu, Et nota. Permutandi Conſuetudo apud Veteres. Caput XLIX.
De Iuſtitia interna, & Iniuſtitia. An ſibi quis iniuriã faciat. Ac ſit'ne ad ſeipſum Iniuſtitia. Plato, Ariſtoteles'q; pugnare uidentur. Caput L
Quibus Iuſti cognomen ſit adoptatum. Inibi Ariſtidis hiſtoria. Propertius explicatur, De Heleis, & Pedaliis Indis. Laudum Iuſtitiæ epilogus. Silentium in Iudicio quid. Plauti locus explicatur ex Amphitryone. Caput LI
Iram in puniendo præcipue reprimendam. Cotys Thracum Regis exemplum. Necnõ Auguſti. Iræ fœda ſugillatio. Microlypus qui ſit, & Crypſicholus. Crypſinus. Caput LII
Quæ pro Ira dicantur apud Plutarchum a Gryllo in Brutum deformato. Quæ rurſum aduerſum ea excogitari recte ualeant. Iræ medicamen optimum eſſe moram. Perturbationũ uictorem poſſe Deum dici. Caput LIII
Peripateticorum placita pro ira. Lentitudo quid, & Lenti qui dicantur. Fortitudinis adulterinæ ſpecies. Autolecythi qui ſint. Fortitudo ſyncerior quæ dicatur. Cap. LIIII
Diluuntur obiecta, quæ in Peripateticos concinnantur. Irã duobus perpendi modis. Fortitudinis rõnem bifariã diſtribui. Affectiões ex hoïe tolli nõ poſſe. Caput LV
Ex Voluntate Affectionum qualitates præcipue pendere. Apathiam item non eſſe huius Vitæ. Caput LVI.
De Mediocritate, de'q; exceſſibus Iræ. Iracundorum ſpecies tres, Et naturalis eorundem cauſa. Iræ uocabula. Caput LVII
An uerum ſit, Hircos pati facile, ipſis intuentibus, fœminas iniri. De Hyæna inſuper ſcitu digna. Confirmatur Plinii hiſtoria de Viperæ partu. Caput LVIII
Animal Thoa eſſe Homini amicum præcipue. Canum fides anxia in Niciam Venatorem. Caput LIX
Ingenio præſignes eſſe plurimum iracũdos, imbelles'q;. At Grauitate, fortes, Sed indociles, obliuioſos'q;. Vnde'q; horum promi effectuum ratio ualeat. Cap. LX.
De Vulcani templo apud Aetnam Siciliæ, de'q; Canibus ingenii mirandi diſcernendis,

Qui caſte, pie'q; accedãt, Aut ſcelere imbuti ſalutatum tamen eãt Deũ. Caput LXI
Cereris templum apud Hermionenſes celebre, uel miraculo, Quod præferocem Taurum ducat ad aram Vetula Sacerdos obedientiſſimum. Item de Canibus in Palladis templo, Quod in Daulia eſt. De Panos templo in Arcadia, & Muſcis auolantibus ex Olympia, & Leucade. Necnon de Diana in Icaro Inſula. Caput LXII
Quadruplex loquendi figura, Veteribus obſeruata Grammaticis, Priſca, Latina, Romana, demum'q; Miſcella, ſiue Mixta. Caput LXIII
Morbo atrocius craſſante, Vel etiam citra oblæſionem manifeſtariam, Nonnullos ſe in Puteos deiectaſſe. Caput LXIIII
Qui dicãtur Citharœdi piſces, Quæ'q; nominis habeatur ratio. De Polypo item, Qui ſua ſibi uoret brachia, Cirros'q;, Quod negant Alii. Caput LXV
Ceruum a' Philadelpho ita educatum, Vt Græcæ linguæ ſono inſueſceret, intelligeret'q;. Meropis Auis Pietas ſingularis. Luſciniæ ambitio. Ciconiarum pietas. Cur eaſdem Pieta ticultrices dixerit Arbiter Petronius. Caput LXVI
Apum nomina plura. Mellis genera non citra admirationem. In Myconio Apes non haberi. Vocabula plura ad idem. Plaſtides. Cephenes. Sira, Sirenæ. Meliſſa. Meliſſia, Meliſſæus Iupiter. Melitea Lintea. Caput LXVII

CAPITA LIBRI TERTIIDECIMI.

Vbi affectus mouere non permittantur Oratores. Quintiliani ſententia perpenditur. Caput Primum.
De Apathia. Dyſpathia. Metriopathia. Propathia. Sympathia. Antipathia, & id genus pleriſque aliis. Procatarctica cauſa quæ ſit. Caput II
De mõſtro mirabili edito in Rhodiginis agris. De Piſciũ, & Ranarũ pluuia. Cap. III
Super Agathocle adnotata quæpiã. Cur'q; is Graculus ſit cognominatus, Item Triorches. Plutarchi labecula colluitur. De Buteone Aue. Gracchus, & Pulcher an flatilẽ admittãt. Mihi cum flatili ſcribendum. Philomelam dici, nõ Philomenã. Caput IIII
Nominum ratio recta quæ ſit. Item nominum interpretatio plurium. Onomatotheræ qui dicantur. Allantes, Allantopolæ, Salſicopolæ. De Briſeide, ac Chryſeide. Caius unde dicatur. Gæus Bos qui ſit. Caput V
Nomina item a' Virtute, Felicitate, Moribus, ac Variis producta Euentibus. Lamyrus quid. & Diadema. De Achille pluſcula, & Patria eiuſdem Phthia. Venox unde. Caudex, & & Codex. Caput VI
Super Euripide, & Archelao paucula, Et Cylone. Pulchritudo cur mire afficiat unũ quẽq;. Omne pulchrum eſſe item bonum. καλὸν unde dicatur, Diotimæ præceptum. Quintiliani locus illuſtratur. Pulchritudinis Species. Caput VII
Quo pacto a' Corporea fugiendum pulchritudine. Qui plurimum terrena mirentur, & ament. Caput VIII
Platonicorum laus. Pulchritudinis cõmendatio cum Mulierculæ fugillatione. Iuuenalis illuſtratur. Certamina de pulchritudine. Tenediæ Venuſtas præſignis. Chryſophori mulieres quæ intelligant'. Itẽ certamina muliebris Tẽperãtiæ, & Oeconomiæ. Cap. IX
De Euripide quæpiã haud inuenuſta, de Greco penu præcerpta potiſſimũ. Cap. X
Perſarum Legati quo pacto ab Alexandro dimiſſi. Soles duos, neque item Regna duo patitur Mundus. Caput XI
Solis deſcriptio, & cur dicatur Phaethon. De Eridano. Ouidii locus reſtituitur. Solis magnitudinem non recte metiri Epicurum argumento oculorum. Virgilius illuſtratur. Diſcus quid, & Abacus. Caput XII
Falſo' Epicurũ opinari, Aſtra, cum orianť, accendi. Cũ occidãt, extingui. Cap. XIII
Solis præcipue Laudes. An fatendũ ſit, Solẽ calere. An Cælũ ſit igneũ. Caput XIIII
Cælũ itẽ eſſe Ignẽ, In quo tria ſint, Calor, Lumẽ, Vitalis humor. Tollit'ex Plinio obſcuritas. itẽ Martiano, & Ariſtophane. Obiter de Argento, Quod Viuũ dicũt. Caput. XV
Peripateticæ rationes, Solem, Stellas'q; non eſſe igneas. Caput XVI

Beſſarionis

Bessarionis ad idem sentētia. Qui sint Antisiii gradus. Anthion quid. Solis inter Planetas locus. Cur Solis frater Titā. Meganira. Despœna, idest δέσποινα Quæ sit. Virgilii locus declarat. Limbū ꝑ Zodiaco accipi. De Lyceo mōte pulchra. Iupiter ubi, et a qb⁹ sit educat⁹. Agno fōs, mirādæ naturæ. Lyceus Iupiter. Mithra. Mithriaca sacra. Caput XVII
Grasum ne pertulisse quidem, quid sit. Et quid Grasus, & Grason. Tragasæus, & Tragoma schalos. Cur sub Alis Odor malus. Cur pedes fœtent. Caput XVIII
Cur Odorē malū augeat Calor. Item cur præcipue Odoribus capiantur homines. Inspirationis opus duplex. Odori ꝑcipiendo qd necessariū. Caput XIX
Cur odorandi sensoriū in homine retusius, hebetius'q; sit. Caput XX
An Odorib⁹ suffici alimentū queat. Ouidii locus explicat ex primo de Pōto. Cap. XXI
Odoratæ Suffitiōis utilitas mira. Ignes odoratos pestilētiæ occurrere. De Agrone Medico. Et Lindo specie aromatis. Myrrha cur Ægyptiace dicat Bal. Caput XXII
Qua ratione audiant, odorentur'ue, quæ Sensoriis eiusmodi non sunt prædita. De Piscib⁹, Qui inclamati ueniunt. Caput XXIII
Ambiguitates in Odorum ratione plusculæ. Interibi enarratur Martialis. Stilum uertere qd sit apud Oratium primo Sermonum. Caput XXIIII
Vbi nam sit Odoris Sensorium. Martialis illustratur. Vocabula plura ad Odorē spectantia. Oletare quid. Caput XXV
Pustulas in naso, & Ionthos quid signare, coniectarint Veteres. Quid Ionthos, & unde. Amantium blandimenta aduersum amatos. Caput XXVI
Sternutamentum cēseri qñq; ominosum, & inauspicatū. Catullus, et Proptius explicantur. Interim Quæ dicant Serpastra. De Sternutamēto plura ex lr̄is interioribus. Cap. XXVII
Cyclops excæcatus qui sit. Cyclopei Ludi q intelligant. Item Teuthidi similis. Et qd Teuthis. Interibi cur Antimachus diceretur Psecas. Caput XXVIII
Principem esse necessarium, rationibus aliquot colligitur. Nullum esse Homine socialius Animal. Caput XXIX
Cuius deceat esse modi Principem. Duplex esse in Natura Regimen. Cur homo minor Mundus. Caput XXX
Prouerbii ratio, Platano similis. De Platano pluscula, & Platanisto. Obiter Qui dicantur a' Persis Immortales. Herodotus, & Curtius declarantur. Melophori qui sint. Mallophoros. Caput XXXI
Adagia duo a' Cupresso producta. Oratii locus illustratur. De Cupresso nōnulla. De Pinu. Herodoti perpenditur sententia. Sphæria quid. Caput XXXII
Oratio concisa, breuis'q; an præstabilior sit. De Phocione, Catone, Demosthene, Pericle, M. Tullio, T. Liuio, & Aliis. Caput XXXIII
Admirabilis in Phociōe Natura, Itē Cynico Diogene, Aristodēo, Socrate. Cap. XXXIIII
Quæ in Corporibus calorem præcipue custodiāt. Cur frigore nimio nigrescāt extrema, & decidant. Obiter, an Ignis sit coloratus. Caput XXXV
Cur extrema Frigefacta uehementer, si admoueantur Igni, dolent. Quæ præcipue infestentur Frigore. Caput XXXVI
Frigida membra in Aquā itidem immissa Frigidā refici. Quæ consequantur Symptomata pereuntes Frigore. Rhigosibii, & Dysrhigi q dicantur. Caput XXXVII
Frigoris Euētus plures. Exercitatos Inexercitatis amplius sentire frigus. Balbuciei rō ex Frigore, Ebrietate, Ira. Pili cur surrigant frigore. Stupor qd. Sopor stupidus. Cap. XXXVIII
De Bulimia, seu Canina fame. Vini nocumenta in Ieiunio. Quid Thorexis, & Acrothoraces, Acroteria, Acrostichis. De Canino prandio uellicatim. Canina fames cur dicatur, Canum in excernendo difficultas unde sit. Caput XXXIX
Cuiusmodi sit Prouerbiū, Aristogitō claudicat. Quæ Resp. optima. Caput XL
Ludere domi suæ quid sit. Cur Ludo comparetur Sapientia. Obiter de quinque Pedum præscriptione. Caput XLI
Philosophiæ in partes, quasi membra distributio. Simulacra duo proposita nobis ad Veritatis diuinæ speculationem. Exconsules, Exquæstores qui sint, Ac Expatritii. Excuriati. Caput XLII

Quibus gradibus diuina ad nos profluat illuminatio, Rurſum'q; quibus ad Deum noſtra refluat Mens. Caput XLIII.
De Felicitate duplici Speculatiua, & Actiua, Et Vtra excellentior Vita. Cap. XLIIII
Cur ore emiſſus Lente Spiritus calidus ſit. Aliter uero Frigidus. Caput XLV
Quid ſit primo Frigidum, Aer'ne, An Aqua, An etiam Terra. De Stygis Aqua. Item quid Latype, Chaos, Ades, Herebus. Caput XLVI
An Seruitus ſit præter Naturam. Quot modis Serui fiant. Vulcani, & Dædali Tripodes. Veneris Statua mobilis. De duplici in nobis principatu, De'q; Aſiaticorum ſeruilibus ingeniis. Caput XLVII
Seruorum ſpecies eſſe plures. Banauſi qui dicantur. Ergaſterium, Ligna Ergaſima, Cauſima, Cocta, Acapna, Erepſima, Xyloſis, Thetes, Theſſæ, Peneſtæ, Cillycirii, Arotrę, Encyclii qui ſint, Et in ordinem redacti. Caput XLVIII
De Cretenſiũ Seruis, & Spartanoꝝ Helotis. Inibi qd Cryptia. De Seruis item ſale cõmutatis. Qui dicat' ꝓprie ἄδηλος, & q Oecetes. Quid Tityrus. Miniſtri publici. De Epharmiotis, Seu Amphamiotis. Mnœa Seruitus quæ ſit. Mariandyni. Chryſoneti. Muſcę, quas dicunt Helios. Scythæ Miniſtri, Siue Toxotæ. Cap. XLIX
Qui dicantur Apolides, & Inſularii. Expenditur Locus in Carmine obſcœno. Salutigeruli, Meſaulii, Mediaſtini, Meſonautæ, Symbolæ, Literati Serui, Eorundem nomina plura. Sacularii, Directarii. Caput L
De Seruili genere qd ſentiendũ. Nõ Seruis modo, Sed & Iumentis benigne imptiendũ. Hecatompedon qd. Plinius illuſtrat' cũ Atiſt. Seruoꝝ tractandoꝝ ratio. Caput LI
Serui mali conditio ultima quæ ſit. Item de Pileatis Seruis. De Lapide emptus apud Columellam qui ſit. Pauſicape quid. Tribunos Capitalia uindicaſſe, Sontium ſeruaſſe uincula, Pecuniam ſignaſſe. Caput LII
Seruos non habere Caput, quid ſit. De Capitis diminutione. Seruos non admitti in militiam ſolitos. Qui dicantur Vicarii. Martialis illuſtratur. Et qui Serui Pœnæ. De Seruili procacitate. Alter Martialis locus aperitur, Diaconus, Diaconium. Caput LIII
Vocabula plura ad Seruoꝝ rationem ſpectantia, nec fere obuia. Therapia. Prater. Mylon. Stigmatiæ. Stigões. Hyſtrichides. Helotæ. Zetrea. Chõdrocopia. Gymnetæ. Corynephori. Moruli. Melophori. Callicyrii. Eleatri. Synceraſtũ. Attagẽ uarius. Cliſiõ. Manes. Actis. Vocatores. Ceruũ apud Martialẽ ꝑ Seruo Poſitum fugitiuo. Caput LIIII
Cœna dubia ex Sue tantum manſueto, Et inde Paroemia. Item quam habeat rationem id Plinianum, Multa Syrorum olera. De Rore Syriaco, & Manna. Caput LV
Medicorum decreta de Suillæ carnis præſtantia. Chalari Sues q ſint. Item uocabula id genus plura. Delphax. Adelphi. Phorine. Thytæ. Myſterici Sues. Chœrus, χοιροπωλεῖν. Syrbe, Petalides, Petali, Laphygmus, Hyomuſia, Hyenia. Hippocratis filii. Hyſteria feſtum. Sues cur ſacri in Creta. Metachœra, Necnon de Põtifice Sergio. Caput LVI
Pholiam Vrſarum Quid intelligãt Græci Auctores. Vrſæ Vafricia. Pholeus quid ſit, Item Pholis, Pholaides, Pholades, Pholyes, Pholides, Phonæ. Caput LVII
Cornicis admirabile obſequium in Aegypto, Quæ Tabellarii uice fungeretur. Inde moriens honeſtata eſt Sepulchro. Cynocephalorum docilitas. Phaciolium, Cordyle, Crobylus, Nidarium. Caput LVIII
De Simone Mago paucula, Qui eſt habitus Deus. Draconis in Puellam Amor admirabilis. Caput LIX
Deorum apud Priſcos nomina Varia. Menſium ſingulos ſuum habuiſſe Numẽ. De Vitunno, Sentino, ac Selectis Diis. Saturnii Verſus. Iouii. Ianales. Proſa Dea. Poſtuerta. Anteuerta. Templarii q intelligantur. Tutilina. Tutanus. Tutulus. Caput LX
Super Aſpide paucula. Aegyptiorum Reges cur Aſpida in Di ademate geſtarent. Aſpidis notiones, Aſpidion quid, & Aſpidiſcus. Caput LXI
Paſtoris cum Capella initus admirabilis, De'q; inde nato monſtroſo fœtu. Crathis flu. Vnde ſit appellationem nactus. Interim Hircorum Zelotypia. Caput LXII
Super Dipſade adnotata paucula. Preſter, Cauſon, Melanurus, Ammobates, Centris. Caput LXIII

Quo diſtinguat'

CAPITA LIBRI QVARTIDECIMI

Quo diſtinguat Bulimos ab eo, quem Caninum dicunt appetitum. Vnde dicat Bulimos, & qd Cenágia, Fames uniuerſa, & Vaccina. Citta, Anorexia. Caput Primum.
Ventrem non habere quid ſit. Qui dicantur Sphecodes, Sphacelodes, Sphacelus, Bupha/gus, Sphragidion, Sphærus, Cyllas, Procœlii, Popæ, Butypi, Ventri Concœnes. De Phi lopœmene pauca. Caput II
Torminũ ratio. Hydropiſeos ſpecies. Hydragoga medicamina quæ ſint. Hydrus, ſiue Na/trix. Grauidam quo pacto internoſcas. Hydroſtaſium, Hydrocephala affectio, Hydatis, Hydrocele, Oſcheon, Hydra, Lerna, Lernæa. Caput III
Argenteo uomere araturos, Cur delphica pronuntiarit Vates, ſcitantibus Lacedæmoniis. Necnon oraculo eodem, quid ſit Eulacha. Caput IIII
Aratri partes. Vrbibus aratrum circunducere quid ſit. Propertii locus explicatur. Sed & Se neca reſtituitur. Syluæ præfecturam Conſulibus iniungi ſolitam. Prouinciæ maiores, minores q, quæ ſint. Virgilii Locus enarratur. Caput V
Miſſilia Fortunæ quæ intelligi debeant. Et quid Miſſilia. Odorati Imbres qui. Cata/chyſmata eſſe item Miſſilia. Caput VI
Clepſydræ cur tardius fluãt hyeme, Et naues itẽ lentius cõmeent p flumina, Sed plus geſti/tẽt oneris. Cur Mare undabundũ incaleſcat. Reliqs aqs agitatu frigeſcẽtibus. Cap. VII
Mari Dionyſium demergere, quid ſit. Cur Vino immiſceatur maris aqua. Plinius illuſtrat. Cur Delphini circa Liberum Patrem. Caput VIII
Cur mare dulcibus aquis minus frigidum. Item cur pellucidius. An Aqua ſit coloris exps. Colorum diſtinctio. Caput IX
An Mare Speculi uice imaginem reddere queat. Virgilii locus expenditur. Eiuſdẽ loca duo reſtituuntur, Ex Georgicis unum, Ex Aeneidos ſexto alterum. Caput X
Cur Maris aqua hyeme ſit amara minus, Et dulces item æſtate fiãt deteriores. Cap. XI
Cur Mari quieſcente, Nauigia obſorbeantur quandoq. De Terræ Cauitatibus. Naturam eſſe duplicem. Caput XII
Nauſeabundos cur faciat mare. Iuuenalis illuſtratur. Caput XIII
Cur Theologiã, & Phyſicẽ ſpreuerit Ptolemæus. Maris regionem eſſe Aquæ locum pro/prium, non Maris. Mare quid uocent Hebræi. Quid Mare Tiberiadis. Aquarũ diſtinctio/nes, & in quo genere conſtituendum Mare. Caducæ aquæ quæ intelligantur. Chryſorrho as fons. Aquarum item miranda natura. Anigrides Nymphæ. Caput XIIII
Mare cur ſalſum. Et cur nam calidiore tractu ſcintillare uiſatur. Cap. XV.
Cur pluuiis quibuſdam incoquatur Salis ſapor. An Vera ſit Plinii ſententia, Æquorum ſu/perficiem eſſe dulciorem. Aquarum dulciũ ratio. Cur ſtet Mare. Aquæ colores. Halipe/don quid ſit, & cur dicatur. De Maride menſura, & Marila. Caput XVI
Mare eſſe Animantibus ſimile, de q eiuſdem purgamine. Itẽ de Solis bobus. Cap. XVII
De Amphitrite, & Phorco. Græ quæ ſint. Quid Ampotis in mari. Item de Maris colori/bus, ac epithetis uariis, Oenopo imprimis, & Myrtoo. Caput XVIII
Vrſi manus cur partibus cæteris ſuauior. De uerbo ἀρκτώνειν. Enarratur Iul. Pollux. Puellas dici conſueſſe quandoq Arctos. i. Vrſas. Caput XIX
Aetnæus Venator q nam prouerbio intelligendus. De florida ætnææ regionis natura. Oui/dius explicatur. De Proſerpina quædam, & Aetna. Theogamia feſta, & Antheſphoria. Item de Rore. Caput XX
Fumum, Vmbrã, Nubes capi pro re momenti nullius. Capnoſphrantes. Capniſtæ carnes. Qui dicãtur Selli. Narciſſi fabella. Vmbrã ſuã metuere quid. De Paſpale, & Achne. Item Atheres quid. Et Abydena. Abydocome, Mation, Matiolichus Caput XXI
Super Aphricano, Scipione paucula. Qui dicantur uelut Vmbræ uagari. Plutarchi Inter/pres refellitur. Caput XXII
Multos uagari, uelut Vmbras. Duas eſſe Conuerſationis uias. Vitæ genera tria. Aquarũ no mine Mortales intelligi. Quæ Victoria nobiliſſima. Scipionis dictum. De Adriano Impe ratore, ac Poeta Floro. Caput XXIII

Cardão ſimiles q dicant. Cur eo ueſcant Perſæ, Eiuſdē noīa plura, & Vires. Cap. XXIIII
Cuiuſmodi eſſe deceat Cōuiuales cōfabulationes, quæ Epicyliciæ dicunt. Iſocratis dictum ad idem. Perſarū ritus. Decori neceſſitas. De Alabādeis pulchra. Caput XXV
Vmbram ſuam metiri quid ſit, ex hiſtoria nato adagio. Archidami monita ad Inſolentiam humanam retundendam. Caput XXVI
De Chriarum ratione, & quid Chria. Item quid Sententia, Eius q̄ diſcrimina. Et qd Chrio des. Interim Regis boni munus quodnā ſit. Caput XXVII
Ethologia qd. Item Ethopœia. Idolopœia. Proſopopœia. Abecedarii. Syllabarii. Nomina rii Qui ſint, Ex Hieronymo, & Auguſtino. Caput XXVIII
Leporē mœnib⁹ indormire, qd ſit. Leporū Luſtra. Rechamus qd. Reliquatores quo ſenſu dicant ab Iurecōſ. & uerbū Reliqre. Itē Quę ſint Schelides. De Leporib⁹ mīta. C. XXIX
An Daſypus ſimpliciter ſit Lepus. Plinius defenditur. Leporū genera. Caput XXX
Rheginorum numiſma cum Lepore. Inſuper de Leporibus uarie obſeruata. Et prouerbii enarratio plenior. Lepores Galeati qui ſint. Caput XXXI
De Vrbium mœnibus Spartanorum Sententia. Inſuper ad eam rem pluſcula. Structurarū ſpecies. Qui Diatoni, ſeu Frontati Lapides. Qui Pylori, & Qui Tichophylaces. Horcāę. Iſodomū. Pſeudiſodomū. Meſopyrgia. Metapyrgia. Metorchion. Orchos. Mothon lapis. Mothone Ciuitas unde. Mothōes qui. Spermologi. Turrium ratio. Cap. XXXII
De Chiorū turpitudine, Obiter & Cappadocum. Cur dicatur Chios. Dictum Chii Onoma demi. Vini nigri inuētio. Vitium honor in Romanorū ſupplicio. Caput XXXIII
Hoſtem minime ſegnem ſæpius emolumento eſſe. Cotem noſtram quid dicamus, Adagii Specie. Caput XXXIIII
Cæleſtis aquæ præſtantia. Cur q̄ eadē computreſcat celerius. Caput XXXV
Cęleſtium item Aquarum bonitatis ratio. Cur Ranæ imminentem præſagiant pluuiam. Aſtrapææ quæ dicantur, & Cerauniæ aquæ. Caput XXXVI
Quibus nocumento ſit cæleſtis aqua. De Ceſtreo, ſeu Mugile, & Cephalo plura. Ceſtrum. quid. Ceſtra. Viriculum, Ceſtus, Repetita Plinii defenſio. Caput XXXVII
Aquarum laus præcipua. Oratii locus explicatur. Iuriſiurandi per ſtygiā paludē ratio. Amymoniæ aquæ. Aquariæ Libræ, Item Dioptræ, & Cerobatæ. Caput XXXVIII
Niloticæ aquæ laus præcipua. Cur Nilus dicatur Iupiter, & Saturnius. Chomata Nili, & Diacopi. Cōmatica. Comæ. Halmōes q ſint. Quæ ſit fluminū, & Aquarū probatio. Dęra. Syrembolum. Sarabaitæ Sacerdotes. Aquai Legendum apud Quintilianū, & Virgilium, Aeneidos ſeptimo. Interim de Ioue pluuio, & Terræ ſimulacro. Caput XXXIX
Cur Animantibus Somnia ſint data. Item Somniandi cauſæ. Quæ Somnia liceat conīectare. Caput XL
Quid Prophetia proprie, Necnō Prophetiarū gradus. Vectii uaticiniū de Romani Imperii pſeuerantia, ex Vulturū XII. ratione, Romulo q ſunt oblati. Caput XLI
Afflationum Species. Qui Afflatorū Status. Quæ ad Somniandi rationē reqrant. Somnii laus etiam per exempla. Cur Somnia matutina ueriora. Caput XLII
Somniorū diuinatio an ſit, ex Ariſtotele. Item q̄, an a Deo mittant Sōnia. Cap. XLIII
Quam dixerit Somniorū rationem Democritus. De motionibus Somniātium, ex Ariſt. eodem. Item cur fatui præcipue motionibus excitentur. Caput XLIIII
Somniorum in quibuſdam certitudo unde ſit. Item de Melancholicis. Lycanthropi. Lycanthropia. Lycaones qui intelligantur. Caput XLV
Quicquid occurſat per quietem, non dici Inſomniū. Item q non ſomnient. Cur quandoq; meticuloſa obueniant Somnia. Caput XLVI
Somniorū ſpecies aliquot. Item de Eorum Interpretibus. Ephialtes q ſit, Ac Pnigamō, ſeu Pnigaliō. Qui Somniator. Somnioſus. Somniculoſa Aſpis. Oniropolos. Ciceronis locus explicatur. Onirocritici libri. Et Thytici. Pellium incubatus. Scytharū mos. Pluſcula porro de pellibus. Pardalea ueſtitus, qui dicatur. Caput XLVII
De Coniectoribus aliqua. Quintilianus illuſtratur. Somniorū item Species multæ. Theopneuſta, Phyſica, Syncramatica, Addiuinantia. Item bonā, uel ſeqorem indicantia cōplexionem. Inſuper de Incubo. Relegati, ac Deportati quo differant. Achillē Ariſtarchi, eſſe ab Ennio

ab Ennio Tragœdiam, Titulo eiusmodi concinnatam. Caput XLVIII
Qui nunquam Somniarint. Plinius declaratur. Abluere Somnia quid. Persii locus aperit. Ardali ara, In qua Somno fieret, & Musis res diuina. Ardalides Musæ unde dicantur. Tibiæ inuentor. Caput XLIX
Ouorum natura mirabilis. Item de Naufragis mirũ. Lucianus explicatur. Aristotelis defensio a' Calumnia. Oua lustralia, & Pnicta quæ sint. Ostracoderma, & Malacoderma τρομητὰ, ῥοφητὰ, ταγηνιστὰ, οὔρια, Helenæ Ouum, Oaria. Psathyra. Item quid Lecithus, & Lecithopolis. Item de Ouis plura. Epidorpismata. Metadorpia. Epiphoremata quæ intelligantur. Caput L
Cur Ieiunantes præcipue infestet Sitis. Virgilius illustratur. Caput LI
An in Pulmonem corriuetur potus. Diuersæ in eo Sentẽtiæ. Pulmonis functionem duo habere munia. διαπνοὴ quid. Caput LII
Ieiunii ratio ex Medicorum Scitis. Firma ætas quæ intelligenda. Item quid Hieronymus de Ieiunio, & Porphyrius. Caput LIII
Tritagonistæ conuitium Aeschini inustum, quid sibi uelit. Tessaracoston in Grauidis tempus, quod sit. Necnon Tessaracoston festum. Caput LIIII
In Pisce communi Spinam non esse, quid significet. Arithmetica'ne proportio in Conuiuio probabilior, an Geometrica. Cur Cœnam dicant δαῖτα. Camasenæ apud Empedoclem quid. Caput LV
Candyli quid sint. Item Abyrtace. Abyrtacopœi, Candys, Caryceumata, καρυκοποιεῖν, Carycopœi Delphi, Caryca. Paropsis. Paropsimation. Onthyleuses. Carica. Mimarcis. Nogalismata. Mimata. Hæmatia. Buli pro intestinis. Caput LVI
Prandii, & Cœnæ uocabula tam Græce, quam Latine unde inflectantur. Acratisma, Ariston. Dipnon. Monophagi, An Veteribus in usu fuerint Prandia. Ignis Laus, & Salis. Quæ sint Bellaria pergrata. Tricliniorum, & Conuiuarum appellationes plusculæ. De Androne, ac Thiaso. Symbolum quid, & Symbole. Conuiuiorum species, Ilapine, Gamos, Eranos, Sportularum Conuiuium. Caput LVII
De Scimpodio, & Stibadiis, Item Anaclinteriis, seu Accubitis. Sederent'ne, an accubarent Priores. Item uocabula plura ad Conuiuii Dominum, & Seruos spectantia. Copides Cœnæ. Physicilli panes. Titthenidia. Corythallia Diana, Aeclon Cœna. Copissare. Synæcliæ. Epæcla bellaria. Cammatides. Cammata. Psæsta. Logodipnum. Dipnologia. Gastronomia. Gastronomi. Caput LVIII
Harmodii Melos in Cõuiuiis. Cantilenarum genera. Pæeon quid, & Pæonia manus. Præstent'ne ex floribus Corollæ, an Arborum ramis. De Vnguentis paucula. Cur dicat' Rosa Græce Rhodon. Hypothymides corollæ, quæ intelligantur. Coronarum in Sacris cõsuetudo. Chthonia Dea, Chthonia sacra. Comosandalos flos, Siue Hyacinthus. Atta Comicus Poeta. Perambulare Crocum, & Flores quid apud Oratium. Caput LIX
Vasoꝝ Nomenclaturæ diuersæ. Figlina subigi Aromatibus solita. Dinos. Thericlia cur dicant'. Cantharus qd. Cantharia. Cornibus usos in potu Priores. κεράσαι cur dicat'. Ciboria. Cotyle. Encotyle lusus. Cothon. Cothonismus. Acratocothones. Laphyctæ q dicant'. Calicis notiões. Latax qd. Scythaꝝ uinolẽtia, Scythissare. Herculanus nodus. Scythos, cognomen. Amphitetos Phiala. Phialaꝝ species. Vasati qui dicantur, & Nasati. Cap. LX
Cur Lactucis uesceretur Priores in fine. Quæ dicantur Acrepala, Adipsa. Dipsetica. Diaphoretica. Plinii locus perpenditur de Rhaphano, Item de Brasica. Necnon Dulcia ebrietatem discutere. Caput LXI

CAPITA LIBRI QVINTIDECIMI.

Mos mittendi partem de mensa. Ideæ Carnium quæ sint, & Periphora. Idea an dicatur latine Species. Ida quid. Mercurii sors. Abluendarum manuum ritus. Apomagdalia quid apud Plutarchum. Aponiptrum. Aponimma. Cheroniptrum. Cheromactrum. Smegmata manibus abluendis. Caput Primum
Carnibus tantum uesci solitos Priores mane, Quadrifaria Epularum distributio, De Vomi

tu, & qui Vomitores. Item quid Comeſſatio. necnõ de Andriis. Crion quid, & Greagra. Harpax. Lycos. Crateuta. Aryſane. Aryſteres. Aryſtichi. Ephebus. Cyathus ſlu. Aconita Vaſa. Crios pro Thyeſtis Sepulchro. Ceres Myſia. Cymbia. Carcheſia. Macrobii lapſus. Optanium. An elixis uterentur Carnibus Veteres. Caput II

Aduentitia Cœna, quæ ſit. Item Aduentoria Epiſtola, & Aduentores. Caligulæ luxuria, & Clodii. Caput III

De Griphis conuiualibus. Quæ dicantur Quæſtiones Cyliciæ, aut Mnemoniæ, Aenos quid. Caput IIII

Cottabiſis qd, & qd Cottabus. Plutarchus explicat. Itẽ de Latage, Et Catacto. Cap. V

Græcorꝫ in bibendo leges. De Iouis olympii Cratere. Item Heroum, & Soteris Iouis. Ac Mercurii. Interim qd Modiperator. De Thracibus, & Scythis. Oratius declarat. Poculorꝫ nomina plura. Bibendi Lex apud Locros. Qui bene poti ad Scribẽdum acceſſerint. Maſſilienſium mulieres eſſe Hydropotas. Sicuti Mileti factitatum, & Romæ. Samagorium uinũ. Italicas mulieres uinũ neſciſſe. Ecpetala pocula. Petala. Patellia. Callopatira Capridii. Oenochoi. Tauri. Epenchytes. Ceryx. Oenoptæ. Ophthalmi. Acratophorꝰ Diõyſius. Vinaria Vaſa nomẽ ſeruãtia. Bicus, Bicariũ. Croſſus. Gaſter. Gaſteriũ. Ceraphiũ. Baucaliũ. Cypellũ. Amphicypellũ. Cyphela. Dicypellon. Pella phiala. Caput VI

Quæ eſculenta quibus probarentur locis. Tageniæ quid, Pyramũtes, & Seſamũtes, & Seſamis. Sal Tragaſæus. Cœna ἐντελής, Enchrides. Encrypias panis. Copaides Anguillæ. Sacrificia ex Piſcibus. Thynnæum Sacrum. Cylabræ Heroi in Sacris Salſamẽta offerri ſolita. Strymoniæ Anguillæ. Cœnas Deorum quas intelligamus. Caput VII

Catonis. Periclis. Heliogabali de Conuictu ſententia. Lactaria quæ. Pomarii. Pentapharmacum Conuiuium. Conuictorum numerus. Charmum Syracuſium in ſingula, Quæ apponerentur, Verſiculos primum concinnaſſe. Martialis diſticha quam habeant argumenti Originem. Caput VIII

Fori uitupatio. Sup multiplici Athenienſiũ foro aliqua. Parabyſto, & Trigono. Batrachiũ unde. Ac Puniceũ. Batrachis qd. Heliçum. Palladiũ foꝝ cur diceret. Caput IX

De foro Theſſalico, & Perſico. Itẽ Venaliũ. Quid Cyclos, & Cinclides, et Cãcelli. Interim qd Apſis. Epiſotron, Itys. Trapeza. Cindalus. Cindaliſmus. Paſſalus. Clauo deſtinare, & a Clauo demere, qd ſit. Triplex Romæ foꝝ. De Menianis, & Solariis. Caput X

Forma Fori Græca, & Italica. De Triuio, & Baſilica. Et quid ſit Baſilicam habere. Cicero nis locus aperitur. Caput XI

Statuæ in foro Euclię, Mercurii. Marſiæ, Iouis. Foꝝ Clariũ. Albanũ. Trãſitoriũ. Methodiũ. Meta ſudãs in Vrbe. Hippodamia, foꝝ. Quid Odeũ. Phoros. Phorologi. Practores. Phormus. Cur Protagoras dictus ſit Phormophorus. Phormiſiũ. Cap. XII

Matrimonium de naturæ profluere inſtituto. Clariſſimæ Fœminæ quæ intelligantur. An in Chriſti fide matrimonium omnino probabile ſit. Virginitatis laus. Interim de Mithra, & Erichthonio. Caput XIII

Quam incommodum, Vxorem ducere. Caput XIIII

In re Vxoria Gentium ritus uarii. Peranus Maſſiliæ conditor. Rhoxane Alexandri. Panis præguſtatio in nuptiis. Parochus. Nubentes cur Capita obtegerent. Cuiuſmodi Vxor ducenda. Cuius eſſet nuptiales faces geſtare. Epiclerus puella, & Epiprœcus. Item Manda. Pherne. Phernion. Caput XV

Diuortii ritus. Quiꝫ Vxorem dimiſerint. Caput XVI

Quid Farreatio Diffarreatioue. Abſurdus Romanorum mos in Concedenda Vxore filiis indigenti. Caput XVII

Cur Thales nuptias recuſaret. Curꝫ Veneri iungeretur Mercurius. Item in re Vxoria mores diuerſi. Epaulia quid. Caput XVIII

Matrimonii bonum triplex. Item de Sacramentis. Caput XIX

Ætas nuptiis accommoda in ſexu utroque. Caput XX

Moribus effici imprimis, ut Coniugalis ſeruetur amor. Caput XXI

Illegitimas nuptias quas crederent Priores. Aphrorum mos impudens. Super Digamia nonnulla. Caput XXII

Connubium

Connubium amore conſtans eſſe ueluti Corpus unitum, congenitum'q. Coporum genera. Species tres Arationum. Cicero explicatur ad Q. Fratrem. Dipolos terra, & Tripolos. Rharium. Rhus. Rharus. Syra. Sciros regio. Rhanius ager. Item Matrimonii commendatio. Caput XXIII

Vocabula plura ad idem ſpectantia. Scotius qui dicatur, & Parthenius. Quid Latiar. Cicero declaratur. Emaculatur Macrobius. Adiuuatur Catullus. De Hymenęo paucula præterrationẽ multoꝝ. Cõditionem quærere qd ſit, Profectitia Dos, & Aduentitia. Paſtos. Calyptra. Protelia. Progamia. Protelii. Proaulia. Epaulia. Apaulia. Mellonymphꝰ. Agamii iudicium, & Opſigamii, ac Cacogamii. Cyamiſſare. Chamæpus Spõſa. Chamætypion. Apotimemata. Apotimetæ. Proſtimemata. Genetyllides Deæ. Ilithyia. Nymphia. Inateres. Ælii. Synnymphi. Daer. Galos. Glos. Promneſtria. Proxenetria. Nuptiatores. Nuptu rire. Sportulæ nuptiales. Siſymbria. κπλοῦσθαι. Thyrſus. Thyſthla. Cap. XXIIII

Pithœgia quid. Vinum medium cur optimum. Mel imum. Oleum ſuperfluens. Vinalia duplicia. λωναῖος Bacchus. Ambroſia, ſiue Brumalia, feſtum. Brumus Bacchus. Meditrina Dea. Proſtaterius Apollo. Caput XXV.

Vini fecem eſſe illius robur, & Cõſolidationem. Vnde & Vinũ Tryga uocẽt Græci. Colandi Vini improbatio. An recte Vinũ dicamꝰ Eunuchũ, Caſtratum'ue. Caput XXVI

Melle putredinem caueri. Papinii locus explicatur. Cur Mel dulce ex Lucretio. Mellis Vſus unde propagatus. Nympharum in ſacris mentio unde inſtituta. Nymphia pro matrimoniis cur. Simblium mel. Simblides Simblæ, Simbli. Caput XXVII

Quæ ſit Barbararum Gentium ſententia ſuper cibo, & potu. Vini uſus, & nocumenta eiuſdem inſignia. Caput XXVIII

Qua item ratione ætatĩ cuilibet impertiendum Vinum. A' Cibo an bibendum. Facilius Vini pfici nimietatem, quàm Cibi. Vinum Meracius Vigilias concinnare, memorabili exemplo Pueri cuiuſdam. Caput XXIX

Ebrietatis malum. Alexandri uinolentia, & M. Ant. An uera ſit Hippocratis ſententia, Mulieres, & Eunuchos podagra non infeſtari. Ennii mors. Caput XXX

Ebrietatis item mala. Cur Vinũ hauſtum copioſius perimendi uim obtineat. Interim de Cicuta paucula. Crepala qd ſit. Vinolentiæ turpitudo. Sicera qd. Caput XXXI

A' Quibus Medicis, aut Philoſophis admittatur quandoq; Ebrietas. Panaria ebrietas. Catonis dictum in Cæſarem. Caput XXXII

Scythæ cur imprimis uinolenti. Libycæ feræ cur æſtate non bibant. Sitis ratio duplex. Vinolentorum accidentia ad Videndi ſpectantia rationem. Caput XXXIII

Cur Vinolentis dupla ſeſe oſtẽtent obiecta. Cur'q; Strabis natura id minus uſuuenire, compertum ſit. Caput XXXIIII

Odoris ex Vino præſtantia. Cuiuſmodi ſit Vinum a' Medicis Aquoſi nuncupatione ſignatum. Itẽ Oligophorum, & Polyphorum, Vinoſum'q. Necnon Caroticum. Iumentis, Arboribus'q; dari ſolitum Vinum, Quod ſit Poetæ, uice Equi. Caput XXXV

Vinum Sapores ſibi ex terra adoptare. De Arcadico Vino mira. Explicatur Galenus. Ariſtotelis locus in integrum reſtituitur. Caput XXXVI

Quod ſit Muſti, ac Vini interſtitium. Cur minus inebriemur muſto. Dulcedinem eſſe uelut Ebrietatis antidotum. Caput XXXVII

Quibus rationibus probet Albertus contra prædicta, Muſtum amplius inebriare, q̃ Vinũ. Muſti impetuoſius feruentis remedium. Caput XXXVIII

Frigoris ui Muſtum diutius ſeruari dulce, Vino quandoq; Vigilias induci. Trœzenii Vini proprietas, & Achaici. Vini Symphoniæ tres. Centenariæ Cœnæ. Centuſſis Lex. Centenariæ Porticus, aut miliariæ. Centenaria Vaſa. Caput XXXVIII

CAPITA LIBRI SEXTIDECIMI

Cuiuſmodi cenſeatur illud a' Quintiliano repetitum, In Triclinio Choa. Inibi qd Choeus, & Choa, ac Choes. De Cotyla item paucula. Caput Primum

Exercitum ex diuerſis, ac diſſonis conflare gentibus, quàm periculoſum. Item'q; de pro-

uerbio Iniice. Caput II
Quæ ſit prouerbii origo, Non ſi te ruperis. Theocritus explicat. Caput III
Diuitũ Liberaliũ domos dici Solis mẽſam. Quæ ſit eius rei ratio. De Solis ortu. Apollo unde dicat, Itẽ de Solſtitiali herba, & morbo. Plautus declarat. Siriaſis qd. Cap. IIII
Quæ ſit Adagii rõ, Serpentem foues, Et te Serpẽs. Inibi de Lamiis mixæ. Caput IIII
De ære obſeruata pluſcula. Clauus æneus quo modo in puerbiũ ueniat. Itẽ de Hydnis, hoc eſt tuberib⁹, ac Hyænæ, & Phocæ pellib⁹. Aerarii q ſint in Latina hiſtoria. Cap. V
Proſopion habere, non Proſopon per adagium quid ſit. Inibi utriuſque uocis notio. Et qd Proſoputta, & Protome. Caput VI
Ariſtotelis, & Philoſophiæ laus exquiſita. Qui Proci Penelopes. Philoſophia a quibus Laceſſita. Caput VII
Leænæ partus, Paroemia item, Vnum quidem, Sed Leonem. Caput VIII
Quid ſit in Græco epigrammate Ouum factus totus. De Ouis paucula. Tollitur ex Cicero ne obſcuritas. Ouum pronuntiari & de Arborum fructu. Caput IX
Quæ medicamenta Deorum manus nuncuparet Philon. Qui Morbi graues præcipue. De Seruio Clodio. Caput X
Compoſitum Corpus cur Panegyricum dicatur. Panagyris quid. Cap. XI
Ignorantiæ fugillatio. Lapis ſuper Lapidem quid. De Hippocrate, & Catone. Ac Puero barbaro, & Dati, Vnde Datiſmus. Caput XII
Literæ mutæ ex Adagio, quæ dicantur. Sermo an ſit Homini naturalis. Prodigioſus Infantis Sermo. Quint. Locus explicatur. An Bruta Sermone polleant ullo modo. Cur uni tantum Homini hæſitet Lingua. Sermo ἐν ὀδοντόσει. Item Prophoricus. Quando Infanti det Vox. Plinius explicatur. Item Papinius locis duobus. Caput XIII
Quæ ſit ratio Prouerbii, Mopſo certior. Mopſos fuiſſe tres. Ouidii locus explicat ex Metamorphoſi. Itẽ Senecæ ex Medea. Necnon eiuſdem alter de Argo fatidica. Cap. XIIII
Cur Prouerbio uſurpemus, Amantium marſupia Porri folio uinciri. Amoris potentia, & Laus. Caput XV
De Mithridatis Polyphagia, et polypoſia. Itẽ de Heraclide pycta, & Druſi Tiberii Medico. De Mithridatis potẽtia, ac de Alexãdri poculo, & odore Corpori eiuſdẽ inſito. Ca. XVI
Aphrodiſium iuſiurandũ, Aphrodite cur. De Venere plura. Libitina Quid, Libitinarii. Epitymbia. Venus dicta Morpho. Platonis placita de re uenerea. Caput XVII
Iracũdia Ieiuna ex Adagio Quæ ſit, Iræ primordia unde ſint, ex Plotino. Cap. XVIII
Quę ſit Prouerbii origo, Lycia Coma. De Cõdalo, et Mauſolo. Lycioꝝ mores. Cap. XIX
Prouerbium, Sulcus Aegypti Libyæ harenas non curat, Quo enuntietur Senſu. Aegypti commoditas. Caput XX
Mineruam Phidiæ uice Prouerbii ab Eruditis quandoq; uſurpari. Cap. XXI
Cur Pomum Homerus dixerit ἀγλαόκαρπον, & Empedocles ὑπέρφλοιον. Sida quid Phloinæ ueſtes. Phlœus. Leptychana, Calyphe, Hymenes, Lobi. Caput XXII
Oculi eruditi Qui intelligant. Statuæ luxus, & primordia. De Pictura. Cap. XXIII
Cuiuſmodi ſit Prouerbium, Equus Troianus. de qꝫ ea re pluſcula. Item Porcus Troianus qui. Caput XXIIII
Perdicis Libido in Prouerbiũ producta, quã habeat rõnẽ. Perdicum uerſutia. ἐκπερδικίσαι qd. Perdix an ſit uocalis. Papinius declarat. Vocũ differentiæ in auibus. Aegyptioꝝ lĩæ, ideſt Hieroglypha Grãmata. De Perdice a Protogene picto. Caput XXV
De Harpyis q̃ diuerſa cõperiant. Apud Græcos certatim, & Latinos. Harpe qd Harpides. Harpys. Harpaſus. Harpaſa. Harpagia. Harpage. Creagra. Lycos. Caput XXVI
Aeſtiuam Aegritudinem intelligi breuem, Et quæ ſit eius rei ratio. Iuuenalis Locus explicatur. Caput XXVII
Seminum, quæ Ceraſbola dicuntur, ratio. Gallinarum Pericarphiſmus. Engæa, & Zoophyta. Veterum pocula fuiſſe Cornea. Ceratis notiones. Epiſporia quid. Ceraſbola item quæ dicantur. Caput XXVIII
Quæ ſit Prouerbii ratio, Senilis ualetudo Caput XXIX
De Cibi, Potus qꝫ ratione per Aeſtatem, ac Hyemem. Temporum diſtinctio ex Aſtronomis, &

mis, & Medicis. Caput XXX
Septimani Tragœdi Qui facie Prouerbii intelligant. Martialis locus illustrat. Cap. XXXI
Somnus Attonitus ex Medicorum Placitis qui sit, & qd Catalepsis. Caput XXXII
Somni ratio ex Peripatetica doctrina. Quæ dormiant, etiam uigilare. Quæ Sensu careãt, non dormire. An Somnus sit impotentia Sensuum omnium. Caput XXXIII
Somni causæ, Quas recenset Aristoteles. Galeni sententia aduersus eundem. Quando primum Infans alatur, ut Animal. Cibi demutatio in Sanguinem quomodo absoluat. Quo pacto Vaporum scansili motu inducatur Sopor. Caput XXXIIII
Cur Vinolenti non dormiant. Neque item Melancholici, aut uehementer æstuantes. Fatigatio cur inducat Soporem. Item Morborum aliqui, & Hyemale tempus. Cur ualde dormientium Vox grauior, Ac hyeme quoq. Et Qui suauissime dormiunt, nil somnient. Cur denicq in Pueritia Galli uideantur Sapientiores. Caput XXXV
Somniandi rationes aliquot. Cur Melancholici per quietem turbentur præcipue. Cur Quidam dormientes ambulent. Item paucula ad Soporem pertinentia. De Platone nonnulla. Viui potissimum Vigilia. Caput XXXVI
Autumnalis ægritudo qualis censeatur. Fructuum distinctio. Demetrii. Horæi. Oporæ, Salgama. Salgamarii. Caput XXXVII
Nunquam Hecale fies, Prouerbium quo proferatur Sensu. Caput XXXVIII
De Galeni Valetudine, ac excellentia. Caput XXXIX
De Sanitatis ratione adnotantur plusscula ex Medicorum Scholis. Quæ censeantur Corruptionis causæ. Sanitatis distinctio. Caput XL
Morbis ex qbus causis appellatiões sint inditæ. Herpes esthiomenos. i. Morbus Sãcti Antonii, aut Sãcti Martialis. Itẽ Morbus, Noli me tãgere. Morphæa. Satyriasis. Cap. XLI
Quod Cõmerciũ Balneo, & Canis Prouerbiũ quẽ usum habeat. Caput XLII
Calentiũ Aquarum ratiões aliquot. Cur earũdẽ ui Lapides item pgignant. Cap. XLIII
Balneorum distinctio, & Vsus. Problemata duo ad id spectantia. Balnei etymon quod sit. Item eiusdem rei delitiæ. Caput XLIIII
Balnea Veterum frugi. Senecæ locus emaculatur. Epistomium quid, & Epitonium. Collabi, & Collopes. Caput XLV
Balnearum apud Veteres luxuriosus apparatus. Emendantur Senecæ Loca aliquot fœde uitiata. Res Quadrantaria quæ sit. Pilicrepus apud eundem Senecam quid. Item Alipili. Libarii, Et Botularii, & Botulus, ac Distillarius. Quid Distillatio. Loca Aedilem metuentia apud eúdem, Quæ sint. Balnea cur item dicantur Gymnasia. De Balneo cogitare cõducendo quid. Caput XLVI
Vocabula plura ad Balneorum usum spectantia. Eschara. Alipterium. Aryballus. Arytæna. Cammus. Pyelos. Oceanus. Schola. Emaculatur Senecæ locus ad Lucilium de Psychrolute. Psychrologi qui dicantur, Et Psychrologia quid. Asaminthus. Oa Lutris. Caput XLVII
Asinus Aegyptius Quo sensu uenire in Prouerbium possit. Plinii Locus illustratur de Diis Atri coloris. Inibi plura de figuris Deorum, & rationibus ex Porphyrio. Quæue figura Christum deformarint Priores, Quem Onochelum, ideſt ὀνόχηλον dicebant. Semisfii, & Sarmentarii. Caput XLVIII
Prouerbium, quod est, Mantis te uidit, Quẽ habeat sensum. Mãtis qd. Cap. XLIX
Autumnalis appetentia in Prouerbium usque producta quam habeat rationem. Cur Autumno scaturiant Aegritudines. Caput L
Prouerbium, Amicus, ut Oleum Plantis, Quo enuntietur Sensu. Quæ Inoculationem, aut Insitionem minus admittant. Oleo perunctas Arbores interire. Caput LI
Super Olei, Vini, Aceti, Gari natura adnotantur plusscula, non omissa Quæstionum iucunditate. Caput LII
Strumam Dibapho uestire Quid sit. De Struma, & Vatinio paucula. Caput LIII
Terreſtre tonitru. Caput LIIII
Stultorum thesaurus. Caput LV
Conclamare uasa quid. Caput LVI

Sine Corollario non recedere, Quid. Corollarii notiones. Caput LVII
Verbi, quod eſt Cercos, notio nõ una. Ciceroni ad Atticum lux infertur. Item quid ſit illud eiuſdem, Allienſis pugnæ funeſtior dies, quàm Vrbis Captæ. Caput LVIII
Sub manu. Caput LIX
Prouerbium, quod eſt, Pallenicum aſpicere, qua prodierit origine. Phlegra. Gigantum præ lia. Caput LX
Palæphatiam papyrum produci in Prouerbium poſſe. Quo ſenſu fabuloſa pleraq; interpre tetur Palæphatus, Quid'ue Palæphatus uocabulum indicet. De Phryxo interim, & Belle rophonte. Cur dicatur Dędalus Simulacra feciſſe mouentia. Caput LXI
Cuiuſmodi Prouerbium ſit, Staterii paries, De Pauſania breuiter. Cicero illuſtratur. Caput LXII
Conuiualis hilaritas omnibus præponitur aliis, Vt qua reficiatur cum Spiritu Corpus. Titilletur Senſus, ac expergefiat Ratio. Cõuiuæ cuiuſmodi requirantur. Vini laus. De fer culis non nihil. Caput LXIII
Apologia breuis, Quid ita crebriter in Platonis uireta hoc opere diuertamus. Philoſophi eiuſdem explicatur excellentia. Quam'q; ſit à Chriſti Placitis haud fere diſſitus. Caput LXIIII

INDEX EORVM, QVAE SCITIVS, ENARRATIVS'QVE EXPLICANTVR, IN DIVERSIS OBSERVATA AVCTORIBVS.

EX LIBRO PRIMO

Lucani locus explicatur in primo, extra quã ſenſerit Auctor Sphęræ.
Ignotum uobis Arabes ueniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum nõ ire ſiniſtras.
Ouidius item ex Metamorphoſeos primo,
Vtq; duæ dextra Cælũ, totidem'q; ſiniſtra
Parte ſecãt Zonę, Quinta eſt ardẽtior illis.
Papinius cur Thebaidos primo Orientales domos dixerit primas. Capite IX
Virgilii ex p̃mo Æneidos Carmẽ expendit'.
Et Iã finis erat, cũ Iuppiter Æthere ſummo
Deſpiciens mare ueliuolũ, Terras'q; iacẽtes.
Item ex Georgico primo.
Hic uertex nobis ſemp ſublimis, At illum
Sub pedibus Styx atra uidet, manes'q; profundi. Capite X
Item Æneidos ſexto, Tu'q; inuade uiam,
Vagina'q; eripe ferrum. Cap. XXIX
Item, Dii ne hũc ardorem mẽtibus addunt
Euryale, An ſua cuiq; Deus fit dira cupido? Capite XXX
Expenditur Quintiliani Locus ſuper Hominis etymo. Capite XLI
Item Plinii ex undecimo naturalis Hiſtorię, in Oculorum ratiõe, ubi ait, Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus uiſu. C. LI

EX LIBRO SECVNDO

Plinius in XXVIII. illuſtratur, & emendatur. Vbi ſic ſcriptum circunferẽt. Et Curus triumphantium ſub his pendens defendit Medicus inuidiæ, Iubet'q; eoſdem recipere. adnotatur & doctiſſimi Viri incuria. Capite VII
Plinii refellitur querela de Hominis ſcitia, & nuditate. Capite IX
Quem intelligamus apud Plinium naturalis Hiſtoriæ ſeptimo Formicantem pulſum. Capite XIIII
Græcorum quorũdam ſententia diluit' ſup Cerebri nomine, & Cibo. Cap. XXII
Porphyrio refellitur ſuper Faſcini etymo. Capite XXXVI
Quid apud Martialẽ Vepene. Ca. XXXVI
Cliterinos legi oportere apud Ci. in Epiſtola ad Pætum, cõtra omnium hactenus ſententiam. Capite XXXVII
Locus Cornelii Celſi reſtituitur de Carotis neruis præter ſententiam Barbari Hermolai. Capite XLIII
Expenditur Theodori ſententia de Meſenterio aduerſus Hermolaum. Capite XLIIII
Pulmões cur multitudinis numero ſummis dicantur Auctoribus, quod non puiderunt Grammatici. Capite XLV
An ſint Piſcib⁹ Viſcera pulmonis analoga, contra Plinii hæreſin. Capite XLV
Penſitatio Plinianæ ſententiæ de Ventriculis Cordis. Capite XLVI
An uera cenſeantur Eruditis, quæ de piloſo Corde p̃dit Plinius. Itẽq; de Viſceris eiuſdem duplicatione, uel defectu. C. XLVI
Explicatur pluribus Plinii ſententia de Lienis magnitudine, & Riſus intemperantia. Capite XLVIII
Grammaticorum defenſio aduerſus Medicinæ Peritos ſuper Rhenũ Etymo. C. XLIX
Plinii obſcuritas illuſtratur in Diaphragmatis ratione. Capite LI

EX LIBRO TERTIO

Maronis Locus explicatur de ratione Sudoris falſi. Capite II
Maronis item locus Æneidos quarto perpẽditur. Mixti'q; altaria circum
Cretes'q;, Dryopes'q; fremunt, Picti'q; Agathyrſi. Capite III
Exponitur Maronis locus eiuſdem ex ſecundo Georgico,
Mollib⁹ in pratis unctos ſaliere p̃utres. Ca. 3
Higyni locus uidicat' a' uitio de Iphiclo. C. 5
Super Tegyreio Apolline refellitur quorundam ſententia cum Catulliani Carminis enarratione. Capite VI
Cur a' Plinio palmę celebrentur Thebaice, atq; item a' Papinio in Syluis, Extra q̃ animaduerterit Interpres. Capite VI
Sudæ adnotatur ĩcuria in Philoſtrati Hiſtoria de Phraote, quã is Poro p̃tribuit, Chronica rõne neglecta. Capite VI
Error Interpretis Philoſtrati ſuper Palmæ Cerebro. Capite VI
Tibulli nodus explicatur, & præterea Poetarum nonnullorum de Lauro Vaticinantium. Caput VII
Plutarchi codex emaculat' de Leuctricis Pu

ellis. Capite VIII
Oratii nodus perpenditur de Phraote Carminum ſecundo. Cap.VI
Lactantii Locus de Iulæis uocibus ꝑter Doctorum ſententiam explicatur. Capite XI
Plutarchi Interpretis error de Batalo in Demoſthenis Vita. Cap.XIII
Plutarchi Codex emaculatur de Calauria Inſula ex eodem Libro. Inſimul ex Metamorphoſi Ouidii locus reſtituitur. Capite XIII
Quid ſit apud Quint. Lineam poſcere. inſimul aperitur Ouidius primo de Arte, & in amoribus. Illuſtratur & Martialis. Capite XIIII
Quintiliani eiuſdem obſcuriſſimus aperitur Locus, etiam Doctiſſimis per inſcitiã præteritus. In malaco ſanum. Cap. XV
Senecæ Locus, atq; item Cæſaris repurgat' a uitio. Capite XV
Quo ſenſu accipiendum illud Virgil. Natos ad flumina primum Deferimus. Ca. XVI
Plauti, & Propertii, præter'q; Poetarũ aliorum explicatio in Frigidi Sudoris mentione. Cap. XVIII
Quæ intelligi debeant apud Plinium Olei, ac Vini præmiſſa, præter Hermolai ſententiam. Capite XX
Emaculat' Ciceronis Codex ex Epiſtola ad Plancum, Vbi promiſſa literarum modo leguntur. Cap. XX
Catulli Carmen explicatur de Stupore. Capite XXIII
Iuuenali lux infertur eo uerſiculo, Cuperent luſtrari, Siqua darentur Sulphura cum tedis. Capite XXX
Plinii locus de Vipera penſitatur exquiſite. Cap.XXIIII item. Cap.XXX
Ciceronis nodus ex Epiſtolis explicatur de Phania Comico teſte. Cap. XXXI
Interim illuſtrantur loca item duo ex Epiſtolis. Octauo, & Nono libro. Cap. XXXI
Plutarchi locus reſtituitur de Aretaphila, paream, ne dicam iſcite iure Latii donatus. Capite XXXII

EX LIBRO QVARTO

Quod fuerit Maronis propoſitum in Ænea ſuo extra q̃ ſint opinati cæteri. Cap. I
Maronis Æneida uideri abſolutam, quãuis pleriſq; ſecus uideatur. Cap. I
Quo argumento aſtrui ualeat, Lucanum nõ uideri poetam. Cap. IIII
Italicæ menſæ apud Platonem quę intelligi debeant, extra q̃ opinent' multi. Ca. IX
Cur mollem Ioniam dixerit Propertius, & Oratius Ionicos motus. Cap. X
Trapezophorus q nam intelligi apud Ciceronẽ debeat ĩ Epiſtolis familiarib⁹. C. XII
De Trapezophoro intellixiſſe Iuuenalem illo uerſiculo, Et recubans ſub eodẽ marmore Chiron. Cap. XII
Quid ſit illud Platonicum. Narthecophori multi, Bacchi uero pauci. Cap. XIII
Arrianus a uitio defenditur, ſubnotata Interpretis incuria ſuper Dionyſii matre Cora. Capite XV
Neuroſpaſta quę ſint apud Lucianum, Athenæum, Ariſtotelem. Cap. XVI
Gellii codex emaculatur ſuper Verbo Neuroſpaſta. quod modo ſcribitur Neurobapha. Cap. XVI
Qui ſit apud Columellam Ithyphallus. Capite XVI
Phelli qui ĩtelligantur apud Plutarchum in moralibus. Cap. XVI
Legendum uideri apud Virg. Georg. ſecundo, Terrea progenies duris Caput extulit aruis, Cap. XIX
Propertii locus explicatur ex Libro ſecũdo, Lecta Prometheis diuidit herba iugis. Capite XXI
Quænam, aut qualis ſit apud Quint. Libro VII. Æquitas item apud alios Aequum, et bonum. Cap. XXII
Quid ſibi uelit Plinianum illud ex quartodecimo Libro Ad hæc pertinẽt peregrinæ exercitationes, & uolutatio in cœno, ac pectoroſa ceruicis repãdę oſtẽtatio. C. XXVI
Expendit' & capite eodem illud quoq;, Ali⁹ q̃tum Alea quæſierit, tm̃ bibit.
Itẽ illud, Vulgo q; ueritas attributa uino eſt.
Oratii loc⁹ explicat' ab Interptũ pleriſq; ꝑteritus. Et mero tinget pauimentum ſuperbo. Capite XXVI
Quo ſenſu, qua'ue rõe dictũ Antiqs bracteatum illud, In Lente Vnguẽtum, extra q̃ per uiderint Literatores, Cap. XXVII
An Seneca oĩno uera ſcripſerit, eſſe in Macedonia tm̃ Actionẽ Ingrati. Cap. XXVIII
Cur M. Tullius in Deorũ natura, Eruditũ dixerit Geometriæ puluerem. Cap. XXX
Enarratur illuſtrius Perſianũ illud, Nec qui abaco numeros, & ſecto in puluere metas Scit riſiſſe uafer. Cap. XXX

EX LIBRO QVINTO

Cicerõis snía obscurior ad Q. Fratrẽ illustratur, Vnus ex Annaliũ memoria. Cap. I
Senecæ locus explicatur de Canterio, præter quorundam opinionem. Inibi refellit' Apuleiani Interpretis enarratio, Quid Canterino ritu Somniare. Cap. IIII
Cuiusmodi sit illd' Plinianũ ex libro octauo, Cãtharus sub Bouis lĩgua, quẽ uocãt Apin.
Tollit' ex Ausonio obscuritas, Vbi Marcum Pullariã emigraturum mox in Scarabeum fingit. Capite V
Cur Plínius lasciuiẽtes Delphinos tempestatis statuat præsagium. Cap. VI
Vitruuii locus aperitur de Thymelicis.
Quo sensu dixerit Plautus in Amphitryone Siue ambissent qui palmam histriõibus, Siue cuiquam artifici.
Item Cur Poeta idem inferat mox, Qui'ue quo placeret alter, fecissent minus.
Quid significarit illis uersibus Martialis,
Rapt⁹ abit media, qd'ad Æthera taur⁹ harẽa. Nõ fuit hoc artis, Sed pietatis op⁹. C. VIII
Proscenium meretrix quã habuerit nominis rõnẽ, præterq̃ opinent' alii. Cap. VIII
Plutarchi ex Causis locus explicat' de Theoria, Interpretis inscitia adnotata.
Palintocia uerbum libro eodem prætermissum negligenter, reponitur. Cap. IX
Engastromãtes, uel Engastrimythi q sint, extra quam opinatus sit Hermoleos.
Tollitur mendum ex Canonicis decretis de Pythonibus, & qui Pythones. Cap. X
Babylon cur purpurata meretrix apud Hieronymum. Cap. XI
Quo intellectu de rerũ natura libro quarto Lucretius dixerit, Babylonia fiunt.
Aureus Babylonis calix apud eũdem Hieronymum qui intelligi debeat. Cap. XI
Græcus Theophrasti Codex emaculat', Crocum habens pro Crico. In Cuius expositione uocabuli pleraq; aperiuntur in nostris, et Græcis Auctoribus. Cap. XIII
Cuiusmodi fuerit delphic⁹ Tripos, p̃ter quorundã Recentioꝝ sníam. Cap. XV
Cur Monogrammos Deos dixerit Epicurus apud Ciceronem, de natura Deorum secũdo. Cap. XIX
Quintiliani locus de Tibicine incinẽte Phrygium sacrificanti, in materia declamãtium, copiosius explicatur.
Quo intellectu pronũtiatum ab Oratio sit, Quis tamẽ exiguos elegos emiserit auctor, Grammatici certant. Cap. XXII
Qui sint apud Quintilianum Spadices. Cap. XXIII
Quid significarit Quint. libro primo in ratione legendorum Carminum, ubi Cæsarem dixisse refert, Si Cantas, male cantas. Si legis, cantas. Cap. XXIIII
Papinii loc⁹ ex Thebaidos VI. explicat' apte, Cũ signũ luctus cornu graue mugit adunco Tibia, Cui teneros suetum ꝓducer̃ manes, Lege Phrygum mœsta. Cap. XXVI
Pensitatur Augustini snía, qua is sup Iani castitate falli uidet'. Cap. XXVII
Quid ita in Bucolico Ludicro Virg. Arcadũ in musicis peritiam subinde laudibus efferat. Capite XXVIII
Male percipi Tranquilli sensum in Nerone, Se aliquid Sufferti cantatuꝝ. Et quę sit eius uerbi notio remotior.
Seruius in Bucolici ludicri enarratione explicat' de Titis Columbis. Cap. XXIX
Græcoꝝ error sup Apicio refellit'. Ca. XXX
Quo sensu enuntiatũ Veterib⁹ sit, Amazonũ ἄσμα. i. Cantilẽa, Quod ex Doctis aliq ingenue fatent', a' se minus ꝑcipi. Cap. XXXI
Ciceronis obscuritas illustrat' ex Epistolis ad Atticũ de Conõis patre. Cap. XXXVII
Lucretii locus ex primo libro explicat' in Religiõis mẽtione, Quę, ut ipse ait, caput a' Cęli regionibus oñdebat. Cap. XXXIX
An ex Vero dictũ Maroni sit Aeneidos q̃rto. Hæc se Carminib⁹ promittit soluere mẽtes Quas uelit, Ast aliis duras immittere curas. Capite XLII

EX LIBRO SEXTO.

Cuiusmodi sit Ciceronis illud ad Q. Fratrẽ, Operas a' Græcostasi, & gradibus clamorẽ sustulisse. Capite V
Quæ furta in Veteribus monumentis ꝯciliari dicantur ꝑ Lancem, & Liciũ. Cap. VI
Legẽdũ apud T. Liuiũ ab Vrbe ꝯdita primo libro, Lex erat horrendi Carminis, nõ criminis, uti mẽdosiores p̃ferũt Codices. C. VII
Tollit' ex Plinio nodosa difficultas in præfatiõe, Suspẽdio arborẽ eligẽdam. Cap. VII
Quæ sit apud Plautum litera lõga, quam Suspendiosi faciant. Cap. VIII
Restituit' dictio apud Vlpianum digestis de furtis, ubi qui sit fur manifestarius explicatur. Capite VI

Cur Aeneidos ſexto Virgil. in Inferoꝝ ueſtibulo Sõnia ſtatuerit uana Cap. IX
Cur ab eodem dictum, Quę gratia currum, Armorũ'q; fuit uiuis, quæ cura nitentes Paſcere equos, Eadem ſequtur tellure repoſtos. Cap. IX
Explicat' copioſe Quintiliani illud, Et natura tenaciores eorum ſumus, quæ a' teneris annis imbibimus. Cap. IX
Maronianum perpendit' Carmen ſcitiſſime, Oblitus'ue ſui ẽ Ithac⁹ diſcrimĩe tãto. C.XV
Puteal qd ſit apd' Perſiũ, et Oratiũ. C.XVII
Declaratur Senecæ Verſiculus ex Thyeſte, Timẽt'q; ueterẽ nobiles Argi ſitĩ. Ca.XVII
Ageſilaũ recte legi apud Lactãtium inter Plutonis cognomẽta. Cap. XVIII
Quid ſit apud Varronẽ Poſtulio, ſeu Poſtulatio. Cap. XIX
Olidũ Veternũ cur dixerit Catul. C.XXIIII
Gellianus emaculat' Codex libro XVI. Cap. duodecimo, ubi Lucũ ſcribũt p eo, quod eſt Elucus. Itẽ mutata g. in c. cũ reponendum ſit. a, in e. Cap. XXVI
Apuleii locus ppendit' in Magia, Vbi p Maſthlis Machi legunt' modo. Cap. XXIX
Qui ſint apud Senecam Ordinarii, & Poſtulatitii Gladiatores, præter Doctorum quoq; ſententiam.
Pararios non dici Gladiatores apud Senecã. Sed Gladiatoꝝ paria. Cap. XXXII
Cõſumatos Gladiatores quos ítelligat naturalis hiſtoriæ lib. octauo Plini⁹. C. XXXIII
Samius Gladiator q ſit apud Ciceronẽ Thuſculana ſecunda. Cap. XXXIII
Quid a' Seneca ſignificatũ ſexto Controuerſiarum, Vbi Paſſieno, prima ſyllaba in Grę cum mutata, obſcœnũ nomẽ impoſitum, ſcribit. Cap. XXXV
An ex hiſtorica fide Plini⁹ Catõem pdiderit ſolũ quater & quadragies cauſam dixiſſe, abſolutum ſemper. Cap. XXXVI
Plinii locus illuſtratur de Archilochi interfectoribus. Cap. XXXVI
Enarratur Prouerbium a' Callipide productum, in quo Doctos hæſitaſſe, animaduertitur. Capite XXXVIII
Senecæ obſcuritas illuſtratur ex tertio, ac ſexto de beneficiis, ſup Amphinomo, & Anapia. Cap. XXXIX
Nemeſis quo ſenſu accipienda apud Poetas tum Græcos, tum Latinos. Cap. XLI
Perpẽditur Ciceronis locus de Paricidarum ſupplicio. Cap. XLIII
Cur dictum a' Cicerone, Mari, quæ uiolata ſunt, expiari. Cap. XLIIII
Enarrat' Catullianum Carmen, Nec genitor Nymphaꝝ abluit Oceanus. Cap. LIIII

EX LIBRO SEPTIMO

Appiades apud Plinĩũ quæ ſint. Itẽ An Hippades potius legẽdum. Cap. I
Arboꝝ Diis dicataꝝ quæ afferri rõ poſſit. uñ illuſtrant' Auctores multi. Cap. I
Quare dictum a' Plinio, Sergiũ ut debilem, a' Sacris arceri ſolitum. Cap. II
Plini⁹ explicat' in lachrymaꝝ rõne. Cap. III
Interpretis Plutarchi adnotat' error pudendus ſup Pyrçi Lema. Capite VI
Cronicæ Lemæ cur dicantur etiam extra q̃ opinentur Græci. Cap. VI
Quid faſces ſũmittere apud T. Liuiũ. C. VII
Maior Conſul apud Plinium q nam intelligi debeat. Et qui Prætor primus in M. Tullii oratione. Cap. VIII
An ex uero Plinius Balbum Gaditanum ſcrĩ pſerit ſolum externorum Cõſulari uſum dignitate. Cap. VIII
Dies ſenis horis non fuiſſe Veteribus contentos, quod quidã nihilominus prodere ſunt auſi. Cap. IX
Quos intelligere oporteat apud Lucianum Horos. Cap. X
Quæ, aut qualis ſit noctiũ Atticarum primo Gnomonica, quam Matheſi aſcribit Gellius. Cap. IX
Quid ſit apud T. Liuium, Sacrare cum bonis caput. Cap. XI
Pẽſitat' Gellian⁹ Codex lib. noctiũ Atticaꝝ ſecundo, ἰχθῦν ἱερον. Vbi aſtruitur lectio genuina, uera'q;. Cap. XII
Ariſtophanis Interpretem fœde lapſum ſup Scolii etymo. Cap. XV
Vitioſe legi in Epiſtola M. Tullii ad Fabium Gallum, Citius, opinor, non omnibus dormio. Cap. XVI
Sardiniã peſtilentẽ cur dixerit epiſtola eadẽ Cicero, extra q̃ opinent' Enarratores, Inſup & de Salacone pluſcula. Cap. XVI
Sequentis epłæ enarratio integra fere'. Vbi præter multorum ſentẽtiam Magiſtrum dicĩ de Dictatore pluribus aſtruit'. Cap. XVII
Defendit' a' Calũnia Hermolaus Barbarus ſuper Zetæ uocabulo, quod inter recepta qdam non habent. Cap. XVIII
Plinii ſenſus obſcurior illuſtratur de Capitis Iudicio prĩo apud Areopagũ. Cap. XIX

Lactantii Grammatici locus ex Thebaidos XII. a' uitio uindicatur ſuper Ereſiõe, ac Hi cteria. Cap. XIX
An oleaſtro in Olympia coronarent' Victo/res, qd' Latini ſentiũt fere'. Cap. XIX
Tollitur ex T. Liuio difficultas de Nexoꝝ ra/tione. Cap. XX
Explodit' error Interp̃tũ Saluſtii in Tabulaꝝ nouaꝝ mentione, q̃s inſcite nimis, & hebeti iudicatu ꝓ picturis accepe. Cap. XXI
Quid ſit illd' Iuuenalis p̃ter Interp̃tũ ſnĩam, Et longi relegit tranſuerſa diurni. Ca. XXI
Quæ intelligant' Nexorum iura in primo de Oratore apud Ciceronẽ. Cap. XXI
Quintiliani placita de Oris multiplici uitio explicant' copioſius. Cap. XXII
Quid ita laſciuire in Heroicis ſuis Ouidium, ſtatuerit Fabius. Cap. XXII
Aſtruit' lectio uera in Quintiliano, de Gloſſe matis. Cap. XXIIII
Quod ſit apud Diomedem Gloſſematicum dicendi genus. Cap. XXIIII
Quæ fuerint Erechthei filiæ, qd' q̃ de iis tra/ditũ Veterib⁹. Vñ Cicerõis explicat' nodus ex Thuſculanaꝝ primo. Cap. XXVII
Leocoꝛ puellæ quę ĩtelligi apud Demoſthe nem debeãt in funebri q̃dã oĩone. Illuſtrat' & in Deoꝝ natura Cicero. Cap. XXVII
Quo ſenſu a' Val. Martiale dictum,
Quid barbam uellis mortuo Leoni?'
In quo pleriq̃ omnes toto, uti aiunt, Cælo aberrarũt. Cap. XXVIII
Plautin⁹ exoluit' nodus ĩ Amphitryõe ex lr̃is plane' lr̃atis, de Saturni hoſtia. C. XXXIIII
Cur in fabula eadem dictum à Poeta eodem Fames & mora bile naſum conciunt.
Item in Curculione. Os amaꝝ habeo, Dẽtes plenos, lippiũt ſauces fame. Cap. XXXV
De Tyrotaricho quid ſentiẽdum apud Cice/ronem. Cap. XXXVII
Cur dictum a' Perſio,
Saperdam aduehe ponto. Cap. XXXVII
Cũ a' Naturalib⁹ fere' traditũ ſciam⁹, Hoĩem unũ ex oĩbus caneſcere, An recte Plinius in Eqs id ipſum agnouerit. Cap. XXXVIII
Qui intelligi apud Quintilianum Pancratia ſtæ debeant præter omnium hactenus ſen/tentiam. Cap. XLI
Quos eſſe Analectas Grammaticos, ſtatuen dum ſit, apud Senecam. Cap. XLII

EX LIBRO OCTAVO

Frigidam ſuffundet' apud Plautum in Ciſtel laria, eſſe omnino aliud, quàm opinentur multi. Cap. II
Cur ex Sententia Heſiodi Viros hyeme aui/diores Veneris prodiderit Plini⁹, Fœminas æſtate. Cap. IIII
Saluſtium parum integra fide à Gellio inceſ/ſi, ſup Sertorio, quẽ Corporis dehoneſtamẽ to lętari ſolitũ, ſcribit. Cap. V
Ludere de alieno Corio in Apuleii fabula myleſia prouerbiũ uñ ꝓfluxerit, extra q̃ uel Doctioribus uideat'. Cap. VII
Quo ĩtellectu dixerit in Amphitryõe Plaut⁹. Eius Ornamenta, & Corium uti concide/rent. Cap. VII
Tollit' ex Ciceroe nodus in Epiſtola ad Bru/tũ de Liberis Themiſtoclis. Cap. XII
Pherecydẽ nõ fuiſſe ex Prouincia Syria, ſicu ti male interpretant' pleriq̃. Cap. XIII
Quis fuerit Siculus, quem Cicero in ſecũdo de Orator̃ dixiſſe ſcribit, Da mihi ex iſta ar/bore, quos ſerã ſurculos. Inſimul & Quinti liani tollitur obſcuritas, eadem referentis. Capite XIIII
Illuſtratur amplius Plinii loc⁹ ex ſeptimo na/turalis hiſtoriæ de Liuia. Cap. XIIII
Phrynen cur dictum ſit, Lecythum in maxil/lis ferre, præter Græcoꝝ ſentẽtiã. Cap. XV
Reſtituitur in integrum Plutarchi problema uel perperã tralatum, uel incuria corruptũ, mendum'q̃. Cap. XVI
T. Liuii Codex ex lib. ab V. C. tertio emacu/lat', ubi mõ ſcribit', Deiectis honore ꝓ con/cionem duobus Quintiis. Cap. XVI
Peplographia Varronis in Epiſtolis ad Atti/cum quænam intelligi debeat. Cap. XVIII
Quid ita Æneidos q̃rto Optimus maximus Poeta Boreã dixerit Alpinũ. Ca. XXVIII
Plautinus nodus in Epidico enodat' egregie, Vbi ait, Auſtrum ptuli. Cap. XXVIII
Error Plutarchi apophthegmatũ Interp̃tis ſup Orpheoteleſtis. Cap. XXX
Ariſtotelis tralatio ex Politicis mutila, ĩterpel lata'q̃ reſtituit' in integrũ. Cap. XXX
Tragica ꝓſopa quæ ĩtelligi debeãt apud Ari/ſtotelẽ p̃ter Theodori ſnĩam. Cap. XXXI
Præcidere quid ſit, & unde loquendi figura credi poſſit corriuata, enarrat' Martial' illd', Os tibi præcĩſum, quanto non ipſe latinus
Vĩlia pãniculi pcutit Ora ſono. C. XXXII
Explicat' item docti⁹ Carmẽ Martialis illud, Inuaſit Medicus Sica Phreneticus Eucli, Et p̃cidit Hylã. hic, puto, ſan⁹ erat. C. xxxiii
Non recte a' Grãmaticis enucleari Maronia/

hum illud ex bucolicó ludicro,
Nuper me in littore uidi,
Cũ placidũ Ventis ſtaret Mare. C. XXXIII
Ouidii Interpretem fœde lapſum í Faſtis in eius Carminis enarratione,
Adde, qđ Arcana fieri nouus Ignis in Æde,
Dicitur. Cap. XXXV
Papinii Carmen ex q̃rto ſyluaꝝ explicat illuſtrius p Interp̃tis ſilentiũ. Cap. XXXV
Quid intellexerit Halicarnaſeus Dionyſius antiqtatum ſecũdo, ubi ait, Vnicuiq; trigin/ta Curiaꝝ Veſta collocata, ubi ſacrificarent. Capite XXXVIII
Apud Tranquillum in Tiberio, legendum, Coactis, q ea tenebant ſupſtitione, religio ſas Veſtas cum Veſtimẽto omni cõburere. non autem Veſtes, Sicuti doctiſſimo Interpreti eſt uiſum. Cap. XXXVIII
Supplices Veſtę q intelligendi apud Plut. in Cõmentatione de Mulierꝝ Virtutibus, magno Interpretis errore. Cap. XXXIX
Epheſtii q ſint apud Plut. eũdẽ in cauſis Grę cãicis, adnotato Interp̃tis lapſu. C. XXXIX
Emaculat Plut. Codex ex lib. q ẽ περὶ πρώτου ψυχροῦ. Vbi Terrã a Veteribus dici Clitta ſcribit. Cap. XXXIX
Martialis illuſtrat Epigrãma ex libro decío.
Si nimius uideor, ſera'q; Coronide longus
Eſſe liber, legito pauca, libell⁹ ero. Ca. XL
Sãna freq̃ns Latinis uerbũ de Greco Veteri deflexũ, p̃ter Grãmaticoꝝ placita. C. XLII
Macrobii de Aſcẽſu, deſcẽſu'q; Aĩaꝝ doctrína ppẽſione acri explicat, tenebroſa alioq, & a Vanitate non procul. Cap. XLIII
Cur Virgili⁹ Animas plures in Anchiſe intelligere ſit uiſus Aeneidos qnto. Ca. XLIIII
Aenos, ideſt αἶνος quid ſit apud Quintilianũ libro quinto. Cap. XLV

EX LIBRO NONO.

Cur a Propertio dictum,
Cum Tyberi Nilo gratia nulla fuit.
Ex hiſtoria comprobatur, eum locum hactenus eſſe minus pceptũ. Cap. III
Maſſilienſes mores in Plauto an pro euiratis et molliculis capi recte poſſint, quod ex Doctioríb⁹ ꝓdidere nõnulli. Inibi diluit Athenæi quoq; auctoritas. Cap. VIII
Quid ſit ab Oratio ſignificatum, ubi in arte poetica ſcribit,
Quæ facerent, agerent'q; peruncti fecibus ora. Cap. X
Erudita in Domitiũ diſertatio, Cur Tauris phœniceæ obiicerent Veſtes. Cap. XI
Cur dictum ab Ouidio, Rubræ pauidos formidine pennæ, de Ceruis. Qui locus inſcitiſſime ſolet explicari. Simul & illuſtrat Auſonius ſup eadem re. Cap. XI
Platonis apologia aduerſus Lactantium de Gallo, quẽ Aeſculapio moriturus Socrates ímolari iuſſit. Cap. XII
Pythagoræ ſymbolum, Sup Chœnice ſedet, quo pacto uideat explicandum præter multoꝝ ſententiam. Cap. XVII
Aliud Pythagoræ ſymbolũ, Stragula obuoluta ſeruari debere.
Item Aliud, Imaginem Dei annulo nõ inſcalpendam. Cap. XVIII
An apud Vlpianum digeſtis de Aedilitio edicto, legendum ſit Aphthiphus, ſicuti Erudito; nonnullis placet. Cap. XX
Catulli ſenſus explicat erudite illis uerſiculis,
Non eſt ſana puella, nec rogate,
Qualis ſit, ſolet hæc imaginoſum.
Cornelio Celſo lux infert plurima, Vbi ait,
Quidam Imaginibus, non mente fallunt. Capite XXVII
Lucretii locus ex libro ſecundo de Luce recta uel obliqua declaratur amplius ex matheſi. Cap. XXXI
An Iuuenalis ille uerſus,
Horrida q̃le facit reſidẽs in Codice pellex,
ad Robur carcerariũ referri ullo modo poſſit.
Item illud Propertianum,
Codicis ímũdi uícula fẽtit anus. C. XXXII
Columbæ gẽinæ ſexto Aeneidos ex Platonicis rõnibus qd ſignificent. Cap. XXXIX
Quid ſibi uelit Virgilianum illud ex quarto Aeneidos.
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.
Quo ſenſu Homerus Herculis Animã in Cęlo ſtatuerit, Simulacrũ apud Inferos. C. XL
Expendunt Thucydidis loca duo, In qbus uideri poteſt labi Interps. Cap. XLII
Plinii locus perobſcurus explicatur libro ſecundo, Terra nos a reliqua natura abdicatos tum maxime, ut mater, operit, nullo magis ſacramẽto, quam quo nos quoq; ſacros facit. Cap. XLIII
Declaratur Virgilii Carmẽ Aeneidos ſexto,
Aut tu mihi terram Iniice. Inſimul & Oratius illuſtratur.
Licebit, iniecto ter puluere, curras. C. XLIIII
Qui fuerint Metelli liberi apud Pliniũ libro ſeptimo.

Diadematis legedum ſit apud Plinium, an Dalmaticis. Cap. XLVI
Aleii Campi an recte Vacui latine dicantur. Capite XLVII
Quid ſit apud Liuiũ, Cõditionẽ filiæ q̃rere. Item apud eundem quæ ſit Vindiciaꝝ rõ.
Martialis Epigrãma feſtiuiſſimum, explicatur, quod eſt in Fidentinum,
Aſſertor uenias, Satisq; præſtes.
Aſſertiones ſecundæ apud Quintilianũ quæ nã intelligi debeant. Cap. LIII

EX LIBRO DECIMO

Lactantii Grammatici ex octaua in Papinii Thebaida enarratione Codex emaculatur de Bomonicis.
Quintilianus illuſtrat libro tertio, ubi ait, Minus Lacedæmõe ſtudia lr̃aꝝ, q̃ Athenis merebunt. Quibuſdã rapto uiuere hõeſtũ. C.I
Qui ſint apud Appiani Interpretem Ciuiliũ bellorum quarto Aptatores.
Epiſcopus q nam intelligat apud Ciceronẽ, ſeptimo Epiſtolaꝝ ad Atticũ. Cap. III
Quintiliani uerbis lux infert aliqua de Aeſopeis fabulis. Cap. VII
Groſſos nõ dici tm̃ multitudinis nũero, ſicuti arbitrant Grãmaticoꝝ nõnulli. Cap.IX
An pro Caprificatione in Plinio reponenda Scarificatio ſit, ut Doctis quibuſdam eſt uiſum. Capite IX
Perperã arbitrari quoſdã, Focalia dici uibrãdis Capillis deſtinata inſtrumenta. Cap.X
Quadrãtaria Clytẽneſtra apud Quintilianũ ex Cæcilio, quæ demũ ſtatuẽda ſit. C.XVI
Reſtituitur Candori ſuo Quintilianus libro tertio, ubi legit modo, Quale libidinis exẽplum, ut Perſes in Muliere famia inſtituere auſus dicitur primus.
Cur inſtituta Perſarum Parthis aſcribat Lucanus. Cap. XVIII
Martialis Carmẽ libro XI, explicat, Vbi ait. Claudia Cæruleis cum ſit Rufina Britãnis Edita. Cur latię pectora plebis hẽt? C.XXI
Quod ſit fanũ locupletiſſimũ a Cicerone p lege Manilia ſignificatũ. Cap. XXIX
Enarratur locus ad hanc diem nõ intellectus ex Epiſtola Cælii de Aquariis. Cap. XL
T. Liuii, & Plutarchi Codices emaculãt ſup Pallade Chalcioeco. Cap. XLVIII
Leſche quid ſit apud Plutarchũ in Lycurgo. Capite L
Quid ſentiẽdum ſuper eo Quintiliani loco. In cubiculo Nola. Capite LI
Quo pacto intelligenda Pollucis uerba. Vbi ait, Epiglottis eſt ſimplicis organum uocis. Lingua uero Articulatæ. Cap. LIII
An recte Albertus dici Arteriã putarit, quaſi Artam uiam. Cap. LV
Antiphona In Plutarchi moralibus quæ intelligenda ſint, quæq; ſit uocabuli eius ratio. Capite LV
Scruta in Carmine Oratiano quænam ſint. Capite LVI
Fabulam ætatis peragere quid ſit apud Ciceronem. Capite LXI
Martialis Epigrãma explicatur ex libro XI. Inde Tragus, celeresq; pili,
Enarratur ſimul & Apuleianum illud ex Magia, Inueſtem puerum accepiſti. Veſticipẽ ilico reddidiſti. Cap. LXII
Oratii locus explicatur ratione phyſica. Nigros anguſta fronte capillos. Cap. XII

EX LIBRO XI.

Cæleſtiũ reꝝ ſtudioſi quo pacto explicãdum cẽſeãt illud Maronianũ ex Georgico prío. Septima poſt decimã felix. Cap. III
Multiplex affertur enarratio Carminis Virgiliani, ex Aeneidos quarto,
Tergeminamq; Hecaten tria Virginis ora Dianæ. Capite VI
Phaſis qd ſit apud Ariſtotelem in Meteoris. & q̃ multiplex ſit uocabuli eius notio.
Cicerõis locus explicat diuinationũ ſecũdo, cũ ex L. Tarutii ſnĩa dicit, Romã, in iugo cũ eſſet Luna, uideri natam. Cap. VII
Tranquilli hiſtoria de Domitiani edicto, ut in prouinciis Vineta ſuccciderentur, uberius illuſtratur. Cap. XI
An manu, geſtu ue Solœciſmus fiat, de quo addubitaſſe Quintilianus uidet. Cap.XXI
Pterophori q ſint apud Plut. in Othonis uita, quod multi non tam neſciunt, quam negligunt. Cap. XXII
Terrę filii q dicant ꝯ oĩum hactenus opĩonẽ.
Ouidii locꝰ explicat Metamorphoſeos prío. Iupiter e terra genitam mentit, Vt Auctor Deſinat inqri. Cap. XXVIII
Hypomochlion quid ſit apud Vitruuium, & unde ducatur dictio eiuſmodi, quãquam in Codicibus nonnullis legitur uitioſe Hypomodion. Cap. XXIX
Icadiſtæ q intelligi debeãt apud Athenæum Dipnoſophiſtaꝝ ſeptimo. Cap. XXXII

Plinii locus illuſtratur ex tertiodecimo naturalis hiſtoriæ libro de Plantaꝝ ſexu utroqꝫ. Cap. XXXIIII
Maronis locus explicaꝫ ex quarto Æneidos. Nã qa nec fato, debita nec morte peribat.
Scuti argiui rõ q̃ ſit, extra q̃ aſiaduerterit Zenobius, ſeu qſqs libri Auctor fuerit.
Sagma legi oportere apud Lactantium grãmaticum, non Sacconiam, quod ex Doctis reponunt aliq. Cap. XLVII
Sagma Iumentoꝝ qd ſit apud Pollucẽ lib.x. & Philippicorũ qnto. Cap. XLVII
Iouem lapidem iurare, qd ſit apud Gellium Noctium atticarum primo.
Explicaꝫ Ciceröis locus libro Epſtaꝝ familiariũ VII. Is cũ iuraꝫ cœpiſſet, Vox eũ defecit in eo loco, Si fallo ſciens. Cap. XLVIII
Ceryx apud Senecam quid ſit, pluribus explicatur. Cap. XLIX.
Magiſter in locationibus, & uenditionibus q ſit. Ciceröis obſcuritas illuſtratur in Epiſtolis ad Atticum, duobus locis. Adiuuatur in eadem re Quintilianus quoqꝫ. Cap. L
Colonarii q ſint in Epſta Cęlii. itẽ Colonariũ in Epiſtolis ad Atticũ. Cap. LIII
Oedipꝰ cur dictus Colonẽꝰ. inibi Apuleii Codex emaculatur in Magia. Cap. LIIII
Strabo illuſtraꝫ, Vbi de Rhopo mẽtionẽ habet, ac de Aegina.
Aetnæi fratres apud Virgiliũ quam rõnem habeant. Cap. LVI
Neſæi Eq an dicãtur Inſulares, quod Quidã male ſunt ſuſpicati. Cap. LVII
Corinthus ſupercilioſa, prouerbium quã habeat rõnem. Cap. LVIII
Iouis Corinthus, quo ſenſu in prouerbiũ ueniat ꝓter Græcoꝝ quorũdã ſniam. Cap. LIX
Emaculatur Iulii Pollucis Codex Onomaſtici primo. Vbi Anhippos p Amphippis poſitos inuenias. Cap. LXIII

EX LIBRO XII.

Statoris etymon uñ ducaꝫ ꝓterq̃ opinenꝫ uel Grãmatici, uel Hiſtorici. Cap. III
Iuuenalis locus de Memnonis ſtatua crepante copioſius enarraꝫ, & latius, q̃ ſit ab Interpretibus proditum. Cap. V
Maronis locus Aeneidos primo,
Vñ p ora nouemuaſto cũ murmure montis
It mare proruptum. Capite VIII
Itẽ Cuiuſmõi ſit ex bucolico ludicro Marõia nũ illd, Nũero Deꝰ ípare gaudet. Cap. IX
Perpẽdiꝫ exactiꝰ quoqꝫ Maronis illud ex primo Æneidos, Oterqꝫ, q̃terqꝫ beati. Ca. XII
Gellius uindicatur a Vitio ſuper nominibus Parcarum. Cap. XIII
Virgilius cur in ſupplicioꝝ rõne Centenario utaꝫ, & millenario numero. Cap. XIIII
Analogia Geometrica, & Arithmetica í Plutarcho quæ nã intelligẽda. Cap. XVI
Sortitus es literã. m. in prouerbio, quem hẽat ſenſum extra q̃ opinenꝫ Græci. Cap. XVII
Mendoſe legi apud Plut. & latinos pleroſqꝫ Artaxerxem Memnona, Cum is non Memnõ, ſed Mnemon, ideſt memor ſit cognominatus. Cap. XX
An lunaribꝰ radiis effici poſſit Iris. refellitur Plinius.
Emaculatur Plinii eiuſdem Codex, aſtruentis ex Ariſtotele Luna tricesima Irin uiſitari. Cap. XXVII
Qua rõne dixerit Virgilius Georgico primo, Et bibit ingens arcus. inibi cum Plauto Propertius illuſtratur. Cap. XXIX
Plinii locus ppẽdiꝫ ex XVII. naturalis hiſtoriæ. An ex Iride producaꝫ in terra odor, uel in plantis omnino. Cap. XXXI
Aſtarte an ſit Venus, qua in re addubitarit Vir doctiſſimus Hermolaꝰ. Cap. XXXVII
Virgilianũ Carmen ex primo Aeneidos qua rõne affectatã hẽat aſperitatẽ, Fremet horridus ore cruento.
Item quo artificio prolatum id,
Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Cap. XXXIX
Quo pacto inficerenꝫ Scythaꝝ ſagittæ, illuſtraꝫ Plinii conciſa breuitas. Cap. XLII
Iuſtã tellurem cur appellauerit Propertius eo Verſiculo,
Et tellus hoc ita iuſta ſinat. Cap. LI
Plauti locus ex Amphitryone explicatur, Iacẽt rõnes, Silet Iudiciũ. Cap. LI
Plinii locus De Vipa diſcutitur. Ca. LVIII

EX LIBRO XIII.

An mouere affectus Athenis liceret. Quintiliani ad id ſententia ppendiꝫ. Cap. I
Quæ familia Buteonis fuerit cognomento inſignis, Plinii locus declaratur. Plutarchus item reſtituitur.
Gracchum & Pulchrum flatilem admittere, quod pernegãt Aliq. Cap. IIII
Chryſeis quo noíe ſit appellata proprie qd eſt a multis prætermiſſum. Cap. V
Venocis uocabulũ uñ ſit corriuatũ, Q d pauciſſimi admodum nouere. Cap. VI

Quintiliani locus ex prío altius illuſtrat', Vbi ait, Ne ſtudia, q amar nō pōt, oderit. C. VII
Quo ſenſu a` Iuuenale pronuntiatum,
Et Cui p̄ mediā nolis occurrer noctē. C. IX
Cur dictum a` Virgilio,
Iā q̄ iugis ſūmę ſurgebat Lucifer Idę. C. XII
Ouidii locus de Eridano. Cap. XII
Plinii, et Felicis Capellę nubilum diſcutit' de lubrico, ac tenero Cæli corpore.
Cur Ariſtophānes ī nebulis humorē. i. ἰμάσθαι p̄ intellectuali aīę potētia poſuerit, qd' ab Interp̄tibus deſyderabat' præcipue. Cap. XV
Virgilii locus de Oīpotēte Olympo. C. XIII
Ouidii carmē ex prío de pōto ampli⁹ p̄pēdit'
Vt ſolet infuſo Vena redire mero. Ca. XXI
Tollit' ex Plinio difficultas, Quo pacto quæ non reſpirant, odorent'. Cap. XXIII
Cur a` Martiale dictum Ieiunia Sabbatario⁹ male olere. Cap. XXIIII
Expēdit' itē quadanten⁹ Poetæ eiuſdē illud,
Poſthūe nō bñ olet, q bñ ſemp olet. C. XXV
Catullianum Carmen acrius excutit', quod ē de Amore, Dextra ſternuit approbatione.
Propertius item illuſtratur amplius, cum ait,
Arid⁹ argutū ſternuit omē amor. C. XXVII
Qui ſit Immortalis Vir, cui Platani curam a` Xerxe delegatā, ſcribit Herodot⁹. C. XXXI
Quid ab Oratio ſignificatum, ubi ait in arte poetica, Et fortaſſe cup̄ſſum ſcis ſimulare.
An ex uero dictum ab Herodoto, Pinū ſolā arbo⁹ reciſam nō ſuccreſcere. Cap. XXXII
Expenditur locus ex obſcœno Carmine.
Ductor ferreus Inſularis æque
Laternæ uideor fricare cornu. Cap. L
Plinii feliciſſima breuitas ſup̄ Muli hiſtoria libro VIII. amplius illuſtrat'. Cap. LI
Illud Columellæ, de lapide noxiū, quo ſenſu accipiēdū, extra q̄ opinent' pleriq̄. Ca. LII
Vicarium Seruum quem intellexerit Martialis Epigrammatum ſecundo.
Enarratur item ex Seneca illd' Poetæ eiuſdē,
Vrbanus tibi Cæcili uideris.
Nō es, crede mihi, Quid ergo. Verna es. c. 53
Plinianum p̄uerbium, Multa Syro⁹ Olera, quo Senſu accipiendum. Cap. LV

EX LIBRO XIIII.

An Canin⁹ appetit⁹ itē cēſeri debeat, q et Bulimos, uelut ex nr̄is ſūt opinati qdā. Cap. I
Corneli⁹ Celſus illuſtrat' in Hydropiſeos generibus ex Hippocrate, ac Galēo. Cap. III
Senecæ locus ex primo de Clementia in integrum reſtituitur, Vbi Apatrum legitur, cū Aratrum debeat.
Propertii locus explicatur,
Mœnia cū graio Neptunia preſſit aratro.
Victor palladiæ ligneus artis Equus. Cap. V
Maronis locus explicat' ex Bucolico ludicro.
Si Canim⁹ ſyluas, Syluę ſint Cōſule dignę.
Plinio lux infert' multa libro XXIII. in rōne Biæi Vini, Cui marina permiſceret' Aqua.
Cur a` Varrōe proditū, Libero Patri Delphinas aſſiſtere. Cap. VIII
Virgilii Carmen ex Bucolico ludicro expenditur exactiſſime, Nup̄ me in littore uidī,
Cum placidū Vētis ſtaret mare. Cap. X
Cur nauſeabūdos fieri iter mari agētes, et Iuuenalis ſignificarit, & experimentis Doctī ſciāt omnes. Cap. XIII
An uera p̄ſum cenſenda ſit Plinii ſentētia, Mari Salis incoq̄ ſaporem, Sole, quod potabile ſit, inde hauriente. Cap. XV
An itē ab eodē ſcīēter ſatis p̄ platū ſit, Summā Æquo⁹ aquā dulcioē p̄funda. Cap. XVI
Illuſtrat' Plinii eiuſdem locus de Solis Bob⁹ propè Meſanā, & Mylas. Cap. XVII
Explicatur inſigniter Maronis Carmen ex Aeneidos ſexto,
Hi Dominam Ditis Thalamo deducere adorti. Cap. XVII
Iulii Pollucis nodus ſup̄ uerbo ἀρκτένεσθαι explicatur. Cap. XIX.
Ouidius Faſtorum quarto explicatius enarratur, Vbi canit,
Tot fuerant illic, quot hēt natura Colores,
Picta q̄ diſſimili flore nitebat hum⁹. C. XX
Plutarchi Interpres coarguit' in Catonis apophthegmate ex Hom. de Scipiōe. C. XXII
Plinii ſentētiam de Naſturtio eſſe Medico⁹ Scholis diuerſam. Cap. XXIIII
Quæ ſit rō Prouerbii, Lepus dormiens.
Cur ueſcētes carne Leporina dicant' formoſiores fieri, cuius rei mētio eſt apud Plinium, nec præteriit Martialis. Cap. XXXI
Quid ita dictū ab Oratio ſit Carminū prío, Nūc ad aquę lene Caput ſacrę. Simul et lux plurima infert' Senecæ. Cap. XXXVIII
Comata p̄peram ſcribi, Digeſtis de extraordinariis criminibus. Item qui ſint inibi Diacopi. Cap. XXXIX
Cur ab eodē Sermonū prío Sōnia poſt meā noctē oblata, pnūtient' ueriora. C. XLII
Quinā ſint apud Plinium libro decimo, Qui ſomniarint nunquam. Cap. XLIX
Ariſtotelis defenſio a` calūnia de Ouis oblōgis, rotūdis'ue aduerſus Albertū. Cap. L

Persii Carmē illustratur, Et noctem flumine purgas. Cap. XLIX
Oua ex Catharsio q̄ dicant' in Lucião. Ca. L
Maronis Carmē acrius perpendit' Aeneidos secundo, Catuli'q; relicti Faucibus expectant siccis. Cap. LI
Cur Lactucis uescerentur in fine Cœnæ Antiqui. absoluitur Martialis Quæstio.
Plinii locus ꝑpēdit' de Rhaphano. Ca. LXI

EX LIBRO XV.

Apomagdalia quid sit apud Plutarchum in Lycurgo, quam uocem latinam facere supsedit Interpres. Cap. II
Seruii Grammatici opinio perpenditur, An elixis Carnib⁹ usi sint Priores Heroum temporibus. Cap. III
Plutarchi locus declaratur in Symposiacis.
Quid Cottabisin redolere. Cap. V
In ratione bibendi aperitur Oratii locus in Carminibus. Cap. VI
Basilicam habere quid sit. Cicerōis locus inibi explicatur. Cap. XI
Ciceronis locus exponit' ex libro secundo ad Q. Fratrē, simul & indidē mēdum tollitur. ubi legit' modo, Ab Arria Syra. Ca. XXIII
Quid sit Latiar apud Cicerōem in Epistola quadam ad Q. Fratrem.
Latiarum corrupte, inscite'q; legi apud Macrobiū in plerisq; Codicibus pro Latiar.
Vnde sit tractum illud Catullianum,
O Hymen hymenæe o
Hymen o hymenæe. Cap. XXIIII
Cur dictū ī Syluula q̄dā tertii libri à Papinio,
Duc & ad Aemathios manes, Vbi belliger Vrbis
Conditor, hybleo perfusus nectare durat. Capite XXVII
Quod sit apud Galenum in libro de Anhelitus iuuamento, Vinū, quod ad ignem utribus appēsum obdurescit.
Aristotelis ex Meteororum quarto sententia illustratur excussa Interpretum uanitate, etiam'q; Alberti. Cap. XXXVI

EX LIBRO XVI.

Theocriti locus explicatur in Bucoliastis, οὔποτε νικασεῖς, οὐδ' εἰ διαῤῥαγείης. Cap. III
Plauti obscuritas illustratur ex Pseudolo,
Quasi Solstitialis herba, paulisper fui,
Repente exortus sum, Repentino occidi.
Qua rōne dictum a' Quint. libro Oratoriarū institutionū tertio, Sermonē ab ipsa natura genitos protinus Homines accepisse.
Cur Plini⁹ septio naturalis historię, Nudū di dixerit hoīem ī nuda hūo natali die abiici.
Quo sensu a' Papinio dictum, Syluarum primo, in Stellæ Epithalamio, Et Violantillæ,
Tellure cadentem Excepi, foui'q; sinu.
Sed & libro quinto. Tellure cadentem
Aspexi, Atq; unctū genitali Carmine foui. Capite XIII
Ciceronis locus illustratur pro Flacco, de Mithridate. Cap. XVI.
Cur Ouidius Metamorphoseos XII. Mopsū dixerit Ampycidem.
Quo sensu dictum a' Seneca in Medea,
Idmonem, quamuis bene fata nosset,
Condidit. Serpens Libycis harenis,
Omnibus uerax, sibi falsus uni,
Concidit Mopsus.
Excutitur & Senecæ locus alter, ex Tragœdia eadem,
Orpheus tacuit torpente Lyra,
Ipsa'q; uocem ꝑdidit Argo. Cap. XIIII
Papinii loc⁹ expēdit' ex Syluaꝝ ii. de Perdice,
Qui'q; refert iūgēs iterata uocabula Perdix. Capite XXV
Illustrat' ex Medicoꝝ doctrīa Iuuenal' illud,
Iam Letifero cædente pruinis
Autumno, Iam Quartanā sperantibus Aegris. Cap. XXVII
Occultam uideri historiam illo epigrāmate significari a' Martiale,
Si patiens, fortis'q; tibi, durus'q; uidetur,
Abderitanę Pectora Plebis hēs. C. XXXI
Emaculat' Senecæ locus ad Luciliū, Apud quē In Balneorum mentione Epitoma mēdose legitur, uel Epitonica, ꝑ eo, quod est, Epistomia. Cap. XLV
Restituūt' in integrū apud eūdē Dictiōes alię fœdi⁹ corruptæ. Nā Quadratoria res dicit', Cū Quadrātaria debeat. Pellicrepus quoq; pro Pilicrepo. Alipedum ꝑ Alipilo. Deniq; Librarii pro Libariis. Cap. XLVI
Senecę itē lectio restituit' de Psychrolute, ubi modo Sicholutra in qbusdam legitur Codicibus. Cap. XLVII
Quid significarit naturalis historiæ secundo Plinius, Vbi ait, Ex Diis alios dici Atricoloris. Cap. XLVIII
Quo sensu a' Cicerōe dictū octauo Epistolaꝝ ad Atticū, Domiti⁹, ut audio, in Cosano ē, parat⁹ ad nauigādū, Si in Hispaniā, nō ꝓbo, Si ad Cn. Laudo. Quouis poti⁹ certe, quàm Vt Cercum uideat. Cap. LVIII

CELENCHVS, SIVE SYLLABVS RERVM DIGNARVM CVRA, QVAE HISCE LECTIONVM ANTIQVARVM COMMENTARIIS CONTINENTVR, VT VEL CITRA INCOMMODVM, QVOD QVIS CONCVPIERIT, QVAERAT MODO, ET CONSEQVATVR A'KONHTI'.

Abacion pagina 195
abaculus 164.195
abacus 164.674
abaris 448
abatos Rhodiorũ 364
abax 195
abderitanorũ Inſania in Septimanorum Tragœdorum mentione 835
abecedarij 738
abij qui dicantur 511
abluere ſomnia qd 757
abluuium 632
abydæna 732
abydenocome 732
abyrtacæ 764
abyrtacopœi 764
Acæna quid 193
acanthiæ Cicadæ 456
acapna ligna 705
acceptabula quid 363
accubita 766
accus delyrium 452
acephali uerſus 83
acephali Sacerdotes 124
aceti propria 853
achana quid 210
achetæ Cicadæ 456
achilles, Ariſtarchi Tragœdiæ nomen 756
achillis etymon 668
achillis patria 668
achne 732
acalius Buta 236
aconita uaſa 773
acoſtæ quid 594
acratiſma 764
acratocothones 769
acratophorus Dionyſius
acrepala 770 (776
actio Ingrati Athenis contra Senecam 191
actiuæ Vitæ, et Contẽplatiuæ interſtitia q̃ ſint 56
actores primarũ partiũ, et ſecundarũ qui cenſeantur 208
Adad Deus 520
adam, & Euæ allegoricæ interpretatio 586
adã qd apd̃ hebræos 40
adam interpretatio myſtica 43
adamas quid 534
adargatis Dea 520
ad Aquam ſcribere, qd
ad Corollas dra-(127
ma decertare quid ſit apud Plut. 153
addephagiæ tẽplũ 171
adelphi unde 712
adephagi 410
adephagia 410
ades quid 702
adiopos 199
adipſa 355.770
adorantes quam partem ſpectare debeant 310
adorationis præſtantia, & neceſſitas 188
adraſtia 300
adriani Imperatoris hiſtoria 734
aduentitia cœna 774
aduentores 774
aduẽtoria Epiſtola 774
aduerſaria quæ ſint 332
adulationis malum 577
adulatorem eſſe Polypo ſimilem 363
adulatorum appellationes diuerſæ 577
adulatorum cognomina plura 577
adulterij lex prima 570
adulterij pœna apud Leſbios 610
adulterorũ pœna ex Zaleuco 609
adulterorũ pœna apud Gortynam 609
ad umbilicum perducere quid 411
ædilẽ metuẽtia loca quæ intelligantur 848
æclon Cœna 766
æganea 590
ægiale q̃, et Sicyon 305
ægides 492
ægina 513
ægina mercatura 596
æginæũ pro magno 596
æginetica potentia 252
ægyptia menſa 171
ægypti cõmoditas 825
ægyptio Scytha non inuidet 574
ægyptiorum literæ 828
ægyptiorũ templa cuiuſmodi fuerint, unde formetur Adagium 428
ægyptiorum ſapiẽtia cuiuſmodi fuerit 427
ægyptiorum ritus 354. 425
ægyptium Iudicem pro Sancto dici 647
ægyptiorum inuenta, et eorundem ritus 522
ægyptũ cur petierit præſtantes Viri apud Veteres 427
ægyptius Sophiſtes q̃ ſit 574
æliani Sophiſtæ hiſtoria
ælij 790 (603
æneã ob Pietatẽ i Deos, et Parentes molliter fuiſſe à græcis tractatũ 546
æneum uinculum cur pro perpetuo 534
ænos quid 418.774
æolipilæ quæ ſint 564
æquoctiali an ſubſit habitabilis locus, an ibi Mare 22
æquũ, et bonũ qd ſit 183
aerem ictum moueri in orbem 72
æris inuentio, & auctoritas 534
æris obſeruationes multæ 808
æs cur dicatur à Græcis χαλκός. 534
æs Corinthium cur pretioſum adeo 598
æſchinẽ nũcupatũ fuiſſe à Demoſthene Tritagoniſten 782
æſopeæ fabellæ cur dicantur 493
æſopi fabulatoris hiſtoria 418
æſopus cur dicatur Logopœus 418.493
æſtiua ægritudo cuiuſmodi intelligatur fiere Prouerbij 832
æſtuantes uehemẽter cur non dormiant 838
ætas firma quæ intelligenda 761
ætates quibus uocabulis diſtinguantur à Græcis Auctoribus 544
ætates humanas Planetarũ cõſeq rõnem 544
ætatis fabula 544
ætatum humanæ Vitæ diſtributio 544
ætia Callimachi 307
æthiopes cur nigri, & Capillo uibrato 439
æthiopum Pedes, Vnges, Dentes, Semen quã habeant rõnem 439
ætna mons 731
ætnæa regio florida 731
ætnæũ pro magno 596
ætnæus Venator q̃ 731
ætoli Epitheton qd ſit, & unde 568
ætolorum furta 538
ætos quid 349
Affectiones ex Homine tolli non poſſe 656
affectiones ex uoluntate pendere 656
affectionũ, quæ in Aere fiunt rõ duplex 633
affectus ubi mouere nõ liceat 663
affectuũ noia plura 664
afflationum ſpecies 751
afflatorũ ſtatus q̃ ſit 751
Agamij iudicium 790
agaricum 494
aguthoclis hiſtoria, cur diceretur Graculus, & Triorches 665
ageſilai hiſtoria 584
ageſilai dictum de Iuſtitia 647
ageſilaũ recte legi apud Lactantiũ, Agelaſtum minime 277
aglaidis uoracitas 410
aglaus Pſophidius 603
agno fons mirandæ naturæ 679
agones 489.494
agonia 489.494
agonij Dei 489.494
agrigẽtinorũluxus 344
agrippeũ quid 329
agron medicus 683
agrotera Diana 556
agyiatides aræ 272
agyieus Columna 272
Alabandeorum hiſtoria pulchra 735
alæ in Aia 465.466
alarum odor cur malus 680
albanorũ, qui ad Caucaſum, mores 514
alcæ fera 348
alcæa quid 341
alcibiadẽ concionari metuentem quo pacto Socrates excauerit 368
alcibiadis balbuties 333. (335
aleæ inuẽtio 562
alea quid 474
aleij Campi 474
aleſius mons 474
alexandri ab Apelle picti exemplum 368
alexãdri frugalitas 166
alexãdri gratitudo 191
alexãdri hiſtoria iprudẽtius utẽtis fidibus 546
alexandri hiſtoria 375
alexandrocolaces 626
alexãdrũ uinolẽtũ exuſſiſſe Perſepolim ad Meretriculæ nutum 386
alexandrum appetuiſſe dicta ſe Deum 606
alimæ 355
alipili 845
alipterium 850
allactum quid 425
allantes 667
allantopolæ 667
allegorias fabularũ calle triplici ſolere explicari 492
allienſis dies funeſtior q̃ Vrbis Captæ 857
aloadæ q̃ dicantur 569
alopecades 527
alopeciæ morbo unde ſit factum nomen 527
alopecum quid 527
alopeconneſus 527
alpinus Boreas cur dicatur à Virg. 398
alter hic hercules, Prouerbiũ q̃ hẽat originẽ 606
altricis facultatis organa duo, et mũia quatuor 43
alueolatus 195
Amantium blãdimenta inter Amatos 686
amatores Spartani 450
amazones dici de Paupe ribus 234
amauroſis oculi 314
amblyopia 314
ambones qui 413
ambroſia feſtum 792
amethyſta quid 159
amicus, uti oleum Platis, Prouerbium quo enuntietur ſenſu 853
amyſtiſſare 188
ammobates 716
ammon Iupiter uñ 524
amnemones 558
amor triplex 448
amor geminus 639
amor cur dicatur Dæmõ, et cur admirãdus 638

mor cur dicatur Heros 639
amor apud Heſiodum quid 450
amor Brutorũ in Homines 344
amorgina Veſtimẽta 644
amoris in quibuſdam abſurditas 344
amoris cõmendatio 639
amoris laus 448
amoris Parentes diuerſi 450
amoris uulgaris uituperatio 450
amoris principium quale ſit 638
amphamiotæ 706
amphiaraus 349
amphicypellum 776
amphinomi 297
amphippi q ſint 601
amphithetos phiala 769
amphitrites 730
amphotides quæ ſint 71
ampotis in Mari qd 730
amum quid 613
amuſium organum 566
amymoniæ Aquæ 747
Anacalypteria 599
anaclinteria 766
anactes Pueri 446
anagogæ 169
anacharſidis iuẽta 511
anactoria Miletus cur 199
anaitis Perſarũ Dea 514
analectæ 363
analectæ grãmatici 363
analectides 363
anaphliſtius 403
anaphorum qd 425
anapiæ hiſtoria 297
anaſtomoſis 333·335
anaxandrides Comicus 150
anaxyrides 509
ancalides 541
ancalidophori 541
ancteres 78
andria 773
ancyle 590
andron 764
anemone 529
anemotis Pallas 566
angari 494
angeli an habeant Corpus 27
angeli boni an cœãt 18
angelorũ bonorũ rõ 32
angelos à Deo præpoſitos humanis rebus, q mox euaſerint Dæmones 24
angelus an dicatur de Homine 28
angina 78
angones 489·494
anigrides Nymphæ 716
anguillæ Copaides 777
anguillæ Strymõiæ 777
ani rõ, et Vocabula 87
aĩa cur uires ſuas magis in parte iſta promat, q̃ illa 44
aĩa quo pacto ſibi Dæmonem ſeligat 30
aĩa qũo patiatur ex Platonicorũ doctrina 263
aĩa poſſit'ne ignibus torqueri 264
aĩa cur p̃ Cãcrũ dicatur deſcendere, p̃ Capricornum aſcendere 415
aĩa in quã primũ Corporis p̃tẽ inſinuetur 415
aĩa quo pacto alas dicatur amittere, aut etiam recuperare 466
aĩa cur parũ introſpicẽti mortalis uideatur 139
aĩæ ratio ex Pythagora, Platõe, Ariſtotele 41
animæ ſuſceptaculũ parari à Spiritu 41
animæ diſtributio ſecundum potentias 42
animæ officia tria 42
animæ Vegetatricis munus triplex 43
animæ humanæ potentia mira 54
aĩæ rõnalis ſedes cur in Capite conſtituta 66
animæ natura qualis ſit per ſe 139
animæ medela ex Zamolxidis doctrina 165
aĩæ abiũctæ an ſuperſit ſenſus, uel mẽoria 177
animæ potentia in Corpus mira 562·563
animæ in hoie duæ 415
aĩæ idolũ, et Vmbra 467
animal ex q̃bus fiat 43
animalia quis immolarit primus 307
animalium quorundam ſpontalis gñatio præcipue mira 39
aĩaliũ p̃tes ſimulares, & diſſimulares 63
animalium ortus ex Priſcorum doctrina 180
animam eẽ Vehiculũ ad Deũ et mẽtis imaginẽ 41
animã à Corpore ſegregare quid ſit 42
animã Homerus an Corporeã putarit, an item ſcierit eſſe præditam ratione 48
animam poſſe noſtrũ corpus efficere, uelut luminoſum 54
animam qui primi dixerint immortalem 517
animã nõ eſſe tabellã literis uacuam 558
animantiũ interſtitia Cõpoſitionis ratione 40
animarũ in diuerſa Corpora trãſitus 144·242
animarũ tranſitus in Beſtias 144·242
aĩas eſſe in Hoie quodãmodo duas 585
anim humanu mobilitas 601
animis humanis ineſſe Scientiarũ Theſauros iuxta Platonem 52
animum humanum dici Dæmonem 30
aniſchia 88
anno cartha gniẽſis 344
annulariæ ſcalæ 142
annularis ratio 214
annuli leues apud Iureconſultos q intelligi debeant 142
annuli qui nuncupantur Phyſica quam habeant rationem 142
annulus Gygis quam habeat in Prouerbijs rationem 140
anorexia 717
antagoræ hiſtoria 166
anteros quid ſit 450
anteuerta Dea 714
antheron 78
antheſphoria 731
antiates 90
antica, & poſtica quam habeant in animalibus rationem 12
antigoni cõmonitio ad filium 606
antigoni adulatores 577
antigoni lenitas inferẽda iniuria 600
antigoni dictum de Iuſtitia 647
antigoni hiſtoria 603
anthion quid 679
antimachus cur diceretur Pſecas 688
antiochi ſomnium 186
antipathia 664
antipathia rerũ quarundam mira 417
antipatri hiſtoria 540
antiphona quæ 540
antipocha 332
antipodas dicta Vẽtri mãcipatos 236
antiſii 639
antletæ 123
antonij Anachoritæ hiſtoria 256
antiſtrophus 205
anubis hiſtoria 123
anxietas 283
anxitudo 283
apaſtia quid 615
Apathia 664
apathiam nõ eſſe huius Vitæ 626
apaulia 790
apellei Equi picti exemplum 371
apellis dictum de Protogenis Ialyſo 606
apes ubi nõ hẽantur 662
apheta 582
apheteria 582
aphetica in Cælo locat quæ ſint 582
aphnij ſacellum 570
aphrodiſium iuſiurandum 821
aphrodite cur 821
aphrorum mos in nuptijs 788
aphrorum ritus 624
aphtẽæ quid 446·582
aphyæ Meretrices quæ ſint 222
apicij hiſtoria 233
apocha 332
apocopi 85
apodectæ 363
apodectæi 363
apodos Cantus q 335
apogæa retinacula 566
apogluti 87
apolides q dicantur Iureconſultis 197
apolides qui 707
apollinis nomie ſummatem acipi Deum etymiratione 272
apollinis apud Sicyonios templum 305
apollo quid 5
apollo Proſtaterius 792
apollo Spodius 612
apollo Delphinius 206
apollo Epicurus 527
apollonij Caſtitas 376
apollonij Tyanei hiſtoria 465
apologia breuis, Cur tã ſæpe in Platonis uiretã diuertamus 861
apomagdalia 772
apomyius Iupiter 612
aponimma 772
aponiptrum 772
apoplexia quid 137
apoſtrophia Venus cur 376
apoteleſmata 318
apotimemata 790
apotimetæ 790
apparentiæ, quas uocãt Symphaſes 458
appiades 307
aprorũ lachrymæ 314
apſicori 142
apſis 780
aptatores in Appiano q ſint 489
apum noĩa plura 662
apyra obſonia 166
Aqua frigida infantes ablui ſolitos 131
aqua an ſit coloris ex ps 712
aquæ pluuiæ præſtantia 744·745
aquæ caducæ q̃ ſint 726
aquai legendum apud Virg. & Quint. 748
aquariæ libræ 747
aquarij 526
aquarioli q dicãtur 326
aquarium dica de Iride 637
aquarum cæleſtium rationes 845
aquarũ diſtinctiões 726
aquarũ cæleſtiũ ui cur gignantur lapides 845
aquarum colores 728
aquarũ dulcũ ratio 728
aquarum laus præcipua 747
aquarum nomine Mortales intelligi 734
aquarũ probatio 748
aquas dulces agitatũ frigeſcere, Mare uero incaleſcere 712
aqla Promethei q̃ itelligẽda ſenſu allegorico 181
aquilæ natura 349
aglonis proprietas 398
aquiminaria 526
Arabas tinxiſſe Sagittas

- Venena 644
arabum mores 521
aram potentiarum animæ esse in Capite 561
arationũ spẽs tres 789
aratri partes 721
aratrũ Vrbibus circunducere 722
arbores in quo simles sint Insectis, & quo differant 579
arbores cõlendi religiose quænam afferri ratio possit 307
arbor suspendio eligenda 260
arcadum studia in Musicis 231
arcadum ritus 425
arcem facere ex Cloaca 296
archelai historia 191
archidami monita aduersus humanam insolentiam 736
Archilochi Poetæ Interfectores 295
architæ tabella 529
archoliparos 87
archus 87
Ἀρκτοῦρος quid 730
arctos dici quandoq; puellas 730
arcula Babylonis aurea 214
ardali Ara 757
ardalides Musæ 757
areopagi iudicium primum 329
argas 492
argẽteo uomere araturos, quid sit 720
argentũ significare notiã apud Scientissimos 186
argentum uiuum 677
arguo scuto dignus 586
argo fatidica 818
argus 492
arguti q dicantur 335
arietem Phryxi fuisse nauem 448
arimaspi 448
arimphæi 448
arion Equus 526
aristarchus grãmaticus cur sit cognominatus Mantis 155
arisides Adrianus Sophistes 583
arisidis Iustitia 651
aristoteles cur dicatur dæmonios 24
aristoteles cur dicatur Anagnostes 468
aristotelis commonitio ad Medicum 607
aristotelis, & Platonis discordiarum initia quæ sint prodita 484
aristotelis laus 810
aristotelis inubi luxus in corpe excolẽdo, et mores paulo iprobiores 484
aristotelis fuga Athẽis, et Eiusdẽ adeã rem dicta præclara 484
arithmeticæ inuẽtio 520
arithmeticæ occultior 618
armeniorum ritus 514
aromata cur nascantur i Oriente 11
arotræ 705
arquatus morbus 637
arquus Dæmonis 632
arrectio in sopore unde contingat 397
arreptitij 34
artem aut eẽ nullã, aut esse Cacotechniam, aut Matæotechniam 482
artemisiæ laus 364
arteria quid, & eiusdẽ origo 61
arteria uñ dicatur 540
arteriæ affectio 281
Ἀρτιάζειν qd sit 254
arthria 281
articulus i nũero qd 625
arysane 773
arystichi 773
aryballus 850
arytæna 850
Asaminthus 850
ascari 529
ascarides 529
ascarophori 529
asciam cruribus illidere quid 528
ascriptitij Serui qui sint 197
asiaticorum ingenia seruilia 704
asiaticus luxus 169
asinarij, & Periclis historia 288
Asinus Aegyptius quo sensu uenire in Prouerbium possit 851
aspalathus 636
asphodelus 166
aspidion 715
aspidis imaginem cur in Diademate gestẽt Aegyptij 715
aspidis natura 715
aspidis notiones 715
aspidiscus 715
aspis somniculosa 754
asplenõ medicamentũ 97
assertio secunda 480
assyrij an distinguantur à Syrijs 520
assyriorum ritus 520
astande 494
astarte 640
asteriscus quid 17. 411
astictos ager qui 447
astoxeni q sint 290
astra oriẽtia an accẽdi recte dixerit Epicurus, ac occidẽtia extingui 675
astragalus qd 571
astragalysis 571
astrapeæ aquæ 745
astrolabij inuentio, & partes 318
astrologiæ partes 318
astrologis, seu Genethliacis necessaria 310
astronomiæ iuẽtio 520
Atechnia 482
atergatis 640
atergo uarij qui dicantur 371
athena Pallas cur 390
athenæum quid 628
athenienses cur dicãtur Autochthones 512
athẽiẽses cur Depyges 87
athenienſiũ mores 512
athenienſiũ inuenta 512
athenodori historia 530
atheres quid 732
atlantis, & filiarũ allegoricus sensus 441
atrophia oculi 314
atta Comicus Poeta 767
attagen uarius 711
attica bellaria 169
Auaritiæ iprobatio 569
auaritiæ fugillatio 640
audiendi ratio 72
auerrois cur quandoq; deceptus in Aristotele enarrando 50
aues, quas uocant Deorum linguas 214
augendi significantiam quæ dictiões apud græcos habeant 596
augusti historia in Iræ ratione 652
augusti Dæmonium 30
augusti historia 279
augusti lenitas in ferenda iniuria 600
aula quid 314
auli 314
aulones 314
aulopi 314
aurium ratio 72
aurium humores, & sordes 72
autocabdali 150. 177
automata 177
Alcyonus Lydorũ Rex 549
auriga in Anima, et Equo 466
auri nomine sapientiam intelligi 186
auriũ figuræ rõ 540
austri proprietas 398
austrum pertuli, quid sit apud Plaut. 398
autolecythi q sint 654
aut ũnalis ægritudo qualis cẽseatur 840
Babylon purpurata meretrix cur. 112
babylonia arcula mirabilis 214
babyloniorũ mores 212
babylonis aureus calix 212
babylonis historia 214
bacchanaliũ ritus 177
bacchi miracula 420
bacchi pauci apud Platonẽ q intelligentur 173
bacchides tres 606
bacchum an cõluerint Iudæi 175
bacchus Acratophorus 795
bacchus cur dicatur Phleon, eiusdemq; cognomina alia 547
bactrianorũ mores 514
badas pro Cinædo in Capite de Cinædorum appellationibus 404
bal cur dicatur Myrrha 683
balani, & Pfenes quo distinguantur 117
balantiotomi 259
balbus an solus ex Peregrinis triumphauerit 317
balbutiei ratio 336
balbutiei ratio ex Frigore, Ira, Ebrietate 697
balnea Veterũ frugi 847
balnea cur dicãtur Gymnasia 848
balneæ calentes cur Herculi tradãtur sacræ 136
balnei etymon 845
balnei conducendi cogitatio 848
balnei usum spectantia uocabula plura 850
balneo, & Cani quodnã est commercium? 844
balneorum ratio 844
balneorum distinctio, & Vsus 845
balneorũ delitiæ 845. 846
balneorũ apũd Veteres luxuriosus appatus 848
bãbalio q dicatur 335
banausi q dicãtur 705
banausus 408
barathrum 460
barba cur non adnascatur Fœminis 393
barba itẽ cur nõ adnascatur Mulieribus, & cur in qbusdã uisatur 39
barba Cretensium magistratuum 393
barba prodigiosa Antistitis Mineruæ 393
barbæ primitias offerendi mos 185
barbarum puerum tria tantum græca didicisse elementa 816
barbitij ratio 39
barbitos 226
barbarorũ sententia sup cibo, & potu 794
bascania 574
basilica 781
basilicã hẽre, qd 781
baßæ 527
bassarus 527
batalus 127
bation 127
batologia 333
batrachis quid 779
batrachium cõlor 432
batrachiũ forũ uñ 779
batus 333
batus Piscis 127
batylæ 127
batylos 127
baucalium 776
baunus 408
Bellaria pergrata 764
bellaria attica 169
bellini Diui tẽplũ miræ proprietatis aduersus rabiem Canum 478
bello externo sæpe intestinum restringui ex hi-

ſtoria 476
bellerophontis allegoria 858
belus quid 8
berberi quid 393
betæ qui dicantur 403
Bibendi leges 188
bibendi leges apud Græcos 776
bibendi lex apud Locros 776
bibendum non eſſe poſt Cibum 795
biatrium 776
bicus 776
bibliolathas 533
bilis atræ effectus 59. 451
bionis hiſtoria 569
Blacæ q ſint 233
blacennomion 233
blæſi q dicantur 335
blepidæmon quid 71
Bœotiorũ uoracitas 244
bolitos quid 296
bomonicæ Pueri 485
boreas cur dicatur Alpinus à Virg. 398
bos Empedoclis 531
botularij 848
botulus 848
boues Ceſtrini 136
boues Epirotici 136
boues Larini 136
boues retro paſcẽtes 524
Bracæ 509
brachij partes 80
brãchiæ Piſcium 93
branchus 281
braſica 740
briarei Columnæ 549
briareus 181
briſeidis nomen proprium 667
britannorũ mores 509
brumalia feſtum 792
brumus Bacchus 792
Bruta an Cæleſtia uenerentur 187
bruta q bus Hoĩbus alimẽta ſuggeſſerint 606
bruteo Auis 666
brutum quid faciat 417
bryton 188
bulbus in Oculo 314
buli pro inteſtinis 764
bulimia quid 698
bulimos quid 717
bulimos uñ dicatur 717
buphagus 718
buphonia 315
butypi 718
Byzantij laus 530
byzantiorũ mores 530
byſſina uerba quæ ſint 642
byſſina ueſtimenta 643

Cabæſi 446
cabala Hebræorũ 253
cabareni 446
caberij Dij 446
cabiri qui ſint 421
cabus 446
cacotechnia 482
caducæ aquæ 726
caduceũ mittere q̃d 588
Cæleſtia an uiuant 612
cæleſtia an nutriãtur 15
cæleſtia quis primus adorarit 612
cæli dignitas ex hiſtoria, item ex rõnibus phyſicis 21
cæli humor uitalis, calor item, ac lumen 677
cæleſtia obſeruãtes maxime fuiſſe infelices 379
cæleſtis Aquæ præſtantia 744. 745
cælo an ſint colores 22
cælo eſſe Trinitatis myſterium 21
cælum quomodo ſit unitas omnium 5
cælũ eſſe picturatum 8
cælũ cur dictũ ſit ouũ 8
cælum an ſit aĩatũ 13
cælum an moueatur ab Oriẽte in occaſum 13
cælum cur dicatur οὐρανὸς. 21
cælum ſi ſtaret, nil moueretur 21
cælum an cãlidum 22
cælum eſſe igneũ 675. 687
cælum habere Trinitatis imaginem 677
Caius unde dicatur 667
calamæus 456
calamaules 229
calaminæ Inſulæ 224
calamouoas qui dicatur 540
calaſiris quid 522
calaſtri Pueri q̃ſint 540
calauria Inſula 127
caligulæ Luxuria 774
calicis notiones 769
calliæ hiſtoria ſcitu digna 296
callimachi Aetia 307
callipædes Senes 296
callipidis hiſtoria 296
callipygon 87
callipygos 87
callopatira Capridij 776
callycarij 711
καλὸν unde dicatur 670
calor cæleſtis ſi deficiat, nullibi erit uel Calor, uel Frigus 21
calorẽ Corporũ q̃d cuſtodiat proprie 695
calopodes 296
calueta 360
caluicei ratio 359. 360
caluiſij Sabini memoria 363
calyphe 826
calyptra 790
camaſene apud Empedoclem quid 762
camelautium 179
camelorum hiſtoria 179
camelus Bractiana, Prouerbium quam habeat rationem 179
camelus pro ſune 179
caminus 850
camſiæ 643
cammata 766
cammatides 766
campeſtrati 509
campeſtria 509
canarium auguriũ 477
cancelli 128. 780
cancri 128
candaules cibus 561
candelabrum Tarentinum 152
cãdida Tyronũ toga 387
candidati Cæſaris more petere quid 387
candidatorum habitus 387
candidatum uarie accipi apud Eruditos per tralationem decentiſſimã 387
candyli qui ſint 764
candys 764
canes admirandi in templo Palladis 653
canes cur imolentur 477
canethelij q̃ ſint 188
caniculæ ſacrum 477
canina fames 698
caninus appetitus 698
canis Ariſtogitonis 477
canis oculũ hẽre q̃d 477
canonici q̃ dicantur 123
canonium 123
canterij notio multiplex 204
canterino ritu ſomniare quid 204
canthari etymon unde ducatur 205
canthari notiones plures 205
cantharia 769
cantharus 769
canthi oculorum 311
cantilenarũ genera 767
canum genera 478
canum fides in Nicia ue natorem 658
canum ornamenta, et nutrimenta 476
canum admirabile ingenium apud Vulcanitẽ plum in Sicilia 659
canum rabies 478
canum in exercendo difficultas unde ſit 698
canum uaticinia 357
capane 244
capanicat 244
capilli defunctorum cur durent, aut etiam auge ſcant 68
capilli affectati 497
capilli inaffectati 497
capilli infecti ĩprobatio ex Philippi dicto 498
capilli muliebris in uſum funium q̃n, & apud quos deuenerint 499
capilli uibrati rõ 439
capillitium capillorũ uitium 499
capillorum in Homine ratio 399
capillorum ratio 66. 68
capillorum rõ uaria pro Gẽtiũ diuerſitate 399
capillorũ mos apud Cretenſiũ Magiſtratus 396
capillorũ deſtuij rõ 499
capillorũ ornamẽta 497
capillos dicta à Græcis τρίχας, & inde corrupta plura 498
capillus Trepterus, et Pẽtherius 185
capite præciſo an poſſit quis loqui 66
capite deminuto cur impetuoſi ſint 561
capitis magnitudo congrua quæ ſit 560
capitis ratio 66
capitis diminutio 710
capitolinus Iupiter 641
capitulorum in Columnis partes 195
capniſtæ 732
capnomantes 192
capnoſphrantes 732
cappa triplex peſſimum quid 516
cappadoca cur dicantur inſignia uel Virtute, uel uitio 516
cappadocum turpitudo 743
cappadocũ mores 516
caprificatio 497
caput magnis Viris apere cur receptum moribus 66. 560
caput eſſe aram potentiarum Animæ 561
caput eſſe Olympum, et Tritto 561
carbonum natura mirabilis 264
carcerem ſibi inſtituere quid 584
carceri congruentia uocabula plura 459
carceris genera 460
carcheſia 773
cardaces qui 485
cardami nomina plura, & Vires 735
cardamo ſimiles qui dicantur 735
cardamo cur ueſcantur Perſæ 735
cardinales Scapi q̃ 253
cardinaliũ in noſtra religione quæ ſint primordia 253
carica 764
carica mores 425
carmanorum ritus 519
carmẽ dicta ĩ ſoluta quoq; oratõe, q̃a diceretur lex horrẽdi carminis 260
Carna Dea 210
carnem non eſſe concoctionis æque difficilis, ac ſit Panis 241
carnia feſta 230
carnibus elixis an uterentur Veteres 773
carnibus mane tantum uſos Priores 773
carnij moduli 230
carnis ratio ex Platonis doctrina 64
carnis ſpecies duæ 64
caroethes 174
carogamij iudicia 790
carotæ Nerui 90

catroticæ Venæ 99
catrphologia 577
catrthaginiẽſiũ ritus 524
catrthaginienſium ſententia de diuitijs 570
catryca 764
catryces, cibus 562
catryceumata 764
catrycopœi 764
καρυκοποιεῖν 764
caſaluades 378
caſaluium 378
caſſorides 378
caſpiorum mores 514
caſtorium melos 230
caſtratum uinum an recte dicatur 793
catacecaumene 174
catacecaumenites 174
cataclyſmata 721
cataclyſmus 632
catacopi 454
catactus 773
catadactylicus 403
catagogia 169
catalepſis 836
catalogi libri 602
cataphora 281.475
catapeplaſmenõ uitium 335
catapontiſtes 607
catapultæ inuentio 550
cataractæ Cæli quæ intelligantur 632
catharmata 142
catarrhus 281
catharſia 142
catieni qui ſint 232
cato an ſolus quater & quadragies cauſam dixerit, ſemper abſolutus 295
catonis oratio qualis 693
catonis dictum in Cæſarem 797
catonis cura in ſtudendo 815
catonis ſententia de Conuictu 778
caudex quid 668
cauea 460
caunij Lienoſi 97
cauſarum agentium, & ſuſcipientiũ rõnes 275
cauſidicos nũcupari Vulturios togatos 220
cauſima ligna 705
cauſon 716
cauterium 197
Cecropis inuenta 241
cecrops cur dictus Veteribus Diphyes 145
cecrops cur duplicis naturæ 512
ceenſium mores 514
cei Senis catnicem coloribus obſcurantis hiſtoria 547
celoſta quid 378
cenangia quid 717
ceneon 83
centenaria Vaſa 802
cẽtenariæ cœnæ 802
centenariæ porticus, aut Miliariæ 802
centrinecæ 596
centris 716
centuſſis lex 802
cephale unde 561
cephalus 746
cephenes 662
cepij hiſtoria 326
ceramicum flagellũ 460
ceramiæ aquæ 745
ceramus 460
ceraphium, Vas 776
ceras pro coma 185
κεράσαι cur dicatur 769
ceraſbola 836 bis
ceratis notiones 833
cerberus qui 34
cercope 456
cercopiſſare 577
cercos quid 857
cerdo 527
cerebri ratio 66
cerebro an ueſcerentur Priores 66
cerebrum ſit ne humiditatum fons, an secus uerius 134
cereris σιτῶς tẽplũ 171
cereris templũ apud Hermionenſes mirum 659
cereris ſimulacrum apud Phigalenſes perabſurdum 421
ceres Nigra apud eoſdẽ quam habeat ratiõem ex hiſtoria 421
ceres Luſia 426
ceres Myſia 773
ceroma 188
ceroplaſtæ 185
certaminum genera, & ad ea pertinentia uocabula 361
certaminũ ſacrorum ratio 692
ceruorũ noia plura 175
ceruorũ lachrymæ 314
ceruum ita educatum, ut græcum intelligeret ſermonem 662
ceruus pro Seruo fugitiuo 711
ceryces 588
ceryceum 588
ceryx 776
ceſtra 746
ceſtreus 746
ceſtrini boues 146
ceſtrum quid 746
ceſtus 746
Chærophon 333
chalari ſues 712
chalcea feſta 533
chalceati Dentes 533
chalcenterus 533
chalceum quàm multa ſignificet apud Græcos 533
chalcidica pocula 520
chalcidiſſare 569
chalcioecus Minerua 532
chalcopus 532
chalcos cur dicatur æs 530
chalcotypus 532
chamætypion 790
chamæpus Sponſa 790
chamelæ 596
chaos quid 702
characatæ uites 204
charax quid 204
charmũ Syracuſium in ſingula, quæ apponerentur, Verſiculos connaſſe 778
charopi oculi 341
chartilaginus natura quo ab oſſibus differat 64
charonia Ianua 460
chelidon 596
chelidonia quid 254
cheniſcus 441
chernips 307
cheromactrum 772
cheronuptrum 772
chilus 110
chimæram dici de tribus Rhetoricæ partibus allegoricæ ſenſu, aut etiã de uitiorum multiplicitate. 343
chiorum turpitudo 743
chiorum caſtitas eximia 340
chios unde dicatur 743
chiræ quid 90
chirodicæ qui dicantur 649
chironia ulcera 534
chironomia, 285
chiropodes 90
chiton qd aduerſus Plut. Interpretem 387
chloe 110
chlunen entomiam quid intelligant Græci 85
chnoæ 441
chœnucides 441
chœnix 441
chœrus 712
χοιροστωλεῖν 712
cholades 91
cholera 83
chomata Nili 748
Chondrocopia 711
chorobatæ 747
chria quid 737
chriarum ratio 737
chriodes 737
chriſti excellentia ex Platonicis 242
chriſta medicamina 528
chriſtum impie appellatum quandoq; Onochelum 851
chryſeidis proprium nomen 667
chryſogonus modulator 232
chryſomelolonthiõ 205
chryſoneti Serui 706
chryſophori mulieres 672
chryſorrhoas fons 726
chthonia Dea 767
chthonia Sacra 767
chylus 110
chymus 110
Cyanẽin quid 637
cibaria in quibus habeantur locis præſtantiſſima 234
cibdela 254
cibdelia 254
cibi demutatio in Sanguinem quomodo abſoluatur 837
cibi, & Potus ratio per æſtatem, & per Hyemem 794.835
ciboria 234.769
ciborum delectus pro locorum ratione 777
cibus deterior, ſi gratus ſit, plus prodeſt, q̃ probior, ſi ingratus 238
cicadæ Acanthinæ 456
cicadarum cur aliæ canant, aliæ minus 456
cicadarum ex Platone fabella 456
ciceronianæ Epiſtolæ ad Gallũ enarratio 327
ciceronis laus 693
cicõia Pietati cultrix 662
iconiarum pietas 662
cicuta 797
alicum prauitas 203
aliorum ratio 70
allibantes quid 216
allones qui ſint 594
allycirij 705
cimbices q dicantur 417
cinados 527
cinclidarij 128
cinædologus 177
cinædorum in coitu uoluptas unde cnaſci coniectetur 402
cinclides 780
cindaliſmus 780
cindalus 780
cineſias 351
ciriæ 529
cirſi Equorum 596
citharœdi Piſces 662
citta 129.717
Claudi cur Salacores 375
claudorũ uirtutes 375
claues Laconicæ 490
clauo deſtinare, et à Clauo demere 780
clauſigelos Phrynes cognomentum 386
clauus æneus quo pacto i Prouerbiũ ueniat 808
cleanthes 275
cleomenes 287
clepſydræ cur tardius fluant hyeme 722
clepſydræ notiones plures 525
clepſydrium 525
clibanus unde dicatur 408
climacides 577
cliſion 711
cliterini 85
clitta Terræ epitheton 409
clodii Luxuria 774
κλωτᾶσθαι 568
clopia 558
clopidæ 558
clymẽus pro Plutõe 577
clytos 122
Cocta ligna 705
codex quid 668
codices accepti, & expenſi 222
codones quid ſint 533
cœlia 577
cœliacus morbus 83
cœlopthalmus 596
cœna unde dicatur tam

græcæ, quã latine 764
cœna ἐντελής 777
cœnæ deorum 777
cœnam cur uocarent δεῖπνα 762
cognitionis nobis esse insitam cupiditatem 444
coi cur dicerentur liberi Soli sacrificare 356
coitio Cãdidatorũ 387. 388
coitu nimio hebetari uisum 392
colacrete quid 210
colax unde 577
colãdi uini i probatõ 793
colias Venus 90
collabi 847
colli fistula duplex 90
colli ratio 78
collopes 847
collum cur nõ datũ nobis uersatile 314
collyrissare 74
colocasium 234
colon 90
colonarij 593
colonarium quid 593
coloneus Oedipus cur dicatur 593
colonitæ 593
colonos fuisse in Attica duos 583
colores uariari pro lucis ratione 458
colorum disunctio 723
colum 74
colũba subsidẽtiũ index Aquarũ i Diluuio 632
columbæ Meliæ 517
columbæ geminæ apud Virg. quæ sint ex allegorico sensu 517
columbarũ colli colores 458
coluri 74
coluri fici 74
coluria 74
colyrides 74
colysanemas 564
comæ 748
comæ primitias offerendi mos 185
comatis ratio 281
combe Puella 534
comburendorum cadauerum ratio 472
comessatio 772
comica facies apud Lucianum quæ sit 152
comicus risus qui 152
comicus testis apud Ciceronẽ in familiaribus epistolis qui sit 152
comicus apud Spartanos lusus 152
comitiali morbo an solus infestetur homo 138
comitialis morbi ratiões quæ tradantur apud Scientissimos 142
commatica oratio 748
commentariensis 462
commissiones Gladiatorum 291
commodi historia 188
comœdiæ ara 152
comosandalos flos 767
compluuiatæ Vites 204
compositiones Gladiatorum 291
computatorum digytis simules q dicantur 64
cõcẽtuũ spẽs aliquot 123
cõclamare uasa qd 856
concubitum excludi ex Amore 448
concubitus ratio ex Platone 821
concubitus auiditas cur adeo pudenda cẽseatur 376
concubitus rõ 372. 373
concubitus uocabula plura 373
condalus 824
conditionem Filiæ quærere quid sit apud T. Liuium 480
conditionẽ quærere 790
conflagrationis rõ 632
confectores 754. 756
conifalos 188
conistra 188
coniugalis amor quibus constet 787
cõiugalis amor quatenus progredi debeat 448
coniũx dicatur an Coiux 448
connubiũ amore constans esse uelut Corpus unitum 789
consilij rõnem esse præstantissimam 289
constantiæ bonum 601
consultatio qd sit 289
consumati Gladiatores 289
conuersatiõis uias esse duas 734
cõuictorũ nũerus 778
conuiuæ cuiusmodi requirantur 860
cõuiuales confabulatiões cuiusmõi eẽ deceat 735
cõuiualis hilaritas oĩbus præponitur alijs 860
conuiuarum appellationes plusculæ 764
conuiuij Dominus, et ad eum spectantia uocabula plura 766
conuiuiorum spẽs 764
conuiuiorũ præfecti 188
conuiuijs cõgruat ne Arithmetica proportio, an Geometrica 762
cõuiuiũ sportularũ 764
conuiuium Tetrapharmacum 778
copaides Anguillæ 777
copides Cœnæ 766
copissare 766
coppatiæ Equi 197
cora quæ, & quot signi ficet 175
coracinus unde 314
cordis ratio 97
cordis Vẽtriculi quot sint omnino, dissertatio non inelegans 97
cordylæ 713
corinna Poetria 369
corinthi felicitas 598
corinthia uasa 598
corinthium æs 598
corithus supcilios a 598
corio satisfacere qd 377
corium pro Corio quid sit 377
cornelius Sacerdos Patauinus 339
cornibus usos i potu Priores 769
cornibus Veteres eẽ usos pro poculis 833
cornicis albæ apud Rhodigiũ uisæ historia 463
cornicis festum 463
cornucis obsequm admirabile in Aegypto 713
cornicularij 462
corollæ Hypothymides 767
corollæ ex floribus 767
corollæ ex ramis 767
corollarium 856
coronarum in Sacris cõsuetudo 767
coronarum origo, & inibi qd sit decertare drama ad Corollas 153
coronati Serui 203
corone quid 411
coronidem appingere qd 411
coronidis notiões aliquot 411
coroniſtæ 463
coronismata 463
coroplates quid 180
corpa mathematica quæ dicantur 222
corporum genera 789
corporũ genera qnq; 27
corpus an esse extra Mũdum possit 10
corpus si cõcedatur extra Mundum, an possit à nobis uideri 10
corpus solidum quod sit 222
corpus humanum an possit amburi ppetuo, nec deficere tamen 264
corpus nullum esse pspicuitatis expers 424
corpuscula aerea, et æthrea ex Origene 36
corræ 78
corruptionis in Corporibus causæ 843
corsæ 78
corsoterium 78
corsoteus 78
corycus 285
corymba 66
corynephori 711
coryphæa Diana 641
coryphæus Iupiter 641
corythallia Diana 766
coryza 281
cosmetor 8
cosmius 8
cosmos cur dicatur Mundus 8
costarum numerus 82
costarum uocabula 82
cotabissare 583
cotem nostrã qd dicamus, Adagijs pecie 744
cothon 769
cothonismus 769
cottabisis 773
cottabus 773
cotyle 769
cotyledones 363
cotys Thracum Regis historia 652
couali 28
Cranei ratio 66
crania 469
cranone 469
craſtæ quid 210
crater Iouis Olympij 776
crater Heroum 776
crater Soteris Iouis 776
crater Mercurij 776
crates quo pacto repausserit Voluptarij cuiusdã dictum 238
crateuta 773
cratis fluuius 715
creagra 773. 831
crembalum 226
cremasteres 85
cremathra quid 356
crepala 797
cretensium mos in Barbæ usu 393
cretensium ritus in Marium concubitu 400
cretensium mores 513
cretensium Serui 705
Cria notiões plures 214
criate 214
criote sphæra 214
crimonia 169
crion quid 773
crios, Thyestis Sepulchrũ 773
Crobylus 713
croci quid 413
crocali 529
crocalia 529
crocidissare 577
crocylia 577
cronici Lema 315
cronium mare 315
crossi quid 424
crossus, Vas 776
crotalum 529
crotalus 529
crotaphos quid 359
cruciantes Equi 261
cruciarij 261
crucis historia scitu digna 261
crucum Vinum 261
crurum ratio, & uocabula plura ad imum usque 89
crypsicolus 672
crypsinus 652
cryptia 705
κτιλαθοδε 790
Cuborum inuentor 572
cubus unde, & qd 502
cuminum serere quid sit 417
cupressi natura, & producta Prouerbia 692
currus bellici 602
custodia libera 460
cutis crassitudo cur hebetudinis indicium 129
Cyamissare 790
cyathus flu. 773

cybe quid 501
cybele unde dicatur 501
cybelis quid 501
cyclopei Ludi qui intelligantur 688
cyclops excæcatus qui ſit 688
cyclos 780
cylabras Heros 777
cyliciæ Quæſtiones 774
cyllas 718
cylonis hiſtoria 670
cymbachus 66
cymbæum 66
cymbe 66
cynæpodes 478
cynalopex 517
Cynanche 78
cynocephalorum docilitas 713
cynomyia 477
cypellum 776
cyphella nubila 776
cypriorũ ritus i uaticinijs ex Suillo pecore 367
cypſele 478
cypſeli 478
cypſelides 478
cyrene meretricula 378
cyreneorum hiſtoria 344
cyrnij cur Macrobij 580
cyſoleſches 534
cytturus quid 13

Dactylici uerſus apud Virgilium duo præter aliorum ſententiam 724
dactylios 83
decori neceſſitas 735
dædala feſtum apud Phigalenſes 421
dædalas antiquitus dicta ſtatuas conſueuiſſe 421
dædalus cur dicatur Simulacra feciſſe mouentia 858
dæmon an mutetur mutato loco 32
dæmonas effingere animas defunctorũ 34
dæmonas non poſſe diuitias dare 34
dæmone illuſtrante mira ſæpe à nobis fieri 32
dæmonẽ dica quoq; Animum humanum 30
dæmonem tribus modis dici 30
dæmonem eſſe Vnicuiq; proprium cuſtodẽ 30
dæmones an poſſint ſentire uim doloris 29
dæmones mali 28
dæmones qdam cur ſe Puerperis ingerant 28
dæmones qua ratione uarias exhibeant figuras 28
dæmones eſſe ſumme fœcundos, & œire 28
dæmones cur dicantur 25
dæmones quo pacto nos afficiant 26
dæmones naturales, & aduentitij 26
dæmones eſſe tanquam Paſtores 26
dæmones an habeãt cor pus 27
dæmones Vnde uaticinia ſortiantur 32
dæmones an ſint hominibus præſtantiores 34
dæmones item qua ratione futura prænoſcere ualeant 35
dæmones uiſibiles q, aut ubi 27
dæmonibus cur offerantur enſes 29
dæmonicæ ſtatuæ 34
dæmonidæ claudi crepidæ 159
dæmonios quid 24
dæmonis emolumẽta præſidentis 30
dæmonis nomen fuiſſe Veteribus honeſtum, nobis non ita 24
dæmonium Socratis qua le ſoret, & cur dicerẽtur Deus 30
dæmonum cultus qui ſit 304
dæmonum, & Deorum gradus in rationali natura 25
dæmonũ deſcriptio 25. 34
dæmonum ordines in ſphæris 26
dæmonum præfectura 26
dæmonum à Cælo lapſus 28
dæmonũ quando fiat ab Anima ſelectio 30
dæmonum bonorũ, malorumq; diſtinctio 34
dæmonum bonorum, et malorum nomina 30
dæmonum origo ex Angelis Mundo præfectis à Deo 24
dæmonum ſupplicum ex Theologica doctrina 29
dæmonum reſtitutio ex Origene 36
dæmonum concipiendorum ſacra apud Euchætas, et Gnoſticos 36
Daer 790
dæra 748
dæta cur uocent cœnam 762
Damiani hiſtoria 593
damocrites palæſtrita 548
daphne Puella 119
dardanus Paridis filius 543
daſypus an ſit ſimpliciter Lepus 740. 746
datis 815
datiſimus 815
daulis unde 511
daulus quid 511
dauorum ſeruile nomen unde propagatum 511
Decadis nomine cur intelligatur Mundus 624
decaduchi 624
decas cur dicatur 624
decatelogi 624
decateutæ 624
decatones 624
de Deo quid ſenſerint Priores 605
de diebus quid ſentiendum ex Chriſtianorum placitis 379
dea Anteuerta 714
dea Proſa 714
dea Poſtuerta 714
deæ Genetyllides 790
defunctus quid 599
dei Cæleſtes 304
dei cognitionem haberi calle triplici 242
deificationis ratio 604
dei filij qua ratione colendi, 304
Dei imaginẽ annulo non inſcalpendam, quo ſenſu accipiendum 443
dei, quem colas, an neceſſaria cognitio 310
dei nomen cur multis rebus contributum 605
dei nomen quis primus indiderit cæleſtibus 612
dei deſcriptio 612
de lapide emptus quid ſit apud Columellam 709
deliaſtæ quid 210
delphacum 206
delphax 206. 712
Delphi 444
delphica oraculi quæ tradantur initia 218
delphines Python 444
delphica oraculi deficientis rationes 218
delphica oraculi hiſtoria 444
delphicum oraculum fuiſſe prius Terræ, ac Neptuni 444
delphini natura, et ex eo præſagium 206
delphini inſtrumẽtũ 206
delphini cur arcat liberũ Patrem 723
delphinus 206
delphini uis in terra, Prouerbium quam habeat rationem 206
delphinius Apollo 206
delyrij rationes ex Medicis 453
delyrij ſpecies 454
delyrium quandoq; ex imbecillitate contingere 454
demetrij fructus 840
democharis qui dicebatur Therſites 600
democriti hiſtoria 580
demoſthenis excellentia, & Mors 214
demoſthẽis hiſtoria 127 216
demoſthenis laus 693
denarij nũeri ptãs 624
denario nũero cur i ſupplicijs utatur Plato 624
denariũ numerũ duci ab humani corpis rõne 65
dendryaζuſa Vox 227
dennus quid 385
dentes cur attributi Animantibus 77
dentibus an inſit ſentiendi uis 77
dentiũ diſtributio et uocabula plura ad eos ſpectantia 77
deo an contingat affectio aliqua, nobis adorantibus 310
deo cur Solem eſſe ſimilẽ dicat Plato 611
deorũ certamina quomodo intelligenda 492
deorum cœnæ 236
deorũ linguæ. i. Aues ſic nũcupatæ ſcientiſſimis 214
deorũ noia uel maſculia uel fœminina quã habeant rationem 492
deorum præceptores qui dicantur 604
deorũ uarietas quam ab ſurda Prioribus 612
deorũ multitudo ex Varrone 613
deorum manus 813
deorũ apud Priſcos nomina uaria 714
deorum figuræ, ac earũ rationes 851
derbicum mores 514
dercẽto 640
deſpœnam eſſe tum Cererẽ, tũ Proſerpinã 679
deſultorij equi 601
deſultoriũ ingeniũ 601
deos eſſe, omnibus eſſe inſitum 611
deportati 756
deteſtatio 85
deũ eẽ, oẽs arbitrari 259
deum inuenire, eſſe impoſſibile 605
deum eſſe unum, nomina plura 613. 615
deus ſummus qua ratione colendus 304
deus ignotus athẽis 612
dextra, et ſiniſtra i Aſtralibus, q̃ hẽant rõnẽ 12
dextrariola 214
dextrocheria 214
Diaconum 710
diaconus 710
diacopi Niliaci 748
diademati apud Plinium 474
diadema quid 668
diætæ notio multiplex 328
diætarum cognomina uaria 328
diagema quid 348
diagonios linea 396
diagramma qd 506
diagrammiſmus 572
diagrapharius 506
diagraphe 506
diagrapheus 506
dialectica apud Platonẽ quid 195

diana Agrotera 554
diana cur Tergemina et cur Hecate 554
diana Coryphæa 641
diana Corythallia 766
diana Laphria, & Triclaria 366
diana Icaria 659
diana Pitho 305
dianæ ſacra cur cum facibus 554
diaparthenia 599
diaphanum 394
diaphoretica 770
diaphragmatis rō 85
diapnoe quid 760
diaton Lapides 742
diaulion 229
dicaſtes unde dicatur 649
dicypellon 776
dice, ideſt Iuſtitia unde 649
dicæum, unde dicatur 649
dicelictas 296
dicæliſtæ 150. 177
dicelon 296
dicta uel facta quorūdā ſcitu digna 609
dieche quid 396
didymaones 101
didymi 101
didymus cur ſit dictus Chalcenterus et Bibliolathas 533
dierū Criticorū ratio ex Medicorū doctrina, & Galeni imprimis 381
dierum feliciū ratio ex Heſiodo 379
dierum obſeruatio apud Romanos 379
dierum ratio ex Aſtrologis 379
diffarreatio 786
differtum 232
digamiæ probatio 788
digeſtionum ſpecies 110
digyto mori qd. item in Digytos mittere qd ſit 646
digytorū partes, & partium uocabula plura 80
digytorum ratio, & nomina 464
digytorum geſtu Veteres ſupputaſſe 645. 646
digytus in numero quid 625.
dij Coloris atri apud Lidium quinam intelligendi 851
dij Conſiliarij 19
dij præpoſiti menſibus 714
dij Selecti 714
dijpolia 315
dijronoxeni 491
diluuij ratio 632
diluuium an poſſit eſſe Vniuerſale ex Auerroe 39
dinon locus 692
dinos 769
diogenis Cynici natura 695
diogenis ſententia de Veſtium ratione, uel delicata uel neglecta 345
diogenis apophthegmata duo 607
diomedis filias cur dixerint Equas 341
dionyſii utriuſq; hiſtoria 526
dionyſij hiſtoria 528
dionyſii Poſterioris hiſtoria 550
dionyſiaci homines qui 174
dionyſij Tyrāni fraus 287
dionyſij adulatores 577
dionyſij reſpōſum, quod relictum à Parente imperium ſeruare nequiſſet 608
dionyſiorum ritus 177
dionyſius qd 174. 175
diōyſius cur dicatur Taurus, Taurophagus, Sabazius 175
dionyſocolaces 626
diopi 25. 318
diopos quid 199
dioptere quid 318
dioptres 318
dioptræ 747
dioſcuri 492
dioſcurorum prandium Athenis 171
dioſmos 396
dios Veteres quos appellarent 416
dipaltus 615
dipla 411
diphili qui dicantur, & unde 416
diphilo Diphilus tardior 416
dipnon 764
dipnologia 766
dipolos terra, ideſt Itera 789
dipſadis natura & nomina plura 716
dipſetica 770
dire 78
directarij 707
diribitorium 164
diſcere aliud eſſe q̄ reminiſci 558
diſcus quid 674
diſſauchen 78
diſtichiaſis in oculo quid 314
diſtillarius 848
diſtillatio 848
dithyrambus cur dicatur 162
diuina illuminatio q̄bus ad nos defluat gradibus, Item q̄bus ad Deū fiat Aſcenſus 701
diuinaculorū fraus 454
diuinaculorū ſpēs 192
diuinæ Prouidentiæ in puniēdo tarditas unde ſit 145. 148
diuinorum inſcitia ubi exorta primum 613
diuinos honores qui ſibi cōquiſierint 53
diuitiarum genera duo 569
diuitiarum uſum quem eſſe deceat 569. 570
diuortij ritus 785
diuitū Liberalium Domos dica Solis menſam 806
Dolobella dicatur an Dolabella 528
Dominicum diem cur cōlamus Sabbati loco in chriſtiana religione 351
dominam dica de Proſerpina 679
domus optima quæ ſit 283
domus pro Carcere 460
dorcadiſſans pulſus 127
dorides qui ſint 216
dorium melos 244
dormientia, Item uigilare 836
dormire haud quaq̄ ſenſu quæ careant 836
dorophoria quid 306
dory unde 216
doryxeni 290
dos Aduentitia 790
dos profectitia 790
Draco Legū Lator 259 504
draconis in Puellā amor 714
drymos animal 190
Dulcia Ebrietatem diſcutere 770
dulcedinem eſſe Ebrietatis Antidotum 801
dulcis cubitus apud Sardis 522
dulos qui proprie dicatur 705
dupundius 85
dyſcœlij q̄ ſint 278
dyſrhigij 696
dyſpathia 664

Ebrietas à q̄bus admittatur quandoq; 797
ebrietas Panaria 797
ebrietas Animæ duplex 173
ebrietas in ſacris permiſſa 310
ebrietatis remedia 770
ebrietatis mala 796. 797
ebrietatis turpitudo 797
ebrij cur non dormiant 838
ebrijs cur dupla ſe oſtendant 799
ebriorum accidentia ad uidendi ſpectantia rationem 798
Eccletus 480
echidna quid 343
echinus quid 328
ἐκπερδικίσαι quid ſit 828
ecpetala 776
ecphraſis 348
ecpyroſis 632
ecſtaſis 454
Edacium Catalogus 171
edeatræ 711
edna 599
edulia in q̄bus habeantur locis præſtantiſſima 234
Eleatri 711
electram prius dictam fuiſſe Laodicen 549
elegorum inuentor 224
elementorum colores. ſaporeſq; 18
elephantiaſis 281
elephanti cur naſcantur in Oriente 11
elephanti naris 74
elephantorum Dentes dicta debeant, an cornua 348
elixis an uterentur Priores 773
ellopes unde 337
elutriare 526
elutriatum uellus 526
elyſij Campi cur in Hiſpania ſtatuātur ab Homero 510
Emblemata quid 328
embryi ſitus in Vtero 414
embryo quando infundatur Anima 415
embryum nutriri per Vmbilicum 413. 414
embryum an ſit anima 414
embryum quando primum alatur, ut Animal 837
empedoclem dictum fuiſſe Colyſaneman 564
empuſa 296
Enalata 441
encabymmata 599
encalypteria 599
encar quid ſit 66
encauſtum 197
encentrides 596
enchrides 777
encomion 162
encotyle 769
encryphias panis 777
encyclij qui ſint 705
endemi morbi 174
endymion 556
energumeni qui ſint 34
engæa 833
engaſtrimythi qui ſint 212. 310
engaſtritæ 212
engaſtromantes 212
ennij mors 796
enos quid apud Hebræos 40
enterione 81
enterionis 91
entheſiaſmus 444
Epæclabellaria 766
epænos, et Encomion quo defferant 162
epaminondæ magnanitas munera Perſarum Regis ſpernētis 549
epaminondæ frugalitas 354
epangelia quid 205
epaulia quid 786. 790
epeleuſticæ motio qd 43

epenchytes. 776
epharmiotæ 706
ephebus 773
ephedrana 87
ephedrus q dicatur 627
epheſiæ Puellæ hiſtoria 214
epheſis quid 480
epheſius qui ſit 409
ephialtes qui 754
epialos febris 474
epicalymmata 599
epiclerus Puella 784
epicranon 469
epicrotos quid 255
epicuri dictum nobibe de felicitate 544
epicurius Apollo 527
epicyliciæ confabulationes 735
epidemi morbi 174
epidorpiæ 216
epidorpiſmata 762
epigæa retinacula 566
epimetheus 181
epimythium 493
epipaſta medicamina 528
epiphonema quid 642
epiphorematæ 762
epiphyllides quid 164
epiprœcus 784
epirrhema 208
epiſcopi qui dicerentur 489
epiſion 307
epiſition 307
epiſodia 356
epiſotron 780
epiſporia 833
epiſtomium 847
epitoca 623
epitonium 847
epitymbia Venus 821
epixenum 491
epocha quid 17
epodos loquacitatis 337
epularum quadriſaria diſtributio 773
Equas cur dixerint Dio medis filias 341
equi Agoniſtæ 596
equi ab Apelle picti exẽplum 368
equi Athletæ 596
equi Neſæi 596
equi Phaſiani 596
equi Pompica 596
equi Phoruades 596
equi Coppatiæ 197
equi hedœporica 596
equi lycoſpades 596
equi Sampharæ 197
equi Stratiotici 596
equi Trophiæ 596
equina munimẽta cũ appellationibus ſuis 602
equitum ſpecies plures 608
equo Sophocleo ſimilis 693.bis
equorum morbi 596
equorum uocabula plura. 596
equum quis inſcenderit primus 252
equus geminus in Anima 466
equus primus 596
equus Seianus 324
Equus Troianus, Prouerbium qd indicet 828
Eranos quid 764
erechthei filiæ 340
erepſima ligna 705
eretrienſes 333
eridanus 674
ergaſima 705
ergaſteria ligna 705
erichthonius 682
erinna Poetria 369
eriphyles ſegmentum fuiſſe Dominis inauſpicatiſſimum 324
erodius auis 373
eros unde dicatur 639
Eſchara 856
eſculenta quibus probentur locis 777
Eſſæi Philoſophi 121
Ethologia quid 738
ethopœia quid 738
Eua mons 570
euæ myſtica interpretatio 43
eubulia quid 189
euchætarum impia ſacra 36
euchliæ ſtatuæ in foro 781
Eugium quid 101
euhelij 615
eulacha 720
eulogiæ quid 570
eunuchas mulieres quis fecerit primus 536
eunuchi cur uocas acutæ & cur ſine barba, & Cur Amaſij 536
eunuchi an infeſtentur Podagra 796
euripidis hiſtoria 670. 672
eurydamantis pyctæ hiſtoria 608
euthygrammæ 222
euthyoriæ 222
Excalcare 533
exconſules 700
excuriati 700
exeratum ex diſſonis conflare gentibus, q̃ ſit periculoſum 804
exholcyſmus 573
exordiendi ratio 1
expatritij 700
exquæſtores 700
exterricinci qui ſint 623

¶ Fabellæ Aeſopeæ cur dicantur 493
fabula ætatis quid 544
fabulam eſſe uitam noſtram 652
fabulá fieri quid ſit 552
fabulam ætatis peragere quid 554
fabularum allegorias triplici calle explicari 492
fabularum genera 493
fabularum in Oratione utilitas 493
fabularum ratio 155
fabulas cur admiſerit Vetus Theologia 155
faces nuptiales cuius eſſet geſtare 784
facei ratio 78
Fames Canina 717
fames Vacina 717
fames Vniuerſa 717
fameſcentibus cur craſſe ſcant pedes 353
famis euentus plures ſcitu periucundi 353
faneſiorum aures 72
farina leſbia 234
farreatio 786
faſces ſummittere quid 317
faſcibus qua ratione uterentur Romani Conſules 317
faſcinũ cur dicatur 83
faſtigium decernere quid 604
fatigatio cur inducat ſoporem 838
fatum 275
fatum capi pro natura 581
Febrium ſpecies 619
felicẽ cur dicimus Quadrangulum 500
felicem eſſe cui ſuppetãt neceſſaria 548
felicitas duplex, Actiua, et Speculatiua, item utra excellentior 701
felicitatem eſſe rem diuiniſſimam 500
felicitatem eſſe duplicem, Naturalem, & Supernaturalem 56
felicitatem quo calle conſequamur 56
felicitatem Verã ex Deo eſſe 242
felicitatis humanæ inconſtantia 241
fellis ratio 95
ferculorum in conuiuijs ratio 860
ferri fundendi Ars à quo excogitata primũ 491
ferrum laconicum 490
ferula Promethei 181
Ficifolia cur dicantur ὄρια 495
ficorum genera 495
ficorum inuentor 175
ficorum laus 495
ficulneum lignum cuiuſmodi ſit 495
ficus arbor cur amara, cum ſit prædulcis fructus 495
ficus cur non iciatur fulmine 495
fidei commendatio præcipua 244
figlina ſubigi Aromatibus ſolita 769
filij iuſtè ne plectantur ex Parentum admiſſis 145.148
fingendi modum nõ eſſe Vnum 158
firmamentum cur dicatur 5
fiſtula Colli duplex 90
fiſtularum genera 224
Flatum differre à Vento 564
florus Poeta 734
fluminum ſimulacra naturie exprimi conſueuiſſe, nunc humana, nunc bubula ſpecie 483
fluminum probatio 748
Focalia quæ dicãtur præter Quorundam ſententiam 497
Fœminæ Clariſſimæ quæ intelligantur 782
fœminarum corpora cur fluitent prona 57
fœtus multiplicis ratio 101
Fora Atheniẽſium 779
fori ſtatuæ 781
fori uituperatio 779
foris canere quid 232
formicæ natura mirabilis 264
fortitudinis adulterinæ ſpecies 654
fortitudinis rationem bifariam diſtribui 656
fortitudo ſyncerior quæ dicatur 654
fortuna 275
fortunæ ſimulacrum qs ſtatuerit primus 500
fortunæ appellationes diuerſæ 601
fortunatiores, cur alicubi uideantur 32
forum Albanum 781
forum Batrachiũ 779
forum Clarium 781
forum Græcum, & Italicum 781
forum Heliæum 779
forũ, Hippodamia 781
forum Methodium 781
forum Palladium 779
forum Parabyſtum 779
forum Perſicum 780
forum Puniceum 779
forum Romæ triplex 780
forum Theſſalicum 780
forum Tranſitorium 781
forum Trigonum 779
forum Venalium 780
Fraudes quorundam urbanæ 288
fraudis, ſeu impoſturæ deteſtatio 285
fraudulentorum hiſtoria complurium 287
fraudũ ſynonyma 288
frigidam ſuffundere qd ſit apud Plautum 371
fringultire quid 333
frontati lapides 742
frontis ratio 70
fructuũ diſtinctio 840
fructuum inuctor 175
frugalitatis documenta & exẽpla hiſtorica 236
frugalitatis laus 354
frugi uictus laus ex Poeta Heſiodo 166
frugi uictus ex Platone 171.420

fumum capi pro re nullius momenti 732
fungorum nomina 234
furari quibus honestũ sit 485
furum species aliquot 259
furum supplicia diuersa 259

Gæum quid 590
gæus bos qui sit 667
gælasinus 77
Galeni ualetudo, & excellentia 842
galericulus 185
galli cur tingerent sagittas Helleboro 644
galli cur in pueritia uideantur Sapientiores 838
gallicæ mulieres 365
gallinacei cur dicantur Persicæ Aues 437
gallinaceorum Athenis *spectaculũ, quæq; eius rei tradatur initia* 483
gallinaceorum natura 437
gallinarum Periarphismus 833
gallorum mores 509
gallum cur immolari Aesculapio Socrates *iusserit apud* Platonem 436
gelos 790
gamos 764
gargara 596
gari natura 853
gaster 776
gasterium 776
gastronomia 766
gastronomi 766
gatis Regina 640
gaudium quo differat à lætitia, & Voluptate 236
Gelonis *historia* 550
geminorum ratio 100
gemmæ cur nascantur in oriente 11
gemonij gradus 257
gelo 305
genethliacis necessaria 320
genetyllides Deæ 790
genij 25
gentibus singulis suos esse mores 425
geometriæ inuentio 520
geometriæ ratio erudita 195
georgij Trapezuntij *historia* 610
geren quid 136
germanorũ mores 509
geryonis historia cum allegorico sensu 136
geryonis allegoria 554
gestandis oneribus uocabula accommoda 573
getarum mores 511
Gigantes 28
gigantum prælia 857
gigartum 234
gingiuarum nomina 77
Gladiator Samius *apud* Ciceronem *qui intelligẽdus* 291
gladiatores ordinarij, et Postulatitij q sint apud Senecam 290
gladiatores Consumati 291
gladiatorum petitiones, & Commissiones, & compositiones 291
glamon 315
glauca fraus 285
glaucopis Pallas *cur* 390
glaucus Carystius 285
glebæ iniectio quid 471
glos 790
glossemataríj 336
glossematicum 336
glutos 87
gnathenæ Meretricis *historia* 609
gnatho guloſus 254
gnomon 218
gnomonicæ apud Gelliũ *quid sit* 218
gnosticorum impia sacra 36
gnosticorum placita de legibus 504
Gorgia *quid* 524
gorgiæ senectus præuiridis 543
gorgias qualis censeatur 305
gorgones Animalia 524
Gracchus *an flatilẽ admittat* 666
graculi cognomentum 666
gradus Aurelij 257
gradus Castoris 257
grææ quæ sint 730
græcia magna quæ fuerit 167
grammæ quid 315
grammatica pocula 197
grammæ 572
grason 680
grasum nõ perferre qd 680
grasus 680
gratiarum in Vrbibus templa quam habeant rationem 650
gratiarum sacra 612
grati Anumi exempla 191
grauedo 281
grauidam quo pacto internoscas 713
grauidarum appetitus absurditas unde sit 562
grauium 152
grauitate insignes esse fortes, Sed indocales, ob liuioſos q; 659
gryphi conuiuales 774
grypos cur adament Persæ 202
Gulæ, *ac* Ventri Manci *patos esse uelut* Antipodas, *& dici* Lychnobios 236
gulæ detestatio 354
gulæ insectatio 171
gustus ratio 75
Gygen *primum* Eunuchas *fecisse mulieres* 549
gyges qui nam fuerit 140
gygis annulus qui sit in Prouerbijs *præter alio rum sententiam* 140
gyliauchen 78
gylius 78
gymnasia pro Balneis 848
gymnetæ 711
gymnosophistæ 354

Habitus *monachum non perficit, Prouerbium uideri ex* Græcis *promptum* 124
Hæmatia 764
hale 283
halea certamina 474
halea Pallas 474
halia Persarum quæ sit apud Herodotum 129
halicæ 293
halipedon 729
halmones qui sint 748
haloa 323
halotia 474
halteres 373
hamippi qui sint 601
harmodij melos in Conuiuijs 766
harmonica qui 123
harmosini 489
harpage 831
harpagia 831
harpasa 831
harpasus 831
harpax 831
harpe quid 831
harpides 831
harpyiæ 831
harpys 831
harmostæ 89
harmosteres 89
hasta pura 58
hasta præpilata quæ 588
hasta auctionum 589
hasta locationum 589
Hasta Salutis 589
hastarũ auctoritas apud Priores 588
hastia ludi 590
hastis plura congrua 590
hastis rectis, aut infestis ire 590
Hebræorum Philosophi 121
hebræorũ doctrinam triplicia calle incedere, Talmuticæ, Philosophicæ, Cabalisticæ 253
hecale anus 841
hecate 544
hecatea 296
hecatombæum 574
hecatompedon 574.708
helena 152.349
helenæ ouum 762
helenæ uas 152
helenæ Craterem habere Prouerbij *locum in græcis auctoribus* 528
helenam à Zeuxide pictam cur Græca meretricẽ appellarint 548
Helenes *segmentum Dominis inauspicatissimũ fuisse* 324
heleorum Iustitia 651
helicon Musicum organum 619
helicopes qui dicantur 341
heliæum forum 779
helij, musicæ 706
heliogabali de conuictu sententia 778
hellanodicæ qui sint 346
helleboro cur tingantur Sagittæ à Gallis 644
helotæ 711
helotæ Spartanorũ 705
hemaxedonia 441
Hemitybium *quid* 110
hemitymbium 110
heptacometarum mores 516
heraclidæ historia 600
heraclitj factum scitu dignum 333
heræum quid 469
hercæus Iupiter oculorũ trium 579
herculanus nodus 769
herculeas Columnas primus dictas Briarei 549
herculem habuisse triplicem dentium ordinem 77
hercules alter est hic, quam habeat rationem 606
herculi sacræ cur dicantur Calentes balneæ 136
herculis cognomina 136
herculis secretior historia cum allegorico sensu 136
herculis stragula quæ intelligantur 136
herebus quid 702
hermaphroditi 402
hermatæ 177
hermodicæ Vxor Midæ 610
hermogenis historia 582
herodis Attici filius memoria nulla 558
herodis Sophistæ munificentia 569
herodis eius historia alia 571
herodis itẽ historia alia 571
heroes 25
herophile 469
heroum quid sit 469
herpes esthiomenos 844
hesperides quæ sint 19
hesseni 121
hestor quid 214
hetæræ meretrices cur, 373
hetæridia 373
hexametrum quis cæcinerit primus 444

heræa feſta, ſeu ἡρῶα 366
Hieroglypha grãmata 828
hieronis hiſtoria 548
hilarodia 177
himæum 123
himonia 123
hippades 307
hippia Pallas cur 390
hippo 596
hippobinus 596
hippocratis imago pileata 560
hippocratis filij 712
hippocratem retrimenta guſtare ſolitum 815
hippodamia, forum 781
hippolyti hiſtoria nõ ingrata 304
hippon apud Græcos dictiones intendere 596
hippona 596
hippos quæ habeat deriuata 594
hircani odoris in homine ratio 402
hircos an uerum ſit, pati facile ipſis intuentibus iniri fœminas 658 715
hirqui 402
hirquitalli 402
hirundinis nomine ingratum intelligi debere 191
hirundinũ feſtum 463
hirundo alba 610
hiſpaniæ laus 510
hiſpanorum mores 510
Holcanum 95
holoporphyrus 419
homericæ cœnæ 159
homero an peperit Plato, dum Poetas è Ciuitate exagitaret ſua 158
Homine nullum eſſe ſocialius animal 689
hominem ab Alijs intelligi ex Anima, & Corpore 585
hominem cenſeri prudentiſſimum qa ſit Capitis non magni modi 560
hominem fuiſſe immortale futurũ, ſi non peccaſſet 3
hominem eſſe Scyllam 371
hominem Vnum haud poſſe in multis excellere 160
hominem eſſe miraculum magnum 36
hominem eſſe quodãmodo omnia, et Dei ſimulacrum 36
hominem eſſe Dei æmulum 36
hominem dici quartum mundum 38
hominem eſſe ueluti Proteum 38
hominem recte ab humo dici 30
hominem neſcire imperium pati 53
hominem affectare, ut ſit Deus 53
hominem Vnum nõ poſſe in omnibus paria facere 368
homines malis edoctos ſæpe reſipiſcere 548
homines Actiuos, et Voluptarios eſſe, tanquam exules 56
homines à Brutis educati 606
homines graues eſſe fortes quidem, ſed indoctes, obliuioſos q; ,Cõtra uero Ingenioſos eſſe imbelles, iracũdos q; 658
homines quoſdam in Puteos ſe præcipites dediſſe 661
homines contemplationi deditos eſſe in Patria 56
homines ab infimo gradu ad maximam euecti fortunam 607
homines quoſdam lumen ex ſe fundere conſueuiſſe mirabili ratione 397
homines modo tres cõpertos ex rationis uiuẽtes præſcripto 397
homini eſſe inſitam Cognitionis cupiditatem 444
homini præponentibus Bruta quid reſpondendum 57
homini ineſſe principatum duplicem 704
hominis infantia cur Quadrupedibus aſſimilis 57
hominis dignitatem oẽm eſſe ab Anima 41
hominis laus ex Cicerone 40
hominis nuditatem non eſſe probroſam 57
hominis cauſa à Deo uideri omnia producta 3
hominis maſculi Corpora ſtuitare ſupina, Fœminarũ prona, Quæq; ſit eius rei ratio 57
hominis ſummũ bonum eſſe in Deo 103
hominis ortus ex Priſcorum Theologia 180
hominũ in rationali natura gradus 25
hominũ genera tria proditæ inſtitutis 56
hominum prauitas 242
hominum pectora debuiſſe fieri feneſtrata 242
hominum cur ingenioſi quidam, obliuioſi alij, aut hilares, aut triſtes 59
hominum quorundã mirabilis natura 293
hominum plerosq; leuiculis rebus magnam ſæpe operam impendere 482
hominum quoſdam eſſe natura principes, aut ſeueros 494
hominum mores euadere diuerſos ex diuerſis Cœli habitibus 502
hominum ingenia tyrannica facile plerunq; conijectari 550
homo interior 586
homo exterior 586
homo duobus modis ab Hebræis dicitur Enos, et Adam 40
homo quid, & quomodo miraculum 36
homo an fortuito generari ex terra queat 39
homo cur dicatur minor mundus 690
homo qua ratione probetur ſimilis mundo 40
homo uerus q ſit ex Platonicorũ ſententia 585
homo cur ſit erectæ ſtaturæ 58
homo qua ratione euadat brutum, & Planta aut quid eiuſmodi 417
homo cur dicatur Phos 444
hora duodecima ædificare quid ſit 318
horapollo 346
horæa quid 346
horarũ ratio 318. 346
horcane 742
horcanus 272
horæi fructus 840
hori annales 318
horoſcopa 318
horoſcopi notationem uideri penè impoſſibilẽ 320
hoſtem acrem ſæpius emolumento eſſe 744
hoſtorium quid 256
Humana excellẽtia quibus poſſit rõnibus primi, mox earũdem reſtitutio rationum 54
humana natura aſtruritur non uilis 3
humana ſpecies cur creditur tum Solaris, tum Mercurialis 53
humanæ impietatis taxatio 103
humanæ ſpeciei laus ex quiſita ex Ingenij, Memoriæ, Vaticiniorum, locutionis poteſtate 51
humanæ inſolentiæ retuſio 736
humani Corporis deſcriptio grata 56
humani Corporis partes 66
humanis Corporibus nil deeſſe ad perfectionem 57
humanis Corporibus q multa adſint admiratione digna 59
humano Corpori ineſſe rotundum, & quadratum ſchema 65
humanum Corpus an ſit cæleſtibus nobilius 57
humanum Corpus ſumma uideri partium proportione conſtructum 65
humanum Corpus quibus conſtet 65
humanum Corpus eſſe tartarum quendam, et Piſtrinum, ac mortuorum conceptaculum gulæ uitio 167
humerorum oſſa 78
humorum Corporis humani ratio 59
Hyacinthus 808
hyæna 808
hyænæ hiſtoria, ſcitu digna 658
hyata quid 123
hydatis 719
hydna 808
hydra 719
hydragogæ medicamina 719
hydrocele 719
hydrocephala affectio 719
hydropiſeos ſpecies 719
hydroſtaſium 719
hydrus, ſiue Natrix 719
hyenia 712
hymen in muliere quid 101
hymenæus 790
hymenes 826
hymnorum quæ traditæ ſpecies ſint 112. 162
hymnos dici etiam oratione ſolutæ 162
hyodes os 90
hyomuſia 712
hyperbolum ſaxũ 447
hyperbolus Athenis qui fuerit 447
hyperbolus ager q 447
hyperborei 448
hypermeſtra 305
hyperphlœus 825
hyperoum quid 339
hypoglottides 90
hypoliſpæ 87
hypomochlion 573
hypophthalmia 71
hypopia 71
hypoptia 71
hyporchema 112. 165
hyrporrhinion 69
hypoſpadij 226
hypothymides Corollæ 767
hyſteria feſtum 712
hyſtrichides 711

ℂ Iacobæ Rhodiginæ hiſtoria 202
iamblichus 520
ianales Verſus 714
iani hiſtoria contra Auguſtinum 230
iani imago 645
ianus biſrons qui ſit 42
iapetus 188
iaſæorum hiſtoria 535
Icades 576
icadiſtæ 576

Icarus inſ. 610
icnographia 206
icoſtologi 624
ida quid 772
idea an latine dicatur ſpecies 772
ideæ cornium 772
idolopœia quid 738
iecoris ratio 95
iecur ſiti ne humiditatis fons, an Cerebrum uerius 134
ieiunantes cur præcipue infeſtet ſitis 759
ieiunij ratio ex Medicorum placitis, necnon Hieronymi, et Porphyrij 761
Igne cur tantum utatur homo 407
ignes odoratos peſtilentiæ ſuccurrere 683
ignus a' Prometheo inuẽtus 181
ignis dãnatorum an habeat aliquid intermicantis luminis 266
ignus inextinctꝰ rõ 406
ignis cultus apud uarias gentes 407
ignis Veſtalis apud Platonicos qui nam intelligatur 408
ignis an ſit coloratus 695
ignis laus 764
ignorantiæ ſugillatio 815
Ilapine quid 764
ilithyia 624.790
illus quid, & inde corrupta uerba 71
Imaginandi potentiæ nocumenta 453
imaginatio qd ſit, an cũ opinione cõiungatur 561
imaginem Principis admouere obſcœnis quid ſit 188
imaginoſus 453
immortales qui dicantur a' Perſis 691
imperatoris laudem eſſe præcipuam, compreſſiſſe iram 136
impoſtorum hiſtoria cõplurium 287
impoſturæ deteſtatio 285
Inateres 790
incendium excitari in Terræ centro ſyderum radijs 408
incontinens lingua quæ dicatur ab Hippocrate 336
Incubus 756
indicorum Regum luxus 202
in digytos mittere qd ſit 646
indorum Veterum mores, ac Recentiorũ 517
indorum Philoſophorũ genera duo 517
indorum ſagittæ quales 624
indos tingere ſagittas ueneno 644
indulgentium ſibi nimis exempla 233
indus Sagittator 644
ines quid 64.275
infantes per umbilicum nutriri 413
infantes ablui ſolitos ſale, ac frigida aqua 131
infanti quando detur Vox 815
infantibus cur imponerẽtur nomina ſeptimo die 622
infantis Sermo prodigioſus 815
inferi qui ſint 266
inferiorũ Corporis partium cum ſuperioribus proportio 90
inferorum ſupplicia digna ſcitu 263.268
inferorũ item pœnæ ex Platonis doctrina 267
ingenij ratio 59
ingeniorũ diuerſitas unde ſit 61
ingenioſos eſſe melancholicos, à quibus ſit traditum, quæq; ſit eius rei ratio 455
ingenioſos eſſe plurimum Iracundos, Imbelles q; 659
ingrati actio Athenis cõtra Senecæ opinionẽ 191
ingratitudinis fœda ſugillatio 191
iniectio glebæ quid 471
iniuriæ, prouerbium quã habeat rationem 762
inimica qua ratione præſtare utilitatem queant maximam 224
inimicum eſſe Vulturi aſſimilem 219
iniuriã ſibi an faciat aliquis 650
iniuſtitia ad ſeipſum an ſit 650
iniuſtitia interna 650
in Malaco ſanum, qd ſit apud Fabium 129
inoculationem, inſitionemq; minus admittentia 853
in ordinem redacti 705
in Piſce communi ſpina non eſt, Prouerbium quam habeat rationem 762
inſaniæ cauſa ex atra bili 451
inſaniæ exempla maxime mira 452
inſaniæ rationes ex Medicorũ doctrina 453. 454
inſaniæ genera 454
inſecta quo differant ab Arboribus 579
inſertorium quid 256
inſpiratiõis opus duplex 681
inſtans tempus dici futurum 206
inſularij qui ſint 197
intellectus agens, et Poſſibilis 49
intellectus agentis ratio ex Auerroe 50
intemperantiæ deteſtatio 167
inteſtinorum ordo, et uocabula 91
intus canere quid 232
inuidiã quid 574
inuidiæ deteſtatio 574
Ionia pro uiolarijs 169
ionicos logos 177
ionicum melos 224
ionicus luxus 169
iontʰos quid 686
iouem eſſe Mundi animam 174
iouẽ lapidẽ iurare 587
iouij uerſus 714
iouis Corinthus, Prouerbium quam habeat rationem 599
iouis ſtatuæ in foro 781
iouis, & Saturni ratio 618
Iphiæ Oues cur 117
iphicli in currendo agilitas 117
iphicratides quid 117
iphiclus unde dicatur 90
ipos quid 378
Iracundia ieiuna 813
iracundorũ ſpecies tres, et naturalis eorundem cauſa 657
iræ mediocritas, & exceſſus 657
iræ uocabula plura 657
iræ primordia unde ſint 813
iræ incontinentia cur damnanda minus, q̃ Cupiditatum 301
iræ compreſſio q̃ laudabilis 536
iræ defenſio 553
iræ fœda ſugillatio 652
iræ ex Peripateticis ratio 654
iræ medicamen optimum eſſe moram 653
iræ rationes Peripateticæ defenduntur 656
iram duobus perpendi modis 656
iram in puniendo præcipue reprimendã 652
iridis Colores 458
iridis ratio mira 632
iridis notiones plures 632
iridis colorũ ratio 634
iridis obſeruationes plures 634
iridis colores an ſint ueri 636
irin cur Heſiodus polyonymon dixerit hydor 634
iris cur dicatur Arquus Dæmonis 633
iris an habeat diuinæ Clementiæ præſagia 632
iris quomodo fiat 633. 634
iris an efficiatur lunaribus radijs 634
iris cur Thaumantis filia 632
iris cur rotunda 634
iris an recte dicatur cana nube concipi 636
iris an ſit odorum cauſa in terra 636
iris pro Arquu unde dicatur 637
Iſangelia quid 203
iſidis hiſtoria 124
iſmeniæ Thebani ad Perſas legati hiſtoria 306
iſocratis dictum 737
iſodomum 742
iſthmi notiones, & deriuata 591
iſthmũ pfodere qd 591
iſthmus in oris parte 78
iſthmus quid 591
Italiæ laus 252
italiæ ſitus, & laus 505
italicæ Philoſophia 167
italicæ menſæ apud Platonem quæ omnino intelligendæ 167
italicas mulieres neſciſſe unum 776
ithyphalli 177
ithyphallicæ carmina 177
Itys 780
iudaicum aurum 121
iudex Aegyptius pro Sancto 647
iudicium in Areopago primum 329
iuguli 78
iugum pro Libra cæleſti capi 556
iuleæ uoces in Lactantio quæ ſint 123
iulides quid 123
iulius Pollux qualis ſit in literis 530
iulos quid 123
iumentis benigne impertiendum 708
iuno 613
iunonis feſta, quæ uocant Heræa, ſiue ἡρῶια 366
iunonis templum in Olympia 366
iupiter Apomyius 612
iupiter cur dicatur mas, & fœmina 579
iupiter Capitolinus quẽ Coryphæus 641
iupiter Meliſſæus 662
iupiter ubi, et a' quibus ſit educatus 679
iupiter Pluuius 748
iupiter Herceus oculorũ trium 579
iuriſiurandi per Stygiã paludem ratio 747
iuſti dies qui intelligantur 331
iuſti cognomen quibus ſit adoptatum 651
iuſtitia cur bonum dicatur alienum 648
iuſtitia particularis, & partes eiuſdem 649
iuſtitia diſtributiua 649

iuſtitia cur Iouis filia 649
iuſtitia interna 650
iuſtitiæ excellentia, & difficultas 648
iuſtitiæ laus 647.651
iuſtitiæ legitimæ finitio 649
iuſtitiam cur dicat Ariſtoteles exiguum quiddam 648
iuſtorum, quæ exhibentur defunctis ratio 472

Laberis quid 255
labiorum ratio, & partium uocabula plura de græco penu 75
labradeus Iupiter 140
labrys quid 140
labyrinthus pro Carcere 460
lacædæmon unde appellata 488
lacides ueſtes 434
lachrymarũ ratio 311
lachrymarum quæſtiones non illepidæ 312
laconica magnanimitas 488
laconicæ claues 490
laconici Regis mos 230
laconicum ferrum 490
laconicum breuiloquium 490
lactaria 778
lacles, inteſtini 91
lactucas cur uterẽtur Priores in fine 770
lacydes Argiuus 183
lætitia quo differat a gaudio, & Voluptate 236
lageri Verſus 83
lagon 83
lamiarum natura mirabilis 807
lampadum feſta Athenis 306
lampias 306
lampimones 306
lampriæ 306
lamprophori 306
lamyri notiones 335
lamyrus quid 668
lanæ, ac lino muniebantur fures 159
lanuini 85
laodicæ 549
lapara 83
laphyctæ 769
laphygmus 711
lapidem è Sepulchro uenerari pro Deo quid ſit apud Cicer. 196
lapides Diatoni 742
lapides frontati 742
lapillorum poteſtas mirabilis 140
lapis leſbius qualis foret 571
lapis Mothon 742
lapis ſuper lapidem qd 835
larcus 259
lares 25
laricis natura mirabilis 264
larignũ opp. unde 264
larini boues 136
larus 259
laſanophorus q ſit 604
laſtaurus 594
latax 769
latiar 790
latomi 460
latomiæ 460
latype quid 702
latypi 460
lauare poſitum pro eo, quod eſt probra ingerere 371
laura locus delitiarũ 522
lauri contra uenenum uis 119
laurus tacita cur 119
laurus uaticinantiũ 119
Leænæ partus 812
lebetion 583
lecanion 583
lecathopolis 762
lecithus 762
leda an eadem, quæ Nemeſis 300
legales cur referrentur in numina a Veteribus 504
legem non dica quæ ad optimum non perducat 504
leges Platonis cur dicantur frigere 513
legum laus 513
legum nullam eſſe bonã ex Gnoſticorum ſententia 504
lema quid 315
lema Piræ in Plauto quæ ſit 315
lema cronicæ 315
leneus Bacchus 792
lenti qui dicantur 654
lenti unguentum non eſſe infundendum quo ſenſu ſit enuntiandum, Quæ'ue ſit, Prouerbij ratio 170
lentitudo quid 654
leo riſit, Prouerbiũ quã habeat rationem 348
leocoræ puellæ quæ 340
leonem quandoq; monſtrificè natum ex Oue 345
leones cur naſcantur in oriente 11
leoni mortuo barbam uellere quid 341
leontinorum molliciæ, ac luxus 169
leonum natura 341.348
leonum proprietati accommodata prouerbia 341
leporem mœnibus indormire quid ſit 739
lepores Galeati qui 741
leporum luſtra 739
leporum obſeruationes plures 739
leporum genera 740
leporum hiſtoria 741
leptychana 826
lepus numi ſignum 741
lerna 719
lernæa 719
lerus 513
leſbia farina 234
leſbia regula 181
leſche quid 534
lethe fons ad Throphonij ſpecu 558
leuca quid 120
leucoparynthus 429
leuctra unde 120
leuctricæ monumenta, quæ ſint 120
leuctricæ puellæ 120
leuitatis fœda ſugillatio 601
lex horrendi carminis quæ ſit apud T. Liuiũ 260
lex quid ſit 213
Libadium 315
libarij 848
libera Cuſtodia 460
libidinis prodigioſæ exẽpla 378
libidinoſi cuiuſdam exẽplum, qui plagis excitabatur ad concubitum 295
libido quorundam effrenata 371
libitina 821
libitina Dea in Capite ubi linguæ taxatur uirulentia 417
libitinæ q dicantur 417
libitinarij 821
libræ aquariæ 747
libram Cæleſtem dicit ungum 556
libri antiquarum lectionum uarietas 157
libri antiquarum lectionum apologia aduerſus Vitilitigatores 632
libycæ feræ cur æſtate non bibant 798
lienis ratio 97
lienis nomine cur fiſcũ ſignificaret Traianus 97
lienoſi Caunij 97
ligna Acapna 705
ligna Cauſima 705
ligna Ergaſima 705
ligna Erepſima 705
ligna Cocta 705
limbum poni pro Zodiaco 679
lindum medicamentum 653
linea in ſpectaculis qd 128
lineá poſcere quid 128
lineæ, ſeu Canuſiæ 643
lineæ, ſeu grammæ 572
lingua cur Vni tantum Homni hæſitet 815
lingua incontinens quæ dicatur ab Hippocrate 336
linguæ congrua uocabula 336
linguæ munus triplex 75
linguæ damna, & emolumenta 337
linguæ laus præcipua 75
linguæ ratio quo ad figuram 539
linguæ uirulẽtæ taxatio 417
lingula 576
lingulati tubuli 336
linoſtoliæ quæ ſint 124
lini hiſtoria ab Hercule perempti 546
liſpa 87
liſpi 87.bis
litera longa apud Plautum quæ nam intelligi debeat 261
literæ mutæ quæ dicantur, Prouerbij forma 815
literati Serui 707
literati qui dicantur 197
lithotriuiæ 460
lithurgiæ 460
liuiæ fraude Auguſtum periſſe 385
Lobi 826
lobus quid 78
lochia 594
locutionis uim cunctis in eſſe Animalibus 465
logades 164
logœdia metra 418
logi in latinis literis qui ſint 164
logia 164
logij 164
logion 164
logiſterium 164
logoidia in poemate uitium quod ſit 164
logos Ionicos quid 177
logopœus q dicatur 418
logodipnum 766
logos quid 418
longurij quid 128
lophæum 68
lophium quid 68
lophnia 152
lophos 68
loquacitatis epodos 337
loquendi ratio, & laus præcipua 75
loquendi figura quadruplex obſeruata Veteribus Priſcæ, Latina, Romana, Miſcella 660
lotos 128
Lucania Samotrhacia 610
lucanus rectè ne dicatur poeta 160
lucentium in tenebris ratio 397
L. Druſi hiſtoria 279
lucij cuiuſdam ſcomma 571
lucos colendi ratio 307
lucretij ſicor 452
ludere de alieno Corio quid ſit 377
ludere domi ſuæ qd ſit 699
ludo comparari Sapientiam 699
ludorum origo 206
ludorum ſpectacula an noxia moribus 206
lumbricorũ ſpecies 529
lumen eſſe Cæleſtiũ Vir

tutum uehiculum 554
lumen in uidendi ratione 394
lumen fiendi ſolitum à quibuſdã hominibus ratione mira 397
luminum uſus in ſacris quam habeat rationem 407
luna cur ſchematiſmum euariet 554
luna an repercuſſu lumen propaget 553
luna an à Planetis illuſtretur, ut à Sole 554
luna cur cernatur maculoſa 17
luna ſilens an in aliquid in nos agat 576
lunam præeſſe amatoribus 117
lunæ permutationes ſeptem 556
lunæ appellatiõe cur dicatur Mundus 556
lunam humectare non præſtare 552
lunaris luminis ratio 552
lunaris item luminis ratio 554
lunaticus morbus 140
lunulas cur geſtarint in calceis Romani 573
lupatum frenum 596
luſia Ceres 526
luſu non abſtinuiſſe magnos Viros 252
lutræ notiones plures, et inde corruuata plura 626
lutrophori 526
Lycæus Iupiter 425. 679
lycæus mons, inibi obſeruatione digna pluſcula 679
lycanthropi 753
lycanthropia 753
lycaones 753
lychnobij qui 236
lychnocautia 152
lycia coma, Prouerbium 824
lyciorum mores 824
lycopodes qui 596
lycos 773. 831
lycos frenum 596
Lycoſpades Equi 596
lydius ornatus 562
lydium melos 224
lydorum inuenta 562
lydorum mollities 562
lymata 596
lymax 596
lynces uidere per parietem 424
lynceus 305
lyrium 228
lyſander 287
lytæ qui dicantur 85

Macaria quænam fuerit 340
machinæ ſcenicæ 208
macrobij lapſus 773
Mæa, ſeu Maia quàm uarie accipiatur apud Auctores Græcos 441
mæandri hiſtoria 541
mænides 554
Magadis 226
magi pyrethi 192
magiæ ſpecies plures 248
magiæ nomen unde profluxerit 248
magiæ ratio non ingrata 142. 165
magicæ excantatio quæ ſit 165
magides menſæ 216
magiſtratum cuiuſmodi eſſe deceat 199
magiſtri auctionum 589
magiſtrum de Dictatore dicta apud Ciceronẽ in familiaribus epiſtolis 327
magmed hiſtoria iucunda 138
magnetum mala 610
magnificentia in Oratione quæ ſit 642
magorum ritus 254
magorum coniectatio de ſanguinaria Ochi Regis natura 368
magorum ſententia de diuinis rebus 541
maior Conſul q ſit apud Plinium 317
maior prætor item qui intelligendus 317
maiores Flamines qui dicerentur 317
malacia quid 129
malacia prægnantium unde ſit 561
maledicorum, & linguæ uirulentæ taxatio copioſior 417
maledicta qui leniter tulerint 600
mallophori 691
mammacuthi 454
manda 784
mandragoræ uis ſcitu digna 159. 475
mandragoram bibiſſe q dicantur 475
manducem quid appellarint Priores 210
manes 25
manes, ſeruile nomẽ 711
manicæ 640
manuacia 640
manna 712
mannophoros 640
mannos 640
mantis quid 852
mantis te uidit, Prouerbium quam habeat rationem 852
manum in Aetolis habere quid 568
manus partes, et uocabula 80
manuum laus præcipua 80
manuum abluẽdarum ritus 772
M. Antonij Vinolentia 796
M. Antonij hiſtoria 569
marci Euangeliſtæ hiſtoria 256
marci Imperatoris hiſtoria 571
mare an ſubſit æquinoctiali 22
mare cur dulcibus aquis minus frigidum 723
mare cur pellucidius aqs alijs 723
mare cur Nauſea abundos faciat 725
mare quid uocent Hebræi 726
mare Tiberiadis qd 726
mare in quo Aquarum genere conſtituendum 726
mare cur ſalſum 728
mare cur alicubi ſcintillare uideatur 728
mare cur ſtet 729
mare eſſe animantibus ſimile 729
mare undabundum incalescere 721
mari Dionyſium mergere quid ſit 723
mari qui eſcente cur nauigia abſorbeãtur quãdoq; 725
mariandyni 726
mari non appropinquãdum habitationis ratione 448
mari quæ uiolata ſint expiari, quid ſit apud Ciceronem 303
maricæ radix 637
marila 729
marina aqua cur immi ſcetur Vino 723
maris, & fœminæ ratio 100. 182
maris in ueteri hiſtoria quis fuerit 248
maris, & fœminæ ratio in Plantis 578
maris aqua cur hyeme minus amara 725
maris regionẽ eſſe aquarum locum 726
maris ſuperficies an dulcior 728
maris, menſuræ nomen 729
maris purgamenta 730
maris epitheta Varia 730
maris colores 730
maritimos mores pro impuris dici, ac ſordidis 448
marſiæ ſtatuæ i foro 781
martialis diſticha quam habeant argumenti originem 778
maſculæ Veneris inſtitutor primus 400
maſculæ Veneris deteſtatio, Inibi & Gentium in ea re uarij ritus 400. 402
maſſagetarũ mores 514
maſſilia unde dicatur 430
maſſiliæ mores, & laus 430
maſſiliẽſes mores i Plauto an pro turpibus recte accipiantur 430
maſſilienſes mulieres uino abſtinuiſſe 776
maſthles 287
maſturbationis inuentio 562
matæotechnia 482
mathematicæ corpa quæ ſint 222
mathematicæ quam habeant in diſcendo ratiõnem 417
mathematicarũ rõ 195
matiolichus 732
mation 732
matragyrtes 502
matrimonij bonum triplex 786
matrimonij ætas in ſexu utroq; 787
matrimonij commendatio 789
matrimonialis amor qui bus conſtet 787
matrimoniorum ritus diuerſi 784, 786. 788
matrimonium de naturæ inſtituto profluere 782
matrimonium an ſit probabile in Chriſti fide 782
matrimonium quæ incommoda conſequãtur 783
matrix an barbare dicatur de Vtero 101
matroa 229. 502
maumeth ſententia præclara 417
mauſolus 824
maza 234
Mediaſtini 707
medicamina dicta Deorum manus 813
mediũ arithmeticũ 625
mediũ geometricum 625
medium, ſiue μέσον unde 649
medioxumi Dij 25
meditrina Dea 792
medorum mores 514
megalartus 161
megalographia 208
megalomazus 171. 139
meganira 679
megodia 177
mel imum cur optimum 792
mel cur dulce ex Lucretio 793
melancholia 354
melancholici cur nõ dormiant 838
melancholicorũ ſomnia 753
melancholicos eſſe ingenioſos, à quibus traditum ſit, et quæ ſit eius rei ratio 455
melanurus 716
meliades Nymphæ 517
melinæ Columbæ 517
melinus color 637
meliſſa 613. 662

melißæus 613
melißæus Iupiter 662
melißia 662
melitea Lintea 662
melle putredinem cæueri 793
mellina quid 85
mellis usus unde propagatur 793
mellis nomine quid intelligendum in sanctis literis 131
mellis præstantia in producenda Vita 581
mellis genera 662
mellonymphus 790
melophori 691.711
melorũ genera tria 224
melos quid 123
membra dominãtia quæ sint 85
membra organica quæ sint 63
membri cuiusq; ratio triplex 66
membrorũ unum quodq; nouem habere perpensione digna 66
membrum quid 66
memnon Rhodius 615
memnonides 615
memnonis sepulchrum, & statua 615
memoria matutina quæ dicatur 556
memoriæ excellẽtia 278
memoriæ uel intensæ, uel remissæ ratio 268
memoriæ ars 258
memoriæ uis 556
menecratis medici historia, qui Iupiter dici uolebat 296
meniana 780
mensa Italica quæ intelligẽda apud Platonem 167
mensa sacra 171
mensa ægyptia 171
mẽsæ ptem mittere 772
mensarũ genera 172
mensis cur dicatur bos aut Vitulus 379
mensium Dij 714
mensurarum nomina humani de ratione corporis promi 65
menta 278
mentem in Clopidis habere, quid 568
mentem esse uice numinis, & instrumenti, et Visus 42
mentis caput, siue flos 42
mentis æstuatio grauior ne sit, quã afflictio ignibus iniuncta 278
mercurij sors 772
mercurij statuæ in foro 781
mercurij ratio allegorica 492
mercurius Parammon 524
mercurius cur iungatur Veneri 786
meretrices publicatus qs instituerit primus 373
meridionales cur timidi 505
meropes qui, et unde dicantur 75
meropis Auis pietas 662
mesarchus 91
mesaulij 707
mesenterium 91
meson quid 150
mesonautæ 707
mesoniat scommata 150
mesonis Astrologi assimulatus furor 608
mesoscelos 85
mesopyrgia 742
menstruorum ratio 88
metachœra 712
metadorpia 762
meta Sudãs in Vrbe 781
metaphrenum 78
metelli Macedonica filij q sint apud Plinium lib. septimo 474
μεθύειν unde dicatur 310
metœcium quid 460
methodium 781
metopa quid 311
metoposcopi 74
metorchion 742
metriopathia 664
Mihi cum flatili scribendum 666
microchitones 167
microlypus qui sit 652
microtrapezi 167.216
midæ mors 383
midæ, ac Sileni congressus 484
milesias mulieres nescisse uinum 776
militis Macedonici singularis ingratitudo 191
millus Canum 476
milonis historia 606
miltiades tres 606
mimara 764
mumarcis 764
minerua Phidiæ, Prouerbium 825
minerua Chalciœcus unde 532
mineruæ Antistitis barba prodigiosa 393
ministri publici 705
minos legumlator 504
mintha Nympha 278
minthus 278
miscelli historia 312
misericordiæ ara 150
missilia quid 721
missilia Fortunæ quæ sint 721
mithra 679
mithra quo pacto natus 782
mithriacæ sacra 679
M litera concionis habẽdæ nota 626
mnaseas cur sit dictus Salpas 632
mnemoniæ Quæstiones 774
mnemosynes fons 558
mnœa Seruitus 706
Mochlia 573
mochlos 573
modiperator 776
mœnium ratio in Vrbibus 742
molæ ratio 307
mollicei taxatio 399
mollius sibi indulgentiũ exempla 233
monadis ratio, curq; ad Deum referatur 620
monij sues 85
monodia quid sit 160
monogrammos Deos cur nuncuparit Epicurus apud Ciceronem 223
monophagi 764
monstrum mirabile in Agris natum Rhodigijs 665
mopsõ certior, Prouerbium quam habeat rationem 818
mopsos fuisse tres 818
morbi aliqui cur inducant soporem 838
morbi præcipue graues 813
morbi sporadici 174
morbi Endemi 174
morbi epidemi 174
morbi qua ratione cõsurgant 583
morbis unde sint impositæ nomina 844
morbus sacer 446
morbus Sancti Antonij, aut Sancti Martialis 844
mores diuersorum Populorum 547
morologia 625
morphæa 844
morpho, Venus 821
mors an dici naturalis aliquo modo possit 581
morticinum 599
mortuale 599
moruli 711
morum diuersitatem in uiri ex diuersis Cœli habitibus 502
moßynœcorum mores 516
moßynos quid 516
mothon lapis 742
mothone Ciuitas Vnde 742
methones qui 742
Mugil 746
muliebris commercij detestatio 385
muliebris sexus commendatio 364
muliebris temperantiæ, & œconomiæ certamina 672
muliebrium pudendorum partes, ac uocabula 85
muliebrium testiculorũ ratio 88.101
mulier an semen conferat ad generationem 88
mulier cur Viro minor 88
mulierculariũ fugillatio 672
mulieres an Podagra infestentur 796
mulieres ab olympicis excludi solitas 385
mulieres in doctrinis celebres, atq; aliarũ Virtutum genere 369
mulieres æstate, cur ueneris auidiores 373
mulieribus cur non adnascatur barba 393
mulierum nuditas in certaminibus apud Spartanos, et Platonem 485
mulierum inferna cur crassiora 90
mulierum prodigiosæ libidinis exempla 378
mundi principia tria 8
mundi pulchritudo quibus colligatur 8
mundi antica, & postica, dextra, & sinistra, sursum, & deorsum 11
mundi figura 15
mundi oculus 20
mundi colores tres 22
mundi principia tria 8
mundo cur insint pulchra, & inibi fiant 8
mundos esse tres 38
mundum, & Christum esse simulacra duo nobis proposita 24
mundum sentire 20
mundum cur dixerit Timæus constare mente, & necessitate 8
mundum esse tanquam Remp. et Dei templum 24
mundum significari decadis nomine 624
mundus quid sit 8
mundus qua ratione dicatur congeries malorum 2
mundus à Quibus dicatur Deus 2
mundus unde dicatur 8
munuscula haud spernẽda 346
munuscula tenuia non spernenda 631
musa quid, et unde 558
musæ cur dicantur Iouis filiæ, et Memoriæ 552
musæ cur Iouis, et Mnemosynes filiæ 558
musarum chorea quæ sit 5
musarum ratio pulchra 619
muscæ, quas dicunt Helios 706
muscarum Deus .i. Apomyius 612
muscas auolare ex Olympia, & Leucade tempore certo 659
musica cur data homini bus 224
musicæ doria, Phrygia, Ionica 224
musicæ quæ probis est admittenda moribus 226
musicæ instrumenta im-

probanda 226
muſica triplex 539
muſicæ inuẽta uaria 224
muſicæ ſtudium à quibus fuerit irriſum 224
muſicæ mitia uideri tria 224
muſicæ ſtudiũ eſſe omnibus inſitum 224
muſicam eſſe Variam pro morum inter Homines diſſimilitudine 224
muſicam præcipue gigni Amoris potentia 224
muſices laus 223
muſicorum Artificum uituperatio 231
muſicorum organorum diſtinctio 231
muſti, & Vini interſtitium 801
muſti impetuoſius feruentis remedium 801
muſto an minus inebriemur 801. bis
muſtum quo pacto diu ſeruetur dulce 802
muti q dicantur ab Hippocrate 336
mutilatos arceri à ſacris 310
Mycenæ unde 234
mydriaſis quid 314
mygme 74
mylon 711
myonia quæ dicatur 378
myoxia 378
myrrha cur ægyptiacæ dicatur Bal. 683
myria quæ dicãtur 312
myricæ 192
myrites Vinum 344
myrtoum mare 730
myſorum mores 411
myſſare 74
myſtæ 430
myſtax 169
myſteria quid 430
myſteria Atheniẽſiũ 430
myſteriaca Sues 712
myſtile 430
mythos quid 418
myuri pulſus 378
myuri uerſus 83
myxa 74
myxus 74
Nabaten dici adulterio cõceptum 526
nabateorum mores 526
nablas 226
nabliſtæ 226
naiades quæ ſint 28
nani 83
naraſſi fabella 732
nares in Architectura quid 74
nariũ rõ, et munia 74
nartheocophori multi apud Platonem q ſint naſati 769 (173
natium ratio 87
natrix 719
natura continens mundũ qbus cenſeatur nominibus 8
naturale dica multis modis 581
naturam cur Iuſtam dixerit Hippocrates 66
naturã eẽ duplicem 732
naues lentius ferri p flumina hyemali frigore, ac oneris geſtare plus 722
naufragi cur primum ſubſidant, mox emergant 762
nauigia cur abſorbeantur quãdoq; mari qeto naula 226 (725
nauſeabundos cur faciat mare 725
Necrocorinthij 599
nectar quid 173
nectendi ratio 331
neides feræ 610
nemeſea feſta 300
nemeſis an eadẽ ſit quæ Leda 300
nemeſis apud Ariſtotelem quid, et Plat. 300
nennus quid ſit 414
nepenthes auſcultationes nepenthes homericum quid 528
nephritis 82
neptuni, et Cereris fabella 526
nereides quæ 27
neronis hiſtoria 292
neronis Quiquẽniũ 292
neruorũ paria ſeptẽ 44
neruorum ratio 63. 64
neruorũ opticorũ rõ 393
neſæi Equi 596
neuroſpaſta 117
nexi q dicantur 331. 332
nexorum ſtatus 331
Nicæ Pallas 390
nicanor cur dicatur Stigmatias Veteribus 197
niciæ ſcutum 256
niciæ Venatoris hiſtoria 658
nicolai, palmæ cur 117
nidarium 713
niglaros 123
niliaca Diacopi 748
nili chomata 748
niloticæ Aquæ laus 748
nilus cur dicatur Iupiter, & Saturnus 748
nitarion 127
niuẽ pſiſam mulſo quid appellarit Domitianus 357
Nobilitatem in Aſtragalis geſtare qd 572
nobilitatem nil prodeſſe ni adſit uirtus 573
nocentiũ uincula fuiſſe à Tribunis ſeruata 709
noctu cur omnia audiantur ſonantiora 122
nogaliſmata 764
nola in Cubiculo qd 535
noli me tãgere, morbi ſpecies ſic nuncupati 844
nominarij qui 738
nominum interpretatio plurium 667. 668
nominũ ratio recta quæ ſit 667
nomorum ſpecies 230
nomos in Muſica qd 230
non ſi te ruperis, Prouerbium quo ſenſu dicatur 805
nouenarij numeri uires 619
Nubem capi pro re momenti nullius 732
nubentes cur capita obtegerent 784
nunquam Hercle fies, Prouerbium 841
nuptiæ illegitimæ quæ ſint 788
nuptiales faces geſtare cuius eſſet 784
nuptiarum anni in ſexu utroq; 787
nuptiatores 790
nupturire 790
numerare nouit, Prouerbiũ qd ſibi uelit 618
numeri lineares 625
numeri plani, & ſolidi 625
numerorum partes quæ dicantur recte 622
numerorum ſcientia occultior 618
numeris cur indita Deorũ noia à Prioribus 304
numerus quid 625
numerus actu 625
numerus potentia 625
numi Argentei inuentio 562
numi uſus, et nota 650
numorum ſpecies plures ex Græcis, Latinis q; Scriptoribus 254
numos primum cuſos apud Aeginam 252
numos Cumeis quis cudere primus 610
nudipedalia ſacra 397
Nympha in Genitalibus quid 378
nymphæ Meliades 517
nymphia pro matrimonijs cur 793
nympharũ in ſacris mẽtio unde nata 793
Oaria 762
oa lutris 850
obærati q dicãtur 324
obeli 254
oboli 254
oboloſtates 354
occaſionis in actibus neceſſitas 275
oceanus in Balnei rõne quid 850
ochana 256
ochi Perſarũ Regis ſanguinaria natura quo pacto ſit à Magis correcta 368
ocimum ſerere qd 417
octimeſtris partus 622. 623
octonarij poteſtates 623
oculi qbus infeſtentur uitijs ex Medicorũ uberiore doctrina 154. 492
oculi uitia 314
oculi cur non in occipitio conſtituti 314
oculi phthiſis quid 314
oculi eruditi, qui intelligantur 816
oculis cur afficiamur præcipue 392
oculis an iſit igneus ſplẽdor uiſui pficiendo 395
oculorum anatome cum partiũ uocabulis 423
oculorum Conſtitutio mira 71
oculorũ Canthi, et Thalami 311
oculus cur ſit globatæ figuræ 424
oculus qua rõne quãdoq; non queat aperiri 71
Odeum quid 781
odor quid ſit 190
odoratiora cur in oriente naſcantur potiſſimum 636
odorandi ſenſorium cur in Hoie hebetius 668
odorari etiã, quæ odorãdi ſenſum nõ hnt 682
odoratæ ſuffitionis utilitas mira 683
odorati imbres 721
odoratos Ignes peſtilentiæ ſuccurrere 683
odorem malum cur augeat calor 681
odores an nutriãt 682
odori papiendo quid ne ceſſarium 681
odoribus cur præcipue capiamur 681
odoris ſenſorium ubi ſit 685
odoris ratio 220 (685
odorum ratio quas hẽat ambiguitates 684
odorum uocabula plura 685
odorũ diſtinctio ex Philoſophorum doctrinis haud ingrata 190
Oecotrips qui 607
œdipus coloneus cur 593
œniſteria quæ ſint 344
œnochi 776
œnopipas 344
œnoptæ 776
œnopum mare, cur 730
officioſi q ſint 413
ὄινος unde dicatur 344
olearum ſpecies 329
olecranium 469
olei rõ ſcitu digna 135
olfactum eſſe minus aliis ſenſibus neceſſariũ, & quæ utilitas eius 45
olei poteſtas, et rõ 853
oleo perunctas Arbores interire 853
oletare quid 685
oleum ſuperfluens cur optimum 792
olidũ Veternũ apud Catullũ cur dicatur extra q cõiectarint Alij 281
oliua fons 117
olympiadis apophthegma ſcitum de Pelliæ, itẽ alterũ in eũ, qui formoſam qdẽ duxerat, ſed nois haud illibati 429
olympiadis apophthegma, quo Alexandri tu morẽ repercuſſit 610
olympia certamis i Græcia quæ tradantur initia, & ad id ſpectantia plura 346

olympus omnipotẽs pro Ioue 561
olympus pro Capite 561
Omentum quid 91
omniũ rerũ uicissitudo ẽ, quo sensu accipiendũ, ex Aegyptiorũ doctrina 144
omphaloessa 413
ompnæ quid 413
ompnia 413
onirocritica libri 754
oniropolos 754
Onochelus 851
onochelos Christianorũ Deus, ut uolũt Peruersi. Capite 57. 596
onomademi Chij dictũ
onoscœli 28 (743
onoscœlis 696
onthyleuses 764
Ophiodiri 488
ophthalmi 776
ophthalmicorũ affectio Irim spectantiũ 633
opinio qd interdũ ualeat, uel efficiat oino 305
opiones 494
oporæ fructus 840
opsartyca libri 236
opsartysia 236
opsigamij iudicij 790
opsonia Apyra 166
optanuum 773
opteria 599
opũtij q dicantur 314
Oraculorũ origo 32
oraculorum ratio 32
oratij libido 373
oratio breuis an præstabilior 693
oratio magnifica, et splẽdida q itelligẽda 641
orationis asperitas 475
orationis genera duo 164
orationis breuitas ex Phalereo Demetrio 490
oratoris laus præcipua 75
oratius an recipiat flatilem 346
oratoris præcipua q sint 641
orchos 741 (642
orcus 272
ordinarij Gladiatores apud Senecam qui nam intelligendi 290
orichalcum 533
originarij serui qui intelligantur 197
oris ratio 75
oris uitia 333
orontis historia 645
orphei historia 511
orpheotelestæ 400
orpheus masculæ Veneris institutor primus 400
orthius Nomos 230
orthographia 208
orthostadæ 78
orthostadia ueſtimẽta 78
Oscheon 719
oscitandi ratio 283
oscitationes quæ sint apud Papinũ 283 (177
oschophoricæ Carmina
osiridis historia 124
osiris 613
ossa humerorum 78
os Porci, Sergij Pontificis nomen 712
os sacrum 82
ossibus an insit sentiendi uis 77
ossiũ rõ, et quot in Corpore humano ossa 63
ostrea rhabdota, et Arhabdota 193
Oti qui dicantur 72
otij rõ q̃nã sit 283. 607
otij pnicosi detestatio 277
otiũ honestũ qđ sit 279
otium quibus sit utilius q̃ negotium 279
Ouа lustralia 762
ouа pnicta 762
ouа malacoderma 762
ouа ostracoderma 762
ouа ῥοφητά. 762
ouа τρομητά. 762
ouа ταχυιστά. 762
ouа ὥρια 762
ouа psathyra 762
ouorũ natura mirabilis
ouorũ historia 813 (762
ouorũ obseruationes plures 762
ouum factus totus 813
ouum dica, & de arborũ fructu 813
ouidij taxatio ex Senecæ 333
ouis partus monstrificus 345
Oxythymia q sint 142
Pædagia quæ dicantur 155
pædagum quid 164
pæon quid 767
pæonia manus 767
Palearum natura mirabilis 264 (858
palæphatia papyrus
palæphatus 858
palimboli qui dicantur 244
palintocia 210
palladis templũ in Daulia 659
palladis ratio 628
palladiũ forũ 779
pallados allegoria 390
pallas Narcæa 366
pallas Poseria 628
pallas cur dicatur Stratia, Glaucopis, Athena Hippia, Nicæ 390
pallas Anemotis 566
pallenicum aspicere 857
palma fons 117
palmæ Arboris historia scitu digna 117
palmæ dictæ Nicolai 117
palmæ cerebrum 117
palmicum auguriũ 191
palmus quid 122
paltus quid 615
pammon Mercurius 524
panagyricum Corpus quod sit 814
panagyris quid sit 814
panaria ebrietas 797
panathenæa 306
pancratiastæ 361
pancreum 95
pandemum dici Venerẽ 499
pãdemus cur dicatur Venus 373. 376
pandare 188
pandæsia 234
pandiculatio 283
panduristæ 226
panem ex omnibus esse concoctionis difficillimæ 241
panis faciendi instrumenta 239
panis genera 239
panis præguſtatio in nuptijs 784
panniculariа quæ intelligãtur Iureconsultis 142
pannoniorũ mores 509
panos 152
panos templum in Arcadia 659
pantheæ singularis uirtus 365
papissare 302
pappas 302
pappæus Iupiter 302
parabia 188
parabystum 779
paradisi flumina quatuor 465
paradiso Terrestri Rege assimilis apud Platonem 22
paradisus ubi statuatur, Arriani historia mire ad id faciens 22
paragraphus 411
paralus nauis 210
paralysis quid 137
paraphyades 91
pararij 290
parasiti q proprie 307
parastates 90
parcarum nomina 623
parcos 214
pardalea Vestitus qui dicatur 754
parcdrus 34
paregorema 208
parentes à quibus fuerint uiolati 297
parẽtes apud Gẽtes quasdam cædi ex more, ac uerti in cibum 299
parentes esse Iouis simulacra 302
parentes q̃ truculente à Plerisq; Gentium tractentur 302
parentum cultus 297
parentum honor apud Platonem 299
parentum euerberatorũ, ac raptatorũ exẽpla 301
pariadarũ supplicij ratio 302
paridis historia paulo remotior 543
paridis iudiciũ inter Deas, & Eiusdem filius Dardanus 543
paristhmia 78. 90
παρήχησις 474
parisia quid 408
parnasium pro magno
parochus 784 (596
paropsis 764
paropsimation 764
parthenius q dicatur 790
parthenopipas 344
pactides 226
partus octimestris rõ 551
pas 302
pasithea 502
paspale 732
passalus 780
passeribus uectari Venerẽ cur fictum sit 384
passienus apud Senecã, quomodo prima syllaba in græcũ sonũ mutata, turpe nomen factũ sit 293
pastoris cum Capella ini tus mirabilis 715
pastas 790
patauinarum laus 339
patellarij Dij 25
patellia 776
patos quid 188
patris ignoti historia
pauli Prætorij hi- (288
storia 188
pausaniæ historia 859
pausaniæ Lacedæmonij tumor 343
pausicape 709
Pectoris ratio & uocabula partium 82
pecunia Dea 605
pecuniæ custodia difficilis 548
pecuniæ signatores fuisse Tribunos 709
pedalij Indi 651
pedatæ Vites 204
pede affecto cur afficiantur inguina 10
pedes cur fœteant 680
pedibus quosdam mira efficere 90
pedum nuditatem Cõcubituris officere 399
pedum ratio 90
pelargi cognomen 567
pella phiala 776
pellium incubatus 754
pellium nomina plura 754
pelopidæ historia 570
pelta amazonica 256
pempazin 621
pempobolum 621
penestæ 705
penucæ coma 185
penus & eius uocabula plura 83
pentadactylus 621
pentapharmacum conuiuium 778
pentasyblon 621
pentheterius Capillus 185
peolæ 384
peplographia in Epistolis ad Atticum, qd 390
peplus quid 388. 390
pepones q dicantur 399
perambulare Crocum, et flores quid 767
peramus Massiliæ condi tor 784
periandri duo 606
periautologia 162
pericarphismus 833

periclis hiſtoria, & Aſi narij 288
periclis hiſtoria 550
periclis oratio q̃lis 693
periclis ſententia de conuictu 778
perdicas Libido, Prouerbium quam habeat rationem 828
perdicum uerſutia 828
perdix anſit uocalis 828
perdix à Protagora pictus 828
perinephra 98
periphora 772
peripteron 568
periſcælides quæ ſint 89
periſtiarchi 142
permutandi ratio apud Veteres 650
Peroriga q dicatur 596
perſarum Legati quo pacto ab Alexandro dimiſſi 673
perſarum ritus 502
perſarum Regem adorari ſolitum 306
perſarum Regem muneribus afficere ſolitum adeuntes ipſum legatos 306
perſarũ Regem nec munuſcula q̃dem aſpernari ſolitum 346
perſarũ Regũ luxus 202
perſarum ritus in Conuiuijs 735
περσὸν 502
perſepolis ab Alexãdro exuſta 386
perſes quid ſit 502
perſicarũ mulierum laus 365
perſicæ, calcamenta 511
perſinus 502
perſithea 502
perſonæ inuentor 150
perſonati qui ſint 288
perſpicuitatem ineſſe Corporum ſinguli, traditũ à matheſeos peritis 424
perſus Piſcis 502
perturbationes tolli ex Homine nõ poſſe 656
perturbationes ex uoluntate imprimis pendere 656
perturbationum uictorẽ poſſe dici Deum 653
petala 776
petali 712
petalides 712
peti q dicantur 392
petitiones Gladiatorum 541 (291
phaæli 541 (291
phaciolium 712
phaethon cur dicatur, et qui 674
phæus color 643
phalacra 177
phalacræ 360
phalacrus 360
phalangia quid 177
phalanthus 177·360
phalanx quid 590
phalli 177
phallica Carmina 177
phallophori 150·177
phanæ 152
phania qui ſit in familiaribus Epiſtolis M. Tullij 150
phanias q ſit apud Eruditos 152
phanio 152
phanion 152
phanos 152
phantaſia quid ſit, an cũ opinione coniũgatur 564
phantaſia quot modis dicatur 452
phaonus hiſtoria 252
phaonis nomine intelligi pretioſe, ac uarie inditos 430
pharao apud Aegyptios qui ſit 424
pharmaci 142
pharmacia quæ intelligantur 248
pharmacitæ 142
phariſei 121
pharſalorũ uoracitas 244
phaſiani Equi 596
phaſis q̃d in Luna 556
phaſorini hiſtoria 536
phellei 178
phelleæ 178
phelli 178
phellopodes 178
phelus 287
pherecydes cur dicatur conſumptus pediculari morbo 549
pherecydis hiſtoria 384
pherne 784
phernion 784
phialarum ſpecies 769
Phigaleorũ hiſtoria pulchra 515
philagrus Sophiſta 581
philateria 121
philippi Regis taxatio, q̃d eſſet Vnoculus 584
philippi apophthegma 640
philippi hiſtoria in iuſtitiæ ratione 647
philippi lenitas in ferenda iniuria 600
philippum, ne nimiũ inſoleſceret, iuſſiſſe ſibi à Puero mane dici, Homo es Philippe 550
philobotrys 354
philomelam dici, non Philomenam 666
philomeli 354
philopœmenis hiſtoria
philoſophandum (718
an ſit 467
philoſophia à quibus laceſſita 810
philoſophia quid præſtet 345
philoſophiæ in partes q̃ſi mẽbra diſtributio 700
philoſophiæ laus 195·467
philoſophorũ Muſeũ cur diceretur Talarus à Timone 412
Philoſophos, q imperia arripuerint, cæteris imperaſſe crudelius 630
philoſophũ uerum eſſe Dei amatorem 195
philoſophũ non contingere abſq; matheſi 195
philoſyca 354
philoxenus Gulo 354
phlegmatis ratio 353
phlegra 857
phleon cur dicatur Bacchus 547
phlœus 826
phloinæ ueſtes 826
phocarum pelles 808
phocionis natura mirabilis 695
phocionis oratio qualis 693
phœnicum mores 520
pholades 713
pholaides 713
pholcos q dicatur 71
phodes quid 444
pholeus quid 713
pholia Vrſarum 713
pholides 713
pholis 713
pholyes 713
phone 713
phorbion 229
phorcus 750
phormiſium 781
phormus 781
phorologi 781
phoros 781
phos cur dicatur Hõ 444
photingia 229
phoxa 66
phoxi 66
phoxichili 66
phragma quid 573
phraotes 117
phreatis ſtatio 271
phrenes 93
phryctoria 494
phygij amor 638
phrygũ melos 224
phryne 570
phrynæ duæ 388
phryne cur diceretur in maxillis lecythũ ferre præter Sudæ ſententiam 386
phryne cur diceretur Seſtus, & Saperdion, & Clauſigelos 386
phrynes hyſtoria 386
phryxi allegoria 858
phtha quid 613
phthia Ciuitas 668
philacæ 489
phylacti 462
phyſicè cur ſpreuerit Ptolemæus 726
phyſicalli Panes 766
phyſignathos 566
Piactio 129
picturæ laus 826
pieriæ amor 638
pilæ luſus inuentio 562
pilæ quæ ſint apud Priores 434
pilares ueſtes 434
pileati Serui 709
pili cur ſurrigantur frigore 697
pilicrepus 848
pindari mors 403
pinon Vinum 188
pinus naturã 692
piſandri delyrium 452
piſces, qui inclamati ueniunt 684
piſcibus rẽ diuinam peragi ſolitam 777
piſcitio cur abſtineant Pythagorei 337
piſcium uaticinia 192
piſcũ excellentia 610
piſcium pluuia 665
pitho·i·πείθω·305·444
pithœgia quid 792
pittacus 89
pattaica Dij 446
Planetæ an habeant colores 18
planetæ an afficiãtur uaporibus Terræ 17
planetarum colores cur cernantur uarij 17
planetarum natura unde colligatur 18
planetarũ poteſtas maior ſit, An Stellarum fixarum 19
planetarũ ratio ex Chaldæis 19
plantarum mas, et fœmina 578·579
plani q intelligantur 287
planetæ cur contrario ſe hẽant modo q̃ nos 58
plaſtides 662
platagæ 529
platagonium 529
platani natura 691
plataniſtus 691
platano ſimilis, prouerbium 691
plato in quibus uituperetur 452
plato cur dicatur diuinus 24
platonem cur quidã dixerit Satonem 448
platonicorum laus 672
platonis apologia 452
platonis uerba nõ attendẽda, ſed ſenſum 466
platonis leges cur dicantur frigere 504
platonis hiſtoria 584
platonis excellentia, & q̃ proxime acceſſerit ad Chriſti placita 861
platonis hiſtoria 839
plectantur ne Filij iuſte ob Parẽtũ delicta 145
plemæ 443 (148
plemnæ 443
pleſignathus panis 566
pleſiſtus Ventus 566
pleuritis 82
plotini hiſtoria 443·584
Pluto 25
plutonis cognomina 172
plutonis templum apud Heleos, quod annis ſingulis ſemel tantum aperitur 420
plutos cur dicatur incolere Hiſpaniæ ſubterranea 510
plutus diuitiarum Deus cur cæcus effingatur 569·570
pluuijs cur inæquatur Salis q̃nq; Sapor 728
pneumonia 93
pluuia quibus nocumento ſit 744 745

pluuiæ aquæ præstantia
pnigalion 754 (746
pnigamon 754
pnix quid 185
pocula chalcidica 520
poculorum nomina plura 776
pœmanor 199
pœmanoriũ quid 199
poemata Virgæ aptæ quæ intelligi debeant apud Doctissimos 291
pœnarum genus triplex
poeta an nascatur, Orator fiat (148 160
poeta unde dicatur 160
poetam non dicas nisi sumum 164
poetam Oratori esse finitimum 155
poetarum Apologia aduersus Eratosthenẽ 155
poetarum genera 160
poetas in quo damnarit Plato 158
poetas quo pacto citra noxam legas 159
poetica mutatio Cuiusmodi sit 159
poetices laus 155·158
poetices origo 160
polemonis historia 567
poliæ 384
polieum 167
poliocrotaphi Senes cur 594 (359
polion
polium uinum 344
polycleti regula 183
polydamantis robur prodigiosum, at q; eiusdẽ interitus 367
polygrammi 222
polypi proprium 159
polypo similis qui dicatur 363
polypos sua brachia rodere, a quibus traditum sit 363
polypos seipsos arrodere
pomarij 778 (661
pompeij scomma in Marcellinum 583
pomum cur Homerus ἀγλαόκαρπον dixerit, & Empedocles ὑπέρφλοιον 815
popæ 718
popi 25
populorum diuersorum mores 547
porcæ 214
porcus troianus 828
porpax 256
porphyrij præcepta 354
posteri cur plectantur ex Maiorũ delictis, ratione platonica 144
postuerta Dea 714
Postulatitij Gladiatores apud Senecã quam intelligendi 290
postulio apud Varronem qui dicatur 274
potentiam, Sapientiam q; se inuicem cooptare naturali ui 628
potus an in Pulmonẽ corriuetur 760
Practores 781
præcisi qui sint 403
præconum species 588
præcordiorum ratio, & nomina plura 93
præmissa Vini, & olei quæ intelligi in Plinio debeant 135
præpilatæ hastæ, quæ sint 588
præpingues cur generationi minus apti 853
præster 716
prandia an fuerint in Vsu Veteribus 764
Prandium unde dicatur tã græce, q̃ latine 764
prapides 93
prater 711
principatum esse in homine duplicem 704
principem cuiusmodi esse deceat 199·690
principem esse necessariũ ratiõibus probatur 689
principes supra Mũdum esse tres 174
principes censeri quosdã natura 494
proaulia 790
proaulion quid 229
problematũ genera 434
procatarctica causa 664
proci Penelopes 810
procœlij 718
procœlij uersus 83
prodici liber 346
proditorum fœda taxa-
prodromi 601 (tio 203
profectitia Dos 790
progamia 790
prolepsis Deorum 610
prolytæ q dicantur 85
promethei iecur qd 181
promethei Thessali historia 183
prometheũ pharmacũ in Propio quodnã sit 183
prometheus cur dicatur Homines finxisse ex luto 180
prometheus es, quo sensu dicatur 180
prometheus quid ex Plotino 180
promnestria 790
promuscis 74
promythium 493
pronomus tibicen 229
proœmio male uti, qd sit
propathia 664 (582
prophetia quid proprie 750
prophetiarũ gradus 750
prophoricus Sermo 815
prophoros 594
propogonium 69
prophetarum ratio 242
prophetarum ritus 354
prosa Dea 714
proscenium 208
proselythi 121
proserpinæ historia 731
proserpinæ ici Despœnã .i. Dom. 679
prosodion quid 112
prosopion habere nõ prosopon qd sit per Adagij formam 809
prosopon quid 78
prosopopœia quid 738
prosoputta 809
prostaterius Apollo 792
prosumemata 790
protagoræ historia 541
protagoras cur Phormophorus 781
protagoras qualis censeatur 305
protei allegoria 575
protelia 790
protelij 790
proteũ dicta Saltatorẽ 112
proteus 38
prothymata 307
protogenis Ialysius 606
protome 809
prouidentia triplex 26
prouinciæ maiores 726
prouinciæ minores 726
proxenetria 790
proxeni 290
prytanea quid 332
prytaneum 363
Psacala quid 414
psacaluchi 414
psæstæ 766
psalterium 226
psammocosium 599
psecas cur diceretur Antimachus 688
psellia 214
psen quid 117
pseudaula 314
pseudisodomum 742
pseudoperipteron 568
psithyrissare quid 540
psittaca historia mirabilis
psoe quid 492 (75
psychrologi 850
psychrologia 850
psychrolutæ 850
psycter 166
psycteridion 166
psygeus 166
Ptera 568
pteromata 568
pterophori q apud Plut.
pterophori Sacer- (568
dotes 568
pthisis in oculo qd 314
ptolemæi fcm lepidũ 601
ptolemæi historia 548.
ptolemæus qualis)559
censeatur in literis 17
pubes 85
pudendorum Liberi Patris cultus 83
pudicitiæ cõmẽdatio 339
pulcher an flatilem admittat 666
pulchritudine insignes q sint habiti apud Priores 252
pulchritudinẽ cõporeã esse fugiendã, Quiq; eam præcipue mirentur, & ament 671
pulchritudinis spẽs 670
pulchritudinis commendatio 672
pulchritudinis certamina 672
pulchritudo triplex 452
pulchritudo cur tantum afficiat 670
pulchrum omne eẽ item bonum 670
pulmo qua naturæ prouidentia factus 93
pulmonarij 93
pulmones cur dicere malint latini q̃ Pulmonem unitatis numero 93
pulmonis functionẽ duo habere munia 760
pulsuũ rõ 62·227·378
pulsus quid 62
pulsus formiculans, & Vermiculans 62
puluis eruditus 195
pumliones cur somnicu loſi 132
puniendi tarditas ex diuina prouidentia unde fiat 145
purpurarij infectoris historia sane iucũda 212
purpurata meretrix Babylon 212
purpurea mors cur dicatur 212
pustulæ in naso quid significent 686
puteal quid sit apud Persium 271
putearij 271
puticuli 271
pyelos 850
pygæ 87
pygostolus 87
pylori 742
pyramuntes 777
pyrethi Magi 192
pyrethia septa 192
pyrrhi uotum 186
pyrrho fuisse os unũ dentium uice 77
pyrphorus qui intelligatur 202
pyrsos, & deriuata 305
pythagoræ historia 531
pythagorã creditum fuisse Magum 531
pythagoreorum historia 584
pythagoricorũ quorũdã enarratio 441·445
pythagoricũ institutũ ad Sanitatis rationem 186
pytheum quid 444
pythia qs instituerit primus 304
pythia nomi 444
pythij hominũ ditissimi historia, deq; Vxoris eiusdẽ nõ mulgeri prudentia 542
pythij impostura 287
pythij qui dicantur 444
pythium q̃ multis habeatur locis 444
python, quẽ uocant Delphinem 444
pythones q sint in Canonicis decretis 212
¶ Quadrangulus Vir qui sit 500
quadrantaria res quæ dicatur 848
quadrata Cõpositio 501
quadrati uersus 501
quadratum agmen 501
quadratum Corpus 501
quartarij 501
quaternarij ratio 620
quendam solitum imag-

nem ſuam ante ſe ſpectare 634
quinarij numeri potentia 621
quinquennium Neronis, prouerbium 292
quinq; pedum præſcriptio 699
¶ Ranæ cur imminentem præſagiant pluuiam 747
ranarum pluuia 665
rationalis naturæ gradus tres 25
rationem ineſſe cunctis Animalibus ex doctrina Porphyrij 465
raui oculi 341
Reges Indorum 202
reges Perſarum 202
reges apud Homerũ ſibi ipſis ſubſeruire 522
regis boni munus quod ſit 737
regibus urbes fuiſſe obnoxias 199
regimen in Natura eẽ duplex 690
regna duo non patitur Mundus 673
regum in Oriente reuerens cultus 202
regum præſtantiſſimorũ epilogus 629
relegati 756
relicuus 185
religiones falſas ex Aſtrologia profluxiſſe 242
religionis laus 242
reliquare, Verbum 739
reliquatores quo ſenſu dicantur à Iureconſultis 739
remenſis tela 509
remigibus cani ſolitum 232
remiſſionem aliquã eſſe neceſſariam 279
reminiſcẽtia Platonis 558
reminiſcẽtiæ aſſertio, ubi ex Platone probatur in eſſe nobis ſcientiarum Theſauros 52
reminiſcẽtiæ rõ 268.270
reminiſcentiæ ſolœciſmus 558
reminiſci quid ſit 558
reminiſci eſſe aliud, q̃ diſcere 558
rempub. cæpeſſere q̃ moleſtum ſit 216
remus cur in Aqua uideatur fractus 633
repaſſum Pythagoricum quam habeat rationem 650
replaudere frontem 185
reſolui in terram, et Aquam quid ſit 439
reſpublica optima quæ ſit 698
rex cuiuſmodi eſſe debeat 199
rex cur dicatur Anax 199
Rha ponticum 448
rhabduchi 192
rhachia quid 304
rhanius ager 789
rhamnus 636
rhapaules 129
raphanus pro Braſſica 770
rhaphides quid 359
rharium 789
rharius 789
rhecatmus quid 739
rhenum etymon aduerſus Philoſophos pro Grammaticas 98
rhenum ratio 98
rhenum uitia & uocabula 98
rhigoſibij 696
rhinocœrotes Tauri 439
rhinocolura 74
rhiſcus quid 430
rhodonia 179
rhombus quid 244
rhoptron 596
rhopes 596
rhopographi 596
rhopon 596
rhoxane Alexãdri 784
rhus 789
riſu qui ſemper abſtinuerint 547
riſus immodici ratio 97
robore digna quæ dicantur 459
robur in carcere qd 459
rogatiani hiſtoria 771
romæ qui abſtinuerint uino 776
romanæ mulieres 365
romanorum mos abſurdus in concedẽda Vxore liberos quærentibus 786
romanum Imperiũ perſeueraturum annis mille ducentis à Vectio coniectatum ex Vulturum numero 750
ros 731
roſa cur dicatur græce Rhodon 767
roſcij hiſtrionis excellentia, & Prouerbium inde natum 389
ros Syriacus 712

¶ SabaZius Bacchus cur 175
ſabbata un̄ dicantur 175
ſabbati ratio 350.351
ſæcularij 259.707
ſæcllium quid 254
ſacer Piſcis qui 322
ſacerdotes acephali q̃ intelligantur 129
ſacerdotum munia 129
ſacramenta Eccleſiæ 786
ſacrare caput cum bonus quid 321
ſacri epitheton uarie adij a rebus 322
ſacrificandi mos 11
ſacrificia Veterum cuiuſmodi fuerint 307
ſacrificia eſſe Velut medicamenta 308
ſacrificia ex Piſcibus 777
ſacrorum ritus Varij, et uocabula plura ad rẽ diuinam ptinentia 307
ſaducei 121
ſagma quid 586
ſais 628
ſalacones 326
ſalamandræ natura mirabilis 264
ſalaminia nauis 210
ſalauaccha 378
ſale ablui ſolitos Infantes 131
ſalgama 840
ſalgamarij 840
ſaliatores 192
ſalis poteſtas mira 129
ſalis nomine quid intelligendum in ſanctis literis 139
ſalis laus 764
ſaliuæ fontes 75
ſalpas Mnaſeæ cognomẽtum 632
ſalſicopolæ 667
ſalſamentorum in ſacris oblatio 777
ſaltationis laus, & origo de græcorum multiplici penu 112
ſaltationis partes 115
ſaltationis ſpecies 115
ſaltragœdus 777
ſaluſtij laus 693
ſambycæ 216
ſamæna quid 197
ſamagoriũ Vinum 776.
ſamij literati 197
ſamos inſula, & in ea fere Neides 610
Samothracia 610
ſamphoræ Equi 197
ſanguinis effectus in Corporibus noſtris 59
ſangus 28
ſanitas quibus cõſtet 580
ſanitatis præſtantia 186
ſanitatis diſtinctio 843
ſanitatis rationes 843
ſannæ unde dicãtur 414
ſannas 414
ſaperda 356
ſapdion Phrynes cognomentum 386
ſapientiam, potentiam q; ſe inuicem appetere naturali ui 628
ſapientiam eſſe uelut ludum 699
ſaporum ſenſus ubi percipiatur 75
ſappho 232
ſarabaitæ Sacerdotes 748
ſardinia peſtilens 326
ſardinia cur peſtilẽs 566
ſardoa herba 566
ſarmentarij 851
ſatto cur dictus ſit Plato 448
ſaturnalium ritus 351
ſaturni ſacrificia 351
ſaturni hiſtoria quæ ſit in Plauto 351
ſaturni allegoria 492
ſaturni ratio 622.628
ſaturnij uerſus 714
ſaturnus cur diceretur filios uorare 350
ſatyri 547
ſatyriaſis 844
Scapha 203.583
ſcaphalos 203
ſcaphora 203
ſcapi Cardinales q̃ 253
ſcarabeorum ſpecies 205
ſcariphiſmus 285
ſcarthmus 90
ſceptrum quid 193
ſcena 208
ſceniæ locat 208
ſcenicæ machinæ 208
ſcenographia 208
ſcenophegia 175.208
ſchelides 739
ſchola 850
ſcholia 336
ſcholiaſtæ 336
ſciagraphia 285
ſciamachia 285
ſciatrophiæ qui 376
ſcimaliſſare quid 464
ſcimpodium 764
ſcipionis Aphr. dictum 734
ſcipionis Aphr. hiſtoria 733
ſcipionis frugalitas 166
ſcipionis apophthegma in Appium 558
ſciros regio 789
ſcirpum pro ænigmate non dici, ſed Scrupũ uerius 645
ſcolia q̃d ſint apud Græcos 325
ſcolios 527
ſcopelinus Sophiſtes 559
ſcopes Aues 325
ſcorionis Dacorum ducis hiſtoria 476
ſcotius qui ſit 790
ſcribendi ratio, & utilitas 80
ſcribere qui adorti ſint bene poti 776
ſcripti, & uoluntatis ratio triplex 183
ſcriptorũ omne genus excutiendũ ſtudioſis 468
ſcruta 541
ſcrutaria 541
ſcuti geſtatio 256
ſcutum ſacrum 586
ſcythæ cur dicantur 511
ſcythæ cur imprimis Vinolenti 798
ſcythã agere q̃d ſit 239
ſcytharum uinolentia 769.776
ſcytharum Inſtituta 511
ſchytharum ſagittæ quomodo inficerẽtur uenено 644
ſcytharum mos in conflando exeratu à Corio 754
ſcythicæ, Calciamenta 511
ſcythiſſare 769
ſcythos cognomen 769
Sederent ne, an accumberent Priores in Conuiuijs 766
ſelene cur 554
ſeleuciæ locus miræ naturæ 214
ſelli qui dicantur 732
ſellium 602
ſelma 601

ſelmides 602
ſemen an profluat à Muliere 88
ſemen genitale quid 88
ſemneum quid 185
ſeminis ratio 439
ſeminus in ſopore profuſio unde contingere credi debeat 397
ſemiramidis hiſtoria 640
ſemiramidis ſepulchrũ
ſemiſj 851 (640
ſemnæ deæ q̃ ſint 185
ſemones 25
Senarij numeri uires 622
ſenectutem fieri imbecillem Adoleſcentiæ intẽperantia 543
ſenectus anguium 255
ſenilis ualetudo, Prouerbium quam habeat rationem 834
ſenſibus abuti omnibus Hominem tantum 47
ſenſibus cur tantopere afficiamur 392
ſenſui ut pficiatur, quot neceſſaria 46
ſenſum non eſſe idem cũ intellectu 48
ſenſum effica ſpũs ui 29
ſenſus interiores quatuor 46
ſenſus communis 46
ſenſus cur tm̃ qnq; 46
ſenſus producã in actum p medium duplex 45
ſenſus quibus inſit 44
ſenſus origo 44·45
ſenſus præſtantiores quæ hũt, hẽre & inferiores ſed non contra 47
ſenſus an ſuperſit Aiæ abiunctæ, an item memoriæ 277
ſenſus Aetherei corpuſculi effectus miri 467
ſenſus cur tm̃ qnq; 621
ſenſuũ alios dici naturales, Alios Aiales 12
ſenſuum commoditas, & neceſſitas 44
ſenſuum qui præcellant maxime 621
ſententia quid 737
ſententia, & Chria quo differant 737
ſepeliendi ritus 470· 471·472
ſepieum quid 363
ſeptem orbis Terræ miracula 641
ſeptenarij poteſtas 622
ſeptenarij uis 102
ſeptenario conſtare corpora humana tam intima, q̃ extima 102
ſeptentrionales cur audaces 505
ſeptimani Tragœdi qui, Prouerbij facie, intelligantur 835
ſeptimeſtris partus 622
ſeptimo die cur imponãtur infantibus noia 622
ſepulchrorũ religio 470
ſera 573
ſerapis 34
ſergius Pontifex qui mutauit nomẽ prius 712
ſermo an ſit Homini naturalis 815
ſermo Infantis prodigioſus 815
ſermo in Diatheſi 815
ſermo an ſit i Brutis 815
ſermo Prophoricus 815
ſerpentem foues, et te Serpens, Adagium quam rationem habeat 807
ſerperaſtra 684
ſerui Apolides 707
ſerui Cretenſium 705
ſerui Spartanorũ 705
ſerui ſale Cõmutati 705
ſerui Chryſoneti 706
ſerui Inſularij 707
ſerui Salutigeruli 707
ſerui Mediaſtini 707
ſerui Meſonautæ 707
ſerui Literati 707
ſerui Mali conditio Vltima quæ ſit 709
ſerui Pileati 709
ſerui Pœnæ, qui 710
ſerui quot mõs fiãt 704
ſerui ſacri apud Albanos 514
ſerui Pileati, Coronati, Apolides, Inſularij, originarij, Aſcripticij 197
ſeruij Clodij hiſtoria 813
ſeruile genus Cuiuſmodi credendum 708
ſeruilia uocabula 711· 766
ſeruilis procacitas 710
ſeruilius Vatia 179
ſeruis benigne impertiẽdum 708
ſeruitus an ſit præter naturam 704
ſeruitutis malum 197
ſeruitus Mnœa 706
ſeruorũ ſpẽs eẽ plures 705
ſeruorũ noia plura 707
ſeruorum tractandorũ ratio 708
ſeruos cenſeri quoſdam natura 494
ſeruos non habere caput, quid ſit 710
ſeruos in militia nõ admiſſos 710
ſeruus δοῦλος q̃d ſit proprie 705
ſeruus οἰκέτης qui proprie ſit 705
ſeſamis 777
ſeſamuntes 777
ſeſto Phrynes cognomentum 386
ſetinus Deus 714
ſeuinus 403
ſexus diſparilitas unde ſit 101
Sibyllæ 466
ſibyllarũ numerus 606
ſica 403
ſicera 797
ſicula 403
ſicyon, q̃et Aegiale 305
ſiculorum mollis uictus
ſida quid 825 (169
ſigma q̃d 328
ſigmos quid 122
ſileni 547
ſileni, et Midæ congreſſus 484
ſileni, unde 417
ſilenorũ imagũculæ 428
ſilẽtij, et Sermõis præpcipua præcipua 337
ſilentij bonum 609
ſilentiũ i Iudicio q̃d 651
ſilli 417
ſimblæ 793
ſimbli 793
ſimblides 793
ſimblium Mel 793
ſimia 57
ſimodia 177
ſimonem Magum eẽ pro Deo habitum 714
ſimonidæ cõmonitio prudens 343
ſimulacrorum ſymbolica additamenta 255
ſinga 632
ſimulacra duo nobis proposita ad Veritatis diuinæ cõtẽplationẽ 700
ſine Corollario non recedere 856
ſir, Ciuitas 520
ſira 662
ſirenæ 662
ſiriaſis quid 806
ſiritis 167
ſirrum quid 520
ſirrus 520
ſiſacthea Athenienſium
ſiſymbria 790 (331
ſitis rõ duplex 798
ſmegmata manibus abluendis 772
ſocratis Dæmoniũ quale foret, ac cur dicæretur Deus 30
ſocratis Compreatio inſignis 186
ſocratis gratitudo 191
ſocratis ſententia de Veſtium ratione 345
ſocratis apophthegma de Alcibiadæ muneribus 607
ſocratis hiſtoria 603
ſocratis mirabilis natura 695
ſogdiorũ Iuuenũ admirabilis Animi Magnitudo 519
ſol an caleat 675
ſol cur Mũdi oculus 394
ſol inuiſibilis 441
ſol cur longius abeat à nobis 554
ſolaria 780
ſolem, ac Stellas non eſſe igneas, ex Ariſtotelis doctrina 678
ſolẽ eẽ inuiſibilis filij Dei imaginẽ uiſibilẽ 351
ſoleniſtæ 336
ſoles duos Terram non pati 673
ſoli conſueuiſſe animalia dicari 719
ſolis deſcriptio 674
ſolis magnitudo contra Epicurum 674
ſolis laudes præcipuæ 675
ſolis rõ ex Beſſariõe 678
ſolis inter Planetas locus 668
ſolis boues 721
ſolis menſa 806
ſolis ortus mirabilis 806
ſolœciſmum manu facere, quid 567
ſolonis hiſtoria 570
ſolſtitialis herba 806
ſolſtitialis morbus 806
ſomnia cur data Animantibus 749
ſomnia, quæ Coniectu-
ram ſubeant 749
ſomnia matutina cur Veriora 751
ſomnia an mittantur à Deo 752
ſomnia fatuorum, et mentiones eorundem 753
ſõnia melãcholicorũ 753
ſomnia quibuſdam nulla occurrere 754·757
ſomnia meticuloſa cur quãdoq; obueniãt 754
ſomnia Theopneuſta 756
ſomnia Phyſicæ 756
ſomnia additiuinãtia 756
ſomnia bonã indicantia cõplexionẽ, uel ſequiorem 756
ſomnia abluere q̃d 757
ſomniandi rõnes aliquot 839
ſomniandi cauſæ 749
ſomniandi ratio quid requirat 751
ſomniantes nihil 838
ſomniantes quidam cur ambulent 839
ſomniãtiũ motiones 753
ſomnuator 754
ſomni cauſæ 837·838· 839
ſomni ratio ex Peripatetica doctrina 836
ſomniculoſa Aſpis 754
ſõniculoſi cur ſint, q̃bus anguſtiores uenæ 132
ſomnu laus per exempla 751
ſomniorum diuinatio an ſit, ex Ariſtotele 752
ſomniorum ratio ex Democrito 753
ſomniorum certitudo in quibuſdã unde ſit 753
ſomniorũ ſpecies aliquot 754
ſomniorũ interpretes 754
ſomniorum ſpecies multæ 756
ſomnioſus 754
ſomnium minime dici quicquid occurſet per quietem 754
ſomno ubi fiat res diuina 757
ſomnolentiores cur ſimus hyeme 838
ſomnus attonitus qui 836
ſomnus an ſit ſenſuum omnium impotentia 836

ſoni cur noctu ſentiantur maiores 122
ſonus quo differat à uoce 538
ſonus quomodo illabatur auribus 539
Sophiſtæ 177·551
ſophoclis hiſtoria 593·bis
ſopor cur inter cogitandũ obrepat 132
ſopor ſtupidus 697
Soroadios Dæmon 28
ſorodæmones 28
ſortiẽdi mos p literas 726
Soſipolis quarõne ab Heleis habitus ſit Numinis uicæ 420
Sotades 177
Sphacælodes 718
ſpadonum uiſus cur oblædatur 391
ſpadices i Muſica qd 226
ſpadonum ratio 360
ſpartæ quæ comperiantur ſcitu digna 491
ſpartã fuiſſe alterũ Græciæ oculum 488
ſpartanæ Mulieres 354
ſpartani cur quandoq; dicti Ophiodiri 488
ſpartani in q̃bus fœde ſugillarentur 491
ſpartanorum magnanimitas 488
ſpartanorum ſacrificia prætenuia 632
ſpartanorũ mores 485 513
ſpartanorum ritus 354
ſpartanum breuiloquium 390
ſparte unde ſit nuncupata 488
ſpectacula an noxia moribus 208
ſpecula cur inuenta 404
ſpecularij 192
ſpeculi uicem an præſtare poſſit Mare apud Virgilium 404
ſpeculorum ratio ex Mathematica doctria 405
ſpeculorũ rõ breuis 71
ſpmatis rõ, ſeu uaſa Eiuſdẽ gnq; nũero, q̃ dicãtur Præparatoria 100
ſpes cẽ uelut ſomnia 552
ſphacælus 718
ſphecodes 718
ſphæræ quot ſint oĩno 16
ſphæram maximam eſſe Mundi oculum 20
ſphæras ſentire 20
ſphæria quid 692
ſphærus 8·718
ſphecodes Verſus 83
Sphinges 378
ſphinctæ 378
ſphondyli 75
ſphondylorũ meatus 82
ſphragidium 718
ſphragitides 90
Spira quid 434
Spiritum plura ſignificare 61
ſpũm corpa parare ad animæ ſuſceptionẽ 41
ſpũs aialis, Vitalis, naturalis ratio 61
ſpiritus ore lente emiſſus cur cælidus, aliter uero frigidus 702
ſpodius Apollo 612
ſporadici morbi 174
ſportulæ nuptiales 790
ſportulæ quid 332
ſportularũ cõuiuiũ 764
St ſilentij nota 328
ſtachane quid 647
ſtachis 492
ſtaſimon hymnus 112
Statera 254
ſtaterij paries, prouerbiũ 859
ſtathmi 516
ſtatio dcã ἐν φρέατι 271
ſtator unde dicatur 613
ſtatuarum luxus, & primordia 816
ſtellæ cum oriũtur, an accendantur 674
ſtellæ ſecundæ quæ intelligantur 70
ſtellæ in mundi cardinibus quatuor ex quarũ primis literis nomẽ cõflatur Adam 40
ſtellas item preces exaudire 20
ſtellas è Cælo labi an probabile ſit 284
ſterœris, ſeu Retrimenti tiæ fæculentiæ nomina plura 278
ſtereobatæ 195
ſternutamentorũ obſeruationes 687
ſternutamentũ dica quandoq; ominoſum 687
Stibadia 766
ſtigmatias cur dicatur Nicanor 197
ſtigmatiæ q̃ dicãtur 197
ſtigmatiæ 711
ſtigones 711
ſtilũ uertere qd 684
Stomachi ratio 90
Strabis natura cur mimeõntent ſe dupla 799
Stragula obuoluta ſeruari debere, quo ſenſu accipiendum 448
ſtrangulides quid 498
ſtrangulatorũ ratio 78
ſtratia Pallas cur 390
ſtratij quid 210
ſtratioticæ pecuniæ quæ ſint 210
ſtratonica Citharœdi hiſtoria iucunda 231
ſtrobilus 566
ſtropha 208
ſtrotæ 434
ſtructurarum ſpẽs 742
ſtruma quid 855
ſtrumam dibapho ueſtire, quid ſit 855
ſtrymõiæ Anguillæ 777
Stultorũ Theſaurus 856
ſtupor quid 697
ſtupor quibus ex cauſis proueniat 137
ſtuporis attoniti ſpẽs 137
ſtygiæ Paludis ratio 747
ſtygis aqua 702
Suadelæ ſacellum apud Sicyonios 305
ſub mãu, Prouerbiũ 857
ſubſellares quid 602
ſudor cur præcipue in facie ſeſe promat, & ſũp nis Corporum 134
ſudor cur ſe in pedibus promat, ubi trepidatio inoritur 134
ſudores q̃ bono ſint 133
ſudoris in frõte ratio 70
ſudoris frigidi rõ 133
ſudoris ſpecies 133
ſudorum ratio 110
ſues Chalari 712
ſues cur ſacri i Creta 711
ſues myſteriaci 712
ſuffertum qd apud Trãquillum 232
ſuilla uaticinia 367
ſuilla Caro multiplex in cõdimentorũ rõne 712
ſuilla uocabula plura 712
ſuillæ æternis præſtantia 712
ſulcus Aegypti Libyæ harẽas nõ curat 825
ſumanus 25
ſúmanus cur dicatur 272
ſummũ hominis bonum eſſe in Deo 110
ſummittere faſces q̃d 317
ſuperciliorum ratio 70
ſuperfluuitates, ſiue retrimenta quot excernantur modis 65
ſupiora i uiris cur Craſſiora, in fœminis cõtraria euenuant 12
ſuperna, & inferna in Animalibus quam habeant rationem 12
ſũp omnem Irim, Adagio quid ſit 632
ſuperſtitionum origo ex Aſtrologia 242
ſupplicandi ratio 409
ſupplicantes in Veſta. i. Lare ſolitos ſedere apd Priores 409
ſupplicorũ genera plura 257
ſupplicũ mos apud Perſas 409
ſupputatio per digytos 645
ſuſa cur dicantur 615
ſuturarum ratio 66
ſuturarũ capitis rõ 359
Sybaritarum luxus 166
ſyderũ Corpora quæ uiſuntur an planè ſint 17
ſyllabarij qui 738
ſyluarum præfecturam Conſulibus iniungi ſolitam 721
ſymbole 707·764
ſymbolum 764
ſympathia 664
ſymphaſis 458
ſynæcliæ 766
ſynanche 78
ſyncæraſtum 711
ſyncomiſteria 329
ſyncramatica ſõnia 756
ſynnymphi 790
ſyphar 225
ſyra 789
ſyrbe 712
ſyrembolum 748
ſyri an diſtinguantur ab Aſſyrijs 520
ſyriaſis 520
ſyrius Ros 712
ſyrorum mores 520
ſyrorum olera multa, Prouerbium quam habeat rationem 712
ſyrus inſula, & locatitẽ alia nomine eodẽ, aut propinqua, item q̃ uocabula plura confinia, uti ſunt Saritæ, Saronides, Sara, Sarus, Saros, Saronia, Schidia, Epiſchidion 384
Tabulæ accepti et Expenſi 332
tabulæ nouæ 331
tabularij 164
tactica qui ſint 602
tæniæ 529
tægeniæ 777
tala Arbor 517
talarus cur diceretur Philoſophorum Muſeum à Timone 417
talionis, ſiue Repaſſi ratio 650
talorum figuræ, ac numeri 571
tantali ratio allegorica 492
Tapetes 434
tapyrorum mores 514
tarentinorũ luxus 167·344
tarichopolæ 356
tarichopoleum 356
tartarum dici de humano corpore propter Gulam 167
tauri Aethiopici 348·439
tauri pro Oenochois 776
tauri cur irritentur Phœniceis ueſtibus 441
taurinus ſanguis cur Letalis 383
taurũ Europæ fuiſſe nauem 441
taurus in pudendorum parte 83
taurus cur dicatur Bacchus, item Tauropha-gus 175
Taxilitarum mores 519
Tegyra Ciuitas 117
tela Remenſis 509
telamon quid 256
telephi hiſtoria 623
telephia uulnera 534
telephyllos 529
telesphorus 310
telete quid 310
telia quid 142
telos quid 310
temperantiæ nomen quã late pateat 165
temperantiam cur dicãt Sophroſynẽ Græa 165

templarij qui intelligantur 714
tẽporũ uarietas ex emersu fixarũ ſtellarũ, aut ortuſu q̃ aſſignetur à rei ruſticæ Doctoribus, et nauticæ 381
tẽporũ diſtinctio ex Aſtronomis, & Medicis 835
teneditarũ uenuſtas 672
tenellus i Muſica qd 123
Terei hiſtoria 511
ternarij ratio 620
terniſtratores 34
terræ Cauitates 725
terræ ſimulacrũ 748
Terræ nomen haud quaq̃ eſſe uile 10
terræ forma 5
terræ epitheta aliquot 409
terræ filij q̃ dicãtur 573
terram dea improbitatis prouinciam 2
terram eſſe Mundi chorum medium 20
terram cur dixerit Plato Deam 20
terram Anima, & ſenſu eſſe præditam, ex Platonis doctrina 20
terrã hẽri continentẽ extra orbẽ noſtrũ, deq; Ciuitatibus in ea, & Hominum moribus 484
terreſtre tonitru 855
tertiata uerba 536
Teſſaracoſton feſtũ 762
teſſaracoſton tempus 762
teſſenarij 494
teſſerarum inuentio 562
teſticuli muliebres 88
teſtium ratio præſtantiſſima 85
teſtudinis caro 255
tetradiſtæ qui 552
tetragonus Vir q 500
tetrapus quid 216
tettigophori cur Athenienſes 315
tettix 150
Teuthidi ſimilis 688
teuthis quid 688
Thales cur nuptias recuſarit 786
thallophori 319
thallos 319
thalyſia quid 319
thalami oculorum 311
thamyris cur dicatur à Muſis excæcatus in fabulis 493
thargelia feſta 482
thargelia Regina 482
thargelio mẽſis q̃ ſit 482
thargelionis die ſextũ fuiſſe græcis feliciſſimũ 482
thargelus olla 482
Thebanorũ in tibijs præſtantia 229
thebanorũ uitupatio 229
thema Trapezitarũ 254
thematiſmus 254
themiſtoclis hiſtoria 570
themiſtoclis mors 383
Themiſtoclis dictum de Arte Memoriæ 558
theodori placita de Voluptate 376
theogamia feſta 731
theologiæ gña tria 32
theologiam cur ſpreuerit Ptolemæus 726
theos unde dicatur 612
therapnæ aræ 272
theori 210
theriaca q̃ ſit, & uñ nomẽclaturã ſdepta 148
theoricæ pecuniæ 210
theoris 210
therapia 711
thericlia 763
therſites 600
theſaurũ condendis pecunijs quis ſtruxerit primus 570
theſei petra 87
theſei honores Athenis 185
theſeis quid 185
theſpienſes 610
theſſala perfidia 244
theſſalæ alæ 244
theſſalica portio quæ dicatur 244
theſſalus equitatus 244
theſæ 705
thetes 705
thiaſus 764
thirus uulgo qui dicatur quinam intelligi omnino debeat 148
thoë aĩal eſſe Hoĩ præcipue amicum 657
tholus quid 363
thracum mores 511
thracum mulieres 365
thracum uinolẽtia 776
thraſybulus Vates 367
thria quid 66
thriæ unde dicantur 495
thriſæ 499
thrombi, quid 383
thronon quid 430
thucydidis laus 348
thya feſtum 420
thyeſtis ſepulchrum dicitur. 773
thymele 208
thymelici 208
thynnæũ ſacrum 777
thyrſus 790
thyſani 434
thyſia qd proprie 307
thythæ 712
thyſthla 790
thytici libri 754
tibarenorum ritus 516
tiberiadis mare 726
tibiæ 226
tibiæ inuentor 757
tibiarum ſpecies 229
tichophylaces 742
tilæ quid 122
timothei hiſtoria 241. 570
timothei ſnia de Vtilitate Victus frugi 430
tintinabulorum antiquitas 535
tiphonis hiſtoria 124
tireſiæ oraculum 218
tirynthi mœnia 570
titan cur Solis frater 679
titania aſtra cur 679
titanes qui 174
titi Colũbi, cur 232
T. Liuij laus 792
titormi Buſe quæ robur 606
titthenidia 766
tityrus quid 705
tityrus qd, et unde 547
Tondendi ſpecies 185
torma 441
tormarches 441
tormẽnum ratio 719
toxicum unde 644
toxotæ miniſtri 706
tradux quid 204
tragaſæus quid 680
tragaſæus Sal 777
tragicæ facies q̃ ſit apud Ariſtotelem 402
tragomaſchalos 680
tranſitoriũ forum 781
trapeza 780
trapezia 244
trapezophorus apud Ciceronẽ in Epiſtolis familiaribus qui ſit, præter oĩum ſniam 172
traſippium 197
trepterius 185
tribunos Capitalia uindicaſſe, Sontium ſerua ſe uincula, pecuniam ſignaſſe. 709
tricæ 499
trichaices 499
triches pro Capillis, & inde corrinata nonnulla 499
trichia 499
trichiæ 499
trichides 499
trichina 499
tricliniorum appellationes 764
triembolum quid 620
trigon 328
trigonum forum 773
trinitatis diuinæ ratio ex Platone 441
trinitatis myſterium in Cælo 21
triobolum 621
triorches cognomẽtũ 666
tripodes Vulcani, et Dædali 704
tripodis notiones plures 216
tripolos terra. i. tertiata 789
tripos Delphicus fuerit ne Vas an qd aliud 216
triptolemi præcepta 354
tripus Dionyſij 175
tritagoniſtes 762
tritogenia 561
tritto pro Capite 561
triuium 781
trophæa prima ex olea 319
trophæa Macedonibus cõſtituere, fuiſſe nefas 629
troximi 346
tryga cur dicant uinum 793
trygodæmones 28
trygon cur dicatur 75
tryſſare quid 75
Tullianum 460
tulliolæ Ciceronis hiſtoria præcipue admirabilis 68
turanius 279
turrium ratio 742
tutanus 714
tutilina 714
tutulus 714
tylæ 577
tymbades 607
tymbalus 607
typhon qui 174
typos 567
tyrannos raro conſeneſcere, Amicorum inopia potius q̃ auri 631
tyronũ togæ candidæ 388
tyrotarichum 356
tyrbe 567
tyrrhenorum in artibus præſtantia 152
tyrrhẽorũ mulieres 378

Vacuũ in mundo eſſe non poſſe 9
uacuum an eſſe extra Mundum poſſit 9
uafricia quorundam Vrbana 288
ualeria Lupa 349
uarus pergæus 567
uaſa figlina ſubigi Aromatibus ſolita 769
uaſati q̃ dicantur 769
uaſorũ noĩa plura 769
uaticania ex Piſcibus 192
uaticania ex Cane, et Sue 367
uatieni hiſtoria 156
uatinij hiſtoria 855
Verum ratio, & partium uocabula 82
Vectiarius quid 573
uectis ferreus 573
uegetatrices Animæ munus triplex 43
uenarum rõ, et origo 61
uenarũ anguſtiæ cur ſõni fuſioris cauſa ſint 132
ueneni rõ pulchra 521
uenerẽ Vraniã q̃ colluerint primi 639
ueneri cur iungatur Mercurius 799
ueneris ſimulacrum triplex Thebis, Vrãiæ, Pãdẽi, Apoſtrophiæ 376
ueneris ſtatua mobilis 704
ueneris cultus, & cognomẽta plura 821
ueneti belli hiſtoria 105
uenox unde dicatur 668
uentorũ finalis rõ 564
uẽtorũ materialis cã 564
uentorũ ſpẽs aliquot 566
uentrẽ nõ hẽre qd 718
uentri Concœnes 718
uentris partes, ac uocabula 83
uẽtũ diſtare à flatu 564
uẽtus Pleiſthus q̃ ſit 566
uenus Armata 500
uenus cur uecteretur Paſſeribus 376
uenus Calua quam habeat rationem 500

uenus Vrania 500
uēus dcā Pādemus 500
uenus Testudinem premens, & Hircū 499
uenus duplex 639
uēus dicta Morpho 821
Vepenis 83
uerba tertiata q̄ sint 538
uerbis an insit Vlla uis 438
uerbis barbaricis cur uterentur plerūq; in sacris Veteres 438
ueris noīe intelligi uarie indutes 430
uermis appellatiōe quid à Theologis intelligatur Cap. XIIII. 268
uersus Acephali 83
uersus Lagari 83
uersus Myuri 83
uersus Procœlij 83
uersus Sphecodes 83
ueſicæ rō, et affectiōes 98
ueſta Dea 406
ueſta uñ iflectatur 408
ueſta cur dicatur 409
ueſtæ notiōes plures 408
Veſtales Virgines 406
ueſtimēta initiatorū 430
ueſtitus quam esse rationem deceat 430
Veſtium delitias, et simulatum contemptum esse ſuperbiæ indicia 345
ueſtium repoſitoria 430
ueſtiū genera plura 432 434
ueternum quid 281
Victrij Serui q̄ sint 710
uictimarū probatio 307
uictoria nobiliſſima quæ ſit 734
uidendi ratio quæ, & quot exigat 394
uidēdi rō p lineas 633
uidendi ratio breuis 71
uideri nihil ſine luce 458
uidi liquores qui 472
uidularia 85
uidulus 85
uilli, quid 64
uinalia duplicia 792
uinaria uaſa nomen seruantia 776
uindiciæ ſecundum libertatem, uel Seruitutem apud T. Liuium 480
uini nocumenta, et Vſus 794
uini Thæſpij proprietas 802
uini Symphōiæ tres 802
uini odoris præſtantia 799
uini ſapores diuerſi unde ſint 800
uini arcadici mira natura 800
uini nimietatem facilius concoqui, q̄ ubi 795
uini nigri inuentio 743
uini laus 860
uini ordeacei proprium 188
uini apud Græcos ſpecies 344
uini Vtilitas 344
uini fœcem eſſe illius robur 793
uini coládi i probatio 793
uini proprietas 853
uino aquam quis miſcuerit primus 175
uino quæ mulieres abſtinuerint 776
uino quandoq; uiolas induca 802
uinolentis cur dupla ſe oſtentent obiecta 799
uinum cur à Græcis dicatur ὄινος 344
uinum à muſto quo differat 801
uinum Achaicum 802
uinū aquoſū qđ ſit 799
uinum oligophorū, et Polyphorum, & Vinoſum, ac Caroticū 799
uinū dari ſolitum Iumētis, et Arboribus 799
uinū qua rōne ætati impetiendū cuilibet 795
uinum meracius uiolas concinnare, et inde mortem 795·797
uinum medium cur optimum 792
uinum cur dicant Tryga 793
uinum an recte dicamus caſtratum 793
uipæ natura 144·148
uiperæ ptus quam hēat rationem ex Ariſtotele, ac Plinio 148·658
uiperæ hiſtoria pulchra 521
uirgæ aptæ Poemata quæ intelligantur apud Scientiſſimos 192
Virgarum apud Veteres uſus eximius, i ſacris, et uaticinijs 192
uirgas in Dracones an potuerint Dæmones mutare 193
uirgilianæ æneidos ſenſus allegoricus extra q̄ opinati ſint Alij 155
uirgilij laus exq̄ſita 160
uirgilium habere allegorias qua probetur ratione potiſſimum 158
uirgilius recte dicatur, an Vergilius, ſicuti uiſum Doctioribus ē 160
uirginitatis laus 782
uirgo Cæleſte ſignū 520
uiri hyeme cur Veneris auidiores 373
uiriculum 746
uirtus Aialis, Naturalis, Vitalis, ex Auicēna 44
uirtutum elementa eē duo 263
uirum bonum cur dicamus Tetragonum, & Quadrangulum 500
uiſui perficiendo neceſſarium uideri Igneum ſplendorem 403
uiſus cur oblædatur Spadonibus, & frequenter cœuntibus 392
uiſus an ſine aere intermedio perfici poſſit 9
uiſus qua ratiōe fiat ex Platonis doctrina 403
uiſus ratio ex peripatetica doctrina 403
uitæ Actiuæ, ac Cōtemplatiuæ cōparatio 701
uitæ genera tria 734
uitæ breuioris, ac longioris ratio 101·578
uitā eē Vigliā 559·839
uites compluuiatæ 204
uites Characatæ 204
uites in Aſia haberi prohibitas Domitiano Imperatore 559
uites pedatæ 204
uitia extrinſecus inuehi 139
uitium honor in Romanorum ſupplicio 743
uitumnus Deus 714
uiuendi metā quam ſtatuant Pleriq; 544
uixiſſe nonnullos ſ Cibo 353
Vlos quid 123
Vmbilici notiones aliquot 413
umbilici nodos præſagium habere 83
umbilico Infantes nutriri 413
umbilicū attingentia uocabula plura 413
umbilicus, & circūiecta rū ptiū uocabula 82
umbilicus, ſiue Gnomon 318
umbilicus terrarū 411
umbræ uagātur, de q̄bus dicō ſueuerit 733·734
umbrā ſuā metiri 736
umbram ſuam metuere, quid 732
umbricæ cœnæ 169
Vnguenta 767
unum q̄dē, ſed Leonē, Paræmia 812
Vocabula plura ad ea, quæ geſtantur, pertinentia 537
uocis acutæ ratio 536
uocis figura triplex 227
uocis magnæ ratio, & paruæ 536
uocis item rationes aliquot 538
uocum in auibus differentiæ 818
uolſi Ludij 403
uoluptarij cuiuſdam dictum quo pacto reperciſſerit Crates 238
uoluptas quo differat à lætitia, & gaudio 236
uoluptas, Guſtus, & Tactus 376
uoluptatem non eſſe bonum 236
uoluptates qui maxime amplexentur 236
uoluptatis gñatria 169
uoluptatis noīe Corpori nil indulgendum 584
uolutatio in Cœno apud Plinium quo pacto ſcienter intelligenda 188
uomentes qui dicantur, 58 bis
uomitores 773
uomitus 773
uomitus ratio 58
uotū q̄nq; rebus pficiī 87
uox intro delata cur melius audiatur, q̄ è diuerſo 122
uox dendryazuſa 227
uox quo differat à Sono 538 (838
uox hyeme cur grauior
uox Somnolentorum cur grauior 838
Vranæ Venæ 98
urania Venus 376
uranos unde dicatur 21
ureteres Venæ 98
urſæ uafricia 713
urſas dici quandoq; Puellas 730
urſi manus cur Cæteris partibus ſuauior 730
uteri muliebris rō 101
uteri uocabula, & partes 101
Vulcani tēplū apud Aetnam admirabile 659
Vulcanus 446
uulpio 527
uulpis fraus 527
ulturij Paludati 220
ulturij togati cur dicantur Cauſidici apud Eruditos 220
ulturum hiſtoria 220
ulturū odoratus 220
Vxor cuiuſmodi ſit ducenda 784
uxorē q̄ dimiſerint 785
uxoria uocabula 790
uxoriæ icōmoditates 783
uxoris ducendæ ritus uarij 784
uxoris ducēdæ ætas 787

Xanthi duo 549
Xeni qui 491
xenocrates 275
xenocratis hiſtoria 460
xenophanes 351
Xoana 321
Xylocymba 66
xylolychnuchi 152
xyloſis 705
xyſtici ludi 590
xyſtus, & inde orriuata 590

Zaleucus Legum lator 504·609
Zamolxidis doctria 165
Zanes quid 321
Zenonis hiſtoria 337
Zeta 328
Zetetæ 328
Zetrea 717
Zoanes quid 321
Zoilus 608
Zonæ appellatione quid itelligerēt Veteres 628
Zoophyta 833
Zoſteria pallas 628

FINIS.

BIBLIOTHEQUE PUBLIQUE ORLÉANS

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANTIQVARVM LIBER VNVS, QVI PRIMVS.

EXORDIENDI RATIO.

BIBLIOTHEQUE PUBLIQUE ORLEANS

PLATO Philoſophiæ pater, & diuinioris ſcientiæ author longe clariſimus, in libro de mundi cõſtitutione ſcriptum reliquit, oẽs qui modo mente conſtent, in rei cuiuſlibet exordio ad numinis opem decurrere conſueuiſſe. Sed & alibi epiſtola quadam, in omnibus, inquit, quæ uel dicimus, uel cogitamus, a` Deo ducẽda initia ſunt. & rectiſſime id quidem, Quoniam, ut tragici cothurni princeps Sophocles prodit, Principium rectum comparitẽ cõſequitur finis. propterea felicius auſpicaturis argumẽtum, mox futurum publico bono, inuocandus eſt omnium Pater, quo prætermiſſo, ſicuti comprobat in philoſophica cõſolatione etiam Boetius, nullum rite fundatur exordium. Siquidem eſt uita quædam una, Regina unius mundani corporis, potẽtia, ſapientia, bonitate præcellens, Mundi magnitudinem ſingulari prouidentiæ munere ab initio, & continue perducens ad optimum. hanc eſſe ſummum, & principem Deum conſtanter aſſerimus. de quo diuine cecinit Orpheus, πάντων γενέθλ', ἀρχὴ πάντων, πάντωντε τελευτή. hunc eſſe uniuerſorum patrem confeſſus, originem'q; ac deniq; finem. Ad hunc in arcto conſtituti, tanquam in harenã defugimus. huic inuiſum nihil, nihil inauditum. Oĩa ſumma ſapiẽtia, & inenarrabili ꝓſilio diſtributa librantur, reguntur'q;. Quod ipſum nec Orpheus idem ignoraſſe uidetur eo uerſiculo, qui aug[illegible]iſſimam naturam omnia introſpicere, atq; audire, ac diſpenſare profatur, πάντ' ἐσορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ πάντα φραζέεις. Nec me fallit, uideri eundem tribus illis nominibus, conſilio, Luce, Vita, Trinitatem etiam præmonſtraſſe quodãmodo. Equidem ita ſentio, ut ſe habet uiſus ad ſolis lumẽ, Ita prorſum habere hominis ingeniũ, ac rõnem ad diuinæ bonitatis radiũ. Proinde abſq; illius illuſtriore lumine nil facile a` nobis animaduerti, aut cognoſci. ipſa qppe gratia diuina illuminatio eſt. & ipſa do[illegible]gratiæ lumina ſunt, illuminantia eos: qui eius ſunt participes. Quin gratia omnis ab uno profluit fonte. & illuminatio omnis ab lumĩe uno. Multi utiq; radii ſunt, ſed lumen unum. Spargit ſe quoq; lumen unũ, ut multos illuminet. Lucent illuminati multi, nec tamen uidetur, niſi lumen unum. Et fiunt lumen unum in lumine uno. ita unum ſe bonum multis præbet participãdum: ut cum illo coaleſcentes unũ ſint, Qui unã ducunt ex illo ſimilitudinem. Propterea Theologorum ueterũ pleroſq; ſcimus ingenio perſpicaciſſimo, Bonitatem in centro, pulchritudinem in circulo collocatã tradidiſſe. Nam Centri nomine Deum eſſe intelligendum, prudẽtioribus inſinuarũt. Circulos uero in ambitu aſſidue circumactos Mentem ſignificare, Animam item, ac naturã, & materiam. Id quod Plotino placuit imprimis. Siquidem Deus omnibus ineſt unus penitus ſimplex, ac immobilis. Omnia uero indidem emanantia aliquo modo cõpoſita, ac motus nõ inſcia. Immo uero ſicuti ꝓfluũt ab eo, ita refluũt in eundẽ, ut in Circulo lineæ. Deus itaq; Centrum omnium. Vnitas ſimpliciſſima. Actus puriſſimus ſeſe inſerit uniuerſis. nec præſens modo eſt, uerum & omnibus a` ſe creatis potentiam aliquam intimam, ſimpliciſſimam, præſtantiſſimam indidit, Quam rerum uocant unitatem, a` qua propendent omnia, & ad eandem redeunt, caligant'q; prius, quam ſuo inhæſerint creatori. Igitur bonitas quidem rerum omnium ipſe deus, per quem cuncta ſunt bona. pulchritudo autẽ eſt Dei radius. a` quo quia rerum omnium ſpecies effinguntur, rurſum'q; ab eo, ut luminũ patre, deſcendit datum omne optimum, & omne donum perfectum: qua poſſumus Mẽtis puritate, immo uero illa ipſa unitate, quã uocãt Mentis caput, & florẽ quoq;, ſicuti Zoroaſter. qua ſola ſuper animæ, mentis'q; proprietatem extãte, putat Iamblichus inter Academicos cognomẽto diuinus, & ſacerdos magnus, Vnitatem poſſe attingi, abiuncta paululum oneroſa hac corporis ſarcina, quoniam nunquam nos uerecundiores eſſe addecet, q̃ ubi de Deo, uel cum deo agitur, integre, ſyncereiter ſancte, ſuppliciter ipſum hũc omnia ſupereminentem, infinitum, inenarrabilem, maieſta[illegible]guſtiſſimum, ſplendore mican/

tiſſimum, Virtute incomprehẽſibilem tãtæ rei exordio: Cui ſumus genuina impares debilitate, ſic apprecemur uenerabundi. Quando & clariſſimus medicæ ſcientiæ ſcriptor Auicenna etiã ſi falſis exancillatus ſacris, maximi operis, & conquiſiti exordio diuinitati gratias agendo, auſpicatius ſe tantarum rerum initia ducturum, eſt opinatus. Qui cuncta inenarrabili bonitate producis, totius rerum naturę cauſa, & origo initialis. Qui ſapientia infinita, & prouidẽtia perſpicaciſſima regis, roboras, uiuificas, lenis, mulces, excitas'q; Summe Animorum pater, Animantum ſoſpitator, Iuſtitiæ fons perennis, ſuper omnem conſtitute mentis captum. Tibi ſoli cognite, & cui ſe largius uaſtiſſima tuæ clemẽtiæ flumina infudere. Vita totum, quod eſt in me, ſalua, Lux totum illumina. Verbum tuũ me regat. Sapientia emendet. Spiritus creator repleat. accendat amoris ignem. ſenſus colluſtret, infirma noſtri corporis uirtute firmans perpeti. Tu qui ſolus trinus, unus es Deus, benedictionem a` me non ſeuocaris, adiuua benigne, miſerere ampliter, Da tuæ maieſtatis idolo, Quoniã in nullo falli, diuinũ eſt. primum qdẽ in uoluntate acquieſcat tua. Deinde, ut quæ mox dicentur, tibi placeãt omnia. Laudes tuas recinant. Quãdo es author omniũ, & ſine te cimmeriis offuſi tenebris caligamus altius. Studioſorum deſeruiant emolumẽtis: Qui & facile aſſequantur: Quæ uaria nobis, te illuſtrante, lectio ſuggeſſerit. Ipſe uero qui diu iam hoc uoluto ſaxum, & incudem eandem interdiu, noctu'q; tundo, ex mentis propoſito totum opus tranſigam, mihi'q; ipſi conſtem perpetuo, ex umbratili nunc primum meditatione in pulucrem prodiens, & forenſem, ut ſic dixerim, aciem.

¶ Quo pacto Mundus ſit congeries malorum, & Terra improbitatis prouincia, cum multi Deum eſſe Mundum dicant, Et Moyſes quoq; ac Sanctæ literæ miris efferant laudibus. Caput Primum.

Quoniam uero ab Dei maieſtate immenſa, & inenarrabili recte, ſicuti dicuit, auſpicati ſumus, quando & initiis omnibus ueteres præfari ſolitos, Pauſanias ſcribit, captandi gratia ominis boni, θεός, θεός. quod Aelius quoq; cõprobat Dionyſius, non inſcite opinor, nec improſpere, aut quod ille ait, inſubide, primum operis inſtituti caput Mundo dicabitur. Quem in libro de uniuerſi natura Plato Deum beatum appellare nõ dubitauit. Animam quoq;, ut Plotinus interpretatur, ab Opifice bono ideo eſſe traditam, prodens, ut Mũdus poſſet intellectualis euadere. quod quidem neceſſarium fuerat. Sed citra animã inquit, id uero effici non poterat. Verum ante hos longe in ſermone, qui Pimander inſcribitur, Mercurius nil, inquit, eorũ, quæ in mundo ſunt, interit: Si enim ſecundus eſt Deus ipſe Mundus, nec non immortale uiuens: impoſſibile eſt, immortalis animantis partem aliquam interire. Quæcunq; mundo inſunt, Mundi ſunt membra, Homo præſertim, animal rationale. Primus omnium uere ſempiternus, immortalis, ingenit⁹ eſt Deus, omniũ author. Secundus uero deinde ad illius imaginem Mundus, ſemperuiuens, non ſempiternus. nam quod ſempiternum eſt, ab altero factum non eſt. Quinimmo in naturalis hiſtoriæ initio Plynius, Mundum credi numen, par eſſe putat, ſed æternum, immenſum, ingenitum, nec interiturum unquam. Cæterum quod fatendum ſit, Ego quidem non utiq; Mundum, ut Deum contenderim eſſe uenerandum. At uero tanquam inenarrabile ſummi Dei opus ſuſpiciendum, facile cenſuerim, & glorioſam conſtructionem, etiam ſi ſomniantis hoc putat Epicurus, non philoſophantis, qui'q; ne primoribus quidẽ labiis phyſiologiam guſtarit, ideſt naturæ rationem. Bonum item, multiformi imaginum uarietate diſtinctum, concinnatum'q;, nec non circunflexu complectentem, quicquid ueneratio-nem, laudem, amorem, pulchritudinis excellentia, aut dignitatis amplitudine cumulatũ parere poteſt. Nec enim fruſtra in libro Veritatis & uitæ Moyſes ait, nunc ſingula in mundo bona, nunc cuncta ualde bona ex artifice ſummo propagata. nam nec aliorſum pronũtiatum & illud, Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius adnuntiat firmamentum. Ita profecto eſt, Magnitudo exquiſitiſſimi, nec laudati unquam pro dignitate operis, necnon late patens uis, & motus mirabilem opificis præſefert potentiam. Diſpoſitio uero excultiſſima mirificam oſtentat ſapientiam. Vſus uero ad optimum ubiq; conducẽs

latius

latius exuberantẽ nobis ingerit bonitatẽ. Proinde ſummi Platonici uniuerſum hoc, ceu augu[illegible]m Dei ſtatuam eximie uenerati ſunt. Et quæ in eo cæteris maieſtate naturæ præſtare ui[illegible]entur, tanquam Idearum, ut ipſi uolũt, certiora ſimulacra. Cæterum in tanta rerum gloria quonã pacto id diſſimulauerim, quod in ueteris theologiæ libris uideor leciſſe? Ipſum hũc, quem tantopere admiramur, Mundum malorũ appellari congeriem. Terram uero eadem inſectatione improbitatis prouinciam dici. Quod & uulgo ita ſubinde iactatur, ut plane Adagii uicem obtineat. Nam ab Platone quoq; dictum eſt in libro de ſcientia, Mala omnino deleri nõ poſſe, Verum ea neceſſario euenire, nec tamen apud Deos eſſe, Sed apud mortalem naturam, inferioremq; hunc locum aſſidue circumuolui. Hoc tam diſſentaneum, tamq; pugnãs, ſic tamen antiquorum rationibus confouere, atq; tueri poſſumus. Bonum in uno tantum Deo eſt. Immo ipſum bonum Deus ipſe ſemper. Cum bonũ dicimus, Bonũ id, quod omnia continet bona, & quod bonũ ſemp, intellige. Hoc uero uni adeſt Deo, nullius unquam inopi iniuriæ non obnoxio, qua præcipitetur in iram. Numen eius late dominatur. Nil eo ſapientius. Sicuti uero malorum nullum ineſt illi, ita nuſquam alibi reperias bonum, ne in ipſo quidem mundo, qui utique paſſionibus genita replet. Vt pertrito ſcholis uerbo interim citra Sciolorum morſum utamur. Nam & generatio ab paſſione non ſequeſtratur. Vbi autem paſſio, nullo modo bonum. Vbi bonum, non habet ibi locum paſſio. Sicuti uero materiæ omnium conceſſa eſt participatio, Ita & boni participatione mundus bonus. Bonus inquam, quatenus & ipſe omnium effector. At minime in aliis bonus, paſſibilitatis, & motus ratiõe. nuſquam in eo pulchrum compereris, nuſquam bonum. Siquidem, quæ modo titillant ſenſus, ſimulacra ſunt, & miraculorum uanitas. Ipſa quippe natura, uitáq; Mũdi, ut placuit Plotino, quaſi Maga, imagines ipſius boni, ueri, pulchri ubiq; fingit, uelut eſcas, quibus animas huic mundo per auaritiam, uoluptatem, inanem gloriam mancipatas fallit. Deũ cogita, circa pulchritudinẽ demũ uerſaberis. Certe libro octauo Enneadis qrtæ de Animæ deſcenſu in corpora, Plotinus idem conſtanter aſſeruit, ſenſibile totũ a Platone cõtemni, & cõmercium animæ cum corpore damnari, qui & arcanum illud ueneratur oraculum, quo traditur, animam hic in cuſtodia quadam, & carcere diſtineri. Quin inquit, Spelũca apud Platonem, ſicut & antrum apud Empedoclem, uniuerſum hoc nobis ſignificat. Solutionem e uinculis, & ex ſpelunca aſcenſum, ipſam accipi puto, Animæ ad intelligibile progreſſionem. Adde quod ubi Plato ait, mala in mortali natura uerſari, id exponens Plotinus, eſſe inquit, neceſſario aliquid ſubcontrarium bono, ideſt ſub boni imperio collocari aliquid, ab eo maxime diſtans, ac penitus diſſimillimum, ideſt infimam mundi materiam. hoc autem loco monendi ſumus, Cõtrarietatem ab hoc philoſopho, ut eius doctrinæ ſtudioſis placere animaduerto, accipi, non repugnantiam duarum in eodem genere qualitatum, Sed diſtantiam rerum undiq; maximam, oppoſita facientem, ferentemq;. Quo modo eſt materia ſubcõtraria Deo. Hæc nãq; eſſentia nõ eſt. Ille uero eſſentiæ principiũ. Hæc malorum origo, Ille bonorum. Salus una, uia item una: Pietas cognitioni adnexa. Tunc humana mens recta concipit, & meditatur: ubi ab principe natura infuſum excepe/rit radium. Quod ſi immundorum ſpirituum aſſilata prauitate ſubdiderit colla iugo, ſuc/creſcunt inde, progerminantq; adulteria, ſtupra, homicidia, id genus alia complura.

¶ Humana natura aſtruitur non uilis, nec contemnenda. Hominis cauſa omnia eſſe a Deo quodãmodo producta. Hominem futurum fuiſſe immortalem, ſi non peccaſſet.

Caput II.

Æterum poſteaquam huc prouecti ſumus, ut rationalis naturæ gradum oſtendere aliquo modo uideri poſſimus humilem, infauſtum, & nullo fere
c cum cæleſtibus cõmunicatu, cum illic uiuacitas ſit æterna, & indefecta, hic caduca, & ſubſiciua ingenia. præſto ſit & mira ſublimitas tanta faſtigii intercapedine interuallata ab infimis. Putemur interim Oratorio more, Hominis patrocinium ſuſcepiſſe, aut certe Academicorum Scholas ingreſſi Opinationes illorũ interdum amplexari, Qui ueriſimilitudinem captantes, & inde Sceptici nuncupati nil omnino aſtruebant. Enitamur ergo iam hinc promere, Quæ hominem, & illius Terrenũ

locum faciãt auguſtiorem ſuo metiẽtes omnia modulo, &, ut Pindarus inquit, κατ' ἀὐτὰ, ut ſimul Plynio occurramus, tradenti, Hominem nõ ideo eſſe proximum Deo genitum, ut uilitate iuxta belluas eſſet, uclut Suillæ nari aureum plane inſertarit annulum Deus. Simul etiam Platonicis ſatiſfaciamus, A quibus proditum ſcimus, Mundi partem, quæ ſupra lunam ſit conſtituta, eſſe mutatiõis neſciam, genuina luce perſpicuam, perpetua tranquillitate beatam, dicíq; agentem, quoniam, quæ hic ſunt, cæli uultibus, ut ſic dicam, ſint obnoxia. At infra Lunam diuerſa omnia. Vbi ſit uitæ, mortisq; collimitiũ, tumultuentur elementa, cooriãtur procellæ, Omnia quodammodo præcipitentur in interitum. Ideóq; recte Patiens mundi portio cenſeatur, Immo uero inferorum locus, Quoniã animæ malum ſit, ad materiam ſe deflectere, quam in Theetheto nominat Plato diſſimilitudinis regionẽ, hoc eſt diuinitati undiq; diſſimillimam. Dicatur & Lethæus, ſed profundus: & terræ tartara, in quæ anima deiecta, in cœnum creditur corruiſſe tenebroſum. Mors inquiũt, animæ eſt, dum corpore mergitur, in materiã labi, ipſaq; repleri. quod ſi ſuſpectet nuſq;, ſed in cœnum identidem reuoluatur, etiam inde fieri, ut apud inferos dicatur dormitare. At ſi ueritatem, reiecta omni ueſica, & ambitionis tumore paulum compreſſo, amplius libeat perpendere, Comperiemus primum, quicquid eſt naturæ corporeæ, hominis cauſa eſſe productum. Nam quis neſciat, elemẽtorum illuc rationem ſpectare, ut inde compoſita effingantur? Cõpoſita uero inanima non'ne propter animata, ut imperfecta propter perfecta? Plantæ utiq; animalibus deſeruiunt: At hæc, immo uero omnia ſimul humanis uſibus ſunt deſtinata. Sed quid in humili uerſamur? cur nõ ſurrigimur? & quæ tam miranda uidentur, nobis item obſequium præſtare comprobamus? Expende radiantis Deos, ut inquit Apuleius, quibus cæli chorum comptum, & coronatum ſuda tempeſtate uiſimus, pictis noctibus, ſeuera gratia, toruo decore. ſuſpice inquam in hoc perfectiſſimo Mundi, ut ait Ennius, Clypeo miris fulgoribus uariata cælamina: quorum ex aſſuetudine ſpẽm qũq; mirari deſinimus. nõ'ne noſtris emolumẽtis iſta deſtinantur? Mihi certe ita compertum, quantumuis illa inenarrabili ſint ordine diſtincta, quantumuis dignitate humanum captum excedentia, tamen quodammodo propter hominem uideri creata. Quod ſi ceruicoſior aliquis etiamnum putat irridendum, Apio, quod dicitur, uix ſatis inſpecto, uelut Palladi felem coaptare cõnitamur, audiat quæſo patienter, quæ in ſanctis literis obſeruata ſub notanda cẽſuimus. ſic uero Deuteronomi cap. quarto legimus, Ne forte oculis eleuatis in cælũ, Solem uideas, & lunam, & omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea, et colas, Quæ creauit Deus tuus in miniſterium cũctis gentibus. Homo itaq; in mundi meditullio conſtitutus, ueluti Rex plane, dominusq; cunctorum, huc illuc porrectis, expanſisq; potestatis ſuæ uiribus, fruitur omnibus, omnibus imperat. id non ſacris modo literis celeberrimum eſt, ſed dictat ratio, & rerum ordo mirus. Id uero imperium, ac regimen ex prudentia eſt, quæ propria cenſetur hominis, In quo uirtus ea generalis eſt, Cum in Brutis per partes uideatur, Sicuti in Aranea ad contexendam telam. quamobrem iure homini ſubiiciuntur. Confirmat hæc, ut de Plynio interim ſileam, Mercurii authoritas, qui diuiniſſime multa quidem, ſed & illud peruidit. Pater inquit, omnium intellectus, hominem ſibi ſimilẽ procreauit, atq; ei, tanquã filio ſuo, congratulatus eſt, propterea forma delectatus propria, opera ſua omnia uſui conceſſit humano. Amplius & in literis noſtris. M. Tullius aptiſſime colligit: Mundum uideri effectum eorum animantium cauſa, quæ ratione utantur, qui ſunt Dii, & homines, quibus inquit, profecto nihil eſt melius. ratio nanq; omnibus excellentior Iam, ut alia miſſa faciam: quis non uidet, tum magni ſacerdotis ſententia, tum ſummi Oratoris propheticum illud confirmari fere, Dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Quod ſi inferat aliquis, male a me ita colligi: & inanes flari gloriolas, quoniam nuſquam non imperium hominis pernoſcatur proſciſſum, conuulſum, extritumq;, Reſpondebunt Chriſtiani patres, Supplicium eſſe ex admiſſa noxa, non rerum ordinem. Quippe quo ſibi iure poteſtatem uendicet, qui uix dum in uitalem productus lucẽ, protinus ſe Deo rebellem præſtitit: ut pene cum nutricis lacte flagitiorum, ac ſupbiæ ſemina hauiſſe uideri poſſit? Quod adeo uerum eſt, ut author nobis ſit Beda, Ante hominis peccatum nil noxiũ ab terra progerminaſſe, non herbam ueneno peſtilentem, non arborem ſterilitatis inutilem uitio, ſequeſtrata item Natricum uirulentia, & uiperarum. Verum, ut uideo, moriendi ne-

ceſſitate

ceſſitate urgemur pręcipue. hæc nobis infeſtos maxime facit, quì hominis ſtatum hoſtili ter infectantur. Nec uident primum illum noſtri generis patrem, tãquam Cæciam quen/ dam, ipſum ſibi calamitatum adſciuiſſe nubila. Etenim ſi non peccaſſet is, quod nam fo ret nobis cum morte commercium? An Apoſtolum non audimus dicentem, corpus eſſe mortuum propter peccatum? non dixit, mortale corpus ex peccato: ſed mortuũ. Id quip/ pe ante peccatum mortale fuerat, & immortale, quia poterat mori, & nõ mori. Aliud eſt autem non poſſe mori, Aliud poſſe non mori. Mortalis erat homo cõditione corporis ani malis, At conditoris beneficio immortalis. Confirmat doctrinam hanc Nicolaus Theolo gus, comprobat in ciuitate diuina Aurelius Auguſtinus, aſtruens propter peccatum natu/ ræ principem intonuiſſe, Terra es, in terram ibis. Sed et Gregorius ampliſſime aſtipula/ tur, cum aſſerit, ita fuiſſe conditum hominem, ut manente illo, decederent tempora, nec cum temporibus tranſiret, Stabat enim in momentis decurrentibus: nec ad uitæ terminũ per dierum incrementa tendebat. Poſteaquam uero Cõditor eſt offenſus, ire cœpit cum tempore, & tabernaculum mortis eſſe corpus humanũ. At huius Theologiæ ignarus Plo tinus, etiam ſi eſt inter Platonicos tanquam maiorum gentium, de humanis agẽs animis, Pater inquit, miſericors mortalia illis uincula impegit, ne ſemper huius uitæ miſeriis te/ neantur. Quod ſi authoribus noſtris non præſtandam fidem, contendant Platonici, Velu ti ad paruulam Cynoſuram, qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto, uti eſt ab Arato proditum, non ad Helicem, & Septẽtrionum claritatem aciem intẽderimus, Reſpõdeo, ex ipſoꝝ doctrina, eſſe imprimis credendũ. Qm̃ mẽtes diuinas illa præ cæteris pręſagia in dicant, ut in Phædro ſcribit Plato, quæ arte nulla, & ꝓſilio fiãt. Qualia ſunt, quæ de Dioti ma uate, & Socrate, & Epimenide, idẽ Plato refert, Quę de ſibyllis Varro una` cũ Plato/ ne, Quę de diuinis Philoſophis hebręi tradũt. Hoꝝ oĩum mẽtes tũ orbis remotiſſima obi bãt, ſecretiora pandebant, cum a` corpore ſeiunctæ, in unitatem q̃ ſuã collectę Deo maxi/ me inhęrebant. Quod Mercurius non negabit: ſed Auguſtinũ, Gregorium, & antea mul/ to Apoſtolum Paulum quis in eo ſtatu conſtituendos audeat inficiari, qui diuinum ſen/ tirent afflatum, & pręter doctrinę profunditatem, quę illis affulſit ampliſſime, etiam ſtu/ penda pręcinerent myſteria? uitę ſanctitas, miraculorum numeroſa ſeries efficacius me in fidem pertraxerint, quã Platonem Socrates, aut Epimenides, quos ueluti quintę claſſis, in hac pręſertim cenſura ne dignos quidem arbitror, qui nominentur, Ne quis hoſce adeo Coryphęos ducat, ut iuſto cum eis ſacramento contendere non ſit, ac interdicto certare. Addamus hoc amplius, ut peruicacium impudẽtiam reuincamus, Hominem primum, ſi non peccaſſet, fuiſſe immortalem futurum, non Chriſtiana modo aſtruit ueritas, ſed et Magi una cum Platone Carminibus ſuis parari immortalitatem poſſe, aſſeuerabant, Zo/ roaſtris magiam nil aliud in Alcibiade putat Plato, quàm dei cultum. Et alibi idẽ Plato, non carminibus modo ſancit, uerum philoſophicis item rationibus & temperari animũ, & corpus uel ſemper, uel diu ſaltem a` morte procul poſſe ſeruari. Hoc nec Auicenna ne/ gauerit, qui animo in ſeipſum reſtituto in corpora quæ uis mirandam conceſſit poteſtatẽ. Sed in re confeſſa nimis multa. quod ſi laborioſa item obiiciatur uita, refelli id ratione po teſt eadem. Nam ut ait Nicolaus Theologus, ante peccatum Terra ſponte alimenta ſug/ gerebat accommoda. propterea apud Moyſem Deus, in ſudore uultus tui ueſceris pane.

¶ Terram eſſe mundi chorum medium, quæ ſit Muſarum chorea, qd Apollo, Ter/ ram eſſe ſtellam unam ex Pyth. cur Dea ab Platone dicta, Terræ nomen non eſſe uile, cur firmamẽtum dicatur, Item cælum quomodo unitas omnium, Terræ præconia plura, & quæ ſit eiuſdem forma. Caput III.

Porro` num tibi uilior homo eſt, quod ſit quaſi in imũ, hoc eſt in mundi car/ dinem, cẽtrum q̃ relegatus, abiectus q̃? Ego quidem fateor, quod ex Ariſto p telis ſententia Auerrois primo cæli confirmat, Terram inter elementa igno/ biliorem haberi, Ignẽ uero nobilitate præſtare. Quæ rerum ſeries nõ modo inquit, in iis uiſitur inferioribus, ſed in corporibus item cæleſtibus. nam in li bro de animalibus dixit Ariſtoteles, Lunæ naturã per ſimilẽ uideri terreſtri naturę. Cæte/

rum ſicuti ignis naturæ ſuæ mobilitate, raritate, luciditate in mundi ratione, qui ambiret, maxime contulit, Ita & Terra ſoliditate inſita ad media mundi compingenda perutilis, ac neceſſaria fuiſſe uidetur. Eam uero optimum maximum Deum, tãquam chorum aliquem Diuini templi medium conſtituiſſe, amplius animaduertenti patet. Nam cum Mũdum, ut Platonici uolunt, ubiq; conſtrueret rationis pleniſſimum, quo clarius ſuum referret authorem, In Sphæra qualibet uiuentia pleraq; collocauit, quæ non templum modo redderẽt excultiſſimum: Sed ſummi Opificis laudes aſſidue concinerent, Quod ipſum humanas itidẽ mentes in meditullio poſitas facere uoluit. Hæc uero eſt illa ueteribus celebrata Muſarum chorea, quæ ad Apollinis ipſius Imperium recinit perpetuo, ſaltat'q;. Ipſe uero, ut ait Orpheus, πάντα πόλον κιθάρῃ πολυκρέκτῳ ἁρμόζει, ideſt Cælum uniuerſum cithara temperat canora. Apollo uero hic non alius eſt, quàm Deus, quẽ uniuerſalem uocat Pythagoras, dictum'q; uult, quaſi ἁπλὸν, ideſt ſimplicem, ac unum, uel ἀπ' ἄλλων, ideſt ab aliis ſequeſtratum, & multitudinis neſcium. Et quoniam Pythagoræ incidit mentio, quem Plato eximie ueneratur, in quo'q; ingenium effulſiſſe diuinum, grauiſſimi authores ꝓdidere, Succurrit, quod ex doctrina promitur eiuſdem, pertinet'q; ad noſtri huius elementi præconium. Hic enim, ſicuti accepimus, & meminit in libris de Cælo, & mũdo Ariſt. Terram e' ſtellis unã eſſe prædicabat, Quod in commentatione de Platonis doctrina comprobat Alcinous, & forte ſignificauit Plotinus, ubi ait, Terram, ſi uniuerſo comparetur, eſſe ueluti pũctum, uel quaſi ſtellam quãdam minimam reliquarum. Propterea ſi cõcipias, eſſe te in ſublimi quopiam mundi loco, unde oculis ſubiiciatur Terræ moles, aquis circunfuſa, & Solis, ſyderũq; radiis illuſtrata, non aliam profecto uiſum iri, probabile eſt, quàm qualis modo uiſatur Lunaris globi ſpecies. Verum hoc quæſo, cuiuſmodi putas, quod in ſpatii medio ęquilibrata, per ambitum tanta Cælorum maieſtate obuallatur, quorum rotata uertigo motu, ut Varro dixit, orbito, immenſam illi confert ſalubritatem, dum noctis, diei'q; cuſtos ita attemperat annum, ut alimentorum omnis generis nec copia deſit, nec bonitas? Illa uero Cæleſtiũ radiorum in unam eam coniectio, ac ueluti diſiectorum aggregatio qualem nõ modo ſplendoris excitat micantiſſimam claritatem, Sed comparat inde uirtutem? quanquã nõ me fallit, Plotinum ſcribere, eam radiis contemperationem nõ poſſe obuenire, ut coalitu, cumulo'q; nouam ſibi concilient uirtutem, aut mirabilis aliqua inde forma diſſultet. Quid uero ibi aſſerendum, cum Plato Terram uocat Deam antiquiſſimam Deorum omnium, qui cæli ambitu cludantur? putat Plotinus hoc loco terræ ab Platone animam eſſe contributam, Quæ cum animantia progignat innumera, ſit'q; Animalis maximi. i. Mũdi membrum, tũ imprimis non abſq; neceſſitate, tum nec aſpernabile: cẽſendum eſt inquit, animal eſſe, ſed intellectuale, atq; diuinum, & ſenſu quoq; pollens. Nam cum anima uim iudiciariam habeat, habet & facultatem, per quam, dum ſpectat in corpus, de paſſiõibus illius ualeat iudicare. Sed hęc ille uiderit. Nobis certe ex iis, quæ hactenus deprompta ſunt, iam iam minus uidetur mirum, Cæleſtem patrem rationales Animas Cõditoris lumine obſignatas, ubi late dominentur, hic occludere, rurſum'q; præſcripto ambitu peracto, canere receptui. Quod ſiquem peruicacius terræ nomen, ut uile offendit, Is mihi haud ita multa uidet' lectitaſſe, cum & ſcientiſſimi philoſophi Lunam ætheream terram appellare nõ dubitarint, nam & Mercurio aquam attribuerunt, Aerem Veneri, Ignem Soli. Sed amplius ordine ſubmutato, Ignem item aſcripſerunt Marti, Aerem Ioui, Saturno aquam, Sphæram uero, quæ procul ab errore conſtituta, Aplanes dicitur, dixerunt eſſe terram, In qua celeberrimi apud Poetas Elyſii cogitentur campi. quod nequis riſu explodere pergat, nõ abſimile eſt, quod in ſanctis habetur literis, Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram, & in Theſauris eiſdem non'ne terram legimus uiuentium? Non'ne Moyſes & Dauid Aquas per cæleſtia fundunt? Et Nicolaus Theologus, Aquæ dicuntur inquit, æquiuoce, nam quæ ſunt ſuper firmamentum, cæleſtis ſunt naturæ, quæ ſub firmamẽto, elemẽtaris. Auguſtinus in geneſeos enarratione Saturni ſtellam eſſe frigidam contendit ex aquarum ſupercæleſtium uicinia. Soliditatem uero quaſi terrenam adeſſe Cælo, ratione coniectari, Plotinus putat. nam terræ naturam opacam, proinde'q; Luci aduerſam, & denſitate immobilem, brutam'q; ab cęlo abeſſe longe arbitratur, micãtiſſimo, & ad motum maxime pernici. Rurſus & aquam, quæ inſita frigiditate imprimis cælo aduerſetur, quod eſſe conſtat calidum primũ. Noſtri,

& Salomon

& Salomon hebræus interpres innuit, Firmamentum ab firmitate dictum autumãt, quoniam, ut in Iob legimus, Cæli quaſi ære, ſolidiſſimi fundati ſunt, hinc & apud Homerum χαλκὸς οὐρανὸς dicitur. i. æris multi Cælum, quod ad ſoliditatem refert Euſtathius, pro inde inquit, alicubi σιδήρειον. i. ferreum nũcupatur, aut quia Mythicorum eſt, eſſe inibi χαλκοβατῆ δώματα. i. æneas domos ab artifice ſubſtructas Vulcano. Addamus hoc amplius, quo noſtri loci nobilitas inſignitior fiat, & plauſibilior, Cælum eminẽtiſſimi authores unĩ tatem eſſe dicunt omnium corporum, Id ita intelligi uolunt, tanquam cæli pars quælibet totus ſit mundus inferior, quia ſit in Stellæ cuiuſlibet uirtute omnis caducorum corporum uirtus. Id quod ſymbolice Pythagoras ille ſapientiſſimus ſignificaſſe uidetur, Vbi in luna, reliquis q; ſyderibus elementa quatuor, montium ſupercilia, uallium conſtituit humilitatẽ, quimmo Stirpes quoq;, & quę apud nos uiſunt, omnia, Neq; enim Stellæ in cęlo ulla eſt, quę non ambiat totum, quod ſublunaris complectitur mundus. Ex iis opinor, conſtare iam bene ſentientibus poſſe, Terræ elementum haudquaquam uideri contemnendum. Sed audi Platonis Timæum, Diuini inquit, decoris ratio poſtulabat, talem fieri mundum, qui & uiſum pateretur, & tactum. Conſtabat autem, neque uideri aliquid poſſe abſq; ignis beneficio, neq; tãgi ſine ſolido, & ſolidum nihil eſſe ſine terra, Vnde mũdi omne corpus igni, & terra inſtruere fabricator incipiens uidit, duo conuenire ſine medio colligante non poſſe. Inde aerem, & aquam inter ignem, terram q; cõtexuit. Qualem igitur eſſe mundi cardinẽ remur hunc, tanta prouidentię maieſtate conſtitutum? non ne regium uere? non ne animalium principe dignum? Vtinam tam grate beneficam in nos, ac propenſiſſimam Conditoris bonitatem recognoſcamus omnes, quam non pigebit ęqua modo lance expendentes, in ſede media tam auguſti, tam diuini templi, ueluti Sacerdotes locatos, qui iugiter tanti artificis laudibus perſonemus. Iam erã Coronidem huic parti impacturus, Cum illa ipſa, ueluti munificentiſſima parẽs, terra lacinia retractum commonuiſſe eſt uiſa, ac ornamẽta ſua ingerere perexiſſe, Satis inquit, me in Mũdi ſede media conſtitutam, ſolidam, & undiq; in me nutibus meis conglobatam contemplatus es. Cæterum quæ ſpecies rerum eſt, quæ uarietatis maieſtas, ſic me inenarrabili herbarum, florum, fruticum, arborum, frugum copia conueſtitam, &, ut Apulcius tuus inquit, Cæſariatam conſpici? Quid Arabum odoramenta recenſeam? Quid nata Deo thura? Quid Oriẽtis aromata, & medicamina numeroſa, ſine quibus, ut nunc eſt, uix Vita conſtiterit? Quid tot, tãtorum q; animalium & mitium, & ferorum, ac cicurum agmina ſubiiciam? Quid tantorum marium uaſtitatem, quid gelidorum fluminum, ac fontium perennem iucunditatem, lauacris abundis, & collucẽtibus mire gratam? Quid piſcium portentoſam molem, temperatam, modicam, puſillam, ac penè magnitudinem nullam memorem? An non cernis hic me ſpeluncis uſq; ad delicias excauatam? illic accliuem, ac ſuperba montium proceritate ſurrectam, et quodammodo ſcanſilĩ ſupercilio Cælum affectantem, ac humano generi dictantem Vitæ leges? Alibi ſum depreſſa Vallibus, & Campeſtri planicie ſpatioſa, Culta, inculta q; dulciſſima uobis ſuggero alimenta, In uiſceribus nec homini quidem ſterilis. Ibi uero recondita ſeruantur, Auri, argenti, æris, ferri, aliorum q; metalla, nec ſatis, Marmora produco oĩfaria molibus fulciẽdis, pue ſtiẽdis, incruſtãdis q; parietibus excidẽda, & in ſtatuas tantum non ſpirãtes ꝓformanda. nec gemmarum defuerit ſupellex pretioſa, quibus ueſtri niteant articuli. Sed & maris Cõchylia Margaritas fœminis ſuggerũt. Nec lanificæ Serum ſyluæ luxui ueſtro molliſſimam abnegarint ueſtem. Taceo auicularum muſicos Cantus. Quid ſuſtructiones magnifico impẽdio nobiles repetam? Quid Vrbium tantarum ſplendidiſſimam claritatem? Sed quod omnẽ exceſſerit admirationis captum, Ego te Animal prouidum, ſagax, memor, plenum rationis, & cõſilii natum ſuſtineo, Vagientis fletum excipio prima, adultum educo etiã delicioſe, opibus te contego meis, quicquid mihi eſt, ſumma hilaritate condonatur tibi, quia Magni Conditoris lumen in animorum claritate ſignatum animaduerto: Iam iam ab reliquis naturæ partibus abdicatos in ſinus uos admitto meos, plura etiamnum, & largius impertitura, ni Principem naturæ Deum rebelli animo, atq; inteſtabili nulla non hora conuelleretis. Illud uero hic ſubiiciendum protinus, Terram ab Homero dici Apirona, ſiue ἀπείρονα, ideſt infinitam, quia ſit σφαιροειδὴς, ac γρογγύλη ideſt orbicularis, quanquã nec latet philoſophum Poſidonium, ac Dionyſium, Terram dicere σφενδονοειδῆ ideſt fundæ

similem, At Democritus oblongam statuit, τραπεζοειδῆ uero Hipparchus.

¶ Mundus quid sit, Natura continens mundum quibus censeatur nominibus, Inibi de Sphæro breuiter, Quid sit illud Timæi, Mundum constare ex mente, ac necessitate, Mundi principia tria. Caput IIII.

u Erum quia multa diu iam de Mundo uerba facimus, persequamur & flores rerum ex summis authoribus, Illud præfati, nos ipsum hoc toto opere præstaturos, ut si nil aliud, Varietatis iucunditas, & inde Genius aliquis non absit. Id igitur huic potissimum inserat' loco, Quæ nam ab doctissimis Mundi definitio afferri soleat, Quod initio statim fuerat efficiẽdum. Igitur in libro de Orbium cælestium contemplatione Cleomedes ita finit: Mundus est cõstitutio cæli, & terræ, & naturæ rerum: quæ intra cluduntur, hic omnia cõtinet corpora, nullo penitus extra relicto, haud infinitus qdem, sed terminatus, argumento, quod a' natura gubernat', nullius enim infiniti natura esse potest, cum id continere, & ei dominari naturã oporteat, cuius sit natura. Quod uero administrantem habeat naturam, liquet, primo qdem ex ordine partium: deinde earum rerum, quæ oriunt' inde, tertio ex partium inter sese consensu, mox & ex miro, quod hinc profluit, emolumento. Naturam esse Aristoteles censet, principium motus, & quietis, in quo primo est, & non per accidẽs. At naturam efficientẽ, gubernãtẽ, continentem'q; Plato δημιουργὸν uocauit, hoc est opificem, Empedocles Sphærũ, ut primo Physicorum Themistius scribit, quãquã & Sphærus qdam de Lacedæmoniorũ Rep. libros condidit, quorum utatur testimonio Athenæus, Aristoteles uero εἶδος etiam. i. speciem, Qui & in libro de Mundo, postea quàm eum finem, quem posuimus, est complexus, infert, λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος, ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεοῦ τε, καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη, hoc est, dicitur & aliter Mundus uniuersitatis ordo, ac exornatio a' Deo, & per Deum custodita, Mundum duobus constare dixit in libro de uniuersitatis natura Timęus Locrus, Mẽte, & Necessitate. Tu intellige, ex actu formali: qui sane' est in diuinæ mẽtis uoto præcipuus, Mentis'q; imago. Item ex necessitate. i. materia: quæ non tam intentione propria, quàm necessaria quadam conditione ad hoc opus accipitur. Mundi principia tria ab Platonicis colliguntur. Ipsum. s. τ' ἀγαθὸν. i. bonum, siue Deus. Intellectus eiusdem filius, ex paterna luce luminis more manans. Atq; insuper Mundi Anima, ex intellectu diuino, uelut Spiritus per omnia profluens. Sed ea conditione inferioribus ꝓuidens, ut interim ab diuinis nulla ex parte declinet. Quod de Intellectu diximus, qa admirationẽ habet, sententia Plotini ẽ, & Ammonii eiusdẽ præceptoris. Sed & Iamblichus inter Ægyptioꝝ dogmata contineri scribit. In Academicis Quæstionibus Cicero sentientẽ naturam, qua contineant' omnia, nunc Mundi animum appellari scribit, Nunc Mentem, Sapientiam'q; perfectam, Quem Deum uocant, Sed & Necessitatem quandoq;, quia nil secus effici possit, q̃ ab ea sit constitutum. Nonnunq̃ etiam fortunam, quod multa efficit improuisa nobis, nec opinata, Causarum obscuritate, atq; ignoratione.

¶ Mũdus, siue Cosmos unde dicat', Quid Cosmius, & Cosmetor, Cur pulchra fiant in Mundo. Vnde colligatur Mũdi pulchritudo. Cælum esse picturatum, & cur dictũ sit Ouũ. Belus quid. Caput V.

q Vem uero latine ex absoluta, perfecta'q; elegantia, ut ait Plynius, Mundũ nuncupamus, ratiõe Græci eadẽ κόσμον uident' appellasse. nã & Mercurius, qd' omnia uarietate generationis exornet, ita quoq; dictum refert, aut quod in diuinæ maiestatis ornamẽtũ initio sit expressus, uti Florẽs Septimius inqt. At in Gorgia Plato, tradunt inqt, Sapientes, Cælum, & terrã, Deos, & homines societate quadã, & amicitia, modesto'q; ornatu, & tempantia, & Iustitia cõtineri. Atq; id uniuersum ꝓpterea Mundũ, ornatum'q; nominant, non immunditiam, atq; intẽperantiã. Ab ordinis uero præstantia dici mauult Eustathius: quẽ illi ꝯtribuerit prouidentia. Oĩno inesse dictioni laudis multũ apparet, qñ uirum rõnis tum honestę, tũ moderatę κόσμιον appellare

Græci

Græci ſolent. Duces aũt Homerus etiã κοσμήτορας, uelut multitudini ordinẽ præfigentes. Author in libro de Philoſophi hiſtoria Galenus eſt, & Plutarchus nõ omiſit, Pythagoram primũ ὠνομάσαι τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν κόσμον, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. quod latine ſic eſt, ob abſolutiſſimam, quæ in ipſo eſt, ſeriem, uniuerſi cõtinentiã κόσμον .i. Mundũ appellaſſe. Nec ſane mirandum magnopere, inqt Anacharſis in Septẽ Sapientũ Cõuiuio, ex diuina uoluntate decẽtiſſima, et pulcherrima perfici in mũdo, ſi in maximis qbuſq; ptibus eius, ut Thaleti placuiſſe animaduertit, & præcipuis Anima ineſt, Siqdem Animę organũ Corp⁹ eſt, Dei autẽ Anima ipſa. Et ſicuti ex ſe motus pleroſq; corpus habet, plurimos uero, & pulcherrimos ex animæ ui. Itidem Anima partim qdem ex ſe agit, partim uero uerſandam, dirigendam q; ut collibuerit, ſe Deo exhibet, cum ſit omniũ inſtrumẽtorum aptiſſima. Mundum uero eſſe pulcherrimũ, ex quatuor maxime colligimus, ut putãt ex ueteribus nõnulli, Ex orbiculari figura, quę omnium prima eſt, ac maxime capax, Ex colore item, q Cyaneus eſt, Ex magnitudine, Poſtremo ex tot, tantorum q; ſyderum uarietate. Quippe argumẽtis facile comprobatur, Cęlum nõ eſſe, ut multis fere placuit, læue, nullis q picturatum imaginibus, atq; diſtinctum, Vt in uolucrum cernimus ouis, Quo nomine etiam inoffenſum, lubricum, & tenerum uocabant. Democritus, & Pythagoras primi uident Oui nomine Cælum appellaſſe. Sed & Plato ex Ciceronis interpretamẽto, Deus inqt, Cælum ita tornauit, ut uel nihil, uel parum aſperitatis haberet, nihil offenſionis. Sunt ex prioribus, qui Belũ .i. ϑηλὸν eſſe aſtrorum, ac Ætheris ambitum prodant. Alii ſupremum, omnia q circũplectentem Aera. Nõnulli ſecundum Dryopas etiam olympum, Chaldęi Cælum eo itẽ noĩe intelligunt. Signat & Belus pauimentum, παρὰ τὸ ϑαίνειν. i. ab inceſſu, ſicuti placuit Euſtathio, Inueni & pro Ianuæ limine dici Belum, quem etiã φλίαν uocant. Ardorem denique cęleſtem alicubi legiſſe uidemur, Qui Æther nominetur, uel Cælum. Sed & Subiices pro aere alto, Qui Cælo ſubiectus eſt.

¶ Vacuum in Mundo eſſe nequit, Vtrum uiſus ſine aere intermedio perfici poſſit, An extra mundum eſſe poſſit uacuum. Caput VI.

Illud uero ſcitu dignum eſt, in mundo rõne nulla eſſe poſſe uacuum, quod fere comprobat ex iis, quæ ſenſibus manifeſta ſunt. Etenim niſi nexibus mutuis colligaretur uniuerſitas, nec Mundum natura cõtineret, nec regeret, nec partium inuicem ulla foret ſocietas. Porro ni uno loco ſit mundus, ac nuſq; interpellatus profluat Spiritus, probabile Cleomedes habet, tunc nec Viſui, nec auditui locum omnino fore. Qua in parte operæpretium arbitror Plotini inſerere placita, aſtruentis, Corpus per ſe neceſſarium minime eſſe ad emicantem ex oculo radium ſuſtinendum, atq; perferendum, Qui nullo fultus tibicine, aut ſubſtrato in rectum ſuapte natura fertur, nec metuẽdum, ne radius ipſe decidat, qui naturã habet luminis. Interuiſum, & uiſibile medium per ſe neceſſarium eſt lumen, uel externum, Vel propriũ Oculi, ſeu obiecti ualde lucentis. Ariſtoteles uero, & eum ſecuti omnes, ne extra mũdum quidem uacuum relinquunt. Plato item, ut inquit Plut. neq; intra mundum, neque extra uacuum conceſſit. Pythagorici extra mundum eſſe uacuum autumant, in quod inquiunt, & ex quo reſpirat mundus. Hos ſecutus Cleomedes in contemplatione Orbium cæleſtium, ita eſſe, argumentis nititur peruincere, putat q; negare uacuum perinde abſurdum uideri, ac ſi quis ita colligat, quia in humore carentibus locis aqua eſſe non poſſit, nec uas, quod eam ſuſcipiat, eſſe poſſe. Sciendum uero eſt, Vas Corporis dupliciter dici, alterum, quod Corpus tenet, ab eoq; impletur, Alterũ, quod capere poteſt corpus. Quod autem dicũt, Si uacuum extra mundum foret, per ipſum mundus ferretur nihil habens, ubi conſiſtere, atque inniti poſſet, Scire oportet, inquit, impoſſibile id uideri, Vergit enim ad medium: et id ſibi tenet imum, quo nuit. Nam niſi ſui medium, atque idem imum mundus teneret, profecto per uacuum agitaretur Mundus. Dicitur hoc quoq; ab illis, Si extra mundum uacuũ eſſet, profuſa per ipſum ſubſtantia in infinitum iam diſſipata foret. Sed hoc fieri nequit, Habitum enim quendam habet, ipſam tenentem, & conſeruantem. Inepte quoq; afferunt, ſi extra mũdum uacuum eſſet, id infinitum eſſe oporteret, quod ſi infinitum eſſet uacuũ, Cor-

pus quoq; infinitum esse oporteret. Non enim sequitur, ut si infinitas sit uacui, sit etiã Corpus infinitum, Nam infiniti notio nullibi desinit, At Corpus continuo terminis includit: Quare qui extra mundum nihil esse contendunt, nugantur, Id enim ipsum, quod nihil uocant, haud quidem profusæ substantiæ obsistere potest, quo minus rapiat aliqua expansa, & quod subinde naturaliter ab ea apprehendetur, ab eadem implebitur, locusq; fiet ipsius, Quare oportet esse substantiam aliquam Vacui. Est enim simplicissima ipsius uacui notio, quippe incorporei, & tactum negantis, nec figuram habentis, nec recipiẽtis, nec quicquam agentis, aut patientis, Sed absolute ad corpus suscipiendum idonei, & apti, Siquidẽ quod impleri, deseriq; a corpore potest, uacuum est. Stoici, Plutarcho referente, & Galeno, extra mundi ambitum constituebant infinitum, in quod, Conflagratione, quam uocãt ἐκπύρωσιν, obueniente, posset resolui. Posidonius non infinitum, Sed quantum resolutioni sufficeret. Aristotelem Plut. idem & doctissimus uir, & prudẽtissimus, prodit, quod mirum est, extra mundum constituisse inane, ut cælum respiret. Sed ubi hoc astruat philosophus is, parum comperi.

¶ Vtrum esse possit Corpus extra mundum, Quod si concedatur, utrum possit a nobis uideri, Cur pede affecto afficiantur inguina. Caput VII.

s Si Corpus sit extra Cælum, & mundo huic ad illud oculus dirigatur, nihilo prohibente discernere, dubium est, inquit Plotinus libro. V. Enneadis quartæ de dubiis Animę, Vtrum illud uidere possit. Et re uera cum Mũdi ambitu omne, quod sub sensum cadere potest, apprehendatur, Cõcipere nequit animus, sensibile quippiam astitui extra mundum. Si tamen eminiscaris, esse ibi corpus aliquod, sed quod nihil habeat cum nostris corporibus commune, nõ sentietur utiq; mundano sensu. Si uero Corpus id nostris ἀνάλογον effingas, iam ut internum censebitur, haudquaquã externum. Si causatio sese ostenderit in pede, confestim afficiunt & inguina. Cur non Genua potius, tanto præsertim propiora? Nempe quia illa inter se sympathiam habent maiorem, & naturæ in animali eodem similitudinẽ. Consimiliter sensibilia longe sequestrata, etiã si leuissime moueant, nec patiat medium, præsentiunt tamẽ, id efficiente Mundi cõtinuata natura inter hæc, sicuti si summã partem intenti funis agitare pereris, mox & infima sentit motum, hinc etiam fieri putant, ut uenturos ad nos sensu occulto, sed non sine admiratione præsentiamus.

¶ Quo tempore Anni creatus sit mundus, Cur Aries signorum primus. Cap. VIII.

f Orte uero uacantis operæ nõ fuerit, breuibus hac parte explicuisse, quo annĩ tempore prima effulserit genitalis mũdi hora, Quãdo certum temporis principatum nõ diffitemur habere hũc, q cernitur & tangit, & est corporatus undiq;. In quo mire disceptant Hebræorũ interpretes. Nã Iosue cũ plerisq; sectatoribus Mundum Martio factum mense nititur probare, tũ quia succrescant e terra tunc pubentes herbæ, Tum quia Exodi. XII. Mensis hic dicat Anni primus. Eliezer autem, ac nõnulli malunt Septembri Mundi initia cõtribuere, qm̃ tunc matureſcentib⁹ fructibus cum inclusis seminibus, absolutius fuisse uideatur Dei opus. Quę sententia maxime præstitisse uidet, ut probabilior, quia & in Deuteronomi Cap. XXXII. scriptum legimus, Dei opera perfecta sunt, Proinde in eam itẽ sentẽtiam pedibus eunt oẽs, Hominẽ primum in statu ætatis perfecto ꝓductũ, quo posset generationẽ ꝓficere. Tunc. n. unũquodq; uideri ꝓfectum, cum simile sibi progignere ualet. Quod ipsum & in fructuũ ratione astruẽdum est, qui suis sunt Seminibus grauidi. Quod uero Martius dicat mensium primus, nõ ad mũdi primordia referendũ, arbitrant, Sed ratione solẽnitatum celebrandarum dici uolunt, tum propter singulare Dei beneficiũ: quo de Ægypto seuocati Hebræi fuerãt. Quod & innuere Scriptura uidet, cum ait, primus erit in mẽsibus anni, Tanq̃ insinuet, antea nõ fuisse primum. Priorem tamẽ opinionem etiam tueri uidet Strabus. Aiunt porro cum primum in ordinem hunc, & nitidissimam claritatem facta, expurgata, composita q; elemẽta sunt, Quem diem mundi esse natalem prædicant, Arietis signũ media cæli tenuisse, Qui

locus ceu

locus ceu quidam Mundi uertex intelligitur. Proindeq; factum, ut principem inter Zodiaci ſigna locum Aries habere credatur. Quo argumento mundanæ originis coniectant plerique, Aſtrologos ab Solis in Arietem introitu de totius anni fato pronuntiare, Mũdum denique eſſe natum, factumq; de Platonis ſacrario promi, Author in Apologetico Septimius florens.

¶ Quæ ſint in Mundo Antica & Poſtica, Dextra, & ſiniſtra, ſurſum, & deorſum, declaratur Lucani locus, & Ouidii alter, Sacrificandi mos, cur in oriente naſcantur Gemmæ, & Aromata, Leones, Elephanti, Papinii locus illuſtratur. Caput IX.

q Veſtio autem de mundi partibus aliquid & ipſa contemplationis habet, præſertim in tanta opinionum diuerſitate, mire diſſidentibus etiam primæ notę Authoribus. Aduocabitur ergo ad partes, cuius etiam ſupra cõmeminimus, Cleomedes, quo ueluti anteſignano, Poeticæ tortuoſitates rectitudini ſuæ reſtituentur, ac nitori. Igitur quia inquit, Mundum eſſe corporeum liquet, in eo ſuperna concedamus, propemodum neceſſe eſt, atq; item inferna. Sed Antica quoq;, & Poſtica, necnon dextra, & ſiniſtra, In globoſo mundo locus imus intelligitur, qui medius, in quem nutu ſuo uergant omnia. Supernus uero, qui undiq; medio incumbit, Antica mũdi dicimus, quæ ad occiduas orbis partes proclinantur, Quoniam illuc adnuit motus. Poſteriora orienti relinquuntur, quia inde feratur ad occaſum. Ex iis porro conſequitur liquĩdo, ut dextras habeat Septentrio, ſiniſtras Meridies. Ex hac Cleomedis diſtributione, quã ab Aegyptiis uidetur accepiſſe, ſicuti in libro de Iſide diſcimus ex Plut. tollit plane ex Lucani carminibus nubilum, quod etiam ſi Author Sphæræ illuſtrare conatus eſt, nihilominus auribus acri lotis aceto parum ſatisfecit, mihi certe ad hanc diem hæſit interpretatio. Agitur ergo de felici Arabia, Cuius pleraq; portio inter Æquinoctialem circulum, & Tropicum Cancri ſtatuitur ab Coſmographis. In quibus regionibus ſolẽ geſtãte Cancro, Vmbra plane in meridiem, hoc eſt in ſiniſtras mundi partes nutat. Poetæ uerſus hi ſunt.

Ignotum uobis Arabes ueniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Cæterum ex hac obſeruatione expendant eruditi locum item Ouidii ex Metamorphoſeos primo.

Vtq; duæ dextra cælum, totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant Zonæ, quinta eſt ardentior illis.

Quod eo impenſius commonuiſſe uolumus, ut ſciant iam nũc bonarum literarum ſtudioſi, interpretum fiducia nunquam eſſe in utranq; aurem dormiendum. Sed redeo, unde ſum digreſſus. M. Varro ſexto linguæ latinæ fragmento diuerſimode orbis haſce conſtituit partes, Quocirca inquit, cælum, qua tuimur, dictum templum, eius templi partes quatuor dicuntur, ſiniſtra ab oriente, Dextra ab occaſu, Antica ad meridiem, Poſtica ad ſeptentrionem. eandem ſententiam amplexatur & Plynius, cum ait, errantia ſydera contrarium Mũdo agere curſum, ideſt læuum, ſemper illo in dextram præcipiti. Hæc uero obſeruatio ab diſciplina profluxit Thuſcorum, Sed quam etiam comprobat Alcinous in libro de Platonis doctrina, quod mirum eſt. In Græcorum monumentis adnotatum nobis eſt, Morem ſacrificandi ſeruatum diu, ut circumcurrerent aras curſum auſpicati ab læuo dextrorſum, Zodiaci quadam imagine, cuius motio ſit Mũdo diuerſa ad exortũ uergens. Mox uero ab dextris læuorſum procurrerent, quo motu cælum rotari, manifeſtum. Hãc uero ſcientiſſimoq; eſſe hæreſim, aſtipulatur magnus author Galenus, apud quem ita legimus, πυθαγόρας, καὶ πλάτων, καὶ ἀριστοτέλης δεξιὰ τῶ κόσμω ἔφασαν εἶναι τὰ ἑῶα, ἀφ' ὧν ἀρχὴν εἶναι τῆς κινήσεως, ἀριστερὰ δὲ τὰ ἑσπέρια· ἐμπεδοκλῆς δὲ δεξιὰ εἶναι τὰ κατὰ τῶν θερινῶν τροπικῶν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τῶν χειμερινῶν. Quæ ut latine potius loquamur, plerisq; fortaſſe greçe neſciẽtibus, Pythagoras inquit, et Plato, nec nõ Ariſtoteles Mũdi dextras ad ortũ partes eſſe dixerũt, a qbus ſit principiũ motus, Siniſtras uero occiduas, Empedocles aũt dextras qdẽ in æſtiuũ tropicum, Siniſtras in hybernũ reiecit. Et T. Liuius ab V. c. primo, augurũ ſciẽtia dextras ad meridiẽ ptes ſtatuit, ad Septẽtrionẽ ſiniſtras. Si uero dextra cæli ps oriẽs ẽ, Significat uero iꝑm hoc grã-

maticorum ratio, Scæas portas aſtruentium dici, quod occidẽtales forent, ideſt Δυτικάς. nam Scæa intelligi ſiniſtra, occidentalia q̃. patet opinor, inde, efficatiorem quoq; eſſe ibi Solis uirtutem, quam in occidente, propterea multa quoq; inibi prouenire, quæ in aliis orbis partibus nuſquam comperiantur. Cuiuſmodi ſunt Gemmæ, Aromata, & id genus plura, quæ ampliorem expetunt caloris copiam, Vt ſunt Leones, Tigrides, Elephãti, quæ omnia in iis locis, quæ q̃ ad Auſtrum innuunt, affatim ſuccreſcunt. Ex iis uero, quæ aſtruximus, liquere arbitror Boui etiam ſeptimo, cur Papinius thebaidos primo, Oriẽtales domos dixerit primas.

Primæ q̃, occiduæ q̃ domus, effuſa ſub omni
Terra, atq; unda die.

¶ Quam rationem in Animalibus dextra, uel ſiniſtra pars, necnon Antica, & Poſtica, Item ſuperna, inferna q̃ habeant, Senſuum alios dici naturales, Animales alios, cur uirorum ſuperiora craſſiora ſint, In fœminis contraria eueniant. Caput X.

Quoniam paulo ante Ariſtotelis facta mentio eſt in ratione Mundi partium explicanda, nunc operæpretium facturum me ſum ratus, ſi Alberti cognomento magni placita ex eadem ſchola huc trãſpoſuero, ſed comptiora multo, & magis latina, quando author is, quod fatendum ſit, in dicendo Goticum ſapit, & Barbarum, Inter Peripateticos tamẽ nominis celeberrimi. Igitur in ſecundo librorum, quos de cælo ad Ariſtotelis lucernam concinnauit, Omnino inquit, Pythagorici uidentur omnium primi cælum ſcrutando tradidiſſe in eo dextrum, & ſiniſtrum. Quod eſſe animatum putarint, corpus q̃ animatum, & ad locum mobile hæc habere partium diſcrimina, animaduerterent. Equidem in contemplando animaliũ motu, dextrũ utiq; ppendimus, & ſiniſtrũ. Sed illa prius, ſurſum, deorſum, Ante, retro, qp pe in pluribus iſta cõperiuntur. Nam in qbuſcũq; dextrũ fuerit, & ſiniſtrũ, in eiſde neceſſario ſurſum erit, & deorſum, nec tñ ediuerſo. Igit illa, dictante natura, prima erũt. Secũdo loco ante, ac retro. Poſtmodũ quæ dextra dicimus, & ſiniſtra. Probant uero iſta inductione, ac ſenſu. nec enim animantibus cunctis hæc inſunt diſcrimina omnia, Sed iis tãtũ, quæ perfecta uiſuntur, quæ q̃ ſenſibus prædita ſunt omnibus, præter q̃ locali motu. Pluribus uero ineſt ante, ac retro, Surſum, & deorſum. Nec tamen dextrum, aut ſiniſtrum, ut quæ guſtum modo habent, & tactum, & motu priuantur locali, quoniam non moueãtur niſi cõſtrictionis motu, & ampliationis, Sicut Oſtrea, Spõgiæ, id genus alia pleraq;, In quibus, quod ſæpe iam repetimus, ſurſum eſt, ac deorſum propter nutrimenti motum. Ante uero, & retro ex ſenſuum item motione, Qui tamen in illis non fiunt ualde perſpicui, quod nulla ſint ſentiendi organa expreſſa. Quo argumento traditum forte ab Ariſtotele eſt, in eiuſmodi eſſe, quod retro dicitur, De eo autem, quod ante, tacuit. Nullo autem pacto in iis dextrum eſt, aut ſiniſtrum, quando nec localis motus, Et natura non inducit uana, redundantia q̃. In plantis id modo eſt, quod uocãt ſurſum, & deorſum. Eſt enim ibi cremẽti motus. Scribit tamen philoſophus Iſaac in libro de elementis, Plantas duobus eſſe præditas ſenſibus, guſtu, & tactu. Sed tunc dicendum, Alios eſſe ſenſus, qui dicantur Animales, alios, qui naturales. ſenſus naturales uocauit uirtutes congruas ad alimentum ſuſcipiẽdum, Animales autem eos, qui cum alimento etiam ſenſibilium intentiones percipiunt, ſecundum animæ quodcunq; iudicium. Cæterum ex iis, quæ hactenus aſtruximus, & illud conſecutione quadam noſſe debemus, Surſum eſſe principium longitudinis in corpore animato per hoc, quod eſt crementi exordium. Id uero eſt ab calore cordis intimo. proinde tandiu longitudinis durat extenſio, quouſq; calor is poteſt pertingere, radicale humidum extendendo. In quo illud obiter commonendi ſumus, Nutrimentum animatorum oĩum eſſe cõmixtum. Propterea grauiores partes, magis q̃ terreſtres ad inferiorum delabuntur alimentũ. Tenuiſſima uero quæq; intimi caloris uirtute ad ſupna ꝓfouẽda ſurrigũtur. Argumẽto eſt, uiroꝝ portiones ſupnas caloris redundãtia cõnutriri amplius, & craſſe ſcere magis. Quod in mulieribꝰ ꝓtra fit. Ideo q̃ mares ferunt in caput ex alto, At fœmina inferioribus excipitur. Dextrum uero latitudinis eſt principiũ, nõ quidem mathematicæ:

ſed informatę

ſed informatæ potius latitudinis uirtute mouente per locum. Motus nanq; is, licet oriatur a' corde prius, mox uero a' poſteriore parte cerebri, uel ab eius uicario, quam modo uocãt Nucam, per Sphondylia dorſi deſcendens, tamen non effunditur, nec explicatur per motuum organa, niſi in latere, quod eſt latitudinis initium, quod dextrum eſt. proinde in lateribus inſtrumẽta motus producta ab natura ſunt, Crura, Alæ, Pedes. & ad eum quidem motum per ſe refertur caloris copia dextrum latus. Tum etiam ob cordis ad eam partem uerticulũ paulo maiorẽ. Proinde omne perfectum animal dextrum prius profert pedem inter ambulandũ. Siniſtrum uero nõ refertur ad motũ, niſi p accidens, trahitur enim pes ſiniſter ad corpus ſuſtinendum, ne decidat. Ante uero eſſe dicitur profunditatis principiũ. Nam motus ſenſilium uirtutum ab anterioribus orditur, Vbi ſunt ſenſuum organa, ptingit'q; uſq; ad primum tangendi organũ, quod eſt cor. Atq; ita fiet motus ab eo, quod ante, in profundum, Siquidẽ hæc in corporibus profunditas intelligitur, ab anterioribus in poſteriora. At in iis, quæ inanima ſunt, haſce differentias non cõperimus, ut in elementis, & lapidibus. Dicimus tamen dextrum terræ latus, quod ſit nobis a' dextris, quod idem in captandis dicimus auguriis, auſpiciis'ue. Cõſimiliter & Statuas, imagine quadam rerũ, hæc habere diſcrimina pronuntiamus.

¶ Cælum an ſit animatum ex Peripateticorum doctrina, Item quæ ſint in eo Dextra, & ſiniſtra, Antica, Poſtica, Superna, Inferna. expenduntur Virg. Loca duo. Cur Cælũ moueatur ab Oriente in Occaſum, Cyttarus quid. Cap. XI.

Sed quorſum hæc tam multa, tam'q; cõquiſite de animalium partibus ex Peripatetica Schola? Nempe ut latius exequamur ſuſceptam quæſtiõem ex eiuſdem decretis. Si ſit animatum cælum, cuius materiam Dionyſius Areopagita primã uocat, ideſt optimam, puriſſimam'q;: tunc dubio procul principia motuum animæ in eo concedenda. Ea uero ſunt, ſurſum, deorſum, Dextrum, Siniſtrum. Cum uero Cælum habere animã dicimus: & terreſtre animal item habere animam, Sumetur æquoce anima. Nam quæ dicitur in Cælo anima, Subſtantia intelligitur ſeparata, Quæ non ſit alicuius actus corporis, nec actum habeat in corpus aliquem, niſi localis motus, quem infundit. Proinde ab eminentiſſimis traditum ſcimus, Cælum nullatenus habere animam, Quando ſubſtantia ſeparata rationem animæ nullam habeat. neq; enim eſt obligata corpori ſic, ut actio eius ſit non libera. Sed nec Plato, quãtum ex decimo legum colligimus, Globis ita animas includit, perinde ac corporibus humanis alligantur animæ. Sed tãta inſigniri poteſtate ſcribit, ut diuina contemplatione perfrui ualeant, interim iniunctum ſibi Cæleſtium orbium mouendorum obeuntes munus. Quam ob rem Plato, Dionyſius'q; non tam ſententia diſcrepant quàm uerbis, quãdo hic Angelos uocat, Animas ille. Ptolemæi uero ſentẽtia eſt, & Mathematicorum aliorum, Cæleſte corpus non moueri, niſi uoluntate, ac nutu cauſæ primæ. Veruntamen nec ideo Dextrum, Siniſtrũ'q; negare in cælo debemus, quod orbicularem globoſum'q; ſit, ac uniforme. Neq; enim illa figuris modo diſtinguunt', ſed et uirtutibus. Igit' Dextrũ erit in cælo, unde eſt motus eius, Quia ſit in omni animato motus ab dextra. Etenim cum motus reuolutionis unius non ſit tempore infinitus, Nam nec circunferẽtia eſt ambitus infiniti: neceſſarium eſt, inter cæli partes eſſe aliquã, unde fiat uertiginis exordiũ. Omne enim, cuius una reuolutio incipit poſt aliam moueri, habet proculdubio initii locũ. Omnis uero motus ordiens a parte, & cõſtitutis locis: habeat oportet principiũ aliquod naturale, quod cauſa ſit, cur initiũ ſumatur a parte illa. Hoc uero eſſe non poteſt, niſi dextrũ. Proinde cludamus, Dextrum, Siniſtrum'q; in cælo neceſſario concedi. Longitudo autẽ orbis, cuius principia ſunt Surſum, & deorſum, eſt Spatium, in quo diſponũtur orbes ſecundũ motum diurnũ ab Polo in Polum ſup Axem æqnoctialis circuli. Quo modo colligendum relinquitur, Antarcticũ Polum eſſe Mundi partem ſupiorẽ, Arcticũ uero inferiorẽ. Hæc autẽ ita diſtinguimus, quo ad habitabilẽ noſtrã, Quæ quarta eſt Septentrionalis Hemiſphærii ſupioris. Qua ratione caloris fons eſt dubio procul ab meridie, & meridianis Stellis, ímó'q; ea portio ſupior recte ſtatuitur, Sicut eſſe in animalibus iam dictũ eſt.

Nec tamen diſſimulandum parte hac, Pythagorã philoſophum nobilem putaſſe, Septentrionalia eſſe Mũdi partem ſupiorẽ, forte, quia inibi Stellæ uiſuntur plures, & Stellarũ imagines, & pinde uirtus quoq; eodẽ loco maior cõcipi debeat. Id uero refelli hoc modo põt. Sunt certe planetæ ſeptẽ: quorũ uirtutẽ Stellæ oẽs conſequunt, Q m̃ ita demũ ſe illi habeãt ad Stellas alias, ut ſe habet ad corpus aĩa, ceu comprobant Mathematici. At Planetæ Solẽ ſequunt maxime, Ad cuius interualla nũc directi ſunt, nũc Stationarii, aut retrocedẽtes, Q ñq; etiam radiis ciuſdẽ occulti, rurſum q; emergentes. Igitur & Stellas oẽs Solem ſequi, aſtruendum eſt. At Sol meridianæ propior terræ ſine dubio eſt. Ergo & portio illa merito iudicari ſuperior debet. Sed nec illud ignorandum, dici quandoq; alio item modo ſupremum, uel infimum in cælo ex Stellarum curſu: Nam cæli medium in meridie uocatur ſupremum, Et medium in Hemiſphærio inferiori uocatur infimũ. Atq; ita ab Metaphyſicis capi, ſciunt eruditiores. Hæc ſcrupuloſius paulo conſectari collibuit, tum quia mira hominum naturæ capacium ſubtilitas arriſit plurimum, Tum ut interioris doctrinæ candidatos amplius commonerem, quid aſtrui poſſit ſuper illis doctiſſimi Poetæ carminibus ex libro Æneidos primo.

Et iam finis erat, cum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare ueliuolum, terras q; iacentes,
Littora q;, & latos populos, ſic uertice cæli
Conſtitit, & Libyæ defixit lumina regnis.

Sed quis non uidet illud quoq;, quid ad ea, quæ attulit Aurelius Macrobius, author excellentiſſimus, addi poſſit in carminum illorum expoſitione, Quæ primo Georgico leguntur.

Hic uertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra uidet, manes q; profundi.

Platonis tamen ſententia fuiſſe uidetur, in mundo ex ſe non dici ſupernum, orbicularitatis ratiõe, quoniam ſit hæc undiq; uniformis. dici tamen in eo ſurſum, deorſum q; quo ad nos, qui ſuperna nuncupamus ſupra caput ſurrecta. ediuerſo autem inferna, quæ pedibus ſubiiciuntur. Quin & ex cõmuni formula loquendi hiſce utitur appellationibus Ariſtoteles, Sicuti multis placet. Nam ut. ii. topicorum ipſe ait, utendum nominibus ſecũdum plures. proinde conſenſu uniuerſo Mundi ſuperna dicit, ac inferna. Quæ tamen non ſolũ quo ad nos diſtingui, palam eſt, Sed, uti diximus, & naturæ ui. Vt enim in nobis dextrũ diſtinguitur, & ſiniſtrum ex habitudine ad animalem motum, qui localis eſt. Cõſimiliter ſuperna, inferna q; ex habitudine in mundo conſtituuntur ad ſimplicium item corporum motus, quæ mundi ſunt uelut præcipua membra. proinde ſupernum ſancitur, quo feruntur leuia. Infernum, quo nutu ſuo tendunt grauia. Et leuia utiq; nobiliora, quia formaliora.

Sed hic quærat forte aliquis, cur Cælum ab Oriente moueatur in occaſum, nec ediuerſo. Hic uero ſciẽdum, Naturam, quatenus fieri poteſt, quod agat, nobiliſſime ſemper, ac præſtantiſſime agere. quæ cum ita ſint, Nouimus equidem in Animalium ratione ſuperiora inferioribus nobiliora cenſeri. Sic antica poſticis, & ſiniſtris dextra. Ergo Cæli motus debuit uertiginis inde initia ducere, ubi portio eſt excellentior. Et motoris primi uirtus, templorum etiam argumento, quæ omnia fere exortum ſpectant. Cælo item motus congruit præcipue ſimplex, ſempiternus, ideſt circularis, & uniformis. Hic uero, ut diximus, ab loco, qui in eo præſtantiſſimus eſt, incipere debuit. Non alius uero eſt is, quam dexter. Quin tum uero corpus nec grauitatem habet ullam, aut leuitatem, quando nec a medio mouetur, nec ad medium. quod inde ſi abſcindatur quippiam, nec ſuperna omnino petet, uel inferna, quoniam eadem ſit partium ratio, quæ totius. Proinde colligẽdum, corpori huic, & partibus uel ex natura, uel præter naturam motum non cogruere alium, quam orbicularem. Poſtremo id quoque norint ſtudioſi, neceſſarium uideri duplex cõcedere dextrum. Alterum Sphæræ ſuperioris, Et inferiorum alterum. Sed nos demum ad alia non iniucundiora hinc iam digrediamur. Si leuiculum illud ex grammatica ſupellectile inſeruerimus, ſublimem Cæli partem dici Cyttarum, quanquam & eo uerbo Cauitates ſignentur in fauis, Et quibus inſidient Glandes. Sed & in piceis pani, ſeu paniculæ, aut nucamenta, callo ſquammatim compactili eodem cenſentur nomine. Nam in pinu Strobilia primum florentia Theophraſtus Cyttara nuncupat proprie.

Mundi

¶ Mundi figura, an cæleſtia nutriantur. Caput xii.

Xpetit forte aliquis, afferam hoc potiſſimum loco, quid de Mũdi figura ſen
e tiendum. Quando ſtoici, ut author eſt Galenus, globoſum eſſe mundũ pro
didere. Alii Conicæ figuræ. Alii ẽt Oui. Epicurus uero, q̃ dum palato, q̃d ſit
optimũ iudicat, Cæli palatiũ, ut Ennius ait, nõ ſuſpexit ſatis: nil ꝑſum affir
mat. cõtingere nanq; omnia. etenĩ globoſum eſſe, & aliis cõtineri figuris. Nos uero cõſen
ſum in eo mortalium ſequamur, orbem appellantium. credamus & argumentis rerum,
quibus reuincitur abunde inſcitia parum perſpecte, parum'q; explorate ſacris Philoſophiæ
initiatorum. Quibus rectiſſime illud extritum inſuſurraris. Quadoquidem ab Syris longe
diſſitus es, μὴ σύριζε, ne Syrum agas, ne plane` fias ὄνος ἐν μύρῳ ideſt in unguẽto Aſellus. Id
forte hac parte expendiſſe præſtiterit. An ullo modo cæleſtia nutriantur. Quod magnos
authores ſenſiſſe, uel hinc liquebit. Sed ut pugnam tutius indipiſcamur cõſpiratu magno
nitibundi, ab Peripateticorum Coryphæo inſtruere aciem ordiemur, Quo procliuius ho
ſtium procinctæ claſſes moueantur gradu, & mox territę, ac diſpalatę proterantur, ueluti
effuſe immiſſo equitatu. Ergo Ariſtoteles inquit, ſi paſcitur mundus, etiam corrumpetur.
Verum nullo eget alimẽto, propterea æternus eſt. Plynius uero naturalis hiſtoriælibro. ii.
Sydera, inquit, haud dubie humore terreno paſcuntur, quia orbe dimidio nonnunquam
maculoſa cernatur luna, non dũ ſuppetente ad hauriẽdum ultra iuſta ui. maculas enim nõ
aliud eſſe, q̃ raptas terræ cum humore ſordes. Et alibi, in dulcibus aquis eſſe alimentũ lu
næ prodit. Sicut in marinis Solis. Ab hac ſententiæ uanitate nõ ita fere` abeſt Ptolemæus
in ἀπο τελεσμάτων libris, quos nunc quadripartitos uocant. Vbi lunam ideo humectiorẽ
credit, quia humidus uapor a` terra ad eam, Syderibus aliis terræ propinquiorem, affatim
conſcendat. Quæ ratio Saturnum efficiat ſicciorem, quod ab hiſce uaporibus lõgius abie
rit, de qua re mox plura. Cæterum cui non ſit uenia poſt M. Tullium de Deorum natura
libro. ii. quanquam ſub aliena perſona inſtrui diſertationem, non me fallit, ideſt opinor,
ſtoica. Sunt inquit, ſtellæ natura flammeæ, quo circa terræ, maris, aquarũ uaporibus alun
tur his, qui a` ſole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur, quibus altæ renouatæ'q; ſtellæ,
atq; omnis æther refundat eadem, & rurſum trahat in idem, nihil ut fere` intereat, aut pau
lulum. Ex quo euenturum putant, ut ad extremum totus mũdus igneſcat. Idem porro` &
naturalium ſexto Seneca tradidit. Sed & Stoici reliqui, ut cõprobat in libro de Iſide Plut.
Iam Poetæ omnes fere` in eam ſentẽtiam pedibus eunt. Sed quantum ex mutis, quod di
citur, magiſtris, compertum nobis eſt, ab Aegyptiis ſacerdotibus opinio hæc orta primũ,
mox propagata in multos eſt. Ab illis enim traditum, Oceani humore cælũ ali, Stellas'q;,
ubi humorem conceperint, deſcendere, ac retrogradas fieri, donec humore iterum perco
cto, digeſto'q;, aſcendant, exaltentur'q;, ac dirigantur. Quæ ſententia ne profluat longius,
& ſerpat in plures, circunſcripta reprimatur tum rationibus, tum magni nominis authori
tatum obiicibus, Atq; Auicennæ imprimis, apud quem in libris de Cælo & mundo ita le
gimus, nullo id pacto phyſicam pati rationem, ſiue nutrientis proprium expẽdas, ſiue cõ
nutriti. necnon crementi notionem, quod ex alimento recipit corpus dimenſionibus tri
bus, ita ut æqualitas inſit portioni cuilibet Diametrorum trium: quibus corpus metimur
nec amplius ſit parte una, q̃ reliqua, ſiue intrinſeca ſit ea, ſeu extrinſeca ſine ulla corporis
permutatione ab propria diſpoſitione, ac figura. Si enim dicamus augeſcere digytum, &
incidantur Diametri eius, factum reperietur augumẽtum parte qualibet ex æquilibrio in
ter duo puncta. Proinde ſi ratione hac cælum augeri contenderimus, fieri nequit id, ni
ſi omnino concipiatur, adiici quippiam. Id uero aut intimum erit, aut extimum. Si extra,
tunc moueatur, neceſſe eſt. Ac motus is uel proprius erit, nel peregrinus. Si proprio motu
agitatio fiet, ad cælum, uti ad locum ſibi cognatũ feretur. & inde colliges, eſſe leue. Si ima
petierit, graue. Quo modo neceſſe erit, cælum quoq; uel eſſe graue, uel leue. quod ipſum
peripatetica non admiſerit ſchola. Si uero attrahatur ab alio, ut ab igni, aut eiuſmodi quo
piam, tunc profecto hæc fiet attractio, ut cælo infundatur: ſicuti ingeritur animalibus ci
bus, ut quod perierat, reſtituatur, id quod ſi dederis, conſequens erit, cœlum eſſe corpora
le, quod eruditorum Schola plurimo riſu excipiet. Quod ſi intimum dicatur, ueluti eſt

in animali ſanguis, tunc neceſſario ſequitur, ut digeratur nutrimentum, mutetur q; ex eo, quod cælo diſſimile eſt, in id, quod ſimile ſit, quo poſito, cælo uidebitur aliquid eſſe contrarium, quod eſſe abſurdum, liquet. Adiiciamus aliqd ex Platonica item Schola. Plotinus in libro de cælo ſic fere ſcribit. Alimoniam cæleſtia non requirunt. neq; enim ex inopiæ noſtræ affectione ad eandem libram ſublimia ſeuocare debemus: neq; animæ ratio ibi compar, nec regio, nec ibi cauſa ulla, ex qua infima hæc profluentia continue nutrimẽtum appetunt neceſſario. Abſit ergo permutatio ab illis, quæ noſtris corporibus dominãs ex habitu naturæ deturbat. Adde gentium cõſenſum, quãdo cæleſtem locum Deo, & ſubſtantiis diuinis attribuunt omnes. ueluti immortalem locum immortalibus, & diuinis rebus coaptantes, ut Dei habitatio ſic intelligatur in cælo ex ſimilitudine, ac coaptatiõe, quoniam inter corpora reliqua cæleſte corpus ad ſimilitudinem amplius accedit ſpiritalium ſubſtantiarum, neq; enim fieri queat, ut alia ratione cæli habitaculum Deo contribuatur. nanq; corporalis loci haudquaquam indigus eſt. proinde colligi debet, mundi partem illam nil prorſum pati. quippe in tam numeroſa annorum ſerie quippiam in ea commutatum, non eſt qui obſeruarit. Suffragat & ipſum Aetheris nomen, quod ſupremo congruit loco, ab rotatæ uertiginis perpetuitate.

¶ Quot ſint omnino Sphæræ. Caput xiii.

Conſentaneum forte ſtudioſi cenſuerint, ut hic uellicatim attingamus Globorum cæleſtium, ſiue orbium hiſtoriam aliquam, ut ne omnino uideant
c Aſymboli noſtro beneficio. Iſta quidem diutius conſectari, non eſt omnino noſtri inſtituti. quo tamen pleniori obſequio demereamur bonarum litterarum cãdidatos, quæ uaria nobis lectiõe comperta ſunt, nõ grauabimur breuiſſime ſuperioribus aſſuere. Imprimis uero ſciendum, ſuper octauã Sphæram, quæ ueriꝰ firmamentum dicatur, locari cælorum globos duos ab Chriſtianis doctoribus. Strabo & Beda, & unum quidem Empyreum uocãt, ideſt Igneum, uel intellectualẽ gloriæ contemplationi aptum, & quietum. Nominis uero rationem duci non ab ardore, ſed ab ſplẽdoris exuberantia potius. Quod ipſum ſyderibus ſuis, hoc eſt Angelis ſit inſigne, proinde in Iob legimus, Vbi tu eras, cum me laudarent aſtra matutina? Et hunc immobilem intelligunt, quoniam ſi moueretur, eius motus per motum apparentis corporis deprehendere tur. Cum uero Porphyrius diſcerneret ab Dæmonibus Angelos, ſtatuens in Aere Dæmonas, per loca empyrea Angelos, non utiq; cælum hoc intellexit, ut author eſt Thomas, ſed Sydereum potius globum, quem more Platonis igneum arbitrabatur. & ideo Empyreũ nuncupabat. quod immo dictum uelim, nequis Porphyrii ſententiam legens apud Aug. decimo ci. diuinæ incidat in errorẽ. Baſilius, quod ſcitu dignum eſt, induxit Empyrei cæli cõſtitutionem, ne uideatur ſimpliciter Deus opus ſuum a tenebris inchoaſſe, quod Manichæi calumniantes, Deum ueteris teſtamenti, Deum tenebrarum nominant. Sunt uero inter hæreticos Manichæi, ab Perſa quodam appellatiõe ducta, Cui nomen Manes, uel Manichæus, ut habent alii, Qui duas introduxit naturas, & ſubſtãtias duas, bonam, & malam. At Gnoſtici itidem Hæretici ab ſcientiæ magnitudine ita uidentur nuncupati, ſicut Agnoitæ ab ignorãtia, quod eſſe nouiſſimam horam Chriſto ignotam, opinẽtur. Sed ad rem. Orbẽ uero alterum Cryſtallinum cenſent appellandum, atq; item Aqueum, ex ſimilitudine, quam cum elemẽto habeat in diaphani ratione, nomen aucupati. poſt quẽ ſubſequatur firmamentum. Aegyptiorum ſchola, & Chaldæorum ſuper octauũ globum nihil agnoſcit. quorum ſcita Plato item, necnõ Ariſtoteles, & Hipparchus amplexi ſunt. Et, quod mirum uideri poteſt, Ptolemæus quoq; apud eum quippe ne uerbum quidem ullũ fieri comperies de Sphæra nona, quam iuniores aliqui cæleſtium rerum ſtudioſi, aut deprehenderunt, aut effinxerunt. Sicuti item alii occaſione hinc ſumpta, Decimam cõmenti ſunt. Hæc uero Orbis noni ſententia inde potiſſimum agnoſcitur ꝓfluxiſſe, quod eius authores opinati ſunt, omnes, qui octauam Sphæram ad orientem ab occaſu moueri nõ inficientur, etiam nonam Sphæram neceſſario admittere. Quod cum profiteatur Ptolemæus, dubioſum non ſit illis, quin hic quoq; orbem concedat eundem. Parmenides commenticium

menticium quiddam Coronæ ſimilitudine effeciſſe creditur, στέφανον appellans Conti/
nentem ardore lucis Orbem, qui cingit Cælum, quem Deum dicit.

¶ An quæ Viſuntur, ſint plane Syderum Corpora. Item an Stellæ ſuo luceant lumine. Quid Ætheris nomine intelligendum. Cur in Planetis uarii cernantur colores. Cur Luna maculoſa. Aſteriſcus quid. Caput XIIII.

Vpereſt de Stellis aliquid carptim quoq; conſcribere, Vt mox ad alia tran/
ſeamus. Occurrebat autem hac parte in Phædone Platonis opinio, Non eſ/
s ſe, quæ uideamus, Syderum Corpora, Sed radiorum quaſdam reflexiões in
Aere, ſimilem ſyderi ſpeciem referentes. Sicut in profundo agentes Piſces
uideant in aquæ ſuprema facie non Sydera, ſed imagines Syderum, &, ut ſic
dicam, radioſas umbras. Verum illud grauioris operæ ingerit ſeſe amplius, luceant ſuo, ac
genuino lumine Stellæ, an ſicuti Luna, id ab Sole mutuentur, mira ſiquidem inter Autho/
res diſceptatio eſt. Macrobius uir reconditiſſimæ Scientiæ primo rerum naturalium, Stel/
las omnes ſuo propterea lucere lumine prdidit, quod ſupra Solem locatæ in puriſſimo ſint
æthere, in quo quicquid eſt, Lux naturalis ſit, & ſua. Lunam uero, quia infra Solē ſola ſit,
& Caducorum iam regioni luce ſua carenti proxima, lucē, niſi deſuper poſito Sole, nō ha/
bere. Denique quia Mundi pars ima terra eſt, Ætheri autem ima pars Luna eſt, Lunam
quoque terram, Sed ætheream dixerunt. Idem fere Cleomedes approbaſſe uidetur, Cum
Lunam ſcribat, Corpus eſſe nactam cum Aere permixtum, atque tenebricoſum, quia in pu
ro æthere non uerſatur, Vt aſtra cætera. Ætheris autem appellatione, inquit Apuleius,
Cælum ipſum, Stellæq; omnisq; Syderea compago intelligitur, non, ut quidam putant,
quod igneus ſit, & incēſus: ſed quod curſibus rapidis ſemper rotetur. Nicolaus uero Theo
logus ab Solis luce illuſtrari Stellas ſcribit: & propterea ſecundo de Anima Solem dici Pa/
trem Virorum, ac Deorum, quoniam ab eo Sydera, quæ antiqui Deos putabant, Lucem
mutuentur. Idem & Metrodorus ſenſit apud Plut. Succinere uidet & Plynius, cum in lau/
dibus Solis inquit, hic ſuum lumen cæteris quoq; Syderibus fœnerat. Sed alibi ait, Supra
Lunam pura omnia, ac diuturnæ Lucis plena. Albertus ſecundo Cæli Ariſtotelis ſenten/
tiam ſecutus, Stellam quālibet eiuſdem eſſe naturæ ſcribit, cuius ſit Corpus, in quo eſt. Ea
uero eſt inquit, Eſſentia quinta, ab quatuor ſimplicibus corporibus, hoc eſt ab quatuor di/
ſtincta Elementis. Ariſtoteles ipſe ſecūdo de proprietatibus Elementorum, & Planetarum
apertius perdocet, Stellas omnes ab Sole illuminari, Sicuti Lunam. Cui aſtipulatur in libris
compoſitionis magnæ Ptolemæus, Quin & eiuſdem Interpres: Sed & Auicenna. Alber/
tus quoque ſecundo Cæli cum illuſtribus inquit, Viris Stellam quālibet aſtruimus ab So/
le illuminari, Sed aliam plenius, aliam minus pro naturæ nobilitate, Siquidem puriſſimas
eſſe quaſdam, manifeſtum eſt. proinde Lumine excepto, perfunduntur protinus ab ſuper/
ficie Soli aduerſa uſque ad auerſam, Vt Stellæ Corpus integrum illuſtret omnino claritas,
nihil ab candore degenerans intimo. Quod in Ioue uiſimus, & pleriſq; aliis. Ille uero ipſe
Candor in ruborem uergere incipit, ſicuti in Marte, ſi ab Corporis nobilitate quippiā fue/
rit declinatum. In quibuſdam etiā palleſcit, Vt in Venere. In Saturno obſcurior eſt. At in
Lactei circuli Stellis albeſcit. Luna uero, quæ terreſtris eſt naturæ, ut docuit Ariſtoteles, nō
eſt adeo pura, quamobrem mutatum ab Sole Lumen non quit admodum intima penetra
re, quæ ratio illius reddit maculoſam faciem. Illud ex Grammatica fuerit ratione, Stellam
ſignare plerunque claritatem, congruentiamq;, quod Aſteriſci comprobat appellatio. Id
uero eſt Stellæ ſignum, in angulis quatuor interpunctum hoc modo ⁂. apponi iis con/
ſueuit, quæ optime ſe habent in carmine, quæq; cuiuſdam Stellæ imagine colluceant, quo
niam appoſite omnia, & opportune promantur.

¶ An Planetæ afficiantur Vaporibus terræ. Prius, Qualis cenſeatur in literis Ptole/
mæus. ἐφόδιον quid. Caput XV.

Tolemæum Aſtrologorum principem, & in mathematicis ingenii eminentiſſimi inceſſere pleriq; non deſinunt, tãquam parum philoſophiæ peritum,

p Vt qui ſæpe tot admittat errata, quot ſuper re aliqua enũtiet uerba. Sed nos huius rei cenſuram ad alios reiicimus: & tanquam parum liqueat controuerſia, amplius pronuntiamus. Interim placita eius Viri de Planetis, ſiue dici

Errones debent, uti Nigidio placuit, apponam. De quibus is, ueluti ex elementis cõſtent, aut Elementorum paſſionibus, ac inuicem calore, uel frigore ſe permutent, Quin terræ quoque Vaporibus afficiantur, ita ſcriptum reliquit. Luna inquit, humectior eſt: quoniam cum ſit extima cælo, Citima terris, Illarum uicinia aſcendentis humoris concipit copiam. Saturni Sydus frigidum eſt imprimis, ſiccum uero modice, frigoris ratio eſt, quia ſit ab Sole remotius. Ariditatem parit longius ab terra interuallum. Martem Solis propinquitas torret, ac areſcere facit. Iouem temperatum reddit hinc Saturni frigus, illinc Martis incendium, præcipue tamen calefacere, quia Martis, & Solis incumbat Globis. Venus, ut Luna, humecta eſt, quod & ipſa luminis copia terræ aſciſcat Vapores, recipit tamen ex propinquo Caloris uim. Mercurius ſemper Soli adnexus arefaciendi poteſtatem inde comparat, humoris autem copiam, tum ab Luna, tum ab terra. Hactenus ex primo ἀφοτελεσμάτων Ptolemæi, Quæ omnia, ut parum penſitate, immo per inſcitiam maximam ab homine ex mandragora, quod dicitur, conſopito pronuntiata, Peripatetici exibilabunt. inter quorum decreta illud eſt, Cælum ab hiſce affectionibus eſſe penitus abiunctum. Sed nec ultra mẽſum Stadiorum ſexdecim Vapores ſurrigi, Phyſica docet ratio. Quo nomine altior deprehenditur Luna, ut de Venere, ac Mercurio taceam, tanto ſublimioribus, quàm ut illuc exterra Vapores poſſe pertingere, concipiamus. Adde, quod potentius multo in Venerem Solaris aget propinquitas, quàm terreſtris humectatio, tãto ſequeſtrata interuallo, Vt hac ratione nullo pacto intelligi poſſit humida. Illud uero nec relatu indignum, ἐφοχὰς dici Gradus, in quibus deprehendantur Planetæ in Zodiaco. Cuius unaquęque pars in XXX diſtribuitur gradus, μοῖρας uocant Græci. Mox & mœra in LX dirimitur portiones, quas πρῶτα dicunt λεπτὰ, ideſt prima minuta. Deinde & minutum primum in LX δεύτερα λεπτὰ, ideſt ſecunda minuta. ἔφοχον tamen inter Equi inſtrumenta legiſſe uideor alicubi.

¶ Elementorum colores, Sapores q. Item an Planetæ colores habeant, unde colligi eorum poſſit natura. Caput XVI.

T quia cum Aſtrorum peritis negotiari cœpimus, pergamus porrò breuibus quædam illorum ſcita contexere. Qui in Philoſophos aciem dirigẽ

e tes coarguere illos enituntur, qui ſanciant, Elementa nec coloris, neque item Saporis partem habere ullam, Aquæ uero ipſi colorem attribuunt album, Saporem uero dulcem, Terræ fuſcum eſſe colorem, amarum Saporem. quod tamen elidunt alii, dulcem intelligendum potius aſtruentes: quoniam ſi amarum contendas, ex terra nil admodum egerminaturum ſit. Ignis utique nullum confitentur eſſe Saporem, Cæterum rubro infici colore. Aeris apud eos nullus eſt color, nullus item ſapor, multos tamen peregrinos, aduenticios q colores excipere. At in Planetis, etiam ſi exactiſſimi ſint palati, nullos etiamnum Sapores præguſtãdo animaduertere ualuerunt. Varios tñ ineſſe colorum modos, non diffitentur, Vñ etiam natura queat indicari. In Saturno inquiunt præmonſtrat fuſcedo terreſtrem proprietatem, & Bili atræ congruam. Mars rubens igneæ qualitatis argumentum eſt, & rubræ Bilis teſtimonium diſtat. Venerem croceo, & albo radiantem tum calidam intelligunt, tum humectam, & naturæ indicare temperamentum. In Ioue coniectant modo ferè eodem. Lunam albicantem, eſſe humiditatis indicium, quod uero inſit nigricantis quippiam, frigoris ſignum habent. Mercurii non unam eſſe faciem, ut qui uirorẽ quandoq; pręferat, nunc fuſcedinẽ, nũc aliud quid, ſæpius tamen nigroris oſtentare qddam. Proinde cũ terrena ſiccitate analogũ habere. Hæc dici quidem, ſed præter omnem prorſus rationem, non neſciunt, paulum modo philoſophia

do philoſophia imbuti. Nam prout elementa inuicem promixta fuerint ita Colorũ enaſcitur uarietas. Sed ea in Cælo eſſe permixtio nulla poteſt, propterea ibi eſſe colorem, planè inficiabitur Ariſtoteles, niſi quia Lumen color quidam eſt, quod tamen luminoſi corporis naturam haudquaquam indicarit. Quin, ſi maxime ibi ueros conceſſeris colores, ad examen ſyncerum in tanta ſpatii uaſtitate, non uſquequaque ſibi conſimili, reuocari, excutiq; haudquaquam poterunt.

¶ Planetarum poteſtas maior ſit, an fixarum Stellarum. Chaldęorum Placita de Planetis, Item Diis Conſiliariis. Heſperides quæ ſint. Caput XVII.

STudioſi porro Cæleſtium rerum præſcientiã futurorum ex natura, poſituq; Syderũ prouiribus conſarcinãtes, dum in diſquiſitionem uocant quodammodo fixas Stellas, & Planetas, non ſatis ſibi conſtare animaduertuntur, nũc enim Stellis non errantibus uim aſcribunt cæteris eminentiorem, nunc autem ediuerſo. Et plurimum quidem communem felicitatem pro naſcentis modo, menſuraq; ab proſperiore Planetarum ſtatu contribui ſanciunt, Ab fixis uero παρά δοξον quandam δύτυχίαν, hoc eſt incomparabilem, & extra quam opinetur aliquis, Fortunæ benignitatem. Quæ ſententia uel Ptolemæo authore comprobat. Alii omnino Planetas ui, effectuq; præpotẽtiores oſtendere conantur, tum Procli ſententia, tum rationibus id euidenter monſtrantibus, accedente item Veterum teſtimonio, Qui Planetas κοσμοκράτορας dicebant, uelut quoſdam Mundi principes intelligerent. Quo autem diſcerniculo certiore iſta teneant bonarum literarum ſtudioſi, Aſtra inquit, ſecundo Cæli Ariſt. nequeunt per ſe, & propriis moueri motibus, aut locum mutare, Sed orbi infiguntur, uelut in tabula nodus. Itaque orbis motu feruntur, cui inhærent. Cæterum Planetas, deprehenſum eſt, diuerſo ferri inceſſu, ac tum uelocitate, tum tarditate plurimum diſcrepante, atque ſitu etiam. Quoſdam nanque exortum petere, in occaſum alios remeare. porro in auſtrum deiici hos, in Septentrionem protolli aliquos. Ideoq; ex motus inæqualitate nomen quoque indeptos. Ex qua item certius cõiectatum, orbibus eos diſtinctis ferri. Fixas uero Globi octaui Stellas dicimus, non quod non moueantur, nam duplici ſaltem circumagi motu, animaduerſum Iunioribus eſt, Quibus & Globus, in quo ſunt, motibus rotatur, Altero ab Ortu in Occaſum, Reliquo ab Occaſu in exortum ſuper Zodiaci polis, tantæ tamen tarditatis, uix ut percipi uel annis centum queat. Nec item fixas dixeris, quod Orbis modo circunferãtur ambitu. nam eſt hoc illis commune cum Planetis, quod ſecũdo Cęli, ut dixi: aſtruitur. Sed ita dicuntur, quia eandem perpetuo ſeruant figuram, ſitum, propinquitatem, diſtantiam. Diuerſitas Planetarum in motu, dum uel propiores nobis fiunt, uel remotiores, cauſa eſt, ſicuti Philoſopho complacitum eſt, præpotens, Vt uarii producãtur effectus. Vniformis autem, & conſtans motus mobilis primi id agit, Vt diuerſitas hoc genus æterna ſit, ac uniformi pergat periodo. Ego porro in literis inuenio, Chaldæos Cæli ſcrutatores exiſtimios cenſuiſſe, Planetas quãdoq; dici ἑρμηνεῖς, hoc eſt Interpretes, quoniam ex aliis aſtris, quæ tum minime errant, tum certum ſeruant, & ſtatutum meatum. Sola hæc inceſſu proprio, ſuoq; nitentia res futuras inſignitius oſtendant, ac ueluti Deorum mentem interpretentur. Eſſe autem hoſce, Saturnum, Martem, Venerem, Mercurium, Iouem. Mox ſub horum Curſum eadem Chaldęorum obſeruatio Sydera conſtituit. XXX. Quos eſſe dicit Conſiliarios Deos. Quorum quindecim ea tueantur loca, quæ noſtro continentur Hemiſphærio. Reliqui res ſimul humanas, & quæ in Cælo ſunt. Deos autem, quibus uis, principatusq; ſit, duodecim numero eſſe, dicunt, quorum ſingulis ſingulos attribuant Menſes. per hos autem, quorum ex animalibus nomenclatura eſt, meare Solẽ, ac Lunam, & quinq; errantia Sydera. Poſt Zodiacum Stellas quatuor & uiginti numerant, ex quibus duodecim ad Meridiem locatas tradunt. Et harum, quæ apparent, duodecim uiuis aſcribunt, reliquas, quæ non uiſantur, mortuis. has præterea rerum uniuerſarum Iudices appellant. Obſeruatum id quoque in Græcorum monumentis, Ægyptios appellaſſe quidem Zodiaci ſigna θεὸς βουλαίους .i. Conſiliarios Deos. Planetas uero ῥαβδοφόρους ueluti Sceptrigeros

quosdam intelligi uoluerint. Vbi uero Poetarum princeps, Deorum cuiq; ab Vulcano sub structam domum canit, intelligendas Planetarum domos interpretantur Eruditi, quas induxerint Recentiores, in quibus'q; illos οἰκοδεσποτεῖν, idest dominari astruant, ueluti nouitio inuento ansam uetustissimus Poetarũ præbuerit. Illud ex Doctorum calculo, præter quæ diximus, adiiciendum deniq;, falsò uideri Errantes dici, Quando errare potest nihil, quod in omni æternitate progressus conseruat, & regressus, reliquos'q; motus constantes, & ratos. Illa parte hac superpondii loco fuerint, Quod Græci explicant Interpretes, Hesperidas λιγυφώνους, idest Canoras, Astra signare, uelut ἐν ἑσπέρᾳ φαινόμενα, καὶ οἷον γεννώμενα, idest Vesperi uisitationem facientia, ac uelut nascentia. dici uero λιγυφώνους, quia Enharmonius sese inde promat sonus, quoniam probabile non fiat, dum agitentur, minima quidem insonare Corpora, Maxima uero, & præstantissima, Cuius prorsum modi cælestia sunt, tacita omnino Vertigine rapi. Musicam uero indidem suauissimam edi, probabile habet ἁρμονικῶν tertio Ptolemæus. Nos autẽ præterit ea, quod auditus noster eius non uideatur Capax. Ex Grammatica penu id nec prætereundum, Planetas item dici Græcis in re militari hac illac temere ambeuntes, Quos quandoq; λειποταξίου, idest Desertoris affectos pœna inter legendum subnotauimus. Nam Heraclius Imperator λειποταξίου ποινὰς τοὺς πλανήτας τῆς ῥωμαϊκῆς δυνάμεως εἰσεπράττετο· καὶ ὅσοι τῷ πόνῳ χαίρειν εἰπόντες τηνάλλως δεῦρο, κἀκεῖσε περιενόστουν, βασάνοις ἐπὶ σωφροσύνην μετήγοντο. Planeten porro ἀντιξένου, idest pro hospite positum quandoq; inuenias. Planen uero idest πλάνην dicunt τοῦ σκοποῦ ἀπότευξιν, idest ab proposito, & Scopo frustrationem.

¶ Mũdum, Sphæras, Stellas sentire, ac preces exaudire. Sphæram maximam esse Mundi oculum. Terram item Anima, & sensu præditam, ex Platonicorum doctrina.

Caput XVIII.

Ibet parte hac cum Platonicis confabulari, In quorum sacrariis cum alia pleraq; nõ absq; admiratiõe sæpius lectitamus, tum id, quod subnotabo statim, Mundum, cum sit animatus, sentire, ac per amplissimam Sphærã præcipue, ueluti per oculum intus omnia cõtueri, nam si nos per oculum nostrum, quoniam sit animatus, & diaphanus, & lucidus, multa perspicimus, & radio etiamnum in sublime surrecto, cælestia apprehendimus, Cur non inquiunt, Mũdi cælestis oculus, Viuus, perspicuus, lucidus, radios'q; suos in omnia propagans, itidem sensibilium concipiat modum? Amplius Mundi globos, Stellas sensu item non carere, asserunt constãtissime, Quoniam, ut Plotinus astruit, uota cognoscant nostra, exaudiant quoq;. Cælestibus inest quidem Visus, specie tamen ab nostro diuersus. Verum in eo nõ diuersus, quia uiuit, perspicuus item est, atq; lucidus. Auditu item prædita sunt, Sed nostro dissimili. Inter omnia, quæ ambitu Cæli clusa continentur, uiget communio quædam, & ueluti nexus, Cuius quinq; uidentur rationes. Prima est, omnium materia una, Inde qualitatum concordia, Mox spiritus ubiq; unus, nam sicuti Cælum unus est spiritus in excelsis, Pariter ĩtra Cęlum unus itidem spiritus, uel cælestis omnino, uel Cælo simillimus omnibus est infusus, nostro consimilis. Quartum habet locum natura genitalis una, fouens omnia per Spiritum mutuo copulata. Quintum postremo Mundi Anima, omnibus connexa. Sed cur non & terram inquit Plotinus, sentire dicamus? Obstat uero nihil, terram esse sensu præditam, ut humana commodius, rectius'q; dispenset, quæ eius sunt muneris. Certe nil admodum impedimento esse potest, quin preces audiat, adnuat'q;, nec tamen ea, qua solemus ipsi, ratione. Neque enim cuncta animantia sensoriis sunt eisdem communita, nam & quædam aures habere non nouimus, nouimus autem sonos ab iis concipi. Omnino sciẽdum, Terrę aĩam, nõ cẽseri abiecti cuiuspiã esse corpis aĩam, proinde'q; intelligere, atq; insup esse Deã. Cæterum in hoc eminentissimarum rerum tractatu, quonã pacto doctissimi Origenis placita prætereamus? Putare nanq; se primo περὶ ἀρχῶν scribit, Cælestia prorsum corpora esse animata, quoniam ab Deo mandata dicuntur accipere, quod rationali tantum naturæ contingere, consentaneum est. Scriptum enim legimus, Mandatum ego Stellis iniunxi omnibus. At quæ nam sunt inquit, mandata hæc? nempe ut astrorum singula suo ordine, suis'q; meatibus

is'q; meatibus indultæ ſibi quantitatis mundo ſplendorem præbeant. Qua in re id omni/no colligi uidetur liquido, Corporum illorum motum abſq; animæ functione poſſe haud/quaquam effici. Nec rurſum Citra motum futura unquam, quæ animantia ſint. In tanta ue ro Ordinis, ac motus ratione, atque cõſtantia, non ne ſtolidiſſimum fuerit, Rationis aufer/re poteſtatem? Apud Hieremiam ſane Regina item Cæli Luna memoratur. Quinimmo ab peccati labe non ſeiungi Stellas omnino, conſenſiſſe aduertitur Iob. Ita enim ſcribitur, Stellæ quoq; in conſpectu eius, mundæ non ſunt. Id quod ad Corporis fulgorem non utiq; referri poteſt. Verum hæc ille uiderit. Ex Theologorum muſeo ſunt, qui aſtruant, etiam ſi cunctanter, Stellas, Sicuti Cælorum quoq; globos, ſuapte ui, hoc eſt ſubſtantiæ ſuæ natura moueri, uelut Elementa.

¶ Dignitas Cæli ex hiſtoria, Item ex phyſicis rationibus. In Cælo eſſe Trinitatis myſte/rium. Cur dicatur οὐρανός. Si ſtaret Cælum, nihil moueretur. Si Calor cęleſtis deficiat, nul/libi erit calor, uel frigus. Caput XIX.

c Cæli dignitatem eximiam, uel inenarrabilem potius contemplanti mihi ſubit quandoque, quod de Arabibus ſcriptum reliquit Arrianus, coli ab illis duos modo Deos, Cælum, & Liberum patrem, ac Cælum quidem, quia cernatur, & ſyderum collucentibus oculis præcellenter contextum, Solem præferat utilitatis immenſæ authorem incomparabilem. Neq; item excidit, quod de Anaxagora Philoſopho prodi tum ſcimus, Qui interrogatus, cur nam ſe natum arbitrare/tur, reſpondit, Cæli, ac Solis uidendi cauſa. quam quidem uocem ab Philoſophis ſumma exceptam admiratione riſu proſequitur Lactantius, putans neſcientem quid reſponderet, in hęc prorupiſſe. Ego uero, ni me quid ſecretius fallit, facile contenderim, non temere id omnino effuſum, Sed ut ab Sapientiæ ſtudioſo, penſiculate admodum, & excuſſe. Nam q exactius penſitarit rem totam, comperiet liquido, Cæleſtem claritatẽ adeo præcellere, na/turæ quadam præſigni maieſtate, Vt in perenni, ac uitali luce illa auguſtiſſimum diuinita/tis myſterium ſit facile deprehenſurus, Siquidem Vertiginoſus ille motus ampliorem no/bis indicat Poteſtatem. Lux nitidiſſima Sapientiam. Calor ſuauiſſimus Amorem. Quibus ab Principe rerum Deo mouentur, illuſtrantur, perficiuntur omnia, atque ſeruantur, pri/mo inquam inter ſeparatas, atq; Spiritales Formas, Sicut ĩter Corpora lõge clariſſimo Cæ lum principatu cenſetur. Extra hæc, qui plura in clariſſimo putat globo requirenda, is pla/ne, quæ ſit Corporeæ naturæ perfectio, parum perſpexiſſe deprehenditur. Quicquid alia partiario, ac diuiſim poſſident, in unum id eſt ampliſſime congeſtum. Sine hoc nec inferi/us generabitur quippiam, nec genitum ſuas exercebit operationes. Et quidem ſicuti inti/mus, & uitalis noſter calor corpora confouet, ac ſeruat, eius'q; fomẽto, quæ agunt in nos, non fruſtra agunt, Ita ſi non adſit cæleſtis ille calor, Corporum uirtus omnis, præſertim'q; ille ipſe tã uitalis, tam'q; familiaris nobis calor, pflictus depereat, neceſſe eſt. Cælũ utiq; na turale corpus eſt, omnium corporũ naturalium perfectiſſimum. Corpus naturale tam mo/tus, quam ſenſibilis qualitas conſequuntur, perfectiſſimo igitur Corporum naturalium p/fectiſſimus quoq; motus, & ſenſibilium perfectiſſima congruunt. Nullus motus perfectior orbiculari, nulla qualitas ſenſu perceptibilis luce perfectior, quare hęc cæleſtis corporis p/pria ſint, neceſſe eſt. Quoniam uero perfectiſſimum Corpus eſt, comparem quoq; locum, ideſt ſupremum habere, ex rerum dignitate, conſequens fuit. Propterea Apuleius dici οὐρα νὸν græce interpretatur, quia ſit altitudinis finis. Etiam ſi in Hexamero Ambroſius ſic ap/pellatum opinetur, quia ſit uiſui peruius. Scitum illud Ariſtotelis eſt ex libro octauo auſcul tationis phyſicæ, Motum primi Cæli Vitam eſſe omnibus, quandoquidem euidentiſſima eſt, & communis operatio Vitę intimus motus. Ceſſante autem Cælo, nec cætera moue/buntur. Sicut in minore item mundo ſi ceſſet motus Cordis: omnes animalis motus peri/re, neceſſe eſt. Nec lapis itaque deorſum moueretur, neq; aſcenderet ignis, quod mirũ utiq; eſt, ſed ueꝝ rõnibus oſtenditur, ſi motus quieſceret primus. Eſt aũt, q̃d primũ in unoquoq; genere, cauſa reliquoꝝ: quæ ſub ea ꝓtinent ſerie, licet nõ oía eãdẽ cauſę hẽant rõnẽ. Porro q̃d de motu aſtruimus, patet in Caloris item rõne. Nã ſi cæleſtis intereat calor, nec ab fri/

gore profluet frigiditas, nec ab caliditate calor. Siquidem nõ eſt frigori cõtrarius calor ille Sydereus, ſicuti calor igneus, Sed omnes continet elementares qualitates eminẽtia ſimpli/ci. Scut lux omnes colores. Quæ uniuerſa diſertiſſime colligit Picus Mirandula, Vir omnifa riam doctiſſimus.

¶ Mundi colores tres, An ſint in Cælo colores ex Peripatetica Schola, An item Calor. Caput XX.

s Vnt ex Platonicis non ignobiles, qui tres eſſe uniuerſales, prẽcipuos'q; Mun di colores arbitrentur, Viridem, aureum, Saphyrinum, tribus Cæli gratiis de dicatos. Et uiridem utiq; Veneris eſſe uolunt, atq; item Lunæ, Aureum So/lis, ab Ioue tamen, Venere'q; non alienum, Saphyrinum uero Ioui maxime dicatum prędicant, Cui & Saphyrus dicatur cõſecratus. Hinc formulam mũ di compingentibus prẽcipiunt, expedire ad Gratiarum cæleſtium munera capeſſenda tris potiſſimum hos contueri colores frequentiſſime. Atq; Saphyrinum quidem Mundi Sphæ ris inſercre, Aurea uero Sphęris ad ipſam Cæli ſimilitudinem addere Sydera. Ipſam uero Veſtam, ſiue Cererem, ideſt Terram uiridi prorſum excolere indumento. Quãquam ue/ro in Planetarum mentione paulo ante, non eſſe in Cæleſtibus colorem ullum aſtruere uiſi abunde ſumus, Non grauabimur tamen Peripateticorum fuſius hic argumenta explica/re, nequis ipſum hunc, Cuius modo cõmeminimus, oculis deceptus Saphyrinum eſſe Cæ/li putet colorẽ, Quamuis οὐρανοχρώματα Græcis uocare mos ſit, quæ Cæleſti colore tin/cta conuiſimus. Cælum igitur inquiunt, coloratum non eſt, quia conſurgat ex elementorũ qualitatibus color. Cælum uero nec Elementum eſt, neq; item ex Elementis compactum. Non elementum quidem, quoniam ſit Elementi proprium, habere in ſe contrarietatem, agere'q; in contrarium: ſi ei coniungatur, id ipſum corrumpẽdo: ſi peruincat, ſpeciẽ quoq; ſuam in materia generando. Proinde, ſi Cælum eſſet elementum: cum Elementa omnia ſe ad Cælum habeant, Sicuti ad uniuerſam terræ molem punctus, diu iam deperiiſſent uniuer ſa, eſſent'q; omnia Cælum, quod non fit. Itidem non eſſe ex elementis concinnatum, aſſe/ueramus. Nam quod huiuſmodi eſt, minus eſt ſuis elementis, ex quibus conſurgit, conne/ctitur'q; At maius eſt elementis omnibus Cælum, Igitur non ex elementis. Argumentan/tur item ratione motus, qui in Elementis rectus eſt, feruntur'q; uel ad imum, uel euolant hinc ad ſuperna. Sed Cælum eiuſmodi motum neſcit, Verum conuertitur aſſidue in ambi/tum, Igitur conſecutio manifeſta. Addunt porro illud quoque, non eſſe ibi elementarias qualitates, Caliditatem, frigiditatem, Siccitatem, humectandi uim, & propterea non con/ſeneſcere. Quod ſi dicat aliquis, Solem dici utiq; calidum, & Lunam humectam, Saturnũ frigidum, reſpondent, ex effectibus prodiiſſe nomenclaturam hanc. Quamobrem Ariſtote lem ſcribere in libro de Elementorum proprietatibus, Vbi Planetæ coierint in Piſcium ſi/gnum, contingere mox, ut aquis diluãtur omnia. Quod ſi in Geminis fiat coitus is: futurã uniuerſi conflagrationem. Sed iis addunt Patrum noſtrorum ſcita diuinæ uoluntatis Iudi/cium, quod tam fallere, quàm falli neſcit. Quod uero ad Calorem attinet, ut de aliis iterim taceam, non omnes idem ſentiunt. Platonici Cælum eſſe igneum fatentur omnes, & Lu/cere quidem proprie, ſed et conſecutione quadam calere, ſed non urere. Calor certe lucis proprietas quędam uideť, Sicuti eſt Lux Cæli qualitas propria. Cæterum ſuper hac re fu ſius alibi.

¶ Regio apud Platonem terreſti Paradiſo aſſimilis. Item Vbi ſit Paradiſus is, Ar/riani hiſtoria ad id mirabiliter faciens. De habitatione ſub Æquinoctiali, Item an ibi ſit mare. Caput XXI.

m Vndi rationes quidem omnes, quas lectione uaria aucupati ſumus, in unum hunc locum, ueluti in molem Corporis unam, congerere, non fuit conſilii, neque item operis inſtituti. in quo congeſtitiam quandam rerum dignarum cura ſyluam pollicemur potius, quàm naturæ ordinem. Ita ſubnotantur o/mnia ferè, ueluti inter legendũ ſeſe obtulere, niſi quatenus libro hoc, qui

omnium

omnium prodibit primus, & ſecundo quoque, delectum quendam habuimus, ut ſic auſpi cio proſperiore reliqua impetu quodam miſcello conſequerentur. In quibus pleraq; recognoſcent hunc ipſum reſpectãtia locum. Interim ingerit ſeſe mihi Plato ſua illa philoſophi, aut Theologi potius maieſtate uenerabili, atq; aurẽ puellẽs, In Phędone ſuo ait ſe qddam mandaſſe literis, quod huic loco congruat uel maxime. Eſſe uidelicet Terrarũ regionem quandam prominentem adeo, ut imbres neſciat, neque item Flaminum ullos perſentiat impetus. Summa, præſignis q; ſit Aeris temperies, proinde q; inibi pfectiſſima quæq; uberius enaſcantur, nec deſit exactiſſimum genus hominum, quorum æuum ſit longe noſtro diuturnius. Eorum Corpora ſunt qui opinentur, ex æthere plurimum compacta, & aere. Aquæ, & terrę utiq; habere minimum, nec non compari fructuum modo ueſci, atq; ali. Hęc eo exſcripſi libentius, quod non ita magnam cum Delitiarum Horto in ſanctis literis celebrato diuerſitatẽ habent. Vt intelligamus uere dici, ac prædicari, Platonem demutatis paucis fore` Chriſtianum. Sed occurrit hac parte aliud, nec minus admiratiõe dignum. Legimus Geneſeos Cap. tertium, in quo, excuſſo Adã ab delitiis ob peccati atrocitatem, ſcribit Moyſes, collocatum a` Deo ante Paradiſum Voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atq; uerſatilem ad cuſtodiendam uiam ligni Vitæ. Vbi aſtruit interpres eſſe, qui opinentur, Paradiſum hunc uideri ſub Æquinoctiali circulo ſitum, Proinde q; flammei gladii nomine Zonam reddi torridam, quæ propter Solis conuerſiones Verſatilis nũcupetur. Quæ uero ad hoc maxime pertinentia, Aut certe mira, & relatu digna imprimis, obſeruauimus, ab nullo, quod equidem ſciam, antehac animaduerſa, pergam in literas promere. Arrianus inter Græcos hiſtoricos tantæ eſt in ſcribendo integritatis, ut φιλαληθὴς. i. Veritatis conſectator, ſtudioſus q; ſit uulgo cognominatus, atque ita etiamnum honeſtetur in libris. Hic in parte poſtrema Indici commẽtarii, ueluti ipſe quoq; Moyſi ſuccineret, ita ſcribit, Hanno Carthaginẽſis prouectus claſſe ab Columnis herculeis in Oceanum, relicta ad Lęuam Libya, diebus triginta enauigauit occidua petẽs, mox ubi in meridiem diuertiſſet, plurima ſeſe illi obiecere impedimenta, nam præter ardores feruidi Syderis, Vt in peruſta regione mundi, aqua potabili deficiebatur. audiebatur porro` creber de Cælo fragor, interim late promicantia in ſublimi fulgura oculos perſtringebant. Viſebantur q; ueluti flammarum riui præcipitantes e` Cælo, quanquam Cyrene ad extrema Libyæ in tanta camporum uaſtitate herbis nuda non ſit, neque item aquarum inops. Quid, quod Auicenna tanquam Platonem, Moyſem q; interpretaretur, primo Canonis in Complexionum ratione, temperatiorem ſub Æquinoctiali, commodiorem q; eſſe ſcribit habitationem, quàm ſit uſquam terrarum. Quod Eratoſthenem quoque, & Polybium ſenſiſſe, Straboni credimus. Nec ignoro tamen, quæ ſit in ea re inter doctiſſimos diſceptatio. Et Damaſcenus ſcribit in Paradiſo fuiſſe regionem diuinam, & prorſus eo dignam, qui Dei Opificis geſtaret imaginem. Illud animaduertendum, quod & Thomas adnotauit, & Conciliator non omiſit differentia LXVII. Quoſdam tradidiſſe, Paradiſum hunc uideri ſitum in Oriente, quę portio mundi nobilior eſt, quia dextra, ſicuti II, Cæli cõprobat Ariſt. Sed cum tamen locum itidem ſub Æquinoctiali Conciliator intelligit. Et rei ambiguitatem retegit imprimis idem Beatus Thomas Articuli ſecundi fine, Quęſtionis eiuſdem. Quicquid autem ſit, credendum inquit, Paradiſum in loco conſtitutum temperatiſſimo, ſiue is ſub Æquinoctiali ſit, ſeu alibi. Obiter illud hac in parte ſubnotarim ab erudito, quod aiunt, puluere non ita diſparatum, Macrobium ſecundo naturalium, Oceani Legitimum, ueriorem q; alueum ſub peruſta collocaſſe, abs quo profluentes ſinus, qui ambitu ſuæ flexionis Orizontem imitentur, Omnem ait terram quadrifidam diuidere, Et habitatiões ſingulas efficere Inſulas. Et propterea Ciceronem ſcripſiſſe, Omnem, quæ incolatur a` nobis, terram eſſe paruam quãdam Inſulam. Quod ipſum Eratoſthenes, Polybius, & Strabo quoque approbaſſe uidẽtur. Sed hos Ptolemæi ratio refellit, & meminit Conciliator. Quod de ſublimi terrarum parte pluuiis in concuſſa ſcribit Plato, id ipſum & de Olympi uertice antiquioribus proditum, & repetit Euſtathius. Sed liquidius in Odiſſea Homerus quoq;, etiam ſi Recentiorum obſeruatio ſecus deprehẽdiſſe uideatur, Eluſa ueterum Ingeniorum ſedulitate in perſitandis Naturæ arcanis, &, quod dicitur, Cornicum oculis confoſſis.

¶ Simulacra duo nobis esse proposita, Mundum, & Christum, Mundum esse tanquã Remp. & Dei templum, Angelos a' Deo prefectos humanis rebus, Qui mox euaserint Dæmones, & immundi Spiritus, Caput XXII.

c Æterum nequis nostra hæc putet, ueluti hirundinum musea, & Archytæ crepitaculum, Si diutius iis immoremur, re in immẽsum quodammodo recasura, palæstra utemur ea, quam nobis præscripsimus in hoc uelut præfloramẽto, ac mox huic parti Coronidem impingemus, si prius in hac mũdi historia, quæ Christiana Veritas obseruarit, ꝓtexuerimus. Duo. s. fuisse ꝓposita mortalibus Simulacra, Quibus ad inuisibilia mire ꝓsum surrigeremur, attolleremurq́, Vnũ quidem naturæ, Alterum uero gratiæ, Et naturæ quidem Simulacrum esse Mundi huius speciem, At Gratiæ humanitatem Verbi. In utroq; præmonstrari utiq; Deum, Sed non intelligi in utroq;, Siquidem natura specie utiq; sua, uelut digyto præferebat Artificẽ. Sed cõtemplantium oculos illuminare non poterat. At prepotẽtis, & inenarrabilis Saluatoris Humanitas, lux unica, uera, bona, de unico, uero, bono manans lumine, Medicina fuit, ut cæci lumen reciperent, & Doctrina quoq;, Vt uidentes agnoscerent ueritatẽ. Hæc singularis ꝓfecto est Mundi excellentia, hoc preconium eximium, Quod & ueterum scientissimi nõ omnino uidentur ignorasse. Quando etiam Senecam scimus nono Epistolarum. ad Luciliũ dixisse, Mundum Sapientis esse Remp. Quamobrem non uideri illum extra Remp. etiam si recesserit, immo fortasse, unum si reliquerit angulum, in maiora, atq; ampliora trãsiturũ, ac Cælo impositum tunc demum intellecturum, cum Sellam, aut Tribunal ascẽderet, quã humili sederit loco. Nunquã inqt, plus agit Sapiens, q̃ ubi in cõspectum eius diuina, humana q́ uenerunt. Idem alibi, ingens Dei templum Mundum uocat. Id ipsum & M. Tullius facit, Quod interpretatus uir doctissimus, bene inquit, uniuersus Mundus Dei templũ uocatur, propter illos, qui existimant, nil aliud esse Deum, nisi Cælũ ipsum, & Cælestia ista, quæ cernimus, Ideo, ut summi omnipotentiam Dei ostenderet, posse uix intelligi, nunquã uideri, qcqd humano subiicitur aspectui, templum eius uocauit, Qui sola mente concipit', Vt qui hæc uenerat', ut templa, cultum tamẽ maximum debeat Conditori, Sciatq; qsquis in usum templi huius inducitur, ritu sibi uiuendum Sacerdotis. Scribunt porro' Theologorum nonnulli, Ab initio Deum, cum fecisset mundum: prepositse illi quasdam cælestium Virtutum potestates, quibus regeretur, ac dispensaretur mortaliũ genus. Quod etiam indicare uidetur Moyses in Deuteronomi cantico, ubi legimus, cum diuideret excelsus Gẽtes, statuit earum terminos secundum numerꝰ Angelorũ Dei. Sed horũ nõnulli, sicut & ipse, q Princeps appellatus est Mũdi, datam sibi a' Deo potestatem nõ iis, qbus accepant, legibꝰ temperarunt: nec humanum genus diuinis obedire, Sed suis parere præuaricationibus docuerũt, unde aduersum nos peccatorꝰ chirographa cõposita, nam, ut Propheta testat', peccatis nostris uenũdati sumus, Siqdem animę suæ pretium capit unusqsq;, ubi uoluptatũ titillationes expleuerit. Hosce uero tum immũdos Spiritus, tum Christianis detestando nomine, Dæmonas nuncupamus. De quibus lucubratione sequenti in mediũ promere pergemus, quæ de iis Veterum ingenia prodidere, additis & nostrorum placitis, ut sese ostẽtarit occasio.

¶ Dæmonis nomen fuisse ueteribus honestum, nobis nõ ita. Cur Aristoteles dicat' Dæmonios, & Plato diuinus. Caput XXIII.

d Æmonis nomen in Christiana religione odiosum sane', infestumq; est. non ita ueteribus, Quippe, quod postea patebit amplius, eiusmodi nomẽclatura Deus qñq; significat'. Et pro admirabili, & immẽso Dæmoniũ usurpat Græcorum natio. Sed qbusdam quoq;, Vt Aristoteli, adhæsit Dæmonii cognomẽtum, Nam, quod nõ insuper habẽdum utiq; est, Platoné singulari sapientia philosophũ oĩbus fere' calculis ab Veterꝰ sciẽtissimis ita approbatũ, summisq; elatũ præconiis legimus, Vt Diuinũ Virum appellare nõ desinãt, prẽsertim in ea philosophię parte, quæ diuinorꝰ rõnes cõplectit', in qua & operæ multum, nec olei minus ab eo impẽsum, cõpertius est, q̃ ut demõstrari res debeat, qn in iis, quæ ad naturæ modũ spectãt, plures quoq; in eius sententiã procliuius ferũtur, q̃ Aristotelis. Et, ut Arbitri honorarii, q̃q̃ nostrũ nõ sit

onus, uice

onus, uice fungamur, Oīno in philoſophia prima, & in iis, quæ mathematicas req̃runt Demonſtrationes, In Oratoria itē facultate, ac in morum diſciplina pleriq; omnes ueluti oīum principem ſuſpiciunt, uenerāturq; Platonē, etiā ſi flumē orationis aureū fundi ab Ariſtotele, author M. Tullius eſt. Proinde inſtitutū, ut ab utriuſq; Cōſectatoribus Diuini ſymbolū Platoni, Dæmonii uero Ariſtoteli affigeret, Ceu innuerēt operte, tanto Platonē uideri Ariſtotele præſtantiorē, quāto naturalibus diuina cenſent auguſtiora, ampliora q̃, Vt præteream, quod Græci ſcribunt, & repetit Seneca, Athenis raptim Ariſtotelē, pfugiſſe, ueritum ne impietatis noīe in uincula cōiectus ultimo afficeret ſupplicio. Appellationis autē ratio pfluxiſſe uidet inde, Quod naturaliū ſciētiam imprimis cōplexus Ariſtoteles eſt, quo& rō ſublunari fere cōtinet mūdo, qua in parte, ſicuti mox liquebit, Dæmonibus præſcripta putabant loca. Plato uero altius ſeſe ſurrigens Intelligibilium cōtemplationi addictus Comparē Vitæ, morum q̃ normā eximia integritate cōſecutus eſt, ſpretis q̃, quę cæteri uſq; ad inſaniam demirant, quod in nobis diuinū eſt, ad id diuinū, quod ſolū, uere q; eſt, redigere omnibus, ut dicit, remis, uelis q̃ adnitebat. hinc diuini cognomētū lōge clariſſimū, uulgo celebratū illuxit. Author Allegoriæ Heſiodi Ariſtotelē nūcupat δαιμόνιον. Plutarchus tñ in libro de liberor& inſtitutione, Platonē quoq; dixit δαιμόνιον. Sed in artibus itē Dionyſius Homerum δαιμονιώτατον appellare ſibi permiſit. Sciendū uero Dæmonii appellationem ἐπαμφοτερίζειν. i. capi nūc in bonū, nūc in malū, pręcipue apud Homerū, abs quo Reges dici Dæmonios nouimus, uelut Eudæmonas. Plebeios itē, priuatos q̃, Sed ut δυσδαίμονας, infelices q̃, qm̃ mediæ poteſtatis ſint Dęmon, & fortuna. Sed iam de Dæmonibus plura.

¶ Rationalis naturæ gradus eſſe tres, Deorū, Dæmonū, Hominū. Dæmones cur. Itē eoſdem dici Lares, ac Genios. Dæmonū deſcriptio. Qui medioxumi, Patellarii, Semones, Heroes, Manes, Pluto Sumanus, Sangus, Popi, Diopi. Cap. XXIIII.

Illud uero imprimis teſtatum uolumus, in negotiatione, ut ſic dicā, iſta Platonē ipſum, Platonicos q̃ plures nos eē amplexuros, qm̃ inter cæteros hi maxima curæ indagine Dęmonum rōnem ſcrutati ſunt, non diſcluſis tamē, aut reiectis, quæ apud alios comperta legendi appetentiā ꝓciliare, aut laſſeſcentem ſtomachū excitare, ac reficere poterunt. Igitur Platonem animaduerto Rōnalis naturæ gradus feciſſe tres, non dignitatis tantū maieſtate interpūctos, abiūctos q̃, ſed etiā locor& intercapedine. Ergo immortalibus Diis ſummatem attribuit ſedem. i. Cæleſtem. Sed hor& alios dici, & eſſe Intelligibiles, ab omni materiæ cōtubernio ſemotos, Quorum Parens, princeps q̃ is ſit, quē re& Conditorē, Opificem q̃ ueneramur, maieſtatis amplitudine ultramūdana, ſanctum, & humano ſermone inenarrabilem, Sed ne mēte quidē facile apprehēſibilem. Quiſquis eſt is, aut q̃tuſcunq;, Vnus eſt, uerus, bonus, Veritas una, bona, Bonitas una, uera. Cæteri nō tam Dii, q̃ Miniſtri. Viſibiles Deos intelligit Cæleſtia Corpora. Atq; hic gradus utiq; unus, qui & primus. Imum uero tenet numiſma pręcelſæ dīuinitatis eximium, Homo. Cuius eminētiſſimā naturā, Cælitibus fere cōparem paulopoſt latius explicare ingrediemur. Medium uero inter hoſce extremos gradū, ab Lunæ collimitio ad nos uſq; expanſum iam habent. Quos ab Scientiæ magnitudine priſci Dæmonas uocarunt. Sed M. Tullius Lares, etiam ſi in eo ſatisfacere uix ſibi uidet. Apuleius nūc Lares, nūc Genios nūcupat. Hos tanq̃ interpretes quoſdā, et Salutigerulos arbitrati ſunt priores, Qui ꝓcepta a nobis Vota ad deos deferrēt, et illīc ad nos diuina munera, ueluti μεσίτας q̃dam, & Pararii. ad hos item Magica excantatio, & Præſagiorū ſpecies referebant, quod in Sympoſio docuit Plato. Plutarchus in libro de philoſophorū decretis nimis præciſe, cuiuſmodi forent Dæmones, deſcripſit, Cū ait, Thales, Pythagoras, Plato, Stoici Dæmonas eſſe ſanxerunt Subſtantias animales, Sicuti Heroas ab Corporibus amotas Animas. Floridius multo Apuleius, Dæmones inqt, Animalia ſunt, ingenio rationabilia, animo paſſiua, Corpore Aeria, tempore æterna, mox adiicit, Paſſiuos dici, qm̃ iiſdē, qbus nos, pturbationibus ſint obnoxii. Hoſce Romani ueteres Medioxumos item nuncuparunt, quod interſiti ex ſui ratione, ac loco, & poteſtate Diis ſummis ſint minores, hoīum natura, uelut cōplacitum antiq; eſt, utiq; maiores. Propterea Plaut9 in Ciſtellaria, Ita me Dii, Deę q̃, Superi, atq; Inferi, & Medioxumi. Apud eūdem qn etiā Patellarios dici cōperias Deos, Qui patel-

lis, ſacrificio uaſis accõmodis, placarent. Propterea in faſtis Ouidius, Fert miſſos Veſtæ pura Patella cibos. Plautus, Dii me omnes magni, minuti q, & patellarii. Semones dici putant eos, qui ab Aeris meditullio qcqd interpatet ad terram uſq, habẽt. Quos credit Martianus ἡμιθεοὺς dici, hoc eſt Semideos, Heroas quoq, ſicut Iamblichus itẽ ſignificat, qm̃ inquit, ἥρων ueteres dicebant terram. Ibiq Manes. i. Corpori humano præſules attributi, q Parentum ſeminibus manarunt. Heroas fuiſſe iracundos, & occurſantibus infeſtos, Mẽnander ſignat, proinde prætereuntes Heroa ſilentium mire ſeruabãt. Porro quicqd ab Luna ad terram interſtitii eſt, Plutonis imperio aſcribitur, Qui inde Sumanus dicit quaſi Sũmus Deorum manium. Sed & Lunam in Vicinia ꝓſtitutã Proſerpinã appellarũt. Semones Fulgentius non omnino malus author, eſſe Deos opinat, q Cælo digni nõ cẽſerent ob meriti paupertatẽ, Cuiuſmodi eſſet Priapus, Hippo, Vertunnus. Nec terrenos tamẽ putarent per gratiæ uenerationẽ, Sicuti in Myſtagora ſcribit Varro, Semonẽq inferi⁹ derelicto, Deum depinnato attollã eloqo. In ciuitate diuina Auguſtinus Semonẽ dici Ianũ ſentit, quod Seminio præſit, dum ꝓcipit infans. Semonis Iani meminit ab Vrbe cõdita libro octauo Liuius, q̃q̃ alii expuncta lectione iſta, ſubſtituãt Sabino Sangi, ex Dionyſio, Qui antiquitatũ ſecundo, Sabinorũ genti inditum nomẽ ſcribit ex Sabino Sangi diui gẽtilis, quẽ Sangum qdam Piſtium uocẽt. Sunt q Dryopum Lingua Popos dici Dęmonas arbitrent. Omnino qui Homero poſteriores ſunt, etiã Deos ea uoce ſignificari putãt, ut ſint Popi quaſi Ipopi ex ueterũ doctrina ὡς τὰ πάντα διοπτεύοντες, i. omnia diſpiciẽtes. Sicuti indidẽ corriuat & Diopos, quæ dictio apud Æſchylum ducis eſt peculiaris. i. ἡγεμονική.

¶ Eſſe item in Sphęris Dæmonum ordines. Prouidẽtia triplex. Quomodo ab Dæmonibus afficiamur. Qui Dæmones naturales, Quiq Aduentitii. Dæmonũ præfecturę: Item Dæmones eſſe tanq̃ Paſtores. Caput XXV.

Ed in hac Dæmonũ diſtinctione id utiq minus ignorãdũ, Ex Veteribus plerosq, præter quæ hactenus collecta nobis ſunt, etiam ſingulis Planetarũ globis peculiares aſcripſiſſe Dæmones, ueluti ſtellas, Ita Planetę illi famulãtes, in cuius orbe ſunt, Vt in firmamẽto ſtellę minores ab illuſtrioribus gubernantur. Inde Saturnii legunt Dæmones, aut Iouii, et deinceps. Immo uero inter Saturnios eſſe, q præſtent aliis in globo eodẽ. Quod & in cæteris intelligũt. quẽadmodũ inter homines nõ omnium eadẽ rõ agnoſcit fortunæ. Orphici terreſtres etiã dederunt Dæmones, Sicuti etiã Aquei dicunt, & Ignei. Tradunt porro, q hæc curioſius pueſtigant, eẽ ab Summis ad infima ueluti catenas quaſdam extenſas. Nam Stellarũ quælibet Dęmones ſuos tanq̃ aſſeclas certis afficit modis. Sed eodẽ itẽ mõ ab Dæmonibus Animæ afficiunt, ab ſuis ubiq ſuę. Id ut facilius ꝓcipiat, Prouidentiã Platonica Schola in tria diſtribuit, Vniuerſalem, minus uniuerſalem, & demũ particularẽ. Et uniuerſalem qdẽ ad tria refert principia, quorũ & ſuperius facta nobis mentio eſt, Bonũ, Intellectũ, Animã mũdi: qua Omnibus, & oĩa prouideant. Minus uniuerſalẽ, ad Sphærarũ, Stellarumq animas, Quãdo harũ unaquęq oĩum qdem rõnem habet, Sed nõ in oĩbus tamẽ. Particularẽ uero Dęmonũ eſſe uolunt, qui quædam nõ oĩbus, ſed qbuſdam gratificent. Quanq̃ & in humanis animis ꝓuidentia particularis eſt ad inferiora. Igitur pro loci rõne nobis non uno mõ fomenta adiiciunt, Siqdem Ignei Dæmones Cõtemplandi excitant potentiã. Aerei Vitę fauẽt Actiuę, Aquei Voluptuoſæ. Hos Plato ſcribit a primordio malos plurimis uoluptatem immiſcuiſſe. Porro Dæmones qdem omnes eſſe affectu paſſiuos, Superiores uero, mediosq etiã immortales, Infimos duntaxat longæuos. Aſſerit & illud, Dęmonũ alios eſſe, ut ſic dixerim, indigenas, Aduentitios alios. Et Indigenas qdem uolunt, q ſint initio ſic producti, Aduentitios aũt, q ex humana rõne mox inter Dæmonas ſint centuriati, ac nihilominus humana curẽt. Quod uero ad Dęmonicas attinet pręfecturas, Alii latiſſima procurãt terrarũ ſpatia, Alios detinent anguſtiora. Quidam Vrbibus modo pręponunt, aut ex hominibus ſingulos tantum amplexant. Atq hinc Saturnium alius, Ille Iouium, hic quẽuis aliũ dicit Dæmonẽ ſortitus, Sicuti etiã unũquẽq noſtrum credunt ſuo, ut ſic dixerim, ſyderi mancipari, Quæ utiq Dæmonica rõ, atq cæleſtis non in homine tantũ efficax putat, Sed & in cæteris naturæ partibus. Nam ſæpe animal hoc, uel illud Solare dicimus, aut Iouiũ. Sic & in plantis, lapidibusq.

tis, lapidibus'q;. Certe Plato Dęmonicam poteſtatem, ut ꝓciliatricem in Sympoſio, & Legibus admiratur. Propterea in Protagora, & Politico Dæmonas, ut Paſtores recognoſcit, in Critia etiam Gubernatores. Quibus nos diuina prouidentia commendandos cenſuerit, uel uti moderatoribus, Qui nos tum diuinationibus plurifariam, tum oraculis adiuuarent.

¶ Dęmones an habeant Corpus, Item Angeli. Corporum genera qnq;. Nereides quæ ſint. Qui, & ubi Viſibiles Dæmones. Caput XXVI.

a Nuero Dæmones huiuſmodi, ſiue bonos intelligas, ſiue malos, habeãt Corpus, poteſt uideri quæſtione non indignũ. Ac ſi Apuleium audimus, non omnes habẽt, Siquidem in Socratis Dęmonio ita ſcribit, Genus aliud auguſtius aio Dæmonum, q ſemp a' Corporeis cõpedibus, & nexibus liberi procurant' certis precatibus. Quorum e' numero Somnus, atq; Amor. Pſellus Dęmonũ naturam nõ putat eſſe ſine Corpore, quãdo inqt, ſunt, q fateant', Dæmones ab ſe cũ Corporibus uiſos, Quin & Magnus Baſilius nõ Dæmonibus mõ, Sed & puris etiam Angelis corpora tribuit, ueluti Spiritus quoſdam tenues, & aereos, atq; puros. Cui Dauid aſtipulari uidet', cũ ait, Qui facit Angelos ſuos Spiritus, ac miniſtros ſuos flãmeos. Sed in ciuitate Dei Auguſtinus ait, Qui facit Angelos ſuos Spirit⁹, ideſt eos, qui Spiritus ſunt natura, facit eſſe Angelos. Eandem quoq; aſſerit Pſellus idem Apoſtoli Pauli fuiſſe ſententiã. qm̃ ſic cõmodius locum permutẽt, quieſcant, itẽ ſine fallacia ſenſibus ſe offerãt. Sicubi uero in Scriptura legantur incorporei, reſpõdendum, eſſe moris Corpora quidem craſſiora Corporea nominare, Quæ uero prætenuia ſunt, quę'q; aſpectum, tactum'q;, effugiunt, incorporea dicere. Nõ idem tamẽ uidet' Angelicũ, & Dæmonicum Corpus. Illud enim radiat, & nequit oculis ſuſtineri. Dæmonicum uidet' aliqñ fuiſſe eiuſmodi, qm̃ Iſaias Angelum nominat Luciferũ, qui lapſus eſt. nũc certe obſcurum, tenebricoſum'q; eſt. Angelicũ qdẽ Corpus omnis expers eſt materiæ. Dæmonica quodãmodo materialia, & ſubiecta paſſiõi, præſertim, quæ ſub terram intruſa ſunt. Itaq; pulſata dolent, & igne admoto exuruntur, cinere item cõſpicuo, quod in Thuſcia quandoq; factum, proditur memorię. Sed, ut hęc expendãtur exactiore libra, Corporum (quod ad hanc ſpectat rõnem) inuenio Species qnq;. Eſt quidem Corpus unum, & id primũ, quod igne tantum conflatur, quod ſi ignis ille uiſui ſubiiciatur, Sydereũ Corpus dicitur. Si uiſum non patiatur, Dæmones ſunt: Quos igneos dicit Orpheus, aut Cæleſtes. Altera Species Corporũ eſt, quæ ignis, aeris'q; nexu attemperata ſunt, Et hi Ætherei, uel aerei nuncupãtur Dæmones, eodẽ Orpheo docẽte. Quod ſi aqueum quiddam, ueluti tenuius ferrumen acceſſerit, Tertiũ conſurget genus Dæmonum, quĩ nominant' Aquei. qui qñq; etiam percipi poſſunt uiſu, ſi dẽſius paulo ſubactum corpus ſit. Vbi autem Terræ aliquid addatur, ſed non ita craſſum, Terreni iam efficiunt' Dæmones. Poſtrema ſunt iã humana Corpora ſpiſſitudine craſſiora, obeſiora'q;. Aqueos Dæmonas in Perſide, atq; Aphrica uiſitari præcipue, Zoroaſter exiſtimat: Eos Nereidas uocauit Orpheus. adiicit tamẽ Porphyrius, illos Dęmonas ſolum uideri, in quorũ Corporibus præter aquæ uaporem, ignis abundet. Id'q; in Oriẽte contingere, atq; Meridie. Glaucũ eſſe marinum Dæmona Græci ſcribunt. hunc eſſe Melicerten interpretat' Nicanor. In primo Æolicorum ſcribit Nicander, Apollinẽ ab Glauco diuinandi ſcientiam eſſe conſecutũ. Porro', quod obſeruatiõe dignũ eſt, Auguſtinus aſtruere uidet', Angelos omnes ante confirmationem, uel lapſum Corpora habuiſſe aerea ex puriore, ſuperiore'q; Aeris parte ꝓformata. Cęterum ad faciendũ idonea, non item ad patiendũ. Talia'q; etiamnum bonis Angelis cõſeruata, quæ uiſum tamẽ nõ patiant', ni craſſius qppiam fuerit inductum. Malis uero Angelis in lapſu demutata fuiſſe Corpora in aeris ſpiſſioris qualitatẽ, Vt igne poſſent torqueri. Super Geneſin Auguſtinus idẽ ſic ferme' ꝓdit. Dæmones aerea dicunt' Animalia, qa Corporum aereorũ natura uigent, nec per mortẽ diſſoluunt', qm̃ præualet in eis elementũ ad faciendũ aptius, q̃ ad patiendum. Patientiæ qdem humor, terra'q; ꝓgruunt maxime. Ad faciendum uero Aer, ignis'q;. Verum nequid diſſimulẽ, In ſecundo Sententiarũ adnotatũ animaduerti, Hæc de aliorũ ſentẽtia fuiſſe Auguſtino ꝓſcripta, Quoniã Chriſtianæ ueritatis Sectatores cõplures cõſpiratu cõſono prodiderint, Angelos eſſe incorporeos, Aſſumere tñ qñq; Corpora, ut exequãtur ab opt. max. Deo iniũcta, qbus mox exuãtur. Beatus itẽ Tho-

mas Quæſtionis propriæ articulo primo, Auguſtinum ſcribit, Platonicorũ opinionẽ expli/ cuiſſe. Origenem quoq; ut in aliis item, eſſe deceptum, ubi in libro περὶ ἀρχῶν Deum pa/ trem modo tradit, et Filium, ac Sanctũ Spiritum nullũ habere cũ materia cõmerciũ. Quod ſi Gregorius Angelum uocat rõnale animal, id per metaphoram dictũ exponit, ex rõnis ſi/ militudine. Vbi uero Bernardus ait, Spiritus creatos indigere inſtrumento corporeo, intel ligendum inquit, non naturaliter adglutinato, Sed ad aliquid aſſumpto. Deniq; in diuinis nominibus Dionyſius incorporeos eſſe Angelos, conſtanter affirmat.

¶ Dæmones eſſe ſemine fœcundos, & Coire, Angelos bonos minime. An Angelus di catur de homine. De Gigantibus. Dæmones qua rõne uarias exhibeant figuras. Quæ ſint Naiades, Dryades, Onoſceli. Cur quidam Dæmones ingerant ſe puerperis.

Caput XXVII.

m Arcum quendã in Cherrhoneſo Græciæ contermina fuiſſe, legimus, Qui ge nus ſuum in Meſin fluuium referebat, homo ſolitudinis præcipue amator, & Dæmonũ cultor eximius, quo nomine de illoꝝ natura multa ꝑſecutus, aliis etiam eſt impertitus, Sicuti illud, Dæmonas nõ pati ſolum, ſed ualde utiq; pa ti. Quin eſſe item ſemine fœcundos, id'q; generandi ſtudio effundere, ſuccre ſcere'q; inde animalia quædam modi nõ magni, habere. n. genitalia, ſed neutiq; noſtris ſi/ milia. Porro quia excremẽtitium qddam effundant, ꝓnutriri quoq;, Alios qdẽ inſpiratio/ ne, Alios etiã humore, Verum nõ ore, ſicuti nos. Immo uero ut Spõgiæ, atq; Oſtrea. Nec tamen Dęmones hoc omnes pati, ſed q materiæ ꝓiunctiores ſint, qui'q; lucifugæ intelligan tur, Aquatici, atq; Subterranei. Hinc Auguſtinus Multos tradit, experiẽtia magiſtra didiciſ ſe, Syluanos, & Faunos, quos uulgo Incubos uocẽt, improbos ſæpe extitiſſe mulierib⁹. Ea rum'q; appetiſſe, ac peregiſſe concubitus, & quoſdã Dæmones, quos Galli Duſios nuncu pent, hanc aſſidue fœditatem tentare. Adiicit tñ, ſe hic nil admodũ temere auſum affirma/ re, Angelos uero Dei Sanctos ea turpitudine inqnatos, nõ credere. Cum uero legimus Ge neſeos VI. Angelos Dei uidentes filias hoĩum, quod eſſent pulchræ, accepiſſe uxores ſi/ bi, non accipiendũ inqt, eſt, ita illos eſſe Angelos Dei, ut homines non eſſent, ſicut putant qdam. Nam hoĩes fuiſſe, Scriptura ſine ambiguitate declarat, qñ dixit Deus, nõ permane/ bit Spiritus meus in hominibus his in æternũ, propterea quod Caro eſt. Sed & Hoĩes Dei Angelos fuiſſe nuncupatos, ex iiſdem literis teſtatiſſimũ eſt. Nam de Ioanne Legimus, Ec/ ce ego mitto Angelum meũ ante faciẽ tuã. Et Malachias Propheta Angelus itẽ dictus eſt. fallit aũt quoſdã, quod ex illis, q dicebant Angeli Dei, nati, ac propagati ferunt Gigantes, ueluti hoc humanũ nõ ſit. Cũ tamẽ paulo añ Goticã Vaſtitatẽ Romæ uiſa ſit fœmina, quę Corpore quodãmõ Giganteo lõge cæteris prę eminebat, quod eo mirabilius eſt uiſum, qm uterq; Parẽs nec Staturoſoꝝ qdem hoĩum proceritatẽ aſſequebat. Sed redeo, unde ſum di greſſus. Nullus inqt Marcus idẽ, Dæmon Mas cenſendus eſt, uel Fœmina. Hæc enim inter ſtitia, & ſexuũ diſcernicula ad cõpoſita ꝑtinẽt, Dæmonũ uero Corpora ſimplicia ſunt, du/ ctu, flexu'q; facilia, ad oẽm'q; ꝓfigurationẽ apta naturaliter. Et. n. ſicuti Nubes nũc hoĩum, nũc cuiuſcũq; uiſitationẽ faciũt, cõſimiliter et Dęmonũ Corpa, ut collibuerit, uarias ꝓcipiũt figuras. Qua rõne uiꝝ mõ præferũt, mõ etiã fœminã. Infremũt qñq;, ut Leones, Saltãt, ut Pardalis, latrant, ut Canes. Nec tñ tot, ac tam uaria unũquodq; Dæmonum genus perfece rit. Nã igneis, Aereis'q; facile huiuſmodi ſuppetit facultas, Siqdẽ in id ſe nullo negotio de/ formãt, quod imaginatio cõceperit. Tenebricoſi uero Dæmonis phantaſticũ anguſtiis flu/ ctuãs eam neſcit diuerſitatem. Corpore item inagili, minime'q; actꝫoſo. Aquei, nec nõ Ter reſtres in hoꝝ meditullio ꝓſtituunt. Sed q in aquis agunt plurimũ, ex elemẽti mollicie aues ferẽ, ac mulieres aſſimulãt. Ex quo genere fũt celebratæ Poetis Naiades, Nereides, nec nõ Dryades. Qui uero inaquoſa, & arida frequẽtant, Corporib⁹ areſcẽtibus, Cuiuſmodi Ono ſceli ꝓnoſcunt, qui ſunt aſininis cruribus, hi ſeſe mares plurimũ exhibẽt, interdũ quoq; Leo nẽ, ac Canem induere uidentur. quare nõ ita mirũ, ſi qñq; puerperis fœminea ſpecie inge/ ratur Dæmonium, quod adulterum ſit, & impuris humectationibus afficiat plurimum.

¶ Dæmones mali, Dæmonum e Cælo lapſus, Trygodæmones qui ſint, & Sorodęmo nes, Couali, Soroadios Dæmon. Caput XXVIII.

Dæmones

Æmones quidem omnes Christi cultus, tanq̃ malos abdicat. Illoꝝ cõmercio nullatenus utendũ censet, Quando, ut in Apologetico testatum reliquit Flo
d rens Septimius, Dæmonum operatio est hominis euersio. Gręcia nõ ita mul tos Dæmones damnandos putat. Addit, nec hos quidẽ esse exꝓposito tales.

Sed quod ab cõdito æuo reꝝ disp̃satio ea sit ratione instituta, ut illis animæ impurę Carnificina, ut sic dixerim, iniũgeret, Cuiusmodi Dæmonũ opera Magica Vanitas impendio uti assueuerit, aduocãs in aspectum imaginariũ, & multa itidem imaginaria, Spectantibus obiiciens. Nos in literis antiquioribus ab Pherecyde traditũ obseruauimus, Dęmonas olim Cęlo lapsos, quod nostra ꝓtinet doctrina, Ophioneum'q; nũcupatum, hoc est Dęmonicũ Serpentẽ, Qui Antesignanus fuerit agminis ab diuinæ mẽtis placito defici entis. In mysteriis exploratũ illud quoq;, Iouem qñq; Dęmones ĩferiores ad inferna deturbasse. Adde, quod & Pythagorica doctrina hoc ipsum fere` opertius referre animaduertit', dum fractis alis Animam labi e` cælo fingunt, in'q; nouem distribuũt gradus, tanq̃ nouenarium Angelorũ Chorũ. Quin & in Sermone, qui est de fœnore, Plutarchus, Empedoclem eiusmodi Dæmonũ lapsum nouisse, significat, Vbi ait, Semel fœnore illaqueatum euadere nõ posse, Verũ oberrare, ꝓinde, ac Dæmones a` Deo fugati, e'q; cælo dati in præceps apud Empedoclem, Quos Æther ad maris ima deturbarat. Illo autẽ ad terrã reiectante, Hæc rursus in altũ exstimulabat, Qui illinc mox aliò contrudebantur. Platonici arbitrantur, Septẽtrionales Dæmones esse malos, Idipsum & Hebræoꝝ Astronomi comprobant, Qui Martios, noxios'q; in Septẽtrione locatos tradunt, Propitios autẽ, & Iouios in Meridie. Iamblichus porro` scribit, Imaginũ fictores a` Dæmonib⁹ malis occupari sępius, atq; falli. Ex quo, ut festiuius aliquid interim appingamus, Trygodęmones apud Comicũ Aristophanem in Nebulis dicunt' Poetæ, quod fecibus, quas Græcia τρύγας uocat, facię collinere consueti in Viis curribus insidentes, ne cognobiles fierẽt, poemata concinebãt, Cauillis, probris'ue lacessentes, q̃ præterirẽt, Quod erat suũ Comicorum. Proinde inquit Interpres, institutũ, Vt q̃squis impudenter nimis ꝓuitiando iniurius est, de Curru loqui dicatur. Plutarchus in rõne Liberorum institutionis, Senes hisce ꝓuitiis proscissos tradit, ut χρονόληροι uocarent', ideſt ætate desipientes, & Sorodæmones, hoc est, sepulchrales Laruæ. Erant & Dęmones quidam Dionysiaci, quos nũcuparunt κοβάλους, asperi, & immites, q̃q̃ & Coualos dicebãt qui Lusu assimulato fallerẽt, ut scribit Harpocratio, meminit Philochorus. Sed & Aristoteles octauo de animalium historiis Otum esse scribit Coualum, etiã si luxatis, qui modo circũferunt', Græcis codicibus, & imitandi studio teneri, atq; ita saltantem capi. Plynius parasiticum transtulit, Theodorus Blateronẽ, Halucinatorem'q;, Sed et eo uerbo signãt Gręci Prædonẽ, aut Sicariũ, ab genere gladii, quẽ κοπίδα uocant. Apud Indos colebat' Dęmon Soroadios, quod in linguã gręcã tralatũ uerbũ Oenopœũ signat. i. οἰνοχοὸν. i. uini factorẽ.

¶ Dæmones an sentire doloris uim possint. Spiritũ esse, qui sensum efficiat. Cur enses offerant' Dæmonibus. Virgilii locus explicat'. Theologica sententia de Supplicio Dæmonum. Caput XXIX.

Ec paruæ illud quoq; disceptationis cẽseri solet, Doleant'ne Dęmones, ac ex carnificari, pulsari'ue ullo pacto possint, & multi adnuunt q̃dem, & nos pau
n lo ante cõmeminimus, Sed qua id effici rõne possit: nõ est obtritum ualde, eo utiq; amplius, si nec solido, nec cõposito prędditi sunt Corpore. Nam ad compacta ex pluribus uidet' Sensus ꝓtinere. Cæteꝝ quo nã modo infligat' dolor, exactius perpẽdendũ. Astruunt q̃dẽ multi, esse Neruos, q̃ sentiãt, Sed nõ id efficit Neruus, Veꝝ Spiritus potius Neruo insitus. Nã quod Spiritus expers est, Sensus item expers sit, necessarium est. Ergo Spiritale Dæmonũ Corpus magna parte, Vbi'q; sensile est, natũra, & absq; medio tangit, uidet, audit, Sed & tactũ patit', & perinde, ac solida, diuisum dolet, eo tamen interstitio, quod solida intercisa, ac reuulsa aut ꝓsanãtur nũq̃, aut uix ꝓtingere id potest. Resectum uero Dæmonicũ corpus coit rursum, recreatur'q; aeris mõ, aut aquæ. Et id quidem celeritate incredibili, interim tamẽ dolet insigniter, dum ꝓgitur dissectio, quo fit, ut ferri aciem reformident, reclinẽt'q;, q̃tum maxime possint. Propterea qui exagitare Dęmones moliuntur, Enses, ac tela studiosc prętendunt. Ex qua uetęꝝ, & q̃dẽ Platonicoꝝ doctrina Platonicus ipse Poeta Æneidos sexto ita scribit, Procul o procul este prophani,

Conclamat Vates, toto' q; abſiſtite luco.
Tu' q; inuade uiam, Vagina' q; eripe ferrum.

Eum uero locum q̃ apte excuſſerint Interpretes, iudicabunt uolentes. Nã ſatis habuit Seruius dicere, uoluiſſe Æneam habere contra umbras Enſem conſecratũ. Spiritum uero primo uiuere, atq; ſentire, arguméto eſt, ut dixi, qd eo ab mẽbris reuocato: mox illa & ſenſu, & motu defecta cõmoriunt'. Animas uero eiuſmodi itẽ prætenuia Corpuſcula habere præter ſolidum hoc, & craſſum, in qbus pariter ſint, in qbus' q; potiſſimũ ſentiant, & ꝓſeuerent lõge diutius, q̃ in ſolido, alibi ex Veterum ſentẽtia docebimus. Vnde lux multa Maroni in feret'. Sed poſteaq̃ Antiquorũ placita in his recẽſuim⁹, ádnectam⁹ & Theologici doctoris ſententiã. Scribit Beatus Thomas, Timorẽ, Dolorem, Gaudiũ in Dęmonibus eſſe nõ poſſe, ut ſunt Paſſiones, uel ut latinius loquar, ꝓturbationes, qm̃ ſint hæ Appetitus ſenſitiui ꝓpriæ, Qui Virtus eſt in organo Corporeo. Vt uero intelliguntˇ ſimplices uolũtatis actus, ſic in Dæmonib⁹ eſſe poſſe. Etenĩ hoc mõ dolor eſt obluctatio uoluntatis ex eo, quod eſt, uel nõ eſt. Multa. n. ſunt, quæ nõ eſſe, Dęmones mallent, & econuerſo. Ideo' q; dolorẽ coori ri, neceſſe eſt. Sed cum dicat Chriſtus, ignem æternũ ſuppliciis hoĩum eſſe attributũ, & Dęmonũ, Quonã modo eſſe queat in eo Spirituũ immũdo⁹ diſcruciatio? Diſcedite à me inqt Veritas, maledicti in ignem æternũ, qui præparatus eſt Diabolo, & Angelis eius. Sed ſunt inqt iterum Auguſtinus, ſua etiã Dæmonibus Corpora, ſicut doctis hominibus uiſum eſt, ex hoc aere craſſo, & humecto. Quod genus elementi, ſi nil perpeti poſſet, nõ ureret ferue factũ in balneis. Si autem Quiſquam nulla habere corpora Dæmones aſſeuerat, nõ eſt de hac re aut laborandum inqſitione operoſa, Aut contẽtioſa diſputatione certandũ. Adhęrebunt Igni Corporeo Spiritus, quãuis incorporei, ut cruciẽtur, modo utiq; miro, & homini nequaquam explicabili. Sed tamen uero, Cur. n. hoc cenſeatur impoſſibile, Si fieri potuit, Vt Spiritalis Anima corpori alligaretur?

¶ Dæmonem tribus modis dici. Animum noſtrum etiam Dæmonem nũcupari. Locus Virgilii declaratur. Caput XXX.

s Cribit aũt Proclus, Dæmonẽ nõ uno modo dici, Alius. n. ipſa eſſentia Dæmon eſt. Comparatione alius. Alius item habitu, Vbiq;. n. quod proxime pręeſt, ac prouidet, appellare Dæmonẽ cõſueuerunt, ſicuti apud Orpheũ Iupiter Saturnum Dæmonem uocat. Sed & Plato Deos, qui generationem e` ꝓpinquo diſponũt, Dæmonas nũcupauit. Comparatione utiq; Dæmon eſt, q proxime unicuiq; ꝓuidet, etiã ſi Deus ſit. Habitu uero Dæmon dicitur Animus. Qui ſimilitudine quapiã ad genus Dæmonicũ mirabiliores, quam ſecundum hoĩem actiones edit, to tam' q; uitam ſuã ſuſpẽdit ex Dæmone. Qua rõne in Rep. Socrates Dæmones animos appellauit, q Vitam bene tranſegerint. Dæmon uero eſſentia hanc per ſeipſum ꝓprietatẽ eſt ſortitus, Viribus ꝓpriis, modis' q; differentibus actionũ diſtinctus. Anima rõnalis omnino in Timæo Dæmon animalis eſt appellata. Dignum ſcitu, quod Apuleius inqt, Quodam ſignificatu Animum humanum etiam in Corpore conſtitutum nuncupari Dæmonem, Vnde & apud Virgilium.

Dii' ne hunc ardorem mentibus addunt
Euriale' an ſua cuiq; Deus fit dira cupido?

Ergo & bona cupido animi Deus eſt. Vnde Eudæmonas dici Beatos putant, Quorũ Dæmon bonus, ideſt Animus Virtute perfectus eſt. Intellectum itẽ noſtrũ poſſumus recte Dęmonẽ nuncupare, nã Timæus inqt, Deum nobis ſupremã animi partem tanq̃ Dæmonẽ cõtribuiſſe. In Sympoſio uero ipſe mentis Amor ad diuinã pulchritudinẽ cõtemplandã Dæmon cognominat'. Porphyrius etiã, ut ſcribit Iamblichus, Dęmonẽ propriũ nõ eſſe aliũ, q̃ Intellectũ putabat, & inde eum eſſe Eudæmona, q ſapiẽti ſit intellectu pręditus. Sed Iulius item Pollux Homero authore, Dęmonas ſcribit Deos uocari, Quãdo etiã Plato Omnium Moderatorem magnum Dęmona nũcupare ſibi permiſerit.

¶ Dęmonem eſſe unicuiq; proprium, cuſtodem, teſtem' q;. Quę ſint ab eo emolumẽta. Quando fiat Dæmonis ab Aĩa electio. Dęmoniũ Socratis quale foret, & cur diceret' De⁹. Itẽ de Auguſti & M. Antonii Dęmonio. Dęmonũ bono⁹, & malo⁹ noĩa. Cap. XXXI.

Ex ſublimiore

X ſublimiore autẽ Dæmonũ genere Platonis ſententia eſt, Animis in Vitalem hanc prodeuntibus lucem contribui Dæmonem, q̃ ſit actionũ inſpectorem oĩum, & Cogitationum quoq; diligens explorator, Qui'q; Corporeo exolutis nexu aſſiſtat ſemp, rapteť q; ad Iudicem protinus, ſingula teſtimonio approbans ſuo, uel diluens, quod in Phædone confirmat Socrates, & repetit Proclus. Poſtea ipſe hic Dæmon, ſi religioſe colať à nobis probitate, ac ſanctitudine, quod Socratem feciſſe ſcimus, putant Platonici, mire ab eo nos iuuari tum ſomniis, tum ſignis, mala auertendo, bona auctius ſoſpitando, poſſe nanq; humilia, iacentia'q; ſurrigere, nutantia tibicinibus offulcire, obſcura illuſtrare, demum'q; improſperum Sydus reſtituere. Hoc non è Philoſophorum modo Scholis eſt, ſed & Menander approbaſſe uidetur, ubi ait, δαί μων ἀνδρὶ συμπαρίσταται δὺς γινομένῳ. Adeſt inqt, ſtatim naſcẽti unicuiq; Dæmon. Inde in φαρμακευτρίᾳ Theocritus, σὺν δαίμονι τάκω, ex Interpretis aſtipulatu intellige, cum ſuo ipſius Dæmone. Nec mirum eſt, additum nobis auguſtiorem, ſanctiorem'q; præſidẽ. Quãdo non ferè ſit aliud homine imbecillius, Qui ab Cæleſti tranquillitate ſemotior, diuerſiſ'q; fortunæ telis obiectus, Voluptatum pernicioſiſſimis circunfuſus delinimẽtis, quæ aſſidue aduerſus animam ſtipendia facere ſentiunť, ut inſcitiæ malum præteream, quo ab ineunte ætate, tanq̃ teterrimo cœno obuolutus, Et demum ab hoſte uigilantiſſimo aggeribus, foſſa, uallo'q; circunſeſſus, & nulla non hora pulſatus ariete, & paulo minus ſolo æquatus clariſſimæ illius Prouidentiæ, ab benefico munere nuſquam ceſſantis, opem ſumma ui ad extrema redactus implorabat, quo adminiculatior, plenior'q; ſpei deſtinatam gentibus metam poſſet contingere. Proinde appoſiti nobis hi, quos diu iam more Veterum Dæmones dicimus, tanq̃ Paſtores, ut placet Platoni. Ea uero ſi diſplicita eſt nomenclatura, nũcupemus iam, ſicuti Patribus Chriſtianis appellare moris eſt, Angelos bonos, quod Areopagita Dionyſius cõprobat, nec ab Platonis mente diſſentaneum eſt. Qui preces noſtras ẽt Optimo maximo Deo exhibere, ab Platonicis creduntť, & Confirmat Caſſiodorus in Pſalmorum enarratione. Sunt qui opinentur, Aĩam nõ tunc creari primũ, ubi Corpori adnectitur, Sed uixiſſe diu ante. Horũ itẽ ſententia eſt, Animas iam iam deſcenſuras ex Dæmonũ numeroſa ſerie Cuſtodẽ naturaliter ſecernere. Putãt alii iſta perfici, q̃n iam electiõe uti cœperit Anima, Siqdem dum ſibi mores induit hos, aut illos, optare itẽ Vitę ducem latenter. Nec abſurdum rentur Dęmonẽ eundẽ ab pluribus ſecerni. Adiiciunt illud quoq;, Morum ratione eadẽ nõ manente, nõ manere item Dęmonẽ. Item ſicuti Dæmonis optio nobis datur, Ita nos ab Dæmonibus uiciſſim optari. Hi uero non alii ſunt, q̃ malefici q̃dam, prauitas quorum ab diuinis nos ſeiungendo in materiam penitus adobruat. Ægyptiorũ doctrina traditum eſt, ab Dæmonum præſide Deo pro ratione propoſitæ uitæ Dæmonẽ aſſignari, nõ ab Aſtro, nec ab Planeta, quod ſenſiſſe Porphyrius exiſtimať, ut author eſt Iamblichus. Quare Concinentes Pythagorici, ita Iouem apprecari ꝑſueuerant, Vt uel ipſe à malis abduceret, uel à quo Dæmonum id poſſet præſtari, monſtraret. Iamblichus refert, eatenus ab Dæmone nos dirigi, donec ſacris expiati Deum ſubeamus ducẽ pro Dæmone. Cui poſthac Dæmon ita cedit. Vt uel uacet eo præſente, uel ad idem conducat. Hinc Plotinus nos exhortatur ad Deum pro Dæmone cõſequendũ, q̃uis ad excellentiorẽ Dæmonẽ id retulerit, qui Plotino multum intulit claritatis. Quoniã excellẽtior Dęmon q̃nq; dicať Deus, qualẽ Plotinus habuiſſe crediť, atq; itẽ Socrates. Nã & Inferiores Dii, ſicuti pręſignificatũ nobis eſt, q̃nq; Dæmones dicũtur. Qua rõne Apuleius Librum de Deo Socratis attitulauit potius, q̃ de Dæmonio Socratis, etiam ſi rubore quodã uerius id ab Apuleio factum, octauo Ciuitatis diuinæ interpretatur Auguſtinus. Dæmonẽ Socratis Deum quoq; appellatũ rõne, quã dixi, author eſt Proclus, id ipſum Platonis authoritate in Apologia, & in Alcibiade primo, quem interpretabatur, corroborans. Erat uero Dæmon hic Socraticus tum Igneus, qa ad cõtemplationẽ cæleſtium rerũ Socratem inflãmabat. Tum ẽt Saturnius, q̃n abductũ à ſenſibilium cura intellectu plurimũ uiuere hortabať. Hũc ſenſu ꝑcipiebat, ſed nõ Corporis huius, Veꝝ, ut Platonici ꝑſuaſiſſimũ habẽt, ſenſu ætherei corporis intra hoc de liteſcẽtis. Qua itẽ rõne ab Prophetis uideri ſolitos, audiri'q; Angelos, credit Auicenna. ferũtur q̃dẽ paſſim Dęmonũ Verba, inqt in libro de Socratis Dæmonio Plut. Sed illis modo inſonãt, q tranqllam ſeruãt Aĩam, nec tumultuãtem ꝑturbatiõibus, Quos ſacros nũcupa-

mus, & Dæmonios Viros. Refert idem, redditum Patri Socratis oraculum, nequam illi omnino uim adhibere tentaret, aut porro inducere ſuaſionibus pergeret, Sed ſuo ipſius arbitrio permitteret, fuſis Ioui agoræo precibus, atq; itē Muſis, habere. n. Præceptoribus uniuerſis, aut etiam Pædagogis Ducē auxiliorē. Dignū ſcitu & illud, putaſſe quoſdā, Socratis Dæmoniū fuiſſe παρῳδὸν, hoc eſt Sternutamentum, quo dextra in parte obueniente, ad agendum concitaretur, in ſiniſtra uero, auerteret. Sed qm̄ uolētes in Plutarchū incidim⁹, ſuccurrit ex Libro eiuſdem de Romanoꝝ fortuna exemplū illuſtre, quod quia arriſit plurimum, etiam apponendū curaui. Tradūt inqt, M. Antoniū, & Auguſtū ſingulari amicitia, & beneuolentia iunctos, cum ſuppeteret otium, ſępe luſibus inter ſe diuerſis trāſmittere tēpus ſolitos. Verum in iis cum ſemp uictus abiret Antonius, Quidam apud eum, diuinandi peritia clarus audacter ita ſubmonere perexit, ὦ Antoni qdnam tibi cū Adoleſcente iſto? refuge ipſum, & uita. Tu qdem illuſtrior es, natu itē grandior, Sed pluriū quoq; impator. Bella multa exanclaſti, peritia rerum præſtantior es. At neſcio quo pacto huius ipſius Dæmonem Dæmon reformidat tuus. Quin tua qdē fortuna ex ſe ampla eſt, Sed fortunæ Adoleſcētis ſubblanditur. Quod, ni abieris procul, ad illum defecturam apparet. Dęmones nocumenta auertentes ἀλεξικακοὶ dicebant a ueteribus, & Apopompæi, Apotropæi, Lyſii, Phyxii. Approbantes uero, ac rata, firmaq; ſanciētes, Aliterii, Proſtropæi, Palamnæi. Nā & apud Aſchinem in oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, Proſtropæum dici pro ſcelere nefario obſeruauimus.

¶ An mutato loco, mutet & Dæmon. Cur qs alibi fortunatior. Dæmone illuſtrante, mira ſæpe a nobis fieri. Theologorum de Angelis bonis placita. Cap. XXXII.

a Nuero, ſi locum, regionem ue mutes, ſimul mutetur & Dæmon, non ferè inter Eruditos conſtat. Abſurdum ratis quibuſdā, Dæmonem unum, ueluti in mancipium uenerit, a nobis ne latum quidem Vnguē reuelli, quātumuis longinqua terrarū ſpatia obierimus. Aliis uero unicum eſſe Dæmonem, & eſſe ubiq;, ſanciētibus, quod Iamblicho placet, Propterea non cogi demigrare. Quod ſi non eſt ubiq; ſimul, Nō Dæmon tātum unus. i. unus numero, ſed etiā ſpecie unus in ſingulos accipit præfecturā. Qua rōne Solares homines Solaribus ſubiiciunt Dæmonibus. Qui ſi commigrarint, nihilominus in ordinis eiuſdē Dæmonū incidūt ducatū. Quod de Solaribus dico, de cæteris item intelligendū. Quoniam uero in qualibet Dæmonū Decuria plura ſūt dignitatis, et Virtutū diſcernicula, Sicuti etiā Venerii homines, aut Saturnii fortuna inter ſe diſparant, hinc efficitur, ut uariantibus Locis, Varii ſint etiam rerū noſtrarum Euētus. Nam cōmodiores ſæpe nāciſcimur duces, aut ediuerſo. Accommodatiſſimos uero, qui unici ſunt in regione certa. Ex iis autem conſequit, Vt idem alibi fortunatior pernoſcat, q̄ ubi erat prius, adeptus uidelicet potentiorem Dęmonē. Quin huius illuſtratione præſtanti fieri quoq; putant, Vt ſæpe doctore nullo res excogitent mirę, perducāturq; ad exitum feliciter præter opinionē, quæ noſtrarū uirium excedere uidebant menſum. Porrò ut noſtrorū quoq;. i. Chriſtianorum Patrum ſcita nō prætereant, quæ ex parte quoq; attigimus, Colligit Beatus Thomas, diuinæ prouidētiæ ꝓgruentiſſimū fuiſſe, Angelos bonos noſtræ addixiſſe cuſtodię, qbus ad bonū perduceremur, a quo ſæpius inſita imbecillitate declinemus, noſtrumq; ſit proprie, ꝓniuere in pluribus. Recte. n. Sapientiæ nono legit, Cogitationes Mortaliū timidæ, & incerta Prouidentia noſtra. Hieronym⁹ humanæ arriſit dignitati parte iſta illud exponēs, Angeli eorū in Cælis, Magna inqt, eſt Animarum dignitas, ut unaquæq; habeat ab ortu in cuſtodiam ſui Angelum delegatū. Vni homini unus debet cuſtos, Sed interdum deſtinant plures. Quæ curę ratio ſpectare uidet ad infimum Angelorū ordinē. Quorū munus eſt, Gregorio docente, minima nūtiare. minutū uero uidetur, Vni tātū Homini ad ſalutē neceſſaria procurare. At humanæ reip. protectio altiorē exigit decuriam, cuiuſmodi Principatus ſunt, uel Archangeli.

¶ Oracula fuiſſe ab multis cōprobata, ab multis itē dānata. Oraculoꝝ origo. Theologię genera tria. Statuę Dęmonicæ. Vñ hēant Vaticiniū Dęmones. Ca. XXXIII

d E Oraculis forte curioſior aliqs a nobis expetat, compertius qppiam in literas promi. Quæ tametſi uaniſſima ſunt deprehēſa ſæpius, nihilo min⁹ Theologos ueteres, & Platonicos ſumme illa uenerari ſolitos, exploratiſſimū eſt.

Conatoſq;

Conatos'q; etiamnum rationibus corroborare. teſtat' in Phædro hoc ipſum Plato, teſtat' et in Timæo, ubi ea demũ de diuinis aſtruit aſſerẽda, quę Oracula cõprobarint. Immo uero ẽt ab Oraculis, & uaticiniis Socratis ordit' Apologiam, qn & Socraticos mores ex Apollinis reſpõſo concinnatos ait. Verũ cum Tria haberẽtur priſcis Theologiæ genera, Vnũ Fabulo ſum, quod & Hiſtoricum nũcupabãt, Poetis maxime attributũ. Naturale, quod myſticum eſt, & ab Philoſophis ſuſceptũ. Ciuile, quod in ſingulis Ciuitatibus ꝓſuetudine inoleuit, ac mox Legibus eſt ſancitũ. Hoc genere poſtremo cõtinebant' Oracula, atq; itẽ Rñſa. Quod ſi unde irrepſerint Oracula primũ indagine curioſa ſit ſcrutandũ, Videor lectione iugi cõperiſſe, nõ ab Diis, nõ ab Dæmonibus inſtituta, uel propagata, Sed ab Vafris qbuſdam, & quæſtuariis initio inchoata. In quam ſententiã Celeberrimi e' Græcorum Sapientibus iere pedibus, Peripatetici, Cynici, atq; Epicurei. A' quibus nõ ſolum ſcriptis Oraculoꝝ uanitas eſt palàm facta, ſed cõmonſtratum quoq;, quæ malorum ſoboles inde pullularit. Argumẽto ſunt reſponſa improborũ hoĩum, & ad impoſturã, & carnificinã auaritiæ fomitibus exercitatorũ nimio plus, ad utrũlibet euentum ſolertiſſime coaptata, quæ ita demũ cõſarcinabãtur, uel, ut ille ait, ꝓſutis dolis attexebant', Vbi ſolicite Ciuitates oberraſſent Emiſſarii, acueluti Corycæi qdam, quos haud parũ multos, ſcelerum adminiſtros, ac partiarios habebãt. Hi ſiquidem intentiſſime qd cuiq; opus foret, ꝑſequebant', renũtiabant'q;. Mox ad hoc deſtinati in adytis obſcurioribus, aut ſpeluncis illatebrati, Venientibus reſpõſa dabãt. Quos multum adiuuabat inſita homini futura pernoſcendi auiditas, inſcitiæ ſæpenumero combinata. Eſt & hinc euidens indiciũ, Quippe expreſſum per Quæſtiones Arupiſcum, & Vatum pleriſq;, Vt totum diuinãdi pontificiũ ſuis ipſorum necti fraudibus fatereñt'. Quid, qd' Demoſthenes, uti accepimus, Pythiam tum Φιλιππίζειν dicebat. i. quaſi cum Philippo facere. Quod nimirum illuc ſpectabat, ut ab Philippo corruptã diceret. Quo ſane' commonemur, ut eſt Diuinationũ ſecundo ſcriptũ, in id genus oraculis etiamnũ delphicis aliis quippiam fuiſſe non ſynceri, meminit hiſtoriæ ꝓtra Ctẽſiphontem Aeſchines. Nec me tamẽ fugit, Lactantium ſcribere, & Apuleius cõfirmare uidet', & nos ſupra attigimus, Aſtrologiã, Auſpicia, Auguria, & Oracula eſſe Dæmonũ inuẽta, quorũ ſit, tenebras offundere, & Veritatẽ caligine obducere. Quod ſiqs miracula obiecerit, Scire licet, herbarum potentia, & Lapidum Virtutibus, nobis nõ perinde manifeſtis, multa item ꝑfici poſſe, quæ nos per inſcitiam Dæmonibus, aut Cælo accepta referrimus. Omnino nõ abſq; Dæmonũ participatu hæc tractabatur negotiatio, ut quicquid ſenſero, promam ingenue. Nam Mercurius ſcribit, ex propriis, certis'q; rebus certo cuidam Dæmoni cõgruentibus cõpoſitam rite Statuã cõfeſtim per Dæmonem cõgruũ animari. Id cum Auguſtinus legiſſet, repetendũ, apponẽdum'q; cẽſuit Ciuitatis diuinæ octauo libro. Quod ſi, qua nã rõne Dæmones futura prẽno ſcere ualeant, putet qs amplius eſſe quærẽdum, reſpondebit Porphyrius in libro, quem de Oraculis edendum putauit, Quæcunq; a' Diis futura prædicent' per oracula, ea ex cæleſti obſeruatione prædici omnia. Sed aduertant obſecro Chriſtianæ ueritatis cultores, quæ ab eodem ſubiiciant' Porphyrio. Sciendũ inqt. Deos quoq; ſ mẽtiri. Nam explorata, certa'q; futurorum ꝑſpicientia nõ hominibus tortuoſa modo, ſed et Diis ipſis incertiſſima, plurimis'q; referta ambagibus eſt. Quin ſicui Deo contingit, nõ tamen omnibus contingit horis. Adiici uero & illud poteſt, Velocitatem ſẽpe in illis Diuinitatis loco cenſeri, qm̃ omnis Spiritus ales eſt. proinde momẽto ubiq; ſunt, nã totus orbis locus illis unus eſt, quid ubiq; geratur, tam facile ſciunt, q̃ enuntiant. Cæterum obſeruatione dignum, quibus interſtitiis, qbus'ue diſcerniculis diuinatio hæc de mũdo ex mũdi concinnata ſignis, ablata'q; hominibus, conceſſa Dæmonibus ab Origene, atq; Porphyrio, tandem diſpenſaret'. Dæmones, q Ætherei nuncupentur, Qui'q; Aeris colant ſuperna, Cæleſtibus futurorum indiciis, Vti uetus tenet opinio, addicuntur amplius, quàm terrenis. Qui uero infima hæc frequentant, dicuntur'q; Aquei Dęmones, non tam cæleſtia ad hunc uſum ſuſpiciunt, q̃ noſtra obſeruantes præſcientiam ſibi aucupantur aliquam. Medios uero putabant certius ex iis, quæ utrobiq; eueniant, prædictionum argumenta captare, proinde'q; iſtorum operam in diuinationibus expeti conſueſſe imprimis, & fuiſſe prẽcipuam. Vt qui hominibus quandoq; præſagiis præſto' fuerint, Vt prodit Origenes. Quæ tamen ſiue ab iis accepta, ſiue acri obſeruatione deprehenſa, confuſanea fuerint, & multa rerum caligine halucinantia.

¶ Dęmonum bonorum, malorum'q; diſtinctio ex Porphy. Dęmonũ deſcriptio ex Aug. An Dæmones ſint hominibus pręſtantiores. ἐνεργούμενοι qui dicantur. De Serapi. Quos facile arripiant Dæmones. Cerberus q. Dæmonas non poſſe diuitias dare. Animas defunctorum a' Dęmonibus effingi. De Arrepticiis plura. Terniſtratores qui ſint. Itẽ Paredrus.

Caput XXXIIII.

Orphyrius in Libro de Cauſis ad intelligibilia nos ducẽtibus, Dæmones bonos a' malis ſic ferme' diſtinguendos putat, Animæ inqt, quæ ſub Luna plagas gubernant latiores, quæ'q; Spiritali innituntur Corpori: ſi rationis uſu id exuperant, Boni dicuntur Dæmones, A' quibus ampliter eorum, quibus prę P ficiuntur, emolumenta procurantur. Fieri uero nequit, Vt detrimenta ab his inferantur, Iis autẽ connumerandi, quos Plato Internuntios dicit. Cæterum Animæ, quæ coniuncto Spiritui minus dominantur, Sed ſuccumbunt ſæpius, increſcẽtibus perturbationum incentiuis, & Voluptatum titillationibus, Hæ uero iam Malefici dicuntur Dæmones. Sunt autem tam boni, quam mali Dæmones fere' inuiſibiles, quod Corporis indumẽtum minus ſolidum, minus'q; ſit compactum. Dæmones Mali libaminibus, & carnium nidore oblectantur plurimum, ſiquidem Spiritale Corpus iis craſſeſcit, obeſius'q; euadit. Etenim Vaporibus uiuit, & fumigationibus. Aurelius Auguſtinus hos, illos'q; malos arbitratur, atq; etiamnum ita ſcitiſſime deſcribit, deformat'q;. Eſſe uidelicet Spiritus nocendi cupidiſſimos, a' iuſtitia penitus alienos, ſuperbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos, qui in hoc quidem aere habitẽt, quia de Cæli ſuperioris ſublimitate deiecti merito irregreſſibilis tranſgreſſionis in hoc ſibi congruo, uelut Carcere, prædamnati ſint. Nec tamẽ, quod ſupra terram, & Aquas Aeris locus ſit, Ideo meritis ſuperiores nobis cenſendi. Nec qa Corporibus ſint prædiți melioribus, Alioqui etiã Beſtias multas nobis uidemur prælaturi. Quę nos & acrimonia ſenſuum, & motu facillimo, atq; celerrimo, necnon uiribus, & firmitate Corporum animoſiſſima exuperant. Sed ut omnibus ratiocinando, intelligendo'q; meliores ſumus, Ita etiam Dęmonibus bene, & honeſte uiuẽdo præſtãtiores eſſe debemus. Qui nec loci ſublimitate antecellũt, Alias etiam Volatilia notę melioris arbitrabimur. Verum illis uel ex hoc longe præponendi homines ſumus: quod Spei Piorum nequaquam illorum comparanda deſperatio. Adde, quod quamuis Aquas Plato terris præponat, nemo tamen neſcit, eſſe aquatilibus Hominem præſtatiorem. Vt intelligamus non eundem ordinem tenendum: cum de meritis agitur Animarum: Qui uidetur eſſe in gradibus Corporum, Fieri enim poteſt, Vt inferius Corpus Anima inhabitet melior, deterior'q; ſuperius. Nõ negligẽdum porro', quod Porphyrii eſt, Malignorum Dæmonum principes Serapin dici, & Proſerpinam: cum ſacræ literæ Belzebud prauitatis primarium ſoleat nuncupare, Et δαιμονάρχλω Lactantius. Eſt autem apud Ægyptios Serapis, qui apud Græcos Pluto. Hic ſymbola hominibus dedit, quibus exagitentur Dæmones. Hic ſupplices docuit, quo modo Brutorum aſſumpta figura, Dæmones hominibus inſiliant, Quibus maxime obnoxii fiãt, qui cibis ſubinde lautioribus diſtendantur. Iccirco inquit Porphyrius, Ieiunium, & caſtitas laudantur maxime, non quia iis placatior imprimis efficiatur Deus, Sed ut retro agantur, qui ſanguine, ac immunditia gaudentes, Vt perfrui poſſint his, Vtentium Corpora inuadunt. Horum Symbolum triceps eſt Canis, Ille ſcilicet, qui in Aqua, terra, & Aere uerſatur pernicioſiſſimus Dæmon. Nam & exitiales Dæmones operte Canes uocantur atri. Scribit porro' Pſellus, quod adnotatu digniſſimum cenſui equidem, Dæmonia ſæpe diuitias nobis, uel addictis ſibi potius polliceri, nec non gloriam quandoq; oſtentare, cum tamen nil prorſus tradere ex ſe poſſint, quippe qui imperium nullum habeant. Cæterum uiſu inania quædam ſuis monſtrare cultoribus: quæ tamen impii diuina opinentur ſpectacula. Tradit etiã Auguſtinus, ab hiſce Dæmoniis Deos effingi, & Animas defunctorum. Vñ irrepſiſſe uulgo contenderim, Ab quorundam flagitioſorum animis Corpora obſideri, quæ etiam Beatus Thomas, Cuius erudita uolumina, uelut per traſennam prętereuntes ſtrictim quandoq; proſpectamus, in Compendio Theologię uocat Arreptitia. Et mentio eſt in Canonicis decretis, Diſtinc. XXXIIII. Verum & ἐνεργούμενοι dici quandoq; uidentur ab Dæmonibus obſeſſi, puto ab ἄρχεσθαι, quòd detineri ſignat, ac Impediri, quanquam et Lunatici eo intelliguntur nomine, uelut in eos agat Luna, i. μήνη. In quo illud egregie mirandum. Ruſticos nunc

ſticos nunc latine, ac græce plerunq; loqui. Cum tamen lingua Dęmonum propria nulla queat inueniri, nil enim ipſis uoce opus eſt. Sed cum ueluti etiam Angeli, Alii aliis gentibus aſſiſtant. Singuli ſingularum gentium idiomata exprimunt, q̃ obrẽ apud græcos rõne heroica profari oracula conſueuerant. Sed qui nam maxime extra iam dictos Dæmonum patent incurſibus? Nempe ubi per atram bilem, uel alio quopiam eiuſmodi Imaginationi prorſum mancipatur Animus, facile tunc Immundorum Spirituum fit conceptaculum. A quibus inſigniter uexatus debacchari non deſinat. Quod ſi philoſophicis expiatus myſteriis totus euadat rõnalis, a media Dæmonũ corripi decuria, Platonici putant, tunć q; illi miras rerum humanarum, naturalium'ue explicari ratiões. Quod ſi altius iam ſurrigatur humanus Animus, ſola Mente uiuens, tunc fieri arbitrantur ſpiraculum quoddam Dæmonum ſublimiorum, uel Angelorum uerius, quibus illuſtrantibus, admirandis diuinorum in ſinuetur arcanis. Quoniam uero etiam Theologorum pomœria ingredimur quandoq; numeroſis lita ſententiarum luminibus, ſcientiæ profunditate micantibus, indé q; nobis ſpicilegium facimus, ne tranſeamus quidem locum hunc ſine illoꝝ aduocatione, eſt enim apud eos conſyderatione digniſſimum. An Dæmones ſeu corporei ſint, ſiue etiam incorporei, ſubſtãtialiter, ut interim ſic nobis permittamus loq, humanis ſeſe inſerãt Corporibus, Animiś q; illabantur. An uerius, non ingredi, aſtruendum ſit, etiã ſi malitiæ ſuæ ibi effectũ exercẽant, Deo permittente, opprimendo, atq; uexando eas, ac ſubinde in peccatum præcipitãdo. Et Veritas qdem euangelica comprobat, quandoq; Dæmonia quibuſdã inſinuata, atq; inde per Chriſtum excuſſa. An uero per ſubſtantiam dicantur ingreſſa, an propter mali effectum, non adeo perſpicuum eſt. Gennadii qdem ſententia eſt in definitionibus eccleſiaſticorum dogmatum, Dæmonas per operationẽ nõ credendum ſubſtãtialiter illabi Animę. Cæterum applicatione, ac oppreſſione uniri. Illabi autem Menti, Deo tantum eſſe poſſibile. Sed & Beda illud exponens ex Actibus Apoſtolorum, Cur tentauit Sathanas cor tuum? ſic fere ſcribit. Notandum inquit, Mentem hominis p̃ ſubſtantiã nihil implere poſſe, præter creatricem Trinitatem. Implet uero Sathanas cor alicuius, non quidem illud ingreſſus, Sed callida, & fraudulenta deceptione in malitiæ affectum Animã trahens per cogitationes, Vitioruḿ q; incentiua, Quorum ille per diem, peŕ q; noctem ſcatet. Igit́ Ananiæ Cor Sathanas impleſſe narratur, quia malitiæ ſuæ uirus infudit. Scitu dignum, & huic loco maxime accommodum, quod tradit Origenes, Per figuram Omnes, qui in Carne ſint nati, dici Equos, & habere Aſcẽſores ſuos. Sunt, quos Dominus aſcẽdit: & circũeunt omnẽ terram. Propterea Abac. III. Eqtatus tuus ſalus. Alios aſcendit Diabolus, & Angeli eius. Qui Terniſtratores dicuntur, quoniam triplici calle ad Animæ properant interitum, Verbo, cogitatione, Opere. Adnotauit Euſebius, Dæmonicam Virtutem dici Paredrũ, Cuiuſmodi fuerit in Simone Mago. Dicitur et Paredrus Aſſeſſor. Ariſtoteles in Politia, Capiunt inqt Paredros binos Archon, & Polemarchus, quos uoluerint. ad quod reſpexiſſe M. Tullius uidetur ad Tironẽ Libro XVI, Paredrum excita, ut hortum ipſe conducat. Sunt qui Regi aſſidentes Paredros interpretentur. Quin erant Athenis quoq; σωμάρχοντες πάρεδροι.

¶ Afferunt́ ex Auguſtino rationes aliæ, quibus poſſint Dæmones futura prænoſcere.

Caput XXXV.

Erum quod ad Dæmonum attinet Vaticinia, uideo præter quæ nobis paulo ante ſunt ꝓdita, recte quoq; adiici illa poſſe, quæ ab Auguſtino in libello de
u Dæmonum natura ſcite admodũ, & acute appoſita ſunt, quorũq; uel in Canonicis decretis mentio fit. Nam ſumma pleriſq; dignum uidetur admiratione, Illos prædamnatos Spiritus, omní q; circũfuſos impietate, tam appoſite interdum futuri perſpicientiam uendicare. An ergo æternas temporum cauſas, & quodam modo Cardinales in Dei ſapientia contemplantur? minime. Quid ergo? An uerũ illud eſt, Eos Corporis aerei ſenſu terrenorum corporum longe ſentiendi præcedere poteſtatẽ? Certe eiuſdem incomparabili quoq; pernicitate nõ hominum modo celeritatem, & ferarum, uerum etiam uolatus auium mire exuperant. Quibus duobus multo ante cogitata nũtiant, quæ nos pro ſenſus terreni tarditate mirari non deſinamus. Accedit & diuturnioris Vitæ beneficio, comparata inſignis rerum experientia, Cuius nos momẽtanea Vita, ut quæ bul-

la propemodum ſit, compotes eſſe nequimus. Aduertẽdum item, Dæmones nõnunquam quæ facturi ſunt ipſi, nũtiare. Nam ſæpe poteſtatẽ accipiũt, incognito nobis modo, craſſan di in homines, & bruta peſtilentiæ ui, Aut aliud qduis id genus ꝓpetrandi. Sæpe qn etiã cõ tingit illud, Vt exactius, peritiusq; naturali ſignorũ obſeruata rõne, quã ipſi neqmus aſſeq, præcinant mox paulo uẽtura. Quid quod cõceptus animoꝝ, promẽtibus ſe inde quibuſdã in corpus notis, ualent aſtute deprehẽdere? Quanq̃ in Retractationũ libro idẽ Auguſtinus, audaciori aſſertione rem occultiſſimam eſſe prolatam, ingenue queriť. Nã prænoſcere iſta Dæmones, ferè comptum eſt. Sed an edanť in Corpore ſigna illis ſenſibilia, nos uero latẽ/ tia, An alia quauis ſpiritali diligẽtia iſta diſpiciant, aut difficillime, aut nulla prorſum ratio/ ne diſcuti humano ingenio poteſt.

¶ Origenis opinio de Corpuſculis Æthereis, atq; aereis. Itẽ de reſtituẽdis Dæmonibus.
Caput XXXVI.

c Æterum tranſituri mox ad Mũdi minoris modum, appingamus & Origenis placita breuiſſime de Dæmonibus. Rationalis inquit, Creatura incorporea, & inuiſibilis, ſi negligentior fuerit, ad inferiora labiť, & pro locoꝝ qualitate, ad quæ defluxerit, corpora ſibi aſſumit, uerbi gratia ætherea primũ, deinde aerea. Cumq; ad terræ Vicinia peruenerit, craſſioribus circũdať corporibus, nouiſſime uero hominem induit. Ipſi quoq; Dæmones, qui proprio arbitrio cum principe ſuo Diabolo ab Dei miniſterio receſſerunt, ſi paululum reſipiſcere cœperint, humana car/ ne circundari incipient. Vt hac deinceps pœnitentia poſt reſurrectionẽ eodẽ circulo, quo in carnem uenerant, ad Dei uiſionẽ poſtliminio redeãt, liberati etiãnum æthereis, aereisq; corporibus. Tuncq; Genua Deo curuentur omnia Cæleſtium, terreſtrium, & infernoꝝ, et ſit Deus omnia in omnibus.

¶ Euchetarum, & Gnoſcorum impia ſacra Dæmonibus concipiendis. Cap. XXXVII.

f Viſſe præterea quoſdam, inuenio in libris, Qui communi nomine dicanť Eu chetæ, quorũ dogma nefarium ab Manente quodã ſit propagatũ, ii ſimul cũ Gnoſcis compari præſignibus impietate, ſceleſtiſſima quædam obire ſacrifi/ cia cõſueuerant, nõ alia magis rõne, quàm cum Dæmoniis cõmercii amplio ris. Coibant inſimul occiduo tẽpore eius diei, quo Chriſtus cruci eſt ſuffixus, aderant puellæ, cum qbus peractis ſacris, luminibusq; extinctis, congrediebantur, nec So/ rorum ibi, nec filiarũ ulla omnino ratione habita. Moris uero erat, ut locum repeterent eun dem nono Menſe poſt, natosq; ex infando concubitu infantes aˆ matribus conuellerent. Eorum mox corporibus diſſectis crudeliſſime, profluentem inde cruorẽ phialis excipiẽtes, illis concrematis, cineres cruori promiſcebant, Quo poſtmodum epulas condirent, & po/ cula. Faciebant uero iſta, opinati ſic maxime diuinum, qui nobis ineſt, Characterem, quoq; imprimis retroaganť Dæmonia, oblini, expungiq;, Atq; inde Dęmonibus aditum pateſce re prorſus liberum, & impauidum.

¶ Anacephalęoſis ſuperiorum. Hominem eſſe miraculum magnum. Hominẽ eſſe quo damnodo omnia, & Dei ſimulacrum. Hominem eſſe Dei æmulum. Item quid ſit homo, quo modo miraculum.
Caput XXXVIII.

l Ibros antiquarum lectionum auſpicaturi, quo felicius rerũ difficultates oẽs e/ menſi, demum exoptatam contingeremus metam, ab ſummo reꝝ Opifice, ſicuti decuit, & cõmonuit Plato, initia duximus, Mox ueluti quibuſdam ſciẽ/ tiæ gradibus in Mũdum declinauimus, inenarrabilis illius Agẽtis templum augu mũ, ut celeberrimi authores dixere. Inde Dæmonum rõnem excuſ/ ſimus, quãtum noſtra paruitas tulit, Platonicos parte plurima ſecuti, Sed ab noſtris quoq;, hoc eſt Chriſtianis flores modo rerum præcerpentes. Vt quadam apum imitatione, ex di/ uerſiſſimis, ut ſic dicam, ſuccis non incõparabilis qdem conſurgeret ſapor. Sed qui faſtidi/ entem modo ſtomachũ reficere, ac prouocare appetentiam poſſet. Nũc peraccommodũ ſa ne uiſum eſt, quæpiam de Homine nõ exculcata qdem, & Triualiũ quoq; Ludis recãtata

ſæpius. Verum

ſæpius. Verum ex ſecretioribus monumẽtis ueterum ingeniorũ, Quæ nobis ſuis acuminib⁹ ac uigiliis lucem peperere, uellicatim quodãmodo excerpta tendentibus ad procinctũ, qua poſſumus pſpicuitate, proferre. Quãdo ꝓpoſitum nõ eſt, quæ nobis laborioſiſſima ſugge/runt ſtudia, intrudere in arcana quædam, ubi ſitu adobruta pereãt. Sed uolẽtibus benigne imptiri, Q m̃ ea quoq; lege non iſta modo: Sed cætera quoq; omnia Opt. Max. Deus cõtri/buiſſe uideꝫ, Vt quod munifice ex illius ímenſa bonitate ꝓcepimus: munifice elargiamur, ac reddamus quodãmodo mutuũ. Igiꝫ, ut præfari deſinam⁹, Voluẽti mihi nup Mercurii libel/lum, q eſt de uoluntate Dei mirabiliter cõcinnatus, occurrit grauior illa ſententia, et t⁻ p pendenda examine, qua Hominẽ miraculũ magnũ, Animal adorandũ, & honorandũ, ⁻ niore quodam Spiritu cõcitus, & interiore inſtructus ſcientia nũcupauit. Quam ſentẽtiam in legibus itẽ Plato confirmat. Cæteꝙ eundem hunc hoíem idẽ quoq; Mercurius iñ naturã Dei tranſire ſcribit, tanq̃ ipſe ſit Deus. Quin in libro de Sapientia, & poteſtate Dei, huma/næ naturæ potentiam admiratus eximiam, audendum eſſe ait dicere, hoíem qdẽ terrenum, Deum eſſe mortalẽ. Deũ uero cæleſtem eſſe immortatẽ hominẽ. Hic ꝓfecto tam eſt eximi/us, ut cum ad duas res: quod Ariſtotelicũ eſt, natus ſit, ad Intelligẽdũ, & agẽdũ, tam augu/ſtis, tam q̃ felicibus ꝓnoſcaꝫ productus auſpiciis, Vt non elementis mõ uelocitate miſceaꝫ, & acumine mẽtis deſcendat in maris profunda, Sed omnia planè illi colluceſcant. nec Cæ lum uideaꝫ altiſſimũ, nõ qdem ſtultitia, ut ille ait, ſed uelut eꝫ ꝓximo, mentis ſagacitate ſuæ ſubiiciat cõtemplationi, intueaꝫ, miretꝫ. Vt ni forſan uidemur modeſtiæ trãſgredi mẽſum, ſit homo Verus uel Cælicolis præſtantior, uel ſaltẽ pari ſorte potiaꝫ, ſicuti Vetus Theolo/gus prodere nõ dubitauit. Nam quicunq; Cælitum deſcendit ad terram: Cæli deſerit limi/tem. Homo aũt ubiq; ſimul eſſe uideꝫ. Nec uideꝫ tantũ, ſed eſſe affectat omnia, & eſt quo/dãmodo rõne mirabili, Sicuti Deus eſt omnia. An nõ in eo plantarum agnoſcimus uitam, quatenus nobis item uegetalis ineſt potẽtia, qua alimur, & augeſcimus? Nõne, & Bruto/rum, Quãdo ſenſuũ, ueluti Satellitũ ꝓfruimur miniſterio? Secũdũ hominẽ uero tũc agimus potiſſimũ, qñ de humanis rebus rõnis adminiculo ſi⁻ti diſqrimus, perpendimus q̃. Quod ſi naturalia rimari indagine ſolerti cœperimus, herc ⁻n præferimus amplitudinẽ. Si ma/thematicam certitudinẽ ſpeculemur, dæmonicã ſub⁻catẽ cõſectamur, q̃tum more Veteꝙ interim loq licet. Vt uero mentis altitudine cælorũ clauſtra ſupgreſſi diuinæ maieſtatis arca na penetramus, Angelicam nobis induimus claritatem. Deum uero ipſum rerũ principẽ, atq; patrem effingimus, dum immẽſæ illius bonitatis cõtemplatione omr ꝓamur. Pro/inde Veritas euãgelica omnis creaturæ nomẽclatura hoíem intelligi uoluit, Vbi prædican/dũ omni creaturæ præcipiꝫ Euãgeliũ. Tanta deniq; inqt Ambroſius, eſt in hominib⁹ digni/tas, ut dicaꝫ homo ad dextrã Dei ſedere, nõ Angelus, Qui & ab Angelis honoraꝫ unigeni/tus, imago Dei. Et qd mirum? propheticum illud nouimus omnes, Manus tuæ fecerũt me, & plaſmauerunt me. Id uero q̃ti demum cenſendũ eſt, quod Theologi ueteres præcipiunt, Duo eſſe Principis rerũ Dei Simulacra Mũdum, & Hoíem? Diciꝫ & hic ꝓpterea in Cano/nicis decretis Charagma Dei, ſiue ſignũ, aut ſcalptura. Vbi pecuniæ nomine ſpiritaliter ſi/gnificari hominem prædicant. Nam ſicuti in numo Charagma Cæſaris, ita in homine con/uiſitur Charagma Dei, & obſignatio. Et, ut numus abſq; Cæſaris reprobaꝫ imagine, conſi/militer & homo, in quo nõ pernoſcamus lumen impſſum Dominici uultus. Quod, ut inqt Auguſtinus, totum eſt, & uerũ hominis bonũ, quo obſignaꝫ, uelut numus Regis imagine. Proinde in templo numulariorum ſubuertunꝫ menſæ, dum ſignificaꝫ, in Dei templo Spi/ritales tantum numos eſſe debere. Qui Deum præferant, nõ Diabolum. Quid, quod Plato rationales animos tanq̃ Sp⁻ la putat quædam nitidiſſima, in qbus diuinitatis ſummæ ex/plendeſcat imago? Quare De⁻ n ſingulis acrius ſcrutando in animi ſpeciem ſubinde mentis aciem dirigit, oraculo monitus ueteri, quo ſignificatur, debere, quiſqs Deum apprehen/dere cupiat, ſeipſum noſſe prius. Inde Phauorinum recte laudari animaduerto, ubi ait nil in terris magnũ præter hominẽ, nil magnũ in homine præter mẽtem, & animũ. Porro nõ ne in plurimis ſeſe Dei æmulum fateri uidetur homo? Quis neſcit ex Plynio, & aliis tũ græ/cis, tum latinis, Zeuxin pictura nobilem tam artifici ingenio uuas pingendo repræſentaſſe, ut deceptæ aues ad eas, tanq̃ plane ueras aduolarent. Iam uero Apelles quonã ſileri modo poſſit? Cui tantum ſuperfuit excellentis peritiæ, ut equam ſic ad uerum expreſſerit, & Ca/

nem, Vt prætereũtes Eq adhinnirẽt, adlatrarẽt Canes. Proditũ memoriæ eſt, marmoream Venerẽ arte tam mira ab Praxitele elaboratam, Vt ſpectantes ſubinde libidinis titillarẽtur incẽtiuis. Quis Archytam neſcit Tarentinũ ultra hominis captum adeo mathematicis rõni bus progreſſum, ut e' ligno columbam ſic affabre cõpingeret, libraret, inflaret, ut uerarũ in/ ſtar in uolatũ ſurrigi uideret? Ægyptios ſcribit Mercurius Virtute quadã inenarrabili Deo/ rum ꝓfinxiſſe ſimulacra, ut articulatam promerẽt Vocẽ, necnõ, ut nil admirationi deſit, pro grederent'. Iam et Archimedis ingeniũ ſupra q̃ ullo poſſit eloqo explicari, docile, pſpicax, & ut uno omnia cõplectar uerbo, [illegible]nũ, in mũdi opificio Deũ fere' ipſum laceſſere uiſum eſt. Quãdo tam ꝓcinne Cælũ cõflaſſe æneum memorat', ut inibi ſeptẽ uiſerent' Planetæ, & rõne incõparabili ẽt motus ueriſſime deꝓhenderent', qñ nec cæleſtis deerat Vertiginis Si/ mulacrũ. Nõ igit' miraculoꝝ oĩum max[illegible]miraculũ homo eſt? Sed audi, quæ nõ inſcite, opinor, addi his etiãnum poſſunt. Homo, quem, ut Peripatetici aſtruunt, atq; item Stoici, eſt, qd' Aía ꝓſtat, & Corpore. Pythagorici, ac Platonici hoĩem eſſe putãt diuinã quãdã mẽ/ tem terrenis uinculis alligatã. Apud illos itaq; hoĩs pars animus eſt, apud hos totus homo Animus ẽ: Sed nil obſtat, cũ dicat' Corpore utẽs. Hoc ſignificaſſe uidet' Ænigma magicũ, quo dicit', eſt res undiq; lucida, eſt res undiq; obſcura, eſt media quoq; tum lucis cõpos, tũ caſſa. Mens ſiqdem eſt lumine plena, Irrationalis Anima prorſus uacua. In meditullio eſt, ac ueluti collimitio Rõnalis natura. Quæ partẽ habet luminis ĩtellectualis, parte caret. Ani ma immortalis, Corpus morti addictũ. quo qd admirabilius? Quod diuinũ eſt, qd' Archi/ tecti obſignatum imagine eſt, uinctum, ut ſic dicam, Catenis ab terreno, craſſo, obeſo' q;, & re uera nugali ꝓtrahit' Corpe. Sed adeſt admiratio altera, quo nã pacto in Carcerẽ tenebri coſum intruſus animus afficit' ad diuina? At cur nã Plato hoĩem nõ contentus miraculum appellaſſe, adiecit diui[illegible]iraculũ? An qa ex intimo ꝓuidentiæ ſinu id ita ꝓfluxit? docuit certe Timæus, ab opifice Múdi Deo rõnalis Animæ ſubſtantiã emanaſſe.

¶ Mũdos eſſe tres. Hominẽ dici quartum Mundum, in quo ſimulacra ſint reliquorũ tri um, Item eſſe ueluti Proteum. Caput XXXIX.

Erum eſſe'ne putamus alia, qbus prẽcellẽs hẽc, ueriſſima' q; miraculi Veritas poſſit amplius, latius' q; cõprobari? Audi, mõ ne ſit faſtidio ſtudioſe Lector ra
u tionalis naturẽ peculiare ſymbolũ noſſe, fateberis nil a' me ꝓfictũ, nil ꝓquiſitũ uiolenter, Omnia ad Veꝝ appoſitiſſime cõgeſta, Quæ artificis Dei inenarra bile prædicẽt artificiũ. Cuius incõparabilis bonitas tã innumeris, tam' q; ĩmẽ ſis inſtruxerat hominẽ ſuũ dotib⁹, Vt Parẽtis ſui ueriſſimã ſe inde imaginẽ recognoſceret, ni ita obbruteſceret qñq;, Vt cœno ꝓuolutus teterrimo nõ iumẽtis mõ: quod nec ipſum fe/ rendũ eſt, Sed plane' reptilibus ꝓpinqor omnino fiat, q̃ luminũ, & claritatis Patri. Sed nos interim querelis dilatis, agamus, qd' præſtat. Sunt Authores celeberrimi, Qui ab maiorib⁹ Mundos tres eſſe poſteris traditos, ꝓdant. Eſſe. n. primũ, & qdem ſummũ, in Cuius cõtem platione caliget Mens, rerũ adobruta magnitudine, hebeſcãt Senſus, nec ullo mõ par ſit cõ cipiendæ excellẽtiæ qualiſcũq;, & q̃tuſcũq; ſit humanus Animus. Vltramũdanũ hũc intelli gimus, eximiũ. Augu[illegible]mũ, incõprehenſibilẽ, Quem ſcientiſſimis Angelicũ, Philoſophis uero ẽt Intellectualẽ mos eſt appellare. Cuius cõmeminerit Plato ẽt in Phædro, Illum aſtru ens, nõ poſſe pro dignitate uerborũ copia ulla, uel ingenii præſtantia efferri, decantari' q;. Proximũ deinde locũ habere, quẽ Cæleſtẽ dicamus. Infimũ uero, poſtremum' q;, Quẽ Sub lunarẽ nũcupemus Mundũ, Qui ſit hominis maieſtati cõtribut⁹, Sed quẽ ẽt Tenebrarũ uo/ cẽt ꝓceptaculũ. Sicuti claritatis incõprehẽſibilis illum. Nam Cælũ mediæ cuiuſdã naturẽ ex luce ꝓtempat', & tenebris. Nec me fallit, doctiſſimos opinari, hoſce tres Mũdos eſſe Mũdũ unũ, qñ ab eadẽ profluũt origine, & in eũdem corriuant' fontẽ, & debitis numeris, harmo nica' q; naturæ cognatione, & graduũ ſerie colligẽtur. Adde qd' ſinguli fere' habẽt, qd' in oĩ/ bus ſimul deꝓhendas, illo tñ diſcerniculo, qd' quæ in mũdo uiſunt' infimo, in ſupiorib⁹ itẽ ꝓnoſcunt', Sed ampliora, augu[illegible]ora' q;. Siqdem noſtra hẽc ab ſublimiũ excellẽtia abire lon gius, & degenerare. Eſt apud nu[illegible] Elementaris ignis urẽs, Eſt in Cælo igneus Sol fouẽs, ui/ uificans' q;. Poſtremo Seraphicus intellectus eſt Vltramũdanus Ignis amore ardẽs. Elemẽ/ taris aqua calorẽ perimit, adobruit' q; uitalem, alit Cæleſtis. Supcæleſtis mẽs Cherubica in/ telligẽtia ſupeminet. Sunt uero, q quartũ aſtruant Mundũ: in quo itẽ recognoſcamus, quę in reliquis.

in reliquis. Hic nō alius eſt, q̄ homo. De quo id extritū, paſſiuum'q; circūferē, eſſe utiq; hominē Mundū, Sed minorē: ſicuti cōmeminit etiā in phyſica auſcultatiōe Ariſt. Cui⁹ ſit Corpus elemētare, Spiritus cæleſtis. Vegetalis potētia, cuiuſmodi in plantis. Senſus, perinde ac in brutis, adſit demū rō, & mens angelica, & Dei Charagma inſignitius. Sed & Mundus ipſe magnus dicit̄ homo. Verum audi præſignē rex excellentiā, audi, quod admirari nō deſinas. Tres eſſe Mundos, liquet. Sed eſſe in hoīe ſimulacra oīum, necdum forte liquet. Atq ſunt qdē argumēto, quod nequaq̄ refelli, aut dilui poſſit. ſic aūt manifeſto deprehendas. Si Hoīem trifariā diſtribuas, Vt ſit Caput portio prima, quæ & ſumma. Mox ſecūda, quę media, ab Collo ad Vmbilicum ſpatiet̄. Reliquam habeant Corporis ima. Hæc examuſſim ratione exactiſſima tribus mundis analogice reſponſant. Caput rōtis q; ſedes eſt. In pectore Cor motus, caloris, Vitæ continet principia. Genitalis portio ſeminariū ꝓductionis eſt. Mundus itidem Angelicus, ſiue Intellectualem mauis nūcupare, intelligentiam habet, ut Scopum. In mundo mediano Vita, Calor, motus fontē habēt, Vbi Cordis Vice fungitur Sol, īmo'q; Cæli Cor ſæpe appellat̄. Noſter uero Mundus, Vt palām eſt, tum generationis, tum etiam Corruptionis ꝓceptaculū. Iam arbitror, liqdo patet, eā eſſe Hominis præſtantiā, īmo uero naturę maieſtatē, ut merito dici miraculū ualeat. Quod Barbarus qdā ſed nō Barbare pronūtiaſſe, ac ſcienter fert̄, Qui, cū interrogaret̄, qd in hac quaſi mūdana ſcena maxime putaret admirabile, hoīem rndit, omnem plane` admirationis captū excedere. Vt qui nō Animaliū modo princeps, & rōnis, ac mentis ſplendore diuino ſit, ueluti naturæ totius interpres: ſed tanq̄ Proteus, aut Chamæleon deſultoria quadā poteſtate ſeſe in quid uis ſubinde trāſformet. Cętерum illa oīum exactiſſima demutatio, qua mēte, ac intelligetia uiuens in Animę florem reuocatus tranſ[illegible] Deum, Quę ſolida demum, ac uera eſt humanæ excellentiæ admiratio.

¶ An ex terra fortuito generari homo queat. Mira de Animaliū quorūdam ſpontali generatione. An eſſe poſſit Vniuerſale diluuium ex Auerroe. Caput XL.

Ed in hac rerum auguſtiore excellentia mirari ſuccurrit, quorūdam parte hac parum ꝓſpicacē, parū'q; excuſſam prudētiam, īmo uerius oſcitantē plane`, ac dormitantē Sapiētiam, Qui eximiā, ultra'q; q̄ pro dignitate poſſit qs expēdere, hominis amplitudinē nil prorſum ſuſpiciētes, nec artificis Statera, Sed trutina examinātes populari, Eius ꝓductionē, & initialē originē incertis fortunę flatibus mādare, nil ſunt ueriti. Phœnicū ſiqdem, & Ægyptiox Theologia caſu hoīes, ac reliqua Animantiū genera prorepſiſſe e` terra aſſeuerabat, nullū inter rationalē Animam, & irrationalē ſubſtātiā interſtitiū opinata. Scribit. n. Porphyrius, Viſibilis Solis agēte ui, Animantes cūctas ex terræ ꝓfuſas uiſceribus, inter Ægyptiox placita cenſeri, Quod ipſum nec Euripidi Anaxagoræ ꝓſectatori diſplicuiſſe uidet̄, Aſſeruit & Archelaus cognomēto Phyſicus. Vex inter alios mirari me plurimū ingenue fateor, ſingulari ſciētia Vix, & īgenio exactiſſimo, ac ſubacto imprimis. i. uſu, auditione, Lectione, ac literis perpolito, culto'q; Auicēnam, Qui ope eo, qd̄ de Diluuiis eſt, aſtruere eſt auſus Poſt immēſas terrax inundatiōes, humano ſemine nullo, tabidis tantum cadauerib⁹ ſeminii ubertatē præſtante cæleſtiū Corpox affluentia, Hoīem & ſolere, & poſſe reparari, proinde colligit, nō uideri ad generationis neceſſitatē Vuluam reqri, aut locos, niſi ut melius formet̄ infans. Alias perraro admodum regionē inueniri generationi accōmodā ob repentinas Elemētorū mutationes. Aſſertioni uero ſuæ argumētum inde ꝓfert, nō modo alicubi e` terra mures progigni, Qui mox per coitum mire excreſcant, Vex Serpētes quoq; ex mulierū præcipue capillis cōcipi, quod ꝓductiores ſint, humectiores'q; natura. Quin de Aīalibus itē libro qntodecimo, ſibi Amicum aſtruit fuiſſe, qui Scorpionū generationē mirabili ꝓcurarit modo, a` qbus mox alii plures propagati. Porro` inquit, uideri qñq; Animalia produci Capitibus longe a` ſuo genere diuerſis. Cuiuſmodi eſſet homo Elephantino Capite, aut Aſinus Canino, id uero fieri nō poſſe, niſi cæleſtis cooperet̄ Virtus. Vñ ꝓiectatio manifeſta, ineſſe illi formādi potentiam. Obſeruatū rurſus, Stellarū quaſdā hominis generationē præpediſſe, q̄q̄ cæteris ad generādum mire ꝓcurrentibus. Eſſe uero Stellas haſce in Arietis ſigno, quarū uirtute, monſtrifica ſuccreſcat Soboles, diuerſa uero ab iis effici, quæ generationi ſint deſtinatæ, quod lapides ꝓbent natura producti ad mēbri uirilis, muliebris'ue Imaginem. Huius deniq; ſentētiæ, quæ

Auicennam præfert authorẽ, Auerrois itẽ cõmeminit, ubi ait, Hominem ex terra generari, poſſibile arbitrat' Auicẽna. Cæterum aſtructio hæc infauſta, & Veritatis neſcia, cenſeri debet, niſi Moſaico intellecta ſenſu. Author.n. Auerrois eſt, ſufficere qdem Stellas Animaliũ generationi non perinde diſſimiliũ, quo in genere Mures ſint, Veſpertiliones, Talpæ. Ad pfectiõ uero productionem, Vt Hominis, & Leonis, imparem eſſe cęleſtium corpõ uim. Et de homine qdem cõſtare creditur, qm̃ eius Anima nõ educit' de potentia materiæ, Sed ꝓtribuit' ab Datore primo, uel ex philoſophicis Scholis. propterca' q̃ ad eius ꝓductionẽ prę exiſtere hominem, neceſſe eſt. Sed & in cæteris itẽ pfectis aſtrui fere' hoc ipſum poteſt, eorum qppe generatio nõ parui eſt operis, ſicuti author Ariſtoteles eſt, ad eam' q̃ plura cõcurrant, oportet. Aſſerit quoq̃ tertio de Anima Auerrois idẽ, Diluuiũ ita nunq̃ inundaſſe terras pernicioſe, quin aliqua euaſerint Animalia, nã cum Stellaꝝ diuerſa ſit poteſtas, Si quarundam ui alicubi ſcaturiat inundatio. Alias diuerſæ, ac interim cõtrariæ Virtutis aliud poſſe alibi efficere.

¶ Homo duobus modis ab Hebræis dicit', Enos, & Adam. Sed Adam idẽ eſt ſimpliciter, quod homo. Vñ ſit Coniectatio, Hominẽ recte ab humo dici. Animãtium interſtitia cõpoſitionis ratione. Caput XLI.

Voniam uero de Homine nobis indago eſt propoſita, nõ inepte opinor, hic illud inſeruerimus, Eum in hebraica Veritate duplici inſignitũ uideri nomẽclatura. Aut.n. dicit' Enos, Aut Adam. Sed Enos latino interpretamẽto nõ fere' ſignat aliud, q̃ Hominẽ uerũ, Et Hunc nõ alium intelligunt, niſi q Deũ Verum ſcienter cognoſcat, & pie colat. Reliquos ab pecoribus nil admodũ diuerſos opinãtur, qm̃ uelut Beſtiæ, ad terram proni, Ventri obediant, & Veneri. Quorũ alios Lupos, Alios Canes, Alios Porcos uaria quadã uitiorum ſimilitudine appellãt. Adã uero eſt humani generis appellatio cõmunis, quo noſe terra natus ſignificat'. Eadem' q̃ Voce utrunq̃ includi, marẽ fœminam' q̃, ꝓbat Geneſeos. V. Scriptura. Maſculũ, & fœminam creauit eos, & bñdixit illis, Et uocauit nomẽ eorũ Adam, Quo in loco teſtant' Interp̃tes, Dictionẽ hebraicam id ſonare, quod apud nos homo. Nam & Caius ait, Hominis appellatione tam maſculũ, q̃ fœminã contineri. Quãobrem Lactantiũ arbitror adcredidiſſe, Videri appellatũ Hominẽ, quod ſit factus ex humo. Sed etymon id Fabio nõ admodũ arriſit, qua ſi uero nõ omnibus inqt, Aĩalibus eadẽ ſit origo. Aut illi primi mortales añ nomẽ impoſuerint terræ, q̃ ſibi. Cæterum q̃ procedat Quintiliani rõ, ꝑſpicuũ arbitror, ex iis, quæ præpoſuimus. Cum' q̃ ex Animalibus dicant' quædam ἀγελαῖα. i. Gregalia, Quædam μοναδικὰ ideſt ſolitaria, Nõnulla σποραδικὰ quæ Inciuilia dixeris, & ſparſim habitãtia, Hominis Naturam ἐπαμφοτερίζειν apertum eſt, quod ancipitem ſignat Societatis, & ſolitudinis. Putauit forte Fabius, ex ſociali coitione nũcupari Hoĩem, ex Græcis rõnẽ aucupatus, apud quos ὁμῦ inſimul ſignare, manifeſtũ eſt. Illud uero huic potiſſimũ loco impingam, ab inſtituto nil prorſus diſſentaneum, Ex Animantibus quæ plus habeant aeris, ea eſſe prætenera, quæ uero Aquæ lenta humoris ui Quæ terroſa, duritiẽ præferre. At quæ ignis exuberent copia, uideri utiq̃ fragiliora. Ex iis porro' liquere poteſt, unde ſit, quod ſi recipiat aquam, & harenam Calx, confirmatur Structura. Non diſſidet ab iis illud quoq̃, Volucres in aere ſuſpenſas ideo perſeuerare, quod de Leuioribus conſurgant principiis, quippe minus habent terreni, atq̃ humoris item, Aeris multum cum Caloris temperatura. Aquatiles autem piſcium Naturæ, quod a' Calido ꝓtemperentur, ex aere, terrenis' q̃ compoſitę plurimũ, humecti minimum habentes proinde, quo minus e' principiis habent humoris facilius in humore perdurant. Terreſtria uero, quod e' principiis ab Aere, calore' q̃ temperata ſunt, minus' q̃ habẽt terreni, humoris plurimum, haud ita diu in aqua perſeuerare quiuerint.

¶ Quibus item probet' homo ſimilis Mundo. De Stellis in quatuor Mũdi Cardinibus. Hominis laus ex Cicerone. Caput XLII.

Vod uero attinet ad hominis cum Mundo aſſimilationẽ, id item adiici poſſe, animaduerto, nam inquit in Polyhiſtore Iulius Solinus, Quantus manibus expanſis inter digytos longiſſimos modus eſt, tantum conſtat eſſe fere' inter calcem, uerticem' q̃ ſummum, Ideo' q̃ ab phyſicis coniectatum, hominem eũ

plane'

plane Mundū quendam minorem. cōmeminit horum, & affluentius quoq; primo de Animalibus Magnus Albertus, aſtruens Hominis mēbra ſitu, ac poſitione Cælo eſſe conſimilia ꝓportione, ac mundo, ideoq; eſſe perfectiſſima, nam ueluti ſupna mūdi mouet intelligētia, & regit. Ita Humanū Caput, in quo Intellectuales ſunt uirtutes, & Animales, ſupnam obtinet ſedē. Verum ex quo cœpimus, ne prętereamus id quoq;, quod afferri ſcitiſſime poteſt. Siqdem Apocataſtaſis illa Veterib⁹ obſeruata, & prodita, Imaginem hāc adiuuat eximie. Ea uero nil eſt aliud, q̄ reſtitutio, ſiue redintegratio rerū, Quæ certis temporum curriculis redeat ad metā. Fit autē uel per ἐκπύρωσιν, hoc eſt ꝓflagrationē, Aut per κατακλυσμὸν. i. Inundationē. Id ipſum uero, quod in Hoīe Magno uſu uenit, nec a paruo itē abeſſe, compertius eſt animaduerſum a peritiſſimis rerum, ubi tranſmiſſis Vitæ ſpatiis, interuenit reſolutionis neceſſitas. Quandoq; n. intimo calore auctius craſſante, incēdunt Vitalia, Quādoq; uero Corpus nimis laxatū humoꝝ inundationibus euaporat. Ita ſemper aut ignito ardore decoquimur, aut nimia deſudatione diſſoluimur. Nec aliter artis medicę prudentiſſimi Interpretes Subſtantiam humani generis naturali pronūtiant ratione cōpleri, niſi aut humore igneus ꝓtabeſcat calor, Aut hoc amplius inualeſcēte, humectatio exareſcat omnis. Sic omnifariam ad mūdi imitationē artifex natura, ſiue Deus potius Hominem cōpinxit, Vt qcqd Mundum ſeneſcētē perimit, uel inſtaurat nouū, Id ipſum Hoīem quoq; aut natum foueat, aut adultū perducat ad interitum. Sed animaduerte quæſo, quæ ab peritioribus ſunt uſibus noſtris prodita, Eſſe uidelicet per ſingulos Mundi Cardines a Conditore, ac principe Deo Stellas rōne mira conſtitutas. Quarū prima ſit, & Orientalis ἀναϑολὴ nuncupata. Occidua uero δύσις, quo noīe ſignificat occaſus. nam & δυτικὰ ζῶα uocat Ariſtoteles, quæ demergi in aquam ſolent. At quæ ab Aquilone refulget, Arctos, In diuerſa uero parte, quę medii eſt diei, μεσημβρινός. Ex quibus, demptis modo Elementis primis, coaleſcere, ac cōſurgere Parentis primi nomē, nō ingenioſius, q̄ admirabilius excellētis doctrinę Viri deprehendere. Quæ ſiqs omnia intentius in digytos mittēda curarit, fateat, neceſſe eſt, auguſtiſſima quadam, & prorſum inenarrabili rōne in Vitalem hanc lucem Hominis ſpeciem eſſe productam. In quo ſiquis etiamnū tam inſcite pertinax eſt, ut ambigendū putet, Age ꝑpenſione nō ſopita ꝓſyderemus amplius, q̄tum ſingularis eminētiæ præpotēs illud agens huic Aīalium Principi benigniſſime ſit clargitū. Vt rerū inuolucris exolutis, & ſacrariis illuſtrius reſeratis, deſinat Homo imprudenter, & proinde ingrate Summi Opificis fœcūdiſſimā æſtimare bonitatem, qñ paterno affectu ornauit præcelſe, & fouit ampliſſime, libeat modo munerum recte magnitudinem metiri. Ab ſummo qꝑpe Deo, ut M. Tullius inquit appoſitiſſime, ex tot animantium generibus, atq; naturis homo tantum factus eſt rōnis particeps & Cop[illegible]is. Quid eſt autem nō dicam in Homine, Sed in omni cælo, atq; terra diuinus ratione, quæ cum adoleuit, atq; perfecta eſt, nominatur rite Sapientia. Eſt itaq;, quoniā nil eſt rōne melius, ea q; in homine eſt, & in Deo, prima Homini cum Deo ſocietas, mox et hominum inter ſe eiuſdem lege conciliatio, & Ciuitatis cōmunio ſub cæleſtis diſcretionis, ac diuinæ mentis, & Dei prępotentis Imperio. Ciuitas uero ea non alia, q̄ Mundus Spiritibus auguſtis, & homini communis.

¶ Omnis noſtra dignitas ab Anima eſt, Quæ uehiculum eſt ad Deum, & Imago mentis, Spiritus Corpora præparat ad Animæ ſuſceptionem. Pythagorę. Plat. Ariſt. opinio de Anima. Caput XLIII.

Q Vo uero exploratius pernoſcantur, quæ dicimus, Iam hinc præcerpere quæpiam, futura, ut reor, ſtudioſis non ingrata de Animæ ratione, non diſerentis philoſophi modo, Sed narrantis potius, quæ uaria, nec incurioſa ſuggeſſerit Lectio, ingrediemur. Siquidem omnis noſtra dignitas ab Anima eſt, Orbati nanq; Anima Sterqlinio abiectiores eſſe uident. Iam uero inquit Plotinus, propter ipſam hic Mundus eſt Deus. Sol quoque Deus eſt, quoniam animatus: Stelę q; ſimiliter omnes, Quod ſi Animā ipſam admiraris in alio, admirare te ipſum. Cum q; ſit Anima res tam ueneranda, tam q; diuina, confiſus iam, tali quodam uehiculo ad Deum te acceſſurum: hoc ipſo ad illum aſcende. Nec tamē longius es uagaturus, Si ſumpſeris, qđ

eſt in hoc diuino'diuinius.i.uicinitatem Animę ad ſupernũ, poſt quod uicinũ, & a' quo eſt Anima. Quãdo eſt Anima Imago quædã Intellectus ipſius, quẽadmodũ Verbum in prolatione, uerbi exiſtentis in Animo, Sic & Anima mentis eſt uerbum, & tota eſt actus, atq; Vita, quã producit in alterius exiſtentiã. Sunt ex Platonicis, qui aſſerant, pręter uitas Animantium ꝓprias, ſubeſſe cũctis cõmunem uim uegetalem, totam ubiq; uigentem, quæ & præparet materias propriis animis, & tempore certo conſeruet, & in unum uiuentia cuncta cõciliet. Hunc Pythagorici referente Sexto Pyrrhonio, eſſe dicunt Spiritum in modũ Animæ rebus cunctis interfuſum. Pythagoram nõnulli ſcribunt, Animæ ſubſtantiam in animas diſtribuiſſe plures, quæ diuerſis contribuunt' membris, Ita quod eorũ ſingula animalia ſint. Vt Cor Animal unum, Item Cerebrum animal, & deinceps. Vt Animal unũ ex plurib⁹ uideatur Animalibus compactũ. Putant & Platonem credidiſſe, Animam ex diuerſis conſtare ſubſtantiis ſecundum eſſentiam, & ſitum. Quia uero congruant animando, Vnam dixiſſe Animã, Vnumq; Animal conſtituere. Id & Ariſtotelem eſſe opinatũ, Vbi de Animalibus Libro XVI. ait, ineſſe infanti primum Vegetatiuam Animam, mox auctiorem habere & Senſilem, per quã dicitur Animal. Sed re uera Cuiuſq; Animati una eſt Anima ſecundum ſubſtantiam, Ex poteſtatibus uero plures. Quod uidet' ſenſiſſe Ariſtoteles primo de Anima, Dicunt inqt, diuiſibilẽ eſſe Animã, & alio qdem intelligere, alio aũt cõcupiſcere.

¶ Animæ diſtributio ſecundum potentias. Mentem eſſe uice luminis, & Inſtrumenti, & Viſus. Qui ſit Ianus bifrons. De Mentis Capite, ſiue flore. Animæ officia tria. Quid ſit Animam a' Corpore ſegregare. Caput XLIIII.

Radit' ergo ab eodẽ Philoſopho, Poteſtates Animæ eſſe duas, Alteram qdẽ Rõnis impotẽ, Alterã uero cõpotẽ. Prior pars in duo diſſecat', In Nutritiuã, quæ rõnẽ audit nunq̃, Senſilem, quæ obtẽperet qñq;. Poteſtas rõnalis diſtribuit' itẽ in duo, in Rõnẽ actiuam, & Speculatricẽ. Virtutes morales in Volũtate cõſtituit, & Appetitu, q rõni obtẽperet. Cæterum earũdem principia Virtutũ in actiua rõne, Virtutes Speculatiuas in rõne Speculatrice. In Sexto Moraliũ Ariſtoteles itẽ Rõnem eſſe aſſerit humanæ animæ partem, Duo q; agere, cognoſcere. ſ. & humana gubernare per prudentiã, atq; artem. Naturalia uero, diuina q; per Sapientiã ꝓtemplari, quæ intelligentia, & ſcientia ꝓtinet'. In libro itẽ encyclicarum quæſtionũ, ab natura inqt, quæ oĩum parens, et author eſt, duo nobis inſtrumẽta eſſe ꝓtributa, quoꝝ maxime opa extrariis uti ualeamus in ſtrumẽtis. Manũ ſiqdẽ Corpori eſſe inſertam, Aĩo aũt mentẽ, nã & hæc inqt, inter ea, quæ elargita nobis Natura eſt, recenſeri debet, uice utiq; fungens inſtrumẽti. In primo de moribus Mentem eſſe inqt, in Aĩa, ſicuti eſt in oculo uiſus. Et Rhetoricoꝝ tertio, Mentẽ inqt, ut Lumẽ, accẽdit in Aĩa Deus. Sed ne quẽ nominũ diuerſitas implicet, ſcire licet, apud Platonicos Mẽtem intelligi duplicẽ, alterã inferiorẽ, quã Rõnẽ appellant, [illegible]iniorẽ alterã, ſuperiorem q; : quã Intellectum nũcupant. Illa humana tẽperat, & modera[illegible]æc diuina ſuſpicit, & ꝓtemplat'. Quæ ſane' mẽs ita diſtributa bifrontis Iani rõnẽ cõplectit'. Huius uero ſpeculatricis mentis intimam uim Plato Mentis caput nũcupauit. Sed dicit' Animæ itẽ unitas, Cẽtrum q; totius Aĩæ. Zoroaſter ille ſciẽtiſſimus, & Veterũ Theologoꝝ fons uocat ψυχῆς βάθος ἄμβροτον. i. Aĩæ Immortalẽ ꝓfunditatẽ, propterea inqt, Q ñ Aĩa per potẽtiã Patris fit Ignis ſplendidus, dominetur in te animæ profunditas immortalis, & oculos omnes unà tolle in altum, tunc neque item materiale Corpus in præcipitio relinques. Ignem uocat, Vt obiter hoc a' me tuleris ſtudioſe Lector, luminoſam claritatem, quam impertitur Animæ Deus, Cui per unitatem ſibi impreſſam, quæ eſt Vnitatis diuinæ character, coniungitur. Abs qua Vnitate Animæ, tanquam a' Centro, profluunt Vires aliæ. Oculos uero ubi ſurrigendos ait omnes, quæ in cognitione uerſent', potentias intelligi uoluit. Præcipitii uero noĩe Mũdi uocat partẽ infimã, Magica loquẽdi cõſuetudine. Porro' Mentis caput hoc aliubi Idem magnus Author florem mentis appellat, ἐστί τι νοητὸν, ὃ χρὴ σὺν νόῳ ἄνθει. Eſt intelligibile aliqd, quod mentis flore apprehendendũ eſt. Ex iis uero, quæ hic ꝓdita nobis ſunt, tria potiſſimum Animæ humanæ collige munia. Vnũ, quo agit in Corpore, Aliud per Corpus, Tertiũ per ſeipſam. Et Agit qdem in Corpore ꝓ eam uim, quã Vegetatricẽ Peripatetici, Platonici uocãt Naturã. Per Corpus agit, Senſibus utens, tum interioribus, tum exterioribus. Per ſeipſam uero, cũ Animæ uis mera, incorporea incorporeis intendit. Quã qui-

dem actionem

dem actionē Intelligentiā nuncupant. Ad quā Plato reſpiciēs, Plotino Interprete de Anima noſtra ait, eam tum ꝓdere Caput intra Cælum, tum extra Cælum caput attollere. Cum uero in Phædone, & Theæteto ſeparare Animā a` Corpore iubet, nō loco præcipit ſegregare, Sed monet, ne corpori Animus adnuat, neq; Imaginationi conſentiat neq; ob Corporis cōmercium alienet' a` mente. Conetur' q; quatenus effici poteſt, ſubditā ſibi Animæ ſpeciem ſecum ad ſuperiora perducere.

¶ Quod ſit Animæ Idolū. Item quę Imago, & Vmbra. Ex qbus fiat Animal. Adam, et Euæ myſtica interpretatio. Caput XLV.

a Nima, Platonici inquntnā eoꝝ præcipue uerbis rē collibuit explicare, quod ſæpe facimus, ut dictis authoritas accedat maior, comparet, ꝓtendat' q; , Quī uolet, Subſtantia eſt, & Vita. Actus hic eius inſeparabilis, ſubſtantiale qddā eſt, ac uiuificū, Qualitas hinc tributa corpori accidēs eſt, & quaſi uitale. Actū illū appellamus Animæ Idolum, In quo Senſus eſt, Vegetalis' q; natura. Qualitatē uero illam Animę dicimus Imaginem, & Vmbrā, ex qua & Corpore fiat compoſitū, In quo uoluptates, dolores' q; ſint corporales. Quarū pturbationū Senſus ad Idolum, Animam' q; pueniant, Perturbatiōes nequaquā. In iis uero aduertēdum eximie, quo ſenſu Plotinus, Origenes, & Ammonius Moſaica myſteria ſint interpretati. Siqdē hominē ipſum. i. Animā intelligunt, quaſi Adam. Humanū uero Animal inde tractū, atq; degenerans, quaſi Euam. Tractum inq̄ ex Anima dormiente. Hæc. n. tunc Animal ex ſe propagat, qñ expriſtīna apud Deū uigilia ad naturalia labens, diuinoꝝ oblita iam dormit, & ſomniat. Itaq; tum uitam corpoream generat, quaſi Euam. Animaduerte hanc primo peccantē, Illū deinde cō ſentientē. Sed intellectū illi qſi Angelum præſidentē, & mox increpantē, & Angelo Deum. Deniq; duo in carne una. i. duas quaſi in eodē Corpore Animas. Sed & magnus noſtrę religionis author Auguſtinus ſup Pſalmū XLVIII. Singulis inqt, noſtrum ineſt mulier hęc, Quippe Caro noſtra Eua eſt, quæ ſeducit Virū. i. rōnē, ꝑ quā carnē labit' homo, quem lapſum calcanei noſe prophetica indicat ſententia.

¶ Vegetatricis Aīę munus triplex. Altricis facultatis Organa duo, Itē muuia quatuor. Epeleuſtice motio quid. Caput XLVI.

s Ed age poſteaq̄ in Animę officia uolētes procurrimus, adiiciant' iis ex Peripatetica Schola: quæ tum ſint uſui legiſſe, tū uero noſtrā hanc ſciendoꝝ ꝓgeriē inſtruāt, & exuberātius ꝓgerminare quodāmodo faciāt. Sciēdū eſt inqt Thomas in ſecundū Ariſtotelis de Aīa librū, & ex Philoſophi eiuſdē ſnīa Themīſtius fere`, Inter Vegetatricis Animæ opationes tres ordinē haberi quēdam. Nā munus primū nutricatio eſt, qua ſeruat' aliqd, Vt eſt. Sequēs eſt pfectius, dicit' q; Augumentatio. Ea ꝑficiunt enutrita in pfectionē ampliorē, tum quātitate, tum Virtute. Tertium uero pfectiſſimum eſt, ac finale. Hæc generatio eſt, Qua aliqd iam q̄ſi in ſeipſo pfectum exiſtēs alteri præſtat, Vt ſit. Tunc. n. unūquodq; maxime pfectū eſt, ut q̄rto Metaphyſicę comprobat', cū ꝑducere qppiam eiuſmodi pōt, q̄le ipſum eſt. Proinde qa a` fine nuncupari oīa, ꝓſentaneū eſt, & itidē definiri, finis uero operū Vegetatricis poteſtatis eſt, alterꝝ generare, q̄le ipſum, Cōſeqt', eſſe illā primæ animæ ꝓgruā definitionē. Vegetatrix eſt, quæ alterꝝ eiuſmodi queat generare. Sciendū quoq; illud, qd' Ariſtotelicū itē eſt, ex ſecūdo de aīa, Eſſe organū duplex: quo altrix facultas ꝑficit', Sepatū, & cōiunctū. Et alimētū qdē ſepatum intelligitur Organum, & inanimum, Coniunctum uero, Calor intimus, quo ipſum id, unde alimur, excoq poſſit. Ex quo colligitur, Animatum omne, quod connutritur, calorem neceſſario requirere, Qui ſit Concoctionis exordium. Cæterum Altrix hæc facultas quadrifariam munus implet proprium, Attrahit enim, aduocat' q; primo cibum, mox aduocatum ꝑficit, digerit' q; , inde ſecernit, quod nutricationi ſit accōmodum, retinet' q; . poſtremo retrimenticia, fæculēta' q; excernit, aut feceſſu, aut Vrina, aut ſudore, aut alio quouis mō. Poteſtates uero hæ in græcis authoribus græce ita nominant', ἑλκτικὴ, ἀλλοιοπικὴ, κρατητικὴ, ἀφορουστικὴ. ἐπελθυστικὴ autem nil ad ꝓpoſitum ſpectat negotiū. Eſt enim Plutarcho tradente, motio in præcipua facultate Animę, qua propoſitis duobus eodem ſe mō habentibus, eiuſdem' q; poteſtatis, neceſſitate iniuncta alterutrum eligendi, q̄uis euidens cauſa nulla ſeſe ꝓmat, alterum tñ adnuente malumus Animo. dicit' uero Epeleuſtice quaſi aduēticia, uel ſu-

perueniens, quod nõ uernacula rei rõne fiat electio, ſed extrinſeca noſtri animi proclinatio ne. Dicerẽ plura, Sed alieno loco ſatis multa. Ne fiat planè, qđ ille ait, ἀκρόασις ἀκροατικὴ, hoc eſt ſeſe oſtentans auſcultatio.

¶ De Animali Virtute, Item naturali & Vitali, ex Auicenna. Caput XLVII.

c Æterum quia Medicorum ſcholæ ſuas habẽt in hac re diſtinctiões, ſua item uocabula, nõ erit moleſtum diuertiſſe paululum in Auicennæ hortulos, multis ſæpe doctrinę floribus peramœnos, arridentes q̃. Ergo doctrina ſexta Fen primæ primi, Omnium inquit, opationũ Virtus initium eſt. hac. n. abiuncta, abſciſſa ue nulla erit operatio. Virtutũ uero apud Medicos genera tria ſunt. Vitalis, Animalis, Naturalis. Vnaquæq; porrò Virtus, ſicuti Philoſophoꝝ pleriſq;, & Medicis omnibus uideo placuiſſe, Sed Galeno imprimis, Membrũ habet præcipuũ, in quo ſubſiſtat, Abs quo' q; profluant opationes. Quippe Animalis in Cerebro ſedẽ habet, Præterea Naturalem eſſe aiunt uirtutem, Cuius duo ſint munia, Vnum fouere Animal nutriẽdo, cui rei Hepar aſcribat'. Alterũ, generationi Semen ſufficere, atq; informare ex Sũmi patris inſtituto. Eius uero facultatis fontem eſſe Teſticulos uolunt. Virtus, quæ Vitalis dicit', Spiritus conſeruat eſſentiam, Qui ſenſus, & motus uehiculũ eſt. Eius domicilium Cor eſt. Placet tamen inquit Auicenna, ſummo Philoſopho Ariſtoteli, Omniũ iſtarum Virtutũ principium in Corde cõſtitui, Ita tamen quod opationũ euidens argumẽtum in prædictis primũ ſe principiis promat, Sicuti apud Medicos Sentiendi fons ex Cerebro ꝓfluit, nihilominus organum peculiare habet Senſuũ unuſq; q;. Mox itẽ paulo probabilior Auicennæ Ariſtotelis ſit Sententia, q̃ Medicorũ. Auicennę Interpres hæc latius aperiens, Vitalis inqt, Virtutis opatio eſt, laxare, & cõprimere Cor, & Arterias, ac uniuerſo Corpi Vitã prębere, ac Vitalẽ ſpiritũ cũ ſanguine arteriali. Naturalis Virtutis opus eſt, generare, nutrire, augere cũ cęteris, quæ his ſubſeruiunt. Animalis Virtus Senſum producit, tum interiorẽ, tum exteriorem, atq; item Volũtariũ motũ. Huic quoq; Virtuti Cõcupiſcibilis pars, atq; iraſcibilis attribuit' ab Beato Thoma, Quæ portiones ſint Senſitiui appetitus. Concupiſcibilis admoueri ſuadet, quæ neceſſaria uidẽt', aut utilia, & id uoluptatis rõne. Iraſcibilis noxia repellit, fertur' q; ad ultionem pręceps.

¶ Senſuum cõmoditas, & neceſſitas, Quibus inſit Senſus. Origo eiuſdẽ. Neruoꝝ paria ſeptem. Cur Anima uires ſuas magis in parte iſta promat, q̃ illa. Caput XLVIII.

q Vod uero ad Sentiẽdi poteſtatẽ ꝑtinet, Eqdem nõ uacat ſatis inenarrabilem Artificis Sapientiã admirari, Qui nõ contentus mentis nos ornaſſe celeritate, Cuius eminẽtia paulominus cælitũ dignitatẽ aſſecuti ſumus, Sẽſuũ quoq; claritatẽ munifice eſt imptitus. Qui tanq̃ Satellites qdam, & Interpretes, ac nuntii in Capitis regia, & rationis conſpectu ſunt circũiecti, Vt aptius multo intelligendi, ac perſentiendi ueritas mutuo nexu ꝓfoueret'. Quid de Oculis dicemus? quos tanq̃ Speculatores altiſſima cõſcẽdiſſe, non decoꝝ mõ, ſed ex uſu uitæ maxime fuit. Vt longius proſpectum petẽtes, atq; plurima ſubiecta intuentes, ꝓprio fungerent' munere. Porrò cum Sonus omnis naturæ ui ꝓmicet in ſublime, eundem altitudinis ſitũ Auribus attribui, compar maxime fuerat. Quæ rõ & in naribus obſeruata eſt ad odorẽ ꝓcipiendũ, q ſuapte ui ſcandit, demũ ut in cibis, potibus q; facilior quaſi foret indicatura, ꝓinde ori eas fuiſſe admotas, ꝓcommodũ cẽſeri debet. Guſtus uero nõ alium ſibi iure uendicare locũ potuit, q̃ in oris regione, qua eſculẽtis, & poſculẽtis ſemitam aparuit natura. Tactus dum certi habet nihil, totum facile occupauit, ac ſeſe æquabiliter ꝓ uniuerſum fundens Corpus, qcqd præduri, mollis ue ſe oſtentarit, tota ꝓcipit facilitate, nec nõ caloris, frigoris ue appulſus. Vt hiſce ueluti militaribus obſtipati pręſidiis nõ decore mõ, ſed & trãqllitate maxima datũ uitæ curriculum ꝓficere ualeamus. Cæterum qa de Senſibus futura nobis hiſtoria eſt, Eorũ primordia, & fontem, ut par eſt, rimabimur primũ, ſecuti Platonicorũ dogmata, Sed mox & Peripateticorum principis ſententia nõ dilata. Ante omnia inqunt, mortali tãtum Corpori Sẽſus ineſt, nam diuina prorſum eo uidentur uacua, q̃q̃, qd ſenſerit Plotinus, non excidit, Indè q; multo magis Anima, Quæ ſit quocũq; Corpore longe præſtantior. Huius tamen efficit poteſtas, Vt conſtet homo, uiuat, ſentiat, hoc eſt Animal ſit. hęc enim mortale Corpus alit, uiuificat, illuminat, dum adeſt utiq;, nõ ineſt. Sedes eius Cerebro potiſſimũ aſcribit', ꝓ-

pterea eſſe

pterea eſſe orbiculari figura inſignitum Caput, quoniã eiuſmodi fere' ſint' cæleſtia omnia. Quamuis aũt tam Anima, q̃ Cerebrum omnino ſenſus ſint expertia. Quia tamen abſq; eo animal eſſe neqt, Ex animæ potentia fœcundiore, ſiue de effectibus in Cerebri cauernas ef fuſum ſpiramentum eſt, quod Senſus prouehit, dirigit' q;. Cauernas eas inueni, qui Ventri/culos uocent Cerebri. Ex illis deprehenſum ab Anatomicis eſt, necnõ approbat Auicenna, doctrina quinta, Fen primę primi, Neruorum ſeptem produci συζυγίας, ueluti latine dicas Coniugia, aut Coniugationes, ſiue paria. Eſt enim Syzygia neruorum, cum nerui bini pari ter emergunt in conſtitutũ corriuati locũ. Quos fiſtularum uice fungi tradunt, & ipſum il/lud, quod diximus, Spiramẽtum ſenſificũ ad deſtinatã ab natura metã, ueluti curricula, deue here. Vt uicinis, remotioribus' q; paulo membris ſentiendi uis infundat'. Ex iis ergo Neruo rum cõbinatio prima ad oculos profert', unde illis comparat' Speciei cuius q; internotio, ac Colorũ diſtinctio. Secũda Aures petit, quæ ſonos inde ualeant cõcipere. Tertia naribus in/ſerit', ut aſſit odorãdi poteſtas. Quarta in palatũ deriuat', unde ſit Sapor diſcretio cum pri/more lingua. Quinta p totum effuſa corpus, illud ui ſua cõplexat'. Hoc expreſſit tangẽdi ne/ceſſitas, ut oblæſura facile declinarent'. Quæ uero lenitate ſua confouerent, blandius pmul centia, admoueri poſſent. Sextam ſentit Stomachus ob alimenti indigentiam, Vt uitæ ne/ceſſaria expeteret, redundantia reiectaret. Septima ad ſpinalem delabitur medullam. Quę in Animali id plane' eſſe deprehendit', quod in nauigio Carina. Eius inde internoſcit' præ ſtantia, quod medicę artis periti longioris Cerebri nomine cenſuerunt nũcupandam. Nec uero me fallit, Auicennã aliquo mõ ab iis diuerſa prodidiſſe, Sed ipſe nihilominus Autho/rem certũ ſecutus ſum. Quod ſiqs nõ inſcius naturaliũ ſeſe obiiciat, male a' nobis iſta diſtin gui, cum quęlibet Animę uis ſit in qualibet Corporis parte tota, ſicut Aĩa, Reſpõdeo, ita fe rè adnuẽdo rem habere. Sed tamen dici Aĩam ibi agere, Vbi ei ſubſeruit organũ, & ibi im primis, unde initia ducant inſtrumenta. Hac itaq; rõne Sentiendi, mouendi' q; actus Capiti aſcribit'. unde uidelicet corriuari neruos, liquet, organa ſenſus, & motus. Sic Iracũdia Cor/dis ſedẽ ſibi uendicat, Vbi Sanguis reſidet igneus. In Iecore Concupiſcẽtia, & nutritio do/minari credit', qa ibi Aereus ſanguis eius eſt ueluti Subſtratũ. Ratio, etiã ſi nil habeat Cor/pori cõmune, nihilominus Capitis arcẽ inſediſſe, tradit' a' Platone. Propterea quod imagi nationis actus rõni eſt propinquus, eius' q; ſibi portionẽ aſſerit. Cæterũ nequa omnino ſub/ſit hæſitatio, Corroborant', quæ diximus, magni noſs authoritatibus. Nam Galenus de Iu uamentis nono, Caput inqt, eſt fons Senſus, & ex eo motus eſt uoluntarius. Origo itẽ Ner uorum molliũ, & duror. Sed & in Libro de Virtutibus mortale hominis Corpus diſtribuẽ tibus, Sciendũ inqt, haſce de tribus profluere particulis. Et eam qdẽ qua rõcinamur, remini ſcimur, ſentimus, mouemur, ab Cerebro. At ex Corde, qua iraſcimur, caleſcimus' q;, Etiam nũ' q; præditi pulſu cognoſcimur in Corde, ac Arteriis. Ex hepate uero, qua nutrimur, auge mur, cibum' q; appetimus, exceptum' q; digeſtione perficimus. Et mox paulo, A' Cerebro in quit, Corporis particulæ oẽs ſenſum habent, ac motũ, neruis ad organa Sẽſuum prodeũti/bus ad Senſibilium ꝓceptionẽ. Aliis uero ea mouentib⁹, quæ motui deſeruiunt. Cerebrum qdẽ inſenſile ipſum natura eſt, At Senſuũ tñ organũ. Sed & Libro quarto de Accidenti & morbo, palàm inquit, eſt Cerebrũ ad oĩa Corporis mẽbra Virtutẽ emittere, qm̃ neruo pręciſo, mẽbrum, ad quod is producebat', Senſus fit expers. Auicẽna principiũ motus, & Sẽſus eſſe qdem fatet' Spiritũ, q ſit in Cerebro, ut in arca Virtutis, quæ defluat ad mẽbra cõtinua ta cum Medulla. Sed Virtutem putat illuc a' Corde cõſcendere cum ſpiritu.

¶ Ariſtotelis ſententia de Senſuum origine. De medio duplici, quo Senſus producitur in actũ. Olfactum eſſe minus aliis neceſſarium, & quæ utilitas eius. Caput XLIX.

Riſtoteles Peripateticorum ductor eminentiſſimus, & naturę rerum indaga tor, ſiquis alius, ſolertiſſimus, & fere' primi nominis, de partibus libro II.

a Nec Senſus inquit, ullius cauſam Cerebrum obtinet, quod qdem expers o/mnino Senſus non aliter, quam quoduis excrementũ eſt. Verum cum intelli gere, quamobrem Senſus nõnulli in capite habentur, nequeant, quod eam partem cæteris eſſe peculiariorem animaduerterint, Ideo Senſum cum Cerebro coniungẽ/dum cenſuerunt. Sed enim principium ſenſus eſſe Cordis locum, definitum iam eſt, cũ de

Senſu ageremus, & quã ob cauſam duo.i.tangendi, & guſtandi ſenſus ex corde aperte dependent. Vnus ex reliquis tribus.i.olfaciendi medium tenet. Duo ideſt audiendi, & uiendi maxime in Capite poſiti ſunt propter Senſoriorum naturam. Viſum autem omnibus, quibus eſt datus, apud Cerebrum eſſe, optima ratio eſt. Cerebrum enim frigidum, & humidũ eſt. Viſus aquæ naturam obtinet, hæc enim omnium perlucidorum facillime conſeruari poteſt. Senſus etiam exquiſitiores per partes, quæ ſanguinem habent ſynceriorem, abſolui neceſſe eſt. Sanguinis enim calidioris agitatio ſentiendi officium intercipit, atq; refringit. Sed & Hieronymus ad Fabiolam de Veſte Sacerdotali, Senſus inquit, in Corde eſt, habitaculum Cordis in pectore. Thomas item de Philoſophi ſententia, in librum de Senſu, & Senſili, Sentiendi principium inqt, primo eſt in Corde, ubi eſt caloris fons, nihil enim ſine calore ſentire poteſt, ut traditum eſt in Libro de Anima. Cæterum a` Corde Virtus ſentiẽdi in Cerebrũ ſcandit, & inde ad trium ſenſuum pergit organa, Viſus, Auditus, Odoratus. Tactus autem, & Guſtus referuntur ad Cor per medium cõiunctum, quod eſt Caro. Nam Senſus alii per medium fiunt extrinſecum, Tactus, & Guſtus per intrinſecum, quod eſſe Carnẽ, iam aſtruximus. Confirmat porro` hæc idem Author in expoſitione libelli de Iuuentute, & Senectute. Sed cur nam ita ab Principe Deo conſtitutũ? An qa tactus, guſtus q; ex Sẽſibus neceſſarii amplius manifeſto deprehendunt? Siqdem Ciborum diuerſitatẽ inde pernoſcimus, quibus ad fouendam uitam maxime indigemus, & quæ corpus oblædunt forinſecus: tangendi uirtute refugimus. Ideo q; in duobus iis medium habet intrinſecum, ne uitio eius unq̃ ab Hiſce deficiamur ſenſibus. Nam reliqui ad bonitatem proficiunt. Quippe Viſus, & Auditus ad Scientiam iuuant comparandam imprimis, modo duplici, quo adſciſcitur Doctrina, Quod enim ſcimus, aut didicimus, aut inuenimus. Inter ſenſus uero omnes Olfaciendi poteſtas minus longe uidetur neceſſaria. Sanitati tamen Animalis conferre uidet plurimum, quod aliubi opere iſto copioſius explicabitur a`me. Vbi per partes Senſuum ſeſe ingeret tractatus. In eo uero Odorandi ſenſus non negligendus, quod odoribus confouetur Cerebrum. Id uero ita affectum ratiocinari præſtantius poteſt.

¶ Senſus cur tantum quinq;. Quatuor neceſſaria, ut ſentiamus. Caput L.

Ed cur nam Senſus quinq; tantum? Nempe quod quinq; item ſunt, qbus mũdus conſurgit: Elemẽta quatuor, & Ætherea Subſtãtia. Primum uero tactus
s terræ habet rõnem. Guſtus aũt aquæ, quippe humectatione guſtabiliũ ꝓcipit qualitatẽ. Aeris uero appulſus ex ictu, unde ſonus naſcit, aut Vox, Auditum ꝓficit. Olfactus uero ignem reſipit: nam & ex qualitate calida odores prouenium. Videndi ratio ex æthere contemperat, & Lumine, ut in moralibus docuit Plut. pleroſq; ſenſiſſe. Quid opinentur alii, oſtentante ſe latius occaſione, non negligetur, & paulo ante attigimus tamen. Verum ut ſentiamus, hoc eſt, ut Senſus producantur in actum, Quatuor omnino requiri uidentur, Duo qdem ex parte Senſus, Organum uidelicet, ac Spiritus, Duo uero extrinſecus, obiectũ, & mediũ. Proinde in abſtractiõe forma obiecti primo eſt in medio, deinde in Organo, mox in Spiritu, poſtremo animam attingit: q̃ obrẽ in medio primum fit immutatio, inde in particulari ſenſu. Iudicium uero cõſequitur in Senſu cõmuni.

¶ Senſus interiores quatuor. De Senſu communi præcipue. Inibi Locus Plynii declaratur. Caput LI.

Voniam uero ſupra duplices eſſe Senſus ſignificauimus, Interiores, exteriores q;, Et iam hos, qui manifeſti ſunt, breuiter expoſuimus, nõ inepte opinor,
q fecerimus, Si et Alteros itẽ occultiores exequamur. Ergo Auerrois Inter eos, qui Ariſtotelis Interpretationes aggreſſi ſunt, longe ingenio eminẽtiſſimus, hoſce in quatuor diſtribuit ſpecies. Primum q; eum conſtituit, qui Omnes, quæ ab extimis quinq; ſenſibus hauſtę fuerint, imagines colligat, atq; percipiat. Quare Cõmunem nuncupat Senſum. Altera deinde Vis Imaginandi dicta eſt. Cuius officium ſit, cũ ipſa nihil perſentiat, imagines, quæ a` prioribus Senſibus acceptæ ſunt, retinere, eas q; tertiæ ſentiendi naturæ, Quam exiſtimandi, ac Cogitãdi uim dicunt, ꝓferre. Cuius eſſe opus arbitrantur,

arbitrantur, Vt iis acceptis imaginibus, quid, aut quale sit id, Cuius illæ imagines sunt, iudicet, atq; percipiat. ea'q; ipsa, quæ discreuerit, siue coniunxerit, seu conceperit iudicando, postremæ Cerebri ipsius, sensus'q; particulæ: quam Memoriam dicunt, seruanda cõmendet. Quod uero ad Communem attinet Sensum, scitu digna sunt, quę ab Eruditis mandata memoriæ sunt, Hunc esse uidelicet, qui obiecta quinq; Sensuum sentiat, & actiones eorũ, atq; Vacationes. Ad quem etiam proprie spectet animaduersio, quando scilicet animaduertimus, nos uidere aliquid, uel audire. Vnde fit, ut sæpe & uideamus, & audiam⁹ aliqua, nec tamen percipiamus, nos ea sentire, quoniam Sensus Communis, imaginatio'q; interea uertitur aliorsum. Oportet inquit Plotinus, hoc esse quasi Centrum. Sensus uero Singulos undiq; non aliter ad hoc ipsum, quàm lineas a' circunferentia ad Cẽtrum usq; protendi. Atq; uim eiusmodi cuncta comprehendentem, re uera unum aliquid esse, neque esse humidum, alias cessaret Memoria, neque durum, periret nanq; Docilitas. Et omnino si sit corporeum, formæ ibi rerum se inuicem impedient, atque cõfundent. In hoc præterea Sẽsu intimo est Visus, & Auditus, & Cæteri denique Sensus. Sed hic una forma sunt, potestas'q;. Hæc de Communi sensu latius excerpsimus, non quidem ostẽtandi causa, Sed lucem ut inferremus nobilissimo Authori, Qui undecimo naturalis historiæ, Vbi de Oculis agitur, Animo inquit, uidemus, Animo cernimus. Oculi ceu Vasa quædam uisibilem eius partem accipiunt, atq; transmittunt, Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus uisu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, Animo caligante.

¶ Qui præstantioribus sit sensibus præditus, habere item inferiores, Sed non ediuerso. Sensibus abuti omnibus hominem tantum. Caput LII.

Ta uero in ratione facultatum animæ natura comparatum est, Sicuti obseruate, curioseq; perpendimus, Vt qui eius, quod nobilissimum est, & habeẽ, fuerit compos, etiam quæ infima sunt, teneat. Quibuscũq; enim adest, quod λογικὸν dicitur, idest ratiocinandi uis: insit & Sensilis potestas, ac Vegetatrix, necesse est, quã φυτικὼ uocant, Cuius plantæ sint maxime participes. Verum ediuerso non fit, Siquidem sensilia multa uisimus, quæ tamen rationalia non dixeris. Id ipsum & in Sensuũ serie contingere, deprehensum est, Quando Visu prædita, nec re liquorum sunt expertia. Quæ uero tactum habeant, & gustum, nõ statim etiam Videdi potestate cernimus insignia, Cuiusmodi conuisitur Talpa. Spongiæ tactum qdem habere creduntur, reliquorum tamen exptes. Sed enim prius, quàm ab Sensuum rõne abiungamur, Illud ppensione non indignũ, Inter animãtes cũctas Hominẽ unũ Sẽsibus abuti. Quos'q; optimus, atq; indulgentissimus Parẽs elargitus fuerat, tum ut necessitatibus Natura duce, pullulantibus paria facere possemus, tum ut comptiorem Vitam, & dignã prorsus Dei numismate, transmittendi nõ abesset potestas, eos ingenii prauitate, &, ut plane' dicam, in Naturæ cõtemptũ, ad scelerũ fomenta uertimus. Nam Bruta unam modo tactus uoluptatem sentiunt, dum furore libidinis agitata ferunt' in coitum. In aliis fere' intra naturæ præscriptum cõpescuntur. Nos uero diuini muneris exculcata lege, delitiarum seminaria Sẽsus facimus, ueluti ad hoc nati, & ad unum hoc cum materno lacte feramur. Nec saltem succurrit, quod scientissime M. Tullius pronũtiauit, Cum homini Deus nil Mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil eẽ Voluptate inimicitius, quãdo in Voluptatis regno nequeat Virtus consistere. Adde quod cæteris animalibus, sicuti doctissime Plynius inquit, Stati sunt per tempora anni cõcubitus, Homini omnibus horis dierum, noctiuniq;. Reliquis satietas in coitu, Homini prope' nulla. In hominũ genere Maribus diuerticula Veneris excogitata omnia scelere naturæ, Fœminis uero Abortus. Quãto in hac parte multo nocentiores, quàm feræ, fumus? Hisce Voluptatum delinimentis, quæ Sensuum germina sunt, ut carerent, Quosdam sibi oculos eruisse, exploratissimum est. Alios in uastas solitudines conieciisse sese, ceu præstabilius foret cum feris immanitate insignibus conuiuere, quàm inter homines, qui ferantur ratione præditi. Certe per quinque Sensus, ueluti per fenestras, ad Animam usque penetratur. Hæc defigunt humi, Vt inquit Oratius, diuinæ particulam auræ, nec enim capi Mentis arx potest, nisi per hæc portarum obiici-

bus perfractis, & prorſum ſublatis Cataractis, hoſtiles copiæ fuerint admiſſę, agminatim'q; irruerint Scelerum incentiua, quibus Cæleſtis animæ fulgor retuſus ſordeſcat, collutilet'q;. Si Circenſibus, inquit Hieronymus, quiſpiam delectetur, Si Athletarum certamine, Si hiſtrionum mobilitate, Si formis mulierum, ſplendore gemmarum, & id genus aliis, per oculorum feneſtras Animæ capta libertas eſt, & impletur illud propheticum, Mors intrauit p feneſtras ueſtras. Equidem Senſus Corporum recte quis dixerit, Equos ſine freno currentes. Animam uero Aurigæ modo Currentium frena retinere obnixius. Eximia eſt Animæ exultatio, ubi multorum cura non anxie implicitus, paruo acquieſcendũ, fueris arbitratus. Mundum, potentiam'q; eius omnem pedibus ſubieceris. Tolle epularum, & libidinum luxuriam, nemo diuitias quæret, Quarum uſus aut in Ventre eſt, aut ſub Ventre.

¶ Senſum non eſſe idem cum Intellectu. An Homerus Animam putarit Corporeã. Itẽ an ſcierit, eſſe præditam ratione. Caput LIII.

Prius uero q̃ ſubtexantur reliqua operis inſtituti, non fuerit opinor, uacantis operæ perpendiſſe, quæ ſint de hac re Veterum conſulta, q de natura conſcribere aliquid ſint adorti. Siqdem magna pars ſtatuiſſe uident, Senſum eſſe cũ animo, & intellectu idem. Nam ita cecinit Empedocles, Conſilium ad præſens homini, & Sapientia cõſtat. Vbi, Themiſtio exponẽte, Libro de anima tertio ex Ariſt. ſententia, nihil uidet tribuiſſe ſupra Sẽſum Animo. Quem prout quæq; res Senſibus accidiſſet, uarie, atq; inconſtanter impelleret. Sed & Homerus, cum dicat, Mentẽ omnibus mutationes, uarietates'q; ambientis nos corporis ſequi, Videt naturã Animi habuiſſe Corpoream, Eum'q; quaſi idem cum ſenſu putaſſe.

Talem animum plane mortalibus eſſe, neceſſe eſt,
In lucem primo qualem Deus extulit ortu.

Sed non eſſe idem Intellectum, & Senſum, efficaciſſimum id, promptiſſimum'q; mõſtrarit argumẽtũ, Quod cũ animalia omnia ſint Sẽſibus prædita, Solus homo præter eos, & Mẽtem obtinet, ac Intelligentiã. Porro qs nõ uidet alias eſſe differentias rationalis potentiæ, Alias Senſuum? Itẽ affectus, & opera quis poſſit negare alia Sẽſibus iũcta, Alia Intellectui, & rationi tributa? Nam Virtutes animi uidentur hæ, Recta opinio, Scientia, Prudentia, Quæ certe ad Senſum pertinere non poſſunt. Item Vitia animi ſunt, falſa opinio, Inſcitia, Imprudentia, Quę profecto Senſibus nemo unquam tribuerit. Quod ſi uſquam dictum reperias, Animalia nonnulla, quæ rõne careant, Animum tamen, & Intellectum habere, Scito abuſiõem nominis in eo factam, nullum enim præter hominem animal compos, & particeps animi eſt. Cæterum nõnulla Spectris, & uiſionibus ualent, quod genus phantaſiã, & imaginationem appellant. Imaginatio autem, q̃uis ſit præſtantior, & nobilior Senſu, longe tamẽ inferior Animo, Intellectu'q; eſt, Vtpote, quæ tãquam in confinio utriuſq; ſit poſita. Ita fit, ut ea uis Senſum qdem ſequatur, Sed actionẽ animi antecedat. Proinde uiſa, Sẽſa'q; ſimul illata animo ſunt, excitant, adiungunt'q; ſibi commotionem illam, quam ὑπόληψιν dicunt. Sed enim, q Vberius noſſe iſta cupit, adeat eum, cenſeo, unde hæc paucula mutuati ſumus. Sed illud amplius animaduerſione dignum, Ab Plutarcho probari, primũ ab Homero Animam credi immortalem, ſicuti ubi ait, ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἀϊδόσδε βεβήκει. Euolans autẽ è membris Anima Inferos petiit. Porro non aliud eſſe hominem, q̃ ipſam animam, quod & a Platonicis exceptum eſt. Corpus item eſſe animæ carcerem, quod Philoſophi ſtatuunt, Proindẽ'q; Corpus uiuens ab eo ſemper dici ἥμιον, quia ſit Animæ uinculum, quod ἥμιδν uocant, mortuum uero, ab Anima ſequeſtratum, σῶμα, quod ueluti Sepulchrum relinquitur. Nuſquã uero in Poemate Homerico Animã dici Corpus. Quin et diſtributionem Platonicam, qua is Philoſophus rõnem Capiti attribuit, Irã Cordi, Concupiſcentiam Iecori, Ex Verſibus Homeri comprobat. Nam ubi ſecum diſceptat Achilles, Vlciſci'ne præſtet, an iram ſedare, Oſtentãs ſeſe illi Minerua non aliud innuerit, q̃ Pruden tiæ lumen. Sed nos iam Animæ apicem contingamus. Quia tamẽ Liber hic iam extumuiſſe uidetur ſatis, Quę ſuperſunt haud parum multa, ut Lector, ceu interiuncto refectus itinere, hilarius reliqua perſequatur, in ſequens regerentur Volumen.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN LIBRVM SECVNDVM PRAEFATIO AD REVERENDVM IN CHRISTO PATREM, D. IOANNEM MARIAM, MATTARELLVM, RHODIGINVM, AC EPISCOPVM RELIGIOSISS.

e TIAM SI Vniuerſim, prodeuntibus hiſce noſtris libellis, Artium bonarum ſtudioſos compellare, non ab inſtituti operis Genio, quicunq; ſit is, diſſentaneum cenſui: Nihiloſecius ſi in partibus laboris mei intima nobis iunctos beneuolentia cõſalutauero, & Parthico quidem more, Quorum Regẽ ſine muneribus adit Nemo, abſonum, opinor, uel quod Græci dicũt, ἀπρόσδιόνυσον, fecero nihil, Quando in turbam coniectos ſe, queri non poterunt, & nil a me repenſum amicitiæ, uel inimicus iudex ne ſuſpicionis quidem indicium eſt habiturus ullum. Et ipſe porrò pleniore obſequio noſtris rebus fauentes uidebor promeritus. Quoniam uero ſequens libellus, quod fecit & prior, Optimi, Maximi Dei opus admiratur inenarrabile, Tu uero Ioannes Maria Reuerende Antiſtes tum loco, tum moribus Principi illi naturæ propior es factus, duce, quod aiunt, Virtute, Comite autem, non fortuna, Quæ prophanis modo utranq; paginam facit, Sed ipſa illa Sacerdotali luce, Qua fulgurant uibratius Sãctorum mentes, dum labia eorum cuſtodiunt Scientiam, Et in ſupercilio montium excitatam Ciuitatem ſciũt, non poſſe latere, Inde occurris mihi primus, Quem ad Sudoris noſtri partes aduocem, in quibus eminentiſſimi Agentis immẽſa in nos exequimur munera, Nec id, quia te fugiant hæc, Qui multiplici ſapientia præcellis, Canonum quoq; decretis cumulatiſſime imbutus, Sed ut inſtitutis tuis, & integritati clariſſimæ munuſcula proferremus pterac cõmoda, ne fieret illud ex triuio. ἐν φακῇ μύρον. Expreſſit hoc præterea nobis cõmunis Patriæ ratio, Quæ bene ſentientes, honeſtisq; præcipue initiatos literarum ſacris ita perunxit, quodamq; uelut ferrumine coaptat, componitq;, ut non magnopere nexum comperias arctiorem. Tuis ergo auſpiciis publicum indipiſcetur ſequens liber, Cui tu ſanctis precibus progreſſus concipias fauſtos, uelim.

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANTIQVARVM LIBER VNVS, QVI SECVNDVS.

Intellectus agens, & Poſſibilis. Caput Primum.

q VÆDAM Sunt inquit Auguſtinus, ſupra intellectum humanum, Quædam iuxta, Quædam infra, Siquidem cognoſcit Deum Anima ſupra ſe, Angelos iuxta ſe, At uero ſe in ſe. Quicquid cæli continetur ambitu, infra ſe. Igitur ad ea percipienda, quæ ſunt ſupra ipſam, indigere uidet omnino Anima irradiatione ab ipſa luce Veritatis primæ, quæ dicitur Mens, uel intelligentia, quam ꝓdit Auguſtinus idem, nulla interpoſita natura, formari ab ipſa Veritate. Proinde reſpectu Veritatis ſummæ, & eorum reſpectu intelligibilium, quæ humanum excedunt intellectum, eſt intellectus agens Deus, & huiuſmodi illuminatio eſt gratiæ infuſio ad diuina contemplanda. Ad ea uero ꝓnoſcẽda, quæ propè nos ſunt, ut ſunt Angelicæ eſſentiæ, indiget itẽ aĩa reuelatione angelica, ſiue inſtructione, Qua in re dicitur item Angelus intellectus agens. Ad eorum uero perceptionem, quæ intra animam ſunt, ut eſt ipſa anima, & potẽtiæ ipſius, habitus, Sciẽtiæ, ac Virtutes, non indiget anima lumine extrinſeco, Sed innato, et propterea Auguſtinus ait, Animam cognoſci ab ſe in ſe, quia cognoſcit ſe eſſe, ſentire, ſcire aliquid. Idem aſtruitur de perceptione eorum, quæ infra nos conſtituta deprehenduntur. Ad hoc enim lumen intimum ſufficere, hoc eſt intellectum agentem, uim animæ ſupremam, Cuius operatio eſt, ut inquit Auicenna, illuminare, ſiue intelligentiæ lumen diffundere ſuper formas ſenſibiles in imaginatione exiſtentes, Rurſumq; illuminãdo abſtrahere a materia, & abſtractas copulare, ſeu ordinare in intellectu poſſibili. proinde quando dicimus, intellectũ poſſibilẽ ab agente formari, non intelligimus, quod doctiſſimis placere uideo, accipere formas, Sed illo præſente, formis ſuis efficacius uti, & copulatius. Id exemplo patere quadãte

nus poteſt. Sunt qui Chartæ inſcribant literas ſucco cæpę, Sed hæ nō percipiuntur, niſi ca/
lefiat Charta. Eiuſmodi habet rerum formas, qui dicitur poſſibilis intellectus, quæ in cōſpe
ctum ueniunt, ignis diuini præſentia, Sicut & colores lumine Solis. Intellectus noſter non
eſt in potentia ad hoc, ut fiat intellectus, atq; intelligibilia, Sed ad ultimam intelligentiæ, in
telligibilium'q; perfectionem. Sciendum uero obiter, Quam in Anima Platonici rationem
dicunt, Peripateticos uocare intellectum poſſibilem, Quam uero illi Mentem dicunt, hos
intellectum agētem nominare. Scribit Auicēna, quadrifariam dici Poſſibilem intellectum.
Nā dicitur primo, ut habens poſſibilitatem tantū, ut ſit ueluti potentia materialis ad ſimili
tudinē materiæ primæ, quæ ex ſe formā habet nullā, Sed eſt omniū formarum ſubiectum.
Deinde eſt intellectus diſpoſitus, qui eſt, ubi qs iam in intellectu principia continet, hoc eſt
ꝓpoſitiones, quas credere cōtingit, quæ non aliunde, ſed per ſe notæ ſunt, ut cū proponit',
eſſe totum ſua parte maius. Poſt ea eſt intellectus perfectus, q iam concluſiones tenet eorū,
quæ ſequunt' ad principia, Actu tamen ad eorū non cōuertitur ſpeculatiōem. Poſtremo di
citur in actu intellectus, cum iam actu ſpeculat'. Primus uocatur materialis intellectus, Secū
dus in habitu, Tertius adeptus, Quartus accōmodatus. Eſſe uero intellectum agentē eiſdē
fermè rationibus Auicēna probat, ac diuus Thomas in Theologiæ cōpendio. In potentiis
inqt Thomas, ſenſitiuis formæ rerū ſunt particulares, uęꝫ non ſunt actu intelligibiles, ſed
potētia tantum. Intellectus enim nō niſi uniuerſalia intelligit. Quod uero in potētia eſt, nō
reducitur in actum, niſi ab aliquo agēte. Eſſe igitur aliquod oportet agens, a quo ſpecies in
potētiis ſenſitiuis exiſtentes fiant intelligibiles actu. hoc autē intellectus poſſibilis facere ne/
quit, Ideo neceſſarius eſt intellectus agens, Qui ſpecies intelligibiles in potētia, faciat intel/
ligibiles actu. Sicuti lumē facit colores potētia uiſibiles, eſſe actu uiſibiles. Sūt q apud Theo
phraſtū, Iāblicho, & Plutarcho authoribus, intellectū poſſibilē eſſe nobis duplicē interpre/
tent', Quoꝝ alter, et idē primus ſemp in actu, dum ſemetipſum intelligit, ſequētia ſub ſe cū
cta cognoſcit. Alter ſecūdus tranſiēs de potētia in actū, eſt ratio. Cū dicit' tabula nuda ab pi
ctura omni, & literis uacua, intelligēdum ſecūdū quādam ꝓportionē putāt. nō. n. ita dicit',
quaſi ītellectus nullo modo ſpecies habeat, Sed ꝙa intelligibilia, quæ in eo collocant', intel/
ligibilia qdē ſunt, ſed ita, ut ſint ā ſeparatis intelligibilibus illuſtrāda, ut ſyncere ꝓrſus intel/
ligibilia ſint, ꝓpterea coloribus cōparantur. Theophraſtus abſurdū putat, materialē intelle
ctui naturā huic dare, atq; arbitrari materiæ modo nihil eſſe in actu, ſed potētia omnia. De
intellectu agēte ſic itē repio, eſſe intelligibile lumē Veritatis primæ nobis ꝑ naturā impreſ/
ſum, ſemp agens, ſicuti lux ſemp irradiat. Proinde eſt illud in Pſalmo ꝓpheticū, Signatū eſt
ſup nos lumē uultus tui Dñe. Cæterum parte hac cōmonitos legentes uelim, Sicubi pugnā
tia uideor ꝓdere, mirandū haud ita eſſe, qñ ex diuerſis racematio fit, Et Platonicos cōſecta
mur parte plurima, ſed & in aliis diuerſitas ad ſuos regerenda authores eſt, nequis agre/
ſtis, ac indomitus certator protinus calumniam intendat.

¶ Auerrois de intellectu agente ſententia, Quid Auerroem quandoq; in Ariſtotele in/terpretando fefellerit. Cap. II.

a Verrois eximius Ariſtotelis interpres Mētem hāc humanā, ſiue Ariſtotelico more agētem collibeat Intellectum nūcupare, Æternā putat tam ex parte an/teriore, q̄ poſteriore. Eſſe quoq; mētium infimā omniū, & unicā. Nam ſicuti cæleſtes globi ſinguli ſingulas habere mētes uidentur, ita & orbis hic īferior unā, ut ipſe uult, habet, quæ nō huius hoīs ſit, uel illius, Sed humanæ ſpeciei Mens ſit, & dicat', ut ſpēi unicæ unicus ſit Intellectus in hoc orbe inferiori, ut pleriq; intelli gūt, ubiq; totus. Cōpingi ſiqdem putat hoīem ex corpore, & ſenſitiuā Anima. nam Intelle ctiuā excludit ꝓrſum. Arbitratur tamē inter ſenſitiuas animas qddam habere excellentius, diſtans'q; a Brutis plurimū hominis Animā. Porrò hominū quēq; ꝓpria pollere Anima, ſed mortali. Cuius præſtātior facultas uis nūcupetur Cogitatrix, ſiue, ut dicitur Græcis, Phāta/ſia. Ineſſe item cōcipit Brutinis animis exiſtimatricē potētiam quādam, qua duce utilia ſi/bi, & diuerſa cōfeſtim naturæ inſtinctu diſpiciant, & appetāt, uel auerſentur, differre ab hu mana, ꝙa nō naturæ ſequamur ductum, ſed rōne indagemus, cōſultemus, exequamur. Ita

tamen

tamen, ut uniuerſalibus ſequeſtratis, partibus tantum affigamur, inhæreamusq́. Proindę Rõnem nuncupat particularem. Intellectum uero rõnem Vniuerſalem, & in Cerebri meditullio particularis eiuſmodi rõnis Sedem ſtruit, altrinſecus Imaginatione conſtituta, & poſtmodũ memoria. Nã Senſum arbitrat Cõmunẽ, q Senſuũ qnq; opatiões aduocet in ſe, principem locum ſibi uendicare. Mox ut ſubſequat Imaginatio, eaꝫ cuſtos imaginum, quæ in cõmunem ſenſum coierant. Tertius facultati deſtinat Cogitatrici locus, quæ diiudicet in imaginatione cõpoſita. Poſtremo eſt memoria theſaurus, quæ proferunt, Iudicioꝫ. Cogitatrix igit uis menti imprimis ꝓxima eſt, adeo ut Mens illi adſit ubiq;, et intelligẽtiam ſuam ꝑ eius expleat adminiculũ, dum Simulacra reꝫ in Cogitatrice Virtute lucẽtia mẽtem ad intelligendũ mouent. Occaſionem præbet homo intellectui ad ſpeculandũ, ut coloratũ lumen oculo ad uidẽdum. Intellectio nullatenus in homine eſt, ſed in Mente ſola, quam cogitatio noſtra pulſet. Cogitatrix anima unit puero ſtatim, At multo poſt Mens, cũ ſimulacra in cogitatiõe adeo ſunt pura, ut intellectum moueãt. Hæc ſunt magni Interpretis placita, quæ ſuis nitunt ratiõibus, apud Philoſophos latius expoſitis. Mihi illas apponere, & acriꝰ conſectari, nõ eſt uiſum. Illud modo dixiſſe, ſatis ſupq; fuerit, Omnia, quæ de Mẽte ſentit Auerrois, explodi ut falſa ab Scientiſſimis Viris, longe ab Chriſto ſeiunctis, ne dum ab Chriſtianis Patribus poſſe ꝓbari putes. Cur autem Cõmentator tam ſæpe ab Ariſtotelis ſui ſentẽtia uideat deuius, inde factum uolunt, Quod is in Hiſpania natus, & Arabum Idiomate imbutus, cũ græcæ literaturæ ne apices qdem imbibiſſet, Ariſtotelis libros in barbaꝛ ſonum nõ tralatos qdem, ſed mutilatos, decurtatos, puerſosq; cum lectitaret, in iis, quæ altioris ſunt Sciẽtiæ, & interioris ſenſus, Authorem eminentiſſimũ ſtudio breuitatis ita ſæpe cõciſum, ut Senſuũ acumina ſudãtes Philoſophos diſtineãt diu, multũq;, minus, minusq; conſequi ualuit. Quod ita eſſe cõprobat Plethon. & inde argumentũ euidens, Quod græca Ariſtotelis uerba Interpretem qñq; confodiũt. Author uero eſt idẽ Plethõ, apud Ariſtotelem Animos humanos eſſe multos, & qdem ſempiternos, q̃q̃ Alexander ſcribat, mortales eſſe animos, ab Ariſtotele iudicatũ, Sed ipſe in naturaliũ quæſtionum libro Animã eſſe fatetur immortalem, in corpus tamen mortale contruſam mortalis ſpeciẽ præbere. Sed & alibi cæleſtes, diuinosq; hominum animos uocat. Themiſtius item putat, Mẽtem quidem agentem unicam, Capacem uero multiplicem ab eo credi, & perpetuam utranq;.

¶ Humanæ Speciei laus exq̃ſita ab Ingenii, Memoriæ, Vaticinioꝫ, Locutiõis poteſtate. Caput III.

Ed nos deniq; ab hiſce reꝫ difficultatibus forſan obſcurioribus, q̃ ut facile ꝓcipi ab mediocriter eruditis ualeãt, Quibus nos iſta euigilamus, reuulſi in ea
ſ diuertamus Vireta, ubi inenarrabili uarietate floribus paſſim niteſcentibus, coronamẽta nobis cõpinganus, quæ nõ ornent modo, Sed halitu fragrantiꝰ us, & ſucculẽtia quodãmodo alant, impleantq; rõne mira. Sed. n. qd hic primum mirer? qd ue poſtremũ? Ingens hic inuitat locus, libeat modo uagari, Veꝫ cũ delectu reꝫ modum ſeruabimus, ne ĩopia Ieiuni, aridi ue ſimus, aut ubertate nimia luxuriãtes oneroſi ad moleſtiã uſq; legentibus nr̃a hæc qualiacũq;, protinus euadamus. Quanq̃ non me latet, Fabio aſtipulante, eſſe facile ubertatis remediũ. Igit in hominis contẽplatione occurrit admiratio prima Bonitatis diuinæ, quæ munera præcipue quatuor tãta eſt benignitate dilargita, ut nil ei magnope carius, nil fuiſſe penſius uideat. Primũ eſt, Ingenii aptitudo mira, cuius ui primo quoq; tpe numeroſiſſimã reꝫ ſeriem ꝓcipe ualeamus. Mox & Memoria, quã ueriſſime Authores celeberrimi Theſaurũ quendã reꝫ arbitrant. Non deeſt in pleriſq; itẽ fatidicus Spiritus, & quæ Deũ modo deceat, futuroꝫ pſpicax inſpectio. Addita poſtremo loquendi poteſtas inter cuncta ſumme mirabilis, & flexanima, ut Enniano interim uerbo utamur, atq; oĩum Regina reꝫ oratio, quæ nõ currẽtem modo excitare, ſed & languentem poſſit cõmouere. Eqdem ita ſtatuo, eſſe in humanis rebus amplum abunde, ſiqs ſuppetẽte omniũ, qbus cõtingit indigere plurimis, copia, doctrinaꝫ ſibi uẽdicet gradum aliquẽ. id quod Veteres Sapientes feciſſe, ut cõparatis neceſſariis cœperint philoſophari, tradenti Ariſtoteli credimus. Quod ſi externis deſtitutus oĩbus, nihilo minus qs ad ꝓpinctum tẽdat, Quo tandẽ ingenio eſſe Viꝫ eiuſmodi cẽſueris? Quid ſi mãcus Corpore? Quid ſi Cæcus?

mirũ forte uideat hoc, aut impoſſibile potius. atq eſſe uerius uero, non coniectura ducimur, Sed impellimur exemplis. Homeꝛ uatem clariſſimũ eo, ꝓuectum authoritatis nouimus, Vt etiam literaꝛ parens, & doctrinaꝛ fons a celeberrimis ꝓnuntiet authoribus. Oculis tamen captum Græca tradit hiſtoria, uel nominis argumento, qn & ſumma omniũ inopia preſſum, luſtraſſe Inſulas, & Vrbes, corrogantẽ hinc inde fomenta uitæ. Quis obſecro in mendicabulo id genus eã ſciẽtiæ magnitudinẽ expectaſſet, quã in carminibus eius expẽdimus? Eam porro dicẽdi facilitatẽ, & inaffectatã Venerem, Sed quã uix ulla conſequ ualeat affectatio? Nõne Alexãdrinum Didymũ ſcribit Hieronymus, ab ineunte ætate excæcatũ, ſcientiarum adyta ſecretiora tentaſſe præcelſo animo, et cõſecutum feliciſſime? Sed quod mirari ſatis non eſt, Geometrica theoremata excellẽter etiã tenuiſſe? Mortalis naturæ germina non ſunt hæc. Cæleſtem redolent maieſtatẽ, unde ſeſe ꝓpagatã rõnalis natura plurimis oſtentat indiciis. Quod ſi futuroꝝ præcẽtionem latius hic exeq libeat, pergam'q non Aegyptiorũ, aut Chaldęorum præſcita plerũq ſtupenda recenſere, Verum ꝓpheticum potius afflatum, & auguſtiores animas, in ipo diuinitatis ſinu planẽ diuerſantes, Vehemẽter ſum ueritus, ne tanta qs maieſtatis amplitudine attonitus, nõ humanã animã, Sed Deum ipſum putet humano in Corpore hoſpitantẽ arcana explicare obſcuritatis immẽſæ, quæ liceat homini nec ſcire, nec eloq. Expende Apoſtoli Ioãnis raptum ad Trinitatis intima, & recũbens caput in Saluatoris Chriſti pectus, ẽ cuius nutu ſuſpẽſa eſt uniuerſa reꝝ moles. Expende ſeculoꝝ ordinem, & caliginoſa futuroꝝ inuolucra Vnius hominis patefacta mẽti, Quam ibi maieſtatem cõcipies animo? Quid illa uerboꝝ facũdia, quæ tanta facilitate motus animi ꝓmit oẽs lingua interprete? qd huic adnexa ſcribendi ratio diuina? Quæ nã eloquẽtiæ fulmina, quod aureũ Xenophontis flumen, Quæ Ciceronis Copia, romani eloquii arx eminẽtiſſima, ꝓ dignitate adæquare magnitudinẽ queat? Homini laus hæc peculiaris eſt, atq ĩmo diuina. Siquidem Bruta Corporei motus uarietate, etiã ſi maxime uaria, nunq̃ emolumentũ eiuſmodi ne minima qdẽ parte cõſequant, etiã ſi uel Proteo celerius ſe, agilius'q trãſforment porro latrẽt licet, infremant, rugiant, ſibilent, infrendant, hinniãt, quouis modo truculentum elidant barritũ, Vna uox hominis clemens, ſedata, mitis explicat clarius, ꝓmit plenius, alit uberius, placat, excitat, impellit, euertit, retinet, ſurrigit. Omnia deniq ꝓficit, quæ diuinus animus, tanq̃ interpreti diuino, linguæ plectris mãdarit exponẽda. Memoriæ uaſtum, ut ſic dixerim, capacitatẽ, & ſupellectilis omni auro promicantioris conditorium non qdem Oſſuariũ, ſed diuinũ, cõſulto prætermittimus, quoniã ei rei latior deſtinatus eſt Campus.

¶ Ineſſe animis humanis Scientiarum Theſauros latentes, iuxta Platonem, Cur Muſæ Iouis, & memoriæ dicantur filiæ. Cap. IIII.

i

Llud uero q̃ amplum, quã'q in nobis magnificum eſt, Quod Plato inſinuandum cenſuit, ineſſe mortalium animis uniuerſis Scientiaꝝ ueluti Seminariũ quoddã, & planẽ Theſauros, q mirabiles cõcitent amores ſui? Experimento id in ſe ipſo qſq condiſcit, modo intendat. Nam ſicubi recõditum qppiã uenamur anxiẽ, poſtea quam abiunctis ad tempus Senſuũ, & phantaſiæ moleſtis obicibus, Mentis intima, uelut ſecretius quoddã penetramus adytũ, inibi'q rõcinamur ſubtilius, rimamur'q amplius, cõfeſtim tanq̃ obductam reuelamus lucem, effulgerẽq proti nus, quod uenabamur, aduertimus. Propterea ſic canit Pythagoras.

Ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐσὶ βροτοῖσι,
ὅις ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἑκάστα.

Quibus ſane ſcientiſſimus Author, homini concipiendam ſcribit fiduciam, quod ſit nobis diuinũ genus, & auctor natuta promat in lucem, monſtret'q omnia. Porro animus noſter, dum Scholas frequẽtamus, exhibemus'q nos cõformandos, decoquendoſq, nõnunq̃ dum dictat formator, necdũ miſſa uoce, cõcipit mox enũtiãda, præſagit'q. Sæpe uero quæ imbiberit diſcẽdo, recoqt, refingit'q, multoq præſtat meliora. Quinimmo parit ex ſe, præceptore nullo, tanq̃ Scientiaꝝ ſeminibus qbuſdam præfœcũdus, Vt ager, fruges parturiẽs. ꝓinde colligi poteſt, Docẽtem nõ tam uideri pręceptorẽ, quam miniſtrum. propterea'q in libro de Sciẽtia Socrates apud Platonẽ ſe obſtetricis aſtruit filium, nec eo cõtentus, Obſtetrici quoq

trici quoq; pſimilẽ ſe eſſe ait, Vt q Adoleſcẽtibus erudiẽdis nõ tam ſciẽtiã induceret, q̃ educerct, Sicuti illa fœtũ nõ utiq; cõcipit, Sed ꝓceptũ iã euocat. Quis oculis inſinuauit Viſum, uel aures ita inſtruxit, ut audire ſciant? Oculis certe uiſum nõ præſtat Medicus, Sed uel ſuꝑ infuſas diſcutit caligines, uel in obiectum dirigit. Cõſimiliter diſcentiũ aĩs nõ infundit Sciẽtiam Doctor, Sed obductum terrena caligine detergit ſitum, aut ſemitam monſtrat. Sicuti Canibus Venatoria ĩeſt Vis, Leonibus, Elephãtiſq; robur. Itẽq; ad ꝓnicitatem Eqs innatã inſpicimus uirtutẽ. Ita & humanis animis Sciẽtiaꝝ lux ingenita eſt. Paulũ modo obnubilata, & fuſcior. Cui ſi illuſtrator opportune adhibeat, emicat inde claritas nitidiſſima, Velut aĩaliũ uis nõ ſæpe ſe promit, niſi exercẽdo intẽderis, & ſopore, ac ueterno, ut ſic dicam, ex cuſſo, actum induxeris puigilem. Quod ipſum ferè uſu uenire in Præceptore, ac diſcipulo, locupletiſſimus teſtis ſeſe ĩgerit libro de Rep. ſeptimo doctiſſimus Plato. Sed & in libro de Sapiẽtia Socrates inqt Theagi, Nemo unq̃ à me didicit qcq̃, etiã ſi mea cõſuetudine multi euaſerint doctiores, me tum exhortãte, tum bono Dæmone inſpirãte. Sed cur nã Orpheus Muſas eſſe dicit Ioue genitas, ac memoria? Opinor, quoniã ab Origine Sciẽtiæ fons inſitus eſt nobis ab omniũ patre, Sed nõ ſatis ꝓfluens, niſi qs corriuarit. Quin & Memoriã Poeta idem cõtinere mẽtem ſcribit, excitareq; oĩa ſinuoſis, ut ita dicam, animi anfractibus delitescentia, illatebrataq;. Poſtremo apud Platonẽ in Timæo traditũ, ſcimus, Species reꝝ, et Artium regulas mentibus noſtris prodeuntibus inditas, non ſecus, ac Angelica mẽs credatur inſignita. Sed iſta fuerint philoſophorum maximi decreta. Nos & hic, & alibi id demũ uolumus ratum, Cui calculum Chriſtiana adiecerit ueritas.

¶ Hominẽ unũ neſcire Impium pati. Itẽ affectare, ut ſit Deus. Qui conqſiuerint honores diuinos. Quid ita humana ſpecies credat, tum Solaris, tum Mercurialis. Cap. V.

h Actenus qdem multiplici reꝝ dignitate ab optimo max. Deo excultã uideri rõnalem naturã, pro ĩgenii captu, ni fallor, mõſtrauimus. Cæteꝝ ſupſunt ne alia? Immo uero nec erit finis, ſi oĩa libeat amplecti. nunc illud præteriſſe nequeo, Inter aĩntes cũctas Vnũ eſſe Hominẽ, Qui Seruitutis malũ pati neque at. Exemplis certe cognitiſſimũ, & in ſe qlibet expit. Enitimur ſiqdem etiã in Apinis, Tricisq; oĩno exupare, ſuccũbere uel ludẽdo putamus ignominioſum, Vincere aũt ſpecioſum imprimis, & naturæ cõſentaneum, Quæ ſublimior, auguſtiorq; uideat, q̃ ut iugum ſubeat, dignior q;, quàm in reꝝ faſtigio ſtatuas. Sed inſpice obſecro, Animi altitudinẽ, & maieſtatẽ, quam ſatis demirari nequeas. Cõparet aliqs Mũdi uniuerſi impiũ, Vmbraticos. n. prætereo quæſtus, ac Sellularios, acqetuꝝ ne illum putas? minime. Si mũdum eſſe alteꝝ ꝓcepit, cõfeſtim & illũ ſubiicere ſibi affectabit amplius. Alias Aeſtuat infelix anguſto in limite mũdi, Vt Gyaræ clauſus ſcopulis, paruáq; Seripho. Hinc illa ꝓrupit mox immẽſa auiditas, & nimium ſeſe attollere geſtiẽs magnitudo, ueſana illa qdem, Veꝝ ex magnifico ꝓfluens fonte, ut pleriq; diuinos etiã honores ſibi arrogare ſint adorti. Quoniã Dei tãtum ſit, oĩa ſibi ſubiecta deſpicere. Quo noĩe ridẽdus qdem Empedocles, ridẽdus & Alexãder, nobis præſertim Chriſti doctrina imbutis, nõ tamẽ eatenus, q̃ qbuſdam uideꝰ. Oẽs nimiꝝ idẽ affectamꝰ, Sed tacite. Si ex uoto rem ceſſurã opinaremur, Velis, remiſq; arriperemus oẽs, quod minus explorate in illis uellicamus. Græcoꝝ Cõmẽtariis ꝓditum, nouit eruditiſſimus qsq;, fuiſſe in Libya Viꝝ noĩe Pſaphonem, q nimio plus naturæ bõis inſtructus, cum intra cæteroꝝ pelliculã ſe haudquaq̃ poſſet cõprimere, inſita animi magnificẽtia latius ſeſe expandẽte, Cõſilio admodũ ingenioſo, et uafro diuinitatis opinionẽ adſciſcere ſibi adortus eſt. Captiſq; auiculis, quæ ad humanũ Sermonẽ ꝓnoſcunt dociles, Subinde illas artifici cõſilio inſtruere cœpit, ut articulate ꝓrſum enũtiarent, μέγας θεὸς Ψάφων, magnus eſt Deus Pſaphon. Quæ ubi dictatam fabulã expedite ꝓdidiciſſe ſunt uiſæ, Emiſit Eas Pſaphon. Illæ uero paſſim, ut aſſolet, cantillãtes eãdem repetebãt. Quod audiẽtes Incolæ, putãtésq; fieri diuinitus, ut q Cõmenti forẽt neſcii, Pſaphonẽ ut Deũ ſunt Venerati. Antiochũ Syriæ regẽ ſcribit Euſebius, eſſe uocatũ θεὸν. i. Deũ. Caium principẽ inter Deos, aꝰ ſemetipſo relatum qs nõ nouit? q & Iouis maximi noĩe Statuas erigi ſibi imparit? Diocletianũ ſunt, q tradant, primũ ſe, ut Deũ adorari iuſſiſſe, cũ gẽmas ueſtibus, et calciamẽtis inſeruiſſet, q̃q̃ ante

illum Impatores oēs ſalutari, ut Iudices conſueuiſſent, & Chlamyde tantum purpurea ab priuatis diſtarēt. Sed id utiq; mirabilius, eundem hunc Diocletianū apud Salonas in ꝓprio uillæ palatio, ſtatu priuato moriētem, mox in Deum eſſe relatū, quod uni tantū contigiſſe, putāt Chronographi. Ex iis cōiectāt Eruditi, Arabas Aſtrologos humanæ ſpēi, ꝓprietatem eſſe Solarē, ꝓdidiſſe, ob Veritatis, & gloriæ ſtudiū, tum etiā ob ſtaturā erectam, pulchrā q;. Quin ex humorum itē ſubtilitate, ac claritate Spūs, & Imaginatiōis præſtanti ꝓſpicuitate. Sed addunt & Mercurialē ꝓprietatem, ob ſtrenuū uerſatilis ingenii motum.

¶ Animæ humanæ potentia mira. Corpus noſtrum poſſe ab anima fieri luminoſum.

Caput VI.

t Ranſeamus illuc deniq;, ut q̄ta ſit in Aīa nr̄a uis, ꝓ uirili explicare ꝓgamus, & q̄q̄ adhuc nō pax multa ſint aggeſta nobis, nihilo minus & ínumera ſup ſunt, quæ fateri plane cogant, ſi qñq; reſipiſcamus, Veriſſime dictū, Hoíem eſſe miraculū magnū, aīal uenerādum, & adorādum. Legimus apud Auicēnā, Platonicos multos, & Hippocratē, humanos Aīos tāta naturæ maieſtate pollere, adeo q; ſupra materiā oēm ſeſe potēter attollere, Vt ſibi ipſis, & ſuo uigori, ſemoto corpe, reſtituti poteſtate intima, Mūdi mēbra quælibet ualeāt agitare, impellere, & utcūq; libuerit, uerſare, Ac Corpori cuilibet latius dominari, tantóq; potētius ꝓprio. Cui mancipata Aīa, Mūdi parui elementa. i. humores quatuor uerſat ad libitum, Quin frigus, humorem, Siccitatē, Calorē, Colores q; ſupinducit oēs, atq; item Sapores. Quod tūc demū patebit, ſi uitales actus amplius cōſyderauerimus, necnō phantaſiæ affectus. Vbi uero ab hiſce ueluti uinculis exoluta euolat in amplū, Deo iā plena, Aíalis grādioris humores. i. Elemēta quatuor maioris mūdi ꝓmouet, ut ſua, Soló q; affectu citat uentos deo duce, ac Cælo nubes inducit ſereno, eas q; cogit in pluuias. Quod qdē poſſe fieri, factū ue fuiſſe, Theologi Mauri, & Arabes cōfitent. Mauroꝝ princeps Auicebron, atq; Arabū Auicēna, nec abnuit Hippocrates Cous. Arbitrant Chaldęoꝝ Sciētiſſimi, ab rōnali Aīa id, quo non ferè mirabilius qcq̄, efficì qñq;, Vt radioꝝ ſplēdore ab ipſa manantiū illuſtratū diuiniore mō Corpus etiā ſurrigat in ſublime, ad id maxime cōferēte inſita radiis leuitate. Q d' Zoroaſtri ueteris theologiæ ſciētiſſimo cōtigiſſe, ꝓditū memoriæ ſcimus. Qua item rōne Heliā, & Apl'm Paulū dicerēt raptos in Cælū Platonici, Eū q; eſſe in Corpibus ſtatū, Quæ nr̄æ religioni Glorificata nūcupare, moris eſt. Cōtingere aūt hoc potiſſimū, Vbi tota in Deū p̄rem luminū conſurgit Aīa, & illinc ampliſſima luce ꝓfuſa, colluſtratáq; rapiē coruſcās, atq; ſimiliter luminoſę claritatis radios trāſmittit in Corpus. Hæc eſt Aīa, quæ ſola mēte uiuēs euadit Angelus, ac toto pectore Deū cōcipit, de qua Magoꝝ Princeps ita cecinit, ad Verbū ferè tralata ſentētia, Hoíum Aīa Deū quodāmodo ꝓtrahit in ſeipſam, qñ nil retinens mortale, tota diuinis hauſtibus inebriat. Sed nos qdē dulcedine q̄dā capti, diu iā in humanas laudes ꝓcurrimus, & merſamur auidius, mira quadā reꝝ excellētia excuſſi ab itineris inſtituti rectitudine. Verum qa egregiū eſt argumentū, qd' non oīno tamē à ꝓpoſito abeat lōgius, Etenim Spicilegium facimus ex oīfariā utriuſq; linguæ authoribus, cōpingimus q; in unū ueluti faſcē, quæ tum reꝝ diuerſitate, tum difficultate quoq; nōnulla, nec breui, nec ꝓmpte, ab iis, qbus euigilamus, ꝓlegi poſſent. Dabūt Veniā adeūtes iſta aſſurgētibus qñq;, aut latius publico bono, Sed imprimis Sūmi Opificis gloriæ, ſpatiātibus. Alibi certe q̄tum patiet ratio, preſſius, compēdioſius q; longe agemus, modo ne faſtidio ſit, ꝓlegere, quæ nobis alioq; diſtrictioribus ꝓ ſummas difficultates, nullius q; rei penuriā maiorē, q̄ tꝑis, congeſta ſunt. Hac modo parte laxari habenas noſtro iure depoſcimus, Quādo ſummā rerum nobilitatē attingimus. Cuius cauſa fatent pleriq; etiam Gētium mancipati ſacris, reliqua eſſe omnia.

¶ Cōnumerant, quibus excellentia rationalis naturæ poſſe deprimi uident. Mox refelluntur. Plynii locus reſtitutus illuſtratur. Cap. VII.

q Vanq̄, quod & initio libri attigimus, occurri nobis ſinuoſius, ſolertius q; ita poſſe uideo, Si tantā fateri neceſſe eſt, hoís eſſe nobilitatē, Si eius cauſa ꝓduxit oía parēs Natura, Vnde nā ſit, quod infeſta oía, ꝓnicioſáq; ſentimus? Primum nō ipa Tellus dicta magnis authoribus oīum mater, qcq̄ ferè citra labores, ſudores q; noſtros tulerit, parum q; fuerat, id exeq ꝓtinaciſſime, niſi in le-

tiferis, &

tiferis, et horæ momẽto aĩam hoĩs auferentibus, ꝑbenignã ſe nobis uoluiſſet ingerere. Ceu plane, qd uiuimus, exprobrare neſciẽtibus uelit. Nec reliquæ naturæ partes mitius nobiſcũ agere, cõperient. Taceo, quoꝝ naufraga corpora feraꝝ, auiũq; paſtibus iactant, ꝓtonantibus ꝓcellis, tanq̃ reꝝ natura ſecũ diſſidente, ac ſępius bellicũ canẽte. Iã quæ Loca præfœcũda aſſiliẽtis maris ui adobruta latent? Quã floridę Ciuitates abſorptæ? Sed Aeris pugnã qs ꝑ dignitate deplorarit, Vt ſæuiẽtis peſtilẽtiæ rabiẽ prætereã? Cælũ quoq; ipſum ſæpe uidet in noſtrũ interitum ꝓperare. Iam oĩa aĩantia ex ꝓfeſſo infeſta homini qs nõ nouit? Vbi ergo eximia reꝝ magnitudo? Vbi cælum exupans Hoĩs faſtigiũ? Quid, nõne homo ipe homini lupus eſt? inuulgatius illud Phalaridis eſt, ſiue is fuit Alius, tutius ſe ĩter prędignes immanitate feras uictuꝝ, q̃ inter hoĩes. Illa uero, quæ triũphãtibus ab tergo ingerit cõmonitio, qd demũ agit? Cui⁹ meminit in Apologetico Florẽs Septimius, & Barbarus Hermoleos ignoraſſe aĩaduertit. Reſpice inqt, poſt te, Hoĩem eſſe te memẽto. Proinde libro XXVIII. Plynius, Et Currus triũphantiũ ſub his pẽdens defendit Medicus inuidiæ, iubetq; eoſdẽ reſpicere. Ita.n. legẽdum uidet, non recipe, quod in plerisq; circũfert. meminit hiſtoriæ in Cõſolatoria ad Paulã epla Hieronymus. Quid ergo tibi ſubblãdiris in malo? Excidit ne illud, optimũ eſſe homini, nõ naſci, ꝓximũ, q̃ocyſſime aboleri? Quo ergo diuerſus abiſti? redi ad te, palinodiã recine, fatearis q; luctuoſa eſſe hoĩum primordia, luctuoſiores ꝓgreſſus. Exitium uero nullis poſſe lachrymis exęquari. Præſertim cũ plerosq; tenebraꝝ illa ꝙceptacula, ſupplicioꝝ diritas, dãnati, infandiq; Spũs excipiant. Proinde uiue qd es, ac noris, q̃ ſit tibi curta ſupellex. Eqdem uera ꝓpemodum eſſe hæc, q poſſim diffiteri? Sed audi, Si tecũ ipſe diſcors ſis, quæſo, quo nã iure ꝙĩa querelis impleas, Si a te cætera item diſſideãt, infeſtent, cõuellant, lancinẽt? At inqs, diuinũ aĩal ſum. Ignoſce, obſecro te, nõ plene ꝓcipio, qd tu diuinum putes. An qd origine tantum, an ẽt quod Vita? Si origine tãtum, falleris. Brutũ es, Lupus, Draco, etiam Arbor. Tui te mores exuunt diuinitate. Es ne Luxuriæ ꝓciliatus, ĩmo mãcipat⁹, Auaritiæ, Supbię, Id genus ĩnumeris aliis, es inq̃ numiſma Dei, an uerius Sathanæ ſimulacꝝ turba ſceleꝝ collutilatũ, adobrutũq;? Quid geſtis? qd gloriaris terra, & cinis? Corpus qdem ſurrectum eſt, Cuiuſmodi ueꝝ addeceat Hoĩem, Intus tñ fera eſt, Typhone multiplicior. Ad Cælũ tua te effigies reuocat. At inqnatiſſimis ipſe moribus ad Iumenta te recipis. Depoſco mihi inqs, uniuerſas ſubiici aĩantes. Dic quęſo, quonã iſtud argumento? aut quo illis excellẽtior? quo præclarior? Rõnale inqs, ſum aĩal. Audio, ſed ubi ſeſe oſtẽtat rõnis lumẽ? aut qd oĩno cum rõne uel cogitas, uel facis? ſcortãdone, an expilando? ingerendo in Ventrẽ, latrinaꝝ meditatoriũ, qcqd in ulla naſcit naturæ parte? An Deũ lingua exulcando petulantiſſima? nimiꝝ hæc ſunt rõnalis naturæ opa. Reſipiſce miſer, reſipiſce. exue brutũ, Ad hoĩem redi. Cũ in honore eſſes, inter Iumẽta deputatus es. Vſq; quo paruule diligis infantiã, ut in ꝓuerbiis Salomon inqt? Homini, Sed uero tm̃ homini in mancipatũ uenĩunt, quæ terra nutrit, aĩantia, adnuũt, quæ in Cælo ſunt fulgẽtiſſima corꝑa. nullũ tibi cum his eſſe diſſidiũ põt, modo ipſe tecũ nõ diſſideas. Improbe in alia impium affectat, q Sui cõpos non eſt. Id aſſidue expẽdendũ aĩo eſt, ambulantibus in naturæ Principis lege ſubſeruĩunt oĩa. Venerant, colunt quodãmodo. Vbi extra oleas trãſuerſus ieris, ubi ab præmõſtrata reclinaris orbita, Vbi ab præſcripto receſſeris, Dño rebellis, Cuius placita ꝓculcaris iugũ detrectãs, fruſtra ꝑ peccati fœditatẽ præuaricatus, illiq; tanq̃ ære, ac libra mãcipio tradit⁹, Aliorũ genua reqris. Irata oĩa, infeſtaq; ſunt. Et ꝓfecto cõſentaneũ oĩno eſt, Vt quẽadmodum prauitate intima, & intolerabili petulãtia oĩa laceſſimus, Imprimis Aĩarum Pĩem, ac Vniuerſoꝝ opificẽ, nõ detrectemus Taliõis pœnã. Et neqs ancipitem putet cauſam, adq; Areopagitas, ut ad Iudices grauiores, exercitatioréſq; planè reiciendã, q de re cõtrouerſa dĩſceptẽt, Hinc ille apud Mercuriũ Pimãder, Amorẽ Corporis inqt, mortis eſſe cãm ſcitote. Qui ſe ipſum cognouit, bonũ, qd eſt ſup eſſentiam, cõſecutus eſt. Qui uero Corpus errore amoris cõplectit, Is oberrat in mortis tenebris, mala ſenſu ꝓcipiens. Qui ſe ipm cognoſcit, in Deũ tranſit, ut Dei uerbũ tradit. Lux, & Vita Deus eſt, & pater: ex quo natus eſt homo. Proinde, q ſe ex luce, ac uita cõpoſitum deprehẽderit, ad Vitam rurſus, lucẽq; tranſcẽdet. adſum.n. ego iis, q boni, pii, puri, religioſiq; ſunt. præſentiaq; mea fert illis opem, ut ſtatim cuncta cognoſcãt. Pĩemq; pacatũ, & ꝓpitiũ habeãt. Cõtra uero impios arbitrio Dæmonis ꝓmitto. Quod ad morbos attinet, qbus parte plurima afflictamur, ſcitu digna, quæ Chry-

ſippus tradit, Non eſſe eos κατὰ φύσιν i. ex principali naturæ ꝓſilio, quod foret incõcinnũ, Sed κατὰ παρακολούθησιν. i. ꝑ Sequelã ꝓtingere, quod genus ſunt alia plura, Vt in Aere ꝑcellæ, ac turbines, & fulmina, quod priore libro fuerat à nobis prætermiſſum.

¶ Hominum genera tria pro Vitæ inſtitutis, Actiuos, & Voluptarios haberi tanquam Exules, Quia Contemplantes iam ſint in Patria. Cap. VII.

e X hoĩum uero uiuendi inſtitutis factum eſt, ut Prudentiſſimi triplex inter eos haberi genus cẽſuerint. Eſſe qppe nõnullos, q & dicanť, & ſint oĩno Terræ filii, quæ maxima turba eſt. Alios uero Cæli, Alios autẽ & Dei uocant filios. Et poetica qdem fabuloſitas, Heſiodo principe, Terra ꝑgnatos eſſe Gigãtes canit. Cui rei ſuggerit argumentũ ẽt nomẽ ipſum. Quod ii demum terrena ſaperẽť, proni in paſtum, & Venerẽ, Deum porrò aut negligentes, aut ẽt negantes, unde natum, ut cum Cælitibus bellaſſe dicanť, quod eſſe aliud non uideť, q̃ naturæ repugnare. At q altius attollendũ Caput arbitranť, & toto conatu Vitæ cultum petunt, artium adminiculis fulti, & Scientiæ amore flagrantes cæleſtia penetrant, ac mẽtis ſagacitate ſingula oberrant, intelligentia plurimũ uiuẽtes, Hoſce tradunt Cælo natos patre, Quoniã cæleſti mente cæleſtia modo ſapiant, & conqrant. Qui uero Integritati Vitæ, ac diuino tm̃ cultui mãcipati terrena oĩa, tum ĩutile, tũ moleſtũ arbitranť onus, in intelligibilẽ ſeſe mũdũ trãſcribẽtes, & in patriã dulcem, ut Plato inqt, ꝓfugientes, Hoſce putãt Dei filios habendos, Quæ uera demũ, & ſolida felicitas eſt. Nã Actiuos, Voluptuoſoſq; tanq̃ exules, habet Plotin⁹, ita tamen, ut Actiuos facilius reuerti in pr̃iam poſſe, opineť, q̃ Voluptarios, ẽt ſi non deſint, qui eum, à quo negligať Voluptas, ἔμψυχον putent νεκρὸν. i. aĩatum mortuũ.

¶ Felicitatẽ eſſe duplicẽ, Naturalẽ, Supnaturalẽq;. Quo calle hãc ꝓſequamur. Corporis deſcriptio grata. Cap. VIII.

f Elicitatẽ uero, qm̃ huc prouecti ſumus, finiũt Eruditi, & meminit in Geneſe os ſeptiformi enarratione undecũq; doctiſſimus Picus, reditum uniuſcuiuſq; rei ad initia. eſſe. n. ſummũ bonũ felicitatẽ. Sũmũ autẽ bonũ id eſſe, ut primo moralium Ariſtotelis Enarratores teſtanť, quod oĩa appetunt. quod autem omnia appetunt, id ipſum eſt, quod oĩum eſt principiũ. proinde finis oĩum, quod oĩum principium, Deus uidelicet. Vex duplici calle ĩcedit Felicitas. Aut. n. naturalis intelligiť, Aut ſupnaturalis. Et naturalem qdem intelligunt, Cuius res oẽs ſint compotes, quatenus bonitatis, quæ ſumma eſt in Deo, participes ſunt, & opatio ex naturæ præſcripto tendit ad bonũ. Nam ignẽ, ut exemplo res fiat illuſtrior, diuinæ bonitatis habere partẽ, ita ꝓiectamus, Etenim primo eſt, & Vnũquodq;, quod eſt, participatu Dei eſt, qui eſt ipſum eſſe. cum ab igne ꝑmicat Ignis, inibi fœcunditatis diuinæ ſimulacrũ eſt. Dum præſcriptas ſibi non egrediť metas, Iuſtitiã exprimit. dum ꝑdeſt, exuberantiã in Deo benignitatis effingit. Ignis ꝑpterea dici felix poteſt, quaten⁹ hæc præſtat, quatenusq; in eum cadere felicitas poteſt. Cuius, ut pfectius quodq; eſt, ita etiam capacius. Ideóq; maxime omniũ capax Homo, qa etiam pfectiſſimus. Hæc eſt celebrata ueteribus felicitas, quam Ariſtoteles ſanxit in optima uerſari opatione, quod ſi eſt, nõ Homo tantũ eſt ad felicitatem natus, quod ipſi tamen aſtruere uelle uideně. Nã unũquodq; itidem felix eſt, aliquo modo, Cuius finis eſt ex deſtinata rõne. Sed dicam amplius, Cætera non fere naturæ ſuæ modulũ tranſiliunt, nec limites egrediunť obiectos, At Homo nunq̃ non ab ſe ipo recedit lõgius, & ſui oblitus aliud qduis amplius agit, q̃ hoĩem. Quo nomine colligiť Oĩum infeliciſſimus. Quãobrẽ adumbrata felicitas hæc eſt, nõ ſolida, nec ſuis nixa radicibus, qa non in ipſo eſt Deo, Sed in nobis, cæteris q;. Proinde Vera illa demũ felicitas, quam Supnaturalem dicimus, Qua ad diuini uult⁹ ꝓtemplationẽ ſurrigimur, allicimurq;. Sic. n. uerus ad principiũ redit⁹ cõparať, & cum eodem unio, è quo defluximus. Hæc uero eſt Angelicæ, humanæq; naturæ cõmunis felicitas. hanc Bruta nec attingunt, nec affectant. hanc ut ꝓſequamur, non noſtra ui cõtinget. neceſſarius eſt diuinus ille radius, quẽ gr̃am diuinæ bonitatis nuncupamus, & credimus. Hæc nos attollat oportet, ſurrigat, illuſtret. Alias fallimur. Eſt enim Saluatoris præpotẽtis oraculum, Nemo uenit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Trahemur autem, Si Mercurium ita exclamantem audierimus, ὦ Viri terrigenæ, qui Vos ipſos Ebrietati, & Somno, &

Ignorantiæ

Ignorantiæ mancipaſtis, Sobrii uiuite, abſtinete à Ventris luxu. Qui irrationali ſomno per mulcti eſtis. Cur præcipites in mortem ruitis, cum haudquaquã deſit immortalitatis conſequendæ facultas? Reuocate iam Voſmet, qui laboratis inopia, ignorantiæ tenebris obuoluti, demigrate ab obſcuro lumine, aſciſcite Immortalitatem, Corruptionem fugite. Cæterũ alibi quoq; apud eundem Mercurium Euangelicam ſubnotauimus ſententiam, Niſi inqt, ὦ fili tuum Corpus oderis, te ipſum amare non potes, quãprimum uero non te, ſed Deum ipſum dilexeris, mentem protinus conſequeris. hanc deniq; nactus, eueſtigio Scientiã comparabis. Impoſſibile uero eſt, Vtriſq; ſimul intendere, Mortalibus, & Diuinis. Imprimis uero quam circunfers Veſtem, exuere oportet, Indumentum inſcitiæ, prauitatis fundamentum, Corruptionis uinculum, Velamen opacum, Viuam mortem, Senſitiuum cadauer, Sepulchrum circumuertile, domeſticum deniq; furem, Qui dum blanditur, odit. dum odit, inuidet. umbraculum inimicum ad ſe ipſum raptans deorſum, ne forte conſpiciens ueritatis decorem, eius oderis prauitatem. Cæterum, quia ſatis iam, ſuperq; humanæ naturæ admirationem, quod ad animalem attinet poteſtatem, quantum noſtra paruitas tulit, uidemur executi, Conſentaneum equidem ſum arbitratus, Excellẽtiam eiuſdem ſummatim in Corporis cõſtitutione pertingere, Vt demum miraculi huius inter cuncta maxime miri ęſtimatio iuſta impleatur, & deſinat homo ſe ignorare, reſpectetq; ad Opificem ſuum, quo ut poſſet perfrui, ex bonitatis illius fonte exuberantiſſimo in lucem uitalem eſt emiſſus.

¶ Humanis Corporibus nil deeſſe ad perfectionẽ. An Corpora noſtra ſint Cæleſtibus nobiliora. De Simia iucundum ſcitu. Corporis humani nuditatem non eſſe probroſam, cõtra Plynii ſententiam. Quid reſponderi poſſit præponentibus homini Bruta. Cur Infantia Quadrupedibus nos ſimiles faciat. Curq; Virorum Cadauera fluitent ſupina, Fœminarum prona.

Caput IX.

a Tque ut ab Medicæ artis ſcientiſſimo primum initia ducamus, Corpora Galenus inquit, ſunt Animarum inſtrumẽta, quibus illæ neceſſaria exequi ualeant. Proinde unicuiq; animantium ſuæ congrua naturæ ab Opt. Max. Deo membrorum attributa diuerſitas eſt. Quæ item ratio unumquodq; præter hominem, armis inſtruxit accõmodis, propriisq;, ac genuinis. Hic uero, quod inter omnia ratione polleat, ac intelligentia, Organum habuit, Cui reliqua uniuerſa nequeant comparari. Datæ nanq; manus ſunt, quæ armorum omnium uicem implent, præſtoq; ſunt mirabili diuinitatis prouidentia ad perficiendum, quicquid ratio dictarit. Sicuti nec Anima ipſa demigrauit in Corpus, Vt omnibus fere, Platonicis exceptis, placuiſſe uideo, Artis alicuius Sciẽtia imbuta, Vt Intelligentiæ, ac Cognitionis poteſtate cunctas perdiſcere ualeret. Quamobrem inanis eſt Plynii querela, & Plutarchi quoque de humanæ naturæ infirmitate, atque inſcitia. Quoniam homo res eſt, quam Natura cæteris intẽtius, curioſiusq; amplexatur, producitq; ueluti quiddã abſolutius, & perfectius quauis creatura, quæ Cæli ambitu contineatur. Adeo Vt non defuerint, qui Cælo item præſtantiorem opinarentur hominem, ſecluſa tamen Intelligentia, præſertim dum ex formula ſua uiuit. quanquam non me fallit ſexto moralium Ariſtotelem, & in iis, quæ ad Regem Alex. de Mundo ſcribuntur, Cæleſtia Corpora homine nobiliora facere, ac diuiniora, tum animæ ratione, ſeu Intelligentiæ, tum Corporis, quando & propiora ſint, & magis Dei Virtute fruantur, gerantq; uicem optimorum magiſtratuum ciuitatis, aut Principum omnia motu ſuo agentium, gubernantiumq;. Quod comprobat Auerrois Commento quadrageſimo quarto. Cæterum Corporis conſtitutio, ac membrorum compacti or diſtributio cuncta ſaltem excedit mixta, etiam animata. Tametſi non latet, Animalium quorundam effigiem Hominis expreſſiorem prę ferre imaginem. Quod in Simia quiſitur. Sed eam Galenus ridiculoſam uocat hominis imitationem. Aliquãdo autem inuentionem ludentium puerorum ridicularem. In Cuius confabricatione Iuſta uidetur fuiſſe natura, ut dicere aſſueuit Hippocrates. Quæ ridiculam animam ridiculo circũueſtiuit Corpore. propterea Therſitis turpitudinem expreſſurus graphice Lycophron θιθυκόμορφον illum nuncupauit, ideſt Simiæ conſimilem, quam etiam Arimum Tyrrheni uocẽt. Nam quod humani Corporis nuditatem, ueluti probroſam obiiciũt Plynius, & Plutarchus, Sciãt Authores

clariſſimi, Nos ita naturæ ꝛeꝝ etiãnum patrocinari poſſe. Hoſem nudo maxime oſum, & intecto, inobſeptóq; naſci corpe, unde & ὀλιγόθριχον dicunt Græci, & μικρόθριχον. i. paucis, exiguiſq; ꝓtectum pilis, qñ minimũ in eo ſit terreni recremẽti. quæ ratio efficere quoq; credit, Vt ungues item minimos ꝓportione ſit ſortitus. ꝓpterea rectius Ariſtoteles, Vir in oĩ ſcia ſummus, Qui aũt inqt, hoſem non bene, ſed deterrime oſum aĩalium cõſtare aiunt, nudũ. n. improtectũ, atq; inermẽ creatũ referunt, nõ recte ii ſentiũt. Cætera. n. aĩalia unũ auxiliũ habẽt, Idq; nullo pacto ualẽt ꝓmutare, Sed quaſi calceata ſemꝑ dormire, ac oĩa agere, nec ueſtitũ unq̃ deponere pleniorẽ. At homini multa habere præſultui auxilia licet, atq; ſub inde mutare. Quid, qd Auicẽna doctrina tertia ſen primæ primi, Humani Corpis Cõſtitutionẽ eſſe ſcribit, tempatiorẽ, q̃ uel ſit uſq̃, uel poſſit eſſe oĩno, addita etiãnũ Virtutũ diſpoſitione cõgrua, qbus agat, patiatur q;. Qñ cõtribuit Deus cuiq; aĩanti, & mẽbro ꝓ dignitate, qd actiões innatas adiuuet, q̃tum patiẽ ratio, & naturæ decor. Adde, quod ab Auicennæ doctiſſimo Interꝓte traditũ, adnotauim⁹, Si obduruiſſet inqt, Homo, ut lapis, Ore qdẽ eſſet inſignis, Sed nec loq oĩno poſſet, neq; item oculis uti. Proinde Simulacrũ foret uerius mutũ, q̃ Homo, Siqdem Senſus qlibet, & Volũtari⁹ motus organũ molle reqrũt, ac lentũ. Quærunt Seneca inqt, diuinoꝝ muneꝝ iniq æſtimatores, & ꝓfeſſi quoq; Sapiẽtiam, quod non mole corpis æquemus Elephantes, uelocitate Ceruos, leuitate Aues. Vix ſibi qdam tẽperant, qn eo uſq; impudẽtię ꝓuehant, ut naturã oderint, quod infra Deos ſimus. At q̃to ſatius eſt, ad ꝓtemplationẽ tot, tantorũq; beneficioꝝ reuocare mẽtem, & agere gratias, quod nos in hoc pulcherrimo domicilio uoluerit parẽs Deus ſecula ſortiri, qd terrẽis præfecerit. Quicqd negatũ nobis eſt, dari nõ potuit. q̃to ualẽtiora aĩalia ſub iugũ mittim⁹? q̃to uelocitora aſſeqmur? Quã nil eſt mortale nõ ſub ictu noſtro poſitũ? Tot Virtutes accepimus, tot artes, Animũ deniq; Syderibus uelociorẽ. Circũeas licet cuncta, nihil inuenies, quod eſſe malis. Porro, ut ſcientiſſime in moralibus Plutarchus colligit, Eq celeritas in nſa cedit emolumẽta. Canum pugnacitas hoſem tuet. Piſcium, Suũ, id genus cæteroꝝ alimur corpulẽtia. Elephas terribilis eſt ille qdem, & uaſtus Corpe, Sed adeo nobis obnoxius, Vt tãtã molem in ludicra uerterimus, & Spectacula panegyrica, qñ ſaltatiões cõdiſcit, & adorantiũ modo genua ſubmittere, atq; etiã porrigere Coronas. Quin id accepimus quoq; neutiq̃ ſilẽtio in uoluendũ: Elephãtum literaꝝ græcaꝝ ductus ꝓdidiciſſe, & neqd admirationi deſit, etiam ꝓſcribere ſolitũ. Quamobrẽ, ſicui hoc noſe uilior eſt, ac putet hoſs ſtatus, Sic fermè reſpõderi poſſe uideo. Nõ ineſt qdem nobis Leonis robur, nõ Lepoꝝ ꝓnicitas, non Aqlæ uiſus, Nõ Piſciũ in natãdo agilitas, Nõ Tauroꝝ Impetus, nõ Canum ſagacitas, Veꝝ ineſt prudẽtia, ineſt rõ, ineſt diuinior mens, qua unicuiq; iſtoꝝ dominamur ad ſatietatẽ, uertimus ad delitias, excarnificamus, & utcũq; libuerit, uerſamus, ſeu patinariũ uelis, ſeu malis aſſum, Vt Plautino utamur ioco. Adiice, qd Societas innata homini aduerſus uiolẽtiſſima quæq; nos cõmuniit ualidiſſime, & in alienæ naturæ tranſmiſit Impium, ac dñari etiã mari iuſſit. Cõqueriẽ qdem Plynius, primã roboris ſpem, primum q; tpis munus Quadrupedi ſimiles nos facere. At efficit hoc naturæ potẽtia, Quippe ſupiora Corporum ea ætate inferiorib⁹, alioq; teneritudine inſigni præmollib⁹, tum magnitudine, tum pondere præſtant plurimũ. Quę ratio efficit neceſſario, ut manibus pedum uice utat Infans. Qui mox robur indeptus ſurrigit Corpus, & Hoſs ꝓprium agnoſcit ſtatũ. donec Senio areſcentibus ſupnis incurueꝰ plerunq;, infernis craſſeſcentibus, in muliere præſertim. Scribit idem Plynius, Viroꝝ cadauera fluitare ſupina, fœminaꝝ ꝓna, uelut pudori eaꝝ parcẽte natura. Veꝝ & hoc naturali ꝓuenit ratione, Quãdo Mulieꝝ Antica poſticis longe ꝓnoſcunt ponderoſiora Vteri reſpectu, & mãmarum, quod in Homine contra fit omnino.

¶ Cur ſit erectæ ſtaturæ homo. Cur Plantæ contrario nobis modo ſe habeant. Cap. X.

Vid uero ſibi uult ſurrecta hæc Corpis figura? an nõ id oñtat bonũ, & ſubíde ingerit ingratis, Cui cętera, in Brutis nequeãt cõparari? Eqdẽ ſic arbitror, íde cõmoneri oẽs, Nõ eẽ hic nos, ut Incolas, & habitatores, Sed q̃ſi Spectatores ſupaꝝ reꝝ, atq; cæleſtiũ, quaꝝ ſpectaculũ ad nullũ aliud gen⁹ aĩantiũ ꝓtinet. ꝓpterea Mercurius inqt, Gñatio hoſum ad diuinoꝝ eſt opeꝝ cognitionem, teſtimõium q;

teſtimonium'q; naturæ, ad imperãdum'q; omnibus, quæ Cælo teguntur, ad Cæleſtium diſcurſum ſuſpiciendũ, ad poteſtatem Dei, & naturæ progreſſus, Vt deniq; iis ipſis, quæ in uita ſuſpexeris, mox feliciſſime hinc emigrans ꝓfruaris, Cæli trãſmittẽs limites in diuinæ maieſtatis perpẽſione, Sicuti noſtræ religionis placitis, & Platonicoꝝ ſanciẽ. Et erectæ qdem figuræ ratio euidẽs hæc, quæ finem nobis præſcribit. Additẽ & humanæ formæ ratio cõſimilis Animæ Cæli in receſſu ab cõtrarietate omni. Ipſa qppe producta eſt in umbra Intelligẽtiæ, ſicuti Iſaac dicere ꝓſueuerat, ꝓinde dicit Homo collimitiũ, & Orizon Corporeoꝝ, & Incorporeoꝝ: Cuius ſupna ſunt ſupna ſimpliciter. ſ. Vniuerſi. Quæ uero ipm hoc efficit ratio, in Calore eſt, ac Spiritu, qbus inter cuncta aĩantia fœcundior Hõ eſt, ꝓpriæ molis reſpectu, circa præcordia imprimis, & Spiritalia mẽbra. quo fit, Vt erigat Corpus propulſione ſpiritus, & ſanguinis ad ſupna. Facit ad id & Elemẽtorum nexus, qbus humanum corpus eſt cõpactum, quãdo æquabili maxime põdere ad eius coiere cõpagem. Quamobrem libro de partibus quarto Ariſtoteles, Solus inqt, Animaliũ omniũ Homo erectus eſt, Quoniam eius natura, atq; ſubſtãtia diuina eſt. Officium autẽ diuini eſt intelligere, atq; ſapere, quod non facile eſſet, Si uaſta Corporis moles aſſideret: Põdus enim tardiorẽ reddit mentem, & Senſum Cõmunem. propterea cõcretione, ac pondere grauiore opprimente, Corpora uergere in terram, neceſſe eſt. Accedit iis & Diui Thomæ authoritas in libelli expoſitione, q eſt de Iuuentute, & Senectute, q aſſignaturus ex mente Ariſtotelis rationem, Cur Plantæ contrario nobis modo ſe habeãt, Eſt inqt, Erectus Homo duabus ex cauſis, tum qa eſt animaliũ perfectiſſimus, accidit'q; plurimum ad Cæli æqualitatem, tum qa proportiõe Corporis calidior eſt aliis omnibus. Calidi uero ꝓpriũ eſt in arrectum tollere. Animalia uero reliqua medio ſe habent modo, quoniã minus ad Cæli æqualitatẽ accedunt, minus'q; habent caloris erigentis. In plantis uero res omnino contraria eſt, qa immobiles ſunt, Supior autem in illis portio eſt, unde alimẽtum recipiũt. Id uero in radicibus cõtingere, manifeſtũ eſt, proinde Ariſtotelẽ dicere, illas habere oris ꝓportionẽ. Plantæ itẽ impfectiſſimæ ſunt, minus'q; genuiui etiãnum obtinẽt caloris, quam Bruta, nihil'q; quodãmodo ad Cæli æqualitatem accedũt. Ideo'q; quod in illis ſupremũ eſt, in uniuerſo imum agnoſcit. Porrò neqd perincuriam trãſiliamus, Author Galenus eſt, Sic nos promptius, & cõmodius multo manuũ uti miniſterio. Quicqd. n. contrectamus, uel ſtantes id agimus, aut omnino ſedentes, prorſum uero nil proni, uel ſupini, Siqdẽ poſitum huiuſmodi ferè Artes neſcire. Quod uero de Cæli ſuſpectiõe ꝓtulimus, multo excipit riſu Galenus idem, Quãdo procerioris Colli Auitia longe id facilius ualeãt implere. Eſſe quoq; piſcem ait, ab re Cæli Inſpectorẽ nuncupatum, quod uel inuitus ſuſpiciat perpetuo. addit, qui iſta tradant, non uideri Platonẽ intellexiſſe, A' quo proditum ſit, Suſpectari a' nobis, nõ ubi quis caput reclinet oſcitans, Sed cum mente Cæleſtium corporum, Cælitum'q; naturam attingat.

¶ Quã multa ſint in Corpore humano admiratione digna. Quæ ſit in Corporibus pulchritudo. De humoribus quatuor humani Corporis. Cur ingenioſi aliq, aut obliuioſi. Cur triſtes, aut hilares. Item de Sanguine, ac Bile atra. Cap. XI.

IN Corpis uero humãi fabrica ingerũt ſe plurima ſingulari digna admiratiõe, quæ ſingillatim, ac curioſe, cõtentéq; ſiqs exeq curet, Vix repiet finis ullus. Si i qdem quę cõia nobis ſunt cũ Brutis, tãto exqſitiorẽ in Corpore humano rõnẽ habẽt, Vt impius oĩno cenſeat, Qui Artificis eminẽtiſſimã Sapiẽtiam iniqua perpẽderit lãce. Nec diſpicio nũc quo ingenio, qua reꝝ inſigni opportunitate Corpora nr̃a ſint Oſſibus ſolidata, puincta neruoꝝ ui, ad oẽm motũ aptiſſima, ſiue procurras, ſiue retroagi, aut circumagi opus ſit. Nõ minore aſcẽdẽdi, uel etiã arrepẽdi occaſiõe, ut cũq; oĩno libuerit, & qdem nullo fere' conatu, Vt eos taceam, q agilitate incredibili p circulos Corpora immittunt, & Vitiliũ modo tam uarie inflectunt, ut ne Ceræ qdem ſequacior uideat natura. Illa uero Cuiuſmodi laus eſt, in humana facie, uultu'q; tãtam agnoſci diuerſitatẽ, Vt ĩter tot millia hoĩum ĩdiſcretas effigies repire nõ ſit, aut rariſſime admodũ ſeſe occaſio oñtet, nec ab miraculo res abſit? Q d' ſolertiſſimũ Artificis ingeniũ in pauciſſimis prſum aſſecutũ fuerit. Quid illa loq̃ndi Varietas? quæ, q̃uis initio terra uniuerſa eẽt labii uni?,

eò increuit, Vt mirari ſatis nõ ſit, cũ præſertim diſſoni oris qſpiam nõ ferè cenſeat hominis uice. inde etiã nato puerbio, Obſurdeſcere hoſtem in aliena lingua. Iã uero Corpoꝝ pulchritudo quã appoſita, quãq; uſui accõmoda omni? Nec eam nũc ítelligo, quæ ex Coloꝝ, linea rũq; cõcinnitate cõſurgit, q̃q̃ nec iſtam fruſtra deſyderaris, Sed hanc prudẽtes tum effictã, tum notham rentꝰ pulchritudinẽ, Siqdem alia ἀνδριαντοποιὸς, ſiue Mango Corpora laudabit, Alia Hippocrates. ille. n. pegrinis nugis, & artificio omni Venuſtatẽ, ut Galenus docuit, adſciſcit, Hic uerã adiudicabit pulchritudinem, quæ optima cõſtet Corporis conſtitutione, quã ex actu pnoſcimus, ſicuti de Vtilitate partiũ ſecũdo cõprobat Galenus idẽ. Hanc uero in mẽbris extimis præcipue attendunt pitiores, Quãdo intimis, qa latitent, non utiq; pulchritudinẽ, ſed Vtilitatẽ attributã incredibilem uolũt. Eſt uero Cõſtitutio optima, quæ oẽs habet particulas, quæꝰq; ex iis pfluũt, emolumẽta ad actus Organoꝝ paccõmoda. Corpus huiuſmodi bene habitũ Euphoron Græci uocãt. i. εὔφορον. Illud uero in Corporis humani cõpage cuiuſmodi nã eſſe creditꝰ, quod arte mirabili, ut Mũdus, Ita etiã homo quatuor cõſtare uideꝰ elemẽtis, Sãguine, Pituita, & utraq; bile, tam atra, quã flaua? Nã Sanguis aeri aſſimilatꝰ, Pituita Aquæ, flaua bilis igni, Terræ uero, quæ atra dicitꝰ Bilis. Siqdem hoꝝ ſingula Elemẽtoꝝ habẽt qualitates, Vt ἱεραφάρμακον quoddã poſſis dicere, ac ueluti Moretũ, nec tamẽ omnino modo eodẽ, hoc eſt non p minutiſſimarũ partiũ appoſitionẽ, Sed p trãſmutationem, & unitatẽ ita cõcreta generantꝰ Corpora, ut ſeparari, niſi ab eo, Cuius iuſſu coiere, nequeãt. Guſtu porrò ſanguis dulcis, Pituita ſalſa, flaua bilis amara, Atra bilis acuta. Fons Sanguinis eſt Cor. Ex ſanguine Spũs, ſed p Cordis partem dextrã manat Sãguis, p ſiniſtram, pmicat Spũs. Flaua bilis ex iecore, atra ex Splene, Pituita ex Cerebro. Eſt uero Sanguis calidus, & humidus, Pituita frigida, & humida, flaua bilis calida ſimul, & arida, Atra bilis areſcit cũ frigiditate. Quod aũt hominũ alii ſint hilares, Triſtes alii: Cauſa, ut inqt Hippocrates, in Elemẽtis eſt. Nã q defecatiſſimi ſunt Sãguinis, ridibundi ferè ſunt, uiſu, Corporéq; floridi, & quãdoq; coloris uenuſti, & Homerus de caloris copia riſum pfluere, inibi uideꝰ indicare, ubi γέλωι ἄσβεστον. i. inextinguibilem dicit riſum. Quin & Grãmaticis ſuboluiſſe uideꝰ, aꝰ qbus γέλως deduci traditꝰ ab ἕλη, quæ uox caliditatẽ nobis indicat. In qbus uero flaua exuberat Bilis, agiles hi, leues mẽte, ingenii celeris, & iracũdi. Qui atra bile abundant, inertes ſunt, puſillanimes, timidi. At pituitoſi ſegnes, & frigidi. Ex pituitæ dulcis affluẽtia Somni copiã pfluere, cõiectãt Medicoꝝ Scholę. Velut ex acetoſis famẽ, ex ſalſis Sitim, ex crudis Sitis interpellationẽ. Homini aũt meminiſſe, & ſape ex tempaměto aduenit Cerebri. nempe cũ medio modo habeꝰ, Vt neq; calidũ, neq; frigidũ ſit. Nã obliuio ex frigido gignitur Cerebro magis, quam rõne alia. Ideo morbus, qdꝰ delyrium nũcupatꝰ, à febribus gigni traditꝰ exurentibus, Sicuti redundante humore frigido in Cerebro, enaſcitur Lethargus. Quæ autem de affectionibus humorũ quatuor adnotauimus, Scire oportet, nõ uideri ea omnino ppetua. Eſt enim ubi ſub uirginea, & miti facie, barbara, atrox, & ferina prorſum lateat immanitas. Sub aſpernabili uero, & cruenta minante uultu latet quandoq; amabilis, & exoſculãda clementia. Quibus uero Venuſta frõs, & ridibũda, renidẽs q̃, æſtu ant ſæpe mœroribus, ac ſibi ipſis putẽt. Iam quoſdam inuenias ita lugubres aſpectu, & inſerio uultu, & fronte obducta, inſtar uicti Marſiæ, Vt Saturni mãcipia planè uideantur. At cum attentaris, bone Deus, quam ſereno ſunt animo, quam facetoſo, quanta comitate riſu omnia reſoluunt. Inter humores uero Sanguis lõge præſtantior cẽſetur, Siqdem eſt Spirituum materia, qbus maxime ſtat uitaꝰ, & Virtutis Vegetatricis operatio, atq; item Animalis. Deinde, quia ad uitæ prĩcipia accedit amplius, cum ſit attemperati caloris, humectiꝰq; præterea alit efficacius, inſtauratꝰq;, quod intercidit, proinde naturæ Theſaurus habeꝰ, Et, ut Plato inqt, Carniũ, & uniuerſi Corporis pabulũ, quo pereũte, cõfeſtim inſequatꝰ mors. Bilem atram, ſeu μελαγχολίαν ueluti ſordes intelligunt feculentas, diſſitas plurimum ab Vitæ principiis, lætitiæ hoſtes, ac liberalitatis, Senio, & morti uelut cognatione iunctas. Lego apud eruditos, quod eqdem relatu dignũ cenſui, Pituitæ ſpeciẽ ingenerari quãdam gypſo aqua macerato pſimilem, ſed membroꝝ nodis præcipue, Vbi decoquẽtis ui caloris ſæpe fiat, pinde ac gypſeus lapis. mirabili etiã mulieris exẽplo, quam diu moleſtum uexarat onus Sphondyloꝝ, ac Rhenũ. Ea cum ſcabẽdo, pruritu titillante, Cutem lancinaſſet, Lapilli exciderunt numero decẽ & octo, magnitudine, q̃ta in Teſſeris uiſit. Colore planè gypſeo. Cæteꝝ

pſeo. Cæteꝝ ex quo cœpimus, & miraculum ex Sanguine ſubtexamus alteꝝ. Vnde. n. fiat, ut in Vulneris authorẽ, Si ſupueniat intra horas plus minus ſeptem, ꝓſilire ꝓnoſcaẽ? Nempe q uulneraẽ, ac ꝑimiẽ, in aſſilientem dolẽter cõuertiẽ, cogitatio ultionem expetit auide, ad id repente inardeſcit bilis, a' qua mox ſuccendiẽ ſanguis, raptimq; tota ui ſeſe ad uulnus proripit, tum fométi cauſa, tum uindictæ. Cõuolant Spũs inſimul, Qui inſita leuitate mox Authorem circunſiliunt. Cuius calore perſeuerant, perſiſtunq; aliquandiu. quo tempore Si uulnus inſpiciat is cõminus, promiẽ in eundem ſanguis, tum calore necdũ extincto, tum quod nec agitatio quieuit interior, tum quia uel prius in illum ſeſe cõcitarat. Porrò quoniã Spiritus ſuos repetit Sanguis, Suumq; proliciunt ſanguinem Spiritus.

¶ Spiritum plura ſignificare. De Animali Spiritu, Vitali, Naturali. Ingeniorum diuerſitas unde ſit. Cap. XII.

f Piritum, ſiue πνεῦμα modis dici pluribus, nõ Grãmaticis modo notũ, ſed & Medicis, uno. n. modo de anhelitu ꝓnũtiaẽ, ut apud Hippocratẽ, Galeno teſte ꝓgnoſticorum prima, Spiritus, ſi frequẽs ſit, dolorẽ, & ſuccẽſionẽ ſignificat in his, quæ ſunt ſup diaphragma. alio item modo Vẽtum indicat, deinde & Subſtantiã incorpoream rõnalem, nã ſic Angeli, uel Intelligẽtiæ, & Aĩa, Spiritus ab Theologis nũcupari ſolent. Poſtremo autẽ eſt Spũs Subſtantia ſubtilis, aerea, dilucida, ex tenuiſſima quaq; Sanguinis parte ꝓducta, ut deferaẽ Virtus à præcipuis mẽbris ad reliqua, quo ꝓprias ualeãt opationes exercere. Spũs hic ad ſanguinẽ ita ſe habet, ut ad ignẽ ſcintilla. Galenus libro de Virtutibus noſtrũ Corpus diſpẽſantibus, Duo tantũ facit Spirituũ genera, Vitalẽ, & Animalẽ. At duodecimo de ĩgenio ſanitatis Naturalẽ etiã addit. Ita uero, ut ambigẽs de eo uerba faciat, & ꝑ cõditionẽ. Auerrois ſecũdo Colliget, Vt barbaro, ſed ſcholis ꝓtrito utamur titulo, duos facit Spũs, In Corde Vitalẽ, At aĩalẽ in Cerebro. Sed primo Canticæ addit etiãnũ ipſe Naturalẽ, quẽ ex Vapore gigni interpretaẽ depurato, deterſóq;. Cuius ſedem inqt, ſtatuit Galenus Hepar, unde tranſmittaẽ in Corpus reliquũ. Ariſtoteles aũt Cor. in quo deprehẽdiẽ manifeſto. Præcipuũ uero inſtrumentũ, quo uigẽt reliqua, eſt ꝑ neruos in Cor, et Iecur deſcẽdẽs ex Cerebro Spũs aĩalis. Vitalis autẽ Spũs ex Corde ꝓfluẽs, multa eſt tenuitas, quæ ad Corporis mẽbra inuehiẽ ꝑ arterias, cauſa cognati, inſitiq;, ac uitalis caloris exiſtẽs, & proinde etiã Vitalis nominaẽ. hic etiã ꝑ arterias ſeſe attollẽs ad Caput materia Spũs fit in Cerebro, quodãq; moderamine ſeſe oĩs ſenſus, et imaginatiõis, & memoriæ, appetitusq;, & motus, nec nõ in rõne utentibus opinatiõis, & Intelligẽtiæ inſtrumentũ abũde ſuggerit. Imprimisq; ſeſe aĩæ offert, & quo illa intẽderit, irrumpit. q̃obrem etiã aĩale nũcupatur inſtrumẽtũ. Verũtñ iuxta eius temperiẽ uariã uarias, ac diuerſas aĩa quoq; ꝓficit actiones, unde & Ingenioꝝ naſciẽ diuerſitas, quod & in brutis aĩaduertimus. Quædã. n. rõni ꝓpiora uidenẽ, ꝑ Spũs, q Cerebrum occupauit, qualitate. Quãq; & acutiora deprehẽdunẽ Ingenia, & ad intelligẽdũ aptiora eoꝝ, q terras incolant eas, in qb⁹ aer ſit purus, ac tenuis. Quin & qbus ueſcare cibis ad mẽtis aciẽ ĩtereſſe plurimũ, cõiectãt.

¶ Quid Arteria, & Quid Vena, Origo utriuſq;. Cap. XIII.

q Voniã uero Sanguinis, Spiritusq; facta nobis mentio eſt, congruũ fuerit, hic potiſſimũ Venaꝝ, quas dicunt Sãguinis riuos, & Arteriaꝝ, quas Spiritus uocant Semitas, rõnem paucis attigiſſe. Primumq; reꝝ ipſaꝝ finitiõem. Venã igiẽ Sanguinis eſſe conceptaculũ dicũt, ſiue ut Medici nũcupant, Vas, mixti, confuſiq; cũ Spiritu naturali, in quo ſanguinis plus ſit, Spũs aũt minus. Arteriã eſſe uolũt Spũs ꝙceptaculũ naturalis, mixti, confuſiq; cum ſanguine, In quo Spiritus ſit plus, Sanguinis minus. Id uero planè obſeruatatione dignum ex Galeni doctrina, necnon Cordubenſis Moyſi, Aphoriſmoꝝ particula prima, Eum, q ſit in pulſantibus Venis, Sanguinem uideri, eſſéq; modi nõ magni, ac prætenuem, adq; ſumi naturam ꝓxime accedentem. Rurſum, q eſt in Venis non pulſantibus, Spũm eſſe modicũ item, ac oĩno nebuloſum. Venaꝝ exortũ Oẽs fereẽ à Capite, atq; Cerebro deducunt, Sed errore maximo, Vt tertio de Aĩalũ hiſtoriis author Ariſtoteles ẽ, Qui eaꝝ naturã deꝑhẽdit hmõi, Duas uidelicet intra

pectus Venas contineri, Spinæ appoſitas, Altera quarum maior ſit, minor altera, Sed maior inqt, priorem partem adit, minor poſteriorẽ, Et maior dexterã potius ſedem obtinet, minor ſiniſtram, Quã Ahortam nõnulli uocant eo, quod neruoſa eius pars conſpici uel in mortuis potuit. Ambæ ex corde originem ducunt, tranſigunt. n. totæ cætera uiſcera, ꝑ quæ tendunt ſuam ſeruantes naturam. deinde exequit Philoſophus, qua rõne illarum utraq; in totum diſpergat corpus. ea tranſponere uniuerſa, nõ fuit Cõſilii, ne Pragmatia noſtra hæc de homine exeat in immenſum. Qui curioſius iſta ꝑquirit, Locum habet, quẽ adeat. Auicẽna item doctrina qnta ſen primæ primi, Arterias eſſe Corpora ſcribit ſinuoſa, in longũ per recta, neruoſa, ex corde propagata, Quibus inſit motiõis uirtus ꝑ Diaſtolen, & Syſtolen. i. per diſparationem, & cõtractionẽ, Vt inde Cordis euẽtatio compareꝫ, & ab eo fumidus ſe gregetur Vapor, & mẽbris Corporis diſtributim infundaꝫ Spiritus. Venæ autem inqt, Arteriis qdem ꝑſimiles ſunt, Sed ab Hepate manant, ac qeſcũt. Eaꝝ munia ſunt, Mẽbris ſanguinem inſinuare. Auicẽnæ eruditus interpres dubiũ uideri ſcribit, profluãt ne ab Hepate Venæ, cum Ariſtotelis inqt, ſentẽtia ſit, Venas, & Arterias à Corde initia ducere. Galen⁹ quarto de utilitate partium, nec nõ quarto de Iuuamentis, nõ pulſantes Venas, tunicæ uſus ab Hepate ortũ habere ſcribit. idem approbaſſe Auerrois uideꝫ primo Colliget, Cap. de Venis. Etiam ſi in libro de diſpoſitionibus cordis, aſſerere nõ ambigat, eſſe in Corde Cibalem uim, Spiritus quoq;, & Venarum, ac neruorum propaginem. Ego uero Galeni doctrinæ cenſuerim inhærendũ, Quã niti expimẽto ſcimus. Apuleius in libro de dogmate Platonis, exaduerſum inqt, Cordi Venaꝝ meatus oriunt, ꝑ pulmonis ſpiracula uiuacitatẽ trãſe rẽtes, quã de Corde ſuſcepunt, & rurſus ex illo loco diuiſæ ꝑ mẽbra in totũ hoiem ĩuehunt Spũm. Cœlen. i. cõcauã dici Venã maximã, quæ ab Corde initia ducat, author eſt Pollux.

¶ Pulſus quid. Item de ratione pulſuum digna ſcitu. Qui ſit Formiculans percuſſus, & Vermiculans, Plynius declaratur. Cap. XIIII.

Am uero ut ueluti ꝑ gradus quoſdam Hominis nobilitatẽ attingamus ratiõe corporis, Cui nõ uideatur diuinæ Sapiẽtiæ mirãda benignitas, quæ ſummo ſtudio peculiarius ſemp impertiꝫ, quo à brutis inſigniter ſeiungamur? Siqdem Pulſuũ ratio q̃ mira eſt? q̃ uere diuina? q in cacumine membroꝝ euidentes ſunt morboꝝ indices, in modulos certos, legeſq; metricas ꝑ ætates citati, aut ſtabiles, aut tardi. In iis obſeruatio crebri, aut languidi ictus gubernacula uitæ temperat, quo qd parte hac præſtãti⁹? aut qd æque neceſſariũ? Pulſum uero, ſiue, ut græci dicũt, σφυγμὸν ſic ferme finiunt, Vt eſſe intentionẽ motus dicant, & remiſſionem in Corde, & in arteria naturalis, nõ arbitrarii. At Veteres medici ẽt ſic, Pulſus eſt diſparatio, & contractio indiuiſibilis arteriæ, ac Cordis, Vel ſubſultio, et palpitatio, uel ebullitio Venæ, & Arteriæ. Vnũquẽq; uero pulſum eſſe cõpoſitum Auicẽna ſcribit, ex motibus duobus, qbus duplex item accedat qes, nam inter motus duos, & qdem contrarios, neceſſe eſt, intercedat qes. neq;. n. fieri poteſt, ut motui cõtinueꝫ motus, quoniã unicuiq; præſcribiꝫ meta, ad quã tendat, quò ubi ſit ꝑuentum, qeſcat. Syſtoles uero, ſeu cõtractionis motus à pleriſq; Medicorum haud ꝑcipitur. tunc. n. à manu recedit Arteria, tactus uero nõ prouenit, niſi ſenſibile tangẽtem cõtingat. Galenus medicinæ ſciẽtiſſimus, cuius Auicẽna ſe fateꝫ interpretẽ, proinde ſcribit, Remiſſionẽ huiuſmodi nõ obſeruaſſe diu. Mox uero curioſius, ſolicitius q; intẽdentem adeptũ nõ nihil, deniq; ita ꝑgreſſum, ut Pulſuũ ianua ſibi pateſceret oĩno. Sed cur nam inſtitutum, Brachioꝝ Arterias obſeruare potiſſimũ? Nempe inqt Galenus idem in libro, q eſt ad pulſum Iſagogicus, Quia paratior ẽ pars ea, atq; itẽ platu honeſtior. Accedit, eius loci pulſum eſſe uniformẽ maxime, atq; in neceſſitate ꝓutilem, nã & Arterias eiuſmodi patẽtiores nouimus, qa pars ea minime ſit corpulẽta, nec abeſt ordinis rectitudo, qua in eũ locũ à Corde corriuaꝫ Arteria, nuſq; fere anfractibus ſinuata. adiuuat & ꝑpinqtas, præcipue ſiniſtri Brachii, quo Vberius ſe promit à Corde Virtus. Quia uero ſeptimo naturalis hiſtoriæ Plynius inter ſigna ingruentis mortis inæqualem, formicãtem q; Venarum percuſſum appoſuit, Formicantem pulſum Galenus Cap. tertio libri de tactu pulſus, intelligit minutũ, dẽſum, ac ſumme debilẽ, Qui uelocitatis opinionẽ exhibeat, cũ ſit minime uelox,

Raſis

Rasis decimo Almansoris, pulsui nuper editi Infantis esse similem tradit. Philaretus quærit, quo distet ab Formicante Vermiculans percussus, Et hunc quidem putat quandoq; conuerti, demutari'q; in melius, Eius item amplius patere inæqualitatem. Formicantem uero Virtute prorsum intermortua fieri, & interitum prænuntiare.

¶ Quæ sint partes in Animalibus Similares, & Dissimilares. Item de Neruis, Quæ membra Organica. Cap. XV.

a Animalium partes inquit Aristoteles, aut incompositæ sunt, quæ scilicet in similes sibi partes diuiduntur, ut Caro in Carnes, & ob eam rẽ Similares, ideſt Homœomeræ dicũtur. Aut compositæ, quæ aptæ secari in partes dissimiles sint, non in similes, ut manus non in manus secatur, aut facies in facies. Qua propter Dissimilares, ideſt Anhomœomeras nominamus. Eadem hæc Auicenna ex Aristotele mutuatus doctrina quinta sen primæ primi conscribit. Sed addit, Dissimilares partes dici membra organica, quod sint Animæ instrumenta ad complendum motus, & operationes. Inter Similaria principem locum habere ait, Os, mox Chartilaginem, postea Neruos, qui sint corpora ex Cerebro prodeuntia, seu ab nuca, alba, flexu mollia, & quæ non facile interuellantur, ea maxime ratione nata, ut eorum adminiculo mẽbra & sensus non sint expertia, nec motus. Sciendum uero, hasce partes haberi, ac dici simplices ex sensus tantum iudicio, quoniam & ipsę ex elemẽtis compactæ sunt. Verum quia in compositis non se actu promunt elementa, nec pernoscitur portio ulla, cui non congruat appellatio totius, & diffinitio eadem, Simplicia nuncupantur, & homogenea.

¶ Ossium ratio, Quot in humano Corpore Ossa. Cap. XVI.

p Lato in libro de uniuersi natura humani corporis explicans rationem, Os inquit, Deus artifex ita concinnauit, Terram atterẽs puram, lenem'q; miscuit, madefecit'q; medulla, id postea in ignem iecit, mox in aquam mersit, rursus in ignem, iterum & in aquam, Sic'q; transferens sæpius in utrunq;, tale reddidit, ut liquari à neutro posset. Ossium uero distinctio est apud Medicos appositissima. Alia siquidem basis uicem præstant, quoniam illis innitatur corpus, quo in genere sint Sphõdyli Dorsi, Propterea inquit Aristoteles, initium in omnibus, quæ ossibus constant, Spina est, quæ compacta ex uertebris à capite ad Coxas porrigitur. Alia uero Clypei modum habent ad tutãdum, sicuti Os Cranei, quo tãquam Sphæra ossea, ut Plato inquit, quasi tornata Cerebrum est circũseptum. Alia item armorum loco sunt, quibus præpedientia protelent', Vt quæ trito medicis uocabulo ex curuitatis natura, ut ipsi interpretantur, Simenia nuncupantur, ab Græcis κυνόλοφα dicta, ideſt Canina prominentia. Hæc uero super dorsi Sphondylos locum habent. Alia sunt, quibus iuncturarum, siue Compagum expletur inanitas, quæ, quod minutula sunt, uocãt Sesamina, ut scribit Albertus, inter ossa digytorum reperta potissimum, ut in genu Patella. Aliorum ratio est ad partium, ut sic dicã, suspendicula, Sicuti os, quod ab literæ figura dicitur Lambda, abs quo gutturis, ac linguæ musculi propendent. Id ab Galeno etiam uocatur Hyodeum. Illud item obseruatione dignum, Ossa in homine comperiri numero exactissimo, & in summa, ut dicitur, summarũ, ducenta quadraginta octo, Sicuti in digytos misere diligentia præsigni, Hippocrates, Galenus, Rasis, Auicenna, & Auerrois quoq;, quãquam hosce, iis mox singillatim recẽsendis, non nihil dissidere animaduerterim. Albertus CC. facit, & LXXVI. In Capite connumerantur nouẽ & quinquaginta, In thorace sexagina septem, cui supputationi accedat, quod in Corde os reperitur, etiã si ab uniuerso id numero secludat Auerrois primo Colliget, Id uero Aristotele tradente, unam habet rationẽ, ut basis sit, ac fundamẽtum motus Cordis, nec id in omnibus repereris, Sed in Equis modo, & Bobus, certo genere, ut idem arbitrat'. Albertus id se uidisse tradit in ceruis & in homine quoq;, et in multis præterea animalibus. Brachiis, manibus'q; duo ascribuntur, & sexaginta, pedibus sexaginta, Omento integi ossa omnia, dilucet, nã exempto eo, Syderatio consequitur manifesta, & Sensus amotio.

¶ Chartilaginis natura quo ab offibus differat. Cap. XVII.

Hartilago ab Offe diuerſa eſt pluris, minoris'ue ratione, cum alioqui natura
ſit compar, Siquidē præciſum os non ſuccreſcit amplius, nec Chartilago cō-
c uulſa coit, reſtituitur'ue. ad flexum lectiſternii uicem præſtat, χόνδρον Græ
ci uocant, ex nerui, Offis'q; natura conflatur, ut ſcribit Pollux, & tradit Gale
nus. χονδράκανθα dicuntur, quæ ſpinam habent Chartilagineam. Terreſtri-
um, quæ animal gignunt, nec exanguia uiſuntur, Chartilago foramine nullo cauatur, pro-
inde etiam medullæ expers eſt. Aquatilium, quæ σελάχη di untur, ideſt Chartilaginata,
per dorſum, quod eſt offium ἀνάλογον, Chartilago humorem habet medullæ modo. In
Greſſilibus, ex quibus progignitur animal, Auriculas, & nares, nōnullam habere Chartila
ginem, ſcimus.

¶ Neruorum ratio, & unde oriantur nerui. Cap. XVIII.

Am uero Neruorum naturam ſi ad perpenſionem reuoces, qualiſnā inde cō
ſurget Opificis admiratio? iis nodi corporum, qui uocantur articuli, aliubi in
i teruentu, aliubi ambitu, aliubi tranſitu tanta animantium utilitate, ac mem-
brorum firmitate, & motus præſtanti, & certa pernicitate ligantur, ut, adſit
modo æquus rerum æſtimator, fateri neceſſe ſit, eam fuiſſe diuinæ Sapien-
tiæ in hac fabrica curam, ut ſingulis tantum eius attribueret bonitas, quantum emolumen
ti, ac decoris ratio patiebatur. ex qua alios uidemus teretes, nonnullos item latos, ut in uno
quoq; poſcere figuratio uidebatur. Neruorum naturam Plato ſcribit, ex Oſſe, ac carne non
fermentata eſſe a Deo cōtemperatam, et flauo infectam colore, Indéq; Neruos Carne qui-
dem tenſiores factos, aridiores'q;, Offibus autem agiliores, & molliores, quibus idem me-
dullas, & Oſſa peruinxerit, omniáq; carnibus operuerit. Neruos porro in corde habere or-
tum, Ariſtotelis ſententia eſt, quoniam id neruulos ſuo ampliore uentriculo contineat, &
Vena, quam Ahortam dicūt, neruoſa ſit. Albido, glutinoſóq; humore Neruos & naſci, &
ali, idem affirmat author, Cuiuſmodi etiam humorem mucori aſſimilem eis circuniectum
conuiſimus. Auicenna primo Canonis, ut medicus, & Galeni interpres, Neruos ab Cere-
bro, & Nuca produci ſcribit, Libro tamen de Animalibus tertio, hærendum Ariſtotcli, eſt
opinatus. Galenus locis aliquot ſentētiam priorem fouet, Quem adiuuat Auerrois primo
Colliget, Item Canticæ primo, Vtra uero ſit potior ſententia, nō cuiuſlibet fuerit ſancire,
præſertim cum grauis author in Aphoriſmis Damaſcenus ita pronuntiarit, Vbi diſſideant
Ariſtoteles, & Galenus, haud facile internoſci uerum, Aſt ubi Ariſtoteles ipſe pugnantia
ſcribat, quid agendum? Nam in libris de animalibus non ſemel, Sentiendi organum carnē
ſtatuit, aut ἀνάλογον, non, ut Medici, & nos ſupra cōmonuimus, Neruos, At ſecūdo de ani
ma Caro non eſt inquit, Senſus inſtrumentum, Sed medium potius, Sicut aer, et aqua ſunt
in uidendi, audiendi, olfaciendi ratione media, Nam ſenſibilia ſuper ſenſile iacētia nō mo
uent ſenſum, mouēt autem ſuper carnem poſita. Auerrois aſſecla ubiq; Ariſtotelis, & Medi
corum, ubi ſe oſtentarit occaſio, inſectator acerrimus, Galenum hac parte inſequi maluit,
Ariſtotele relicto. Quod ipſum & XII. de animalibus Auicenna facit, Sed forte Carnem ſi
gnificauit lacertoſam Ariſtoteles, Cui tātum ſenſificæ ineſt potentiæ, quātum neruorum.
Albertus uir doctior, q̄ politior, Neruos à Cerebro diuidi tradit, dum ad pellem peruenīūt
cerebro obtentam, Oriri autem à corde. Item alios dici ſenſuū uchicula, Alios motuū, hos
quoq; ab occipitio produci, ab anteriore parte illos. Hominis pellem Herodotus Anthro-
pen nuncupauit, ideſt ἀνθρωπήν.

¶ Carnis ratio ex Platonis doctrina, Carnis ſpecies duæ, Qui ſint Ines, & q Villi apud Medicinæ peritos. Cap. XIX.

Arnem ſcribit Plato, aduerſus frigoris, & caloris iniuriam ab opifice Deo te
gumenti uice Neruis, offibus'q; ſuperinductam, proinde inditum ei humorē
c caloris non immunem, ut æſtate quidem roſcida, madidáq; extrinſecus, cor-
pori uniuerſo domeſticam exhibeat refrigerationē, hyeme uero rurſum igne
proprio glaciem extrinſecus illatam moderate repellat. Quæ cum præclarus

ille noſtri

ille noſtri Corporis fictor eſſet meditatus, ꝑmixtione quadam ex aqua, Igni, terra'q; cõtem perata, indito inſuper acuto, ſalſo'q; fermento, ſucci plenam, ac mollem conflauit Carnem. Huius uero ſpecies duas agnoſcunt Medicoꝝ Scholæ, Aut enim Villoſa Caro eſt, ut quæ in muſculis habet', Aut Villis nuda prorſum, Vt Hepar. Villos intelligunt, quos Vocant Græci ἴνας. Etiam ſi non me fugit, Plynium quandoq; Venas, fibras'q; conuertere, quod facit & Theodorus, nõ neruos. Cætcrum tenuiſſima pars Chartæ dicitur item Ina. Eſt ubi Plyni⁹ idem Pulpam pro neruo accipiat, quam Theophraſtus etiam uocarit Ina. Quibuſdam inquit, Pulpa ſine Venis mero ſtamine, ac tenui conſtat. Villum Medici deſcribunt, Corporis partem ſubſtantiæ tenacioris, ſolidam, gracilem, oblongam'q;, filo perſimilem, quæ motui ſubſeruiat, & Carni robur adiiciat. Villorum alios ſtatuunt neruoſos, Venoſos alios: Et ſint etiã, quos Arteriales uocant, aut Panniculoſos, Vel q Vitilium fungant' Vice. Omnino'q; diuerſi euadant pro membrorũ ratione, in qbus comperiunt', Aut a' qbus propagant'. Quod Galenus comprobat Complexionũ ſecũdo. Aſtruit Auicenna, ex motibus nullũ, niſi per Villos fieri. Eſt inqt Euſtathius, ἴνιον in capitis poſteriore parte, quo concidente ad inferiora, contracto'q; ad humeros, ἰνιάσθαι dicit', hoc eſt incuruari, qui id patit'. Aliis eſſe Inion uidet' Nerui cauitas, q dicitur etiã τένων. ex Gregorio illud præterire nequeo, Carnis ſementinam trahere originem Lac, Caſeum, Oua.

¶ Humanum Corpus ſumma partium proportione conſtructum. Rotundum, & quadratum Schema reperiri in corpore noſtro. Mẽſurarum indidem eſſe deprompta nomina. Item denarium numerum. Quibus conſtet Corpus. Retrimenta quot excernantur modis.

Caput XX.

Q Vod operis initio præſtaturũ me, non eſſem auſus polliceri, Vt tam late Hominis rationem perſequerer, Ipſa tamen Vberius ſeſe in dies materia laxante, ingens nobis oſtentat' quodãmodo rerum ſylua, Quæ uel cogitatiõe Animum, quantumuis difficultatibus obluctantem, & ſi non fatigare, At ſolicitum, anxium'q; efficere ſaltem poteſt. Veruntamen durandum eſt, quia cœpimus. Nam & Dii facientes adiuuant. Quod ſi legentium Votis per omnia minus ſatiſſecerimus, aut ſi qppiam habuerimus derelictui, Vt impolitiæ notari uideamur digni. Cogitãdum erit, nemini unquã Vitio datum, quod præfati ſumus, Deos quoquo modo poſſet colere. Studioſis latinæ rei euigilantur iſta. Siqd ſenticoſi in tanta ſciendorũ congerie ſeſe obtulerit, flores modo præcerpant, reliqua ſoli uitio ſuccreuiſſe putent, Vbertate nimia interdum luxuriantis, ac prætereant. Sciant'q; hominis eſſe propriũ Cõniuere in pluribus. Verũ ſi Condentis animum amplius reſpexerint, Omnia plauſibiliter excipient, paria'q; ſibi in rationibus fieri putabunt. Satis opinor, hactenus Artificis Dei Sapientiam in hominũ conſtitutione admirati ſumus, Verum quæ ſuperſunt ſingularem & ipſa præferunt claritatem, Quod & eorum rationem, ſummum'q; proſpectũ idem habuit inenarrabilis Conditor. Nã quale cenſemus illud, in Corporis humani fabrica ſummam Symmetriarum, ſiue Commẽſurationum rationem adeo eſſe ſeruatam, Vt inde ab Architectorum prudentiſſimis analogæ ſuſtructiones ſint corriuatæ? Siquidem illud ita eſt ab Natura concinnatum, coaptatum'q; Vti proportionibus, quas Græci ἀναλογίας uocant, membra ad ſummam figuratio nem inſigniter reſpondeant: nil'q; omnino comperias, quod cõmenſu careat. Sicuti Caput dicimus ab mento ad frontem ſummam, & radices imas Capillorum eſſe partis decimæ. Item manus palmam ab articulo ad extremum medium digytum tantũdem. Caput a' mento ad ſummũ Verticem octauæ. Tantũdem a' ceruicibus imis, & reliqua deinceps: Vt ſi attendere libeat, nil ſit non ab ſumma profectum ratiõe. Quid, qd rotũdatiõis Schema in homine item compertũ eſt? Quem ſi Supinũ ſtatuas, expanſis manibus, & fixeris in umbilico Circinum, qa is locus Centri rationem habet, circũagas'q;, orbem conficies abſolutum, extrema digytoꝝ in manib⁹, pedibus'q; cõtingendo. Nec minus deſignationẽ in eo quadratã deprehẽdes, qñ altitudo ab latitudine diuerſa nõ eſt, Si mẽſum ꝓcipias inter expãſas man⁹. An nõ cõpertũ & illud, Menſuraꝝ rõnes, & noſa ex humano Corpore mutuatos eſſe Veteres, Digytũ appellantes, aut palmũ, Item pedem, Cubitum'q;? Quinimmo & Denarius numerus, quẽ perfectum dicunt, & probant, ab digytorũ ſerie depromptus eſt, quod Ariſtoteles adnotauit. Conſtare aũt humanũ Corpus rebus numero quatuordecim inuenimus.

Neruis, Venis, Arteriis, Sanguine, Spiritu, Carne, Pingui, Chondris, seu Chartilaginibus, Vnguibus, Ossibus, Humoribus, Medullis, Pilis, Tuniculis. Ad Laudē pertinet illud quoq; Excerni retrimenta, superfluentia q; a Viris quidem per Aluū, Vrinam, Vomitus, Oculos, Nares, Sputa, Excreationes, Aures, Rem Veneream. per incerta item Spiramenta. per pilos, & per Vngues. Mulieribus adiiciuntur duo. Lac, & menstrua.

¶ Humani Corporis partes. Membrum qd. Nouem haberi ppensione digna in quolibet membro. Cur naturā dixerit Iustā Hip. Membri cuiusq; ratio triplex. Cap. XXI.

i Inuenio in monumentis, Aegyptios humanū Corpus in quatuor tantū portiones distribuere solitos, Caput, Manus, Thoracem, quē ēt Clybanū uocat Albertus, & Crura. Mēbra uero, ut finit Galenus, Corpis particulæ sunt, quę nec omnino circunscriptionem habent propriam, Sic enim particulæ non forent, sed Corpora per se, nec omnifariam coniūctæ sunt aliis. In Membri uero cuiusq; consyderatione accurata, nouem uideri perpensione digna, docuit Cōmentator Alexandrinus in enarratione libri hæresum. Quæ omnia inenarrabilem Dei prouidētiam explicant. Substātia prima est. Constitutio deinde, seu Complexio, Cui adnectit' etiam Color, quo membri natura quouis modo significari potest. Sicuti eodem totius item internosciť habitudo. cū, sicuti Pythagoras author est, docente in libro de Sensu, & Sensili Philosopho, Sit Color Epiphania, ideſt Superficies, uel Superapparentia quædam. Porro inspicienda item q̄titas, Figura, numerus, Situs, Colligantia, Actus, uel Operatio. Emolumentū, Seu præcipuū id sit, Seu ut Seruitus. Tot enim Seruitutes uident', quot mēbra non principalia. In iis uero illud obseruandum. Actum mēbri ab Vtilitate distingui ex Galeni doctrina. Nam actus motuū est effectiuus. Sunt uero & motus passiui nuncupati, q aliis mouentibus fiunt. Vtilitas autem esse uidet' Commoditas, quæ percipi neqt, nisi ex operationibus, quæ sine doctrina proueniūt. Nec credendū omnino, particulam ullam adiectam temere, aut fortuito, Verum arte Creatoris mirabili, ac Sapiētia, sicut Galenus author est. Proinde summus artis medicæ Hippocrates, naturæ opera in hoc admiratus, non desinit eā cognominibus honestare, Iustā appellando. Vti Aristoteles esse eam uelut οἰκόνομον ait, ἀγαθὸν; ideſt Oeconomū bonū, ac patrēfamilias. Q ñ Iustitiæ diuinæ maiestas necessaria sapienter excogitauit, tribuit' q; unicuiq; pro dignitate, redūdantibus omnino resectis. Et, ut Verissime dixit Haliab. Est ab natura Animalis Corpus constitutum ex mēbris multis substantia, & qualitate diuersis pro Vniuscuiusq; necessitate, quo ad destinatam metā produci posset Vita. Porro in Membri cuiusq; compositione ratio uisit' triplex. Aut enim uiuendi gratia sunt; Cuiusmodi membra sūt principalia, Aut bene uiuendi, ut Oculus, aut sufficiēdæ causa pro lis. Quo in genere habentur pudenda. In omnibus uero Deus Opifex Vtilitatem respexit primū, Mox uero, & Decorem. Nam & Ciceronis illud laudat' de finibus tertio, Mēbrorū. i. partiū Corporis alia propter eorū usum uideri ab natura contributa, Vt manus, Crura, pedes, uti ea quoq;, quæ sunt intus in Corpore. Alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatū. uelut Caudam pauoni. plumas uersicolores Colūbis. Māmas Viris, atq; barbam.

¶ Capitis ratio. Cur ibi sedes animæ. Cur magnis Viris caput apire, institutū. Cerebri item ratio. Encar qd sit. An Cerebro abstinuerint ueteres. An Capite præciso, possit qs progredi, aut loq. De Craneo, & Suturis. Itē de Capillis. Interim adnotabis, quæ dicant' Thria Qui dicant' Phoxi, & qd Phoxa, & Phoxichili. Itē Cymbe. Cymbachus. Cymbæū. Xylocymba. Corymba. Cap. XXII.

q Voniam uero Caput Arcis quodāmodo locū habet in humanis Corporib⁹, Et Plato in Timæo, Caput nō principale solū, Sed etiam totū in Corpore nūcupauit, Ab eo protinus exordiemur hic aliqua perstringere, quoniam alibi fusius de ea re fiet hoc ope mētio a nobis. Q d' & in membris item aliis q̄q; facturum me, præfari libuit, neqs male feriatus, aut nasutior in hæc incidens, quisquis fuerit eorum genius, partum hunc nostrum, ut exuccum, & male conceptum execretur protinus, atq; ut ominosum, auerset'. Ergo Caput præcipuum, excelsius q; in homine membrum, primo Regiminis acutorū Galenus, & Platonici omnes rationalis animæ sedē

nūcupant,

nuncupant, ut rentur nonnulli, quoniam inibi Cerebri eſt cõceptaculum, ac mẽbrorum ani malium. Quæ organa ſint, & principia Virtutis animalis, tam apprehendentis, q̃ eligen tis, ſeu Voluntarie mouentis, qbus potiſſimum conſtat animalium inter ſe diſparatio. Nec me fallit Bedæ ſententia ſuper Marcum, Animæ locus inquit, principalis non iuxta Plato nem in Cerebro, ſed iuxta Chriſtum in Corde eſt. Portionem uero hanc Cæli ſimilitudine quadam poſſidemus ſublimem, Sicuti ẽt interpretatur Ariſtoteles. quin & uniuerſa in ho minis Corpore ſitum præferunt uniuerſi, Cum cætera nullo eiuſmodi ſint conſtituta reſpe ctu, aut confuſo admodum. Porro & in Quæſt ibus idem, Caput eum obtinuiſſe locum ſcribit, quia ſit diuinum membrum, ab eo enim Sternutamenta quoq; proueniũt, quod eſſe ſacrum augurium conſtat. Inde quoq; obrepſiſſe noſtris moribus opinor, ut qbus exhi beatur reuerentiæ cultus, iis Caput aperiamus, etiam ſi Plynius, Varro, Plutarchus aliud ui dent ſecuti. In eo ſingularis eſt naturæ prouidentia, eſt enim in homine macilentũ, ac pro pe Carne nudatum omni, id'q; neceſſario. Nam ſi Corpulentius eſſet Cerebro circũiectum Sepimẽtum, res omnino in diuerſum recaſura fuit, ac membri eius ratio exigit, neq; n. refri gerandi uim haberet ullam, Sed Carnis copia fotum intepeſceret amplius. Etenim aduer ſus Cordis ſedem, & Calorem natura Cerebrũ molita eſt. Naturam'q; ex eo habuit Aquæ, terræ'q; cõmunem, Vt inferioris partis feruorem contemperaret. Fluctiones porro e Capi te impetũ capiũt, ſicubi Cerebrum frigidius eſt, q̃ exigat temperamentũ. per Venas ſurſum reſpirante ciborum ſuperfluo, quod ſimile imbrium generationi uideri poteſt. Galenus poſt Hippocratem nobiliſſimus Medicinæ author, Naturæ intentionem in Capitis creatio ne non fuiſſe Cerebrum ſcribit, neq; item Senſum omnem, aut Senſoria, quoniam hæc cõ periantur etiam in Capite carentibus. At fuiſſe Capitis ſuſtructionem potiſſimum ob uidẽ di excellentiam, Qui Senſus ad circunſpectum omnem, ueluti in Specula collocari debue rit, ſicuti author item eſt Auicẽna. Abs quo illud etiã proditum prima tertii, adnotauimus, Exploratoris uice Oculos fungi. Idem porro Galenus colligit, Cerebrum eſſe in Capite lo catum propter Oculos, Senſoria uero reliqua propter Cerebrũ. Opinari autem, refrigera tionis ergo Cerebrum eſſe conſtitutum, putat ridiculũ, ob remotiõem nimiam, perinde ac ſiqs item Calces, Cordis gratia quis factos, aſſerat. Ediuerſo Ariſt. Oculos propter Cere brum in Capite locatos prodit, quoniam ſit Oculus Aqueæ naturæ, ſicuti Cerebrum. Ve rum Vt cuiq; uiſum fuerit, accipiantur iſta. Commonendi uero parte hac diligenter ſumus, dici Cerebrum ab Veterum pleriſq;, ut eſt apud Lycophronem, Encar. & Quia in cibis id auerſabantur priores, quod ſcribit Athenæus, perinde ac ominoſum opinati, præcipue'q; Athenienſes, inde pronuntiatum aſtruũt, ab Homero, uelut in Sympoſiacis meminit Plut. Πίω δέμυν ἔγκαρος αἴση, ideſt æq; ipſum honoro, ac Cerebrum, quod execrati priores, atque abominantes reiiciebant, Imprimis autem ſuillum. hinc Athenienſis Apollodorus nemini Veterum opinat' Cerebri nomen admiſſum in libris. proinde'q; in Trachiniis Sophoclem λευκὸν μυηλὸν, ideſt albam medullam dicere maluiſſe. Qua tamen in re Longe falli Apol lodorum, amplius, curioſius'q; Theſauros Veteres peruoluenti certo certius liquebit. Illa forſan ſubſcribet ratio antiquorum inſtituto, Cerebro abſtinentium, quod rem prorſus eſ ſe ſacram Caput opinabantur, uel Iuriſiurandi argumento. per id nanq; iurabant plerunq;. Quin & in Sternutamentis Caput adorare aliquo modo uidebant', Vt quod Senſuum di catur fons. Dicit' Encar genere maſculino plurimum qdem, Sed & neutro quandoq;. An uerum omnino ſit, Cerebro Athenienſes abſtinuiſſe, coniectabunt Eruditi. Certe Iouis Ce rebrum de ſcitiſſimo cibo pronũtiatur apud Pauſaniam. Cuiuſmodi ſint forſan apud Co micũ Cerebri θρία, elegantius, ſcitius'q; condita, qb⁹ utebant' Athenienſes. erãt uero Ce rebri portiones intra fici folia, quæ dicant' Thria, curioſi⁹ p coctę. prædulce item cenſebat' Palmæ Cerebra, etiam ſi Capitis dolorem ſæpius, grauius'q; cõcinnaret. eo uero exempto areſcere palmã fere, cognitũ experimẽtis. De hac ipſa re plura paulo Athenæus, & nos ali bi. Sed illud nõ prętereũdũ, Omniũ bipartitũ eſſe Cerebra, & in poſtremo eſſe, quod uo cat' παρεγκεφαλὶς. i. Cerebellũ. Nobis porro illud parte hac non uidet' p incuriã tranſilien dũ, Q m̃, ut eſt, in iis nil oĩno receptitii ſecernit' nobis. An capite p̃ciſo, credibile ſit, Corp⁹ reliquũ pgredi poſſe. Q d'neqs ridicule pponi putet, Author Auerrois ẽ. vii. phyſicor, Cõ mento. iiii. Arietem ſe uidiſſe, q Capite detrũcato, huc illuc motaret'. Scribũt & Chriſtianæ

ueritatis Assertores celeberrimi, Dionysium Areopagitam martyrio coronatũ, posteaquã resectum illi Caput est, aliquandiu progressum, suum sibi Caput baiulantem. Scio, ridebunt hoc Philosophi, tanquam parum constanti ueritate dictum. Nos Christi Saluatoris infinitæ potentiæ id ascriptum uolumus uerissime, ac synceriſſime, Nam, ut Aristoteles docuit, Corpus detracto Capite, progredi quoq; non temere credi potest, Quoniam simul abscinduntur nerui, qui instrumenta sunt, & ueluti duces localis motus. Sanguine tamen carentia, uel uiuere possunt diutius truncata Capite. Cuius euentus rationem ex libro de Iuuentute, & Senectute Lector accuratus perdiscere poterit. Cõsimile huic miraculum est, quod affertur ab nonnullis, Caput abscissum loqui. A' quibus & Homerus aduocat' testis. φθεγγομένη ἀκὰ ῥα κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη. Ipse' q; dum loquitur, miscetur puluere uertex. Non. n. dum ipse homo, Sed dum ipse Vertex, intelligi uolunt. Propterea scribunt, φθεσομένη, non aũt φθεγγομένη. Quin in terra Caria res adeo pro uera habita est, Vt Reum quendã ex incolis egerint. Nam cum Iouis hoplosmii Sacerdos esset occisus, nec à quo, constaret, nonnulli audisse se retulerunt, Capite præciso dicẽtem sæpius, Virum super Viro Cercidas occidit. Itaq; hominem, Cui nomen Cercidas, per prouinciam amplius quæsierũt, Compertum' q; in iudicium perduxere. Sed certe fieri nequit, ut præcisa arteria, & sine motu pulmonis loquat', nec apud Barbaros, qui Capita summa cum celeritate detruncant, eiusmodi quippiam euenisse accepimus. Os Capitis uniuersum, inquit Pollux, uocatur Cytos. Latini Caluam, & Caluariam dicunt, ut Celsus item testatur. Arist. ῥιχωτὸν intelligit, ideſt quod Capillis integitur. anterior pars Bregma uocat', ideſt Sinciput, posterior Inion, ideſt Occiput, quod interiacet, Coryphe, ideſt Vertex, unde Dicoryphi Biuertices nuncupantur. Ex Suturis compacta calua est, quas Græci ῥάφὰς uocant. de qs alibi plura. In paucis Caluaria solida sine Suturis reperitur, præterquam in æstuosis locis. Id' q; Caput firmissimum, atq; a' dolore tutissimum iudicatur. Ex Cæteris quo Suturæ sunt pauciores, eo Capitis Valetudo cõmodior. Hippocrates quod Suturis careat, Sanum arbitratur Caput. Paucis constat Capillis, cum calidius. Capillorum multitudo capitis redundantiam humorum præmõstrat. Capillorum flauus color ex flaua est bile. Quibus est proacuminatum Caput, Phoxi nũcupantur, uel ex fastigatione, quam uocant, ὀξύητα, uel de figlinorum similitudine, quæ igniũ ui dissiliant, quod Veteribus fere' placet. Ea uero Phoxa dicuntur, uelut Phloxa, ex flãmæ ui, quę φλὸξ appellatur. Eiusmodi in Thersite Caput, risu excepit Homerus, Sed & in magno Pericle inuidorum uoculis est adnotatum, nec ab Athenæo in Cilicib⁹ prætermissum, Sed & in Atticis, Argiuis' q; mulieribus. Verum in iis, ut author Simonides est, etiam Labia animaduertuntur fastigata, ex quo Phoxichili uocantur. Porro' & ab Græcorum qbusdam Cymbe dicitur Caput, unde Cymbachus nuncupatur, qui in Caput saliens crura tenet sur recta. Est Cymbæum quoq; poculi genus, de quo in Lexico Pausanias, Sed alii Cymbium pronuntiant, esse' q; simile nauigio tradũt, quod Cymbam uocant, unde forsan & nomen profluxit, Id uero Xylocumbaram appellant nonnulli. Nam Xylocymbam uirulento morsu dicũt mulierem, nec formosam satis, nec magnitudinis moderatæ. Cymbachum deniq; Galeæ summum dici inuenio. Sed & Summa omnia dici Corymba possunt, Homero astipulante. Alii acrostolia, & nauium uelut Coryphas hoc est uertices eo accipiunt nomine. uidentur autem prominentia in montibus præcipue sic dici. nam apud Herodotum montis legimus Corymbum.

¶ Capillorum ratio. Cur defunctorum Capilli durent, aut etiam a[illegible]nt. De Tullio la Ciceronis. Lophos quid, & Lopheum, Lophium' q;. Cap. XXIII.

Quoniam uero summus Artifex, eminens ueluti ædificii culmẽ, sic ornandum Caput hominis censuit, Non ab re uisum, huic parti impingere paucula quædam de Capillorum ratione obseruata. Horum igitur materiam putant Eruditi fumidum Vaporem, crassum, humectum, glutinosum, quod secundo cõplexionum Galenus significat, etiam si putet Auerrois, pili materiam ex Galeni sententia, pure terrestrem, quod si esset, non tam sequax foret pilorum natura, flexibilis' ue, quo uelis modo. Efficiens ratio pilorum frigiditas est, tum intima in Cute, ac

Ossibus

Oſſibus capitis. tum Extima Aeris nos ambeuntis, quæ Vaporem ab imo ſcandentem, ac in poris, meatibus q̃ Cutis retentũ durius denſeſcere cogit. Pilus non multus, ac prætenuis caliditatem indicat temperatam, connexam ſiccitati immodicæ. Multus uero, & craſſus exuberantis indicium eſt Caliditatis, qua multa ꝓuenit euaporatio. Proinde Vberius enaſci pilos Iuuenta floreſcente, author Haliabas eſt, Atq; in Viris itẽ, q̃ fœminis. Capillus naturа frigidus eſt, ficcior q̃ omnibus, quæ in corpore ſint, atq; ẽt oſſibus, ut ſentit Auicẽna. Fle ctit' tñ, quod illis non ꝓtingit, tenuitatis rõne, & uiſcoſæ humectatiõis, tenacis q̃, accedente terreſtri ſiccitate, ex qbus ꝓſurgit Capillus. Scythæ, ac Thraces ἐυθύτριχες ſunt. i. ꝓmiſſo pilo, & ſimplici. nam & ipſi humidi ſunt, & Aer eos ambiens. Aethiopes ꝓtra, q loca incolũt calida, ὀλόθριχες. i. criſpo ſunt pilo. Siccum. n. & Cerebꝝ eoꝝ, & ambiens Cælum. Obſeruatũ eſt, Pilos qñ q̃ horæ ſpatio, aut ẽt mĩore canos effici. Hos in mortuoꝝ ſuccreſcere Corporibus, autumant pleriq;, nec abnuit Ariſtoteles, tametſi nõ oriunt' noui. Quod item de Vnguibus tradit', ac Plynius enotauit. Nec incongruũ arbitrant', diutius in defunctis ſeruari Capillos, humectatiõe in meatibus ſubſiſtẽte, Quæ glutini dẽſeat modo, obdureſcat' q̃, Vt ſic lõgiſſime ſupeſſe Capilli ualeãt, quæ ratio Conciliatori maxime arriſit. Diſcrimẽ uero, & Capilloꝝ æquamentũ Græci dicunt Lyſoma. i. λύσωμα. Dignũ ſcitu, Cum Pontifex Sixtus, eius noĩs quartus, Reip. Chriſtiãæ præſideret, cõpertũ Romæ in Via Appia eregione Ciceronis Cõditorii muliebre cadauer, Quod ex inſcriptiõe ꝓiectatum eſt, fuiſſe Tullio læ. Id erat aromatibus ita ꝓditum, Vt tpis iniuriam non ſentiret. In eo uiſebant' Capilli aureo impliciti reticulo, ſumma omniũ admiratione, Reperiri aliqd, in quod anni mille qngẽti fere' nil prorſus eualuiſſent. Cęteꝝ Cadauer in urbẽ delatũ tridui mora cõputruit, medicamine amoto, aut uitiato. Incremẽti uero Capilloꝝ in defũctis ratio eſt in calore, Vapore q̃ in Pororum anguſtiis retento, Amplioris autem in ſeneſcentibus, ægrotis q̃, ac decreſcentibus etiam cauſa creditur excremẽtitia multitudo. Cur aũt, ſi ſubſecent' tam Capilli, quam Vngues, celerius increſcant, inde fieri tradunt, quod fumidus Vapor ad radices ſcandens, præciſos facilius ꝓpellat. Capilloꝝ autem ratio non eſt in decore præcipua, Sed in eo fuit naturæ momentum maximũ, Vt extimum inde repelleret' frigus. Nec in eo emolumẽtum minimũ, egeſtis hoc modo noxiis e' corpore uaporibus, unde eſt Capillaris generatiõis argumentum. In Auibus, quod Capiti ſupeminet, λόφον uocant Græci, Apicem Noſtri. Nam primo de Animaliũ hiſtoriis Ariſt. Auium quaſdam plectra habere ſcribit. i. calcaria, quaſdam uero Lophon, nõnullas minime. Lophon item in Galeis criſtas dicũt. Vnde Lopheum, in quo recõderent'. Sed & Speculi theca eo dicit' nomine. Lophion uero eſt ab Lopho deminutum. Illud prius ſcribit' λοφεῖον. Lophiam capronas interpretant'.

¶ Barbitii ratio. Myſtax. Hyporrhinion, Propogonion quid. Cur Mulier barba ſit exuta. Cur q̃ in nonnullis uiſatur. Cap. XXIIII.

Barbæ autem ratio, mirum eſt, quantum ad dignoſcendam Corpoꝝ maturitatem, & ſexus cõferat diſcernicula, aut ad decorem, etiamnũ uirilitatis, ac
b roboris. Author Haliabas eſt, Pulchritudinis, & ornamenti argumentum fuiſſe in barba potiſſimũ. Succreſcit hæc toto mento, quam μύσακα uocant. Quanq̃ nõ me fallit, Pollucem ſcribere, Eam, quæ ſub naribus habeatur, ita nũcupari, quæ ab re item dicat' Hyporrhinion, & Propogoniõ, ueluti quæ ſub naribus enaſcatur, & Quæ progerminet ante inferiorem. Dici Myſtaca interpretantur, quia illuc deſtillet Naſus, quem uocant μυκτῆρα. Sunt qui Myſtaca etiam labrum putent, unde ducatur Myſtacon. Inferiori labro adnaſcens barbitium Pappos nuncupatur. Vtrunq; ſimul Hypene. Oritur etiam Barba in mandibulæ inferioris parte ſuprema humoris, caloriſ q̃ copia illuc ab Sincipite demanantis, Teſticulorũ ui, inde prolificam materiam attrahentium. Argumento ſunt Venæ ab inferioribus illac cõmeantes, quas ex eo Spermaticas uocant. Proinde deeſſe Mulieribus barbã, imbecillioribus earum teſticulis. Siqua uero uiſatur barba inſignis: hinc contingere, quod illi additum peculiarius ſit roboris aliquid, & Caloris. barbitio tamen, tum rariore, tum breuiore. Illud obiter adnotarim, In Capris Aruncum ab Ariſtotele Cryngum pronuntiari.

¶ Frontis ratio. Metopoſcopi qui ſint. Item Quæ Stellæ ſecũdæ. Cur quãdoq; nequeat aperiri oculus. Sudoris in fronte ratio. Cap. XXV.

q Vid uero frontis artificem hic fabricam memorẽ? Qua Sapiẽtia Deus hanc homini tantũ contribuit, triſtitiæ, hilaritatis, clemẽtiæ, Seueritatis indicem? Fuere, q ex partis huius ſignis potiſſimum qbuſdam Vaticinia aucuparent, Quos inde quoq; Metopoſcopos dixere. Nã qb⁹ ſit ſtriata, rugoſior q; frõs, magna animo uerſare, eſſe q; melancholicos. Quib⁹ uero erugata, exporrecti or q, eſſe fallaces imprimis, Cuiuſmodi fere Bononienſes haberi, cauillatur Conciliator. Quã rẽ digeſtis de officio Præſidis adnotauit Interpres quoq;. Ita.n. phyſicas membroꝝ formas dictare, Nulla tamen iniuncta noſtris moribus neceſſitate, Sed lubentia potius quadam, & ꝓcliuitate, ex ſanguine, ac Spiritibus phyſicis. Quas Phyſionomi Veteres Stellas ſecũdas uocabant, a Supioribus impreſſas, præmonſtrantes, quæ ratione, prudentia q; reꝑimi queant. Frõtis uero Cutis cõſilio memorabili laxior ſtructa eſt, ac mobilis, ut cõmodius oculis ſubſeruiret, uel cludendis, uel reſerandis. Inſunt Villi ex hoc porrecti ab Vertice ad palpebras. propterea ratione Chirurgica præcipit, ſi abſceſſus in fronte ſe oſtẽderit, aut Cauſatio alia, ſit q; diſſectio neceſſaria, nõ eſſe ducẽdam ferri aciem ꝑ frontis longitudinẽ ab tempore in temp⁹, ne Villis præciſis, deſinat poſſe Oculus ſuo ꝑfungi munere, procidẽtibus palpebris. Qui nimiũ conniuent, σκαφλαμυτικοὶ uocant. Qui rigent, ἀλευεῖς. Sudat frons imprimis, qa Cerebro ſubiacet anteriori, Vbi maxime ſcatet humectatio, quam eſſe nouimus Sudoris fomitẽ. Oſculi religionẽ q̃dam ꝑte hac ſeruatã ueteribus, author Plut.ẽ.

¶ Supercilia quam habeant rationem. Item Cilia. Cap. XXVI.

q Vid illa, quæ Supercilia dicimus, q̃ artifici ingenio ſuperpoſita oculis, Vt demanantes aliorſum corriuarẽt humores, uelut imbricamẽtũ plane quoddã, ſiue Grũda, uel, ut Græci dicunt, γείσωμα? Quanq̃ eſt ꝑprie Giſſon. i. γεῖσον, qd in Supciliis ꝓminet, Vñ ἀποσγεισσῶσαι apud Xenophõtẽ. Sed & in Ianua, qd ſupiacet, Hypthyrõ dr, uel Hypthyriõ. Eius ꝑtuberãs ps, Giſſon, & Giſſoma. Vex & in Galea eodem modo. Supcilia hæc in hoĩe tm̃ pariter, & alterne mobilia. Sed & in iis Animi quoq; pars eſt, inqt Plynius, ſiue negemus, ſiue adnuamus, hæc indicãt maxĩe. Faſtus aliubi ꝯceptaculũ, hic ſedẽ hẽre uidet. In Corde naſcit. huc Subit. hic pẽdet. Caput, & Supcilia penit⁹ abraſa oleũ malitiã, & clamitare calliditatẽ uident. ueluti ne ullus qdẽ, ut M. Tulli⁹ inqt, inſit boni Viri pilus. Cilia uero, quæ ab palpebris ꝓminẽt, non ne & ipſa utilitate mirabili ſunt cõſtituta? Vt minutaq; reꝝ ad Oculos incurſum tanquã Stipatores quidam, repellant, Simul q; uiſuum dirigant Spiritum, Vel etiam ab oculis promicãtes radios, quibus Videndi rõnem præcipue conſtare, ꝓſuaſiſſimum Platonicis eſt, Vnde iis uel reuulſis, uel quauis ratione procidentibus, aut obliquatis, remotiora longe imbecillius internoſci uiſu, Galenus arbitrat in Medicorum Iſagogico. Quid, quod pilorum illa nigri cies lumen egregie fouet, atq; contemperat? adeo ne in minimis qdem deficit diuinæ prouidentiæ cura. Sed ingratitudinis uitio magna pars lance uel iniqſſima beneficã penſamus Clementiam, ne intelligentes quidem ignorantiæ nubilo, qua quid ratione ſit comparatum. Nam quotuſquiſq; aduert t hoſce pilos nunquam fere iuſto plus increſcere? ne inde præpediatur uiſus, ímo uero ne fieret, ſummo ſtudio cauiſſe Naturam. Quæ Palpebrarum ambitum, hoc eſt Torulũ ſolidiuſculo cõmuniit corpore, ac Chartilaginoſo, tum ne Vapori fumido, unde eſt Pilorum materia, pateret exitus, Tum Vt duro innixi, obfirmati q; pili, ſtabiliores, rectiores q; redderẽt. Nam & ſolo innata molliculo producunt facilius, & obli quant, in quoduis latus. Propterea feſtiuiſſime Galenus, Ab Creatore Ciliis iniunctum ſcribit, æqualem ſeruare magnitudinem. Illa uero diuinũ uerita mandatum, omnino extra præſcriptum non uagant. Sed & in aliis diuinæ maieſtatis Sapientiam, ut cœpimus, admirari ꝓgamus. Si illud non omiſerimus, metaphora honeſtiſſima ἐν ἱερομάτων, ideſt hoſtiorum rõne, in templis præcipue, dici Item Supcilia. Vitruui⁹, Sup Cymarium, quod erit in ſupcilio, collocandum eſt hypthyrum craſſitudine Supcilii. Porro Capitis Læuitatem φαλακρότητα dicimus. i. Caluitium. At in Supciliis ἀναφαλαντίασιν. quam rem Salitium interpretatur Theodorus, Sed tantiſper, dum melius inuenerit.

Oculorũ

¶ Oculorum conſtitutio mira. Videndi ratio breuis. De Speculis pauca. Quæ dicantur ὑπώπια, & ὑπώπια. Item ὑφθάλμια. φολκὸς qui dicat & βλεπλαίμων. Item ἱλλὸς quid. & inde corriuata Verba. Cap. VIII.

I Am uero quid de oculis ordiar dicere, ſtudio inenarrabili aduerſus occurſantia, uelut ſinuoſa recõditos cõualle, prominentibus illinc ſupciliis, & fronte, tanquam Vallo, obſepiente. hinc malis protuberantibus, atq; ex imo coorientibus, ceu Cliuis, ad ꝓpugnacula partium toto Corpore pretioſiſſimaꝝ. Hi ꝓ fecto lucis uſu Vitam ab tenebris, & morte mihi diſcernere uidentur. Nam q̃ miſerum, quã q; funeſtum eſt Cæcitatis malũ? Cæcum poſtulare non poſſe, Iurecõſulti ſtatuunt, quod inſignia magiſtratus uidere, ac reuereri nequeat. Senatoriũ tamen ordinem retinere, Appii Cæci exemplo, ad nouũ uero magiſtratũ aſpirare, omnino ꝓhiberi. Quin etiam hi arguti nimis quemadmodum animo affecti ſumus, ſubinde loquuntur. Nam, ut imago animi Vultus eſt, Ita indices Oculi, & propterea ab Prudẽtiſſimis dictum, Animum in oculis habitare, quoniam ardere uidẽt quãdoq; incendi, humeſcere, cohibere. Hoſce duos tantũ contribuit Diuina ratio, quod numerus is ſpecioſum qddam complecti uideatur. Illud utiq; eximie mirandum, Cum eſſe particulas decem, quas uocant Intimas, ex quibus conſurgit Organum uiſui deſtinatum, ferè cõſtet inter Eruditos, ſeptem uidelicet Tunicas continentes, & Humores tres cõtentos, ſicuti primo Colliget, author comprobat Auerrois. Earum omnium utilitatem, operationem q; adeo eſſe ambagioſæ difficultatis, Vt Galenus Vir in medicina tantus, & rerum ſcientia nõ incelebris, reddere ſingillatim rationes non ſit auſus. Sed & Auerrois arbitrarium de iis iudicium eſſe ſcribit. Oculos etiam Galenus idem nunc organum uocat lucidum, nunc Solarem Animalis particulam. Et diuinum quoq; membꝝ, quia ſit eius præcipue inexplicabilis, & mira ſubtilitas, Siqd aliud in animãtium natura. Oculi uero ſubſtantiam eſſe tradũt Cryſtallinam ſpiſſamenti alicuius, quando Viſiua potentia, cuius Oculus eſt organum, humiditatem exigit aquoſam, quæ ſuſcipe queat uiſibiles formas ex inſita perſpicuitate, atq; humectatiõe. Aer uero ꝑſpicuus, & humidus inſinuari neqt, &, ut ſic dicam, incorporari, in propria dum ꝑmanet ſpecie, Vt ſentit Albertus. Porrò Aer uia tantũ eſt, qua uiſibiles obiectorum deferunt Species, nec eas retinet, qd̃ eſt oculo neceſſarium, qua diaphanus eſt, ac luminoſus. Eſt. n. Viſus lucis, ſicut obiecti præcipue, Coloris autem, tanquam cuiuſdam lucis. Inde ut ſit actiui ad paſſiuum ꝓportio melior, & unius in alterum tranſmutatio conuenientior, neceſſariũ fuit, eſſe Oculum luminoſum quadãtenus. Propterea Galenus inqt, Senſum luminarẽ alterari, ut ſic dicam, ab Coloribus, ut ab cognato, conſimili q;. Hæc uero efficit ratio, ut ſplendore nimio facile corrũpatur uidendi facultas, qa nimis tranſmutatur oculus ꝓpter ſimilitudinem. Indicio ſunt lucis reliquiæ diu in Senſorio reſidẽtes poſt clarioris Senſibilis proſpectũ. Addit illud quoq; Oculo nullum propriũ ineſſe colorem, alioq difficulter alienos admitteret. Argumento eſſe Icterici poſſunt, qbus omnia uidentur Citrina. Cæterũ in libro de Senſu, & Senſili Auerrois eſſe negat cõnaturalem in oculo lucem, Verum ingredi foríſecus. Nam ſi ineſſet inqt, uideremus in obſcuro. Nec q Oculos clauſos aperit, uidet prius, q̃ fuerint illuminati. Adde, quod nec ira uehementius ſuccenſi ſatis uident, quia circunſiliant tenebræ, nec admittatur illuſtratio, Vaporibus bilis uitio in oculos ſeſe ingerentibus. Ariſtoteles tamẽ libro eodem eſſe oculum natura luminoſum aliquo modo, aptius ſentire uidet. Nam & quorũdam animalium in tenebris oculi lucent. Recipi uero intimũ ab oculis lumen tradũt Doctiores, per Neruoꝝ ſpiracula, q dicant ὀπτικοὶ, Qui q; Viſiuũ ſpũm ad oculos deuehãt. Quib⁹ abſciſſis accepto in tpib⁹ uulnere, peat uidẽdi facultas, tanq̃ lucerna inter extincta. Quinimo nec neceſſario lumẽ ab oculo extimũ recipi uolũt, ut uideamus. Cũ tenebris obuallati dẽſioribus, nec luce ꝓrſum ulla oculũ ꝓtingẽte, è lõginquo multa uiſu apprehẽdamus, Vbi cõperiat lumẽ retegẽs obiecta. Q d̃ aũt nullũ Oculo ineſſe colorẽ uolũt, Sciẽdũ tñ, Vidẽdi rõnẽ fuiſſe picturã, ni artificis Sapía poſt id, qd̃ mire pellucet, nigricans qppiã appinxiſſet. Sicuti Speculis retrorſũ allinit plumbũ, ut obſcurior illa dẽſitas ſit imaginũ ueluti ſufflamẽ, ac ſrenatio, quę ꝓ Vitri dilapſę tralucidũ lęuorẽ, ac dẽſiore obiecto nõ ſuppſſæ euaneſcerẽt. Inde uulgo irroborauit, Vt dicat Oculus naturę Speculũ, Sicuti Speculũ artis nũcupat Ocul⁹. Sed cur

nã in Oculo & Speculis oĩb⁹ aduerſa ſeſe oſtentãt omnia, nulla uero auerſa: quod amplius dictare uideť ratio? Nempe, quod Spẽs ab obiecto ꝑ medium ꝓfluẽs ad Oculi, aut Speculi ſuperficiem, eiuſmodi eſt diſcriminũ neſcia. Sed Simplex, qddam eſt, ac purum. ꝓpterea, nil ibi prorſum agnoſcas, nil'ue retrorſum. Quo autem modo uiſus perficiatur, multáq; ad Oculos Spectantia copioſius alibi perſcribemus. Interim cõmonitos uelim bonarũ literarꝫ ſtudioſos, Eſſe, qui in Videndi ratione Simulacrorũ illam per aeris media delationẽ reiiciant, quãuis ab Peripatetico⁹ prorepat Scholis. Atq; item Radiorum ab oculis profluxum: quod Platonicorũ placitis ſanciť, quoniã, ſi ita eſſet, Radiũ quoq; ipſum cerneremus, quẽ oculis aduertimus, donec ad obiectum produceret. Cum uero temporis momento uniuerſa ſubiiciantur uiſui: etiam nobis aliud agentibus, aſtrui probabilius poteſt, in eo, q uidet, eſſe utiq; Vidẽdi munus, non in eo, quod uideť. Sed ita, Vt Mens ipſa munere fungať eiuſmodi, ac ꝑ Oculi mẽbranas, humores q; ꝑinde, ac ꝑ Vitrum, aut Specularem lapidem uiſibilia ſenſu apprehendat. Vnde etiam conſequi putant, ut Mens ſæpe, atq; uoluntas, ex Oculorum motionibus, affectionibus ue deprehendatur. Cæterum utcũq; intelligamus iſta contingere, fatentur tamen iidem, in acie ipſa, qua cernimus, quam q; pupillam nuncupamus, ſcintillas luminum cõtineri occluſas, cõſeptas q;. Quam etſi ſpatiis breuiſſimis arctauit Natura ingenioſiſſima, quo minus foret læſuris obnoxia, nihilo ſecius integram Hominis effigiem reddit, quod & ipſum non parua dignũ admiratione eſt. Quanq; qd refert, tam ſolicite, tam q; circũſpecte ab Opifice Deo nobis cũcta dilargiri? Vertimus in pniciem uniuerſa, nec bonitate clementiſſima deſinimus abuti. exculcantur naturæ iura, & ſcelerum fomites efficiuntur Syderea lumina, Et Oculi fiunt tota noſtra luxuria. iis ꝑ momẽta in uitia præcipites imus. mirantur hi, adamant, concupiſunt. Nam inſatiabilis eſt humanus oculus, quod Salomon ſcribit. Apoſtolica uero ſentẽtia eſt, eſſe mœchationum oculos plenos. Propterea Cyprianus, In mulieribus ſemper defixa intentione deſyderia expleant oculoꝫ. Tãta eſt, inqt Plynius, decoris affectatio, ut tinganť Oculi quoq;. Vnde eſt Satyricũ illud, Ille ſupercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Sed & ſcientiſſimus Hieronymus Orbes appellat Stibio fuliginatos. At Philoſophus Archeſilaus, cũ diuitis oculos eſſet intuitus ludibũdos, Atq; illecebrę, uoluptatis q; plenos, nil inquit, intereſt, quibus mẽbris Cinædi ſitis, poſterioribus, an prioribus. Porro, ut opæ leuioris impingamus aliquid, Sinuoſam ſub oculis partem ὑπώπια Græci uocant. Qui uero ſub Oculis contingunt ex ꝓcuſſu Liuores, dicuntur ὑπώπια. Quoniam ὤπες uocentur Oculi, q̃q̃ & durior manuũ Cutis ex labore calloſa, nomine dicitur eodẽ. Ariſtophanis interpres Hypopia etiam Cordylas à pleriſq; nuncupari ſcribit. Author eſt Pollux, Oſſa ſub Oculis, qbus accumbant Nares, dici quoq; Hypopia, ideſt Genas, & uoce alia ὑποφθάλμια. Vnde ὑποπιάζειν, pro cuſto dire, ex quo eſt illud Apoſtolicum, ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, μὴ ἀλλοτρίῳ. φολκὸν dicunt Græci Strabonem, cui obliqua ſit oculorum acies, abiunctáq; ab naturali uenuſtate. Sunt qui eo nomine intelligant miſerabilem quendam, deridiculum q;. Vt q τὰ φάη ἕλκῃ ἐς ἑωϑόν. i. in ſe omnium conuertit oculos. Vocatur & ἐλεπιδαίμων diſtortis oculis, ueluti ab Dæmone percuſſus. Sic uero nuncupari Socraticos conſueuiſſe, author Pauſanias eſt. ἀλλὸς etiam Strabo dĩ, accentiũcula in ultimo poſita, uel cæcus, unde ἀλλώπηξ ſignat τὸ γραϐοίζειν. At Aelius Dionyſius ἀλλώπτης interpretatur, humectis, fractis q; oculis inſpectare. Pauſanias ἐνίλλειν accipit pro eo, quod eſt oculis ſubſannare, irrideréq;. Eſt Ionicum item uerbum ἀνδιλλάζειν, quod circũſpectare ſignat, ac huc illuc ἴλλας, ideſt Illos uertere. Oculi, quos conditos dicimus, acute traduntur cernere. At hebetius, quos prominẽtes dicunt, ac Emiſitios.

¶ Aurium, & audiendi ratio. Aerem ictum moueri in orbem. De Aurium humoribus. Item de Sordibus. Lobus quid. De Faneſiis. Amphotides quæ ſint, & qui dicantur Oti.

Caput XXVII.

a Vres uero, quarum iudicium, ut celeberrimi authores dixere, ſuperbiſſimum eſt, quia ſonum recipiunt, qui natura in ſublime fertur: non'ne ſumma ſapiẽtia ſunt in prominentibus Corporum partibus conſtitutæ? In iis rectus ſimplex q; meatus primum, euadit mox tortuoſus. Inde iuxta Cerebrum in multa, & tenuia foramina diducitur, per quæ facultas audiendi eſt. Quin & inꝑ

pinquo

pinquo duo paruuli quasi Sinus sunt, super'q; eos finitur Os, quod transuersum à genis ten dens ab inferioribus sustinetur Ossibus. Et Iugale dici potest, quia græce συζυγώλεις. Alii ζυγώματα, Cancros appellant Alii. Auerrois primo Colliget, Aurem in Osse petroso loca/ tam scribit, & propterea inqt, Arabum lingua dicit' Agari. Quęrat hic forte quispiam, Cur meatus ille aurium (Scaphum uocāt) anfractu sit tortuoso? Respondebit Auicēna, nō sine prouidentia id quoq; excogitatum, ne subita Aeris irruptio frigiditate, uel caliditate Cere/ brum oblæderet, Vel soni excessus neruū, quo perficitur auditus, conuelleret. Nam Sensus omnis harmonia quædam est. nūc uero ambagiosa obliqtas illa moramēto manifesto tem peramentum adiicit. Aerem porrò sonum deferētem, Vndam uocalem appellat Auicēna. siqdem sphærice mouetur Aer. Sicuti unda ex lapilli proiectu, quod sentit secundo de Ani/ ma Auerrois, & primo de Musica Boetius. Vnde & Princeps in ratione Pulsuū, quos cum musica rōne simile qddam habere ꝓdit, Circulos temporū nominauit, Sicut & Casus, Ar/ sin intelligi uolens, & Thesin. Sciendum tamen, nō perfici auditum, Aere tantum extimo sese auribus insinuante, Verum deprehensum ab peritis est, Inesse illis aerem quendā, quē uocant Cōnaturalem. Est aūt Vapor ad Vsum hunc ab natura productus, Vt motu quodā tremulo uocibus receptis, ꝑficiat auditum. Sed cur nam in lateribus Aures? An qa specula trix uidendi potentia, simul & Olfaciendi, quam anhelitus rōne esse ori adnexam, cōmo/ dissimum fuit, anteriora sibi uēdicauit? An quæ in Cæteris omnibus, & parte ista elucescit diuina prouidētia? Auditus certe in humecta parte locari cōmode nō potuit. At in latere po tuit, tum qa posteriora humani capitis inania sunt, Tum qa nerui sunt ibi duriores, qui illuc uergūt, Sicuti & auditus. Melius. n. ꝑsonat', quod exaruit tympanum, obduruit'q;. At in po/ strema nō sunt Aures constitutæ, ne ab Sensu cōmuni abscederēt longius. Scitu dignū est, quod de Imperatore Adriano proditum monumētis est. Eum, quod sensu hoc esset oblæ/ so, cōsueuisse, dum exactius excipe uoces cupet, cauam manū auribus apponere, quæ uelu/ ti sinu quodam ictum aerem colligens meatui copiosius infunderet. Aures, Siue Auriculę uerius sinuosæ, quæ Cochliæ nūcupantur, Homini immobiles omnino, aut si moueantur, tenuis prorsus, & hebetior est motus is. In qbusdam tamen mire uident' agitari. ratio uero est nō ex Auriū motu intimo, sed ꝑ extrusionem, uel excussionē musculi Mādibulā mouen/ tis, qui quandoq; ita auribus admouetur, ut contingat. Qua uero fiat rōne, ut aure duplici simplex tamē hauriat' sonus: dispiciētibus naturæ ingenium est euidētissimum. Siqdem ut in uidendi proprietate Nerui optici cōiunguntur, ne uisibilis species delata fiat duplex, Ita & Nerui ἀκουστικοὶ: qbus audiēdi facultas ꝑficitur, in origine concurrūt, & inde formaꝝ au/ dibilium ꝯsurgit unio. Humores aurium sub affectionū genere interlocauit Hippocrates in puerulis. Sed cur non pariter nasi, palati'q; excrementa? nempe inqt Galenus, qa natura ꝑ nasum, & palatum excrementa Cerebri transferri uoluit. Per aures uero intermanare retri menta, præter naturā est. Verum infantile Cerebrum etiam ꝑ hos meatus ꝓpurgat'. nam re cens natis nimio plus humet Corpus, Cerebrū aūt eo amplius. propterea pueris ꝑ emissacu la omnia humoris nimietas extrudit'. Quod uero oscitantes, aut uehementius spirantes mi nus audiāt, ratio est, quoniam Sensorii auditus extremū partem contingit spiritalem, ac ꝓ/ inde quatitur, mouetur'q; cum eadem, ubi agitet' Spiritus. Aurū in Auricula gestare, nobili tatis censebat' insigne, quod in Platone, adnotauit Apuleius. Aurem cuiuspiā q tetigit, in qt Vlpianus, digestis de Furtis, totum eum tetigisse uidet'. Id & Trebatius asseruerat pri⁹. Legimus porrò Auriculas in tantum magnitudinis gentibus excrescere qbusdam, Vt totū corpus iis contegat' Vestiū modo. Fanesios uocant, siue Satmalos, ut Pomponius. Græci, ut author Strabo est, ἐνωτοκοίτους dicunt, quoniam Strati uice, cū dormiūt, auribus utant'. Est & in aure ima dicatus Memoriæ locus, nato inde more, Vt rapturi in ius aduersariū te/ stes facerent, alias iniectio manus non erat. Sic uero faciebant, ut contingentes imā auricu/ lam dicerent, esto memor: nec licebat hoc, ni futurus testis annuisset. Ideo ita interroga/ batur, Licet attestari? Auriū sordes græci κυψελίδας uocant, unde κυψελόβυστα nuncupant', quæ sordium altitudine adobruta latitant. Latini Aurium marmorata dicunt, authore Ply nio, Iuniores etiam Cerumina. Quæ amarulenta sunt, qa non ferè aliud habent', quam Su dor, q computruerit. Putredo aūt salsos incoqt sapores, Galeno docēte secūdo de febrium discerniculis. quod uero putret, & salsum est, mox amaritudinem concipit, consumpto hu

mecto aquoſo. Argumento ſunt Retrimenta, & Vrina. Alii ſentiunt, per aures eiectari bilioſas cerebri redũdãtias, & indicio eſſe colorẽ inde luteũ. Sicuti excrementũ melãcholicũ p oculos egeriť. pituitoſum, & ſanguineũ per os. Auriũ pars infima, quam noſtri imã dicũt Auriculã, Lobus nuncupať, q̃q̃ & portio ſupior eodem cẽſeť nomine, nã ſũma omnia Lobos recte dixeris. hinc Iecoris Lobi uocanť. Ciceris itẽ, aut fabę Vas Lobum dicim⁹. At milii panniculas Plynius appellat Lobas. Quod in Lobo prominet, προλόβιον nuncupatur. Eſt intra aurem Neruus nomine ἠρέγος, Eregione cuius eſt, quem uocant ἀντιήρεγον. Ab aurib⁹, quæ dicunť græce ὦτα, ἀμφωτίδες flexũ habent. ea uero eſſe Vaſa quædam prodit Euſtathius. Sed & indidem corriuať Otus, ueluti Auritus dicať, pinnulis circa aures prominentibus. Vlulam nõnulli interpretanť, Alii Aſionem. Scitũ eſt, quod ſcribit Aelius Dionyſius, Auis hæc inqt, laudata, & ſaltans capitur, uelut Nycticorax. unde Otos item dicimus gloriæ uanitatem affectantes. i. κενοδόξους.

¶ De Naribus, & earundem muniis. Mirum de Elephãti nare. quæ dicať Promuſcis. Rhinocolura. De Coluris, & Colo, & ficis Coluris, ac Colyridib⁹, Coluriis'q̃. Quid Collyriſſare. Item Myſſare, Myxa, Myxus. Item quid Nares in architectura, & quid Aeſtuaria, et Mygme. Cap. XXVIII.

Nares porrò non'ne ratione ſcitiſſima, & peculiari, quod ea ferè ſit odoris cuiuſlibet natura, ut ſuperna petat, in ſublimi, & ipſę ſunt collocatæ? Accedit, quod Cibi, potus'q̃ magnũ in iis examẽ cũ ſit, non ab re in Oris uicinia ſunt collocatæ. Sed cur occludendi nares facultas non eſt, ſicuti pro arbitrio claudimus oculos? In iis utiq̃ peculiaris eſſe ratio uidetur, Sẽſorii teneritudo, & mollicies, minimo cuiq̃ expoſita nocumento, Quod in naribus non fit. deinde malis odoribus non oblædiť Olfactus Senſorium, Sed Cor, aut Cerebrum. Cui Læſioni facile occuriť, ſpiritu compreſſo. Narium uero, Vt Auicẽna ſcribit, munus eſt, Inſpiratio. Neq̃. n. Os eſt ſpirandi organum: ſicuti opinati qdam ſunt, niſi affectio aliqua cogat. Item Vocum diſtinctio in Homine. deinde Odoꝝ internotio. Minimum uero id emolumẽtum putant, qd̃ ea item parte per θαλάμας .i. interna foramina, Cerebri redũdantia excernanť. Nam in hominibus inculpatæ ſanitatis haud quaq̃ id uideri neceſſariũ. Et ſufficere opinanť, Quæ in palato habenť foramina, & in hoc uſu ſunt ueluti Emiſſaria. Sũmæ oſſiũ anguſtiæ ἰσθμοειδεῖς dicuntur, ubi fœdiſſimũ ulcus inoriť Ozena. infeſtat cum Carcinomate Polyp⁹. Cæterum in Elephantis mira, & peculiaris Narium ratio eſt. Quippe implet iis manus uicem. Ea nanq̃ cibum tam ſiccum, q̃ humectum arripiũt, & ori infundunt, necnon arbores complexu peruellunt. Quod Ariſtoteles tradit, & meminit libro ſecundo Philoſtratus. προβοσκίδα Græci uocant, Nos etiam Promuſcidem, ratione qua. b. tranſit quãdoq̃ in. m. unde κύβιν δλιν illi, nos Cymindim pronuntiamus. Rhinocolura, ſiue, ut Stephanus, Rhinocura, legitur in Aegypto fuiſſe Vrbs, inde ita nũcupata, quod Incolæ forẽt mutilati nares, ut Stephanus idem interpretatur. Colura nanq̃, & Coluria dicunt, quæ caudam non habent omnino, aut mutilatam, præciſam'q̃. Bouem κόλον intelligit Euſtathius, mutilatum Cornibus. κόλον μάχιν appellant Eruditi. θ. rhapſodiam. ideſt κολοβὴν, qa res conciſæ nimis, ac mutilatæ prorſum eo comprehendanť libro ab Homero. Sunt apud Athenęũ fici, quas Coluros uocant. Leuitici ſeptimo Colyrides Leguntť panes, quos deminutos, prætenuesq̃ ĩterpretanť. Sed & qui puerulis minutus offertur panis, Collyra diciť recte, q̃q̃ & Colluria pro Lalangiis, ſeu Laganis poſita inuenio, unde id genus in ſartagine coquere κολλυρίζειν dicunt. i. Collyriſſare. Coluræam uero petram apud Callimachum cauam interpretantur, uel globoſam, aut flexilem. Trãsfertur id uocabulum & ad panes, nec non ad Medicorum pharmaca. Author Boetius eſt Arithmetices ſecũdo, Coluron dici imperfectum. Vnde appellatos in Sphæræ ratione Circulos uolunt Coluros, qui duo ſint, ob imperfectam, ut Macrobius inquit, conuerſionem, neq̃ enim unquam apparent integri, Pars quippe in antarcticum uergens, aut non eſt, aut ſi eſt, nĩs ſe non ingerit obtutib⁹. Illud poſtmodũ nec ignorandum, μύζειν apud Græcos. i. Myſſare, non aliud ferè ſignare, q̃ Labiis occluſis, ſonum naribus elicere, unde & μυκτῆρα naſum dicunt. Sonum autem μυγμὸν, irriſioni plerunq̃ dicatum

dicatum, unde qui citra reprehenſionis morſum agit, ἀμύγμων dicitur. Sed & Homero ἀμύμων. Muris ſtridorem μύγμον uocant. Myxa uero eſt, qui e naribus profluit humor, nam Myxus aliud omnino eſt: quod iactata diu Hepode ĩdicat facile, Bibit Gallus, nec uri nã fundit, fũdit Myxus, nec tñ bibit. Sed & Dianæ Sacerdos traditur Myxo, Vrbanus qdẽ ſatis, uerũ & iactator. unde natum, ut id genus homines Myxos dicamus plerunq;. Addamus illud quoq;, Nares item dici fornaculæ ſpiramẽtum, quo protruditur fuligo. Vitruui⁹, Ante id ſit fornacula habẽs in Laconicũ nares. eius præfurniũ magna diligẽtia cõprimat, ne flãma extra diſſipet. nã ignis poteſtas, dum urit Reſina, emittit p nares intra Laconicũ fuliginẽ. Narium fere uſum habẽt in puteorum ratione, quæ uocant Aeſtuaria, dextra & ſiniſtra defoſſa, ut per ea diſſipetur ſpiritus fodientibus Puteos, deprimentibus q; peſtilens.

¶ Labiorum, & Linguæ munus duplex. Item de Ore. Cap. XXIX.

q Vid uero Labia, non ne & ipſa in homine præſignem ab cæteris ratiõem habent? In Brutis qppe dentium modo hæc tegumẽta ſunt, & uelut procæſtria quædam. At nobis etiã in loquendi neceſſitate mirabile ſuggerunt adiumentum, Inde q; mollia, carnoſa q; ab rerum natura efficta ſunt. Vt enim humana lingua duplici fungit munere, conceptus animi enuntiando, & ſaporum uim præſentiendo, propterea q; ab cæteris diſparat, nec ſimilis eſt, Ita nec in labiis ſimplex functio eſt, ſed Dentes quidem cũ decore contegunt plurimo, tum locutionem magis præſtant articulatam. Ea nanq; conflatur ex literis, quaꝝ enũtiatio plurimum obturbata, detrũcata, nec intelligibilis præſtaret, ni ad hanc rationem Labra, linguam q; conformaſſet Artificis infinita prouidentia. In Labio ſuperiori, quæ ĩeſt cauitas, dr φίλτρον, Eadem in inferiori ὑπτῶσις uocatur, uel Nympha. Labiorum prominens pars, πρόχειλον. Eorundem mutuus congreſſus τρισόμιον, uel τρισομία. deſinentia uero maxillas reſpectãs τῆ χαλινῆ ſortitur nomen. Sunt porro labra, ut ſcienter colligit Auicenna, hoſtii uice adiuncta ori. Quod Brutis comparatum credit, ad explendam Victus neceſſitatem. In homine promptuarium eſt rectæ rationis, Vt quæ prudentia corde conceperit, Ea ſenſa promat Oratio. Vnde elegãter Apuleius Os eſſe dicit, Animi Veſtibulum, Orationis Ianuam, Cogitationum uero Comitium. Hominem Græci ab oris exiguitate μικρόστομον dixere. Hac parte quæ carent, dicuntur Inora, Sicut Inaurita, Quæ auribus.

¶ Linguæ, & Orationis laus præcipua. Saporum ſenſus ubi percipiatur. Saliuæ fontes. De Guſtu. De Pſittaco mirum. Meropes qui, & unde dicant. Tryſſare quid. Trygon cur. Caput. XXX.

c Æterum leuia poſſunt iſta cenſeri, ſi conſyderet quis humanæ linguę incomparabile donum, in quo bonitas infinita inæſtimabili munificentia nos, ut legitimos filios, eſt amplexata. Quid. n. in tot, tãtis q; Corporis dotibus æqua penſandum libra eſt? huius ſiqdem facultate poſt mentem, quæ nos ex æquo fere cum cęlitibus conſtituit, conſtat præcipue illa, ut dictũ ab Sophocle eſt, Regĩna rerum eloquentia, qua ſicuti M. Tullius inquit, Cohortamur, pſuademus, perterritos a timore abducimus, geſtiẽtes comprimimus, Cupiditates, iras reſtinguim⁹. Hæc nos iuris, legum, Vrbiũ ſocietate deuĩxit. hæc nos a Vita immani, & fera ſegregauit. Sed illud quantam demũ in humanis rebus habet excellentiam? Vſu linguæ poſſe hominẽ, quæ minus intelligentia conſequat, ab altero tota facilitate percipere, quæ q; noris ipſe magna tua gloria aliis impertiri. Eximiũ eſt, quod inde profluit, emolumentũ, parturiente ſemper animo, quæ uel obſeruaris intentiſſime, uel ſummo excogitaris ingenio. Neſcire malumus magna pars, q̃ in id tantis laboribus, & curis profeciſſe, Vt abdita, illatebrata q;, uelut in Sãctariis, aut ſepulchro uerius tam pretioſæ ſupellectilis munera ſupprimamus. Quid illa in Calamitatibus, tanquam oneris præmoleſti alleuatio, cum amicis cõmunicatio? Quid ſecundis rebus incredibilis, & geſtiens ille ardor animi eiſdẽ impertiendi boni? Deniq; Vt rei pretiũ intelligamus, quænã, aut quanta commolita natura eſt, ut decenter Orationis euaderemus compotes? Omniũ primũ artifex illa in pulmonibus Spirandi officina nobilitatis huius præſtat exordia. mox illa Spiritalis fiſtula, quam etiam Arteriam dicimus, ad os ꝓducta intimũ

uelut canali, a mente profectam Vocem ita ſubuehit, ac excipienti linguæ ita affundit, Vt artifici motu nunc illa in palatum ſurrecta, nunc alliſa dentibus, alioqui barbaricum, inſuauem q; ſonum ſic moderatur, effingit q;, Vt auribus contingat iucundiſſimus, & uehementia quando q; detonans altius, immo uero clarius fulgurans tam potenter mouet, docet argute, & ad delitias uſq; ita delectat, afficit q;, Vt quod de Olympio dictum Pericle eſt, non Græciam modo, ut ille, Sed uniuerſa fere ualeat permiſcere. Quid Vbi in modulatũ, cæleſtem q; exit Cantum, nunc ſpiritu productiorem, nunc inflexo uarium, nunc diſtinctum cõciſo, copulatũ intorto, Et, quod nequeas admiratiõe conſequi, Eſt ubi promittit, reuocat, infuſcat, plenius edit aliqd, grauius, acutius, uibratius, Sũmum, medium, imũ. Propterea ingenioſe, ac plauſibiliter mihi feciſſe uident, qui Linguã Plectri ſimilem prodidere, Chordarũ uero Dentes, Nares Cornibus, quis Canenti accinit. Nam & in Hexamero Ambroſius ait, Plectrum loquẽtis Lingua eſt. Hæc uero omnia diuinæ maieſtatis recinũt amplitudinem, & Sapientiam tuba clarius inſonant, ac ingerunt ingratis, & periniquis tantorum munerũ æſtimatoribus. Hæc Quin, ut poſſet munificentius lingua præſtare, Eius Carnem ſtruxit Opifex Deus raram, fungoſam, & mollem, ut dicere maluit Auicenna. Sed in Corpuſculo tam paruo non deſinit idem cũ Auerroe neruorũ admirari multitudinem, tam admotum, quam ad Senſum ſpectantiũ. nec non Venarũ, Arteriarum q;, Quando omnium horum magnitudo numeroſa linguæ menſum longe uidet excedere. Hæc uero ita ſcimus ab Opt. Max. Deo conſtituta, Quia membri eius multiplex erat uſus futurus. Nam ad ea, quæ diximus, habere item munus aliud partem hanc Lactantius putat, quod contritos, & cõmolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos ui ſua deprimit, ac tranſmittit ad Ventrem. Vnde & Varro a ligando cibo putat linguæ nomen impoſitum. Bruta uero etiamnũ lambendo potu adiuuat. Falli putat Lactantius idem, Siqs Saporis ſenſum ineſſe palato arbitratur, Quoniam Lingua ſit, qua ſentiant Sapores, nec tamẽ tota. Nam partes eius, quæ ſunt ab utroq; latere teneriores ſaporem ſubtiliſſimis ſenſibus trahere. Plynius tamen Intellectus inquit, Saporum eſt cæteris in prima lingua. homini, & in palato, Sed & in guſtatu linguæ uice nouimus eſſe aquatilibus palatum. Scitu uero dignum, ad hunc uſum oportere Linguam eſſe qdem potẽtia humectam, Actu autem minime. indicio eſſe, quod quibus nimio plus areſcat lingua, uel humeat, haud ita ſapores ualeant percipere. Et humectatio qui dem inſita interpellat manifeſto, quia ipſa primo linguæ tactum præſtat, quo occupãte, nequit extima aduertere. Argumento eſt, quod qui acrius qppiam guſtu apprehenderit, mox non ualet aliud ſentire. Scribunt Eruditiores, in Linguæ radice duo ineſſe Orificia, quæ Saliuæ dicantur fontes. eorũ munus eſt, humorem ſeruare, ueluti penu quodam intimo, quo ſubinde irroret lingua, & os humeſcat uniuerſum. Eſſe autem tanquã aquoſam pituitam, tum in ſtomacho conceptam ex tenuiſſima quaq; Chyli parte, & mox ceu in caſtella, corruatam, tum ab Cerebro defluam per eius oſſis meatus: quod Colatoriũ uocãt Medicorum Scholæ, indicio inde concepto, Saliuoſum eſſe illis os, qbus rheumate abũdet Cerebrum. quibus ue humeat Stomachus, quod genus Bibuli ſunt, qui q; nimio plus ueſcũtur pomis, aut ꝓſimilib⁹. Illud uero ad præſens inſtitutum eximie accõmodatum minus prætereundũ eſt. Neruũ, quo tangendi ſenſus ad linguam deuehit, non eſſe ab eo diuerſum, qui Guſtus uectabulum eſt, Galeno tradente, quarto de morbis interioribus. Sed cur ſolertior eſt guſtã di Vis in Lingua, quã tãgendi? Ratio uero eſt, qa guſtus exactior eſt ad pueſtigandum, Tactus uero cæteris ſenſibus hebetior, ac materialior, ut interim trito in philoſophorum Scholis uerbo utar. Sicuti Viſus ſubtililate ſenſus excedit omnes, poſtea uero Audit⁹. Deniq; placet Auicẽnæ, ad Loquendũ uideri ꝑſtantiſſimã eſſe linguã, quæ ſuos, tum lõgitudinis, tum latitudinis cõmenſus hẽat, quæ q; in apice tenuis, & acutior, in radice latior. Cæteq; nec ſilebo parte hac miraculum inſigne noſtris uiſum temporibus. Pſittac⁹ hic fuit Aſcanii Cardinalis Romæ, aureis centũ cõparatus numis, q articulatiſſime ꝓtinuatis ꝓpetuo uerbis Chriſtianæ ueritatis Symbolũ integre pronũtiabat, perinde ac Vir peritus enũtiaret. Quod qa præclarum eſt, ac dictu rariſſimum, non fuit conſilium, tranſilire per incuriam. Author denicq; Euſtathius eſt, Meropas in Carmine Homerico dici homines, quod eorũ, naturæ Vi, diſtinguat Vox in dictiones, ſyllabas, Elementa, quæ res animantiũ nulli contingit. Quorum ſoni neq; dici ὄνυχες debent, neq; αὐλοί. At diuinorũ periti Meropas dici arbitrant

ab Vocis

ab Vocis diuiſione, quæ poſt Chalanes turrim facta narret. Conſtat tamen, & auium quaſdam Meropas nuncupari. Sed et Coi Meropes dicuntur, gentili nomine, quando Inſula itē Cos Meropeis appellatur. Inuenies & proprium nomen Meropa. Cæterū nec illud inuoluendum ſilentio, τρύζειν, hoc eſt Tryſſare, ab Græcis dici de inani, obſtrepera'q; uerborum multitudine, unde corriuetur etiam Trygon, ideſt Turtur, quem & ſcōmate ſcitiſſimo uſurpat Paroemia, ſicuti author probat Euſtathius. Tritum uero eſt, quod Græci dicunt, oportere, γλῶσσαν μὲν εἶναι ἀργὴν, χεῖρα δὲ ἐργάτιν, ideſt eſſe ociosam quidem Linguam manum uero operariam.

¶ Dentes cur attributi Animantibus. Dentibus an inſit Sentiendi uis, atq; item oſſibus. Dentium diſtributio, & Vocabula. Quid Gelaſinus. Gingiuarum nomina. De Pyrrho, & Hercule. Cap. XXXI.

d Entium naturam, quibuſcunq; ii contigere, ideo cōmuni quadā ratione contributam tradunt Naturales, ut cibum mollientes conficiant, quam eſſe ex digeſtionibus primam, ſtatuunt artis medicæ periti. Sunt tamē, quibus tum ad inuadendum, tum ad propulſandum, uim ſuggerant. Homini uero ad cibi neceſſitatem adnexi aptiſſime uident, ſiue ad perpēſionem reuoces, primores, quorū eſt digerere mandenda, & diſſecare. unde & Temnici nuncupati, qui lati utiq; ſunt, ſed exacuminati quoq;, ut implere munus ſuum poſſint facilius. Siue item eos, q cibum cōficiētes latitudinem nacti ſunt planam ad hūc uſū. Nam iis interlocatos nouimus, q uocant Canini, partim acuti, partim item lati. Quinīmo & locutionis potiſſimū ratiōe Dentes plane ſortiti ſumus ipſi, quādo, ut uel pauloante ſignificauimus, ad literarū expreſſiorem enūtiationem dentes conferre plurimū pernoſcunt, præcipue primi. Erumpunt uero ſtatutis temporū curriculis, ſicuti etiam prodeunt pili, progerminat barba, Generationis ſemen defluit, Quoniam fœcūdum Corpus eſt, ac ueluti prægnans, ut Plato inqt, Illi qppe ſuorum omnium ſpermata ſunt inſerta. Dentibus uero ineſſe ſentiendi uim abunde Galenus docuit, qa ſint illorum radicibus adiūcti nerui, qbus ſenſus facultas comparat. Et uidet Auicenna putaſſe, Vi quoq; propriæ Subſtantiæ ſentire, quoniam tertii ſeptima Dentes interdum dolere ſignificat ex cauſa intrinſeca. Non eſſe uero dolorem, cuius non ſit ſenſus. Alii putāt eum eſſe gingiuarū dolorem, neruorum'q;. Vtcunq; Calidi, ac frigidi ſenſus adeſſe dētibus creditur potius, q̄ ſenſibilium reliquorum, cuiuſmodi eſt humidum, ſiccum, durum, molle, aſperum, lene. hoc uero efficit Dentium nimia durities. nam pati nequeunt, ni agens fuerit præpotens. Caliditas uero, & frigiditas agunt cæteris potentius. Et frigoris quidem rōnem affert Ariſt. quod Dentium meatus prætenues ſint, & caloris exigui, qui ab frigore ſupatus dolorem inducat. Ex phyſicis item ſunt, q reliqua item Oſſa nec eſſe Senſus expertia tradāt, etiamſi neruus aſſideat nullus, nam Spiritus ſenſificos, q poros penetrent, uim ſentiēdi ſuggerere poſſe. Sed nec hi conſtanter propoſitū tuentur, propterea iſtiuſmodi difficultatū ſtudioſis relinquat diſceptatio hæc, Quam tñ abūde excuſſit Differētia XLIII. Conciliator. ἀμφόδοντα dicuntur utrinq; dentata. Ineſſe præſagia Dentibus credit Ariſt. Nam qbus rariores fuerint, haud ita diu uiuere, opinat. Quoniā quæ dētium ordine ſint prædita numeroſiore, eſſe item Vitæ productioris uideant, Virorum exemplo, qbus plures ſint, q̄ Fœminis, quod ipſum & in Cæteris conuiſit. Dentium numerus in homine ad duos increſcit, & XXX. Authorib⁹ Galeno, & Auicēna. Nec tacuit primo Colliget Auerrois. Fœminis raro plures adnaſcunt, q̄ duodetriginta. In Græcis authoribus hanc fere Dentium comperio diſtributionem, Quatuor anteriores, qui in meditullio conſtituti habentur, dici Tomeos, & Dichaſteras, aut Ctenas, atq; item Gelaſinos. Vocabulo primo ab inſectione ducto, alio ab diuiſione, tertio, quod concidant. Nam Gelaſinos uocant, quia inter ridendum retegant. q̄q̄ & eodem nomine corrugatio nūcupetur ridendo circa os expreſſa, propter illud Martialis, Nec grata eſt facies, cui Gelaſinus abeſt. Sed & Democritus de riſus petulantia Gelaſini cognomento eſt inſignis. Inſequunt hos duo κυνόδοντες appellati, ſiue Canini, quoniam in acutum producti Caninos præferant dentes. Adiacent, q dicunt Gomphii, ſeu Molares, Quibus adnumerant, quos Mylos nuncupant. poſt quos poſtremi Sophrōiſteres, ſic enim

eos Cleanthes uocabat. Auicenna Dentes Senſus, uel Intellectus, quos adnaſci arbitratur poſt genituræ profuſionem ante Conſiſtentiam, quæ anno contingat triceſimo. Hos alii κρανιῆρας etiam uocant, Vt Ariſtoteles. Genuinos appellãt Latini, quos Varro poſt annos fere ſeptenos enaſci tradidit. Hæmodiam eſſe Galenus ſcribit, Dentium ſtuporem, Qui etiam Gingiuas infeſtet. Molarium autem partem, quæ affidet gingiuæ, Momiſcum dicunt. ſuperiorem uero, qua conficiuntur cibi, Trapezam. i. mẽſam. Cauitates autem Holmiſcos, ueluti mortariola. Vtrunq; ſimul Phatnas. i. præſepia. Gingiuas extimas uocant Vla, Intimas uero Enula. Spatium interlocatum Dentibus Harmũ dicere mos eſt. Ordo uero ipſe Dentium, ac ſeries dicit' Phragmus, tanq̃ Sepem appelles. Pyrrho Epirotæ tradunt Vnum fuiſſe Os dentium uice, Lineis modo in ſuperficie ſuppictum, diſtinctum'q;. Herculem fuiſſe triplici Dentium ſerie, Ionis Chii proditum monumentis eſt. Sunt in Iumentis, Qui uocentur Pullini Dentes. Eos Græcis Gnomonas ab diiudicanda ætate nũcupari aduerto. de quis alibi plura.

¶ Proſopon. i. facies quid. Colli ratio. De Sphondylis. Ancteres quid. Item Anthereõ. Corrę, Corſæ. Corſoteriũ. Corſote⁹. Dire. Dyſſauchẽ. De oſſib⁹ humero⁹. De Iugulis. Gylius, & Gyliauchen quid. Iſthmus, unde Pariſthmia. Orthoſtade. Orthoſtadia ueſtimẽta. Strangulationum ratio. Cynanche. Angina. Symanche. Metaphrenum. Cap. XXXII.

Proſopon. i. faciem appellant Græci, quod inter caput, & Collũ hominis eſt, ab re nomine impoſito. Nam quia unus animantium cunctarum erectus homo eſt, ſolus anteuerſus proſpectat, Vocem'q; anteuerſus mittit. Mentum, in quo efflореſcit barba, Anthereon dicitur Homero, ὡσεὶ ὅτ' ἀνθεῖ τὸ γένειον. dicitur quandoq; & in muliere, ſed per Catachreſin. qa uero ab Græcis maxillas dici Corras nouimus, & Tempora etiam Corſas, inde Corſoterium in Athenæo pro tõſtrina inflecti arbitror. apud eundem Corſoteus eſſe Tonſor uidetur. In Ionicis Aedium ſacrarum foribus nominant' item Corſæ. Vitruuius, Corſæ inquit, cum Aſtragalis circumcurrant. Sedet Corſen cognominatum accepimus eum, qui barbam ſibi abraſit primus. quod Alexandri tempeſtate factum, author Chryſippus eſt. Strongyloproſopa dicuntur, quibus rotundior eſt facies, Quam eſſe Speculum mentis, dixit Hieronymus, quãdo & taciti Oculi mentis fatentur arcana. Subeſt Capiti Collum, quod nec ipſum artificis expers prouidentiæ eſt. Id diſtribuit' primum in Ceruicem, & Iugulum. Vltima Colli Vertebra, qa onus ſuſtineat, nuncupat' Atlas, ut Videri debeat, Caput Spinam excipere. Quæ ἱερὰ σύριγξ dicta Græcis, Sacra ab noſtris fiſtula, uertebris cõſtat quatuor & XX. Eas Vertebras, ſcu nodos Sphõdylos Græci dicunt, & Ariſtoteles. nã Spina ipſa uocatur etiam Rhachis. Quidã uero Sphondylos, ut Pomp. Feſtus ſcribit, Cubos appellarunt'. Sphõdylum piſcem intelligit cum Macrobio Seneca. Eum dici uulgo Schinalum, interpretant' aliq. Ariſtoteles Sphondylen uocat beſtiolam, quã Verticillum reddidit Theodorus. Collum ſeptem incumbere Sphondylis uolunt, quos Homerus Aſtragalos uocarit, ac Sphondyliona, eam, quæ ineſt, medullam. Quod uero circum eos fiat Cõuerſio colli, & Stropheos nũcupant. ſicuti apud Pherecratem dicuntur Strophinges. Aggregatio autem omniũ dicit' Gyes. Primum uero, q cum Collo circumagit', uocant Epiſtropheum ex Græcis pleriq;, Hippocrates etiã Dentem. i. ὀδόντα. Alterum uero, quia ſit immobilis, Axem, in quo Catochi ſunt. i. proiectiones duæ. quarũ altera cum præcedenti coit Sphondylo, cum ſequenti reliqua. poſtremus, Vt prætexui, appellatur Atlas, ueluti Achthophorus. i. onerum geſtator. At Plynius ordine mutato, primũ Atlantion ſtatuit, poſtremũ uero Epiſtropheũ. Ancteras nũcupãt Colli portiones, qbus maxime præfocationis occaſio ineſt. Sed in medicina Celſus eo nomine fibulas uocat, quæ uulnerum oras impoſitæ paululum cõtrahant, quo minus lata poſt Cicatrix ſit. Harum uero partium affectiones tres obſeruauimus, ὕβωσιν, & κύρτωσιν, nec non λόρδωσιν. Ex quibus Hyuoſis poſteriora Capitis infeſtat ante Spinam. Cyrtoſis uero media Spinæ. Lordoſis autem anterioris partis affectio eſt. Lordoſin Galenus interpretatur Vertebrarum Luxationem. Quã excauationẽ intelligimus. Hyuon ſunt, Qui eũ interpretent', Cui ſit obtortum collum. A' Ceruice duo lata oſſa utrinq; ad Scapulas tendunt, Noſtri Scoptula operta, Omoplatas Græci nũcupant. nonnulli etiam Epinotios, & Platas. Iugulum

in ſummo coſtarũ Os recuruũ, nec dur ſſimis adnumerandum oſſibus, quod brachii motũ Paulũ cum lato oſſe mouet. Iugulos uocant Clidas, & Clidia, quorum pars Omoplatas reſpectans uocat Epomis, Ceruicem eo nomine Theodorus intelligit, quæ autem Collum, Paraſphagis. At Cauũ id, quo diſparant Iuguli, Sphage, a quibuſdam etiam Thymos. Hinc humerus excipit extremis utrinq; Capitib⁹ tumidus, mollis, ſine medulla, Chartilaginoſus. Medius teres, durus, medulloſus, leniter gibbus. Collum uero Gutturis, & Gulæ cauſa ab opt.max. Deo attributũ. Guttur ſpiritus cauſa eſt, hoc ſiqdem halitum animantia trahunt, reddũt q;. Proinde quæ pulmone carent, neq; item Collum habẽt. Hinc Gutturoſus dicit Iureconſultis. Gula uero eſt, qua cibus, & potus deuoratur. οἰσοφάγον uocant Græci, ab longitudine, anguſtia q; cognominatũ. Quæ colli expertia ſunt, gulam manifeſtam non habent, Sed nec habere, neceſſariũ. Et inſtrumentũ Spirationi accõmodatum longitudinem habere oportuit. Propterea Galenus octauo de Iuuamentis, ob pulmonẽ eſſe præcipue Collum ſcribit. γυλιαύχενας Græci uocant prætenues homines, & Colli oblongioris. nam eſt Gylius militare uas contextũ, in quo Caſeus ſeruaret cum oliuis, & Cæpis. unde & militaris Opſothece nũcupata. Herculem quoq; dictum fuiſſe Gyliũ tradũt. Iſthmũ Galen⁹ apud Hippocratem interpretat partem illam, quæ Os, et Gulam interiacet, per metaphoram. Et inde Pariſthmia dici Tonſillas arbitror, quæ contingũt in locis iis, quæ μῦλα item uocant. Eſt & affectio, quam Orthoſtaden uocant, qa ſurrecti ſtemus, neruis poſterioribus contractis. Nam & Veſtimenta quædam Orthoſtadia uocabant. Sicuti, quæ traherent, ουρτά. Si qd inqt Albertus, in Arteriæ deerrauerit tramitem, nec excuti ualeat, mors conſeqtur, aut Aegritudo Chronica. quoniam modo Stomachi peruius Pulmo non eſt. Ideo quod fuerit delapſum, aut paulatim conſumat, neceſſe eſt, aut computreſcat. Porro, qa huc diuertim⁹, Sciẽdum, Præfocationem omnem ex anguſtia contingere. Anguſtiam uero aut repleta intermedia regione fieri, quæ inter Thoracem eſt, atq; pulmonẽ, aut pulmonis cauernis, uel aliqua inflãmatione, quæ in uiſcere affligat uniuerſo, uel in aſpera Arteria, uel in ea parte, quæ eſt, uelut caput eius: quam nominant Guttur, quæ inflãmatio fieri item in præiacente ſpatio poteſt, quod fauces appellant, & laxius eſt. Cũ ergo fauces ſine tumore apparuerint, & Strangulatio ſuperuenerit, Gutturis tantum eſt affectio huiuſmodi. Aſperæ quidem arteriæ inflammatio difficultatem ſpirandi aliquam efficere poteſt. Strangulationẽ non poteſt, ob meatus magnitudinẽ in ipſa latioris, & tunicæ tenuitatem. Impoſſibile ſiqdem eſt, Corporis adeo tenuis inflãmationem perinſignem canaliculæ laxitatem replere. reliquũ igitur eſt Guttur, quod ſubitam facere Strangulationem poteſt, quoniam in ipo anguſtat pulmonis meatus. Nominant autem Medicorũ pleriq; affectionem id genus Cynanchen, qb⁹ placet faucium inflammationem Synanchen appellare. Vlpianus digeſtis de Aedilitio edicto Antianchen interpretat inueteratos faucium tumores, quiq; diſcuti non ualeant, uelut dicat Antianche obluctans, obſiſtensq; præfocatio, ni malis Palæanchen Legere. Porro alii Paraſynanchen, itemq; Paracynanchen appellitant. Paraſynanchen inquam, ubi partib⁹, quæ ſuperiacent faucibus, inflammatio affligit. Paracynanchen autem, ubi extra guttur infeſtet. Anginæ uero nomine in Præſagiorum Libro uidetur Hippocrates appellare Affectiones quaſlibet, in faucibus ſeſe oſtentantes, Quas & ſpirandi conſequitur difficultas. Cæterum Anginæ ſpecies quatuor comperiſſe uideor. Prima uero eſt, ubi Fauces inflammantur, Fauces intelligo locũ Oris internũ, In quo ſimul coeunt Gulæ, ac Gutturis extremæ partes. Altera, cũ neq; fauces, nec Oris portio ulla, aut qd extimum cernitur inflammatum, Suffocationis tamen in Gutture ſeſe periculũ promit. Tertia, ubi extrinſecus in Fauciũ ambitu oſtentat inflammatio. Vltimo ſtatuit loco Angina, Gutturis tum extima, tum Intima pariter afficiens. Eſt & Affectio, quam dicunt ἄπνοιαν, ideſt Apnœam, nulla, ut Viſus iudicat, ſpiratione facta. Quod tñ fieri neqt, Aut ea, quæ per uniuerſum fit Corpus, Tranſpiratio ſufficere tunc poteſt. Hanc uero per arterias efficit Cor ipſum. Collũ anterius Græci, item ἄδρην uocant, inde & ſimilitudine quadam in auguſtum deſinens prominentia, ſupercilium'ue dicitur item Dire. propterea in Homero Polydirada Olympũ interpretantur, multas habentem exochas, ideſt eminentes partes. Quare Dirades ſunt inæqualia loca, & aſpera. Scribit Aelius Dionyſius, Byſſauchena, ideſt βυσσάυχενα dici, cui ad collũ ſint humeri cõtractiores. Apud Pauſaniam eo appellat uocabulo, q collum comprimit, ſurſumq;

protrudit humeros. Metaphrenum dicunt partem ab Collo ad cinctum protenſam. aut uerius, quod a' Tergo Præcordiis obiectum eſt. In Auium quibuſdam Ingluuies eſt, Cutis in amplum ſinuata, qua primum cibus continet' ingeſtus, incoctus'q. πρόλοβον dicunt Græci. Plynius Sinum, & in Onocrotalis uterũ. Pappam magnus Albertus. Proboliũ uero Venatorũ eſt telũ, Apris accommodum præcipue. Proboli aũt in mari ſunt petrę.

¶ Manuum laus præcipua. Scribendi bonum. Brachii partes, & Vocabula. Manuũ, Digytorum partes, ac partium nomina. Cap. XXXIII.

Quis uero eloquentia, uel ingenii claritate Maieſtatem, quæ ex manibus adeſt homini, digne ualeat exequi? q̃ aptæ hę? quam'q; ad omnem motum nullo labore faciles? mira eſt artiũ numeroſitas, quam membri huius adiumento condiſcimus, & exercemus. Taceo hic pingendi, fingendi, Scalpendi nobile artificium. Quid illa muſicoꝝ cuiuſcũq; modi organorum contrectatio ſcientiſſima, & maxime diuina? Quid illa ſuſtructionũ ſublimitas, q̃ elegans, q̃ ſcita? Quid Vrbium ſtructura in omnibus, uel præſtantiſſima? Quid multiplex agrorũ cultus, quo tot, tantis'q; ad Vitã neceſſariis inſtruimur? Quid illa indumentoꝝ uarietas? Quid ornatus excellentia? Iis penetramus in uiſcera terræ, Metallorũ inde uim longe pretioſam eruentes. Immo uero & rerum natura agit' in planum, ſolo tantũmnum æquatis montibus. Admittuntur maria, repelluntur, certis quoq; limitibus, ueluti extra præſcriptum proferre pedem uetant', obiectis molibus. Penetramus aquaꝝ ima, naturæ ſupellectilem undiq; nobis uendicãtes, tot'q; modis rerum facies mutat'. Camporum dominamur laxitati. Supercilia montiũ, & Verrucas, quantumuis ſenticoſas nobis obnoxias reddimus, Beſtias itẽ oẽs, terreſtres, aquaticas, aereas. Quicqd fere' Mundi Vaſtitas complectit', manuũ ſolertia noſtri fit Iuris. Quid illa Scribendi maieſtas, quæ tantarũ rerũ ſcientiam nobis comparat, Vetuſtatem propagat, nil ſinit interire, & quod omnia conterit, tempus noſtris cogitur manibus ſuccumbere? qd hoc magnificentius? quid æque mirandum? id eſſe homini datũ, in quod ne mortis quidem auida rapacitas ius ullum habeat? Quid tot, tantarum'q; Legum contexta uolumina, quàm demum Ciuilioris Vitæ præferunt eminentiam? Quid dictorũ, Cõuentorum'q; publicis tabulis comprehenſa fides aduerſus ingeniorum prauitatem? Auſim dicere, ſeiunctis manibus, fuiſſe non inermes modo nos futuros, Sed uel Brutis infeliciores. Quem enim uſum rationis habeat Lumen illud diuinũ omni ope deſtitutum? Hinc recte mihi feciſſe uidentur, Qui rationis, ac Sapiẽtiæ miniſtras eſſe Manus pronuntiarunt. Anaxagoras uero ille antiqor, ſicuti ab Ariſtotele traditum ſcimus, & in moralibus ab Plutarcho repetitum, Ideo ſapientiſſimũ uideri hominem dixit, qa manibus foret inſtructus. Nam, uti ego interpretor, quod cę leſte in nobis eſt, debile, mancum, nulli prorſum rei parte hac orbũ erat futurũ. Harũ multiplex emolumentum, uel tritum græcis explicat prouerbium, Τὶ δίχα χεῖρες ἂν ἐργάσαιντο. Quid enim nõ efficere ualeant man⁹? Quid uero artifex illa digytorum ſtructura, quod nã ingenium admirando nõ fatigarit? neſcias Venuſtatis inde maius ſit ſpecimen, an emolumentorum amplitudo clarior. maximus eſt in numero decor, maximus & in gradibus, ac ſerie. Digytorum cõtractio facilis eſt, protenſio nõ minus ex cõmiſſurarũ mollicie, ac cõcinnitate. Tendines uocant nõnulli, Quibus Digyti moueant', haud abſimiles his, Qui Toni ab Hippocrate nominant', Orbiculatæ nanq; ſunt, Eas ἀπονευρόσεις, ideſt a' Neruis prodeuntes nuncupant Pleriq;. Quam uero opportuna eſt in apicibus ad apprehẽdendum globata caro, forinſecus unguium obuallata firmitate, Quorum inibi augumentum inſignitius eſt, Alexandro Aphrodiſeo tradente, quoniam illis inſitum eſt in ſuperna deferri. Ad delitias, quin etiam & faſtum, argutiaſq; abiit pars hæc, Et q inſolentius faſtu tumentes qppiã ſubſeruientibus iniungerent, digytorum crepitu id ſignificabant, quod mõſtrat quandoq; Martialis. Et Hieronymus adnotauit non citra ſugillationis fœditatem aduerſus eum, qui digytuli crepitu ſilentium imperaret. Digytos etiam qbuſdam eſſe in manibus ſenos, Sedigytorum appellatio mõſtrat. de qbus item quæritur Digeſtis de Aedilitio edicto, an morboſi credi debeãt. Diodorus bibliotheces ultimo Dactylos putat Idęos ob parem digytorum numerum appellatos. At Geograph⁹ Idæos Dactylos in Ida Cretæ ferrum elaboraſſe ſcribit, & ab

bit, & ab numero ita nuncupatos, quod repetit Euſtathius quoq;. Alii etiam aliter. Manuũ porrò emolumentũ duplex. Altera eſt ſenſus, Altera uero retentionis. Proinde excogitauit opt. max. q; rerum perpenſor Deus molliſſimam palmam: quo ſenſus fieret ſolertior, exacti or q;. Cutis præterea palmæ, ut author Auicenna eſt, temperatior contigit omni alia cute, excepta tantum ea, quæ in digytorum uiſitur extremitatibus, præſertim q; Indicis. Galenus præterea primo de Complexionibus, Manum internam eſſe aſtruit complexionis ſynceri ter mediæ inter extremitates omnes, hoc eſt inter calidum, & frigidum, humidum, & ſiccũ, durum, & molle, ueluti ea ſit ſenſilium Corporum regula, & plane Senſus inſtrumentum homini, animalium ſapientiſſimo. Indeq; pars ea nudata pilis eſt, ne hirſuties tactus præ ſtantiam oblæderet. Illud uero nec admiratione caret, Viros utraq; manu utentes ſæpenu mero eſſe uiſos. Mulierem uero ambidextrã non effici, author grauiſſimus Hippocrates eſt. rettulit & ſeptimo naturalis hiſtorię Plynius. Ratio uero eſt ex naturæ debilitate. Si. n. am babus manibus ob neruoꝝ robur, ac muſculorum quidam Viri utuntur, Optima rõne nul la mulier utetur. Sed ſatis, abundeq; habeat, ſi una dextra uel modice utiť. Amazonidas q dem amburere dextram ſolitas mãmulam, tradit hiſtoria, Vt in proximam manũ plus com means alimenti ualentiã conciliaret ei, quæ etiam per naturam inualida habeatur. Circum dextrum, ut ſic nunc mihi dicere permittam, Quem græci Amphidexion uocant. Aſtero pæum dixit Homerus, manu utraq; pariter utentem. Ambilæuum uero Ariſtophanes homi nem uocat, ambifariam læuum. Ambidextrum etiam nominat Hipponax. Eſt eius rei men tio apud Herodotum quoq;. Ambidextrum fieri hominem, illa produnt ratiõe Phyſici, qď affatim ſeſe promat in ſiniſtrum latus Cordis calor, & Hepatis in dextrum, Si porrò in ima Splen amplius delabať. Quod uero Siniſtra utatur aliquis pro dextra, Cauſam præbuerint Cor item, ac Hepar. Vbi eorum Viſcera affluentior ſeſe Vis in ſiniſtrum corriuet, dextra par te tantumnon deſtituta. Id uero contingere, Vbi in ſiniſtris tam Cor, q̃ Hepar ſitum nanci ſcantur. Aut in dextra collocatum qdem Hepar, obductis panniculis craſſioribus, nequid Virtutis in dextrum refundat, præpeditur. Poteſt & perpeti conſuetudine Siniſtra effici, ut dextra. Brachium oſſibus conſtat duobus. Brachii prominens ſummitas dicitur Acromia, aut humeri Caput. Item Epomis, & Acrocolia, Apud Iuliũ Pollucem. Vbi articulus obfir matur, Entypoſis, uel humeri Acetabulũ. Extrinſecus Muſculi. Intus Parolene. Sinus ſub ſummo brachio, Axillæ. apud Græcos μασχάλαι, unde ducatur Amphimaſchalos, quo no mine manicatam intelligi ueſtem uolunt, alii uero Seruilem. Erat item Heteromaſchalos, quo uterenť Operæ. Porrò Vbi Oſſa Brachii componunť, Ancon uocať. q̃q̃, ut obiter id monſtremus, plura ſignat Ancon. Eſt. n. eo noſe deteſtata nauigantibus Nili pars. unde & per Euphemiſmum quendam dulcis appellitať Cubitus. Eſt & in foribus pars, quam Pro thyrida uocant. Erat item eo uocabulo perobſcurum Carthaginienſib⁹ domicilium, in qď compingebantur, quibus iratior factus eſſet Tyrannus. Sed ad rẽ. Extrorſus prominens Ole cranum uocatur. Vnde apud Comicos ὠλενοκρανίζειν uerbum. Os minus brachii nos Ra dium appellamus, Græci κερκίδα nuncupant, & Parapechion. Maius uero Cubitum dici mus, hoc eſt Pechyn, ut docuit Pollux, Vocatur & Propechion. finẽ eius uocant Carpum, Plynius uero Brachiale, Oſſibus compactum octo. Cui quod præiacet, appellant Procarpi on. Manum mittere in Carpum Medici dicunť, Galeno authore, ubi Arteriæ motiones ex plorant. Metacarpium uero expanſa eſt ante digytos pars. Encarpos apud Vitruuiũ inter Io nicæ Columnę ornamenta legimus. Baſi inquit, Spiram ſuppoſuerunt pro calceo. Capitu lo Volutas, Vti Capillamento concriſpatos cincinnos propendentes dextra, & ſiniſtra col locauerunt, & Cymatiis, & Encarpis pro crinibus diſpoſitis frontes ornauerunt. Menſura ab magno digyto ad minimum Spithame nũcupatur. Si Pollicem explices, & Indicem, Li chas nominatur menſus is. Ab olecrano ad extremum medium digytũ quod interualli eſt, Cubitum dicas. Si digytos contraxeris, ab Ancone ad ipſos dimenſio Pychon diciť. Si am bas manus explices a pectore in lineam rectam, Vlna. Manus uero portio interior a magno ad indicem digytum uocať Thenar, a qbuſdam etiam Ir. Sunt q Thenaris nomine ſpatiũ ab digytis intelligant ad Carpum, ab uerbo θεῖναι. apud Pindaꝝ diciť aras thenar. i. latitu do, eſt & in pedib⁹ Thenar. Extima uero manus pars Opiſthenar. Quod ab Indice ad mi nimum eſt ſpatii, Hypothenar. Quod in meditullio eſt Thenaris, hypothenaris, ac Pecto

ris, κοιλὸν manus, ideſt Cauitas appellatur. Alii Cotylen dixere. Digytorũ uero partes hæ. Quod prominet in Commiſſura, uocatur Condylus. dicitur & eodem uocabulo percuſſus eo inflictus. Et inde uerbũ κονδυλίζειν. Sũt q hoc noſe pugnũ intelligãt. Hinc digyti plerũq; Monocõdyli uocant, aut Dicõdyli. Pollex monocõdylus eſt, At reliq Dicõdyli. Pedũ uero digyti omnes Monocãpti, ideſt flexus Vnius. Qui ſubſunt Articuli, Scytalides nũcupantur, uel ſicut Ariſtophanes, Phalanges. Inſunt cuiq; digytorum tres, pollice ſequeſtrato. Cõdylo interemptum ab Hercule puerũ legimus, q manibus aquam infundebat, quem'q; Archiã Hellanicus nuncupatum ſcribit, quo facto, Calydone exceſſit is. At in ſecũdo Phoronidos Cheriam fuiſſe nomen, relatũ ſcio. A brachio deniq; id uſurpari prouerbiale poteſt, ex diſerto. Viro Philippo natum, q ad dicendũ ita ſolebat ſurgere, ut qd̃ primũ uerbũ platurus eſſet, neſciret. dicebat tamen, optime, cũ brachium cõcalefeciſſet, ſe ſolere pugnare.

¶ Pectoris ratio, & Vocabula partium. De Coſtarum numero. De Vberibus, & partiũ nominibus. De oſſe ſacro, & Sphondylorum meatu. Item Coſtarũ Vocabula. Quid Pleuritis. Arthritis. Nephritis. Cap. XXXIIII.

Pectus inter lacertos homini cõſtitutum eſt, Cæteris uero in Crurum priorum meditullio, qbus etiam carinatũ ineſt, & Volucribus eo amplius. Aquaticis autem uel maxime. At in homine laxitas admiſſa eſt, brachiis nil prſum interpellantibus. In brutis coarctatio neceſſario eſt inſecuta, inter ambulandũ protendentibus priora crura. propterea nec eodẽ loco illis mãmæ, Quas noſtri pectoris recipit carnoſa latitudo, quæ cordis foret tegumẽtũ aptius. Coſtas homini octonas Natura diſtribuit, reliqs aliquãto plures. Auicẽna, Galenus'q; ſeptenis cõponi oſſibus hominis pectus affirmãt. Sed Iuguli os coſtis adnumerat Ariſtoteles. Tenuiores, molliores'q; coſtas Græci ῥᾶχας uocant. Qua in parte cõſyderanti amplius in hoc opificio rerũ naturę maieſtatem ſuccurrit, Pectoris hanc laxam complanationẽ, & utiq; ſublimẽ, Oculis'q; occurrẽtium expoſitam, mirabilem præferre cõformatiõis dignitatẽ. Ariſtoteles primo de hiſtoriis, & Galenus in Iſagogico nomine Thoracis partem intelligunt, quæ Collo ad pudẽda protendit'. & dicit' alio modo Holmos. huius Supiorem ad Iugulos partem uocant Græci στῆθος. unde & intima dicunt Entoſtathidia. Inferiorem uero nominãt Sternon. Vnde & Sternomantis Sophocles dixit, quæ dicat' ẽt Engaſtrimythos. de qua dictione alibi plura. Pectus uero ut plurimũ portionẽ oſſibus cõſtipatam, communitam'q; accipiunt. Vulgus, & Auicẽnæ Interpres Caſſum uocant, ab Spatio, ut opinor, intus uacante, inani'q;. In eo ſingularis item pnoſcitur naturæ prouidentia, Quæ nõ integro oſſe pectus cõmunierit. ne uitio partibus illato, in totum craſſaret' mox uis mali. affuit & Laxitatis ratio, Vt expanderet' facilius ad cõmoda membrorũ anhelitus, ut ſenſit Auicẽna. Pectoris ſummi medianas portiones uocant Stathenia. Vbera autem Maſtos dicunt. ex quo & ſupcilia terrarum eodem dicuntur nomine. Titthia uero mammæ ſunt mulicbres. Quod Vberibus ſubeſt, Procardion appellat', in receſſu quodã, & Cauitate. Id molle eſt, ac corpulentũ, ita dictũ, nõ tam qa præiacet Cordi, q̃ quod ſit ante Stomachi os, qd̃ dr̃ Græcis καρδία. Eandẽ rõnem habet hypocardion, & Anticardion, qd̃ & Sphage dicit'. Vberum apex Papilla uocat', ſeu Thele. de qua ſimilitudine fontiũ Tubuli ab Varrone in re ruſtica Papillæ uocant'. Sicuti ab Caſſiodoro Vbera. nigricãs circulus Papillam ambiens uocat' φῶς. i. Lumen. Prima uero Lactis ſub eo πῆξις nominat' Cyamos. i. faba. Quæ Lac cõtinet portio, Colpos. i. Sinus, aut Aſcoma. Vbera decoris gratia uiris cõtributa, uelut neuulos Damaſcenus ſcribit. poteſt & euaporatio aliqua in iis intelligi, Laxa nãq; inibi Caro eſt. Sup Procardion eſt Os pectoris, ſeu Chartilago dicta Chondros, uel Xyphoides, a' ſimilitudine Capitis gladii, ut Galenus interpretat'. Vocãt & Malũ punicũ ex corticis imagine quadã. pminet ſup os Stomachi pugnaculi uice. Inter Coſtas uero, quæ auctiores, dicunt γνησίας. i. Legitimas. At minores uocant' Nothæ. Coſtarũ qdem Oſſa dicunt' Spathæ, Latiora uero Platæ, anguſtiora autem Copia. i. κωπία. Vbi uero deſinũt Sphondyli, Sacrum dicitur Os. a lato incipiẽs, in anguſtum deſinẽs, Vbi Coccyx eſt, q & Sphondylion, & Orropygiũ nominat'. Sub Coſtis Os Chete, item Ceneon, & Zona, quã Romani Faſciam, Coſtarũ affectio Pleuritis eſt, Sicuti

Articulo-

Articulorum Arthritis. Et Nephritis Rhenum. Ligures heptapleuri nominant in Veterū monumentis, quod ſignificat, Coſtarum ſeptem. Sphondyloꝝ meatus, qua reſidet medulla, σωλὼ uocat. i. Canalis, aut A quæ ductus. Item σύριγξ ἱερὰ. i. ſacra fiſtula.

¶ Ventris partes, & Vocabula. Cœliacus morbus. De Vmbilico, & partiū circūiectarū uocabulis. Præſagiū ex Vmbilici nodis. Cholera qd. Ilia. Ceneō. Lagon. Lapara. Qui ſint Verſus Procœlii. Sphecodes. Lagari. Myuri. Acephali. Cap. XXXV.

a Pectore Coſtis Vēter ſubiacet, nō cluſilis ob eam uidelicet cauſam, ne aut cibi tumorē, q p calorē neceſſario euenit, aut uteros plenos impediat. Imū Vētrem appellat Hippocrates partem Ventris imā, quæ Vmbilicū, ac pudenda interiacet. Ita ut in hæc tria totū Epigaſtriū. i. Locus ſupra Ventrē diuidat. in hypocōdriō. i. Ilia, & Vmbilicū, & imum Vētrem. Supiorem quoq; Vētrem dici ab eodē obſeruauimus, Sedem, quam Thorax a pulmone occupatam circūſcribit, & ambiat. Hypocondriō eſſe ſup umbilicum, Ariſt. ſcribit. κοιλίαν uocant Græci Ventrem. Vnde Cœliacus in Vētriculi porta morbus eſt, Sub quo indureſcit Vēter, dolorq; eius eſt. Et μονοκοίλια uētris unius. Vocant & Gaſtera, ex quo & Hypogaſtriū dicit pars ſub umbilico ad pubem, quam etiā ἦθρον nominant. unde & Etridia fruſta apud Comicos. & Abdomē, ac Lactes quoq;, ut Probus. Abdominis poſtremū Aquaticulus. Quod ſub Vētre eſt Stachys item appellat. i. Spica. Medii Vētris p cauū Vmbilicus dicit. Et Meſomphaliō. Ambiens uero locus Gangamon, qa ſit ibi neruoꝝ implexio Sagenæ modo, quā etiam Gangamona nūcupant. Mediana uero Vmbilici Acromphalia. Sicuti deſup Epomphalion Circū iecta Vmbilico Cutis uocat γραῦα. i. Anus, qm̄ corrugata Senectutis indicium eſt. Vmbilicus uero ad hoc naturæ puidentia factus uidet, ut p eum fœtus, dum eſt in Vtero nutriatur. qd Ariſtoteles ſcribit libro de hiſtoriis nono, & ſecūdo de aīalium generatiōe. Dignū uero ſcitu eſt, quod primo Introductorii Albumaſar ſibi pdendum putauit. Numeꝝ ſuſcipiendorū deinceps liberoꝝ ab puerpera peritas Obſtetrices facile p cipere ex nodis, ſpatiisq; Vmbilici eius, q natus ſit infans. Quot nāq; nodos obſeruarint, totidē deinceps parituram pnuntiant. Ilia imo uētre poſita ſunt, inter Coxas, & pubē, ut inqt Celſus. Græci ab inanitate uocāt Ceneona, & qd flaccida ſint, etiā Lagona. Sicut Lapará Homerus. Cholera. i. χολέρα, inqt Medicinę tertio Paulus Aeginita, Immodica eſt Ventris pturbatio, tum deiectione, tū Vomitu, ex ciboꝝ perpeti cruditate, ob ingurgitationis nimietatē, aut humoꝝ redundantē prauitatē. Illud uero impenſius obſeruandū, metaphora honeſtiſſima in Homeri Carminibus Cœliacas dici affectiōes duas, ſiue πάθη, expreſſius enūtiandū eſt. Altera magnitudine fit, & abundantia, indeq; Procœclion nuncupat Pathos, ab animalibus, quæ protuberanti ſunt uentre. Altera ex defectu. i. ellipſi coorit. proinde Sphecodes appellat, uel Sphecoides, tralatione ab Veſpis ducta. Dicitur & Lagaros ab inanitate, quam in Lagone mōſtrauimus. Cuius exemplū extat Iliados ſexto,

μηκάδος ἀγγελόωντος μένεος, ἀλκῆς τε λάθεσθαι.

Q m̄ pes quartus iambice trichronus eſt, q tetrachronus eſſe debuerat p Spōdeū, uel dactylum, Heroici metri Lege. At Procœlii exemplū eſt, ὦ ἀχιλλεῦ πηλέος υἱὲ. Quippe tertiꝰ pes tetraſyllabus eſt, ac pinde tumet, tanq uētre, ac metricā reqrit Syſtolem. Porro ſunt & Verſus, q uocant Acephali, ut q a breui ducant initia. nam Myuri in poſtremis peccant, ſubſultant q, in medio delinqt Lagarus, Procœlius ue. Q d uitioſe cludāt, dici uidentur Myuri, nam μύδν claudere eſt. Obiter illud adiecero, fuiſſe item Dialogos nomine Acephalos, ab philoſopho Aeſchine concinnatos.

¶ Pubes. Item Penis. Eius Vocabula plura. Faſcinū cur. Pudendoꝝ liberi patris cultus. Taurus, & Dactylios. Capros. Capreæ. De Nanis. Et Vepene. Cap. XXXVI.

u Bi uero inhorreſcunt pili, Pubes dicitur, Hebe a Græcis atq; Epiſiū, hoc eſt ἐπίοδον, nam Ephebæum medicorum tm̄ eſt. Hebe tn̄ plura in Græcoꝝ doctrina ſignare animaduertit. Quippe piloꝝ in pudendis Succretio prima eo cenſet uocabulo. Sed & in quo id prouenit, Locus, ac tempus quoq; ſic nuncupat. Prominens autem pudēdum Penis, uel Coles, ut Celſus, nam & Græce καυλός. A qbuſdā etiam Muto. Sūma pars uocat Corone ab græcis, a nobis etiā Glans per ſimilitudinem. tegumē balani præputiū. a quo dempto, & præſecto Iudęi Apellæ dicti.

Et uitium Phymosis, ubi glans nudari neqt, & infra Cutis incidenda præcipitᵉ usqꝫ ad frenum. Eius foramen Vrethra nuncupatᵉ. Sunt & in iis uocabula plura, sed alibi latiꝰ. Honor qdem in iis præfandus erat, quãdo apud castas aures uix ulla eoꝝ mentio fieri honeste potest. Ac in prætextata sæpe incidendum uerba est, nuptaꝙ. tamẽ quia ordo ipse reꝝ, & naturæ ꝓtemplatio sese nobis ingerebat, tam cõmentanda nobis sunt uisa, q̃ necessaria creduntᵉ suggerẽdæ proli, intra hominis ætatem alioq defecturæ. Nec tñ hæc ipsa dixeris sine ꝓuidẽtia. Quippe formas haꝝ partium tales necessario ad officiũ propositum esse debere, quales iam sunt, obscurum nõ est. Augetᵉ hoc etiam unũ membrũ, & minuitᵉ sine ulla morbi mutatione. Quorum alteꝝ utile ad Coitum, Alteꝝ etiam ad cæteros Corporis usus cõmodũ est. Nam si semꝑ simili modo se haberet, impedimento foret nõ paruo. Quod in Priapismo dilucet amplius. Id.n. est Colis accidẽs. Sicut Gonorrhœa instrumẽtoꝝ Seminis affectio est. Dicitur.n. sic Seminis assidua excretio, Cole haud quaq̃ extenso. Priapismus uero cum Coles & in Lõgitudine, & Latitudine totus augetur, nullo stimulante ad libidinẽ aut desyderio, aut acqsito calore. Cõstat porro` eiusmodi partibus, ut eoꝝ, quæ diximus, utrũꝙ possit euenire. partim siqdem neruũ habet, partim Chartilaginẽ. Itaqꝫ & ꝓtrahi potest, & extẽdi, atqꝫ etiam flatus capax est. Verũtamen ubi hac in re neruum dicimus, nõ eiusmodi intelligi debet neruus, q sic dicatᵉ proprie. Quales ex Cerebro, & Dorsi profluunt medulla. tum qa nerui illi nõ adeo insigni cauitate sunt, q̃ mẽbro huic necessariũ est, tum etiam qa nimiũ habent sensus. Nã cum extumescceret pars ea, non ꝓtingeret citra præsignẽ dolorẽ. Neqꝫ item cuiusmodi in colligationibus, qm̃ duricies nimia officeret, neqꝫ in musculis, ob mollicie, & soliditatem. Quæ siqs digne ꝑpendat, miretᵉ, necesse est, singularẽ opificis Sapientiam. Etiam si Paternianos scio hæreticos, ab Paterno quodã nũcupatos, tradidisse, inferiores Corporis partes ab Antitheo conformatas, cõpactasᵉqꝫ. Quod si Venas, Arterias, Neruos ad eam corriuatos partem ad disqsitionem amplius reuocaris, lõge magis Author fiet mirus. Arterias certe in Cole, ac lingua maiores existere, q̃ in cæteris mẽbris, docuit Medicus nobilis Galenus in libello, q est de motibus liqdis. Proinde Auicenna quoqꝫ particulam hanc componi ex mẽbris Venosis prodidit. Porro` adnotarunt Periti reꝝ, Tres esse in Cole meatus, Vrinæ, ac Spermatis, q duplex dicitur. Item meatũ, quo profluit humiditas quædam semine tenuior, aut in meditullio seminis, & aquosi sudoris, Alberto authore. Hæc uero tunc ꝓrumpit, ubi lasciuius puellã attrectarimus. Cæteꝝ hosce meatus facile uisum effugere contendunt. Immoꝙqꝫ in dissectionibus, quas uocãt Anatomas, nõ deprehendi. Ex qbus omnibus id colligi deniqꝫ potest, partem hanc Venis, arteriis, meatibus ex toto factam cauitatibꝰ ꝓuiam. Vt sequax loci natura faciliorem se erectioni præberet, Quæ citissima est: Spiritu, Vento, Vapore inanitatibus oppletis. Hæc.n. est naturæ intẽtio prior in mẽbri huius cõstitutione, sicuti Auerrois quoqꝫ testatur. Sequẽs uero, Vt sit meatus, quo supfluitas egeratur aquosa, idest potus effluant retrimẽta. Sed & illud dignum omnino relatu est, Excogitasse Naturã, ut Coles detumescens resiliret in Vẽtrem, ne ꝓrsum frigore debilitaretᵉ. Quo argumento, Rigoribus nimiis ꝓeuntes genitalia, tum uestibus, tum manibus cõfouere deprehẽduntᵉ. in ea nanqꝫ parte primus fit sensus frigoris mortificantis, Vt Verbo Medicis utar ꝓtristo. Pudẽda in maribus etiam, ut est ab Hieronymo adnotatũ, φύσιν Græci uocant, Latini uero Naturam. Sunt q mẽbrum hoc item fascinum appellent, Vt in Carmine obscœno. Et apud Oratium, Minusue languet fascinũ. Vbi Porphyrio, Fascinũ pro uirili parte posuit, quoniã fascinãdis rebus hæc mẽbri deformitas apponi solet. Sed aduertãt quæso Eruditi, an Verior ex historia elici ratio possit. Lectum siqdem apud Varronem est, In Italię cõpitis Liberi patris sacra solita celebrari tanta turpitudinis licẽtia, Vt in eius honorẽ Virilia colerentᵉ pudẽda, palàm exultãte neqtia. Nam Liberi mẽbrum ꝑ dies festos magna celebritate ploștellis ꝑ agros priꝰ, mox & in Vrbem uectabatᵉ. Lauinii integer mẽsis Libero dicabatur. qbus diebus unusqsqꝫ spurcissimis abutebatᵉ uerbis, donec ꝓ forum id transueheretᵉ mẽbrũ. Cui inspectantibus omnibus, Matrẽfamilias honestissimã, Coronã necesse erat imponere. Sic Deus is ꝓpitiabatᵉ ad Seminũ euẽtus. Sic ab agris fascinatio aueruncabatur. Vñ opinor turpi membro impositum nomen ab eo, quod præstabat. Appellabatᵉ & Verpa, ut Apud Catullum, Nihilo minore Verpa farti estis. Nã Verpos dicũt Iudæos, ex illo Satyrico, Quę situm ad fontẽ solos deducere Verpos. Sũt, q eodem nomine infamẽ intelligant digytum.

Martialis

Martialis de Mentula, Incipit in medios meiere Verpa pedes. Dicitur & Capros. Capreæ uero ſunt in natura Cameli prominentes Carnes. Orron, & Tauꝛ eam uocant portionem, Quæ teſticulos interiacet. Vnde Orrodiam ꝑ formidine interpretant', quoniam in timore Bruta eam obtegant partẽ, inſerta cruribus cauda. Hinc ὀρρὸν ὀπυγιστικὸν Melanuꝛ uocãt. Dicit' id itẽ Perinæon, & Tramis, deſinit'q; in Sedẽ, quã Dactylion dicũt. Ab Tauro apud Tragicos format' ἀταύροωβος Ataurotos pro Virgine, quaſi ſine Tauro. Theophraſtus putat, Nanos dici, qbus Virile membꝛ ſit prægrande. Vepenẽ apud Martialẽ accipimus pro parua mẽtula. Drauci Nata ſui uocat Vepenem, Collatus cui Gallus eſt Priapus. quãquam Interpres Pipinnam legit, notione eadem, quia Pipare ſit minorum Pullorum. Vnde & pipillare apud Catullum de paſſere, Ad ſolam dominam uſq; pipillabat.

¶ Teſtium ratio præſtantiſſima. Membra dominãtia quæ ſint. Muliebriũ pudendorum partes, ac uocabula. Lanuuini. Cliterini. Dupõdius. Cremaſteres. Lytæ q dicant', & Prolytæ. Chlunem Entomiã, qd uocẽt Græci. Monii Sues q. Item Mellina. Vidulus. Vidularia. Meſoſcelos. Apocopi. Cochone. Deteſtatio. Cap. XXXVII.

Vbſunt porro genitali mẽbro teſtes, de qbus ſententiam Ariſtotelis alibi hiſce cõmentat iunculis forte inſeremus. Interim Medicoꝛ ueſtigia inſecuti flores modo reꝛ inde præcerpemus. Inter illoꝛ uero placita eſt, quãtum ex Auĩ cẽna, & illius cõſequimur Interprete, nõ ſolũ in iis eſſe generatiõis adiumentum, ſed principatum, ac neceſſitatẽ ſummã, Adnumerant ſiqdem membris principalibus, ſublimibus'q;, ac dominantibus, & in Corpus totũ influẽtibus. Ea uero eſſe quatuor oĩno, deprehẽſum ab Sciẽtiſſimis eſt, Cerebꝛ, Cor, Hepar, Teſticulos. Hiſce uero tantũ dignitatis attribuit Galenus, Vt ꝓſeruatiõe ſpeciei, dixerit eſſe nobiliores mẽbris oĩbꝰ ad id ipſum deſtinatis. tum qa caliditatẽ, ac robur ſuggerũt animalibus, tum qm̃ prolem ſufficiunt. Conſpicua eſt inqt, primo de Spermate, cõmutatio, quã ſubtractis teſtibus ꝓtingere animali deprehẽdimus. Id. n. reddi frigidius, certũ eſt. Flacceſcit quoq; robur, non ſecus, ac ſeneſcentibus. Venę coarctant'. Sanguinis flos hebeſcit. minuunt' & Arteriæ. Pulſus relangueſcit. Ad hæc glabreta corpore ſunt toto. Venereoꝛ reſtinguit' appetẽtia. Quanq̃ exectũ Sacerdotẽ etiam coiſſe, ſcribat Albertꝰ, ac genitalẽ ꝑfudiſſe Vrinã. Sicut Tauꝛ Ariſt. Inde colligit idem Author Gal. eſſe teſtes bene uiuẽdi principiũ, Cor aũt uiuendi ſolum. Bene uĩ uere aũt præſtantius lõge eſt, q̃ uiuere ſolum. Id uero teſtibus præſtat'. Ergo & pars ea cenſeri præſtantior debet. Quam opt. max. Deus ꝑduxit. Vt poſſet ꝓcipi ſemen uirtute Corpulentiæ teſtium, ſicuti docuit item Auicẽna. Id. n. ad cuſtodiam generis neceſſarium. Dant qppe Spermati formã, qua ipſum eſt id, qd' eſt. ꝑ quam meret', ut ſit uehiculum Virtutũ Immutatiuæ, & Informatiuæ, deciſaꝛ a toto Corpore. Eſt præterea principatꝰ eoꝛ in redundãtia cuiuſdã uirilis Vigoris, q ab illis in mẽbra corriuat'. Hæc uero teſticuloꝛ neceſſitas in iis tantũ, quæ ꝑfecta ſunt, abſoluta intelligit'. neq;. n. omnibus adiũcti animalibus ſunt. Sed quo amplius, excellẽtius'q; in ſerõnale animal, cuius cauſa hæc nimis diu fortaſſe muſſitamus, mox in publicã abitura materiã, diuinæ bonitatis exuberantiã recognoſcat. Attẽdant quæſo haꝛ obſeruationũ ſtudioſi, Quid author nõ incelebris Auẽzoar, Quẽ ſeq qñq; pigẽtum non eſt, cum pleraq; indidem, opa minime inani, liceat expiſcari, ꝑdendum ſup re iſta cẽſuerit. Teſtes ambo inqt, inter præcipua recẽſendi membra ſunt. Magna eoꝛ Virtus, nec occulta. Etenim prætenuẽ in Eunucho uocẽ audimus. malos agnoſcimus mores. Sunt porro imberbes. ratiõis item peſſimæ. nec fere inuẽtus eſt exectus aliqs bonæ legis, aut intellectus non diminuti. Sed cur nã ea portione reſecta hebetat' Calor? An qa Seminaria ſupfluĩtas retinet'? an qa non fit tanta Spirituũ generatio, ut prius, deficiẽte iam fine, ob quẽ generabant', ꝓgregabantur'q; ad teſticulos? An etiam abſentia genitalis Spũs, effectu ad generationẽ ꝓcurrẽtis. Veꝛ recaleſcunt itẽ mẽbra ob teſtes quodã Caloris repcuſſu. Argumẽ toid eſſe aiunt, Aĩalia non execta pluribꝰ moueri motibus. Motus aũt calorem excitat, & auget. quẽ hebeſcere cogat qes. Inuenio apud Authores, eſſe pãniculũ quendã, q dicat' Didymꝰ, q'q; duplici ꝓtineat teſticulos ſinu, & mutuos eoꝛ ꝓtactus diſpeſcat. Id'q; maxima naturę ſolertia, ne, ſi (ut aſſolet) oblædat' unus, in alteꝛ quoq; trãſeat uitium. Quidam ſeminaria Va-

ſa eo noſe intelligere maluerũt. Galen⁹ in libello Iſagogico Didymos teſtes uocat. Vnde illud eſt in Græcis relatũ monumẽtis, Didymon tibicẽ in adulterio deprchẽſus ἐκ τῶν ὀνόματος ἐκρεμάσθη, ex noſe ſuſpẽſus eſt, Quod ſignat, ἐκ τῶν διδύμων. i. ex teſtib⁹. Quos Auicẽna ſimilitudine quadã ẽt Oua nũcupare ſolet. Dicunt & Colei ab Eruditis, Atq; itẽ Lanuuini, & Cliternini, ut eſt in Ciceronis epiſtola ad Pætum. Apud quẽ tũ arriſerit magis, ſi Clitorinos legas, potius, q̃ Cliterninos, dictione ab Græcis ꝓducta, apud quos Clitoriũ eſt muliebre pudẽdum, qd & Sacãdrus dicit, unde & κλιτοριάζειν turpiter membꝛ id attrectare ſignificat. Pollux ꝓ n, ſcribere mauult, Vbi ait libro. ii. Onomaſtici, Totũ in Virginali, ſiue interfœmineo Vocat κλεὶς. i. Pecten, aut Epiſion. Rima uero dicit Schiſma, qd arctum illatenus qñq; eſt, ut Mulier fieri nequeat, ſicuti cõmeminit Vulpian⁹. Quæ interiacet ſubſultans Carũcula, Nympha nuncupat, aut Myrton, ſiue Epideris, aut κλιτορίς. i. Cletoris. Eſt & κλιτώριον hoc eſt Cletorium apud illos, ſed id Verbum quãdoq; mẽſam indicat regiã, qandoq; etiam gloriam. Iam opinor reſtitutus eſt Candori ſuo M. Tullius. apud quem cuiuſmodi interpretamẽta hactenus ſint excogitata, neminem arbitror paulo humaniorẽ, & a Muſis fretu non ita magno diſiunctum, latere. De Lanuuiis autem, ſeu Lanuuinis arbitror Propertium intellexiſſe quadam ultimi libri Elegia, his Verſiculis.

Cantabant ſurdo, nudabant pectora Cæco,
Lanuuii ad portas, hei mihi, ſolus eram.

Significat Poeta ſe inter ſubblandiẽtes meretriculas iacuiſſe ita, ut Veneria obire nuſq; euluerit, q̃uis Scortilla cantillarẽt, q̃uis ad ꝓlectandam cõcubitus appetẽtiam, & libidinis pruritum papillas retegerẽt, q̃uis & ipſe inſcẽderet, ac iam mutonẽ, & Coleos genitalibus admoueret, quæ Poeta feſtiue Portas dixit, nihilo minus potuiſſe nihil, & iacuiſſe, pinde ac ſolum. Alluſum aũt puto, ad Græcũ uerbũ μίσγεσθαι, qd miſceri ſignat. i. coire, ẽt apud Paulum Aeginitã libro p̃. Vnde Virgilius, Mixta Deo mulier. Id & apud Homeꝛ uel frequẽtiſſimũ. Hoc qa nõ uiderũt Interpretes, imagine quadã oculoꝛ ꝓ interualla media paulo ꝓductiora caligantiũ, Cẽſuerũt, eam Elegiã pręcedẽti adnectẽdam, in qua de Lanuuio fit mẽtio, ꝓtra fidẽ Veteꝛ Codicũ, In qbus, qd nec inficiant Interpretes, diſparant, ſciunctim̃q; legunt. Sed hæc quidem dictaueram Adoleſcens. Nunc aliud ſequor. Sicut, Fuit quando apud Senecã Diuiſionũ ſexto, Dupõdios dici teſticulos, ſim opinatus, ueluti bilibres, ꝓpter illud Satyrici Poetę, Ergo expectatos, & iuſſos creſcere primũ Teſticulos, poſtq̃ cœpunt eſſe bilibres, Tonſoris dãno tantũ rapit Heliodorus. Nũc aĩaduerto, Dupondios ibi capturã, & quæſticulũ Diobolariũ meretricum ſignificare. Dupõdius inqt Priſcianus, a duobus põderibus, qd unum põdus, Aſſipõdium dicebat, quod As erat libræ pondus. Verba Senecę ſunt ex Cõtrouerſia de Lenone, q decem Iuuenibus denũtiarat, Vt in Lupanar accederent, Et foueam igne repletam terra ſupiecta obruit, in qua adoleſcentibus ꝓſumptis, Accuſatur Reip. læſæ. Ita ne pibunt inqt, decẽ Iuuenes ꝓpter dupundios tuos? Oĩno Dupõdius minutum qd nobis indicat, Seneca ad Luciliũ, Tunc, mihi crede, Lucilli exultabis, dupondio ſatur, & intelliges, ad ſaturitatẽ nõ opus eſſe fortuna. Hieronymus quoq; elegãter, qs te inqt, dupõdio ſupputabat? Et Cicero ꝓ Quintio, Si dupũdius tuus ageret Sex. Neui, Si in paruula re captionis aliqd uererere, non ſtatim ad Aqliũ, aut ad eoꝛ aliquẽ, q conſulunt, Cõcurriſſes? hinc arbitror factũ, Vt olim Studioſi ſciẽtiæ iuris primo anno dicerent Dupõdii, friuolo, ac ridiculo cognomine, Sicuti quarto anno dicebant Lytæ, Quinto aũt Prolytę. Sed redeo, unde in hæc diuerti. Relatu dignũ eſt, quod Arrian⁹ Iurecõ. ſcribit digeſtis de re militari, Syllã, & Cottam uno tantũ fuiſſe teſticulo inſignes, Author item Vlpian⁹ eſt digeſtis de ædilitio edicto, Sanũ uideri, q unum teſticulũ habeat, qm̃ poſſit generare. Teſticuli ſimile qdam medullis habẽt, nã ſanguinẽ non emittũt, & omni ſenſu carẽt. Dolẽt aũt inqt Celſus, in ictibus, & inflãmationibus tunicæ, qbus hi ꝓtinent. depẽdent uero ab inguinibus p ſingulos neruos, q Cremaſteres dicunt. Deteſtationẽ nouator, opifexq; Verboꝛ Apuleius uocat teſtiũ abſciſſionẽ. Sciẽdum uero in hoc genus Pragmatia, Chlunẽ dici ab Græcis ἐν τόμιον. i. exectũ, Eunuchũq; Aprũ. Id qd Aeſchyli doctrina cõprobat, atq; itẽ Aeliani in Libro de Prouidẽtia. Sed meminit Ariſt. quoq;. Fiũt uero Eunuchi attritis arbori, aut ſaxo teſticulis, infeſtante uſq; ad affectionẽ pruritu. Sũt q Chlunẽ dici Suem putẽt libere in agris paſcẽtem, uelut χλόευνον. i. in herbis, fœno'ue dormiẽtẽ. Alii magnitudine uiſenda Chlunẽ

accipiunt.

Aristophanes grammaticus in Libro de Aetatum nomenclatura, sunt ex Suibus inqt, q dicunt Monii, qbus similis forsan fuerit, quem uocant Chlunem, fœuitia, & uiribus. Apocopi ab Iulio Materno uocant execti. Cochone dicit pars infra pudenda, quæ Coxis interiacet. Vtunt municipes mei in Coitus significatiõe uerbo eiusmodi. Grẽcoꝝ cõmuni lingua uocatur μεσοσκέλος, quia sit inter crura medius locus, quæ uocant σκέλη. obiter uero, & tanq superpõdiũ adiiciat illud, Operimentũ pudendoꝝ dici qñq Mellinam, quandoq uero etiã Vidulũ. Vnde & Vetus Plauti fabula Vidularię titulo circũlata olim est. Sed & numariam thecam signat Vidulus.

¶ Nates. Apogluti. Glutos. Ephedrana. Pyga. Hypolispæ, qd Itẽ Lispa. Lispi. Cur Athenienses Depyges. Thesei petra. Virgilii locus. Cur cædant nates potissimum. Callipygos. Catapygon. Pygostolus. Cap. XXXVIII.

INposterema Thoracis parte retrorsum Nates sunt, a quibus nec abest admiratio, qñ nõ sine ꝓuidentia homini tantũ sunt hæ, & qdem cõglobatę decentissime, ac sedendi muniis paccõmodæ, solidiore tñ, q̃ in cæteris mẽbris, carne, ne premẽte Corporis mole, Ossibus cæderet. Quadrupedes stare diu infatigatis uiribus possunt, qm̃ quasi iacere uidentur, cũ quaternis innitant fultu/
i ris. At hoïes nõ facile surrecto corpore stantes ꝓseuerant, sed reqem subinde reqrunt. Porro qa caruit rõnale animal cauda: quæ partẽ eã, qua reddi ciboꝝ onera, saluberrimũ est, obtegat, obducat q. Ideo Artifex Creatoris sapiẽtia Carnosas ẽt esse uoluit nates, Vt extumescẽtes idẽ implerẽt munus. Quibusdam tamẽ tum natura, tum laboris genere attenuant adeo partes hę ut inde apud Græcos cognomina inuenerint. Nam ἀφλοῦσοι dicunt, qa Glutos signet Ischion. i. Coxaꝝ uertebrã apud Homeꝝ Iliados v. Sed & ꝓminentia in iisdẽ Locis eodẽ cẽsent noïe, quæ & Ephedrana dicant ab sedẽdi usu. Scribit Eustathi⁹ Gluton signare Sphæroma Cotyles in coxa. Pygas, & Gluton ꝓ eodẽ a qbusdã accipi ꝓdidit Rufus. inde ab mollicie impositũ nomẽ, hoc est ab γλοιός. Vocant & Hypolispę, qa eo nomine dicta sint attrita, & usu depolita, deminuta q. Vñ Lispa ẽt Lingua, & Astragali in medio ꝓtusi, Lispi. Atheniẽses p̃cipue Comicis salibus ex hoc aspgunt, qd nautici, magna ps cũ essent, ob sedẽdi assiduitatẽ depyges reddebant. addit & fabella, Theseũ cũ Perithoo inferos petentẽ, in petra quadã Proserpinæ impio coactum sedere, A qua cũ ab Hercule auelleret, affixas petræ natiũ ꝓtes reliqsse, q̃obrẽ honoris eius ergo, Cæteris itẽ Atheniẽsibus hæsisse cognomẽtum. Ad eã uero petrã allusisse credi Virgili⁹ põt, Vbi Aencidos. vi. ait, Sedet, æternũ q sedebit Infelix Theseus. Cædi pueros parte hac, ideo receptum aiunt, qd sint nates sensus obtusi ob cutis crassitudinẽ, cui insit callosum qddã, & solidius, durius q, q̃ reliquo corpore, præsertim supno. Tradũt pitissimi artis medicę, tãtam esse natibus cũ toto affinitatẽ, ut in illis scarificatio facta dicat Phlebotomiæ Vicaria. Nates qdẽ Greci Pygæ uocabulo significãt, magno errore grãmatici cuiusdã, scrotũ, siue, ut ipse ait, byrsam testiculoꝝ eo noïe accipiẽtis. Probãt id uoces inde ꝓductæ. Nã & Callipygos ab natium uocat pulchritudine, & Catapygon scortillum signat. Sicut & Pygostolus, & Atheniẽses digytum in manibus mediũ Catapygona dicunt. Anorropygia uocãt, quæ inter uolãdum nullo regunt caudæ gubernaculo. Hinc apud Syrracusanos Puellas quasdã ex partis ei⁹ insigni specie Callipygos nũcupatas, scribit ẽt Cercidas Iãbicus poeta. ἦν καλλιπύγων ζεύγος ἐν συρακόσσαις. fuere aũt Sorores duæ in Agris educatę, pulchritudinis uisendę. Has sæpius inter se disceptãtes de Natium p̃stantia demũ iudicio Adolescẽtis urbani rẽ ꝓmisisse, tenet fama. Qui utraq inspecta, grãdiori natu calculũ adiecit, mox q eãdem sibi Vxorẽ allegit. Fratre etiamnũ alterã grate excipiẽte, quo ex facto Veneri templum substructũ, quã dixere Callipygon.

¶ Ani rõ, & Vocabula. Archus. Archoliparos. Anischia. Lispi. Cap. XXXIX.

ORus uero excremẽtis addictus, quẽ Latini tum podicem, tum Anum uocare
p consueuerunt, Ab Arabibus Phicteris nominat, forte, qa Græci σφιγκτῆρα nuncupant, ab arcendo, constringẽdo q, ut docuit Galenus. Id uero greçum indicat uerbum σφίγγειν. appellant itẽ Stephanum, & Dactylion. i. annulum, atq item Hedram. unde & Plyni⁹ Sedem. In eam decũbens os uocat Cory

phe.i. Apex. Porus hic Cutis ratione frigidus eſt, ac ſiccus, quo nomine illi maxime infeſtũ frigus eſt. Sicuti etiam pudendis, & Veſicæ, ac Vuluæ, ut author Hippocrates eſt. Siqdem neruoſus plurimum eſt, & ideo reſiſtere, obniti'q; minus poteſt. In imo poſitus eſt ingenio/ ſe, qm̃ nutu ſuo excremẽtitia, grauis'q; materia illuc ferat'. Proinde Auicẽna finit, eſſe Anũ ſemitam quãdam, & callem feculentiæ craſſioris, & humoꝝ malorum, q illam conſectant'. Inuenio etiam Archum dici. unde lepidus ꝓpſit Iocus in quẽdam, q appellabat' Chiliar/ chos, nã & princeps nominat' Archus, ex quo Archoliparos, q ꝓſequendæ dignitatis cauſa prehẽſat oẽs. Porro ꝓcidit Anus, ſicut & Vulua, Sedis ꝓcidẽtiã dicim⁹. Vel Sedẽ ꝓuerſam, quã ſtypticis repcutere, Officinæ ſolẽt. Aniſchia, ſiue Liſpa dici ſuenio, quæ Cluniũ tumo/ re uacãt, Cuiuſmodi Aues ſũt. Meatus porro hic qbuſdã coaluit beſtiis, q̃s Greci ἀ?ρώ?ους uo cãt. Nã & Vaccã fuiſſe Perinthi accepimus, Cui cibi excremẽtum extenuatum ꝑ ueſicã trãſ/ mittebat', diſſectus'q; Anus denuo coaleſcebat ꝓpere, nec reſecãdo euinci potuit uitiũ. Illud nec omiſerim ꝑte iſta, in Galeni obſeruatũ libris, Piſcatori cuidã inter piſcãdũ uſuueniſſe, Vt ſedi, ac Veſicæ incumbẽtia tanto corriperent' frigore, ut eo q̃is obnitẽte, tum Alui, tum Veſicæ efflu erent retrimentitiæ ſordes. Sed mox calidis remediis mature muſculis refotis, Qui fuerant oblæſi, in Integrum eſt reſtitutus. Sũt q monumẽtis ꝓdant, ab excelleti excre/ tionis niſu, præcurrẽte inſigni dolore, Lapides calloſos a' qbuſdam deiectos, iis, q in Veſica ſuccreſcũt, haud ita abſimiles. Id ego inqt Galen⁹, nec uidi, nec aliũ, Qui uiderit, audire pti/ git. Poſtremo ἑλκὴ ἕλκη dñr Aeginitæ Paulo, quæ Sedi adnaſcunt', αἰδοιικὰ, quę pudẽdis.

¶ Teſticuli muliebres quã habeãt rationem. An conferat mulier ſemẽ ad generationẽ. Semen qd. De Menſtruis. Cur fœmina minor Viro. Cap. XL.

Æterum prius, quam abeamus lõgius, & Crurum ingrediamur explicationẽ, id minime diſſimulandũ, Galeni medicoꝝ principis poſt Hippocratem, cele/ c berrimã eſſe ſentẽtiã, Ineſſe mulieri quoq; teſticulos, ſed internos. Vnde no/ bilis exorta ambiguitas inter Medicos, ac Philoſophos, An ex muliere ſecer/ nat' ſemen generationi ꝓgruens. Nam eſſe teſticulos generandi cauſa, cõſẽ/ taneum eſt. Verũtamen Auerrois. ii. Colliget. Cap. de Iuuamentis teſticuloꝝ hos dicit nul/ lum in generationis rõne effectum habere. Placet'q; itẽ pleriſq;, non aliã eſſe teſtium in fœ/ mina rõnem, q̃ Vberum in Viro. Q m̃ argumẽtis puincat', fœminam ſemen ad generandũ non excernere. Siqdem Semen ſit ſupfluitas digeſta, craſſior, Viſcoſa, tenax'q;, & albicãs, ac calida. Mulierẽ uero eſſe frigidam, & ꝓinde digeſtionis non bonæ, unde & redũdantiis ſcateat aquoſis, incõcoctis'q;. propterea colligit Auerrois, Semẽ muliebre eſſe excremẽtum aquoſum, indigeſtum, ex quo mẽbra progigni, ſit omnino impoſſibile. Addit' etiã, plerasq; ꝓcepiſſe abſq; ulla ſeminis ſecretione. Porro Vuluam ita naturaliter affici, Vt ſuum euomat ſemen, attrahat autem, quod uirile eſt. Addit Auerrois, nouiſſe fœminam in uicinia coha/ bitantẽ, probis moribus, & fidei integræ, Quæ iureiurando confirmaret, concepiſſe infan/ tem, ſemine ex Balneo attracto, quod profudiſſet laſciuiẽs Maſturbator. Infert Ariſtoteles, Menſtrua eſſe in fœminis, quod ſit in maribus genitura, nec fieri poſſe, ut duæ ſimul ſecre/ tiones ſeminales agantur. Ideo ſemen a' fœmina nõ conferri ad generationem. nam ſi Se/ men eſſet, menſtrua non eſſent. Sunt uero hæc plane' excremẽta, ſicuti Semen. Nam eſt Se/ men excremẽtum cõcoctum alimẽti ſanguinei, quod ultimũ in mẽbra digerit', & propterea ab Sanguine fit diuerſum. proinde incoctum, aut ꝑ uim emiſſum, cum qs præter modum in Veneria fert' præceps, cruẽtum iam aliqbus prodiit. Sed cũ infirmioris plus excremẽti, mi/ nus'q; ꝓcoctum fieri, Id'q; copiam cruẽti humoris eſſe, neceſſe ſit, infirmius autem ſecundũ naturam ſit, quod minus caloris adipiſcit', talis'q; fœmina ſit, hinc ſecretionẽ illam ſangui/ neã fœminæ excremẽtum eſſe, neceſſe eſt. Talis aũt eſt eorum eiectio, quæ mẽſtrua uocant'. Argumẽto eſt, Aetate eadẽ maribus genituꝛã fieri, & erumpe fœminis mẽſtrua. Vocẽ item mutari, intumeſcere mãmas. necnõ deſinẽte ætate, aboleri maribus gignendi facultatẽ, fœ/ minis ꝓfluuia menſtruoꝝ. Adhæc indicium illa faciũt, eſſe excremẽtum huiuſmodi ſecretio/ nẽ fœminaꝝ, qd' nõ mariſcę, nõ ꝓfluuiũ e' narib⁹ ſanguinis, nõ Varices, nõ eiuſmodi alia fœ/ minis fere' obueniunt, q̃diu profluũt mẽſtrua, & ſiqd tale accidit, deteriores fiunt purgatio/ nes, tanq̃ materia mẽſtruoꝝ in ea abierit. minus ẽt uenoſæ ſunt mulieres, q̃ mares, lautiores porro, læuiores'q;. Corporibus item minores, pallidæ quoq;, ac Venis obſcurioribus. Gale/

nus uero

nus uero ꝓ de Spmate lib. &. xiiii. de Vtilitate ꝑticulaꝝ, ſecerni a' muliere ſemẽ ad gñandi rõnẽ, nitiť ꝓbare. Idẽ ſentit Auicẽna doctrina ꝙnta ſen primæ primi. Quo in loco eiuſdẽ Interpres multa ad refellẽdũ ꝓfert Auerroem. Qui noſſe ꝙcupierit, Locũ hẽt, quẽ enotauim⁹.

¶ Cruꝝ rõ. Itẽ Vocabula plura ad imũ uſq; Periſcelides quæ ſint. De Pittaco. Ca. XLI.

c Rura ſequebantur, quæ cum femoribus, & ſuris, ut edocuit Ariſtoteles, homini carnulẽta ſunt, cum animantes cæteræ nõ uiuiparæ modo, uerum quæcunq; cruribus conſtant, uacua carne hæc habeant. Neruoſa enim ſunt Oſſu lẽta, ſpinoſa, rigida. Cauſa uero omnium prope' una eſt, quod homo ſolus animaliũ erectus eſt, Ob id'q;, ut facile ſuſtinere ſupiora poſſet. Natura parti ſuperiorĩ corpulẽtiam dempſit, Inferiori addidit. Ob id item cauda caret. nam alimentum, quod caudam adit, in hæc ipſa abſumitur. Circa Ilia ſinuoſa Oſſa uocantur Acetabula, quę Coxarum capiti accõmodantur, Cotylas græci uocant. Caput autem Coxæ dicitur Cotyledon. Vbi fit cõmiſſura hæc, Plectrum Coxæ uocať. Neruus, quo eiuſmodi colligatio fit, nũcupatur Iſchion, nomine eodẽ, quo & Vertebra. Carnes ab eo ad inferiora defluæ, Hypoglutides, quaſi ſub gluto. i. Vertebra. Coxa tota ad genu ꝓtendit. a' Græcis dicta Merus. unde ex Coxarum pulchritudine Callimerus. Et Lacænæ Phænomerides nuncupatæ, quod inceſſu partem hanc retegerẽt. Intra Coxas femora ſunt, Parameria dicta. nam quod Coxas interiacet, Meſomeriũ eſt. A' pectinis oſſe femina oriunť. Inferiora Coxarũ capita media ſinuanť, quo facilius excipi a' cruribus poſſint. Quæ commiſſura oſſe paruo, molli, Chartilaginoſo tegiť, Patellam uocant. Suffragines ſinus curuaturarum dicunť. Vbi Crus coxarum cõmittitur extremitati, dicitur Cruris Caput. Ibi eſt genu, Cuius Oſſa Pauſanias uocat Molas. Poſterior incuruatio Poples. unde & XXVIII. Plynius, Poplites inqt, alternis genibus imponi. Ipſum aũt crus oſſibus conſtat duobus. Alterum ab exteriore parte ſupra poſitum eſt, & uocať Paracnemiũ, Paraſtata uero in Iumẽtis, Vegetio tradente. Ab priore alterum, Cui Tibiæ nomen eſt, græce autẽ προκνήμιον dicitur. Sub crure pars uocatur σφυρὸν, Vnde nomen calcaribus lingua uidetur dediſſe uernacula. Encentridas nuncupant Græci, Sicuti meminit Pherecrates, & Author eſt Iulius Pollux. Vtrinq; prominent Aſtragali, quanquam non ſunt in homine Tali, In quos Peronæ definunt. Sunt uero Officula, quæ item Paracercides nũcupantur, qa prope' eſt Cercis. i. radius. Sic. n. item diciť Os maius, quod totum fert crus. Peronas ẽt Steringas appellãt nõnulli. hinc datum Peronibus nomen. Nerui lati a' Poplite orſi, ac in calcem producti uocanť Tenontes. Sphyron alio uocabulo Pezam dicunt. unde Argyropeza Thetis apud Homerum, ueluti argento ſimiles habens pedes. Quibus introrſum obtorta ſunt Crura, authore Polluce, nuncupantur Rhæbi. Quibus uero extrorſum, Bleſſi. Cruris uniuerſi pars anterior Anticnemion, poſterior Gaſtrocnemion. i. Cruris Vẽter. Nos Surã noĩamus. Totum uero ex Coxa ꝓſurgens, & crure, Sphyro, pede, Scelos nũcupať. Coxa cũ crure tm̃ diciť Colõ, & Colyma. Calcaneũ aũt Sceliſ, & Pterna, quaſi Patera, qm̃ παλεῖ ἴχνεον. i. ꝓculcat terrã, ut ꝓbat Euſtathius, unde & Pterna Ciuitatis apud Lycophronem ꝓ baſi. Obiter notandum hinc Periſcelidas dici, quæ uulgo Gremialia, uel Trauerſias dictitant. nam & Mẹnander puellas geſtare periſcelidas ſcribit. Quod propter illud Oratii ex Epiſtolis inſertum uolumus.

Nota refert meretricis acumina, ſæpe Catellam.

Sẹpe Periſcelidẽ raptã ſibi flẽtis. Pes aũt totũ id uocať, qď Aſtragalis ſubeſt. Mons pedis añ digytos oſſibus ꝓſtat, & neruis. Mõtis anterior ps ab digytis Tarſus dr̃ ẽt apud Homeꝝ. Inferna pedis portio uniuerſim qdem Tyloma, Quod digytis ꝓminet, Pedis pectus, uel Proſthetis dr̃. mox eſt Concauũ pedis. Pelmata Rhazes interpretať Dorſa pedũ, Alii Plantã. Cauitates aũt Cotylas uocãt nõnulli. Sub digytis, quę fit ſciſſura, Chimetlon noĩať. quo uocabulo ẽt locũ ipm̃ putãt aliq intelligẽdũ. Chimetla χίμελλα, inqt Medicinæ tertio Paulus, ἑλκώδεις ἐσὶ διαθέσεις. i. ulceroſi affectus ĩ manuũ digytis, ac pedũ, hyemali tpe. Marcelliõ medicamẽ ad hoc gen⁹ celebre Grẹcis eſt. Cõtingit in pleriſq; ptium corpis, Sed in iis, quæ motui ſubſeruiũt præcipue. Neruoꝝ reuolutionẽ ex ꝓcuſſu, uel labore, Gãgliõ uocãt. i. χάγλιον. Pes uero ẽt Baſis uocať. Scribunt Grẹci, Pittacũ ab Alcæo appellatũ Sarapoda, qď latos pedes traheret. Nec non Chœrapoda, quod Vlcera in pedibus ſentiret, quæ uocant Chœradas. Hanc quoq; partem unguentis linere, Luxuria excogitauit Athenis.

¶ Inferiorum proportio cum Supioribus. Quoſdam pedibus mira efficere. Pedum ratio. Cur inferna mulier̃ craſſiora. Colon. Iphiclus unde. item Colias Venus. Scarthmus. Chiræ quid. & Chiropodes. Cap. XLII.

c Æterum ſingulari dignus admiratione tãti operis artifex infinitus, Qui ut ſuperna mundi minoris affabre, ac ſumma cõpegit pfectiõe, Ita ne in imo qdẽ eius deſyderari eſt paſſus qppiam. Nã hæc utique ad pgreſſionis motũ ptributa potiſſimũ agnoſcimus. Sed tñ ita, ut cum ſupiorib⁹ pleraq; magnã habere cognationẽ intelligant̃. Quippe manui cũ pedib⁹ inſignis pportio ineſt, q̃q̃ adſunt pedib⁹ digyti ad figẽdum fortius, Manui uero ad apprehẽdẽdũ. tãta pminet tamen ſimilitudinis uis, Vt Quoſdã natura manibus mutilos pleraq; pedibus exeq, quæ manibus ſolẽt alii, maxima omniũ, q inſpectarẽt, admiratione, Viſos a ſe, ſint q prodant. Etenim pedibus ſcripſiſſe, ligna conſcidiſſe, atq; etiam neſſe, ac id genus impleſſe multa. Cuius rei ita demum ſolida ptinget admiratio, ſi fuerimus exactius cõtemplati, Crura, Brachia, Manus, Pedes, mẽbra eſſe laxar̃ cõpagum, muſculis ſuffulta ad motus tres, Arrectiõis, Cõtractiõis, Circũductiõis. Hoís uero pes ſingularẽ præfert naturæ in eo quoq; puidẽtiam. Nã hic Corporis reliq rõne analoga uidet̃ amplius excreuiſſe, Sed id, ut poſſent duo incumbenti oneri ſufficere. proinde longiores aliquanto cæteris, latiores q; facti. Inter polypoda nullum eſt, quod uicenũ excedat numer̃. Vno tantũ pede nullũ item moueri ptinue poteſt. Vnde Monoſcelor̃ hiſtoria cõuincit̃ Vana, Sicut & Sciopodum. Qui ſi cõperirent̃, inutili prorſum onere præpedirent̃, cũ robur in pedibus requratur, & leuitas. Digytor̃ quoq; ratio ſeruata eſt ſũma. nã nec oblongi æq; ſunt, ac in manib⁹, quar̃ in eo p̃cipuũ munus, ut apprehendãt. Sed breues nõ tam ad ſpẽm, q̃ ad uſum aliquẽ, ut niſu pcitatos in curſum iuuarent. Etenim preſſis in humũ digytis, mir̃ eſt, q̃to tutius totũ ppellat̃ Corpus. Adde, qd̃ pedis in ptes nõ diſiecti portiõe affecta, totus pſentiret. id qd̃ minus modo fieri põt. breuitas etiã adminiculo eſt nõ paruo, ut oblædi poſſint minus. Sciẽdũ & illud, qd̃ antea quoq; attigim⁹, Inferna mulier̃ magna pte craſſiora eſſe, In Viris aũt Supna. ratio uero in frigiditate eſt, & calore. Nã frigidiore muliebri natura, alimẽti, unde augeſcit Corpus, portio minima ſurrigit̃, qd̃ efficere calor põt. reſidẽs uero in imo, id corpulẽtius efficit, & auctius. In marib⁹ aũt ptrariũ euenit, Siqdẽ caloris copia delata ſurſum nutrimẽti ps magna, ibi effectũ oſtẽdit amplioré. Biſulcũ græci nũc διχηλον uocãt, nũc διχάδα. Quæ uſu pedũ carẽt, Apodũ Vocabulo ſignificant̃. & inde Auiculis inditũ nomẽ, quas alii Cypſelos uocãt, hirũdinũ ſpecie. Pſellus in libro de Victus rõne Trogletas nũcupat, qa in foraminib⁹, & cauis fere latitẽt. Pedẽ Græci πόδα uocãt a qeſcẽdi rõne, ἀπὸ τοῦ βαίνειν. Vel ab πόρος, qd̃ meatũ ſignat, eliſa litera. ρ. & ptractiõe duplicis Vocalis in ϑ, q mos græcis frequẽs. Vocat̃ & ps ea κῶλον pprie. unde & Iphiclus dĩ, quaſi Iphicolus ex pedũ celeritate. Sed & Colias Ven⁹ non aliũde corriuat̃, cui tẽplũ, & cognomẽtũ pſtituit adoleſcẽs Atticus puellę tyrrhenæ bñficio Cõpedib⁹ exolutus, qbus tenebat̃ captiuus. Pes itẽ dicit̃ qñq; σκαφθμὸς, ut inqt Euſtathius, q̃q̃ Vox ea & curſũ ſignat, ac Baſin. Eſt ab pte hac puerbiũ elegãs, ab Citharœdo uſurpatũ Stratonico. Minnaco ſiqdẽ ſup muſica cũ eo diſertare ingreſſo, nõ intẽdo inqt, qm̃ ἀνώτερον τοῦ σφυροῦ λέγω. i. ſupra talum dicis. Deniq; in pedibus quę fiũt rupturę, uocantur Chiræ, unde ita affecti Chiropodes nuncupati, uelut Rhagopodes.

¶ Hypoglottides. Antiades. Pariſthmia. Carotæ nerui. Caroticæ uenæ, & Sphragitides. Celſi locus reſtituit̃. Hyoides os. ſiue Paraſtates. Fiſtula Colli duplex. Stomachi ratio. Caput XLIII.

c Æterum opinor, diu iam, multum q; in extimis humani corporis elaborauimus. proinde peraccommodum uidetur, eiuſdem intima, qua poterimus breuitate, recẽnſere. Vt cum ſubiecta oculis omnia fuerint, agnoſcamus deniq;, quę ſit diuinæ maieſtatis ratio in ſtruẽda qualibet pticula. Igit̃ ſumma repetẽtes, ab Collo ordiemur, qm̃ de Capite ſatis multa cõpegimus. Sub lingua ergo ſunt, quę uocant̃ Hypoglottides, qbus cohæret. ab iis a laterib⁹, quæ prominent

Carnes

Carnes, Antiades nuncupant, & Pariſthmia. Subiacẽt rubedine qdem conſimiles, uerum auctiores, orbiculatiores q̃, quæ dicunt μῆλα. i. mala. Sunt & in Collo nerui utrinq; ualẽtes, ſine qbus ſuſtinere caput nõ poſſent Ceruicis Vertebrę. Tenõtes uocant ab rigore. Celſus lib. viii. Cerotas nuncupat, qua in parte Hermolaus Barbarus, Vir ſingularis ingenii, & doctrinæ multifariæ, deluxatã, ſubdititiam q̃ dictionem arbitratus, ea expuncta, ſubſtituit ipſe Tenontas pro Cerotis. Ego, & ſi primæ notæ Viris ſemp aſſurgo, publico tñ bonæ literæ emolumẽto, nõ Tenontas ſufficiẽdũ puto, Sed Carotas, aut Caroticos, Et id magnis ſultus authoribus. Siqdem in libro de Iuuamẽto Anhelitus, author Galenus eſt, Caroticas appellari Venas, quæ in Collo ſunt, quas ſiqs comprimat, corruat homo dormienti aſſimilis, ſequatur q̃ Corporis totius immobilitas. unde & inditũ nomen, nã κάρος græce ſoporẽ ſignat, ac ebrietatẽ, Sed & apud Apolloniũ in Argonauticis Vertiginẽ, ut alibi ꝓbabimus. Caroticas, itẽ Venas nõ ignorauit tertio de animaliũ hiſtoriis Ariſtoteles, Et qua ſcindunt primũ, Sphragitidas appellari ſcribit. i. Iugulares, ut uertit Theodor⁹. Adde, qd libro quarto idem Celſus ita ſcribit, In dextra, ſiniſtra q̃ circa Guttur Venæ grandes, quæ Sphragitides noĩantur. Item q̃ Arteriæ, quas Parotidas uocant, ſurſum ꝓcedẽtes ultra aures ferunt. Vt qs interpretari poſſit, corruere hominẽ non tam Venæ compreſſione, q̃ etiam Neruorum iſtæ oblæſione, qñ eadem habent parte, ac ſitu. Aut ſi nõ ab effectu, ab conuicinia factam ſciat nomenclaturã. Sed redeo, unde ſum digreſſus. Antiadibus ſubeſt Os, quod ὑωειδὲς uocãt, ab literæ imagine. Herophilus, qa aſſiſtat Antiadibus, Paraſtatẽ nominauit. Sũt porro Itinera duo, Alterũ aſperã uocant Arteriã, Alterã Stomachum, ut putat Celſus. Arteria exterior ad pulmonẽ, Stomachus interior ad Vẽtriculum. Illa ſpũm, hic cibum recipit. Lactantius Spiritalẽ, & Cibalem uocat fiſtulã. Sed Gurgulionẽ etiam, qua commeat Spũs. Quem Celſus uocat Stomachum, Alii Gulam, Sicut Arteriã Guttur. Hæc corpore conſtat Chartilaginoſo. neq; n. ſpirandi tantũ cauſa eſt, Sed etiã uocis, quod aũt ſonet, læue, ac ſolidum eſſe, oportet. Gula uero ex neruo ꝓſtat, & carne. ex neruo qdem, ut extendi poſſit, ingeſto cibo. ex carne, ut mollis ſit, & cedat, nec lædat defluẽtis cibi aſpitate. Epiglottida uocant minorẽ linguam, quæ duabus ſit interpoſita fiſtulis duplici ope, Nam inter epulãdum opit arteriam, ne ſpiritu, ac uoce illac meãte, ſi cibus, potus ue in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Vbi uero Spũs tãtum, aut Vox cõmeat, Gulam integit, ne reſtagnatio intempeſtiua Alui obſtrepat. Stomachi nomine Plynius poſtremã Gulæ partem accipit, cui mox adnectat Vẽter. Nerui in Stomachi Lateribus uocant Toni. Vbi cohæret Stomachus Ventri, dicit Os Ventris magnũ. Oeſophagus etiam Stomachi appellatio eſt, de quo dictũ eſt. Sed Iuniores barbare Iſophagũ uocãt, quo noĩe Gulã intelligũt, qua defluat in Stomachũ cibus, Vbi ẽt ꝓficiat. Lactãtius hãc partem Aluũ appellat. Plyni⁹ alui noĩe accipit eam portionem, in quã medio adnexã Vmbilico delabant cibi iam in Ventre ꝓcocti, Qui ſit Terreſtrium qbuſdã dẽticulatæ aſpitatis, aliis cãcellatim mordacis. Hũc Stomachi appellatione oẽs fere intelligũt. Nã & Galen⁹ Os Vẽtriculi inqt, ut Veteres καρδίαν appellabãt, Ita nra tẽpeſtate Stomachus uocat. i. Gula. De eo lib. de aĩalib⁹ decimo ſic ꝓdit Auicẽna, Stomachi ima eſſe carnulẽta, ut ĩde ad ꝓcoctionẽ uberior ſuppetat Caloris uis. Os uero neruoſum hẽri, ut exactior ſit ibidẽ Senſus. illuc uero ab medulla cõmeare neruos magnos, Vt ſentiat fames, & inanitio, qua obueniẽte, expgefaciat aĩam. Perficit uero cibos Stomach⁹, tũ inſiti caloris poteſtate, tum aduẽtitii, adiacẽtibus Splene, ac Iecore. Vbi uero inciſos ferro uictimaq; Stomachos, Homer⁹ canit, nõ utiq; pars, quã ꝑſtruximus, intelligẽda, ſed eius tẽpeſtatis more, Infima gutturis, Bronchi q̃. Stomachi Κύμβλα cum audis, Gulę intima intelligę, aut Ventris os.

¶ Inteſtinorum ordo, & Vocabula. De Lactibus, Choladibus, & Meſenterio. Meſarch⁹, Omẽtum qd. itẽ Enterione, & Enterionis. Paraphyades. Cap. XLIIII.

B Ventriculo excipiunt Inteſtina, ex quibus pleraq; multis implicantur orbibus, ne ſemper aſſit cibi appetẽtia, ne ue alimenti inopia ꝓpetuo fameſcam⁹.
a ideo cauit Artificis ꝓuidẽtia, Vt inibi moram duceret nutrimẽtum, donec Iecur neceſſaria ſeuocaſſet, ſicuti docuit Auicẽna. alioq edẽdi deſyderiis ſemp infeſtaremur. Ergo ima Ventriculi pars paululum in dexteriorem conuerſa

partem, in ſummũ inteſtinum coarctat. Id Pylurum Celſus uocat, quoniam portæ modo in inferiores partes, quæ excreturi ſumus, emittit. græce apud Pollucem ſcribit πυλωρός. Galenus Pylorꝯ eſſe ita nominatum ſcribit, ſiue pro ima Vẽtriculi parte, ſiue pro inteſtino huic adnexo accipiat, ut ueluti Ianitor iuſtus nihil ꝑmittat exire, qd̃ non fuerit prius in Chylum cõuerſum, atq; ꝓcoctum. Talem aũt Chyli bene cõcocti ſubſtantiam certum eſt ꝑ pylorꝯ ad inferiora diduci, nõ ut excernat, Sed potius ut intra corpus retineatur, ui Hepatis in ſangui nẽ trãſmutãda. ex quo omnia mẽbra debẽt nutriri. Quo nomine Libro de Vtilitate partiũ qnto apte ꝑnuntiat, Inteſtina nõ eſſe ſupfluitatũ excrectiõis, Sed alimentorꝯ potius inſtrumenta. Illud ſciendum, Ab Galeno, & Auicẽna Pylorꝯ, ſeu Portonariũ, ut Recentiores uocant, inter gracilia nõ numerari inteſtina, Sed ex illis primũ uocat Galenus ἔκφυσιν. i. Exortum, qa ex pyloro primũ exoriat, aut Dodecatylum, ſeu, ut nunc dicimus, Duodenũ ab digytorꝯ mẽſu duodecim. Omnino Pylorꝯ in imo Stomacho foramẽ accipiunt, cui primum adnectat Inteſtinum. Ieiunũ quod uocãt inteſtinum, dictum græce Neſtis. i. νῆστις. quoniã minus implicitum nunq̃ quod accipit, continet. Sed ad inferiora ꝑtinus trãſmittit. Inde Tenuius ſequit Inteſtinum in ſinus uehementer implicitũ, qua ex cauſa uocat a Græcis ἕλιγμα, quia ἑλίσσειν ſignet circũuoluere. Helicem Ariſtoteles dicit. i. clauiculam. ἕλικα uero dicunt Græci reuolutũ Pampinũ. Hederę ſpẽm Dioſcorides. Nam ἑλίχρυσον Hederę uocant florem, ἄνθει ἑλιχρύσῳ ἐναλίγκιον. hæc tria Plynius Lactes uocauit, in hoĩe, & Oue, q̃q̃ Suetonius in Vitellio Murenarꝯ Lactes etiam uocat. Sicut Spartianus in Lupis quoq;, quibus ruſticos pauerit Heliogabalus. Quidam Lactiũ nomine pinguia intelligunt inteſtina, ut inqt Probus, Vnde apud Perſium Lactes uncti. qdam etiam mẽbranas, qbus mutuone xu implicent inteſtina, quæ χολάδες item dicunt Græcis, qm̃ in ea corriuet χολὴ, ideſt bilis, quã uocant Xanthã. i. flauã, quæ excalfaciẽs, acrimonia q; irritans, uelut pruritu adſuperfluitatũ excitet egeſtionẽ, ut ipſi interꝑtant. Porro Ieiunũ Inteſtinũ Varro hilã, ſiue Hiram uocauit, Ab hilo, hoc eſt minimo. ſic. n. uocat, qd̃ grano fabæ adhæret. Meſenterium dicit, quo Lactes inuoluunt, ne ꝓtactu Spinę duro lędant. Pollux aũt ſic, Meſenteriõ pellicula eſt ex Venarꝯ, neruorũ q; cõplexu, Rhenibus, ac Ventri ꝑxima. alimẽtum in Hepar emittens. Macrobius Meſenteron ꝑ inteſtino accipit, ita diſtribuens, Inteſtina principalia tria, unũ Diſſipiũ uocat, quod Vẽtrem, & cætera inteſtina ſecernit. Alterꝯ mediũ, quod Græci μεσέντορον dicũt. Tertiũ, quod Veteres Hiram uocarunt. Cuius authoritatis fulcro cõmunitus miror minus, Theodorꝯ Lactes ꝑ Meſenterio accepiſſe, etiamſi ab Hermolao plurimũ uellicet. Dici uero Meſenterion in Anatomicis libris Galen⁹ ſcribit, qd̃ in medio ſit inteſtinorꝯ collocatũ. Sicuti & Meſarchon uocãt item Græci, qm̃ oẽs, quæ ad ipſum ex Hepate Venas, ferunt, una cũ adiacẽtibus arteriis circũquaq; ambit, & cõplectit. Meſenterion Latine Medianũ recte dixeris. Apophyades apud Ariſtotelẽ ſunt Inteſtinorꝯ Appendices. Sed & Ecphyades dicunt qñq;. Sunt & in pedibus plerũq; Paraphyades, quas uelut Surculos dixeris, & ꝑpagines. Sũt Qui affectionẽ quãdam ad Meſareum ꝑtinere autumẽt, Vocẽt q; ita Laborãtes Meſaraicos, qd̃ Cibum aĩaducrtãt ꝑ Venas Meſareo, & Meſenterio intextas trãſmitti de more haud poſſe. Iecur qppe Meſarei Venis ꝑinde utit, ac manibus, Quæ ex Ventriculo ſuggerãt ei cibum. At ii falli uident, ſi Medicis credẽdum eminẽtiſſimis eſt, Veluti ſi Manus eorꝯ, quos Syncope ꝑſtrauit, Cordis, aut Gulę uitio, affectas arbitrere, quod ꝓſueta ceſſet functio. Sed ad tenuc inteſtinum redeo. Id in duos definit fines. Alterum uocant Colon, & Ventrem inferiorem, Quem Homerus Niæram nominat, hoc eſt νηείρων. iacet autem dextra potiſſimum parte ad hypocondrium. Et quia ibi ſit maxima dolorum cauſa, putant Grammatici, inde κολάζεσθαι Verbum deflecti, quo ſupplicii ſignificatur irrogatio. Altrinſecus uero, quod tenui cohæret inteſtino, Cæcum uocatur Inteſtinum. Ideo ſic nuncupatum, quod a Dextra parte incipiens, in ſiniſteriorẽ peruium, & Longum eſt. in dexteriorem non eſt. At id, quod peruium eſt, late fuſum, atq; ſinuatum poſt multos anfractus deniq; dextra recuruatũ in imo dirigit, qua excernit. Et ꝑinde ibi rectum uocat Inteſtinũ. Plyni⁹ ꝑte infima Colon Cõſtituit, qd̃ latine uocet Ile. Oĩa uero hæc ꝓtegit omentũ. i. ἐπίπλοον, ex interiore parte læue, ac ſtrictũ, ex ſupiore molli⁹. Cui adeps quoq; ĩnaſcit, Qui ſenſu itẽ ſicut Cerebꝯ, & medulla caret. Tunica inqt Pollux, ab Rhenibus ad oĩa, quæ digerit inteſtina, nũcupat Peritonæum. Deniq; Inteſtina Græce dicunt ἔντερα. unde Enterione,

Lignorum

Lignoꝝ quor ũdam medulla, quæ tibiis faciendis, aut id genus aliis eximi plerunq; ſolet. ἐντερίωνὶς apud Ariſtopanẽ ἐγκοίλια ſignat. i. nauiũ interna, aut ligna, quæ ab Carina ꝓſur gunt. ἐντερόνειαν ꝓnuntiãt alii. Entera τῆς γῆς dicunt terreſtres uermiculi qdã. Dyſenteriã, Galeno interprete, dicimus nõ modo ubi exulcerant Inteſtina, Sed & eam, quæ Cruenta ob excretoꝝ ſpẽm nominat. Nec ab inſtituto diſſentaneũ ita fuerit, ſubnotaſſe illud quoq; In ſublimioribus Inteſtinoꝝ partibus euenire qñq; dolores eminẽtiſſimos, grauiter Vomi tu infeſtantes, Nõnullis deniq; Stercus etiãnum reiectantibus, Vt Vix unq̃ euaſerit qſpiam. εἰλεὸν, hoc eſt Voluolũ uocant. Nõnulli etiã χορδαψὸν, cũ ſe tumor oſtẽtat aliqs in tenuiũ Inteſtinoꝝ portione, Vt uideat Spiræ imaginẽ præferre inteſtinũ. Ab inflãmatione autem Vel aridi Stercoris obſtructione uſuuenire id, deprehẽſum Veteribus eſt. Meminit poſt alĩ os ẽt Paulus Aeginita, Mortem huiuſmodi uocans ὀικτίσην, Medicinæ tertio.

¶ Pulmo qua naturæ prouidentia factus. Cur Latini, & Græci Pulmones quandoq; di cere malint, quam pulmonem. De Branchiis piſcium. Qui Pneumonici, ſeu Pulmonarii.

Caput XLV.

d Icebamus in præcedẽtibus, meatuũ, quos in collo recognoſcimus, unum ad Ventrem produci, ad Pulmonẽ alterum. Etiam prioris rõnẽ cum inteſtinis omnibus, ut noſtra tulit imbecillitas, executi ſumus. Nũc conſentaneũ uidet, reliqua ꝓſequi ordientes ab Pulmone, quod eſt Aeris conceptaculum, & ſpi randi artifex Officina, Vnde alitur anima, Sicuti cibis corpus. Eſt igitur deſti nato muneri ita contẽperatus Pulmo, ut eſſet natura ſpongioſus, & fiſtulis inanibus cauus, Ideoq; Spiritus capax. A tergo ſpinæ ipſi iungitur, atq; in duas fibras ungulæ bubulæ mo do diuiſus. Propterea Cordubenſis Moyſes Aphoriſmorum particula prima, Eſſe pulmo nem ex membris iis ſcribit, quæ duplicia ſunt, quãuis Vnitatis ſpeciem præferant. & primo de animalium hiſtoriis Ariſtoteles, eſſe inquit, bipartitus pulmo omnium expetit, uerum in iis, quæ animal generant, diſtinctio non æque apparet, minimeq; in homine, Eſt. n. hic ſim plicior, nec ita multifidus, ut nonnullorum procreantium animal eſt. Cæteꝝ ad Pulmonis media delabens panniculus, quem Iuniores Mediaſtinum uocant, manifeſto diſtributionẽ eius in duas quaſi alas indicat, ut author Albertus cõprobare uidet. Ratio autem eſt, Cor poris in dextrum, Siniſtrumq; partitio. Vtrũq; n. ſibi ſimile expoſcit. Addit Auicenna, da tum id ab Naturæ ingenio ſagaci, ut ſi in parte una ſeſe oſtẽtarit affectio, nihilo minus citra noxam altera corpus anhelitu recreet, ac confoueat. Quæ cauſa inquit, etiam duplicauit aures, Oculos, nares. proinde alterutram partem pulmonis bifariam etiamnum, ſi attẽdas, diſtribui, ac duos præferre Lobos, ut affecto uno, ſupſit incolumis alter. Ex iis, quæ aſtruxi mus, manifeſtũ fieri arbitror, Cur Plato in Timæo, & Ariſtoteles quãdoq; Pulmones mul titudinis numero dicere malint, quod & Plautus in Curgulione facit. Et de natura Deorũ libro ſecũdo M. Tullius. Sed Grãmatici intra pelliculam ſe continentes, iſta minus penſita runt. Qui pulmonẽ ſanguinis expertem dicunt, ex Medicorum ſentẽtia falli uident, quia in diſſectionibus nuſquam appareat. Sed perire illum, certiſſimum eſt. Cõtineri uero ſangui nẽ, tum Venis magnis, quæ in eo deprehẽdantur, tum ſubſtãtia ipſius, eo tamẽ interſtitio, quod q a Venis pulmonis profluit ſanguis, fluitantẽ modo ſpumã habeat. Qui aũt ex ſub ſtantia demanet, ubiq; ſit ſpumoſus ſummo, medio, imo. quoniã propior eſt alẽdo pulmo ni, q omnino ſpumoſus eſt, atq; inde bene digeſtus, quiq; mox in Pulmonis tranſeat ſubſtã tiam aptior. Spumoſus uero pulmo eſt, tum Aeris copia, tum qa bilioſo ſanguine connutrit plurimum. Quæ pulmonem inquit, Ariſtoteles ſanguineũ habent, Caloris exceſſu, qui in eo ipſo membro continetur, ſitibunda præcipue omnium animalium ſunt. Quæ uero non ſic, parum bibunt, quoniam fungoſum pulmonẽ habeant. Porro Philoſophi Pulmonem Cordis uocant flabellum, ac uẽtilabꝝ, quo calorem Cordis refrigerari, neceſſe ſit. Oĩa, quę ſpirant, tradẽte Ariſtotele, Pulmonẽ habẽt. Ideoq; piſciũ nulli pulmo ineſt, ſed pro eo brã chiæ. Quãquã nõ me fallit, ab Ariſtotele Plynium diſſentire, dum poſſe piſcibus ineſſe ſcri bit, Viſcera alia, quæ ſint pulmonis analoga. Sed in libro de morte, & Vita philoſophus idẽ ꝓbat amplius, nullũ eſſe animal, qd pulmonẽ ſimul hẽat, & brãchias. Q m̃ ſit pulmo reſpi randi organũ ad cordis euẽtationẽ, aere attracto. Brãchiæ uero inſtrumẽtũ aduocãdę deſti

natum aquæ ad idem opus. Cui unum per ſe membrum ſufficiat. Cum.n. opus ſit unum, Vnum item eſſe Organum modo debet. Et qa ab natura nil fruſtra produci conſueuit. Cũ una ſit ſatis omnibus euentatio, aut ex aere proueniens, aut ex aqua. Vnũ tantum ad hoc cõ ſtitui debet membrũ, non duo ſimul. Ab hoc uero ſpirandi uſu apud Græcos Pulmo nomẽ habet, dictus πνεύμων. Vnde & Pneumonia, ſiue Peripneumonia nuncupatur Pulmonis inflammatio. Qui ita affecti ſunt, Pneumonici uocantur a Plynio, & Celſo. Pulmonarios non inſcite interpretari poſſumus, Columella docente. Quoniã uero Pulmonem eſſe Cordis Culcitram, ſcribit Auicenna, iure Caput ſequens illi dicabitur.

¶ Cordis ratio. Item de Ventriculis Cordis diſceptatio nõ inelegans. Cap. XLVI.

c Or in utero naſcentibus formari primũ, traditum ab naturæ prudẽtibus eſt, Semen quippe Maris in uulua conceptum reſoluitur in ſpiritũ. hic uero menſtruo ſeſe inſinuat humori, atq; ibi domicilium quodãmodo ſtruit, quod eſt Cor. Sed & ibidem mox reliquorum conſurgit generatio. eandem porro & Exanguium eſſe rationem uolunt, in quibus non Cor quidem, qđ illis abeſt, Sed Cordis analogon producit primo. Eſt uero Cor, ut Galeno tradẽte, ꝓdiſcimus, omniũ uiſcer, & mẽbror Corporis radix prima. Vitæ, Caloris innati, ac uitalis fons. Id, ut Peripateticis placet, ita ſe in humano corpore habet, Sicuti in Orbe Intelligẽtia prima. & eſt ueluti qdam Microcoſmi Rex nobilior. proinde eſt illius Subſtãtia ſolidior, durior q, cum ut affectionibus, nocumẽtiſq; minus foret obnoxiũ, tum ne Spirit, calorq; uitalis omnino euaneſcerẽt nullo cohibiti ſolidamẽto, ſed raritate, mollicieq; efflati. Quod tñ nõ ꝓtigiſſe, fatendum eſt, ex terreſtris firmitatis redũdantia. tunc.n. nimio plus areſceret, neq; ſanguinis concretione ſola, ut in aliis, nimis nãq; ſic remolliret, qđ in Hepate pſpicuũ fit, ac Splene, Sed caloris præpotẽtis ui globãtis, dẽſantisq; mutuo partes eius. Locus uero, ac ſitus eius ſedem obtinet principalem. in medio nãq; poſitum eſt, ad ſupna tñ amplius, q̃ ad inferna. itemq; in antica uergens magis, q̃ in poſtica. Quippe nobilib nobilem quoq; ſedẽ elargit natura, ni grauius qd offecerit, præpedierit ue. Venar eſſe principiũ Cor, liquet, tum rõne exuberantis ibi caloris, tum qa cum ꝑ cętera uiſcera Venæ trãſigant, nulla ꝑ Cor tẽdit. Porro me diana Cordis ſpiſſa, cauaq; ſunt, plena ẽt ſanguinis, ueluti ducãt inde initia Venæ, Ob idq; excauatũ intus, ut ſanguinẽ ꝓtineat, utq; caloris ſeruare principiũ queat. In hoc abſq; Venarum ꝓceptaculis ſubſiſtit ſanguis, In reliqs fere Sinu Venoſo ꝓtinet. Sed recte utiq;. nam ex Corde corriuat in Venas. At in Cor necũde, pfluere, pſpicuũ ẽ, tum ex Anatome, tum qđ in generatiõe Cor ꝓſiſtit primum, ſtatimq; ſanguinis ſcatere, aĩaduertit. Motus etiam triſtitiæ, ac lætitiæ, deniq; omniũ ſenſuũ hinc oriri, eodemq; deriuari, Peripatetica ꝓſentit Schola. præſtò eſt & ratio, qm̃ principiũ eſſe unũ oporteat, quatenus fieri ualeat, aptiſſimus uero inter omnia locus eſt medianus. Mediũ qppe unũ eſt. Extrema Cordis in mucronem turbinant firmiſſimũ. Homini tantũ paulo uergit ad læuam, Vt eius partis frigus ꝓtempet. Homini ſiqdem inter cũcta maxime frigent ſiniſtra. Copia item Neruor in Corde eſt, hinc.n. motus oriunt, q intẽtione, remiſſiõeq; cooriunt. Cor ſine Oſſe eſt in omnibus, Eqs modo, & bob exceptis. magnitudinis id exprimit ratio, Vt ſit adminiculi loco, cui innitant. Vẽtriculus ĩeſt triplex aĩaliũ Cordi ꝑgrandior. duplex minor. unus poſtremo. Dexter ſanguinẽ habet plurimũ, & calidiſſimũ. q̃ obrẽ pars itẽ dextra calidior. Siniſter modicũ, eũq; frigidiſſimũ. Medius tum copia, tum calore mediocrẽ, Sed puriorẽ. Cætera cõmonendi ꝑte hac ſtudioſi oẽs, Iuliũ Pollucẽ ſecũdo Onomaſtici, Vẽtres tantũ in Corde duos agnoſcere, Quos ipſe κόλπους uocat. i. ſinus. Itẽ κοιλίας. i. Vẽtres. Quib Sãguis inſit, & Spũs. Sed ille exeat ꝑ Venas, Per Arterias hic. Ver q in Siniſtra inqt, Craſſior eſt, Vt q Spũs ſit ꝓceptaculum. Dexter uero tenuior qdẽ, ſed ſpatiis latior, Vñ ſanguinis ꝓfundunt riui. Quid ergo, dicet ne hic, ut grãmaticus, toto qđ aiũt, Cælo aberraſſe? Eũq; cũ Philoſtrato in Ceritũ tabulas reiiciemus? minime uero. Nã Celſus idẽ quoq; ait, & ꝑ Colliget Auerrois Cordis ſtatuit Cauitates tñ duas, & utiq; amplas, in dextra unã, in Siniſtra alterã. Inter utrãq; uero Meat ſolũ. Quĩ & Raſis ad Almãſorẽ duos mõ finit Vẽtriculos. Sed nec Galen in meditullio Cordis uẽtriculũ recipit, ſed meatũ, uel foueã. ĩmo uero & ĩ lib. de Anhelit emolumẽto aptã aduerſus Ariſt.

ſus Ariſtotelem dirigit aciem, qui tres ſtatuerit Ventriculos, cum ſenſu ſit deprehenſum, duos modo eſſe. A' quorum altero Vena propagetur magna, ab reliquo Arteria. In paruis autem animalibus unum tantum eſſe. Propterea miror, Plynium ſcribere, In maiorum animalium Corde triplex uiſitari Specu, in nullo autem nõ geminum. Hoſce Ventriculos in libro de Senſu, & ſenſili Ariſt. etiam Thalamos uocat. Nos decenti metaphora, & Diribitoria poſſumus nuncupare. Illa uero digna prorſus, quæ non prætereant', Quæ hebeti ſenſu ſint, Cor habere durum, & ſpiſſum, Quæ autem ſenſu ualẽt, mollius. Audacia inqt Plynius, creduntur, quibus paruum, Pauida, qbus prægrande. Sed cur nam ſic? Nempe, qd' Affectus, quẽ producit metus, iam iis ineſt, quoniam calorem proportione cordis non habeant. Verum caloris parum in magno exoleſcit conceptaculo: proinde ſanguis frigidior item cõperitur. Idem in Venis, & Ventriculis Cordis obuenire fere', liquet, Sunt.n. frigidiores Venæ ampliores, & eodẽ modo Ventriculi. Porro' alieni motus calidũ refrigerãt. Plus autem Spiritus in amplioribus eſt, magis'q; ualet, q̃obrem nullum uenis grandioribus, aut Ventriculis obeſum, opimum'q; euadit. Approbant' hæc fere' ab Auicẽna, tum in Canone, tum de animalibus tertio et decimo Volumine. Cor inter uiſcera omnia nullã prorſus affectionem ſentit, & iure id qdem. nam quod principium eſt, ipſum citra noxam ſeruari debet, ne illo uitiato, corruant reliqua. Scribunt Græci, Hermogenẽ, cuius de rhetorica libri extãt, multũ præferentes ingenii lumen, Cor habuiſſe hirſutie, ac magnitudine extra mortaliũ reliquorum rationem inſigne. Id ipſum fere' de Leonida in Paralleliis Plutarchus prodidit. Idẽ de Ariſtomene Meſſenio Plynius. repetitũ quoq; ſcio ab Maximo Val. memorabiliũ primo. At periti naturalium riſu id excipiũt, fabuloſum opinati. Propterea in Carmine homerico λάσιον κῆρ, non denſum pilis Cor accipi, putat Euſtathius, Sed prudens ἐξ οὗ τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα, uti eſt apud Aeſchylũ. Quanq̃ inqt, ex hiſtoria in qbuſdã repertũ ſit piloſum Cor, ut in Lyſandro. necnon in Alexandri Cane. Illud uero Platonis, ἔχων τὰς ἀνδραποδώδεις ἐπὶ τῆς ψυχῆς τρίχας, ideſt habẽs in anima ſeruiles pilos, In fatuitatẽ rudem Scõma eſt, quod de Seruoꝝ ducitur tonſu, q appellat' Thrix Seruilis. Sicuti rident item, quod duplicatũ in qbuſdam animantibus dicat' reperiri Cor, quod Plynius recenſuit. principium etenim unũ modo eſſe debet, ut ante docuimus. Aut quod quibuſdam defuerit Victimis, hæc.n. citra poſſibilitatem dici. Aéq; dictari inepte putãt, Augeri id ꝑ ſingulos annos in homine, ac binas drachmas põderis accedere ad quinquageſimum annum. Ab eo detrahi tantundem, & ideo non uiuere homines ultra centeſimum annum defectu cordis. Quam rem Aegyptiorũ doctrina contineri, Plynius idem author eſt.

¶ De Iecore, Pãcreo, Holcimo, ac felle. Itẽ ratio lõgioris, breuioris'q; Vitę. Cap. XLVII.

Omnibus igitur, quæ ſanguinis expertia non ſunt, duo comperimus neceſſaria imprimis, Cor, & Iecur, Et Cor quidẽ Caloris ratione, Locum.n. adeſſe aliquem, quaſi lares, focum'q; oportet, quo naturæ fomites, & primordia ignis natiui contineant', ſeruetur'q;, eũdem'q; tutum eſſe, ueluti arcem corporis totius, neceſſe eſt. Iecur aũt membrum, ut Plato inqt, nobiliſſimum, Cõcoctionis cibariæ gratia cõtributum eſſe, dilucet. Illud uero ex Galeni doctrina eſt, ex Spiritu reſoluto ab Hepate in toto effici corpore appetẽtiam oblectantium, ſeruantium'q;. At animato ſpiritu exhalante ab felle, indignationẽ ubiq; cooriri. Auenzoar eo libro, quem ſupra aduocauimus, prodit, Hepar eſſe ꝑ ſe mẽbrum maxime præcipuũ, Cuius maximi pernoſcantur effectus, non aliunde deducta Virtute, Sed ex ſe ipſo propagata. Quod ſi Vita nobis contingat optabilis, & optima, Iecoris id Virtute fieri, authore Hippocrate. Galenus, & Medicorum fere' uniuerſa Schola, Iecur eſſe præcipuũ Sanguinis organũ ſtatuũt, & Venarũ principium. Siqdem meatibus Stomachũ, & Iecur interiacentibus aſcendẽs chylus ad ſanguinis formã diſponit'. mox ubi Hepar paratum excepit Chylũ, ac uelut ſubfigurationẽ quandam obtuſam, Sãguinis modo ſpẽm a' Subſeruiẽtibus ei Meſeraicis adeptũ, ſupinfert ornatum, uim'q; ad ꝑfecti ſanguinis ꝑcoctionẽ cũ ſupfluitatum excretiõe. Habet item Iecur principatum Virtutũ circa nutrimentũ opantiũ, qm̃ ſit naturalis uirtutis fõs. Admirabile eſt, qd' hac parte referendũ cẽſuimus. Cum Venetiis Auguſtini Ducis ex Barbadica gente diſſecaretur

defuncti Cadauer, Vt eximerentur interanea, In Hepate inuentus eſt lapis prope cyſtin fellis, magnitudine grandioris oliuæ, coloris ſerpentini in nigredinem tendentis. Iecur porro intrinſecus cauum, extrinſecus gibbum, quod prominens leuiter uentriculo inſidet. & in quatuor diſtribuitur fibras. Quanq; uero quandoq; repertum ſit animal Liene carens, uel duplicem habens. Item altero uacans rhene, Quod tamen toto careat Iecore, necdum eſt compertum, etiam ſi partem deeſſe, ſit adnotatum. Cui⁹ rei author Ariſt. eſt, libro de animalium generatione quarto. Hinc Veterum ſuperſtitio Peſtifera nũcupabat auſpicia, Vbi Caput in Iocinore non fuiſſet. eo nomine ſummitatem eius intelligentes, Quæ uocãt Græci κυρτὰ .i. Gibba. Sicut inferiora dicunt σιμὰ. Maximum inquit Pollux, Iecoris munus eſt, Alimentum in ſanguinem digerere, ac fel, quam χολὴ appellant. Et hanc quidem concepta culo affundere, quod maximo eius inhæret Lobo. Id'q; humoris nomine Cholen item dicunt. Vnde & Acholon felle carens dicitur. Sũt & in Iecinore, quæ uocantur Pylæ, ideſt Portæ a Græcis, qbus ſanguinem excipit, quẽ Vnius Venæ opera reliquis infundat omnibus. Non omittendum, quod curioſa ueterum ſedulitas nobis prodendum cenſuit. Siquidem locorum captantes ſalubritatem, pecoribus immolatis, quæ in iis paſcerentur, ubi oppida conſtituere, aut Statiua habere concepiſſent, ex Iocinoris habitu Aeris modum coniectabant. nam ſi Liueſcens, uitioſum'q; in pluribus compertum foret, Inſalubritatis uidebatur argumentum arbitrabantur, pabuli, & aquarum ratione. Pancreon inter Carnes, & Adenes, ideſt glandulas medium Lieni adiungitur, & Stomacho, ac Iecori, ab Carne nomen eſt ſortitum. Dignum ſcitu, Hepatis dolorem ab Archigene dici Holcimon, ideſt tractorium, & Inhærentẽ, & torpidum, atq; atrocius moleſtum. At Verbum id, inquit Galenus, inuſitatum Græcis. Sunt tamen Qui admittãt, Sed pro uiſcido accipiũt, Cuiuſmodi Viſcum eſt, Vt cuius una parte tracta, inſequatur illi cohærens altera. Sub hac uero notione Hepatis dolor dici Holcimos nequit. Sunt Qui Holcimon Hepatis interpretentur dolorem, Cum Hepar uel induratum, uel inflammatum detrahere Iugulum uidetur. Alii cum diuturno laborat morbo. Alii cum mediocri afficitur dolore. Sunt Qui tardum intelligant, Vt Qui acuto aduerſetur. Nonnulli urgentem, Alii Vehementem. Deniq; dura Hepatis diſpoſitio nuncupat Scirrus. Q d' ſcribit Paul⁹ Aeginita, medicinæ. iii. Ex inferiore aũt parte aſſidet fel, Cuius folliculus ab Græcis dĩ Choledochus, q flauũ ꝓtineat humorẽ, palleſcentẽ qñq; ab Galeno uiſum, uel coloris cyanei, aut Iſatis herbæ. Eſt uero aliud nil, quam purgamentũ peſſimi ſanguinis. Iecur tñ magna ex pte, maximo'q; animaliũ numero felle caret, qd' inſpectis Victimis innotuit. In parte quadã Agri Chalcidici Eubœæ fel nullũ pecori eſt. At in naxo quadrupedibus ferè omnibus adeo grãde, ut qui ſacris incumbant, ſatis Aduenæ nequeant mirari. Qui fellis naturam Senſus alicuius rationem habere ſunt opinati, tota errant Via. Iccirco enim eſſe contributum ratiocinantur fel, ut morſu animæ partem excitet in Iecore ſitam, rurſum'q; exhilaret laxando. Anaxagoras item per errorem Acutorum morborum cauſas inde profluere, nobis perſuadere uoluit, quoniam eo redũdante inſpergatur Pulmo, & Venæ, atque item Coſtæ. Nam ferè accidunt ea uitia felle carentibus, Sed enim ut bilis, quæ qualibet corporis parte gignitur, excrementitium quiddam eſt. Sic adiunctum Iecori fel nulli delegatur muneri, ſed retrimentũ tñ eſt. Quibuſcũq; Iecur adeſt ſalubre, & ſanguis id ſubiens dulceſcit, Ea uel fellis ſunt expertia, aut id habent, quam minimum. Sanguinis impuritas fellis tum præſentiam, tum magnitudinem facit. Quia uero ſedimen fel eſt, & exuperans, inutilis'q; materia. Inde Veterum nonnulli, Vitæ longioris rationem ſcrutati, ex fellis uacuitate demanare id ſunt ſuſpicati, argumento ex Ceruorum uita deducto. Sed & Delphinus, qui fellis expers item eſt, longæuus eſt. Iecoris enim natura pro qualitate ſua parum, multum'q; uiuendi rationem habere innexam poteſt. Medicorum ſcholæ ita ſanciunt, adiumentum ex felle haberi non poſtremũ, Vt excalfaciat, proinde'q; cõcoctionem foueat ſecundam, Hepatis innatum fulciendo calorem. Eſſe nanq; Iecori ſubiectum fel ratione feruefcentis bilis, perinde ac Ignem ſub Cortina ſuccenſum. Porro ab eodem profluere non negligendam in eo utilitatem, dum bilem ad inteſtina tranſmittit, qua extimulante, celerius fæculentæ materiæ fiat ſecretio. Bilis uero præfarcto, præcluſo'q; meatu, morbum obrepere regium deprehendere Periti, Quem Ictericum quoque dicunt, aut Arquatum, toto corpore felle ſuffuſo.

De Liene

¶ De Liene, Et Risus immodici ratiõe, & Cauniis Lienosis. Asplenon medicamẽtum quid. Cur Traianus Fiscum appellarit Lienem. Cap. XLVIII.

Quidem dum magis, magis'q; mecum repeto diuinæ maiestatis in hominis fabrica exuberantem prouidentiam, nequeo tantæ bonitatis amplitudinem
e mirari satis. Quæ omnino intactum nil liquerit, quod uel necessitas requireret, uel ẽt usque ad delitias foret optabile, nedum ad ornamẽta profeciſſe nobis, satis habuerit. Sed nimia hæc indulgentia sæpe per insciti am, nequid gra uius dicam, alliditur, quandoq; etiam, ueluti puerulos mollius in sinu parẽtum educatos, p/uehit ad querelas, quod non hoc, uel illud contribuerit nostri Corporis Artifex, Ceu parua sint, quæ modo accepimus. Nam quale est, quod nunc subtexendum est, Lienis emolumẽtum? Quod parte læua situm aduersus Iecur, Ideo Laxũ mollius'q; est, Spõgiæ quadã imagine, sicuti à Cordubensi Moyse proditum scimus, ut facilius Sanguinis crassiorem secernendo, alliciendo'q; repurgaret feculentiam. Sũt ex Authoribus, qui Ioci intemperantiam huius Visceris amplitudine arbitrentur cõstare, quod in naturali historia relatum, non me fallit. At M. Tullius, quãuis sub aliena persona, miratur, unde affluentissimus quandoq; proueniat risus, qui sæpe ita erumpat, Vt etiam si maxime adnitaris, nequeas tamen comprimere, quin & latera, Os, Venas, Oculos, Vultum occupet. Author Auicenna est, Lienis Virtute ex Iecore prolici melãcholici humoris uim tum naturalis, tum accidentalis, ideſt adusti, nec ratione canonica prouenientis, quẽq; non intendat natura. Euenit id Vi duplici, Hepatis exigentis à se redundantia, Lienis uero excipientis, plicientis'q;. Vnde prouenit Sanguis benignus, clarus, copiosus, lucidus, Quem esse Risus causam, naturæ rerum periti tradunt. Risus causa. Ex sanguine quippe ita affecto consurgit Spirituũ multitudo, & claritas animam exhilarantium. Proinde traditum quoq;, meracius Vinum moderate hausturn frontem exporrigere, ac lætos reddere, quia inde Sanguinis profluit bonitas. Siquidem humor is egregie dicitur humanæ naturæ accõmodatus. Scribunt item Medicorum sciẽtissimi, Cordis ardores temperari plurimum atræ bilis frigore ad Lienis conceptacula subductæ. Id uero fieri, Vt Lęua sint dextris frigidiora, quod locali conferre motui plurimum, rationibus colligũt. Ex iis uero omnibus mirari succurrit Erasistrati prudentiam, à quo promptum in literas est, Lienẽ frustra uideri productum, quando nulla prorsum in eo se promat uel operis, uel utilitatis ratio. Aristoteles quoq; ab sententia eadem uidetur non abiisse longius, cum tertio de partibus Lienem per accidens esse necessarium scribit, sicuti retrimenta tum Alui, tum ueſicæ, unde fit, ut in nonnullis magnitudine deficiat. Lien uapores inquit, uacantes diuertit, & attrahit ex Ventriculo, & concoquere eos potest. Vt qui sanguineus sit, quod si plus excrementi affuerit, parum'q; insit Lieni caloris, Corpus immodico langueſcit alimento, & humoris confluuio fit, Vt Lienosus quis euadat, & obdureſcat Vẽter. Cæterum id non in postremis dignum occurrit admiratione. Esse quædam terrarum parte hac discernicula, Siquidem in terra Caria propè Rhodum Caunii pestilente Cælo sunt, & Lienosi, uulgato apud Strabonem, alios'q; Stratonici Citharœdi sale. Qui illos intuitus Colore admodum uiridi, dixit, hoc illud esse, quod Poeta ceciniſſet Homerus,

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

Cum'q; illum incusarent, quod Vrbem, ut morbidam carperet, Ego inquit, eam morbidam dicere ausim, Vbi mortui ambulant? Propè Cortynam in Creta apparentem splenem Pecora non habent, quod amplius medicorum scrutantes Scholæ, in illis enasci herbam locis, deniq; compertum prodidere, qua uescentia pecora Lienes imminuerent. unde & Lienosis curandis medicamen excogitatum, quod ex re Asplenon Cretenses dicunt. Elegantissimum est & illud, quod in Iuliano Sextus Aurelius prodidit, Traianum exactiones improbãtem, detestantem'q; solitum dicere, Fiscum esse ueluti Lienem, quod eo excrescente, Artus reliqui contabescerent. Prius uero q̃ hinc digrediar, Platonis quoq; sententiã collibuit apponere, Proximus inquit, Iecori locatus est Lien, ut purum hoc semper, clarum'q; reddat, & modo speculi nitens, atq; perspicuum, ad imagines exprimendas accommodatum. Crassissima uero in Liene Portio dicitur Visceris Caput. nominatur & Splenium. σπλὴν νόσος apud græcos est Splenis uitio, seu Lienis laborare.

¶ De Rhenibus. Perinephra. Grammaticorum defenſio in Rhenum etymo aduerſus Philoſophos. Rhenum uitia, & uocabula. Cap. XLIX.

t Henes uero quonam & ipſi ingenio producti? aut q̃ mirabili uſu? hi Lumbis, ut credit Celſus, ſub imis coxis adnectunt, parte quadam reſimi, parte globati. Venoſi porro ſunt, & Ventriculos habent, ac conuelantur tunicis. Rhenes nulla haberi neceſſitate Ariſtoteles putat, ſed ut melius, & locupletius ſit. humoris enim excrementitii gratia, qui confluit in Veſicam, adiunctos eſſe ex ſua natura, in quibus plus eiuſmodi ſedimenti fieri ſolet, Vt Veſica melius ſuo munere fungeretur. Dexter in omnibus, ſicuti repetit Auicẽna in animalium hiſtoria, ſuperiorem obtinet locum, minuſq; pingui obducitur, & ſiccior eſt. habent ſinum exiguum, à quo meatus duo inſignes ad Veſicam defluunt. Alii etiam ex Ahorta frequentes perueniunt. Rhenum igitur munus inqt Galenus, eſt, quod in ſanguine ſeroſum eſt, ab Hepate attrahere, ut exuperantia humoris aquoſi ſequeſtrata, corruptionis abſit diſcrimen. Quanquam ſunt etiam num, qui ab tota ſubſtantia eiuſmodi fieri attractum putent, ſuffragante Iecoris ui expellente. diuerſum uero in Corpore ſunt ſortiti Locũ, non abſq; prouidentiæ ratione, Verum ne eregione cõſtituti ſibi inuicem officerent, minuſq; ob id deſtinatum implerent munus. fuit & in ſiniſtro ratio peculiaris, ne ſi altius aſſurgeret, ab Liene comprimeret, qui ſiniſtris maxime accumbit. Ita in ſtructuræ huius ratione nil ſe ingerit fortuitum, nil quod Sapientiæ ſummæ maieſtatem non præferat ampliſſime. Sicuti quod Viſceris huius Caro denſior, cõpactior, ſolidiorq; eſt, nequid exugeret, præter ſeroſam ſanguinis tenuitatem. neq; enim bilem atrã aduocat, non pituitam, Quibus craſſeſcẽtibus oblædi poſſet, præfarctis, occluſisq; meatibus. Porro ſoliditas alterum quoq; parit propugnaculum, ne Potus retrimenta acuta, mordaciaq; quid ualeant labefactare. Sic deniq; ualidius ſuo defungi munere poteſt. Nãra reſcente uiſcere, aut aliquo modo ex affectione facto imbecilliore, impurior profluit Vrina, Carnium recentium loturæ conſimilis. Id ipſum & affecto Hepate prouenire, exploratiſſimum eſt, Cum ſanguinis uis maior in Rhenes defertur. Duo porro ſunt, tum ratione, quã in aliis antea protulimus, tum qa defluentis humoris copiæ par non fuiſſet unus. Q d ſi forma ampliorem natura produxiſſet, non paruo ſtatura fuit magnitudo ea Corpori, non ita late patenti, fuſoq; πλατύνεφρα dicunt Græcorum Scientiſſimi, quæ Rhenum obeſitate oppleutur. Grammaticos inceſſunt ex Philoſophis nonnulli, Qui Rhenum etymon ſcrutati, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, ideſt ab defluxu obſcœni humoris nomen deflecti opinantur. non recte inquiunt, quippe Riui humoris eiuſmodi Spinæ altrinſecus cohærent, & ſunt ab Inteſtinis ſeparati. Cæterum Viri doctiſſimi, aliud eſt de natura diſertare, Aliud dicendi perpẽdere rationes. Vos humoris obſcœni appellatione genituram accipitis, Nos Vrinæ ſedimenta. docere Vos id Lactantius potuit ſic ſcribens, Vena in maribus, quæ ſeminum rationẽ continet, duplex eſt, paulo interior, quã illud humoris obſcœni receptaculum. Et ne addubites, paulo ante mentionem de Veſica fecerat. Ex caloris poſtremo redundantia urinæ conſequi incontinentiam, ſtilicidiaq; traditur. Rhenũ morbus dicitur utiq; Nephritis, ſæpe lapide magnitudinis uiſendæ, uel in Rhenum altero, uel in Vreteris inorto, impactoq;. A quo proue nit Colico haud abſimilis dolor. νεφριτικὰ inde dicuntur φάρμακα. Eſt & Rhenum affectio, Quã Matellę intercutem nõnulli uocant, Vrinę pfluuiũ Alii, Aut Diabeten, & λιπαχόν quoq;. Verum rara eſt hoc genus Aegritudo, Sitim parit extra modum, Vnde dicitur Dipſacos, uti Author eſt medicinæ. iii. Paulus Aeginita. diffinitur ab eo, ταχεῖα τῶν πινομένων διέξοδος, Vnde & διαβήτης nuncupatur, uelut tranſitus, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν.

¶ Vreteres Venæ, ſiue Vranæ. De Veſica, & Veſicæ affectionibus. Cap. L.

a Rhenibus autem ſingulas Venas colore albicantes delabi, compertum eſt, ad Veſicam. Eas ab re Vreteras ſiue οὐρανὰς Græci uocant, quod per eas in Veſicam, quam Cyſtin dicunt, deſtillare Vrinam, conceperint. nã Opiſthuretica dicuntur retro Vrinam mittentia. Sicut quæ ante, Emproſthuretica. Qui uero frequentius mingunt, Vretici appellantur. Scribit Galenus, ſibi ipſi

ipſi accidiſſe dolorem uehementiſſimũ, ut uideretur in Ventre intimo terebra perforari, in eo potiſſimum ſpatio, per quod a` Rhenibus ad Veſicam Vreteras ſcimus extendi. Quod eo libentius appoſui, ut Eorum coargueretur Vanitas, Qui Vixiſſe Galenum prodere ſunt auſi, ſine corporis incommodo prorſum ullo. Quę uero attulimus, ex libro ſunt de Locis affectis ſecundo, Vbi infert, mox excretum a` ſe grauiſſimo cum dolore humorem, uitreum a` Praxagora nuncupatũ, quod ſit Vitro fuſo ſimilis, aut ob frigiditatem. In Viris autẽ Veſica recto aſſidet inteſtino, ad ſiniſtra Vergẽs. In fœminis, in genitale procumbit, ſubiectam'q; Vuluam habet. Vrinæ iter in Viris ſpacioſius, & compreſſius, ab Veſicæ ceruice Colen petit, In fœmina breuius, plenius'q; ſuper Vuluę ſe Ceruicem oſtendit. Hanc prouida, ſagax'q; natura neruoſam compegit, duram, tenuem quoq;, ut Vrinæ mordacitati ſufficeret ex bilis permixtione, Item ne præter uoluntatem proflueret Vrina. Sunt qui ex tunica duplici concinnatam tradant, tametſi Galenus, & alicubi Auicenna ſecus literis mandarunt. Sed circũiectum Veſicæ indumentum ſpeciem præbet tunicæ duplicis, Verũ id Veſicam ipſam non componit. Iſchuriam, ideſt ἰσχουρίαν, Vrinæ uocant retentionem. στραγγουρίαν uero Vrinę Stillicidium. Id & δυσουρίαν dicunt. Ariſtophanes, στραγγουριῶ, χθὲς γὰρ ἔφαγον κάρδαμα. Si quidem Vrinam ſupprimit Cardamum, Vel, ut Græce dicã, ὄρων ἐστὶ ἐπισχετικόν. Sed & ὠδύσμαλθος. Sunt & qui Vrinæ nuncupantur Incontinentes Plynio. Inſunt Veſicæ item, Quos Medici θρόμβους. i. Grumos dicunt, Sed hi tamen & inteſtinis, Ventriculo, atq; thorace nonnũquam continent'. Eos Animi defectio, & color inſequi fœdus ſolet. Eſſe autem non aliud uidet', quam globatus Sanguis ex Vaſis ſuis effuſus, Qui Veſicæ meatum obſtruit, offarcit'q; quandoq;, eſt enim Grammaticis Grumus, terræ prominentia tumulo minor. Veſicæ item Affectiones Galeno ſunt hæ, πάρεσις, ſiue reſolutio, Nam & παρέλυσε reſolutos dicimus. forte uero hæc fuerit Vrinæ incontinẽtia. πτυρίασις, Quippe πίτυρος furfur eſt, λιθίασις, quia λίθος eſt Lapis, ἕλκωσις, ideſt Vlceratio, præcipue in collo, hoc eſt, ὠδὶ τὸν φάρυγγα. Dyſuriam a` Stranguria diſpeſcuit Galenus idem, Quoniã illa modo ſit δυσχέρεια τοῦ οὐρεῖν, Hæc uero κατὰ στράγγα οὔρησις.

¶ Præcordiorum, ſiue Diaphragmatis ratio, & nomina plura. Phrenes. Prapides. Plynii obſcuritas illuſtratur. Caput LI.

c Vm diuina prouidentia in hominis ſtructura ſcienter omnia ꝓfingeret, Thoracis capacitatem ad ſummũ ſapientiæ æquilibrium conformare ſic adorta eſt, Vt cum in Pectore, ſicuti Plato uult, mortale genus animæ foret collocatum, cum'q; inibi, quod melius, quod'q; natura deterius eſt, uiferet', Locũ ita diſparauit, ut diſcerniculo clariore Sedes altera ſecerneretur, ut Virilis, a` reliqua, quæ ueluti fœminarum foret. Chartilaginem quippe mediam interlocauit, Quæ partem animæ fortitudinis, & iracundiæ participem, contentioſam'q; parte contineret ſuperna. Vt rationi obtemperans hæc Concupiſcibilem pariter coerceret tanquã ui illata, ſiquando rationis imperia detrectaret. Eſt uero mẽbrana hæc tenuiſſima medio ſub pulmone trãſuerſa, uelut Pectoris ſeptum, Coſtis & ſubchartilagineis, & Spinæ adnexum, parte media tenue, membranea'q; exilitate contextum, atq; item Venas habens. Septum hoc Plato, Hippocrates, & Galenus Phrenas nuncupant, quod uerbum nobis mentem indicat, tanquam in prudentiæ participatum ueniant. Verum id haudquaq; fit. Sed ita dicuntur, quia adiacẽt iis, quę facultatis eius expertia non ſunt, Vt placet Peripateticis, Cordi nanq; prætendunt', Ex quo a` nobis Præcordia uocantur, Et a` Græcis quandoq; ὠδικάρδια, Sed & πολίζωμα, quod Cinctum Theodorus tranſfert, appellatur & διάφραγμα, quãquã & in naribus interſeptum eodem cenſentur nomine. φρατίδα etiam Poetæ uocant, ut ſcribit Euſtathius. deflexo uerbo ab φρὴν καὶ ἰδεῖν, ut ſit φροβλεπτική, καὶ προγνωστικὴ τοῦ μέλλοντος φρήν, ideſt præuidens, ac futura præcipiens mens. In præcordiis inquit Plynius, fuit peculiaris cauſa, Vicinitas Alui, ne cibis ſupprimeretur animus. Intellige, Vt animæ ſentiẽtis origo inoffenſa ſeruetur, nec facile cibi exhalationibus diſtringat', & caloris aduentitii copia. Nam & ſic quoq;, Vbi ex conuicinia attraxerint Præcordia humorem calidum, atq; excrementitium, continuo mẽtem, ſenſum'q; perturbant. quamobrem parte ſui media tenuia ſunt, ut minus

Vaporis excipiant. nam ſi carne pleniore conſtarent, Copiam Vaporis & haberent, & tra/herent. Porro & partem hanc inqt Ariſtoteles, calefactam celeriter, ſenſum mouere, indi/cat id, quod titillatu euenit. diffluunt enim riſu, quos titillaris, quia motus celeriter ad eum locum perueniat, qui quãquã leuiter calefacit, tamen mouet etiam præter uoluntatem, dif/fuſo ſpiritu, ac reſoluto. Facit autem Cutis tenuitas, ut homo unus omnium titilletur, tum etiam quia ridet unus. Ictu in præliis traiecta præcordia riſum attuliſſe, proditum eſt, ob calorem, quem moueat uulnus. Meminit doctrinæ huius Auicenna quoque in animalium hiſtoriis libro XIII. Sed obſcurius. Ex iis uero lux Plynio infertur nõnulla libro undecimo. & hæc quidem ſunt de Diaphragmate obſeruata Veteribus, qui balbutiſſe quodammodo uidentur, Si ſpectes ea, quæ mox ingeniorum acumina excogitarunt. Quando exploratum eſt obſeruatione acerrima, & ſciẽtiſſima, Inſpirationis, & Vocis, & omnium uirium Corpo ris initia referri accepta oportere Diaphragmati. Etenim Corporeas poteſtates expanſu im becilliores effici, experimentis commonemur, ſicuti contractu, cõſtipatu' q; iuuari imprimis. Hinc ſeſe promit ſingulare Præcordiorum emolumẽtum, Quod Galeni principis artis me dicæ prudentia compertum creditur. Quippe horum facultate prẽcipua Aeris in ſpiritali re ciprocatione comparatur ingreſſus, atque item egreſſus. Quod Cordubenſi non diſplicuit Moyſi ex Galeni doctrina in libro de Lacertorum motibus. Nam Lacerti facultate proprii contrahente, ubi retrahitur Diaphragma, influit ſpiritalis aer. Rurſum ubi eiuſdem Virtute diuerſa expanditur, egreditur Spiritus. Huic inuento ſuo in tantum Galenus applauſit, Vt in Lucubratione de motibus liquidis prodendum putarit, Eam in medendi ſcientia indagi nem uideri cæteris præſtantiorem, qua perueſtigetur, quo inſtrumento Clibanus moueat', ideſt Pectoris concauitas, per quam Spiritus ultro, citro' q; commeat. Quin Galenus idem τοῦ διαγνώσεως τῶν περὶ νθόπων τόπων quinto, Terminũ, quo Thoracis pars finitur inferior, Antiquiores inquit, Phrenas appellauerunt, ſiue ſimpliciter, ſiue quia, eo inflammatione affecto, Mens item oblædatur. Verum Qui Platonis tempora ſunt inſecuti, Septum ipſum nominare inſtituerũt, etiamſi Plato Veterum more Phrenas uocitat.

¶ Spmatis Vaſa eſſe qnq; numero. Quæ dicant' prẽparatoria. Maris, & Fœminę ratio. Caput LII.

Voniam uero Seminis rationem paucis attigimus, Illud commonitos uelim rerum naturæ contemplationis ſtudioſos. Conceptacula ſpermatica, quæ ge
q nituræ gratia ſunt comparata, ex Anatomicorum obſeruationibus accuratis uideri quinq; numero. Et principẽ quidem locum habere Venas, Arterias' q; multifariam implicitas, obuolutas' q; ad teſticulos tendentes, ex quo imagine quadam Varices quandoq; uocantur. Poſtea habentur teſtes ipſi, quos σπερματῶδῆς hoc eſt Cauernoſos cognominat Galenus. Tertium habet locum Epididymon incumbens teſticu lo ſub Vaſe, quod Seminarium dicunt, Et quartam obtinet ſedem, quod in Viris capax eſt, oblongum' q; ac uelut ſinuoſum, ubi Mutonem adit, in imo tamen anguſtius, breuius' q. Poſtremo eſt Paraſtata Seminarium interiacẽs, & Virgam. Comprobantur hæc primo de Genitura apud Galenum. Conceptacula primo a' nobis loco conſtituta uocant παρασκευὰς ικὰ, tanquam tu dicas præparatoria, quoniam ſeminarium humorem ad teſtes deferentia præfingere, &, ut ſic dicam, delineare uident'. Duo uero ſunt hæc pro teſtium numero. Ori go autem iſta, Seminariũ Vas dext æ a' parte ſupna ducit initia ex aduerſo Rhenis dextri, ab Vena concaua, & Arteria. Quarum altera ab Hepate, a' Corde altera exordium ſumit. Si/niſtrum uero non adeo ex alto profluit, Sed ab Vena ſiniſtra emulgente, & ab Arteria. Cę terum hac in parte illud ſingulari admiratione dignum, Vim illam ſeminariam, quæ Lum/bari dextro, ſic nanq; Iuniores hoſce item nuncupant meatus, inſerta dextrum adit teſtem, hinc effici calidiorem, magis' q; ſpiritoſam, quoniam Venæ eiuſmodi, atq; Arteriæ directe ab magna propagantur Vena, magna' q; arteria, quo fit, Vt ſanguinem protinus concipiant depũratum, egregie' q; percoctum. In ſiniſtris uero aliter obuenit. Siquidem non protinus deſſuit Vena, uel Arteria ab magna itidem, ut dextra, Sed ab ea, quæ ad Rhenes delabitur. proinde ſanguine oppletur non expurgato, ſed aquoſo plurimum. Quæ ratio creditur po/tenter efficere, ut pro decurrentis modo ſeminis, nunc mas producatur, nunc fœmina, Cui

calculum

calculum adiicit Galenus, a' quo longius abire, in iis præsertim, summe delirantis uideatur. Cæterum plura de hoc genus quæstione, libro de animalium generatione quarto Arist. nõ nihil & Lactantius. Astruunt porro' Medicorum sagacissimi, Seminariã uim in huiusce modi Vasis in album demutari colorem ex sanguineo. fieri uero ista, non in Venarum principiis, sed in portionibus iamiam testiculis se insinuantibus. quãdo morula certa indigeat cõcoctio hæc. Genituræ autem modum præsignem ab Cerebro secerni, a' Galeno traditum scio. quando cuidam salacissimo ab obitu capite dissecto, eius partis deminutio comparuit manifesta.

¶ De Vtero muliebri. Item an Matrix barbare dicatur parte ista. Geminorum ratio. Didymi, & Didymaones quo differãt. Vnde sit sexus disparilitas. Fœtus multiplicis exempla prodigiosa. Vteri uocabula, & partes. Item de mulierum testiculis. De Eugio, & Hymene.

Caput LIII.

f Oeminis uero intus eadem fere' omnia, præterq̃ Vesicæ iunctus Vtriculus, Vnde dictus Vterus, quod alio nomine locos appellant. hoc inquit Plinius, in reliquis animalibus Vuluam. Aristoteles uero ex Interpretatione Theodori, Pars inquit, Vuluæ interior loci, & Vterus appellatur, unde Vterinos dici fratres, scimus. Ostium autem, & Ceruix, Matrix. Extrema plurimarum uuluarum, quæ Cornua appellant, inuolui perspectum est. Græce uero Aristoteles sic, καλεῖται δὲ ὑστῶν τὰ μὲν ὑστέρα καὶ ἀδελφύς, ὅθεν καὶ ἀδελφὰς προσαγορεύουσι. μήτρα δὲ ὁ καυλὸς καὶ τὸ σῶμα τῆς ὑστέρας. Hystericas mulieres intelligunt Eruditi, ab Vtero suffocatas. Sunt & Symptomata, quæ nuncupantur ὑστερικά. Obiter, ne Scioli, ac nasuti uel me, uel Theodorum conuellere pergant, non barbare Matricem hac usurpari parte, quod plerique rentur, commonemus, quãdo & Iulius Solinus Matricis nominat penetralia, Cap. tertio. Vterus ergo hic in duos funditur sinus, qui in diuersum diffusi, ac reflexi circumplicantur modo Arietinorũ Cornuum. Quæ pars in dextram retorquetur, masculina est, inquit Lactantius. Quæ in sinistram, fœminina. Horum sinuum ita distributorũ auctor item Auicẽna est. Qui & XXI. tertii. Causa inquit, Geminorum seminaria prouenit copia, quando Vteri sinus uterq; fuerit oppletus. Et dextra quidem parte, ut plurimum, concipi mares uolunt, sinistra uero fœminas. Cui sententiæ suffragari Hippocrates uidetur, Sententiarum libro quinto. Hinc porro' contingere arbitrantur sexus disparilitatem, nam si in læuam Vteri portionem masculinæ stirpis genitura profundatur, marem quidem gigni, sed Volsis, euiratisq; Corpore, ac moribus. Ediuerso quoq; comparem sortiri euẽtum, quod fœminini sexus seminiũ dextrorsum se proclinarit. Enasci quippe fœminam, quæ Viri Speciem præferat in multis. ὑστέραν δικρόαν Vuluam uocant Bifidam. In Cæteris animantibus tot esse in Vulua sinus, Auicenna probat, quot proferantur Vberum papillæ. In homine autem, sicuti totum Corpus didymum est, ex dextris, sinistrisq;, Sic & Vterus. Sunt tamen quibus septem in Vtero cellulæ placeant, ternis dextra, sinistraq; constitutis; una modo in meditullio composita, totidẽq; posse fœtus concipi, tradunt. Prodigiosa sunt, nec sine cuntatione proferenda, Quæ magnus Albertus censuit prodẽda. Vt præteream, quæ scribit Iulianus Iureconsultus, Atq; itẽ Paulus digestis, Si pars hereditatis petatur, Vbi & Superfœtationem admittere uidetur. Scribit inquam Albertus, Mulierem quandam in Germania, Configuratis, conformatisq; iam in Vtero duorum & uiginti infantium corpusculis, aborsum feciſſe. Aliam uero etiam septuaginta. Immo, ut amplius increscat admiratio, Aliam etiamnũ eieciſſe in peluim Embryunculorum auricularis digyti magnitudine corpuscula centum & quinquaginta. Cuius rei facta fides est, tuniculis, quibus obuoluebantur, consciſſis. Addit quoq;, pluribus eorum affuisse dilatationis, & constrictionis motũ, & signa alia Vitæ complura, Oculis tamen imperfectioribus. Manuum uero, & Pedum digytos fuisse ueluti capillares. Geminos Græci nunc Didymos dicunt, nunc Didymaonas, eo tamen interstitio, sicuti in Rhetorico adnotatum Lexico est, ut sint Didymaones diuaricatis, seiunctisq; corporibus, Didymi autẽ coniunctis, connexisq;. Cuiusmodi fuisse Actorionas, traditũ fabulis, scimus. Sed ut ab diuerticulo fabulam repetamus, Illud neutiq; prætereundum. In Vteri lateribus introrsum habere muliebres testiculos, paruos quidem, nec orbe pleno, Sed instar Sphærulæ a' polis cõpressæ. Iacent autem initio colli Vterini. panniculis seorsum colligati, non ut in Viris, scro-

to uno contenti. Horum ratione uidetur Auicenna pronuntiaſſe, Vterum eſſe generatio/nis principium effectiuum, quoniã Galeno aſtipulante, ac certatim Medicis omnibus, Gut ta mulieris actiue ad generationem concurrit, qua ratione fortaſſis Auerrois quoq; Vterum ita laudib⁹ extulit, Vt membrum diceret principale quodam principatus modo. Verum, ut ab Grãmaticis aliquid item mutuemur, Vteꝝ dicũt etiam Delphyn, unde ἀδελφοὺς uocant fratres, qui Vtero prodierint eodem. Hippocrates etiam γονλὼ appellauit, quod uerbum illis gentibus partim quidem fœtum ſignat, partim uero genitale profluuiũ. Vteri ſupernas quaſdam portiunculas, obliquatas, nuncupant Ceræas, ideſt Antẽnas, & Plectanas, hoc eſt Retia. Vtrinq; uero habentur ὦμοι, ſiue humeri. poſtea eſt Collũ, uel Trachelus, Cuius Os uocatur Porus primus. Celſus Canalem interpretatur. Quæ mox ſequitur inanitas, κόλπος, ideſt Sinus dicitur muliebris. Vuluam deniq; Græci nunc μήτραν dicunt, nunc ὑστέραν. de/ſcribitur a` Galeno, ἀγγεῖον κυητήριον, ideſt Vas fœtum conſeruans. Inſignis eius affectio eſt, ubi σκιρρᾶται, ideſt obdureſcit. Scirri ſimile eſt, Quod in Vuluæ collo nuncupatur Scle/roma, ideſt σκλήρωμα. Habetur apud Paulum Hyſterica Pnix, ſiue πνίξ, quam uertere Suffocationem poſſumus. ἐμπνευματῶται quandoq;, ideſt tumeſcit ſpiritu, ex frigiditate interdũ, aut ἐκ δυστοκίας, hoc eſt partionis difficultate, Ore præfarcto, obſtipato'q;, uel etiã θρόμβῳ παρασφιγγομένης ἐν αὐλῷ. hoc eſt in eo thrombo, ſiue malis grumum dicere, ampli us concreto. Inuenies item ὑστέρας πρόπτωσιν, quam recte Procidentiam Vuluæ dixeris. fit in Ore interdum & φίμος. Sunt eadem quoq; parte ῥαγάδες ex partione uiolenta, Nã & ῥαγδαῖος impetuoſus dicitur. Ipſam uero pariendi moleſtam difficultatem δυσβολίαν uo/cant, Vel parientis ratione, uel Infantis, aut τῆ χωρίᾳ, craſſi nimis, aut prætenuis. Oblæ/dit Aer extimus quoq;, caloris ui, aut frigoris. Appellatur uero χώριον, quia ſit χώρημα, ideſt Infantis alueus, Aut quia χωρηγεῖ, ideſt ſuppeditat ei cibũ. Embryon porro` duplex ambit tunica, Interior, quæ & tenuior eſt, ac mollior, Amnion ab Empedocle appellat', ut auctor eſt Pollux, Exterior uero Chorion. Intra muliebre pudendum Eugion eſt, ſiue Hymen inte gritatis argumentum. Ea uero neruoſa intelligitur exilitas, quã primus cõuellat congreſſus.

¶ Septenarii ratione, intima corporis conſtare, Item extima. De Septenario paucula. Caput LIIII.

a Diiciamus porrò Macrobii ex naturalium priore libro ſententiam præclarã, qua comprobat is, humani Corporis tam intima, quàm extima numeri ſepte narii ratione conſurgere. Septem inquit, ſunt intra hominem, quæ a` Græcis nigra membra uocantur. Lingua, Cor, pulmo, Iecur, Lien. Rhenes duo. Se/ptem item alia cum Venis, & meatibus, quæ ſingulis adiacent, ad cibum, & ſpiritus reciprocationem deſtinata. Guttur, Stomachus, Aluus, Veſica, & Inteſtina princi/palia tria, Diſſipium, Meſenterion, Hira. Septem ſunt quoq; gradus in corpore, Qui dimen ſionem altitudinis ab imo in ſuperficiem complẽt, Medulla, Os, Neruus, Vena, Arteria, Ca ro, Cutis. In aperto item ſeptem ſunt Corporis partes, Caput, Pectus, Manus, Pedes'q;, & Pudendum. Item quæ diuiduntur, non niſi ſeptem compagibus iũcta ſunt. Vt in manibus eſt humerus, Brachium, Cubitus, Vola, & digytorum nodi terni. In pedibus uero, femur, Genu, Tibia, Pes ipſe, ſub quo Vola eſt, & digytorum ſimiliter nodi terni. Et quia ſenſus, Eorum'q; miniſteria, in Capite natura, uelut in arce, conſtituit, ſeptem foraminibus Senſu/um celebrantur officia. Oris, deinde Oculorum, Narium, Auriũ binis. Quare numerus hic totius fabricæ diſpẽſator eſt, ac dominus. Sed occurrat forte nunc aliquis, Ecquid iſta Cor poris humani ſtructuram faciant auguſtiorem? Reſpondendum uero, facere utiq;. Quoniã numerus hic perfectionis plenitudinem continet. Nam & Cicero ſeptenarium eſſe rerum omnium nodum pronuntiat. Quippe geminam uim obtinet uinciendi, quia ambæ partes eius uincula prima fortitæ ſunt. Ternarius cum una medietate, Quaternarius cum duabus. Porro` is eſt perfectus numerus, qui ex pari conſurgit, atq; impari. Nam impar numerus mas, Par uero fœmina creditur. Sed & numeralis ſcientiæ ſtudioſi Patris appellatione im/parem cenſent, Parem uero matris. At dicat quis, ineſt Virtus hæc aliis item minoribus nu meris, ineſt quidem, ſed ut Septenarii partibus. Poſſem hoc loco argumentis peruincere, totam in Vtero Infantis fabricam iſto diſpenſari numero, necnon totam hominis Vitam.

Sed ſupeſt

Sed superest de hac re pragmatia. Quæ modo allata sunt, ptæmonstrant, dum ne cæcutiamus, diuinæ maiestatis sapientiam, a qua tot, tantis'q; insigniti bonis sumus, Vt in delitiis esse nos, fateamur, necesse sit. modo succinat unusquisq; sibi, nosce te ipsum.

¶ Summum hominis bonum esse in Deo, non in uoluptate, aut potentia, uel Virtute. Impietatis humanæ taxatio. Cap. LV.

h Æc habui de hominis præcelsa natura, quæ in literas promerem. Quæ labore non paruo ex diuersis congesta, si exactius quis paulo humanior uocarit ad Libram, fatebitur, opinor, quod initio astruximus, Hominem esse miraculum magnum, atq; diuinum. Sed tum equidem maius etiamnum miraculum, Si tanta Diuinitatis cura, & prouidentia inenarrabili & creatus, & ornatus, & singulis momentis connutritus, defensus, ad Vitam uere uitalem tota ui prouocatus, Vt plerunque fit, Sensibus mãcipatus obbrutescat diro peccatu prorsum, nobilitatis, & finis oblitus. Ac sacrum illud numisma non concidat modo, exculcet'q;, Sed aggere adobruat altiore, Vt scelerum labe pressus altissima uix dici Arbor queat, iuxta illam ueterum sapientium Animarum tropologicam transmigrationem. Est profecto, ut ab nostræ religionis patribus astruitur, & nos supra attigimus, summum hominis bonum, Aeterna, & ultramundana Vita, Summum malum Antithei consortium impiissimi, & mors prorogata in infinitum. Verum diuersi abeuntes in terrenam, deuergentia quadam reflectimur naturã, hãc tractamus unam fallaciosis illecti, oblaqueati'q; ambagibus, hanc cogitamus, huic inhæremus affixi, efferamur'q; adeo, ut persępe, quod Marcus Cato dicebat, Succidias humanas faciamus. Sed imperitiores miremur minus. Inter eos, qui sibi Sapientes uidentur, mira est de felicitate disceptatio. Nec illud perspiciunt saltem, Vtcunque bellicum canant, inferant signa, diuersam aciem, impressione ualidius facta, fundant, fugent'q;, commori omnes perinde ac Bruta, bonum'q;, ni perniciosior supesset Animæ interitus cum æternis pœnarum cruciatibus. Nil suspici animaduertas, rapi omnes calle quidem diuerso, errore tamen uno, quo ab parente reuellimur, Veluti hac una ratione nascamur, Vt uel Voluptatibus irretiti, in earum titillationes Caput, animam'q; demergamus. Aut ui crassemur in proximum omnia nobis corrogantes, uendicantes'q;. Aut scientiæ inanis gloriolam captemus. Erumpere agminatim maxime uideas, qui uoluptate cuncta metiantur, nil'q; habeant ratum, nil pensum, nisi quod ex illius fuerit decretis. Siquidem eo passim ab mortalibus concurritur, ut Seneca inquit, ubi Voluptatis laus insonuerit. Sed quid imperitis facias? Eudoxus philosophus, nec astrorum inscius esse summum bonum Voluptatem, ut illi uidebatur, inde colligebat, quod eam affectarent omnia. In quam sententiam toto pede Philoxenus iuit, &, ut Aristotelis monumenta testantur, γυράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν. Gruis collum ut haberet, exoptauit, quo diutius bibendi, edendi'q; titillatione perfrui posset. At Persarum Rex Xerxes nouæ Voluptatis repertori præmium constituit. Hinc est & Ephesiorum nobile decretum, Qui, Strabone tradente, cum singularis modestiæ, ac frugalitatis Virum Hermodorum eiiecissent, Nemo dixerunt, apud nos frugi sit, nemo unus excellat, uel si excelluerit, abeat. Quo nomine dignos fuisse, qui strangularentur omnes, pronuntiauit Heraclitus cognomento σκοτινός. Pleriq; etiamnum ex Philosophis ita Voluptatis imaginem concipiunt, Vt illam in solio statuant regio, ueluti humanarum plane Reginam rerum. Quod uero ferendum minus sit, Virtutes ei subiiciunt, ut famulas, nutum quoque, nequid indignationi desit, obseruantes, ut euestigio, quicquid uisum illi fuerit, exequantur, tanquam illuc demum productio hominis spectet, ut cibum, potum'q; delectamentis implicitus percolet, Vt in Quæstionibus Seneca dixit seuerissime, ac libidine omnifaria difluat. Cum tamen sciant, ab Antisthene pronuntiatum, insanire se malle, quam Voluptarie deliniri. Et recte ille quidem. Nam quintodecimo punicorum apud Silium ita legimus.

Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa Voluptas.

Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circùm te ſemper uolitans infamia pennis.

Alii uero Liuianum illud aſſidue mente repetunt, & uerbis identidem ingerunt. Regnum res eſt inter Deos, homines q; pulcherrima. Reges putant Deos eſſe terrenos, Qui ab exili, tenuiq; initio coorti ad præcelſæ maieſtatis inſtar excreuerunt, emicueruntue. Quod & Anataricum dixiſſe quandoq; proditum memoriæ eſt. Hinc & illud Cæſaris tyrannico ſpiritu tumentis in Alpium tranſitu, Mallem hic eſſe primus, quàm Romę ſecũdus. Equidem præfici gentibus, longe, late q; ſummotis omnibus, imperitare, honeſtiſſimum cenſeri poſſet. ni ita nos inſtrueret Seneca. Simul iſta poſuit cõditor Mũdi Deus, Odium, & Regnum. Proinde & Rex ille, ubi amplius Diadema expendiſſet, O nobilem inquit, potius, quàm felicem pannum. Quid enim, ut inquit Catullus, ſolutis eſt beatius curis? Sunt qui reſectis, abdicatis q; omnibus, Virtutem modo amplexent confoueant q; ucluti Sapiens ſit planè omnia, &, ut Oratius inquit, Vno minor Ioue, I s, liber, honoratus, pulcher, Rex deniq; Regum. Profecto non abnuerim, eſſe Virtutem altum quiddam, & eximium, multa undiq; ſplendoris luce circunfuſum, Si modo recta inſiſtas uia, nec, quod multis uſuuenit, ἄνευ τοῦ πρόπειν philoſopheris, ac μέχρι τοῦ λέγειν, Etenim adnexũ uideo ſupbiæ ſtuporem, & qd gra uiſſimũ eſt, Inſcitiã, aut negligentiã eius, Qui omniũ eſt Virtutũ Pater, & largitor. Quanti demum ſcientia eſt impietate conſtipata? Immo quid inauſpicatius, Vel, ut κυνικώτερον dicam, quæ eſſe fœtutina ſpurcior poteſt, ac fœdior? Expende conſpectius, tumẽt Colla Sapiẽtium, riget Ceruix, Os obſignatur. De Deo nulla, aut rara prorſus fit mentio. Quid cum Platone mihi, Quid cum Ariſtotele? ſi laudibus perſtrepunt Scholæ, reſonat forum, Animam ſuppliciorum diritate diſtrahi aduituri, ac uiſuri ſunt Inferi? O felicitatis infeliciſſimũ genus. Quid porro cum felicibus æui tam breuis, ímo uero nullius? Expergiſcere infelix anima, reſipiſce, quid ueneris, amplius ad examen reuoca. Quid ſis, metire. Miraculum eſſe, te docui, & quidem diuinum, addidimus uenerandum, & adorandum. docuerat, addiderat q; prius Aegyptiorum Regalis Sacerdos Mercurius. Tu uero diuini adiectionem exhorreſcis, Brutum ſponte, & conſulta opera amplexaris, & perficis. maximum dici miraculum mauis. Quid enim maius, quàm diuinam imaginem, immortalem, tot, tantis q; luminibus illuſtratã, tã lato, tam q; numeroſo bonoꝝ agmine obuallatã cœnoſa ſemet fœditate circunlinere, Glomerariam q;, ac ſanguinariam, Brutum induere, Dictum. n. ueteribus eſt, Hominum effigies habere Animos ferarum. Illum uero omnia ſupereminentem, Luminum, ac bonitatis Patrem, Qui nos ab angelis paulo minus deminuerat. Qui Vultus ſui lumen ſignauerat ſuper nos, aut ruditer neſcire, aut per ſummam impietatem negligere? Hac ratiõe eſſe cœpit bulla hominis Vita. humana omnia puluis, & Vmbra. Eum, qui ſolus eſt, fuit, erit, liquimus. ad imaginoſa reclinamus. Vitalis lux nobis erat contributa, ut per illius eſſentiam ueram, unicam, fœcũdiſſimam & nos aliquid eſſe inciperemus uere, unice, fœcundiſſime. At nos terrena reſpectamus, cum Animas noſtras eſſe uoluerit Præpetes Deus, non Inferas, ceu cum Epicuro ſuccinentes, quod ſupra nos, nihil ad nos, mentis inſtantia, & uigore hebetato. Nec aduertimus, mortalem eſſe hanc, & per momẽta euaneſcentis naturę prouinciam. Sed utinam Vnicus ille, Verus, bonus q; Summi Patris, ſummus filius, humanæ impietatis diuino, & pretii incomparabilis ſanguine, in terrarum conſpicua altitudine ineſfabiliter profuſo, expiator infinitus, ita quandoq; mentes omnium ſuæ claritatis fomite incendat, illuſtret q;. Vt nouum hominem induamus omnes, & quod abſtulit peccati Labes, reſtituat Pietatis candor. Qua efficiamur una uelut Argentum purum putum, ac emaculatum, & candefactum, nulla q; ſit dies μυρία, ἀλλὰ μητέρες πᾶσαι.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN LIBROS ANTIQVARVM LECTIONVM PRAEFATIO TERTIA, AD PRAECELLENTEM PHILOSOPHVM, ET MEDICVM, NICOLAVM LEONICENVM.

CIS, Opinor, Vir Eminentiſſime in ſtudiorum meorum, ut ſic dicam, infantia Ferrariæ prima moralis philoſophiæ ſtipendia tuo me ductu, & auſpiciis feciſſe. Quam uero ex eo tibi multiplex eruditio tua, & Lectio tantumnō infinita, Ingenium feraciſſimum, & omnium capax Memoriæ Theſaurus, Addo etiam Græcæ, Latinæq; facundiæ ſcientiam præſignem, quam erudiditus ita es, ut excellas, Hæc inquam omnia, quàm tibi me affecerint, addixerintq;, ſum ipſe mihi teſtis uel locupletiſſimus. Sed animaduertere potuiſti tu quoq;, nec enim tibi defuit unquam obſeruantia mea, Quæ auctior reddita in dies facturo nunc mihi publicam materiam, quicquid in literarum quaſi palæſtra peruigilatum ad hanc horam eſt, amplius expreſſit, aurem quodammodo peruellens, Vt te, ueluti clariſſimum Artium bonarum lumen in huiuſce gloriæ, quantulacunq; ea ſit, participatum clementer aduocarem. Ita enim futurū, ne Officii tui, & meritorum in me dilapſa uideatur memoria. Eſſe quidem repenſionem hanc operæ leuioris, ac pedariam, nil me fallit. Etiamſi Scruta, ut uēdat, Scrutarius laudat, Sed & quæ nec uerti uitio poſſit, aut debeat. Quando ſalſa tamen mola litare creduntur, quibus defuerint thura. Te quoq; in excelſiſſimo doctrinarum faſtigio ſurrectum ſtare, dilucet, arbitror, & norūt omnes. Quo ſane nomine temeritatis agi poſſe mecum, animaduerto, Vt qui nugalibus inuentis altitudinem tuæ Contemplationis ineptius obſtrependo, auocando q; uidear interpellare. Cæterum Vir præcellens præſtò mihi parte hac Platonis ſententia diuini eſt, Qua ſcribit is, Reſponſum quando q; ab Ammone, Pluris ſe Lacedæmoniorum aptam facere orationem, quam aliorum munera uel opulentiſſima. Quæſtum tibi laudis, ac gloriæ compendium iis magnum non præmonſtramus, Sed pectoris intima proſpicienter reſeramus, Vt gratum, memorem q; me iam hinc noris agere diſcipulū, Cordiq; ac memoriæ inſigniter habere, quame hilaritate, quàm miti oratione adeuntem etiam ſi aſole occaſo ſæpius, hærentem q; exceperis aſſidue, patefactis ingenue, facundeq;, quibus, uelut moramentis moleſtioribus, tenerer implicitus. Quo fit, Vt cum immenſa ſint, quæ inde tibi debeantur, inſita uero imbecillitate pauca, uel prorſum nulla queam præſtare, in hoc reclinarim diuerticulum, Vt procliue ſaltem, nec opinor, ingeneroſum animi propoſitum ingererem tibi, in q; memoriam cæteris darem, Et quod ille apud Senecam facit, Ipſum me oblatum uellem, etiam atq; etiam comprecatus, Munus Iſtiuſmodi, quale idcunq; ſit, boni conſulas, putes q; cæteros, etiam ſi ampliſſima contribuunt, plura tamē multo ſibi relinquere. Qui ipſum ſe tradit, reliqui ſibi facit nihil. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANTIQVARVM LIBER VNVS, QVI TERTIVS.

¶ Hiſtoria iucunda belli in Venetos geſti, qua tempeſtate nobis iſta elucubrabantur.

Caput primum.

QVIDEM ſi alias unquam res hominum eſſe omnino nihil, concipere licuit, Id clariſſimum diuina potentia, nobis iſta prodentibus, effecit, Vt ſiquando in dubium uenerit, eſſetne prouidentia ulla, nunc luce cōſtiterit clarius, eſſe præpotens numen, Cuius nutu uel minima quæq; dirigantur, diſpenſentur q;. Quo enim tempore cōmentabamur iſta, exortum eſt atrox in Venetos bellum, conſpirante in eos uniuerſo occaſu. Im primis uero Romanæ eccleſiæ Pontifex longe clariſſimus Iulius, eius nominis ſecundus, aduerſum præpotens terra, mari q; imperium Spiritus erigere auſus eſt, reuocaturus Ciuitates eccleſiaſtico Imperio ſuperioribus annis ui ademptas. Sed ad tantā belli molē prætenues erāt Animi ingētis uires. Peregrinis ergo auxiliis opus uidebat. ne uana fieret ſine robore indignatio. Adiunctus ergo Maximilianus primum Imperator.

Mox et potentiſſimi Reges duo, Gallus, Hiſpanus'q. Aderant in Italia parati ad partes Reguli aliquot, Alphonſus Ferrariæ Dux, Cui pater Hercules fuerat, ſingulari prudentia Vir, & in bellicis rebus cuilibet ferè Veterum comparandus. Eum nos uiuentem uidimus ſæpe, nec ſine admiratione præſigni, Cum prouerbii uice paſſim tota Italia uſurparetur Herculis Ducis calliditas, Cui plus ineſſet ingenii, quàm cæteris omnibus, quotquot bellandi uſu cenſerentur ab radicibus alpium ad fretum ſiculũ. Eum Veneti annũ uigeſimũ ſeptimum ante, quàm nos hęc promeremus in Literas, illato bello ex contentione de finibus, bona principatus parte exuerant, Ademptum enim Rhodigium metropolis regionis eius, quam inter Padum, Ateſin'q; poſitam Policinum uulgo dictitant, Cheroneſum Græci, Sed & Latini nuncupant. Interluit Plinii teſtimonio nobilis Tartarus. apparent multis locis Philiſtinæ foſſæ ueſtigia, cuius eſt apud eundem mentio. durat etiamnum nomen, ſed paulum modo luxatum, qui uetuſtatis mos eſt. Piſtrinam dicunt. Adempta & Oppida duo Iuris Rhodigini Lendenaria, & Abbatia. Ademptus & Agrorum numerus magnus, Qui fertilitate, ac frugum bonitate certant cum optimis quibusq;. Vt non minus uere dici poſſint Italiæ ſumen, quàm olim Roſeæ Campos dixerat Vopiſcus Cæſar. Iniuriæ tam inſignis memoria perurgebat filium, Qui paternæ uirtutis hæres quoque ſumma ui affectabat, reuulſas ab corpore uelut particulas pro uirili in integrum reſtituere. Affuit & Franciſcus Mantuanus Marchio, ut nunc loquimur, Cuius Maiores iidem Veneti male mulctaſſe uidebantur. Affuerunt & Alii, Qui omnes tanquam ad commune incendium reſtinguendum coorti conſpiratu mirabili, Venetum undiq; infeſtare cœperunt. Gallorum Rex Lodouicus Italiam ingreſſus Copiis egregie ad belli uſus tum armis, tum ductoribus, ac bellandi peritia inſtructis, ad quadraginta fuere hominum millia, Citra Abduam fluuium fere millibus paſſuum duobus conſedit. Pontificis exercitus Fauentiam, Rauennam'q; inuaſit. Venetorum Copiæ ad quinquaginta hominum millia Gallis ſeſe obiecerant. defecerat oppidum nomine Triuium ad Gallum. Id ſitum eſt in Abduæ ripis. Eo nomine inflammatus ira Venetus, & indignatione præceps ſumma ui id oppugnare adortus cepit. Vbi nullum non crudelitatis genus in Oppidanos editum. quãquã Ducibus inuitis. Ciues interfecti omnes cum puberibus. Patuerunt ad libidinem uilliſſimi cuiuſq; infelicis ternatæ Virgines, Mulieres'q;. Viceni triceni'q; miſeras etiam in propatulo conſtupra bant. Nec ſacris Corporibus ira pepercit Victoris. Oblatam audio Chriſti ſuffixi tremendam imaginem, additis, quas tempus exigebat, luctuoſis precibus. Sed cæca rabies, in ſuam'q; ſurda perniciem exculcat omnia, ęquat'q; ſolo. Dictu nefas eſt, quod ſequitur, & ipſe narraturus contremiſco, quod militaris impietas perficere non expauit. Conditorium Sacroſancti Corporis, in quo reſtituti omnes ſumus, rapturus auariſſimus miles, ineffabilis myſterii panem dicam, an Verius Dei præpotentis filium profudit, ut uilius neſcio quid. Et gaudio geſtiens, Quem ſupercæleſtis natura reformidat, laudant Cæli, ueneratur quicquid eſt, humi etiam, ut opinor, liquit iacentem. Sed audi quod inſecutum eſt. haud ita multo interiecto tempore, diſcordi ab hiſce belli primitiis exercitu Veneto, Pars una Gallum Prandinum op. haud ita ab flumine diſſitum inuadere cogitantem, ducentis fermè ab fluuio paſſibus audacius adorta eſt Inter Caſſanum, Triuium, & Riuoltam ſiccam, Id loci nomen eſt. Ibi commiſſo prælio acri, Victor Gallus, tum conſilio, & uiribus, tum bellicis tormentis, quæ inter Vepreta mirabili arte defixerant, ad decem millia hominum confecit ex hoſtibus. Machinas omnes, quæ innumerabiles erant, & pretioſiſſimæ, cepit. Captiuorum numerus, & Spoliorum immenſus. Tantus uero Venetum terror inceſſit, Vt Equitatus omnis turpiter ſeminudus ſe fugæ mandaret, tam præcipiti curſu, Vt permulta millia paſſuum munimenta Equorum, hominum'q; abiecta paſſim uiſerentur. Nec tamen incruenta ſtetit Victoria tunc Gallo. quinq; ferè millia deſyderata. Quod ſi, ut prædicant plerique, ambitione reſecta, Bartholomæo Aluiano, Qui in hoſtes impreſſionem fecerat, Comes Pitylianus opem ferre non recuſaſſet, non mediocri clade conſtaturam fuiſſe Gallo putant eius diei pugnam. Cæterum Vtcunque, ab eo prælio tam improſpero, tam'q; omnoſo, ut mox euentus docuit, Inſigne ſpectaculũ cũctis gentibus de ſe præbuit Venetũ Imperium. Siqdem ueluti acciſæ forent omnino Vires Vrbis paulo ante florẽtiſſimæ, Exercitum militibus

militibus conſcriptis reparare. Ciuitates confirmare, ualido impoſito præſidio, Venetus negligere eſt uiſus. Scires altius, quàm pro ſpecie infixum uuln⁹ ſtare. Nec id fere latuit. Nã cum accepta foret clades quartodecimo Maii, Salutis anno M. D. IX. Intra diem tertium & uiceſimum amiſit Venetus Italiæ principatum non paruum, ad Lacunas ſuas tantũnon infeliciter redactus. Mira certe res fuit, tam breui ſpatio exui Imperio, quod deſudantes maiores uix annis centum, maximis artibus domi, belli'q; adminiſtrata Rep. Ciuitati omnium nobiliſſimæ adiecerant. Admirationem augent urbes munitiſſimæ, quæ ueluti dato ſigno, ad hoſtem nulla prorſum ui expectata defecerunt. Arripuit ergo Gallus Cremonam, Bergomum, Brixiam, oppida multa, quæ in regionibus illis uiſuntur. At Imperator ſedens etiamnum domi, nec uiſa omnino Italia, Vincentiam, Veronam, Patauium, Vbi tunc nos iſta euigilabamus. Goritiam, Tergeſte, totum Iulii forum, Vtino excepto. Alia ex parte Pontifex ad Vexillum reuocauit eccleſiaſticum Rauennam, Fauentiam, Ariminum, Ceruiam. Ferrarienſis Dux Rhodigium, & reliqua eius loci ſumma alacritate recepit. Cædit hoc in laudem Cheroneſi noſtræ plurimam. Ab ea intercepta prius, non deſiiſſe Italiam Herculis ducis ingenio agitari motibus, dum poſſeſſione Venetos deturbare ſtudet. Quin & ipſum hoc tam funeſtum bellum illinc parte plurima pullulaſſe, conſtans opinio eſt. Adiecit imperio Alphonſus Montem Silicis, & Atteſte. Vnde Principes Atteſtini creduntur cognominati. Quos Eſtenſes dictitat imperitum Vulgus. Id poſteaquam reſciuere Veneti, negotio ad Senatum relato, credo, alia ſuper aliam nuntiata clade, Principes alioqui prudentiſſimos, & Leonardum imprimis Lauretanum tunc Venetiarum Ducem adeo concepta uicit indignatio, Vt ueſtigio decerneretur, copiis omnibus tum terreſtribus, tum naualibus petendum eſſe Rhodigium. Atque ita æquandum ſolo, ut deinceps Rhodigium quæreretur Rhodigii. Cæterum ubi id amplius perpendentibus mox eſt uiſum Irati potius Senatus conſilium, quàm Principum electiſſimorum ſententia, antiquata ſtatim res eſt. Porrò utcunq; Imperatore nimio plus ceſſante, cum ſine præſidio eſſet omnino Patauium. Venetus, qui paulo ante de ſalute publica deſpondere erat uiſus, oblata rei bene gerendæ opportunitate, ſeptimo & decimo Iulii, ſummo mane cum delecta manu Equitum leuis armaturæ prius, mox & Peditum, qui cladi ſuperfuerant, Patauium irrupit. Adeo'q; inopinata res fuit. Vt in foro prius Diui Marci Vexilla ſint uiſa, quàm ullus omnino hoſtium præſenſerit aduentum. In quo mirari licet Venetorum illuſtrem clementiam. Capta erat ui quodammodo Vrbs Italiæ clariſſima. Superfuit illis tamen altitudo animi tanta, ut citra ullam omnino cædem tranſacta res ſit, etiam ſi defectione fuerant uehementer commoti, quod Venetæ Vrbis eſſe ueluti Cor, Patauium uideatur. Ceſſere in prædam Iudæi modo, nec non Domus omnes eorum, qui nouis rebus ſtuduiſſe uidebantur, in quorum aliquot Venetias miſſos fæuitum amplius eſt, & certe patauina Nobilitas inſequentibus temporibus, atrociſſimo ex defectione conflato odio, tantumnon ad extrema dilapſa eſt. Vidimus ipſi per ſummum terrorem milites auide propoſita diripientes bona. clamores diſſonos hinc inde audiebamus ſe ipſos uulnerantium Prædatorum, & fœminarum ſeſe afflictantium, Impuberum'q; miſerabiliter fortunam ſuam deplorantium. Affuit & Ruſticorum uis magna, quibus connitentibus maxime confecta res erat. Proinde in prædæ partem irruebat efferata illa quoque multitudo. Vnde, ſicuti neceſſe erat, tumultus obſtrepebat intolerabilis, inſueto præſertim, Quando & incognitum erat, quonam progreſſura foret Victoris ira. expectante unoquoq; cædem, Incendia, rapinas, ſuſpendia nobilitatis Patauinæ. Sed clementius mox acta omnia. Ex Veneto exercitu uiolentius, & præter inſtitutum craſſantes pleroſq;, rapientes'q; uidimus gula fracta paſſim tota urbe propendentes, ſeueriſſime pœnas exigente Andrea Grito, quem tum Copiis Venetus præfectat. Inſequenti die capta Arx quoque, deditionem faciente Leonardo Dreſano, Vincentino nobili, Qui Imperatoris nomine Patauium fuerat ingreſſus. Capti ibi quoque Ciuium multi. Omnes Venetias miſſi. Paulo poſt & Patauini alii, Qui modo ſuſpicionem aliquam de ſe facerent. Eodem impetu recipitur Mons ſilicis, Atteſte, Montagnana. Contigit & mira res. Plebs omnis non Patauii ſolum, ſed alibi quoque pro Veneto Imperio ſtare, Ruſtica turba eodem tendente. Qua etiam latenter craſſante, Mantuanus Marchio Franciſcus, rei militaris peritiſſimus, & Imperatoriis artibus inſigniter

perilluſtris apud Inſulam Scalæ, id in Veronenſi agro loci nomen eſt, interceptus Veneto traditur, ductusq; Patauium Diui Laurentii die, Qui eſt Auguſti decimus, Confeſtim & ipſe Venetias mittitur. Iuſſu deniq; Pontificis diu poſt liberatus, in patria ſe in poſterum continuit. Eodem fere tempore affuit Imperator exercitu numeroſiſſimo Patauium expugnaturus. Erant in Caſtris fortiſſimarum gentium peritiſſimi, ac fortiſſimi milites, Germanus imprimis, deinde Gallus, Et tum ab Rege, tum ab Pontifice miſſi Hiſpani. Nec Italicæ Virtutis flos deerat. Hippolytus Atteſtinus, & Idem Alphonſi Ferrariæ Ducis frater, Vir Animi excelſi, Virtutis expertæ, Ingenii ſemper in numerato, & rerum nouarum auidiſſimi, eos ductabat. Erat hic quidem honore Cardinalis, ac Pontifici gratiſſimus, Sed Herculi patri ſimilior, quam eius loci ſacris Viris, Veneto infeſtus imprimis ex antiquarum iniuriarum memoria. Quamobrem paternis odiis nimio plus imbutus uim magnam tormentorum ad belli uſus in Caſtra conuexerat. Quibus mœnia Patauina ſic quatiebantur, Vt ſtadiorum fere trium ſpatio, ea Vrbis parte, quam Caudam uocant longam, non procumberent ſolum muri, Sed penitus extererentur. Cæterum miro ingenio, & celeritate inenarrabili Venetus introrſum militarem excitauit aggerem per totum fere Vrbis ambitum, quamodo uiderentur Hoſtes impetum daturi, die noctuq; opere continuato. Adiacebat aggeri extrinſecus foſſa pedum altitudine quatuor. In imo ſubſtratus erat puluis ad apprehendendum ignem, & omnia fumo, incendioq; momento complenda mirificæ naturæ. Sarmenta puluerem conuelabant. Siquando inſurgeret hoſtis mœnia inuaſurus, ſumma alacritate deuolabant delectiſſimi pedites lanceis inſtructi, ac introrſum inſidentes imo aggeri, qui ab ea parte accliuis erat, maximo contemptu aduentum opperiebant. tantam uero præ ſeferebant animi altitudinem, Vt ſibi pollicerentur identidem, nihil unquam auſurum hoſtem, quãuis audaciſſimum, ferociſſimumq;, & quod maximum eſt, miro fortunæ afflatu elatum. Quin & feles Lancearũ apicibus, Orbe ligneo ſuffixo, alligabant, ſurrectisq; in Procæſtriis (ſunt hæc munimenta caſtrenſia) Lanceis, iocis militaribus, & incõditis hoſtem ad felium uenationem prolectabant. Vidimus nos uniuerſa hæc. cumq; arderẽt omnia bello, & ænei globi tormentis excuſſi noctu magis, ſed & interdiu ſæpe circumuolitarent aures, & ſingulis horis pro aris, focis, uitaq; dimicaretur, tamen etiamſi terrore tum præſentium, tum iam iam ingruentium malorum æſtuaret mens, Omniaq; non ſimulacris, Sicuti aſſolet plerunq;, atq; imitamentis, Sed Vlulatibus ueris, ac ſpirantibus quaterentur, iſta cõmentabamur. Durauit ſeſquimenſem fere Obſidionis calamitas. Nam repente Octobribus Calendis nulla euidenti cauſa, conclamari uaſa iuſſit Imperator, ac re infecta raptim tranſmiſit Alpes. Quo tanto ſucceſſu Venetus, de quo paulo antea conclamatum uidebatur, gloriari plurimum cœpit. Vt qui Peditum quindecim millib⁹, Equitum leuis armaturæ millibus quatuor, Grauis armaturæ, ſeu Cataphrattorum non octingentis amplius. Quas uires ſub obſidionem ipſam mira celeritate contraxerat, hoſtiles copias, in quibus ferebantur peditum ad octoginta millia. Equitum uiginti, ſumma Virtute præter omnium ſpem reiiciſſet. Fuit ea æſtate Siccitas adeo æſtuoſa, uix ut perennes ſuffecerint amnes. Ea res plurimum iuuiſſe hoſtes credebatur. Ita ut paſſim militari iactaretur Ioco, Deum eſſe Germanicarum partium. Commeatus haud ita arcti habebant, Quod ſi diutius oppugnata Vrbs foret, in tanta hominũ multitudine haud dubie tamẽ uentũ eſſet ad inopiæ ultima. Sed hoſte demigrante, confeſtim laxior rediit annona. Omnino toto eo tempore terrores Vrbi inferebantur atroces, tanta Barbarorum multitudine circunſtrepente, ac ſubinde aſſultante, nuſquam tamen armis oppugnare adortus eſt tam formidoloſus hoſtis, nec unquam ad certaminis aleam uentum. ſemel tantum Hiſpani quidam, trecentos fuiſſe conſtat, munimenta inuaſere, quibus ferro, igniq; abſumptis, plus deinceps minarum, quam uis apertæ fuit. Cæterum Venetus iam iam ſibi fidens animoſius, Veluti interceptas Vrbes repetiturus per magnos imbres Vincentiæ ſigna intulit. Aqua nullo negotio deditione facta, Belli peſtis Veronam petere eſt uiſa, Sed ibi maior ſe rerum moles oſtentauit, Quamobrem deflexit Venetus, Rhodigina Cheroneſo recepta, uelut ſumma ui Ferrariam oppugnaturus, paſſim per edicta euocatis omnibus ad Vrbis opulentiſſimæ prædã. Aderat Claſſis item inſtructiſſima, Triremes ad uiginti. Aliarum nauium numerus non paruus. Iam progreſſus erat nauticus exercitus aduerſo Pado ad locum, Quem uulgo dicunt

Guardiam

Guardiam. Vicus is eſt flumini adiacens. Diſtat Rhodigio ſeptem millibus paſſuum. Ac in Padi ulteriore ripa, quæ agri Ferrarienſis eſt, militaria excitarat munimenta, tormentis omnifariam inſtructa. Promptiſſimus quiſq; miles locum tuebatur. Galli uero, Qui Brixiæ, ac paſſim in Citerioris Galliæ Vrbibus hybernabant, Venetorum impetu excitati Veronam citatiſſimi petunt, protinus q; Vincētiam inuaſuros ſe, comminantur. Quo terrore Venetus ab inſtituto retractus, Leonicū petere cogitur. Agri Vincentini id eſt oppidum. Claſſis interim, quāuis terreſtris exercitus præſidio deſtituta, nihilo minus ſuum obtinebat gradum. Præerat Angelus Triuiſanus. Munimento tantum erant Equites fere mille armaturæ leuioris, & Pedites totidem. Nauticus miles nulla non die ferrarienſem agrum peruagatus, ferro, & igni omnia deuaſtabat. bellicis terroribus ſqualebāt omnia. Inſederat ea res altius Alphōſo duci, quam tum præferret. Sed rei bene gerendæ opportunitatem operiebatur. Quæ ubi adeſſe eſt uiſa, Contractis Gallorum, Hiſpanorum q; millibus aliquot, ſuis nimio plus ad omne facinus animo paratis, miro ſtratagemate manipulos aliquot emiſit. Qui munimenta inuaderent quidem, ſed mox ſimulata fuga, retro cederent, ſinerent q;, leuioribus ſe tormentis ſpoliari. factum id per biduum, aut triduum. Veneto inde ſpes creſcere, Hoſtis q; eſſe contemptui. At is mox infra munimenta, ex aduerſo ſtantis in Pado Claſſis machinas robuſtiſſimas, capaciſſimas q; ad fluminis aggerem impegit, ea arte, ut eo perforato, pilæ ferreæ ponderis maximi ad ęquilibrium aquæ excuti poſſent. Adiuuabat negotium fluminis incrementum. Quo altiores factæ naues machinarum ictibus facile ſcopi cuiuſdam modo exponebantur. Igitur ad arbitrium compoſitis omnibus, Quicquam eorum Veneto, ne ſuſpicante quidem, dato ſigno, hinc munimentis ſigna noctu inferuntur. Hinc Claſſis impetu inenarrabili tormentorum ictibus peti, confringi, ac comminui cœpit. tantus uero ſiue ex re inopinata, ſiue piculi magnitudine timor Nauticos corripuit, ut paſſim deſilirent in Padum, nec cogitatio ulla uerſaret animum, præterquam de fuga. Omnibus ergo attonitis, naues aliquot deprimuntur. Inter eas inſignis fuit etiā Prætoria triremis, auro ſplēdida, & ornamentis aliis Regiæ inſtar exculta. Eam tamen mox Ducis Ferrarienſis induſtria reuocauit in ſiccum, concinnatam q; cum quatuordecim aliis Ferrariam perduxit. Captæ item naues aliæ non paucæ. Munimenta in fluminis ripa ſtatim expugnata. Fuit ea res Alphonſo magnifica omnino, ac neſcio, an cuilibet Veterum par, ſiue ingeniū cogites ipſius Ducis, ſiue rem ab eo perpetratam. Quam ex Atteſtinis nemo unquam ſperare eſſet auſus. Quippe Venetum paulo ante late terra, mari q; pollentem ne torue quidem ſpectare ſuſtinuiſſet. Accedit ornamento, Hoſtis confeſſio. Palam ſiquidem Venetus prædicare, tot bellis mari aduerſus Turcarum gentem ualidiſſimam geſtis, non fere unquam atrociorem cladem uno prælio Reip. inflictam. Geſta uero res eſt, undecimo Cal. Ianuarii. M. D. IX. Inſequens annus miteſcente demum Pontificis ira, Venetum ab diris liberat imprecationibus. Verum cum Gallis perſeuerante nihilo minus bello, Liniacum alioqui munitiſſimū ab illis per proditionem intercipitur. Situm id in Ateſis præripiis eſt. Venetiis uero remittitur Dux Mantuanus, Pontifici prius Federico filio obſidis nomine tradito. Hoc eodem tempore Copiis eccleſiaſticis quati cœpit Ferrariæ Dux, conſpiratu in Venetos iam dilabente, ac Ciuitatem nobiliſſimā Pontifice repetente, Quæ Iuris foret Eccleſiaſtici. Inſuper & in eundem exertum Anathema eſt. Sacrum ductabat exercitum Frāciſcus Maria Vrbini Princeps, a quo milite infeſto Mutina occupatur, mox & Ferraria oppugnari cœpta, quarto ab Vrbe lapide caſtris locatis. Regium quoq; Lepidi per dedītionem captum. Obſidione premebatur & Mirandula, At cum ſegniter agi res uideretur, ingentis animi Pōtifex Bononia digreſſus, contempta frigoris, ac niuium atrociore ui, Caſtra petit, confeſtim q; facta deditio. Iam circumegerat ſe annus, Cūq; Munimentū Pado adiacens ab Copiis obſideret eccleſiaſticis, Baſtiæ nomē loco eſt, expugnatis iam Lugo, Cotignola, Bagnacauallo, ex inopinato irruente Alphōſo, inſignis ibi accepta clades. Eodē fere tēpore Gallis ſuffragātibus, Quod ab Pontifice diffidere cœpiſſent, Bononiā ingrediuntur Bētiuoli, multa q; in Pontificis dedecus excogitata. præter q; Ruſticoꝝ ſimul, & Galloꝝ impetu afflictę Venetoꝝ copiæ cum eccleſiaſtico exercitu, qua rerum proſperiore fortuna, Bentiuoli audacius Bononiæ arcem miro ingenio, & Pōtificis cura haud ita pridem ſubſtructam oppugnare adorti, captam denīq; ſolo æquarunt. Paulo poſt initum fœdus eſt a Pontifice cum Aragonum rege Ferdi-

nando, & Venetis. Qui tota ui coorientes, Vt amiſſa recuperarent, biennio ferè poſt Brixiam Gallo extorquent, atq; item Bergomum. Sed necdum affiante Veneto fortuna, omnibus q; in diuerſum cedentibus, mox ui recipitur ab hoſte Brixia, & diripitur crudeliſſime p maximam cędem, in ſacra, pphana q; ira belli craſſante. Repetitum & Bergomum, grandi pecunia multatis Ciuibus. Cæterum, quia hiſtoriam ſcribere, non eſt noſtri Inſtituti, iã ſequeſtrati ab terroribus bellicis ad noſtra regrediemur ſtudia, benigne ſtudioſis impertiendo, Quæ per tot annos, quibus in hoc deſudamus puluere, ſunt intentiſſime obſeruata nobis. Proinde initum poſt tanta mala cum Gallo ab Venetis fœdus prætereo. Atq; item prælium atrox propè Rauennam inter Gallos, Hiſpanos q;, quo tempore ita acciſæ res Gallicę ſunt, Vt paulo poſt accepta clade altera ab Heluetiis, Italia prorſum exigerentur, Et hoc Põtifice Iulio etiamnum ſuperſtite. Cui fuerat id in Votis uel maxime. Verũ prius, quàm hinc diuellar omnino, Patriæ meæ cladem non reticebo, Quam ab Hiſpano milite occupatam inuadens Bartholomæus Aluianus Veneti dux exercitus, Leuis armaturæ Equitibus non multis, ac peditatu perexiguo cõſtipat⁹, nocturno itinere hoſtib⁹ eluſis, diripuit, mox q; inde ſeſe proripiens Hiſpanis iterum deuaſtandam reliquit. Quando nullum crudelitatis genus, quod edi in Ciues poſſit, eſt omiſſum, tectis parte plurima exuſtis, Vt Agrorum depopulationem tranſeam, & iniunctam omnibus commigrandi neceſſitatem, ne militarem diutius feritatem, & hoſticam rabiem pati cogerentur, eò progreſſam impudentiæ, Vt aˋ miſeris Saccarum rubens, & auſterum parari ſibi exigeret. Ac ſunt hæc quidem bellorum ſtipẽdia. Hi diſcordiarum inteſtinarum euentus, quarum atrocitate Italiæ uires conuulſæ barbarorum gentium cruentæ immanitati conterenda omnia permiſere.

¶ Digeſtionum ſpecies, & Secretionum. Obſeruata multa de ſudore. Virgilii locus explicatur. Interibi adnotatur, quid Chylus, Chymus. Chilus. Chloe. Hemitymbium. Ardalia. Ardanium. Hemitybium quid. Cap. II.

q Vi medendi ſcientia imbuti aliquid in ea facultate poſteris elaboratius, ſolicitius q; procudendum cenſuerũt, non unum eſſe perficiendi alimenti modũ animaduerterunt. Nam concoctionem primã, in Ore quidem incipere, Veꝛ in Stomacho fieri, peragi tradunt in inteſtinis. Secũdã exordia in Meſeraicis ducere, fieri in Hepate, perfici in Craſſioribus Venis. Tertiã in minutulis Venis initiũ habere, fieri in Capillaribus. Cõpleri in earundem extremitatibus. Quartã deniq; addunt alii in mẽbroꝛ poris, ſeu meatibus. Cęteꝛ in digeſtiõe prima ex cibo fit Chylus. In ſequẽti ex Chylo Chymus. In tertia ex Chymoꝛ globo humiditas quædã, noĩe qdẽ ꝓprio inſignis nullo, Verum ἀνώνυμος dicitur. i. innominatus humor. Percoctioni autem poſtremæ ſuus eſt locus, Vbi, quem diximus, humor membroꝛ ſeſe meatibus inſinuans maturaꝫ, eis q; perfectius aſſimilatur. Apud Ariſtotelem quarto Metærorum lego Perficiendi cibi uocabula tria, πέπανσιν, ἕψησιν, ὄπτησιν. Admonendi uero amplius Tirunculi ſunt, Chylum, ſi per ῡ pſilon ſcribatur, ab Chilo differre plurimum, Eſt ſiquidem Chilus per. i. herba uel fœnum, quod ſcribit Aelius Dionyſius, apud quem tamen per ει, diphthongum comperi ſcriptum χεῖλος, unde apud Pauſaniam ἐκχιλῶσθαι, quo ferè neglectus ſignificatur. Chilos porroˋ dicitur item Chloe, q̃q̃ eſt & Cereris cognomentum, Cuius in Attica uiſebatur tẽplum. Sed redeo ad inſtitutum. Digna relatu ſunt, quæ Sententias Hippocratis explicans Galenus ſuper iis prodidit. Cybus inquit, non it in Corpus, neq; alit, ni omni exuatur qualitate exuperanti, extranea q;. Proinde neceſſariæ Digeſtiones ſunt. Quarum ratio triplex ꝓ ſuperfluitatum ratione. Eſt enim Redundantia quædam craſſior, & feculentior. Quæ Secretio eſt Concoctionis primæ in Stomacho. Alia uero aquoſa eſt, quam ſequeſtrat Digeſtio ſecunda in Vrinam. Eſt q; Hepatis, & Venarũ, Quod idem docuit de Virtutibus naturalibus ſecundo, Et prima primi Auicenna. Tertia porroˋ exuperantia ſubtilior etiamnum, quam efficit Digeſtio tertia, ſeuocatur q; per Sudores. Qui propterea falſi ſunt, quod pars quidem dulciſſima, leuiſſima q; tota ad Corpus nutriendum aſſumpta eſt. Pars autem alieniſſima, maxime q; inconcocta tantum abſoluitur, quæ partim deorſum collapſa, & ſubſidens in hypoſtaſi uocatˋ Vrina. Partim in corporis ſũma emergens Sudor eſt.

Vtraq;

Vtraq; tamen falſa ob eandem cauſam prodeunt, quoniam portiones aqueæ terreſtribus admiſcent, quod in falſis oĩbus contingere, deprehẽſum ab Eruditis eſt. quod ſi terreſtris portio redundarit, Sapor reſilit amarus. Si uero Aquoſa, inſipidus. Hic tamen non id abſq; perpenſione tranſeundum. Sudorem non eſſe perpetuo ſaporis eiuſdem. Sudor certe Capitis aut nullum emittit odorem tetrum, aut minus, q̃ reliqui corporis. Eſt. n. locus Capitis ſpirationibus opportunus, quia Laxior eſt, etiam Capillorum indicio. Loca, & quæ locis continentur, grauius nares offendunt, ſi præfarctis meatibus, euaporationi nulla præſtetur libertas. Ex iis, quæ de Sudorum aſtruximus ratione, amplius opinor, innotuit, quo maxime argumento Eminentiſſimus Poeta, non rerum modo, literarum q; Veterum doctus, Sed ſe cretioris item doctrinæ abſq; oſtentationis odio peritus, Salſum alicubi ſudorem defluxiſſe, canat. Illud uero Dioclis ſane abſurdum uidetur, tradentis, Sudores eſſe præter naturam. Ni Medico haud ignobili efficax maxime ſuffragetur ratio. Quippe ſi ſuo defungat mune re innatus Calor, recte q; ab natura ingeſtus peruincatur cib⁹, Ita exuperãs difflatur humor, ut neutiq; ſenſu percipi ualeat. Quæcũq; uero uel Balnei ratione, uel exercitationis, uel æſtiui etiamnum caloris ſecernimus: ex Violentis proueniunt cauſis. Certe in cõmentatione de Viribus naturalibus Galenus ita ſanxit. Quanto Validius, intenſius q; comperiat intimum calidum, eo amplius effugit Senſum difflatio. Nec illud in hac Sudorum diſertatione contemnendum. Quod uſu quidem uenire comptius eſt, q̃ ut probatione indigeat. Sed cur ita, ambiguum ſane poteſt uideri. Quanto curioſius, intentius q; Sudorem abſtergere perexerimus, tanto is demanat profluentius. ratio uero eſſe poteſt, quoniã refrigerari extrinſecus contingit, ſi non abſtergatur. fit autẽ id contingentis nos aeris frigore, qui quãtuncunq; ſentiatur caleſcens, dici tamen frigidus ualet noſtrorum cõparatione Spirituum. Suppetit ratio item altera. Quod qui iam profluxit Sudor Cuti adhuc adiunctus, ita meatus præfarcit, occupat q;, Vix ut nouo pateat ſecretio. Promitur uero amplius in tergo Sudor, q̃ ante, argumento illo maxime, quod in parte quidem priore intus eſſe concauum locum animaduertimus, parum ab extimo ſecretum, in quem corriuari Sudor ualet. Id in tergo fieri neqt, Sed foras obtrudatur, oportet. Addunt, Poſtica diutius ſeruare ſudorem poſſe, quia frigefiant minus, qua ratione in Alis maxime redũdat item Sudor, quod frigefactari nequeãt. Quid, quod terga item corpulentiora habentur, proinde q; & humẽt amplius. neq; enim aliud Caro eſt, quàm denſatus Sanguis, ut comprobat ſecundo de Animalium generatione Ariſt. ex frigiditate, ac humiditate. Nam Oſſa ex ſiccitate, ac caliditate uolunt generari. Præſto' item eſt humentis in tergo Carnis ratio ex medullæ admotione, quæ per ſpinam delabitur. Ea item humectandi uim habet præcipuam. Nec id contemnendum, quod in poſtica decumbimus magis, quàm innitamur pectori ſtantes. maior item ibi ex brachiorum iactatiõe motus. Porro ſi per ſe profluat Sudor, Spontaneus nuncupatur recte. Si Arte, tunc aut per harenam fit, paratur q;, Vnde & Aeginitę Paulo uocatur Pſammiſmus, nam Sabulũ Pſammos dicitur. Aut eſt Clibani deſudatio, ſeu Concamerata, qua ignis incluſi æſtu prolicitur Sudor, Cuiuſmodi Aſſa item dicebat. Aut eſt Inſolatio, quã helioſin dicunt. Aridum ſudorem, ideſt ξηρὸν ἱδρώτα dici putat Euſtathius, qui non balnei proueniat ui, ſed exercitatione, aut labore. Sicuti Xeraloœphiam intelligimus citra lauacrum obunctionem factam. Sanguineum Sudorem efficit Conſtitutionis prauitas, Corpore Laxo, Sanguine præterea humecto, aquoſo ue, ex inſiti caloris imbecillitate, cuius poteſtate decoqui debuit, ac denſere. Hanc uero Cibi plerunq; præſtat exuperantia. Sudarium uero eſt, quod Græce Hemitybium uocãt. id Aegyptium arbitratur Pollux, & in Comœdia, quam mediam appellant, Capſidrotium inuenio nuncupatum. Hemitybii meminit Ariſtophanes Pluto. Exponit Interpres, dici ita ῥάκος ἡμιτελὲς λινοῦν τι, ideſt ſemitritum lineum pannum. Vel δίκροσσον φακιόλιον, ideſt utrinq; fimbriatum phaciolium. Videtur eſſe mendum Pollucis exemplarium. Scribitur enim modo Hemitymbium, quo Vocabulo dicitur Græcis paruum Sepulchrum. Congruit huic loco, uel præcipue, quod Phærecrates ſcribit, quendam inducens a febre extergi ſe iubentem, interim q; inſuſurrantem, Sudorem mihi, & Ardaliam σπόγγιον, ideſt ſpongia perſiccato. Ardanium uero figlinum eſt, inquit Pauſanias, unde potant Bruta, quod ante Ianuam proponebatur, ab ἄρδω, quod rigo ſignat. Sed & Vas, unde aſpergimur aqua templum ingreſſi dici Ardanion ualet.

¶ Saltationis laus, & origo de Græco penu. Hymnorum genera. Prosodion. Hyporchema. Stasimon. Virgilii Locus enarratur. De Proteo pauca. Cap. III.

Saltationis rationem non fuisse Veteribus uulgarem, aut contemptibilem, argumento esse multa possunt. Id uero imprimis, Cęrimonias nullas, aut Teletas Paulo antiquiores fuisse, quibus non adhiberetur Saltatio, quam rem eo grauiorem animaduertimus, quod a magnis pfecta authoribus uidetur, Orpheo uidelicet, ac Musęo, Qui Vt honestissimum quiddam sanxisse traduntur, Cum rhythmo initiari, & saltatione. Quo factum est, ut qui mysteria prodidissent, Eos dictitarent plerique ἐξορχεῖσθαι, idest desaltasse, ad quod aduersus Androtionem alludens Demosthenes, ἐξορχησάμενον pro eo, qui Vertisset terga, posuisse uidetur. In Delo certe Sacrum obibant nullum absq; saltatione, ac musica. Prodibant autem Puerorum Chori, tibiis, ac Cithara præcinentibus. E quibus selecti peritissimus quisq; saltabant. Eorum item Cantilenæ ab Saltationis usu dicebantur ὑπορχήματα. Erant autem hymnorum genera tria. Prosodion. Hyporchema. Stasimon. Prosodion λιτανείαν, siue supplicatio dicebatur cum hymno, Vbi Deos adirent, ac sacrificium ad altare proferrent. Hyporchemata uero cõcinebant saltantes in altaris ambitu, ubi iam igni admota forent sacra. Celebrantur Cretica Hyporchemata, ex Cretensium saltandi studio, uti scribit Athenæus. illis enim saltatio erat patria, καὶ κιβιστᾶν. Hyporchematicen saltant apud Pindarum Lacones. Communis uidetur uiris, mulieribus q. Modi eius censentur præstantissimi, Prosodiaci, Apostolici, qui & Parthenii dicuntur. Dici Hyporchemata putant, quod inter saltandum fere generosum quiddam seruarẽt, ac uirile. Mox autem, cum quiescentes canerent, Vocabantur Stasima. Cæterum ubi arã saltantes obibant, ita more condito, seruabant, ut ab sinistris dextrorsum pergerent prius, Zodiaci quadam imagine, Cuius motus Cælo diuersus appareat, ab occasu ad exortum. Mox a dextris læuorsum, pro ratione Cælestis uertiginis. Hæc uero eo apposui gratius, Quod iis Maroniana Sensa proferuntur in lucem, quæ illotis pedibus adeunt plerique omnes. Versus sunt Aeneidos quarto.

Delon maternam inuisit Apollo,
Instauratq; Choros, mixtiq; altaria circùm
Cretes, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi.

Ne uero quispiam hæc Græcis tantum in more fuisse opinetur, Inuenimus Indoꝝ gentem, Quod uel Arrianus significat, Quibus orientem Solem uenerari consuetum est. non arbitrari plenam, perfectamq; esse numinis consalutationem, ni adhibita saltatio fuerit, quod & suprema tempestate facere, instituti Veteris fuerat. Sed cũ taciturnitate Dei, ut opinant ipsi, effingere conantur Choream. Græcis uero pluribus preces tum demum perfectæ uidebantur, Si inter eas manum exoscularentur. At Aethiopes, cum iam cecinere bellicum, inseruntq; signa, saltãt uenerabundi. Nec apud illos citra saltationem excuteret aliquis sagittã, quæ tela Capiti, pro pharetra instar radiorum circumponere, gentium illarum mos est. Quin eo modo iniicere se hosti formidinem opinantur. Sed & propinqua Aegyptus Saltationis mirata excellentiam, sub fabellæ inuolucro sententiam & ipsa suã uidetur non occuluisse. Quando Protea illum in Varias se demutãtem rerum facies, non fere alium intelligunt, quã saltatorem eximium, ad effingendum imprimis docilem, Vt nunc humectam, liqdamq; exprimeret Aquæ uim, nunc Ignis celeritatem motus uehementia, nũc Leonis feritatem, aut etiam Pardalis impetum, furoremue. Postremo etiam Virgulti flexum, & quic quid omnino collibuisset, Veluti Empusa quædam, Cuius ipsius decantatæ Poetis deformationes. Sed rogo te, Audi, quid ex Homerica item lectione ad negotium præsens uenatiſimus. hic nanq; Poetarum longe clarissimus, & Literarum etiã parens cum iucũdissima homini in digytos mitteret, Somnum, Amorem, Cantum, postremã addidit Saltatiõem, sed præclaro distinxit Epitheto, dixitq; ἀμύμονα, Vt quæ reprehẽsionis morsum nesciret. Sed & alibi, huic quidem a Deo contributam bellandi rationem, uimq; scribit, huic autem Saltationis artificem modum, & optabilem Cantum. Versus Homeri sunt hi.

ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα,
ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Ceu planè

Ceu plane innuat, eam esse prædulcem Musicam, quæ non sit a Saltatione abiuncta, dicatur'q; Deorum pulcherrimum donum. Vbi & illud attendendum amplius, Cum bifariam res distribuerit in bellum, & pacem, duo hæc tantum, ut pulcherrima, bellicis apposuisse negotiis. Verum & Hesiodus speciosissimæ laudis loco protulit, cũ de Musis ita cecinit Theogoniæ initio,

καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πρὸς ἀπαλοῖσιν
ὀρχεῦνται, καὶ βωμὸν ἐρισθενέος κρονίωνος

Quod circa fontem nigrum molliculis saltant pedibus, in Aræ paternæ tripudiantes ambitu, Quin Apollinem Pindarus Orchesten dicit. i. Saltatorem, quod & Homerici comprobarint hymni, Quinimmo etiam alicubi saltantem comperias Iouem, Deorum, ut Veteres intelligi uoluere, principem. propterea Socrates ille sapientissimus tantum abfuit, ut saltationem duceret uituperandam, Vt inter illius documenta legamus, hanc quoq; esse perdiscendam, uelut multum insit Venustatis in apto, concinno'q; motu, & Corporis afformatione composita, Nec erubuit iam magno natu Vir inter disciplinas serias habere saltationem. Cæterum inquit secundo Legum Plato, reliquæ Animantes sensu ordinis, inordinationis'q; suorum motuum uacant, quibus bene compositis nomen inditum est numeri, & cõcentus. Nos autem Deos nostrarum celebritatum comites habuimus, Qui sensum numerosum, concinnum, suauem, periucundum nobis dedere, Modulos, Saltandi'q; genera docuere, Choros ἀπὸ τῆς χαρᾶς, idest a gaudio nominauerunt. Itaq; primam erudiendi rationem effici Musarum, & Apollinis opera, perspicuum est, ineruditum'q; hominem esse, Qui choreæ Musarum, expers sit, Eruditum uero, qui Cõpos eius est. Totum'q; id genus in Choream, Saltationem'q; & Cantum distribui declaratur. Quo fit, ut qui bene eruditus est, bene cantandi, saltandi'q; peritiam habeat. Ex quibus utiq; omnibus amplius perpendenti liquere potest, Saltationem haudquaquam facilium, expositorum'q; artificem uideri. Immo sicuti grauissimis proditum authoribus est, Disciplinarum excellentium apicem attigisse, Nec Musices modo, sed & Rhythmices, necnon Geometriæ, imprimis uero Philosophiæ, tum physices, tum Ethices. Sed nec Rhetorices cognoscitur expers quatenus mores indicat, & affectus, quos Rhetores permouent. Verum nec a Graphica seiungitur, aut Plastice, quoniam harum Concinnitatem, Eurhythmiam'q; sibi uẽdicat, Sed imprimis memoria præcellens in Saltatore exigitur. Immo uero iuxta Calchantem homericum scire saltatorem oportet, τά τε ὄντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρώτ' ἐόντα. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur, Vt nil prorsus eum lateat. Caput autem, summa'q; saltationis est, imitationis scientia, eorum, quæ conceperit, enuntiatrix, Obscurorum, latentium'q; illustratrix. Et qđ de Pericle pronuntiauit Thucydides, præcellens est Saltatoris laus, nosse quod deceat, & id ipsum posse explicare. Quoniam uero imitatrix est Saltatio, Prima in ea Virtus perspicuitas, quam σαφήνειαν uocant, Quæ in Oratore desyderatur imprimis, ut eorum, quæ exprimuntur gesticulatione, ac motu, tanta sit claritas, Vt nullis prorsum sit opus Interpretibus. Et quod pythicum cecinit Oraculum, Saltantis Spectatorem decet, non loquentem etiam, omnino'q; mutum quodammodo audire, ac intelligere. Proditum memoriæ est, quod ad præsens negotium mire facit, Cynicum Demetrium, Cui uilior erat Saltatio: dicere solitũ, Id genus artificii Tibiarum uideri, & fistularum parerga quædam, quando ipsum argumẽto conferret nihil, motum modo adhiberet uanum, & ab intellectu omnino seiunctum. Id cum inaudisset Neronis tempestate celebris Saltator, &, ut uidetur, non imprudens, nec rudis quispiam, Sed multa historiarum memoria præcellens, &, Saltandi artifex mirus, Quæso inquit, Demetri, ne sit onerosum, me saltantem tua præsentia honestare, Id'q; nullis incinentibus tibiis, aut cantibus prorsum demulcentibus, mox si uideretur, Id artificii explodere, allideret'q;. Adnuit Cynicus. Saltauit ille Veneris adulteriũ, & Martis, Vulcanum a Sole commonitum utriq; struentem insidias, Illos claudi Artificis fabri technis irretitos, Assistentes Spectaculo Deos, Suffusam rubore Venerem, timidius supplicantem belli Deum, ac quæcunq; fabella continet. Omnia'q; tam subtili, tam'q; artifici gestu, tanta rerum, quod difficillimum est, perspicuitate, tanta deniq; Venustatis gratia, tam'q; plausibili ingenio, ut exclamaret Demetrius, iam ut uidetur, Hilarior, plurimum'q; negotio oblectatus, ἀκούω ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. Audio, o homo quę fa

cis, nec uideo solum, Sed etiamnum ipsis manibus mihi uideris loqui, Confirmarunt hæc ab Cynico pronuntiata, Barbari Regis apud Neronem non inscita Verba. Is ex Ponto ob necessitatem quandam petierat Romam. Forte ita accidit, Vt Saltator idem nescio quid saltaret, tam perspicue, tam'q; qui mos illius erat, cōcinne, Vt spectans mō, nec eorꝝ, quæ dicerent', qppiā audiēs, pcipiens'ue, nihilominus intelligeret omnia. Igitur, cum mox discessurum Barbarum benignius amplexaretur Nero, ac petere iuberet, Siquid futurum usui arbitraretur, elargiturum se munifice, Plurimum me inquit, iuueris, si Saltatoris illius mihi copiam feceris. Miratus Nero, cum amplius quæreret, quid ita petere institisset? aut cui inde rei futurum emolumento artificem duceret? Sunt inquit is, accolæ mihi Barbari, lingua, & moribus diuersi, Interpretum haud fere' suppetit facultas. Quod si præsto' mihi fuerit hic, & re quapiam ab illis fuerit opus, nutu, ac renutu, cęteris'q; sui artificii modulis, Saltator mihi omnia conficiet, Vt in reliquum ualere iubeam Interpretes. Tantum docilis imitatio, & artifex peritia, concinnus'q;, ac peragilis motus, gestus'ue authoritatis adeptus erat, Vt nec immerito Pantomimi nomē Italiæ irrepserit. Lesbonax quidem Mitylenæus honestus plane' uir, & bonus, Saltatores χειρισόφους, hoc est manu sapientes nuncupare solebat, pergebat'q; subinde ad spectacula, tanquam ex Theatro melior reuersurus. Equidem inter studia reliqua hoc utique oblectationem spondet, Illud uero emolumentum. At Saltatio, si recte perpendas, utrunq; complectit', Quin utilitas tanto inde uberior, locupletior'q; est, quanto plausibiliorem adnexam habet Voluptatis titillationem. Propterea multa mihi, Varia'q; rimanti illa uidetur ratio uerissima, Vna' cum mundi generatione, & amore illo uetustissimo diuina quadam ui in lucem prodiisse Saltationem. Hanc quippe cælestis illa præmonstrauit, & longe clarissima stellarum, Syderum'q; chorea. Errantium'q; cum inerrantibus cōplexio, ac concinna prorsum societas, Harmonicus'q;, ac mirus ordo. Hæc siquis Saltationis incunabula putet, ac exordia prima, ut reor, ab Veritate aberrarit non multum. Ea uero per ætates incrementis adaucta iustis apicem summum attigisse pridem uidetur. Vt uaria quædam res censeatur, & omnifariam coaptata, congruens'q;, & bonum quoddam πολύμουσον, hoc est scientiæ multiplicis. Principem uero omnium Rheam aiunt, oblectatam artificio, In Phrygia quidem Corybantas, In Creta uero Curetas saltare iussisse. Affuit'q; inde mox emolumentum, Si fabulatores libeat audire, euidens. Hæc enim illi ratio Iouem præstitit incolumem. Proinde'q; is arti præstantissimæ σῶστρα debet. i. salutis contributæ pręmium. Sic enim paternos euasit dentes. Ea saltatio armata fuit, Quam a' Curetibus excogitatam primo, Eusebii quoque tempora testatissimum faciunt. Erat uero gladiorum cū scutis collisio. Saltabant'q; Bellicum quiddam, & Entheon. Mox uero optimus quisque, ut maxime in Creta nobilitate putabatur excellere, Ita saltandi artificem haberi, pulcherrimum, honestissimum'q; censebat. Id nequis ambigat, Merionem Homerus non utique sugillaturus, Verum honestare meditatus, ὀρχηστὴν, idest Saltatorem nuncupauit, Qua in re is adeo celebre iam indeptus erat nomen, Vt non Græcis modo nota forent ea, sed & Troianis hostibus, forte quia inter bellandum non tacita quædam agilitas, & concinnitas: quę ex huius artis peritia inoleuerat, sese subinde ostentabat. Homerica uero Carmina, siquis exhiberi sibi protinus expetat, hæc sunt.

μηριόνη, τάχα κένσε καὶ ὀρχηστήν περ ἔοντα
ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε.

Sunt qui Syracusis Saltationem primo exortam, prodant, a' tyranni Hieronis immani sęuitie, Qui inter alia dictu immitia Syracusanos etiam mutuis uti colloquiis uetuerit. Quæ uero necessaria forent, pedum, manuū, oculorum nutibus, indiciis'q; iusserit petere. Vnde mox Saltationi exortum peperit necessitas. Pyrrhus uero ille tantus Achillis filius, quo bellante, corruisse Ilium creditur, alioqui inexpugnabile, celebratus hoc artificio usque adeo est, Vt cum speciem illi pulcherrimam adiecisset, Pyrrhichium sit ab eo nuncupatum, de quo tamen plura mox. Apud Lacedæmonios, qui inter Græcos diu habiti præstantissimi sunt, Saltandi studium non erat incelebre, quando Ephebi non accuratius ὁπλομαχίαν, q̄ Saltationem perdiscebāt. Ab Castore uero, ac Polluce acceperant καρυατίζειν, idest Caryatissare. Species uero ea Saltationis erat, uocabulo a' Caryiis ducto, quę

est in Laconia

eſt in Laconia Ciuitas. Vbi maxime exerceretur. Eiuſdem porro rei ſtudium eo uſque progreſſum in Theſſalia legimus, Vt ſtrenuos Viros, & in dimicando principes, quos uocant προστάτας, καὶ προκατωνιστάς. Illi προορχηστῆραι appellarẽt, hoc eſt Planipedes primos. Manifeſtum id ex Statuarum item titulis: quas iis, quorum ſtrenua fuiſſet opera, excitabant, πρόκριτε προορχηστὴρ ἡ πόλις. Et alibi, ἐλαλίωνι τὰς εἰκόνας ὁ δᾶμος δὺ ὀρχησαμένῳ τὰν μάχαν. Non paruo quoq; argumento fuerint Epitheta item uaria, quibus Saltator eximius diſtinguebatur apud Græcos. Ea, ut propria ipſorum Lingua habentur, ideo apponere conſilium fuit, quoniam uix citra faſtidium audiri tralata poterant. Sunt uero ex multis hæc præcipua, Cuphos, Elaphros. Pedeticos, Halticos, Euarmoſtos, Eurhythmos, Euſchæmon, Hygros, Epidicticos, Pantodapus, Eutreptus, Demagogicus, Demoterpes, Prochiros, Tachychir. Apud Indos Arrianus ſcribit, Elephantes quoq; Saltationem doceri, & exercere. At Sybaritæ in conuiuia Equos introducebant ita imbutos, ut incinentis tibiæ Cantu audito, ſtatim arrigerentur, ac pedibus ipſis prioribus, uice manuum, geſtus quoſdam Chironomiæ, motus'q; ederent ad numerum ſaltatorios.

¶ Saltationum Species. Virgilii locus explicatur ex Greorgicis. Saltationis partes. Caput IIII.

Altationum uero non unum fuit genus prioribus. Erat ſiquidem imprimis a' cantu nuncupata Emmelia, quæ Tragica cenſebatur. Sicuti Cordax comica, de qua mox item paulo. Eius commeminit Arrianus in Commentario indico, Sed Satyricam putat, & a' Libero patre in India inſtitutam. Sicinnis ab aliis, ut ſcribit Athenæus, Satyrica intelligitur Saltatio, unde et Satyri Sicinniſtæ nuncupati, quam Sicinnus excogitarit Barbarus, quanquam Cretenſem intelligunt alii. Saltatores enim fuiſſe Cretenſes, author Ariſtoxenus eſt. Alii a' uerbo σείεσθαι, primum'q; Therſippum eãdem ſaltaſſe. Has ſunt, qui a' Dionyſiacis miniſtris excogitatas, & item nuncupatas prodidere. Enopliæ ſaltationes, ſiue armatæ, fuere Pyrrhicha, Theleſias item, quæ ab Saltatoris nomine ſic nũcupata fert. Fuit item Xiphiſmus, Podiſmus'q;, Nec non κῶμος, ideſt Comus, & Tetracomus Herculi ſacer, & bellicoſus. Nam quæ Comaſtice dicebatur, non pugna modo erat inſignis, ſed etiam plagis. Armatos in Panathenæis pueros ſaltare ſolitos, traditum eſt. Quin & Mineruæ ſacrum maxime id habebatur genus. Quod & Catenoplion dicitur. Opla uero dici arma, nemo eſt, qui neſciat. Interim de Pyrrhicha illud non ſiluerim, inuẽtam a' Laconibus uideri, nam & a' Lacone Pyrrhicho inflecti nomẽ, Ariſtoxenus ſcribit. Bellicoſa uero Saltatio eſt, quoniam & Spartani bellaces diu ſunt habiti, Quorum filii ἐμβατήρια μέλη, ideſt Embaterios perdiſcebãt Cantus, Quos & Enoplios dicunt. Spartani quoque ipſi in congrediendis hoſtibus Tyrtæi repetebant poemata, Vti Eurhythmos, concinna'q; fieret motio. Deniq; Pyrrhicha Laconibus belli gymnaſma fuit, a' quinto ætatis anno condiſcentibus ſingulis πυῤῥιχίζειν, ideſt Pyrrhicham exercere. Author Ariſtoxenus eſt, Gymnopædicam exercentes (pueri in ea ſaltabant nudi) mox ad Pyrrhicham ſolitos emigrare, Pyrrhicham dici & Chironomiã, Græci ſcribunt. Sunt q a' Pyrrho inuẽtã Pyrrhichã, pdant, ut diximus. A' qua Purrhicharii recte ab Iureconſultis nuncupantur, Digeſtis de Penis. Libro XLVIII. quem tamen locum Græcæ ignari Literaturæ inuertere ſibi permittunt. Sunt, qui arbitrentur, Pyrrhicham, ἐκ τῆ διάπυρον εἶναι, eſſe uocitatam, ideſt quoniam ſit ignita quodammodo Saltatio, καὶ σύντονος. Eſt & πυῤῥίχη χλαμὺς, ἢ πελτάριον, ideſt chlamys, uel Pelta parua. De Pyrrhi autem Epirotæ nomenclatura Pyrrhiadæ nuncupati, Quos nunc Moloſſos appellant. Pyrſurides, ad præſens inſtitutum pertinent nihil, Sunt tamẽ militares eo nomine Phani, ideſt Lampades, aut Obeliſcolychni, etiam apud Ariſtotelem. Legimus enim ὅτι περσεὺς ὁ μακεδὼν, κατὰ πᾶσαν τὴν μακεδονίαν κατασκευασάμενος πυροσρίδας, διὰ τούτων ὀξέως ἐμάνθανε τὰ παντα χῆ γινόμενα. Pyrimachon dicunt in pugna ἀνίκητον, ideſt inſuperabilem. Sed a' diuerticulo fabulam repeto, ne ſit ſuppondii nimiũ. Aſcoliaſmus ſaltatio erat Bacchi dicata feſtis, quæ uocant Aſcolia. Quod Theatri medio Vtres, quos uocãt ἀσκὸς, inflatos,

obunctos q̃, uno tantum insilirent pede, Vt delabentes risum excitarent. hoc agere apud Græcos dicitur ἀσκωλιάζειν. Ad quod apertissime Virgilius respexit Georgicon secũ/do, illo Versu, Mollibus in pratis unctos saliere per utres, quod inerudite nimis, καὶ ἀνακτώ/τως, ideſt ineducate non perpendunt Interpretes. Aduertendum quoq̃, Qui uni tantum innitentes pedi saltant, quod uel tempestate nostra frequentissimum est, dici item ἀσκωλιά/ζειν, & saltandi modum, Ascoliasmum. Sed tunc non ab Vtre inclinatur uocabulum, Ve/rum ab Scolon, quod impedimentum itineris signat, quod claudicantibus euenit, Atq̃ sur/rectum palum. Apud Aristophanem θεσμοφοριαζόσας est Oclasma saltatio persica, Quam & ὑγρὰν nominant. Fuit & Dionysio sacrum genus Phalicũ, Sicut Herculi Cal/linicus. Nam Thraciæ gentis, & Carum Colabrismus. Sed armata itẽ fuerat Saltatio ista. Inuenimus, & Bauciſmum saltatoris Bauci, Comon cognominabant, Sed mollicula fuit, delicatior q̃ saltatio. Inter Lasciuiora genera Bactriasmus est, ac Apocinus, Aposisis, Stro/bilus. Mothon uero nautica res erat, ac onerosa. Fuit et Geranos saltatio: quam nostris lite/ris dicere Gruem licet, numerosa erat saltantium turba, quadam uolantium Gruum simi/litudine. Instituta primum saltatio fertur a` Theseo apud aram Deliam, dum exitum de La/byrintho imitatur. Dipodiam legimus laconicam saltationem, Nam quæ tibiis præcinenti/bus exercebatur, Gingras dicta est, puto, quia sint Tibię, quas nuncupant Gingrinas. Fue/runt item Saltationes quæpiam enixiores, Hecaterides, & Thermastrides. Verum Hecate/ris manuum potius opera cõstabat, Pedum uero Thermastris, saltu quippe exercebatur. E/clatismata muliebres erant saltationes, Apud Laconas erat item Bibasis, in qua etiamnum proponebantur prędmia non pueris modo, Sed puellis quoque. Saltu erat opus, interim q̃ nates pedibus contingere. Pinacides cur maxime dicerentur, non satis constitutum Pollux habet, an quod super tabulatis fierent, siue quod tabellas manu tenerẽt. Ballismum dici in/uenio saltationem tympanis crepitantibus, uel etiam Cymbalis. Cuiusmodi Parilibus fie/ret Romæ, Quæ mox Romæa dici cœpere, Ciuitatis fortunæ templum struente Adriano. In Sicilia Ionicum saltationis genus erat Dianæ sacrum. At Angelicum habitum præfere/bat nuntiãtis aliquid. In Morphasmo diuersorum Animalium erat imitatio. Erat itẽ Scops seu Scopias saltatio, ex Colli circumlatione, quadam imitatione Auis. Leo autem for/midolosa fuit saltandi species. Erat sua Idiotis saltatio Anthema nomine, quã saltantes sic fere` pronuntiabant, Vbinam mihi rosæ? Vbi uiolæ? Vbi Apia pulchra? Fuit & Saltatio di/cta κόσμου ἐκπύρωσις. i. Mundi deflagratio. Quæ uero dicebatur Hormus, Ephebis consta/bat, ac Virginibus plane` Hormo similis, hoc est Segmento, præcedebat quidem Ephe/bus iuueniliter, & ut mox in bello facturus erat, saltans, sequebatur puella decenter admo/dum, Vt Hormus is uideri posset ex modestia connexus, & fortitudine. Fuit quandoq̃ Sal tatio dicta Phrygia, Conuiuiis dicata, & Ebrietatibus. Bacchicam saltationem in ponto, & Ionia tantæ fuisse Voluptati gentibus illis, Lucianus scribit, Vt statutis temporibus obli ti omnium aliorum, desiderent dies totos spectantes Titanas, Corybantas, Satyros, bubul/cos. Quod uero mireris amplius, Exercebant id genus nobilissimi quiq̃, ac Ciuitatum ma xime principes, ad præcipuam id opinati gloriam spectare. Dicas inde Italicas Carnispri/uii debacchatiões prorepsisse. Porro` nequid prætereatur, quo hi qualescunq̃ Lectionum Antiquarum libelli fiant adminiculatiores, Legimus haud ita pridem Rhetoris Vlpiani cõ mentatiunculas in Demosthenis Olynthiacas, Vbi sic adnotatum inuenimus, Cordacis/mus Saltationis est Species turpis, indecentis q̃, Nam Saltationum aliæ quidẽ bellicæ sunt, Vt Pyrrhicha, nonnullæ uero ridicularię, quibus modo conciliatur Risus, iis autem in Cõ uiuiis utuntur, & Theatris. Verba Vlpiani græca sunt hæc, κορδακισμός ἐστιν εἶδος ὀρχήσεως αἰσχρὸς, καὶ ἀπρεπὴς, τῶν γὰρ ὀρχήσεων, αἱ μὲν εἰσι πολεμικαὶ, ὡς καὶ ἡ πυρρίχη, αἱ δὲ γελαστικαὶ, αἱ χρῶν ται τοῖς θεάτροις, καὶ πότοις. Harpocratio autem in uerbo Cordacismus, Cuius meminit in Phi lippicis Demosthenes, Cordax inquit, Comicæ saltationis Species. Sicuti Aristoxenus tra/dit in Libro de Saltatione tragica, reperitur nomen & in ueteri Comœdia, ut apud Ni/cophontem. De Cordace idem fere` Aristophanis Interpres, quod Vlpianus, κορδακί/ζειν Græcis turpiter saltare signat. Sunt qui putent, duo saltatorum genera Homerum no uisse, Cybistateras, & Sphæristas, q Sphęra uterentur, siue Pila. Vnde & Sphæristica di/

catur, Sicuti

catur. Sicuti meminit Athenæus quoq;. Aristonicum Carystium Alexādri fuisse Sphæristē, prodit historia, quem ob artis excellentiam Ciuitate donarint Athenienses, Statua quoq; erecta, Cybistateres uidentur esse, qui in Caput saltant, quod κυβιστᾶν dicūt in Caput mittere. Scribit in moralibus Plutarchus Saltationis esse partes tres, φορὰν, σχῆμα, καὶ τὴν δείξιν, Lationem, Schema, Demonstrationem. Siquidem consurgit Saltatio ex motibus, & habitibus. Sicuti Melos ex Phthongis & Diastematibus, hoc est ex uocibus, & interuallis. Hic uero māsiones motuū fines sunt. Ergo φορὰς uocant motus, Schemata uero habitus, Vbi Apollinis aut Panos, aut cuiuspiam figuram, & modum effingentes, graphice formam seruant. Tertia uero res, quam δεῖξιν nominauimus, non imitationem habet, Sed rerum subiectarum demonstrationem, indicant enim Cælum quandoq;, aut Terrā, aut etiam Spectatores ipsos. Androna Catanæum scribit Theophrastus, incinētem tibiis primum omnium motiones Corporis, & Rhythmos excogitasse, unde natum, ut σικελίζειν. i. Sicilissare positum inuenias pro saltare. Carpæam saltationem in armis apud Athenæum obseruauimus. Cuius etiam ab eo explicatur modus. Celebrantur ab eodem Saltationes Ethnicæ, laconicæ, Trœzenicę, Epizephyrii, Creticæ, Ionicæ, Mantiniacæ.

¶ Iphicli in currendo agilitas mira. Higinus uindicatur a' Vitio. Iphicratides qd. Iphiæ oues cur.

Caput V.

i Phiclus, inquit Apollonii interpres, Philaci creditur, & Clymenes filius. Eū cecinit Hesiodus, tanta fuisse Corporis agilitate, ac pedum celeritate, ut curreret ἀθὶ πυρίνων ἀθέρων, hoc est, super triticeas aristas, nec oblæderet. Demaratus uero etiam per mare incessisse prodidit, inde natus Adagio, Vt Iphicli agilitatem pro celeri, inexuperabili'q; usurpemus. Meminit Iphicli huius argonauticon primo Apollonius eo uersu.

οὐδὲ μὲν ἴφικλος φυλάκη ἔνι δηρὸν ἔλειπτο.

Porro' adnotatu non indignum, Iphiclum ab Apollonio tradi Iasona fuisse assectatum, in Colchos cum Argonautis properantem. Id uero Hesiodus non scribit, non item Pherecydes. Commeminit quoq; Iphicli Higinus, Sed dictione luxata, decurtata'ue. Nā de Orione sic ferme' scribit. Hunc Hesiodus Neptuni filium dicit, ex Euryale Minois filia natum. Concessum autem ei, Vt super fluctus curreret, perinde ac in terra, Quemadmodum Phyclo datum, Vt supra Aristas curreret, nec eas comminueret. Tu scribe, Iphiclo, Cui inditū ex currendi potestate nomen, ueluti diceretur Iphicolos, nam ἶφι potenter signat, Vnde et Iphicrates quoq;, & ab eo Iphicratides, Attica calciamenta, quorum in philosophica historia cōmeminit Damascius. Iphicli filios tradunt Protesilaum, & Podarcen. Oues Iphias ab Græcis per εὐφημισμὸν dici inuenias, quæ debiles sint, καὶ οὐκ ἰσχυραί.

¶ De Palma scitu digna. Nicolai cur dicantur. Lunam amatoribus præesse. De Palmæ Cerebro. Et Tegyra Ciui. Item Palma, & Oliua fontibus. Sudæ error, & Interpretis Philostrati. Psen quo distinguatnr a' Balano. de Phraote pauca cum enarratione Oratiani loci.

Caput VI.

p Almam in Syria, & Ægypto Balanos producere tanta aspectus iucunditate, ac suauitate gustus, proditum est, ut tragemata omnia, bellaria'q; pręcellere facile tradantur, quamuis in Græcia fructus is feratur incoctus, nec esui proinde satis gratus. Inter Phœnicobalanos autem eximie præstare, tum magnitudine, tum etiam pulchritudine, Quas uocant Nicolaos, obseruatum est, de quibus ex Plynio pauca hæc ascripsimus. Sicciores inquit, in hoc genere Nicolai, Sed amplitudinis præcipuæ, quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Sed cur nam dicuntur Nicolai? Quæsitum id quidem diu, Sed inuentum in paucis, ni Grammaticorum commēticias, & inde inanes sequi opiniones malumus. Nuper græcum uersans exemplarium, quod uenabar, deniq; sum uisus assequi. Sic enim comperio, fuisse Nicolaum quendam disciplina peripateticum, patria Damascenum, moribus suauissimis, ac prędulci quadam iu-

cunditate, Corpore procero quidem, ſed non indecoro, facie paulo pleniore, interlucente grato rubore. Quo cum maxime oblectaretur Imperator Auguſtus, ut ſcribit Athenæus, eiq; afficeretur plurimum, ſimilitudinis argumẽto, Balanos magnitudine præcipua, & pulchritudine Nicolaos dici inſtituit. Adiiciunt qdam, ex Syria balanos id genus, quibus præcipue oblectaretur Imperator, Romam aſſidue mitti ſolitos. Ineſt omnino Arbori eiuſmodi decor non ingratus, quando Poetarum princeps Puellæ Phæaciæ Venuſtatem Palmæ ramo aſſimilare ſibi Homerus permiſerit. Propterea fuere, qui ita arbitrarentur, In Certaminibus ſacris uarias quidem ſingillatim Coronas dari. Vniuerſim tamen ex Palma ſolẽni quodam more conſecrari, una ea de cauſa, Etiam ſi ab foliorum æquabili ordine, inſtitutum opinentur alii, Ceu certatim cooriantur, & quodammodo ſimul currãt quadam cõtentionis Imagine, idq; tacito naturæ conſenſu. Nam & Victoriam græci inde dici putant, νίκην, παρὰ τὸ μὴ εἴκειν. a non cedendo. Alii uero, quod ſit Palma inter arbores cunctas marcrobia maxime, ideſt longioris æui, Sicuti Nicephororum, ſic enim Victores dicunt, gloriã addecet eſſe perpetuam, nec conſeneſcere unquã. Quod de Palmæ uita diximus, Orphicũ illud uideꝛ comprobare, ζῶον δ' ἴσον ἀκροκόμοισι φοινίκων ἔρνεσι, Animal æquale Longicomis Palmę ramis. Epitheta porro illa ἐμπεδόφυλλον, καὶ ἀείφυλλον, quæ firmiter, ac perpetuo uirentem foliis ſignant, huic congruere uel maxime. Inter cęteras nãq; Arbores nullam plane uidemus eadem cuſtodientem folia, ſed decuſſis prioribus, ſuccreſcunt alia. At Palma nil inquiunt, abiicit, & proinde conſtanter cognominari ἀείφυλλος poteſt. In reb⁹ porro atticis adnotatũ legimus, Theſeum in Delo primum poſito certamine, ab ſacra Palma ramum auulſiſſe, qui & Spadix inde ſit dictus. Neq; item in hac Palmæ mentione illud prętereundum, in Babyloniorum literis compertum, Eſſe Palmę arboris trecentas & ſexaginta utilitates. Nec omittẽda priſcę uanitatis ſuperſtitio, Quia ſit Balanorum nucleus non modi unius, Aliis enim longior, his mollior, Illis durior, Quibuſdam etiã oſſeus, lunatusq;. Hunc potiſſimum quadam religione politum dente contra faſcinantes pollere arbitrabantur. Cum uero Lunatum dicimus, curuatum, arcualemq; intelligimus, cuiuſmodi in Luna a coitu conuiſitur Schema. Cur autem ea maxime figura expeteretur, Luxuriantis fuerit otii quærere, ac ſuperſtitionis potius, quàm eruditionis. Niſi quod in libro de Iſide Plutarchus author eſt, Quia Solem appetat ſemper Luna, & perſequatur, Inde argumento eo, ab Amatoribus aduocari Lunam, Et amatoria ab Iſide diſpenſari, Eudoxus ſcribit, Quæ non alia omnino ſit, quàm Luna, Inuenio in monumentis, & Plutarchi imprimis in Pelopida, fuiſſe in Bœotia montem cognomento Delum. Nam Stephanus in Tanagra regionis eiuſdem fuiſſe Vrbem paruam nomine Delium ſcribit. Apud montem erat Apollinis templũ, poſt templum duo mirabili ſuauitate fontes, copia aquarum, ac frigiditate inſignes. Alterum φοίνικα, ideſt Palmam uocant, reliquum Oleam ſicuti cõmeminit in libro Cur oracula defecerint, Plut. idem. Vbi & natum Apollinem narrant. Ad quod reſpexiſſe Catullum uolunt eo uerſu, De Diana ſic canentem, Quam mater prope Deliam Depoſuit Oliuam. Quanquã & de Arbore poſſe intelligi, Author Ouidius eſt, metamorphoſeos ſexto. Quidã ex Eruditioribus eſſe in Laconia Tegyrã tradidere falſo, Vbi natus Apollo ſit. Id ut uere a me dici, intelligant ſtudioſi, Audiant, quid Stephanus, Tegyra inquit, Bœotiæ Ciuitas, in qua genitum Apollinem dicunt. Samus autem Delius Apollinis inquit, natalia in Lyciam referunt Aliqui, In Delum alii, aut in Zoſterem terræ atticæ, nonnulli ad Bœotiæ Tegyram, Vnde & Tegyreius Apollo. Ex iis porro, quæ de Palmis Syriis & Ægyptiis attulimus, liquet opinor, Cur Poetæ Palmiferas quandoq; in Ægypto Thebas nũcupent. Curq; Palmarum fructus Thebaides item Plynio dicantur, & a Papinio Thebaicæ, quod illo ex ſyluis uerſiculo Libri quarti fine ad Plotiũ liquet, Chartæ, Thebaicæue, Caricæue. Quoniam uero de Palmis agitur, Scribit Plynius, in Palmarum cacumine medullam haberi dulcem, quam Cerebrum uocant, meminit ſecundo de alimentis Galenus. Et in præceptis Sanitatis Plutarchus, prædulce quidem id tradens, uerum eſſe κεφαλαλγὲν, ideſt inducere Capitis dolorem. Adnotandus hac parte error Sudæ manifeſtarius, Qui in uerbo πῶρος, ita ſcribit, Porum hunc de Victus ratione interrogauit Apollonius. At is, Ego inquit, Vini tantum haurio, quantum Soli prolibo, Captis in Venatione ueſcuntur cæteri. Mihi exerceri ſatis eſt, alimenta mihi ſunt ex oleribus, & Palmarum Cerebro,

ac fructibus

ac fructibus. Hæc quidem apud Philoſtratum leguntur Libro ſecundo, Sed non de Poro, ut retulit Sudas, nimis hercle incurioſe, nimis'q; inſcite. Incurioſe quidem, quia de Phraote Indorum rege hæc prodit Philoſtratus. Inſcite uero, quoniam per maximam temporũ ignorantiã lapſus miſere eſt, Quãdo uixit Apollonius Domitiani tẽpeſtate. Porus aũt, quẽ fatetur ibidẽ Sudas cum Alexandro depugnaſſe, multis ſeculis antea, ſicuti temporum hiſtoria præmonſtrat apertiſſime, Sudam fefellit, quod paulo ante fit de Poro apud Philoſtratum mentio. Et parte iſta Regem Indum nominat, qui cum ſit congreſſus Apollonius, putauit Sudas, eſſe ad Porum ea quoque referenda, Cum tamen paulo ante ea, quæ exſcripſit, teſtetur Philoſtratus, Phraotem illum fuiſſe, Porum minime. Philoſtrati Interpres reprehenſionem non euadit. Nam ubi græce ſcriptum ita eſt, τὰ δὲ ἐμὰ σιτία λάχανα, καὶ φοινίκων ἐγκέφαλοι, καὶ καρπὸς τῶν φοινίκων, ideſt Cibus uero meus eſt Olus, & Palmarum Cerebrum, atq; item earundem fructus, Interpres de Palmarum Cerebro tacuit, puto, quia inuſitatum uidebatur, dici in Palma Cerebrum. Illud aduertendum quoq;, Palmæ, quam marem intelligunt, fructus ψῆν dicitur, Sicut fœminæ balanus. Vnde propendent Balani, uocatur ἀσάθη. meminit cum Xenophonte Herodotus, ex Spathe arcus ſibi nonnullos cõ feciſſe prodens. Quod de Palmæ Cerebro ſcripſi, confirmatur Euſtathii authoritate, qui ita dici prodit partem in ea arbore excelſiorem, quæ dulciſſima ſit, proindeq; exempta ueſcantur Indigenæ, quod Athenęi monumenta teſtatiſſimum faciunt. Quia uero de Phraote facta nobis mentio eſt, dignum perpenſione uideri poteſt, Ecquid Phraotẽ illum ſignificarit Oratius Carminum ſecundo, Redditum Cyri ſolio Phraoten Diſſidens plebi, numero Beatorum Eximit Virtus. Quando illius reſtitutionem in principatum, abs quo Pater fuiſſet excuſſus, & Viri præterea ſingulares Animi dotes, frugalitatem'q;, ac imprimis Liberalitatem copioſe exequitur Philoſtratus Libro ſecundo. Verum diſcrepant non nihil tẽpora, quæ in digytos mittere, nunc minus uacat. Iudicabunt uolentes. Quando Interpretum cura non ſatis conſtat ſibi.

¶ Læurus tacita Cur. Itẽ Cur Lauro uterentur Vaticini. Tibullus explicatur. De Puella Daphne. Lauri contra uenenum uis. Caput VII.

Quoniam uero paulo ante poeticas perſtrinximus amœnitates, in quibus multiplex, interior'q; deliteſcit rerum ſcientia, Quam ſæpe ingenium acre, lectio uaria, Iudicium excuſſum, emunctum'q; promit in literas, quo ſtudioſiſſimus quiſque accuratius exerceatur, nec concepta ſemel facilitate, in utranq; aurem dormiat, hic illud potiſſimum ſubnotabimus, Quid ita Laurus tacita ſępicule ab Poetis nuncupetur, Leuicula quidem res, ſed non inconcinna. Verum ne Abſinthii plus inſit huic lucubrationi, quam decoqui poſſit, ac confici ſtomacho paulo inualidiore, ac nunc primum reſumente uires ab inſcitiæ diuexatione, Vt adſit & mellis aliqd, Simplaria non reclinabimus quandoque. Laurum igitur Apollini Vaticino Deo ſacram, futurorum habere præſenſionem quandam, creditum uulgo eſt. Siquidem nil crepitantius uritur, ſicuti a Lucretio proditum quoque nouimus. Sed eo prior etiamnum Theocritus canit, Nam & hinc Daphne dici uidetur, uelut Euſtathius interpretatur, etenim δὰ intentionis uim habet, φωνεῖν uero loqui eſt, ac canere. Igitur euentus rerum ex crepantis modo Veteres aucupabantur. Quod nec Porphyrium latuit. Nam ſi crepuiſſet abunde, ac ſonantius, haud dubie portendi felicitatem, rebantur. Quod ſignificat illo Verſiculo Elegiographus nobilis Tibullus, Laurus Vbi bona ſigna dedit, gaudete Coloni. Ediuerſo ſi tacita deflagraſſet, inauſpicatiſſimum, infeliciſſimum'q; arbitrabantur, quod approbat etiam Propertius, Et tacet extincto Laurus aduſta foco, Nam & Claudianus, Venturi præſciã Laurum dixit, Niſi quod opinantur plerique, Lauri folia, ſi noctu puluillo ſubiiciãtur, Veritatem Somniorum conciliare. Quod non omnino malus author Fulgentius non omiſit. Scribit Hæſiodicæ Theogoniæ Interpres, Laurum ἐνεργεῖν πρὸς τὰς ἐνθουσιασμούς, ideſt efficacis eſſe auxilii in Numinum afflatu. Propterea in Caſſandra Sophocles δάφνην φατῶν ὀδόντι πρίεται στόμα. Et Lycophron, δάφνην φατῶν φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὅπα. Hinc aperitur Tibulli locus de Sibylla.

Vera Cano, ſic uſq; ſacras innoxia Laurus
Veſcar, & æternum ſit mihi uirginitas.

Ex hoc & Latinus item Poeta dixit, Laurum q; momordit. Certe δαφνηφάγους dici Vaticinantes ſcimus. Et Aphthonius Diuinatiõis ſymbolum eſſe Laurum teſtatur. Dionyſius item in Panegyricorum ratione, Laurum μαντικὸν φυτὸν appellat. i. Vaticam arborem. Si cuti Euſtathius quoq;, qui & Apollinis Corollam fuiſſe Lauream ſcribit, quam ſecum tulerit Chryſes in Græcorum exercitum ueniens. Quibus uero cogerentur numina uel recedere, uel accedere, Illis maxime Verſibus commonemur, Qui appoſiti a` Porphyrio, ita ferme` latine ſonant.

Soluite ſerta, pedes liquidis & ſpargite lymphis,
E'q; manu ramum, Lauros auferte uirentis,
Linea ſit'q; omnis deleta, Omnis'q; Character.

Quod uero ad Laurum etiamnum attinet, Scitu dignum illud quoq;, Daphnen puellã in arborem hanc deformatã, ſicuti Mythycis placet, & cecinit Ouidius, a` Spartanis fuiſſe diuinis cultam honoribus, Sed mutato nomine Paſiphaen nuncupatam, a` qua certiſſima ederentur oracula, quod in Agide Plut. ſcribit. Credebatur item Laurus efficax aduerſus Venena. Inde iactatum, Vt qui ſe tutum approbare uellet, δαφνίνην diceret, φορῶ βακτηρίαν. i. Laureum geſto Baculum. Ariſtophanis Interpres Lauro inquit, Sacerdotes coronabãtur, & Diuinaculi εἰς γνώρισματῆς τέχνης, quia eſſet id artis indicium, ac uelut inſigne. Lauri fructus Daphnidas uocant, ſicut Myrrines. i. Myrti dicunt Myrta. Laura uero. i. λαυρὰ Vicum ſignat anguſtum, impurum'q;, & ſordentia omnino loca ſic nuncupantur. Nam Laureum hoc eſt λαύρειον in Attica locus erat, Metallorum ferax. Diuinationẽ poſtremo ex foliorũ crepitu, dum urerentur, fuiſſe ueteribus celebrem, nec idem tacuit Euſtathius, Sicut ex pilis quoque quibuſdam.

Leuctrica monumenta quæ ſint, & Leuctricæ puellæ. Vindicat' a` uitio Plut. codex. Leuctra unde. Leuca quid. Caput VIII.

Leuctrica monumẽta, & Leuctricas itẽ puellas in græca hiſtoria legimus quã doq;. Id cuiuſmodi ſit, aut quam habeat rationem, neq; forte ſolicitius quærat, opera noſtra reuelabitur. Scedaſum. i. σκέδασον inuenio in libris quendã, Qui fortuna pauper Leuctra habitabat. Vicus is eſt prope` Theſpias in Bœotia. Huic filiæ aderant duę Hippo, & Miletia, Vel, ut alii ſcribunt, Theano, & Euexippe. A` quibus nuncupata Leuctrica monumẽta. Quæ cauẽda Spartanis, præcinuerant oracula. Siquidem Puellas ibi ſepeliri ex iniuria contigit, quoniam ab Iuuenibus Spartanis conſtupratæ, mox'q; interemptæ in puteum quendam ſunt deiectæ. Aberat tunc Scedaſus pater, A` quo paulo ante comiter Spartani, rei nõ bonę Homines, perfidiarum'q; prudentiores, quàm moderationis, aut fidei hoſpitalis, excepti hoſpitio fuerant. Reuerſus factum mirabatur. Salua domi erant omnia, filiæ tantum aberant. forte domi alebatur Canis. Ea reuerſo domino, ſubinde curſitabat ab eo ad puteum, A` puteo ad dominũ, uellicabat'q; interim, erat'q; plane` ſimilis trahẽti, ſuſpicatus is, quod erat, ad locum pergit. Puellarũ cõperit cadauera, profuſus in lachrymas, ac ſeſe afflictãs cognoſcit ex Vicino, bonos illos hoſpites pridie uiſos domum ingredi, facinus perpetratum Scedaſus coniectat, Spartam confeſtim petit querelas apud Ephoros depoſiturus. Eo cum excidiſſet & conatu, & iudicatu, illis, atq; item Regibus, quos etiamnum adierat, nil magnopere intendentibus, Per Vrbis media curſu ferri cœpit, porrectis ad Solem manibus, ac percuſſa tellure ἀνεκαλεῖτο τὰς ἐρινύας, ideſt Erinnyas aduocabat, mox ad filiarum tumulos ſeipſum confecit. In ſequentibus annis, ita ducentibus fatis, in regione eadem Spartana Virtus cõcidit, Græciæ imperio amiſſo, Thebanis Victoribus Pelopida duce, ac Epaminonda, ut celeberrimũ poſteris nomen Leuctrica monumenta dederint. Hæc eo libentius recenſui, quoniam in Plutarchi tralatione multa ſubſultant, & deluxata ſenſum non recipiunt, nam ut præteream, quod pro Scedaſo Cedaſus modo ſcribit', quandoq; etiam Scedaphus, Illud cuiuſnã modi eſt? Exercitationibus inqt, Spartanis laceſſitis. Cum hiſtorici ſenſus ſit apud Græcos, platas in Spar-

tanos execrationes

tanos execrationes diras. Leuctra uero ab Leuctro indigena esse nũcupata, scribunt Gręci. Leuca autẽ aliud est, nam eo nomine Medicorum scientissimi affectionem intelligũt, qua in albidum, uel, ut græce dicam, ὠδὶ τὸ λευκότερον, demutatur color, ex uiscido, glutinoso'q; humore pituitoso. Quædam uero Leuca. i. λεύκη dicitur θεραπευτή hoc est sanabilis. Quædam ἀθεράπευτος, Quæ curam non recipit. Internoscitur uero hoc τῇ τοῦ δέρματος παρακεντήσει, idest Cutis perforatione, Nam si inde prompserit se Sanguis, adhiberi medela potest. Si Humor Lacteus, inter conclamata recensetur. Sunt in ratione eadẽ Alphi, idest ἀλφοί, nisi quod mersat sese altius Leuca, ut inficiantur item pili. Quanquam & Alphi χρονίζοντες, idest diu perseuerantes ima penetrant ipsi quoq;, Vt hic ẽt albescant Pili ex pituitoso humore. Nam ex Melancholico nigrent Alphi.

¶ De Essæis, & Hessenis. Item de Pharisęis, ac Saducæis. Aurum Iudaicum quod sit. De Philateriis, & Proselythis. Caput IX.

i Osephus Iudæus historiarum Conditor, & in eo genere authoritatis non dilutæ, Libro decimo octauo antiquitatum, quas ab mundi exordio repetit, fuisse Iudęis tria genera Philosophorum scribit. Essæorum, Saducęorũ, & postremo Pharisęorum, Sed quos primo loco posui, miris effert laudibus, quod Vxoribus, Vino, Carnibus semper abstinerẽt, ac Ieiunium quotidianum uertissent in naturam. Philo etiam Iudæus in libro, quem pro Iudæis concinnauit, pręter cęteros inquit, quos pene' innumerabiles sanctio Mosaica ad bene uiuendum concitauit, Essęi summi omnium, atq; maximi sunt, ἀπὸ ὁσιότητος hoc est a' sanctitate, sicuti mihi uidetur, nuncupati, qua ratione flatilem recipit dictio. Quorum secta non genere, Sed uirtute, atq; humanitate discernitur. Itaq; nemo puer, nemo adolescens propter ætatis inconstantiam, Sed Viri omnes, aut Senes sunt, Qui nullo Corporis morbo, nulla Animi perturbatione feruntur. Sed Hominum soli uera perfruuntur libertate. Nemo proprium aliquid possidet, omnibus in medio positis cõmuniter utuntur, habitant simul, & conueniunt quasi sodales, cum'q; pro cõmuni utilitate faciant, Alia aliorum negotia sunt, quæ impigre subeuntes peragunt certatim, non frigus, non calorem, non aliquam mutationem Aeris formidantes. Cum a' laboribus mercedem ceperint, Apud Quæstorem deponunt, is omnia diligenter procurat, quibus egent. Idem Philo in cõmentario, cui titulus est, Omnes studiosos liberos esse, scriptum reliquit, Esse quidem dogmatis eius Homines snpra quatuor millia, Qui nec ciuitates colant, Vulgi cõuersationem Animo plurimum obesse, opinati, Qui seruos habeãt, odere, tanquam naturæ leges transgressos, quando omnes, uelut mater, eadem genuit Natura. Rationalem Philosophiam Vitæ nõ necessariã rentur. Naturalem uero altiorem, quàm ut eam humana consequi ualeat Natura. Illam modo portionem consectantur, Quæ de diuinis, & omnium agit creatione. Morali inuigilant præcipue. Triplici regula Vitam transigunt, Amore in Deum ardentissimo, Virtutis cultu diligentissimo, Charitate in proximum feruentissima. Sunt Qui Essæorum nomen θεωρητικὸν, idest Contemplationis studiosum significare putent. Qui Mundi sitũ, terrarum'q; expingere adorti sunt, Hessenos in Occidentali Iudææ parte statuunt, ab Essæis forte non diuersos. Quos fugitẽt usquequaque nocentes, Qui'q; orbe toto præter cęteros maxime sint miri, sine fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, Palmarum socii. In diem uero ex æquo conuenarum turba renascantur, longe frequentantibus, quos Vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctibus agitat, Ita per seculorum millia gens æterna est, in qua nemo nascitur, Tam fœcunda illis, inquit Plynius, aliorũ uitæ pœnitentia est. Porro' inuenimus apud Authores hisce Philosophis ita esse libertatis insitam auiditatem, Vt principẽ unum, solum'q; fateantur Deũ. Argumentum uero euidens, quod speciem mortis formidolosæ, ac tetræ nullam expauescant, Cognatorum negligant supplicia, Amicorum interitus faciant non magni, modo nequenquam, ut Dominum cogantur agnoscere. Animas putant immortales, & de Æthere subtilissimo cõmeantes quasi Carceribus, ita Corporibus implicari, ad quę tamen, ut Cheremon narrat apud Porphyrium, ῥύμῃ, idest impetu, & instinctu naturali trahantur. A' Corporibus uero absolutas, tanquam e' longa, & proinde graui seruitute, lætitia perfundi

maxima, & ferri ſublimes, ultraq; Oceanum degere in locis Peramœnis, quæ nec imbribus pulſentur, neq; item niuibus, aut omnino ulla infeſtentur intemperie. Quando ex Oceano ſuboriens Zephyrus ſuauiſſima perflet ſalubritate. Nihilominus pollutis Animis procellofas, hyemalesq; deſtinabant regiones. Cæterum quia abunde multa de Eſſæorum inſtitutis uidemur ingeſſiſſe, Quærat forte Lector curioſus, quid de Phariſæis ex mutis Magiſtris compertum nobis ſit. Proinde ut breuiſſime, quantum ratio patitur, omnium deſyderia impleamus, de huiuſmodi philoſophis hæc fere obſeruauimus. Molliciei, ac delitiis, quàm minimum indulgẽt, Quod ratio dictarit, id demum perſequuntur. Grãdiores natu eximie uenerantur, Vt ne uerbo quidem læſos uelint. Fato geri omnia credunt, nihilominus arbitrii liberi poteſtatem non auferunt. Iudicium Dei ſentiunt futurum, nam Animas aſtruunt immortales. Sed bonas etiam in aliena emigrare Corpora, Improbas ad ſupplicia tranſmitti æterna. Ob hæc ipſorum dogmata Populis mire grati, Adeoq; de eorum Virtutibus irroborauit opinio, Vt magno ſtudio numeroſa multitudo, immo uero Ciuitates ad eos quandoq; confluxerint. Phariſæos nuncupatos uolunt de Vitæ inſtituto, Quod à cæteris abiuncti, ac ſequeſtrati puriſſimæ cuidam Viuendi rationi, accuratiſſimæq; ſe mãciparint. Nam Phares ex Hebræorum Idiomate ἀφορισμὸς interpretatur, Id ualet latine ſegregatio. Mores eoſdem ſequebantur καὶ οἱ γραμματεῖς, hoc eſt qui dicerentur Scribæ. Proprię Illorum Virtutes erant, Continentia, Virginitas. νηστεύω δὶς τῶ σαββάτω, ideſt bis in Sabbato Ieiunium. Phariſæorum placita Apoſtolus Paulus uehementer extuliſſe uidetur, cum ait, ἰσραηλίτης εἰμί, φυλῆς βενιαμὶν, ἑβραῖος ἐξ ἑβραίων, κατὰ νόμον φαρισαῖος, Iſraelites inqt ſum, ex tribu Beniamin, Hebræus ex hebræis, Lege autem Phariſæus. Porro quies, ſoporq; iis erat ſuper anguſtis tabulis, aut etiam Spinis, uel Lapidibus ad comprimendas Corporis, ac Sen ſuum titillationes. Horum tamen proprium fuiſſe, Chryſoſtomus ſcribit, & in euangelio ſignificat Matthæus, ut decalogum in membranulis ſcriberent, ligarentq; in fronte, ut religionis intimę ſpeciem præberent. Eas uero membranulas hebræorum uocabulo dici Philacteria, Idem Chryſoſtomus prodit: quo innuitur Legis conſeruatio, meminit etiam Hieronymus. Dicuntur & Ariolorum, ac Excãtatorum Philacteria in Gregorii Iunioris decretis, & Philacteria facere, Legimus in Laodicenſi cõcilio. Saducæos uero, ut de iis quoq; aliquid promamus, a loco ita nuncupatos putant. Horum nefaria dogmata inuulgantur hæc, Eſſe mortalem Animam, ſimulq; cum Corporibus interire. Siquis eorum ſcitis renitat ampliꝰ, obluctetur q;, putant id plauſibile imprimis, glorioſumq;. Eorum, qui in eiuſmodi philoſophia ꝓfecerint, mira paucitas eſt, diſcrepant inter ſe moribus feris, inuicemq; ſunt, perinde ac in exteros, inhumani. Fatum omnifarium negant. Deum extra omnem mali patrationem, inſpectionemq; conſtituunt. Hæc de Iudæorum Sapientibus, quæ uaria ſuggeſſit Lectio, habui in præſenti, quæ dicerem. poterant & plura, ſed propoſitum, inſtitutumq; tẽperamentum fuit omnino tenendum. Quoniam uero quæri poſſe ſcio, cuiuſmodi Aurum ſit, quod in hiſtoria quandoq; celebratum nouimus, Iudaicum nuncupatum, Non grauabimur & hoc obiter explicuiſſe. Erat autem, quod Iudęorum nomine quotannis ex Italia, & ex omnibus prouinciis Hieroſolymam exportari ſoleret. Propterea Flaccũ Cicero ſcribit, edicto ſanxiſſe, ne ex Aſia exportari liceret, quod laudans etiamnum, Barbaræ ſuperſtitioni reſtitiſſe, ſummæ ait fuiſſe Seueritatis. Proſelythũ uero, cum audis in ſacra pagina, intellige, a Gentilitiis ritibus ad Diuinam legem tralatum, tranſcriptumq;. Dauid, καὶ προσήλυτον ἐφόνευσαν, ideſt & proſelythũ peremere. Hieronymus Aquilam uocat proſelythũ, ac interpretem cõtentioſum, meminit in Euangelio Matthæus quoq;.

¶ Cur noctu ſonãtius audiantur omnia. Quid palmus, Tilę, Sigmos, Clytos. Cur Vox intro delata melius audiatur, q̃ ediuerſo. Caput X.

Trepitus omnes nocturno tempore eſſe manifeſtiores, ac Vocẽ omnem ſonantiorem, non fere quiſquam eſt adeo impolitus, adeoq; hebeti Iudicatu,
s qui non plane intelligat, dictante ratione, aut magiſtra ſaltẽ experientia percipiat. Cur tamen ita contingat, abditam quandam, perobſcuramq; cauſam promit Epicuri Schola, dum ab Atomis ſuis reuelli nequit. Eam uero apud

Plut. in

Plut. in Sympoſiacis Boethus recenſet, docens, rareſcente aere, ac ſeſe latius fundente, inter Atomos non fere uacuum comparere. Conſtipante uero ſe, atq; amplius coeunte, Denſari perinde Atomos quoq;, Extimum q; Vacuum fieri ſpatioſum, & hians. Id quod noctu obuenire, exploratiſſimum eſt, Si coniectemus, frigus cogendi, arctandi q; uim habere efficaciſſimam. Ediuerſo Calorem proferendo expandere, aclaxare, argumento certiſſimo ex iis, quæ colliquata intuemur, amplius multo ſibi loci uendicare, quæ concreſcentia compingũtur in anguſtum. Profuſus igitur ſonus, ſi obiectis corporibus occurſet numeroſis, hebeſcat prorſum, neceſſe eſt reiectus, aut cõuulſus tardior euadat. Quod ſi obicibus aut paucis, aut nullis morantibus expatietur, pertinget inoffenſus auditum. Indicio eẽ poſſunt inania Vaſa, quæ percuſſa crepant ſonantius, præfarcta uero colliſa, incuſſa ue quodammodo ſonum deuorant. Compari modo & ſolidiſſima quæq; non fere ſonum edunt. Quod ſpiraculis haud ita abundent, per quæ commeet ictus Aer. Quale ſentimus aurum, & ſaxa, Quæ proinde uocantur, & ſunt ἰαχνόφωνα, & δυσηχῆ, hoc eſt uocis prætenuis, & ſonantia male, quod nimia prouenit denſantis ſe corporis ſoliditate. Aes uero εὔφωνον, καὶ λάλον. i. ſonorum, garrulum q;, quia ſit ψόλυκενον, hoc eſt inanitatis multæ. Cæterum ſentẽtia hæc male tibicinibus præfulta, nullis concuſſa arietibus, leui modo agitata impulſu ruit, neq; n. recte ad Vocis rõnem inanitas adducitur, Ibi ſilẽtii altitudo eſt, & quies profunda, Vbi uacuum eſt, quod utiq; nec tangi, nec agitari poteſt, Vocem autem eſſe nouimus ſonantis incuſſum Corporis. Et eſt Aer Vocis ipſius ſubſtantia, ac facultas. Putauit Anaxagoras, Solis poteſtate aerem concitari, & quodam tremulo uibrari motu, quem παλμὸν Græci dicunt. Id uero liquere ex minutie illorum, quæ in lumine uiſuntur, corpuſculorum, Quę uocant nonnulli ἴλαδα. Cum hæc igitur obſtrepant, inſonent q; agitata, & propulſa, & ſonum eum efficiant, quem dicunt σιγμὸν, præpediri uocem, obſcurari q;, quo minus ſyncere riter, liquido q; ab Senſoriis excipiatur. Suppetit & ratio alia, ſed grauior multo, & plauſibilior, Interdiu agitari omnia, proturbari q;. Tunc enim Cuncta mouet Iupiter, ut ille ait, λαὸς ἀδὶ ἱερὸν ἐγείρων, populos excitans ad opus. Qui conſurgunt, uelut ex Palingeneſia, & regeneratione quadam noua, quotidiana q;, meditantes, ut Democritus inquit, proinde non illepide Ibycus diluculum appellauit Clyton, quod eo tempore κλύῃν, hoc eſt audire iam, & loqui liceat. Contra uero noctu euenit, Vt interquieſcant omnia, nec ullo fluctuent motu, Sed compreſſa conſopiantur. Propterea ictus, propulſus q; aer integer ſenſorium adit, atq; ita purius audiendi perficitur actus. Adnexa eſt huic cognata quodammodo quæſtio. Nam uſuuenire obſeruatum fere eſt, Qui extimi ſint, ſi loquantur, facile ab iis, qui intus agant, audiri. Quod ediuerſo non fit. Ambiguitatis huius commeminit apud eundem Plut. Ammonius, Sed ab Ariſtotele, exolutam tradit, Apud quem ita lectitamus, Vox inqt, eorum, qui occluſi tenentur, ſi extra deferatur, in amplum diffundit, ac uelut abſorpta deuoratur. Quæ uero intro perducatur, non ita. Siquidem ex amplo corriuata in arctum, conſeptum q; ſeruatur, continetur q;, & ueluti conualle delata ſenſum perſpicue attingere animaduertitur.

¶ Iulææ uoces in Lactantio quæ ſint. Iulos quid, & Vlos, & Iulides. Hycca quid. & Melos, Item qui Harmonici, & qui Canonici, ac Canonium. Concẽtuum ſpecies aliquot. Antletæ qui. Item Himonia, Himæum, Tenellus, Niglaros. Caput XI.

Quando uero de Vocibus agitur, Ecce ſuccurrit mihi Lactantii Carmen, Phœnicis argumento, non utiq; Inamœnum, ſed quod Scriptoris eius genuinam ſapiat facundiam, ingenii q; præferat facilitatem haud aſpernabilem. In eo Iulæas Voces, Vt præſuaues, ac prædulces nominari obſeruauimus, Sed cur ita, non fere perſpicuum puto. Niſi quod ad Simonidem cognomento Melicum ex Carminis iucunditate, ut Sudas arbitratur, referri poſſe, non inficiabitur, Qui hoc genus ſcitamentis aures habeat pertritas, Cui q; nõ ſit Cornea fibra. Siquidem fuit Iulis inſulæ Ceæ oppidum, in quo Simonides feratur natus. Quod ex Strabone didicimus, & antea cecinerat Theocritus. Sed coactum nimis, ac uiolentum rebitur id, Cuius auris acriori lota aceto ſit. Magis q; multo arriſurum putabit, quod ſcribit Apollodorus, Cantilenam in luctibus celebrem dici Ialemon, in hymnis uero Iulon. Quæ de hominibus ſic nominate

comperiantur. Sicuti à messoribus usurpabatur Lytiersas. Habitauit autem Celænas Phrygiæ Lytiersas, ex quo ut messor præstans celebretur in Phrygia, meminit Theocritus, & exposuit Interpres. Sed nec præteriit Pollux, Qui & Iulon item recognoscit. In Libro de Pęanibus author est Samus Delius, ordei manipulos per se solos ἀμάλας nuncupari, congestos autem ex aliis compluribus Vlos dici, & Iulos, Cererem quoq; nunc qdem uocari Chloen, nunc autem Iulo. i. ἰουλώ. Proinde ex Cereris inuentis, & fructus ipsos, & in Deam cõcinnatos hymnos Vlos appellant, & Iulos. Sunt qui lanas tractantium esse Cãtilenam putẽt. Iulos etiam Proserpinæ congruere arbitrantur. Nam Iulides apud Oppianũ primo ἁλιευτικῶν inter pisces recẽsentur saxatiles. meminit in Libro de piscibus Dorion, ut scribit Athenæus. Iulos uero etiam dicunt intestina terræ. Sunt qui Iulidas item Hyccas opinẽtur dici, unde & Siciliæ Ciuitas nomen sit mutuata, quod illuc delati primum, id piscium genus fœtum cõpererint. Cæterum quia in Cantilenas uolẽtes incidimus, Subnectamus aliqua, quæ uoluptati sit legisse, & usui meminisse. Melos, quod præcipue usurpatur in Musica, proprie quidem apud Gręcos membrum Corporis indicat. Sicuti uero numerosa in corporibus membra, quamuis diuersum sortiantur & situm, & motum, diuerso'q; perfungantur munere, nihilominus ad unum tantum opus cooriuntur, unum'q; habent finem, ueluti scopum. Ita etiam ex Vocum diuersitate qui consurgit Concentus, Melos uocatur. Quod in libro de Musica Plutarchus scribit. Latini Modulum appellant. Aut certe Melos uocare in Musica ideo institutum, quia μέλει, græce signat curæ esse, ceu nil Musica antiquius homini esse debeat, nil'q;, quod curet impensius. Nos uero etiamnũ suo loco de Musica commentaturi plura sumus. Interim adiiciamus pleraq; non indicta quidem, Sed quæ in paucorum peruenere scientiam. Musicæ studiosos aut Harmonicos dicimus, Aut Canonicos. Harmonicos nũcupamus eos, qui auribus cõtribuunt authoritatis plus, quàm rationi. Cuiusmodi fuisse Aristoxeni consectatores nouimus. Canonicos autẽ, qui rationis persequuntur examen, Sicuti ab Pythagoreis factitatum, palàm est, quos tamen genere nec ab Harmonicis abduxeris. Canoniũ uero obiter esse uidetur sacris uiris destinatus locus, ac canonice uiuentibus. Sed in nauibus, quæ Cataphractæ uocantur, & Catastromata habent. i. pauimenta superiora, uel tabulata, ligna, quibus tabulæ incumbunt, Canonia nuncupant, & σταθμίδες. Ptolemæi instituta mediam quandam rõnem insecuta sunt. Tãtum enim Sensorio attribuit, quantum Aristoxenii, rursum'q; rationi, quantum Pythagorei. Etenim tum demum enasci iudicium putat syncerum, uerax'q;, ubi Sensus, & ratio conspiratu nituntur cõsono. Quod ipsum & in Astronomia comprobauit, cum rationis libra ab oculis non abit diuersa. Vt uero ad Melos redeam, unde digressus in ista sum, Inuenio apud Authorum opinatissimos, Himæum nuncupari Melos solitum, quod concinerent ἀντληταί. i. aquarũ haustores. Himonia uero aliud est, nam sic funiculum dicunt, quo ex puteo attollitur aqua, Vñ festiue ἱμωνιᾶν dicitur pro μακρὰ χέζειν, idest temporis non parum in excernendo absumere. Himæi uero meminit Callimachus, ἀείδει καί που τὶς ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον. concinit iam & haustor aquæ aliquis Himæum. Tenellum uero idest τήνελλον Aristophanis interpres nunc Lyræ Harmoniam accipit, nunc pulsatiunculam, idest κρουμάτιον, quæ in uictoria ederetur. Omnino uidetur ab sono conformata Vox. Eleganter uero Aristophanes, ἀλλ' ἐὰν μέντοιγε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλος εἶ. Si utiq; exuperas uoce, Tenellus es. i. maximus Musicus, Aut nicephorus, hoc est Victoriæ compos. Erat & Niglaros Musicum melos exhortationibus aptum.

¶ Prouerbii origo, quod est, habitus Monachũ nõ perficit. De Iside multa. Quæ Linostoliæ. Sacerdotum munia. Item pauca de Osiride, Tiphone, Anubi. Acephali sacerdotes.

Caput XII.

Pertritum, exculcatum'q; Rhodiginis meis, etiam pullato circulo prouerbium est, habitu monachum non perfici. Id quo uideri grauius possit, sibi'q; in eo Municipes nostri applaudant, Vetus est, & qdem ex græcis corriuatum fontibus. Cuius rei author mihi Plut. est. Eius uerba subieci, οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσι. οὔτε ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι. i. Non inquit, philosophũ facit promissior barba, nec Vestis pertrita. Non item Isiacos Linostoliæ. i. amictus Linei,

ctus Linei. Faciunt ad hæc Gellii Verba ex noctibus Atticis, Vt præteream, quod in Canonicis decretis relatum ſcio, Diſtinc. XLI. Non Cathedra Sacerdotem facit, Sed Cathedrā Sacerdos. Nec Locus Hominem ſanctificat, Sed Locum Homo. Video inqt Herodes, Barbam, & pallium Philoſophum nec dum uideo. Veluti, mores, & Scientia genuinum, nō inſititium, non fucatum Philoſophum oſtentent. Id tamen quātumuis ſanctum prioribus nomen, & Venerationis ſummæ, pleriq; Homines erratici, & Aeruſcatores, ac nulli rei, tantum non incolę ſordentium ſæpe ganearum magna ſibi doctiſſimi cuiuſq; indignatione, arroganter uendicare ſunt auſi. Id ipſum & de Iſiacis aſtruendum, Quādo moribus integer, ac caſtus, Sanctus, Virtutis exemplum ſingulare, Iſiacus demū uerus cenſeri debeat, Qui'q; diuinæ ueritatis anxius ſit ſcrutator, atq; ei deniq; rei philoſophando tēpora impertiat. Id quod Deæ ipſius comprobat nomen ex priſcorum Theologia, quam imprimis σοφὴν καὶ φιλόσοφον ἔσαν intelligunt. i. Sapientem, & philoſophon, nominis Argumento, quod ab græca origine inclinatum, Scientiæ notitiam ſignificare aiunt. Vnde & Sacrarium eiuſdē Ἴσειον nuncupetur, quod uideamur εἰσόμενοι τὸν, ἂν μετὰ λόγε καὶ ὁσίως εἰς τὰ ἱερὰ παρέλθωμεν τῆς θεᾶ. i. cognitionem conſecuturi eius, quod eſt, Si cum ſanctitate, ac ratione Sacra Deę adierimus. Proinde narrant Promethei filiam, Alii uero Mercurii, Quorum alter Sapientiam monſtrat, & prouidentiam. Mercurium uero grammatices, ac Muſices ſtatuunt repertorem. Quamobrem Hermopolitæ Iſin probant Muſis priorem. Vt quę diuina Hieraphoris ueris, ac Hieroſtolis legitimis præmonſtret. hi uero ſunt, qui ſacram diuinorum rationem ab omni expurgati ſuperſtitione, ac nimia, uacanti'q; ſedulitate, in anima geſtitant, perinde ac in capſula quadam. Quod ſane felicitatis ſummæ quodammodo uideri poteſt. Nam qui recte, ſyncere'q; ſapiunt, bona quidem cuncta ab Deo depoſcunt ſibi, Sed imprimis, quantum capax eſt humana ratio, Veritatis diuinę cognitionem, qua maius nil capere Homo poteſt, nec Deus ſua præcellenti bonitate impertiri. Neq; enim Argento, aut Auro Deus eſſe opulentus creditur, nec tonitruis, aut fulminibus præpotens, Sed ſcientia, & prudentia, Quod ipſum egregie ſignificauit illis uerſibus Homerus.

ἡμὰν ἀμφοτέροισιν ὁ μὲν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη.
ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει, καὶ πλείονα ἤδη.

Vere unum utriſq; genus, & patria una.
Sed Iupiter natu grandior erat, ac norat plura.

Propterea elaborandum Sacerdoti præcipue, ut tanquam peſtem, ignorātiam abiiciat. Siquidem ait Apoſtolus Paulus, qui ignorat, ignorabitur, præſertim intelligere ſi neglexerit, ut bene ageret. proinde in Quęſtionum Libro Auguſtinus, Non omnis, qui ignorat, ab pœna immunis eſt, Sacerdos utiq; Sal terræ dicitur, & mundi lumen. hinc Malachias Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. hinc ab docendi, ac nuntiādi proprietate Sacerdotes etiamnum Angelos dici in cæleſti hierarchia comprobat Areopagita Dionyſius. Certe ita prope modum cenſeo, cognitione ſequeſtrata, & abiuncta ſcientia rerum, Immortalitatem non recte Vitam dici, Sed eſſe uerius tempus quoddam. Scitum eſt illud Hieronymi ſuper Malachiam, Sacerdotem indoctum eſſe cæcum Animal. At Typhona Iſidis inimicum quem eſſe alium opinamur, quam ſtupidam, imperitam'q; multitudinem, errore deuiam, quæ cō uellat, Lancinet, obſcuret'q; ſacram rationem. Quam congreget Iſis, componat, contribuat'q; recte initiatis, Et Latriam Deo ſummam Vitæ caſtitate, mentis affectu puro, abſtinentia uoluptatum omnium exhibentibus: Horum nanq; finis omnium, Intelligibilis primi cognitio. Quoniam uero Iſiacorum ritus attingimus, & ſi alibi ſcio, futuram nobis de hac ipſa re mentionem, proſequamur tamen interim, quæ ex græcis authoribus, ſeſe nobis oſtentāt, uelut cęlla quadam proma, neq; enim aliud cenſeri debet Gentis eius doctrina: Ita eſt omni fariam copioſa, & tanquam quoddam bonorum mare. Quod igitur Capillitio denudetur Caput ab Iſiacis, & totum deniq; Corpus, eam pleriq; arbitrantur rōnem, quod is eſſet Lugentium mos, ferre autem Lineas Veſtes, coloris eius rōne, quem floreſcens Linum emittit, ætherea, ac gratæ pulchritudini mundum continenti perſimilem. Cæterum ea uerior cauſa, Purum inquit Plato, impuro attingere nefas, At Ciborum ſupfluitas nulla pura, ſyncera'q; eſt, Lanas autem, Villos, Vngues eſſe, pullulare'q; ex ſuperfluitatibus quis non nouit? Proinde non ne ridiculum foret, tondentes, reſecantes'q;, ac leuigantes quodammodo

Corporis proprii partes uniuerſas, Aliena circumponere, ferreq; ſuperfluitatum, ut ſic dicam, germina? cum ſint itidem impura, & proinde inepta diuinis? Quod adeo uerum eſt, Vt Heſiodus, cum ita cecinit,

μὴ ſ' ἀχρὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνδαιτὶ θαλείῃ
αὖον ἀχρὸ χλωρὸν τάμνειν αἰθωνι σιδήρῳ

Non ab manu ramorum quin q; in deorum cœna celebri
Aridum ab uiridi reſecare ſplendido ferro.

Non fere aliud præcepti obſcuritate uideat' inſinuare, quàm repurgatos ab iis ſacra, feſta'q; adire oportere, nec inter ſacrificia, ritus'q; ſolẽnes redundantia deſecare. In noſtra quin ẽt religione Apoſtolo præcipiente, ut eſt in Canonicis proditum decretis, Comam nutrire prohibentur Clerici, Caput'q; in Sphæræ modum radere coguntur, id ipſum Gregorio itẽ ſanciente. Linum autem diuinæ rei maxime idoneum inde iudicatur, Primum, quod ex immortali, ut Veteres loquebantur, terra prodit. Fructum quoq; eſui non ineptum edere uidetur. Veſtem autem puram omnino præbet, & frugi, nec geſtanti oneroſam, ac tempori cuilibet peraccommodam, nec φθειροχοιὸν, ideſt pẽdiculos producentem. Adeo uero ſuperfluitatum omnium naturam abhorrebant, ut non ſolũ pluribus leguminibus abſtinerent, Sed nec Ouillas, aut ſuillas eſitarent Carnes, quod multum ex iis fiat ſupfluentis materiæ. Quin Sanctimoniæ item ratione Salem cibis non adhibebant, cauſis quidẽ pluribus, ſed illa præcipua, quod cibi, potus'q; copioſioris appetentiam facit. Nam quod dictitat Ariſtagoras, Salem ab illis cenſeri non purum, quod pleraq; Animalium intercepta, dum denſet, concreſcit'ue, immoriantur, fatuum omnino eſt, ac relatu indignum. Illud certe memorabile eſt, ac ubiq; ſæpius recinendum, Apidi nanq; ſuo ex puteo peculiari ſuggerunt potum, Etenim Nili aqua prorſum putant abſtinendum, Vt quidam cenſent, ob Crocodilos, aut uerius, quod pinguefacit aquæ id genus, inducit'q; πολυσαρκίαν, hoc eſt Carnis copiam nimiam. Apin uero ita ſe habere prorſum cauent, Immo uero & ſeipſos. Sed expedita omnino, agilia'q; corpora circumponere animæ ſtudent, ne prævalente, quod morti obnoxium eſt, diuinum comprimatur, & moleſto, nimis'q; inutili exteratur pondere. Scitum quippe græcanicum eſt illud, quod in noſtrum ſi transferatur ſonum, addubitat Hieronymus, an æque reſonet, Pinguis uenter non gignit Senſum tenuem. Vino utuntur quidem, ſed præparce, Tametſi in Heliopoli rei diuinæ incumbẽtes templo nequaquam inferunt Vinum, ceu de deceat interdiu bibere, Domino, ac Rege inſpectante. Omnino ſæpe abſtemios agunt, & Philoſophantes de diuinis aut docent, aut diſcunt. Reges ſi ſacerdotio fungerentur, bibebant quidem ad præſcriptum ſacrarum literarũ. A Pſammeticho tamẽ id agere orſi ſunt, prius enim abſtinebant, neq; prolibabant, ut gratum Deo, Sed ut Cruorem eorum, qui bellare cum diis affectaſſent, Quibus concidentibus, ac telluri immixtis, Vitem enatam opinãtur. Proinde'q; Ebrietatem, amentiam, Inſaniam'q; parare, Vt progenitorum ſanguine imbutis. Et hæc quidem ab Sacerdotibus iactari, author Eudoxus eſt in ſecunda Periodi. A noſtro autem authore ita proditum eſt, Quod ſi abſq; uino ardeo adoleſcentia, inflammor calore ſanguinis, & ſucculento, ualido'q; ſum Corpore, libẽter carebo poculo, in quo ſuſpicio ueneni eſt. Veteres porro delicatiorem, molliorem'q; Victum ita deteſtatos memorãt, Vt proditum ſit, apud Thebas in templo fuiſſe ſurrectam Columnam, qua execrationes inſcalptæ continerentur aduerſus Regem Menin, qui molliciem, luxum'q; inuexiſſet primus. Scitu uero dignum illud eſt, Ante Ægyptiorum templa Sphingem aſtitui ſolitam, quo argumento indicarent, Theologicam ipſorum Sapientiam obſcuriorem, fabulis'q; ita ſæpe conuelatam, ut Veritatis ueſtigia uix interlucerent. In Sai Pallados erat templum, Quam Iſin etiam arbitrantur, eiuſmodi præſcriptione, ἐγὼ εἰμὶ πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὂν, καὶ ἐσόμενον· καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδεὶς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. Ego ſum omne, quod fuit, eſt, erit. meum peplum mortalis reuelauit nemo. Sunt tamen, qui alia ratione ſenſum in iis promant allegoricum. Nam Oſirin non alium eſſe opinantur, q̃ Nilum, qui Iſidi coniungatur. i. terræ, Typhona interpretant' mare, in quod illapſus conuellatur Nilus, ac pereat, propterea Sacerdotes deteſtari mare, quod & Typhonis uocant ſpumam. Nec nauticos affatu dignos cẽſent, quia mari utantur, & inde uictitent. Piſces indidẽ auerſantur, cum'q; ſignificare odiũ uolunt, piſcem appingunt. Inueni item, qui mundi partem infra terram, incognitam nobis

Nephthyn

Nephthyn uocent. Supernam uero, manifeſtam'q; Iſin. Qui autem in meditullio utriuſq; Orizon eſt, dicatur Anubis, Quem canina facie deformant, ex Animalis natura, quod interdiu, noctu'q; oculis utatur æque. hanc uero apud Ægyptios Anubin habere uim, quã apud Græcos Hecate habet, terreſtriũ pariter, & cæli particeps credita. Sunt tñ, q̃bus Anubin dici tempus placeat. Videtur pleriſq; Iſis eadem, quæ apud Græcos Io, quam Thelegono nuptam, cum in Ægyptum perexiſſet, Epaphum genuiſſe fabulantur. Habuit Iſis Romæ item templum, quod ſolum in Vrbe Ægyptius Sacerdos purũ ſe reperiſſe dicebat, cũ Plotino ſuaſiſſet, Illuc ſecum accederet, familiarem ſibi Dæmonem, eo aduocante, conſtim inſpecturus. Cui cum eſſet obſecutus facile Plotinus, cum'q; in aſpectum Dæmon acceſſeretur, pro Dæmone acceſſit Deus, quo factum eſt, ut exclamaret Ægyptius, Beatum eſſe Plotinum, Qui haberet pro Dæmone Deum. Scribit tamen XX antiquitatum Libro Ioſephus, Iſidis phanum ſolo æquatum ab Tiberio principe, Patibulo Sacerdotibus ſuffixis, quod eorum opera Paulinam forma exquiſitiſſima, ab adoleſcente conſtupratam comperiſſet, ſub ſpecie accedentis per tenebras numinis. Quod ad Sacerdotalem attinet integritatem, In noſtris comperi authoribus, ideſt Chriſtianis, Acephalos nuncupari Sacerdotes, Qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina uel prouidentia gubernentur, Velut ſine Capite intelligi debeant, ſicuti priſca ſanxit conſuetudo. Sunt inter hæreticos Acephalitæ item nũcupati, Quod eorum lateat author, nec unde prorepſerint, ſciatur magnopere.

¶ Super Demoſthene adnotata quæpiam non ingrata. Quid ad Aquã ſcribere. Quid Batalus. Corrigitur error Interpretis Plut. de Calauria Inſula. Item Ouidii locus. Batus piſcis. Bation, Nitarion, Batyle, Batylos. Caput XIII.

1 Eoſthenem, proditum memoriæ eſt, Cum magnitudinem, uim, atq; ſplendorem Demoſthenis in dicendo ſatis mirari non poſſet, ſolum ex oratoribus dixiſſe, Animatas plane`, non malleo cuſas. i. σφυρηλάτους orationes exhibuiſſe, quanquam non me fallit, M. Tullium quodam loco ita ſibi ſcribere permiſiſſe, Vſque eo inquit, difficiles, ac moroſi ſumus, ut nobis nõ ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes. Qui quanquam Vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet aures meas, Ita ſunt auidæ, & capaces, & ſemper aliquid immenſum, aliqd infinitum deſyderant. Sed alibi tamen ſuo teſtimonio ampliſſime Demoſthenem ſubleuat Cicero idem, ubi ait, Nemo eſt Orator, Qui Demoſthenis ſimilem ſe eſſe nolit. Quin propter hunc unum Athenas item magis atticas putat. Sed enim quàm incredibile ſtudium, q̃ inenarrabilem prope` laborem adhibuerit, Vt ſuperatis naturæ impedimentis, id teneret eloquentiæ culmen, quod eſt cumulatiſſime conſecutus. Quis adeo a` Muſis lõgiore diſcluſus interuallo, quem lateat? Maximus certe Valerius, Alterum ab natura Demoſthenem, Alterum ab Induſtria factum prodidit. Ab eius porro` immenſa, atq; incomparabili ad dicendum cura adagium effingi nobile, nulla non hora idẽtidem ingerendũ, inculcandum'q; Rhetoriſcis neſcio quibus poteſt, de iis, qui non citra puluerem, Quæ ſint habitura geniũ, & teretibus omnino auribus futura non inſcita, nec putida, peruigilant. Ad Aquam ſcribunt, Quando tantus mox futurus Orator, non utiq; Vino madens luculentiſſimas orationes ex fœcundiſſimo pectore prompſiſſet. Quod de Æſchylo mordaciter rettulit Calliſthenes, Quem, ubi Vino ſatis incaluiſſet, ac ſe largius bibendo excitaſſet, tragœdias eo calore concinnare ſolitum, ſcribit. Igitur Vrbanius in hãc Demoſthenis hydropoſiam luſiſſe Demadem ferunt, ſicuti Lucianus author eſt, Cæteri quidem inquit, ad aquam dicũt, δημοσθένης δὲ πρὸς ὕδωρ γράφει. Demoſthenes autem ad aquam ſcribit. Nam Pytheas nimiã Oratoris diligentiam præmonſtraturus, τὴν κρότον τῶν δημοσθενικῶν λόγων ἀπόζειν τὸ νυκτερινὸν λύχνον pronuntiauit. i. Demoſthenicæ orationis ſonum lucernam reſipere nocturnam. Deniq; uis in Demoſthene peculiari, inſigni'q; modo celeberrima, ſicuti in Iſocrate ſuauitas. Subtilitas in Lyſia, in Hyperide acumen, Sonitus in Æſchine, in Platone copia. Scribit tamen Libanius, Demoſthenis inimicos in illius molliciem cauillatos, Batalum appellare eũ conſueuiſſe. Cuius rei ipſe quoq; mentionem faciat in Oratione contra Æſchinem, ſiue pro Cteſiphonte. Nam & in prælio apud Cheroneam, quo acciſæ Athenienſium res ſunt, fuga

ſibi ſalutem quæſiuit. Quod cum ab inimicis illi acriter, & contente obiectaretur, ita Cauſam fouebat propriam, ut diceret, ἀνὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχέσεται, Significans eum qui mandaſſet fugæ præſidium, poſſe denuo in pugnam cooriri. Batalus dicebat apud Atticos pudendorum pars. Sic enim Plut. ſcribit, δοκεῖ δὲ καὶ τῶν ἀκοῦσαι πώποτε λεχθῆναι τὸ σώματος μορίων παρὰ τοῖς ἀττικοῖς τότε καλεῖσθαι βάταλος. i. Videt aũt dici Batal⁹ apud Atticos Corporis portio, quæ honeſte ſatis nequit enuntiari. Sunt qui Tibicinis infracti nomẽ eſſe Batalum putẽt, Vel Poetæ, qui laſciua, & uinolenta Carmine ſit complexus. Cæterũ hic obiter Lector ſtudioſus monẽdus eſt, Vbi Plutarchus ſcribit, ἦν ὁ βάταλος αὐλητὴς τῶν κατακόπων, ideſt erat Batalus Tibicen infractorum. Quoſdã ad Corpus referre, quod Plutarchi Interpres ſenſiſſe uidetur, Cuius uerba prætexuimus, tanquam is fuerit corpore diſtorto, Quod neutiquam uerum eſt. Nam authore Libanio, ad mores, & cãtus, & habitum Tibicinis Batali pertinet uerbum id κατακόπων, ideſt infractorum, nam ſubintelligendum eſt, Cantuum, Quoniam etiam Latine fracti dicuntur fluxi, molles, & effœminati, ut apud Quintilianum Libro quinto, Vt fortaſſe Corpus uulſum, fractum, inceſſum, Veſtem mulierem dixerit aliquis, mollis, & parum Viri ſigna. Libanii Verba ſunt hæc, ἱστόρηται γάρ τινα βάταλον ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο, καὶ μέλεσι κατακόποις, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν, ἀφ' οὗτος δὲ λῆς ἐκλύσεις, καὶ ἀνάνδρους, βαταλίας ἐκάλεσαν, ideſt narratur, fuiſſe Batalum quendam Epheſium Tibicinem, Qui omnium primus in ſcena calciamentis uſus eſt fœmineis, & fractis cantibus, & omnino artem Tibiæ remolliuiſſe uidetur. Ab hoc fluxos, exolutos, & parum Viros Batalos uocarunt. Porro in molles Batali nomen enuntiari ſolitum, Hermogenes itẽ ſcribit, meminit Æſchines in oratione πρὸς παραπρεσβείαν. Eupolis uidetur Batalum dixiſſe τὸν πρωκτὸν, ideſt podicẽ, unde & Cinędos putarunt aliq Batalos, dici, ἀπὸ τοῦ τύπτεσθαι ἐν τῷ ἔργῳ, καὶ βαταλίζεσθαι, ideſt ab ictibus, qui in re fœdiſſima inferuntur. Cæterum, ut ad Demoſthenem reuertamur, dignum memoratu, quod proditur, Huic tam ſummo, tã omnibus fere numeris in oratoriis campis, & dicendi palęſtra abſoluto Iocorum defuiſſe facultatem, Quæ M. Tullio ſupfuerit. Vt ſciamus, non modo eidem omnia non dari, quod Homerus inquit, & relatum apud T. Liuium ſcio, Verum eſſe quædam, quæ nulla ars, nulla unquam uicerit cura. Circunferuntur tamen quædam illius non omnino illepida, aut inficeta. Vt cum Pytheas dixiſſet mordacius, Orationes illius obolere Lychnum, Scio inquit, tibi moleſtam eſſe ardẽtem lucernam. Is enim ut fur, male nonnũquam audiebat. Id uero adnotandum, ὁ δὲ πάριστον, Calauriam dici Inſulã, Trœzenio litori proximã, in qua ſe ab Archiæ manibus ueneno Demoſthenes redemit. Non Calabriam, ut modo in Plut. Latinis codicibus fere circunfertur. hæc enim eſt Italiæ portio, diſtinctiõem hanc agnoſcit Euſtathius. Inde apud Ouidium in Metamorphoſi, Inde Calaureæ Latoidos aſtat in arua. Quanquam ibi modo legitur, Calareæ. Quod de Batalis diximus, animaduertendum, quodã loco Plutarchum dicere, Batalos eſſe Germanorum equites præſtantiſſimos, qui inſulã colant, quam circunfluat Rhenus. Sunt qui Batum Interpretent mollem, delicatum, cuiuſmodi fere ſit Batus piſcis: Vnde & Nitarion, & Bation ſubblandientium puellis deminutas eſſe appellationes, tradunt. nam & Nitarus quidam morſu Comico habetur mollicie infamis. Puſilli quoq; Corporis fœminas Batylos uocabant. Batyle uero eſt Theopompi Drama.

¶ Lineam poſcere quid. Et quid in Spectaculis Linea. Item de Longuriis, & Cancris, ſeu Cancellis. Cinclidarii qui. Caput XIIII.

Vintilianus Libro Vndecimo ita ſcribit, Tranſire in diuerſa ſubſellia, parum uerecundum eſt, Nam & Caſſius Seuerus Vrbane aduerſus hoc facientes li-
q neam popoſcit. Quid ſit hac parte Linea, uideri ambiguum, ſcio. Ego Longurium accipio, ſic enim longiores perticas, aut robuſtiora ligna, quæ in ſtabulo Equis interponuntur, ne conſurgant in pugnam, aut ſe mutuo feriant, appellari, obſeruauimus. Varro in rei ruſticæ Libro ſecundo, Itaq; in ſtabulis, & humore p-hibere oportet humum, clauſa habere hoſtia, & feneſtras, & inter ſingulas equas a præſepibus interiicere Longurios, qui eas diſcernãt, ne inter ſe pugnare poſſint, meminit & Longuriorum Libro

guriorum Libro primo, in Septorum ratione. Sepes inquit, fit palis ſtatutis crebris, ac uir/gultis implicitis, aut perforatis, & p foramina traiectis Lõguriis ferreis binis, aut ternis. Cæſar commentario quarto, Hæc, directa materia iniecta, contexebantur, ac Longuriis, cratibus'q; conſternebantur. Seruius Æneidos quinto, ubi in Ludorũ celebratione Virgilius ait, Signo'q; repente, Corripiunt Spatia audito, limen'q; relinquunt, Regulam interpretatur, quod dixit Poeta limen, aut ſignum de Creta factum. Ex cuius uerbis facile percipi licet, cur in ludorum celebratione ab Eruditis perſæpe Linea nuncupetur alba, Quã ſignificaſſe Martialis uideri poteſt illis uerſibus Libro octauo.

Omnis habet ſua dona dies, nec Linea diues
Ceſſat, & in populum multa rapina cadit.

Sed & Ouidius primo de Arte, Circenſia attingens Spectacula Currentium Equorum.

Et bene te cogit, ſi nolit, Linea iungi.
Qua tibi tangenda eſt lege puella loci.

Etiam ſi modo longum ſedendi ordinem nonnulli interpretentur. Sicut & illud in amoribus, Quid fruſtra refugis? cogit nos Linea iungi. Vlpianus digeſtorum nono, ad legem Aq liam, ita inquit, Si maritus uxori margaritas extricatas dediſſet in uſu, eas'q; inſcio Viro, per foraſſet, ut pertuſis in Linea uteretur, tenetur Lege Aquilia. Sed apertius idem digeſtis de furtis, Libro XLVII. Si Linea margaritarum ſurrepta ſit, dicendus eſt numerus. Cancelli ab hoc propoſito non ualde ſeiunguntur, Quando & hæc erant ueluti Septa quędam ex Lignis tranſuerſim iunctis, obliquatis'q; ad defendendam, hoc eſt repellẽdam turbam, preſſim, agminatim'q; proruentem. Quod Ciceronis Lectio nobis ſuggerit Qui de Oratore Libro primo ita ſcribit, Nam ſiquis erit, qui hoc dicat, eſſe quaſdam oratorum proprias ſententias, atque cauſas, & quaſi certarum artium, forenſibus cancellis circunſcriptam Scientiam, fatebor equidem in his magis uerſari hanc noſtram dictionem. Et pro P. Quintio. Et me facile ueſtra exiſtimatione reuocabitis. Si extra hos Cancellos egredi conabor, quos mihi ipſi circundedi, Quin & pro P. Sextio, e` fori Cancellis plauſum excitatum ſcribit. Sidonius item Apollinaris quadam libri quinti Epiſtola, Vmbram inquit, ſtipitibus altatis, cancellatim'q; pendentibus Pampinus ſuperducta texuerat. Cancellorum rationem graphice expinxit Varro Rei ruſticæ Libro tertio. Præterea inqt, e` perticis inclinatis ex humo ad parietem, & in eis tranſuerſis gradatim modicis interuallis perticis adnexis ad Speciẽ Cancellorum ſcenicorum, ac Theatri. Hinc Cancellata Elephanto⁊ Cutis dicitur Plinio. Hoſce Cancellos item Cancros dici, quanquam rarenter admodum, animaduertimus, inde ſcitu dignum prorepſit Adagium, ut inter Orci Cancros adhæſiſſe dicatur, qui ita irretitus, illaqueatus'q; teneatur, ac impeditus, ut nuſquã pateat effugium, Quoniam Plutonis ſepta, & Cocyti irremeabilem neceſſitatis uiam, Vt cecinit Orpheus, in Mercurii terreſtris hymno, qui euadere tentet, prorſus Aethiopem lauat. Eſt qui Cancellos pro Abaco feſſili interpretet. Sunt porro, Qui Cancellos dici a` Græcis κιγκλίδας putent. Pollux Cinclidas arbitratur Valuarum ſpecies, Ariſtophanis interpres in Veſpis, Dicaſterii hoc eſt Stationis iudicialis Ianuam dici Cinclida putat, quam inquit, etiam Cancelotem dicunt, ideſt καγκελωτήν. Alii ex Græcis Cinclidas intelligunt δικλίδας, ideſt ualuas duplices, aut etiam foramen, quo immittitur Clauis. Cinclidarios uocabãt, quibus Archiuum foret curæ, præſertim ne quibuſlibet ad libidinem pateret ingreſſus.

¶ Salis poteſtas mira. Cutis craſſitudo cur hebetudinis indicium. Enarratur locus difficillimus Fabii, In malaco ſanum. Citta, Picatio. Item quid malacia. Tollit' mẽdum ex Seneca, & Cæſare. Quæ apud Herodotum ſit Perſarum Halia.

Caput XV.

Etus ſententia eſt, a` celeberrimus utriuſq; linguæ auctoribus, literis commẽdata, totis corporibus nil eſſe utilius Sale, ac Sole, immo'q; Piſcatorũ Corpora uideri cornea. Sentiri remediũ in podagra præcipue, pbãt. Etenĩ aſtringit Sal, ſiccat, alligat, putreſcẽtia quoq; corpa ita uẽdicat, Vt ea durẽt p ſecu/

la. Quod Ægyptiorum comprobant inſtituta, Quibus mortuos ſale condire, moris fuiſ/ ſe, plane Herodoto credimus. Inde conſuetudo inoleuit Græcis quandoque, Vt uino madentes, & plane delyros etiam oleo perungerent, Sale admixto, ceu ſingulare id fo/ ret adiumentum. Quin & Vino, ne ſtupeſcat, aut in acetum degeneret, Salem inde/ re conſueuerunt. Ex hoc factum uidetur, Vt facetiſſimus Comicus in Comœdia, Cui titu/ lus Nephele, ita ſcribendum ſit opinatus, ἁλσὶ διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν ἄτοσι, Sale perfri/ ctus, expurgatus q; hic iuuaretur uti q;. Quem locum eius Poetæ enarratores ita fermè expli cant, Vt addant id quoq; delyrantes oleo linebant, & ſale, ac proderat. Vt craſſioris autē cutis eum, in quē iſta proferunt, ſubſannat, Pelles ſiqdē pinguedine craſſiores, Sale ſi emol liant, laxiores fiunt, & inde capaciores. Puto, quia Salis uim nouimus pingue oneroſum p ſiccare, depurgare q;. Nam & in medicinali ſylua quinto Libro Dioſcorides Salis multipli/ cem uſum permonſtrans, potentiam habere memorat, ſmecticam, apocatharticam. Nimi/ rum ſuſpicant Interpretes hi Cutis craſſitudinem ſubtilitati innati ſpiritus officere. Nam et Plautini Sales illuc uidentur ſpectare. Meus herus Elephanti corio circuntectus, non ſuoſt, neq; plus habet Sapientiæ, quàm lapis, nam magnos, ſtupidos q; Elephantorum noſe intel ligebant, uel græco ſuffragante prouerbio. Legimus in naturali hiſtoria, fuiſſe nōnullos, q ſubtilitatē animi conſtare non ſubtilitate ſanguinis opinati ſint, ſed cute, operimētis q; cor/ porum. Et tunc magis, aut minus bruta eſſe, Vt Oſtreas, & teſtudines, Boum tergora, Setas Suum obſtare tenuitati innati ſpiritus, nec purum, liqdum q; trāſmitti. Sic & in homine cū craſſior, calloſior q; excludat cutis. Cæterū perpenſio hæc digna ſatis, quam hic pro uirili ex cutiamus, qua in parte introſpicienda plane, nō ab limine ſalutāda modo Philoſophorum uolumina, & adyta auguſtiora, in quibus naturæ placita cum rationibus ſuis ſolertiſſime ex plicantur. Si illud inſeruero prius, inter militares animaduerſiones fuiſſe Veteribus Sangui nis miſſionem, quod irrogatum primo creditur militibus animi ſtupentis, atq; a naturali de clinantis habitu, Vt nō tam pœna uideretur, q; Medicina. Scribit in ſecunda Animæ hiſto/ ria Peripateticus nobilis ad hunc fermè ſenſum, Guſtum habet homo certiorē cunctis ani/ malibus, Eſt enim guſtus tactus quidam. hic autem in nobis exactiſſimus eſt Senſus, in aliis exuperamur excellenter. Inde fit, ut ſit homo animalium prudētiſſimus. Signū eſt inter ho/ mines quoq; iuxta hunc ſenſum eſſe aliquos hebetes, alios ingenioſos. Quod in alio ſenſu non contingit, οἱ μὲν γὰρ σκληρόσαρκοι, ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν, οἱ δὲ μαλακόσαρκοι, εὐφυεῖς. i. duri quidem carne, inepti mente, molles autem ingenioſi, hactenus Ariſtoteles. Quæ quia forte ambiguitatis habent aliquid, nec ſtudioſorum uota explent omnino, Illud amplius expen/ dendum, Bonitatem mentis ratione duplici tactus correſpōdere bonitati. Prior eſt, Tactus Senſuum aliorum fundamentū eſt, manifeſtum. n. quod organum tactus late per totū cor/ pus fuſum eſt, & quodlibet inſtrumentū cuiuſcunq; ſenſus eſt etiam inſtrumentū tactus. Et id, ex quo eſſe dicitur aliquid Senſitiuum, eſt tangendi ſenſus, Vnde ex hoc, quod quis ha/ bet meliorem tactum, conſequitur item habere eundem Senſoriam facultatem meliorem ſimpliciter, & inde eſſe melioris item intellectus. Siquidem Senſuum bonitas diſpoſitio eſt ad intellectus bonitatem. Si uero habeat quis auditum excellentiorem, uel uiſum, non infer tur protinus, eundem ſenſoria poteſtate ſimpliciter præcellere, Sed ſecundum quid tan/ tum. Altera ratio eſt, Quia tactus bonitas complexionis, ſiue temperaturæ ſequitur bonita tem. Etenim cum inſtrumentum tactus ſequeſtrari nequeat a numero, uel genere tangibili um qualitatum, eo quod eſt ex Elementis compoſitum, oportet id eſſe in potentia ad extre ma, ſaltem per hoc, quod eſt inter ea medium, ſiue media tangibilium proportio, quāto q; illas qualitates minus habet excellentes, tanto efficacius mediocritatem ſibi uendicat, & tā gibiles percipit qualitates. Bonam porro Corporis complexionem ſiue conſtitutionem ſe/ quitur nobilitas Animæ. Omnis enim forma cum ſua materia proportionem habet, et ex hoc infertur id. Quibus præſtantior fuerit tactus, præſtantiorem quoq; ineſſe animam, atq; nobiliorem, ac perſpicatiorem mentem. Verū hic forte ingerat ſe quiſpiā, nō uideri uſque/ quaq; uerum, Molles carne perſpicatiores haberi, Quādo rōne iſta Sexus muliebris maſcu lino colliget prudētior multo, ingenioſior q;, Siqdē muliebre corpus molliculū, tenellum q; eſt, & cuniculi capillo, & anſeris medulla quoq; mollius, Vt Catulli uerſiculis abutamur.

Et ſcimus

Et scimus tamen in Politicis Aristotelem scribere, Puerum impfecti esse ꝯsilii, et fœminam inualidi, Seruum uero nullius. Verũ scire decet, Carnis molliciem modis intelligi duobus, Siue ut est ex cõplexionis bonitate, quæ rara sit, & bene disposita, Siue ex Phlegmatis exuperantia. Quo modo qui sunt, non fere dicuntur tactus boni, qa non habent qualitates sensibiles recte ad medium redactas, Et proinde nec mente satis apti. Quo in genere mulieres sunt, Qui'q; Phlegmatici uocantur. Ex iis uero, quæ non omnino incuriose, aut illotis pedibus ex summis, & plane classicis auctoribus in mediam literatorum cohortem ꝓduximus, iam opinor illata lux est herculano illi, ut sic dixerim, nodo, Cimmeriis obuoluto tenebris, & Platonis numero item obscuriori. In cuius enarratione hactenus aqua hęsit. Et Hermolaus lectionis Vir incredibilis, ac in re literaria detritus plane, & retorridus, & exactissimi iudicii in eo tamen Fabii loco, In malaco sanum, Quid sentiat, non satis constitutum habere, fatetur ingenue. Cum tamẽ non aliud significetur ex peripateticis Scholis, quàm in Carnis mollicie, & raritate summã intelligi mentis sanitatem. i. prudentiã, & perspicaciã, Quoniã ita affectis facile item, quicquid est redundantis copiæ, ac retrimentitiæ digeritur, & euaporat, nec phantasticum, aut rationalis potentia perinde sylueſtri tumultu obturbatur. Quod ita esse, id quoq; indicio est, quia fatuos, ac rudes παχυδόρμους appellare Græcis mos est, ac si tu dicas, Crassipelles. Quid, quod Quintilianus id Verbum fuisse artis alicuius proprium, apertissime dicit? Vbi philosophos ĩtelligere potes, aut quod amplius arridet, Diuinaculos, Qui Physiognomones dicuntur. A quibus usurparetur subinde, In malaco sanum, Vbi quẽ ita cõstitutum, contemperatum'q; inspexissent. Est autem Physiognomia Mantices pars ea, quæ ex ore, omnium'q; Corporis membrorum facie, motu'q;, ac filo hominum coniectat mores, de qua, ut Aristoteles, & Adamantius, ita multi alii tam latini, q̃ Græci scripserunt. In eo genere sunt itẽ Metoposcopi, quos ex facie ad diuinantes Plinius interpretatur. Eorũ & Tranqllus meminit, Et Satyricus Poeta significauit, Frontem'q;, manum'q; Præbebit Vati, crebrũ poppysma roganti. De Malaco aũt siqs ãbigit, ac græce nescit, norit id Verbum significare molle. Nam Malacia prægnantiũ Plinio est molicies quædam, & defectio, cum Languentes modo hoc, modo illud appetunt. Adeo, ut terram quoq; uorare appetant nonnullæ, Carbones etiam extinctos, aut Cimoliam, inquit Paulus Medicinæ primo. Quæ res nuncupatur κήττη. i. Pica. Prouenit incõmodum id ab conceptu mense potissimum tertio, nequeunte fœtu interim delata in Vuluam omnia ratione alimenti absumere, insita imbecillitate. Proinde'q; in Stomacho multorum facta redundantia. Ex qua etiã absurdorum sese promit appetentia, Indidem quoq; nomen nacta affectio est, διὰ τὸ ποικίλλον τοῦ ζώου τῆς κίττης. i. ex auis uarietate. Vel quod malo id genus corripiat frequẽtius. Est & in Stomacho Malacia. i. debilitas. Corrigẽdus obiter error manifestarius in Senecæ Epistolarũ Libro nono. In otio incõcusso iacere, nõ est tranqllitas, malicia est. Tu expunge insitiuũ uerbum, & genuinum ita repone, malacia est. Apud Cæsarem, Gallici belli Libro tertio, Malacia itẽ maris nominat ꝓ tranqllitate, ac uelut mollicie, q̃q̃ scribit mõ Malachia, sed indocte. Quod de Physiognomia mẽtio nobis facta est, Sciẽdũ ex Procli doctrina, Morẽ Pythagoreis fuisse, per signa in corpore constituta uenientes ad ipsos ꝑpendere, ac pensiculare exactius, Vtrum ad meliorem uitam apti forent, necne. Quoniam natura ipsa, quę animis confingit Corpora, instrumenta eis congrua sumministrat, imagines'q; animarum in corporibus indicat, per quas & Animarũ ingenia eius artis periti possunt deprehendere. Meminit Gellius noctium atticarũ primo. Quod ad Salem attinet, abs quo digressi sumus, ἁλίζειν Græci dicunt Sale cõdire, quanquam & eo uerbo congregatio significatur, unde Halia Persarum dicitur Herodoto, idest Congregatio. Sunt & Halides, seu Haliæ Sali terendo uasa accommoda.

¶ Mos abluendi infantes Sale, aut frigida aqua. Enarratur Virgilii locus. Salis, fermenti, ac Mellis nomine quid intelligendum in sanctis literis. Caput XVI.

e T quia Salis emolumenta pauloante perstrinximus, nõ negligẽda item sunt uisa, quæ a scientissimis Medicorum insinuant nobis. Siquidẽ Galenus quodam loco, etiam si ambigunt Eruditiores, sit'ne de principis Medici officina opus id, Sale aspersos infantes obuolui fasciis præcipit. Sed & prima primi

Auicenna, feſtinandum inquit, ut infantum corpuſcula perluantur aqua, in qua colliquatus ſit Sal, Vt occaleſcat umbilicus, atque item Cutis. Ita tamen, ut non contingantur nares, aut Os. Cur uero ſic faciendum aſtruamus, rō eſt, quoniam mox editū infantē ob nimiam teneritudinē omnia infeſtant. Quo nomine ſemel, bisq; Sale abluere ꝑſalubre eſt, præſertim ſi exuberet ſordibus, & nimio plus ſeſe promat humectatio, cōfeſtim uero ab iis tepidiore confouendus aqua. Cæterū more ſuo Auerrois iſta putat reiicienda, præpoſitis, quę minus acrimonia morſum, ut ſic dicā, infigant. Cuiuſmodi ſit Oleum balaninum ex glandibus, effectu eodem, qui in Sale ſentitur, Vt credit Auenzoar. Cooriuntur in Auerroim magna ui Auicennæ Interpretes, qm̄ Oleum id genus ſtyptica poteſtate efficax quidē habeat, non tamen æque ſordentes humectationes reſoluere, quibus inebriat Cutis ex Vterina redundantia. Addunt etiam, Vnguine intimo nō perinde, ut Salē, Oleum poſſe callum inducere. In quem uſum pleriſq; item mos eſt, Natum infantem in frigidam aquā merſare, ſicuti ſeptimo Politicorū cōmeminit Ariſtoteles. Sed Galeno de Regimine ſanitatis primo id non arriſit, additis etiam rationibus, cur feciſſe, inutile ſit. At confert inquit Philoſophus, ſtatim a pueritia aſſuefacere. hoc enim ad ſanitatem, & ad res bellicas utile eſt, quare apud Barbaras gentes irroborauit mos, Vel amne gelido infantes abluere, uel tenui amiculo cōueſtire, qui Gallis mos eſt, ad cuncta. n. quæ poſſint, initio ſtatim inſueſcere, optimū eſt, adiuuat aūt pueros, innatus calor aduerſus frigoris Vim. Iam ex iis opinor, lucis plurimū inferri Virgilianis Verſiculis.

Natos ad flumina primum
Deferimus, Sæuoq; gelu duramus, & undis.

Et quia de Sale producta pleraq; nobis ſunt nō illepida forſan, ne illud quidem negligendum, In Sanctariis religionis noſtræ Salem pro Apoſtolica fere accipi Sapientia, propter illud Matthæi bracteatū, Vos eſtis Sal terræ. Ita enim Leuitici ſecūdo ſcriptū inuenias, Quicquid obtuleris Sacrificii Sale condies, nec auferes Sal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. Sed & apoſtolus Paulus, Sermo inquit, ueſter in gratia ſit Sale conditus. Neq; enim ſequeſtrato rationis, ac diſcerniculi examine libratiore, Deo placere quicq̄ poteſt. Quod autem pauloante præcipitur, Omnis oblatio, quæ offertur Domino abſq; fermento fiet, nec quicquā fermenti, ac Mellis adolebitur in ſacrificio Domini, Intelligi uolūt philoſophicum tumorē, & Ciuilis eloquentiæ lenocinia, uoce quidem, nō re prædulcia. Illud deniq; adieciſſe, non fuerit otioſum, opinor, χόνδρος ἁλῶν dicia Græcis de Sale, qui craſſior ſit. Velut Chondritis uocat παχεῖα σιμίδαλις, quā Siliginem interpretantur, χονδρώδη uero dicunt loca, In quibus ρcidat Chondros. Galeno, & Medicis aliud prorſum Chondros eſt. Venter inquit in pragmatia περὶ ἀνατομῆς Galenus, percoctioni deſtinatus orditur a Chondri meditullio, ubi στόμα dicitur κοιλίας .i. Ventris os. Alibi porro Idem Auctor, hoc eſt in Partium extimi Corporis nomenclatura, Sub Ore inquit, Ventris in ſuperficie exteriore ꝓgrue nominant Hypocondria, Quoniam Chondro recte ſubiciant. Sunt autem Peritonæo ſubſtrati Muſculi, extra cute obuelati. ὁμωνύμως autem interna uiſcera ὑποχόνδρια uocantur, quando ſub Chondris & ipſa ſunt τῶν νόθων πλευρῶν.

¶ Cur Somniculoſi, Quibus anguſtæ ſunt Venæ. Item Pumiliones. Cur in cogitatione profundiore obrepat Sopor.

Caput XVII.

Vlta quidem, & copioſe ſatis, ni fallimur, de hominis ratione cōſcripſimus, poterant & plura, Sed nobis in uaſtiſſima rerum congerie ſeruare temperamentum quoddam, uiſum præſtabilius eſt, ne tamen cuiuſquam querelis detur occaſio, quod & præfati alibi ſumus, Vbicunq; opportunū fuerit, omiſſa conſarcinabimus, poterunt a uolentibus iungi. Interim in alia diuertiſſe, nō erit opinor, inamœnum, ingratum q;. Diſceptabam mecum non ita pridem ſuper Somni ratione. Mirum uidebatur, hominum pleroſque ita in ſoporem ſæpe collabi, Vt nil procliuius omnino faciant. Cuiuſmodi fere Pumiliones ſunt, deminuti, decurtatiq; ab reliquoꝝ cōmenſu. Et quoniā iactatū in Græcis literis ſcio, nil dulcius, quam omnia ſcire, contuli me ad Magiſtros, quod aiunt, mutos. Qui me etiamſi aſymbolum, ita ſcite, docteq; inſtruerent, Vt Naturæ rerum non omnino uiderer inſcius. Quod uero inde proruerim, etiam impertiendum aliis eſt uiſum, ne in ſanctariis reconditum pereat. Igitur ſic habet. Eſſe

genera

genera duo, ui insita, in Somnum prona maxime. Alterum in iis est, Quibus Venæ adeo prætenues sunt, adeo'q; latentes, uix ut deprehendi uisu ualeant. Alterum eorum cēsetur, Qui nimio plus in Caput excreuisse animaduertuntur. Angustia meatuum, quibus a' Capite refluit Spiritus, nullo negotio præsepit', occluditur'q;, Minuta siqdē, & ꝓpe' nulla, qcquid accesserit, quātūuis modicū, pusillum'q; obstipat, præfarcit'q;. Vbi ergo frigus cōcipit Vena, Siqdem & Infarctus Vēter cōfrigescit, Spiritus tandiu suffrenat', & moramēto quodā cōpescit' necessario, donec inualescens calor disiectus alimentū ita ꝯficiat, Vt globatum alioq dirimat, ac diffundat. Quādiu uero is libere cōmeandi facultatē nō nāciscit', ꝑseuerat sopor. Cæterum suggerit ars rei forte obscuriori exemplū euidēs. Nā Tubulo angustiori infusus liquor tardius, lentius'q; profluit, quod si laxior is, & capacior fuerit, momento Vis ēt maior dilapsa transmittitur, id ipsum & in Spiritu fit, q anguste corpulētior ipse cōmeans, ac præpedite serius munere defungit'. Et hęc diuturnioris somni, ꝓcliuioris'q; in meatuum gracilitate causa qdem fuerit. Somniculosos uero esse, qbus Caput extumuit, inde pernosci pōt. Quo amplius est conceptaculū, eo plus itē capiat, ꝯsequens est. In Nanis, siue Pumilionibus Vaporū multa uis ad Caput surrigit', qm̄ grādius mēbrū alimēti ampli⁹ reqrit. Quod uero copiose scandit, copiose item, ac largius remeet, necessariū est, Sed & Lentius, qa insitus Calor uim tantam sublatæ euaporationis breui ꝑcoquēdo neqt cōficere. At qbus Venę Latiores, apertiores'q; fuerint, Soporulenti esse nequeūt, nisi forte qppiam obtigerit potentius aliud, quod rōnē faciat diuersam, Neq; quos itē atra infestet bilis. Nā alsiosis, congelidis'q; Corporibus, Caloris intimi copia non magna, Vapoꝝ paucitas Caput scandētiū obtingat, necesse est. Hinc illud fit quoq;, ut fere' genus hoc sit edacitatis auidæ, qñ eorū natura sicca, & retorrida est. Nec haustis alunt' magnope, infestante plurimū bilis atrioris frigore alimenti ꝯceptacula, Quæ rō efficit potenter, ut parum omnino, aut nil fere' eat in Corpus. Quia uero de Sopore agimus nunc, appingamus ueluti Corollariū huic loco, quod intellectum studiosis maxime arrisurum arbitror. In eadem nanq; harena, quod dicitur, Versamur, & ꝯtingit sæpicule, Vt attentissima cura quid expēdentibus ingerat sese uel inuitissimis, obnitentibus'q; insuperabilis dormiendi ꝓcliuitas. Inde uero hoc fieri, deprehensum a' Peritioribus est, Quis compta sunt naturæ arcana fere' uniuersa. Quod cum, cogitatione ꝓfundius uersante quippiā, suspēsa mens solicitudine est, Alimētorū ꝑcoctioni impedimētum affertur insigne, ꝓinde qꝓtrudant' in Caput, Vapores, dum minus excoq possunt, crassescere, necessariū est. Illud uero paulo doctiores sciunt omnes, Quoniā fit Somnus, sicuti exequemur alibi copiosius, cum in Cor sese ꝯtraxerit Calor intimus, quo in ima dilapso, cōcipere Palpebras frigoris uim, frigore autē ꝯcepto, defluere, ac deniq; comprimi, Quando Vnus est, q oīa in Corporib⁹ temperet, moderet'q; Calor, frigus in sopore suꝑna cōtrahūt, & extima, recalescunt inferna, pedum Argumento. Sed intima eo amplius, Quia uero ex humecta quadam ui progigni, obrepe'q; Somnus uidet', inde Homerice circunfundi docte dicit'. Sed & νήδυμος ex hoc Sopor ab eodem nuncupatur, abs quo ueluti ex humiditate ꝓfundiore, emersio facilis non est, uel, ut græce dicam, οὐκ ἔστιν ἀναδῆναι τὸν ὑπνώττοντα.

¶ Sudoris Species. De Sudore frigido. Qui Sudores bono sint. Caput XVIII.

d Iuerteramus hup in Medicoꝝ florentissima Vireta, non ut trāsfugæ, Verum inspectores, exploraturi ecqd inde præcerpi posset, quod hosce libellos, Lectionū antiquarū instructum, adiutum'q; iret, ac comptiores efficeret, non ut calēti ferro inustos, sed solida, syncera'q; spectabiles uenustate. Lectitabam⁹ Canonem Auicennæ primum, Qui & in hominis rōne singularibus auxiliis obfirmauit aciem, neqd trepidaret, aut moueret' loco. Incidimus in eam, quæ Sudores aliquo modo perpendit, doctrinam, atq; in Species partiendos tacite præmonstrat, Quas & huic innexuimus parti potissimū, nihil. n. prohibet, a' quocūq; Literaꝝ Antesignano Versurā facere, non quæ peculiares, abditos'q; loculos instruat, sed ut in rep. bene instituta, qualem optauit Plato, cuiuscunq; deseruiat emolumentis, neq; enim est homo homini lupus, ut ille ait, Sed Deus poti⁹, qñ & hęc ad æternā gloriā uia. Igit' inqt Princeps, Sudor, q ꝯtingit cōsopitis, ex materiæ ꝓuenit Copia. Quippe ꝑ soporē, nulla euidēti causa, q Sudore diluit', amplius ingessit alimēti, q̄ pati possit. Galenus ad eādē rē, Sudor exuperans aut corpo

re obuenit rariore, laxioreq́, Aut materiæ abundantia, Aut qa prætenuis, ſubtilisq́ admodum comperitur. Qui Principis uerba latius, fuſiusue explicant, Quatuor fere Sudoris Species agnoſcere uident. Quidam.n. naturæ pfluit imbecillitate, uelut in Syncope, in qua Spiritus, Sanguisq́ in Cor ſe contrahunt, extimis relictis. Quæ naturæ defecta regimine frigidi Sudoris humectationē promūt. Alius natura ꝓuenit ualida, quod in Criſi, & decretoriis euenire diebus aſſolet. Aliis occaſionem præſtat ratio euidens, uel exercitatiōis, aut Balnei, uel æſtiui ardoris flagrantiæ, Vel ēt Alimenti ingurgitationis nimiæ, aut Plethoricæ copiæ. Quod uero de Sudore frigido dicit, amplius ꝓpendi pōt, & debet, eo qdem magis, Quod Poetas quoq́, Quorum ſæpe multiplex eſt eruditio, & intercutanea, nec oculis ſpectāda caligantibus, noctuinisue, nōnunq̄ cōmeminiſſe eiuſdē, perſpicuum eſt, ſatisq́ frigide, qa de frigore agatur, enarrari. Ita ut ambigas, ſerione, & iudicato, an per iocū tam inepte pleraq́ effutiant. καὶ παχυμερέστερον, ut quæ nullo cōcipiant Scientiæ fundo, plurimūq́ arbitraria ſint, ac profuſa temere. Quis enim illud ex Amphitryone non legit? Hic homo ſociū ad malam rem quærit, quem adiungat ſibi.

Non placet, ꝓ monſtro extēplo eſt, qñ qui ſudat tremit. Sed & quadā Elegia Propſtius, Quæ ſi forte aliquid uultu mihi dura negarat.

Frigida de tota fronte manabat aqua.

Cornelius qdem Celſus in Libris de medēdi rōne cōcinnatis Sudorē frigidū eſſe morbi indicem ſcribit, ſolicite diu ſum ſcrutatus eiuſmodi euentus rōnem, deniq́ optimus Naturæ Interpres Ariſtoteles ita prodēs ſe nobis ingeſſit. Cur inqt, calidi Sudores frigidis meliores habētur? An quod ſudor omnis excremēti cuiuſdam ſecretio eſt? parū aūt excremēti amplius incaleſcere, cōſentaneū eſt. Plus aūt nō æque, ſed minus. Itaq́ Sudor frigidus excremēti multi indiciū eſt, quo circa morbos quoq́ lōgiores facit. Amplius Hippocrates Libro ſententiarū quarto, Sudores inquit, frigidi, ſi cum febre acuta accidunt, mortem ſignificant, ſi cum mitiore, longitudinē morbi. Certe ſumma dignū admiratione eſt, q poſſit elici frigens Sudor, cū æſtuoſa ſit febris. Proinde neceſſariū uidet, Aliam eſſe Corporis portionē, quā amburat febris, Aliam, ex qua humor profluat frigidus, quod.n. ex caleſcente promit par/te, caleat oportet. Cæterū ex cute, quam eſſe frigidā, liquet, ꝓliciunt Sudores, q̄uis ſubtercutanea exæſtuent. Porro Acutas obrepere febres, patet, qbuſdam cōputreſcentibus humoribus. At hi nūc quidem toto putrent Corpore, nūc in Conceptaculis tantū. Vbi uero duo iſta ſimul fiant, Vt in Vaſis computreſcat humor, Et quæ ſolidū Corpus regit natura, quā naturalē eſſe Calorem, opinat Hippocrates, uel perimat prorſum, Vel internetionem proxime adierit. Quæ ꝓfluūt inde, plane frigent. Nil uero officit, qn ex putredine exoriens caliditas ſit uehemētiſſima, propterea q̄ indiciū exitiale, Siquidem præmonſtratur, eam humorum frigidam uim in corpore exuberare, quæ nec inſita caloris copia recaleſcat, neq́ itē aduētitia. i. febrili. Quod ſiqs expetat ſcire itē, qui potiſſimū Sudores bono ſint, audiat Hippocratē ita ſancientē, Sudores febricitanti ſi ſtatim incepint, bono ſunt, & tertio die, & qnto, & ſeptimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & uiceſimo, & uiceſimoquarto, & uiceſimoſeptimo, & triceſimo, & triceſimoquarto. his.n. Sudoribus morbi iudicantur. Qui aūt nō ita ueniunt, laborem ſignificāt: & morbi longitudinē, ac Recidiuam.

¶ Cur facies, & ſuperna deſudent maxime. Cur item in trepidationibus idē patiātur Pedes. Cerebrum ne an Iecur ſit humectationis fons. Caput XIX.

a Ccidunt porro in ſudoribus nōnulla plerūq́, nō paruā quæ prę ferant admirationē. Nam & uſu cōpertū fere eſt, In trepidationib⁹ exudare pedes, nō ſacie, quę alioq obnoxia ſudori maxime eſt. Quippe quæ laxiora ſunt, & humectant abūde, ea ſudore dilui, ꝓgruū eſt. Caput autē eſſe plane certū eſt, humoris fontē. Indicio ſunt Capilli ea maxime parte Vbertim ſuccreſcentes. Quin & uniuerſim Supna ſudoribus amplius infeſtant, q̄ inferna, qm̄ Calori inſitū ſit, ꝓcēdere, illuc q̄ itidē humectationē ꝓducere. Vel ēt qa Sudorē mouet Spirit⁹, q in ſupna parte ſedē habet. Adde, qd eſt Sudor incoctus humor, cuiuſmodi humore pars humet ſuperior. Auicennæ id quoq́ auctoritas comprobat, nam ſecunda quarti, Sudor inquit, maxime multiplicatur in ſuperioribus, In Capite q̄ imprimis. Cæterum hæc fere de ſanis intelligenda Corporibus. Nam affectis illuc imprimis decumbit Sudor, Vbi amplior cōcepta fuerit eius materia. Pro

inde Sententiarum

inde Sententiarum quarto Hippocrates, Vbi Sudor, illic ægritudo. Id ipſum & ab Auicenna traditum ſcimus. Sudor uero ille pedum in trepidationibus eam, ut Ariſt. inquit, rationem habet, Quod ſit trepidatio metus quidam ſup re inchoanda. At metu Superna frigeſcunt caloris fuga ad intima, inferna q̃. Quo nomine pallent item trepidantes. Qui & maxime pedes agitant, Inde q̃ ea parte laborante elici ſudorem, probabile eſt. Manus item aſſolent perfricare, ſe q̃ modo inflectunt, modo extendunt, etiam ſæpe exiliunt, nec unquã quieſcunt, Sunt enim exciti, propenſi q̃ ad negotium, quoniam Calor eorum ſe collegerit in Pectoris locum, qui corpulentior eſt, quamobrem undiq; tum ipſo calore, tum ſanguine turgeſcente efficitur, ut motu uario, crebro q̃ agitentur, Sed pedibus maxime inſudant, quoniam illi perpetuo teneantur labore, ſaltem corporis fulciendi. Propterea cum labore uehemẽti imprimis agitetur calidum, inflammetur q̃, Et quod humectum eſt, in tenuia diſſoluatur, ſudant illi, facies minime. Ex affluxu porro caloris eiuſmodi in metu maximo ad intima, ſæpe Alui funduntur, & profluũt Veſicæ retrimenta. Siquidem extrema Corporis Spiritu, Sanguine, Calore deſtituta inalgeſcunt. Humor uero redundans caloris copia ſolutus retruditur, quoniam Vis ea, quæ cõprimendi poteſtatẽ habet, & ab Recentioribus Retentiua nũcupat, reprimere neqt, Inde conſequitur, Vt in Æſtuationibus grauiſſimis pflu at, emanet q̃ frigidus Sudor. Quod neqs Philoſophis modo putet percognitũ, Optimus quoq; max. Poeta Libro Æneidos tertio ſignificauit illis uerſibus.

Talibus attonitus uiſis, & uoce Deorum.
Nec ſopor illud erat, Sed coràm agnoſcere uultus,
Velatas q̃ Comas, præſentia q̃ ora uidebar.
Tum gelidus toto manabat Corpore Sudor.

Sicui uero ambiguitatẽ forte mouet, qd modo Caput humoris fontẽ dixim⁹, Cũ de Hepate dici id rectius uideat, Q m̃ in Libro, cui τέχνη titulus eſt, dicat Galenus in Signoꝝ tractatu, Ex corde ſicco totũ areſcit Corpus, niſi diuerſum efficiat Hepar. Ex humecto aũt Hepate Corpus item humeſcit, ni effectum Cor pducat Cõtrariũ. Sed & Hali Hepar inqt, eſt humi ditatũ fons. Cæteꝝ duplex humidũ tradit a rebꝝ Naturæ peritis. Humidũ ueꝝ, &, ut ipſoꝝ utar uerbo, Eſſentiale, Cuiuſmodi in Iecore eſt. Quod inde dicit ẽt Cerebro humectius. Alterũ accidẽtale uocant, Vtpote frigiditate inductũ, affluxu q̃ extrinſecæ humectatiõis. Hoc uero in Cerebro agnoſcit. proinde appellat humiditatis fons. Etenim qa eſt oĩum partiũ frigidiſſimũ, ut Ariſt. inqt in cõmentatione de Somno, & Vigilia, In eo ſupfluitatẽ concipi multam indigeſtionis rõne, neceſſarium eſt. Affluunt illuc & ab reliqs partibus euaporationes plurimæ, quæ loci frigore percuſſæ reſiliunt. Infeſtat Aer quoq; per meatus multos.

¶ De Oleo ſcitu digna. Quæ dicant Præmiſſa uini, & olei in Plynio. Emendatur locus Ciceronis ex Epiſt. fam. Caput XX.

Leum Anacharſis ſcytha Inſaniæ pharmacũ eẽ dicebat, qm̃ eo puncti Athlætæ inuicem magis inſanirẽt. Naturæ tamẽ puidẽtia liquores duos humanis
o Corporibus gratiſſimos ptribuerat, intus Vini, foris Olei. Cuius ẽ poteſtas tepefacere, ac cõtra Algores munire. Epaminondã uero legim⁹, qñq; Collegis impenſarum rõnem Coquo reddente, olei multitudinem permoleſte tuliſſe, admirantibus q̃ illis, nõ inquit, impendii magnitudo me mouet, Sed quod tantũ Olei intra Corpus receperim. Memorabile eſt, quod Plynius ſcribit, Alpibus coercitas, & tã inexuperabili munimento Gallias hanc primũ habuiſſe cauſam ſupfundendi ſeſe Italiæ, qd Elico ex Heluetiis Ciuis eorum fabrilem ob artem Romæ cõmoratus, ficum ſiccã, et Vuam, Olei q̃, ac Vini præmiſſa remeans ſecũ tuliſſet. Veꝝ hic ptinus aduertẽdũ ampli⁹, Quæ dicant in Plynio præmiſſa Olei. Hermolaus qdẽ emẽdans pmiſſa reponit, publica lectiõe expuncta. Mihi aũt mire arridet Verbũ Præmiſſa, Vt intelligam⁹ primitias q̃ſdam, Sicuti præmiſſa Sacrorum dicuntur. Vtitur eo uocabulo & M. Tullius epiſtola quadam ad Plãcum. Et tuarum inquit, Literarum præmiſſa meminiſſem. Etiam ſi in uulgatis modo Codicib⁹ paſſim ſcriptum inuenias promiſſa, non præmiſſa. Senſu nullo, aut leuiſſimo, Apud Græcos, quod ad Oleum ſpectat, ſic reperio ſubnotatum, Ferri glutinum, ſiue ferruminationem Samium Glaucũ excogitaſſe primũ, enato inde Adagio, de iis, quæ facile pficiant,

Glauci ars. Qui remollire ferrum cupiunt, Oleo tingunt, At qui obdurefacere in aquã mer
ſant. Illud quoq; ex hiſtoria ſuccurrit, Auguſti temporibus, E taberna meritoria trans Tybe
rim Oleum terra erupiſſe, ac toto fluxiſſe die, nulla intermiſſione, quo ſignificatam inter/
pretantur Chriſti gratiam ex gentibus.

¶ Super Hercule, ac Geryone pleraq; non extrita admodum. Larini boues, & Ceſtrini,
Ac Epirotici. Geren quid. Itẽ Herculis cognomina. Herculis ſtragula quę ſint. Balneæ Ca
lentes cur Herculi ſacrę, de'q; Smintheo Apolline. Caput XXI.

Egebamus nuper Arriani hiſtoriam, qua is Alexandri geſta complectitur. In
ſecũda eorum ita relatum obſeruauimus, Herculem nõ fuiſſe unum. Namq;
1 ſuum ſibi uendicant Tyrii, Cuius etiam tẽplum omnium, quæ memoria ſer/
uat humana, uetuſtiſſimũ ſubſtruxerunt. Sed hũc non uideri Herculem Argi
uum, Alcmena natum, quod multis annis antea coleret Tyrius, q̃ Cadmus
omnino Thebas condidiſſet. Cæterũ Aegyptios quoq; alium item Herculem colere, diuer
ſum ab eo, quem uel Tyrii, uel Græci uenerentur. Author item Herodotus eſt, Aegyptios
inter duodecim Deos Herculem recenſere. Sed inquit Arrianus, proximum Vero eſt, Her
culem, qui Tarteſſi in Hiſpania colitur, Vbi item uiſuntur Colũnæ, quas Herculeas uocãt,
Eum eſſe, qui Tyri colatur, Quoniam Tarteſſum condiderint Tyrii, & ritu Phœnicio con
ſtructum ibidem ſit templum, quod Herculis dicitur, eodem'q; ritu ſacra fiant. Quod uero
ad Geryonem ſpectat, Ad quem Argiuus Hercules, Vt boues abigeret, miſſus dicitur, nihil
omnino ad terram Hiſpaniam pertinere, Hecatæus rerum ſcriptor memoriæ prodidit, nec
ad ullam unquam Erithiam Inſulam Herculem miſſum, Sed loca circa Ambraciam, atque
Amphilochos Geryonẽ Imperio tenuiſſe, inde'q; abactas boues, quæ mira ſpecie in illis cõ/
periantur locis, herbida regione, & paſcuis admodum læta. Nec omnino fieri ſimile ueri,
ea tempeſtate nouiſſe Euryſtheum extra orbem terrarum poſitos populos, aut ſpecioſas,
quæ ibi naſcerent, Boues. Vtcunq;, quod ſcitu dignum eſt, Scribunt Græci Epiroticos Bo/
ues Larinos dici ab Larino paſtore, cuius meminit Athenæus quoq;, qui ab Hercule redeũ
te ab Geryonis nece exceperit, educauerit'q;. Vnde Epirotica mox armenta ſint celebrata,
de quibus commeminerit Lycus Rheginus in iis, quæ ad Alexãdrum ſcribit. Etiam ſi ſunt,
Qui ab Narium magnitudine dici Larinos uelint, Vt eſt ab Interprete Ariſtophanis adno
tatum. Siquidem λαρ̃ particula intendendi uim habet. ῥῖνες uero Nares ſunt. Cæterum
Ceſtrini quoq; uocãtur, qui Larini. Fuere in Epiro eadem Pyrrhichę Boues, quas Atauros
uocabãt, intactas Venere, ut incrementum ampliter caperẽt, quaſi Setauras dicas. Theogo
niæ Heſiodicæ Interpretes, Herculis nomine Solarem intelligunt poteſtatem, Geryonem
uero, cuius boues ab illo orbi terrarum illatas fabulantur, hyemẽ eſſe uolunt, ἀπὸ τοῦ γαρύειν,
ἰοῦτ' ἐστὶ βοᾶν, ideſt ab Verbo γαρύειν, quo ſignificetur clamor, ob Hyberni temporis tumul
tum. Nam Geren hoc eſt, γέρων ad hoc ſpectat nihil, eſt enim eo nomine, ut inquit Ælius
Dionyſius, Grus fœmina, Hyemẽ uero Sol perimit ab hyemali tropico ad Vernum cõuer
ſus æquinoctium. At Boum nomine tonitrua intelligunt, quadam ſoni ſimilitudine, Quæ
Geryonis dicunt, quod Hyeme quidem non fiant, Sed illam ſtatim conſequantur, Vel qa
ex humecta eius natura mox hæc proueniãt. Fabulantur Item Græcorum pleriq;, Herculis
ſtatuã effingi ſolitam ſiniſtra manu mala tria geſtantem, Quæ claua conquiſiuiſſet, Draco
ne interempto. i. Concupiſcentia ſubacta, ita enim comparantur tria poma, hoc eſt Iræ cõ
primuntur ardores, & habendi cupiditas temperatur, Ac deniq; Voluptatum ſedantur titil
lationes, ſinuoſi'q;, ac blandi ſuperantur laquei. Leonis uero pellem non aliud fuiſſe, quam
generoſam Viri prudentiam, qua is circũmunitus, obſeptus'q;, Affectiones animi prærabi
das exculcarit. Ita Sapientem quendam, & Summatem Virum Herculis nomine accipien
dum putant. Quod & in floridis non ignoraſſe Apuleius uidetur, qui Animi monſtra ab il
lo Philoſophica claua fuiſſe perdomita, nobis inſinuat. Significat etiam in commentatio/
ne de Somniis Syneſius. Hęc ipſa tamen, ut ſunt, ridicula uidentur multis, quãdo Voluptа
rium imprimis Herculem intelligunt, quo ſane argumento inſtitutum ſit, Calẽtes balneas
Herculi ſacras dicere, & molliora ſtragula Herculis cubilia. Herculem Celtæ uocabulo gen
tis proprio

tis proprio uocant Ogmion, Imaginem eius, ritu ab aliis diuerſiſſimo, pictura exprimunt. Primum decrepiti ſenis facies eſt, Capite prorſum incompto, Pilis, quotquot ſunt, canicie albicantibus, pelle autem rugoſa, ſtriataq́, quin exuſtæ ſimili uſq; in nigredinẽ, Quales ferè ſunt, qui in mari expiſcantur Senes. Charontem diceres, aut Iapetum quendam ex Tartaro, & nulli non ſimilem potius, q̃ Herculi. Adeſt tamen aliquid Herculis proprium. Leonis circumiectum exuuium. Dextra clauam tenet, necnon ex humeris propendet Corytus. Siniſtra intentum præfert arcum. Omnino q́; Hercules eſt, ac quanquam Senex, numeroſam tamen multitudinem trahit auribus alligatam, funiculi uero aureæ ſunt Catenę prætenues, aut ex Helectro, monilibus affabre connexis, q̃ſimillimæ, & quamuis imbecilla ſit Catella id genus, inſequuntur tamen nullo reniſu, nec de fugæ præſidio prorſum meditantes quippiam. Immo feſtini affectantur, læti quoq;, atq; hilares, illum ſummis etiamnum extollentes laudibus. Quin etiam præcurrere geſtiunt, nunquam non laxiſſimo uinculo. Catella uero, quam diximus, ad Herculis linguam deſtinata conſpicitur, ad hunc uſum, ut uidetur, peruiam. Ille autem uultu renidens inſequentes reſpectat. Hæc qdem Celtæ. Quã uero habeat rationem tam inuſitata ſpecies, ne nihil Lector ſtudioſus ingenio ſuo debeat, inenarratum relinquimus. De Hercule uero illud adiiciamus, coli eum ab Oetæis ad Trachina cognomento Cornopiona. i. κορνοπίωνα, quoniam Cornopas fugarit, quo illi nomine Locuſtas intelligunt, quas alii ἀκρίδας, aut πόρνοπας uocant. Adeo Leuibus de cauſis indebãtur cognomina uaniſſimis Diis, nam Herculem eundem nuncupant Erythræi Ipoctonon, quod Ipas repuliſſet ἀμπελοφάγας. i. uitem arrodentes. Apollinẽ uero dicunt Rhodii Erythibion, quoniam Erythiben appellant ipſi, quam ἐρυσίβην alii. i. Rubiginem. Vanitas eadem Smintheum induxit Apollinem, Sed qui tanti ueteribus fuerit, Vt Orationes etiamnũ Sminthiacæ celebrarentur, conditis quoq; præceptis, quibus apte cõcinnari poſſent. Smintheus enim dicitur, & Sminthius. Nominis ratio ab muribus ducitur, quos apud Chryſam Sminthos uocant, cum eos ubertim ſuccreſcentes fugaſſet is Deus, quo argumẽto inibi Statuæ ſubiecta uiſebatur muris imago. Alii Sminthen intelligũt apud Troiam Ciuitatem, ubi coleretur. Sicuti Hylatem appellat eundem Lycophron a` Cypri Ciuitate Hyle, etiamſi eſt & in Locris altera.

¶ Stuporis attoniti ſpecies, Quem Apoplexiam Græci uocãt. Item quibus ex cauſis contingat. Quid Paralyſis. Catulli uerſus declaratur. Caput XXII

Quam Græci ἀποπληξίαν uocãt, ſunt qui latine Stuporem dicant attonitum. In Apoplexiis inquit Galenus, totum corpus ſenſu priuatur, ac motu. Solus reſtat Anhelitus, Qui ſi & ipſe prohibeatur, maxima eſt, & acutiſſima Apoplexia. Si uero reciprocatio adſit quidem, ſed ui magna, fortis, uehemens q́; fit Stupor. Cuiuſmodi item, ſed minus, ſi neq; intentus, nec uiolentus, at inæqualis, atq; exordinatus, interpellatus q́; fiat anhelitus, Sicuti, ubi ſeruatur ordo aliqs, debilior cenſetur, Si q́; omnia pro neceſſitate fiant, primo quoq; tempore, perſanat. Apoplexiæ omnes fiunt, Vbi facultas Animalis ad partes defluere nequit infra Caput exiſtentes, aut ob Cerebri affectionem ſimilem inflammationi, Aut Ventriculis ipſis pituitoſo opplet is humore. Cæterum cauſæ magnitudinem, Affectionis, ſeu, ut nunc loquimur, paſſionis conſequitur magnitudo. Magna uero ex parte curationem non admittit ob reſpirationis læſionem. Auicenna ſexta primi oſtenſurus Vitalem poteſtatem eſſe Animali priorem, licet inquit, Vis Animalis membri alicuius intercipiatur, quæ ſenſum præſtat, & motum uoluntarium: nihilominus uita non deſtituitur pars ea, ni pariter et Vitalis deſtruatur. Membrum utiq; ſtupidum, aut Paralyticum diu quidem ſenſu caret, ac motu, uel ratione complexionis malę, intenſius frigidæ, non permittentis ſenſum, motum q́; recipi a` membro, uehemẽtius arctatis meatibus nerui, per quos cõmeant Spiritus, Vel oppletis neruis interiacentibus Cerebrum, uel Nucam, & paralyticum membrũ, ſubſiſtente tamen interim Vita. At intermortua pars nec ſenſu pollet, nec motu, computreſcit q́; ilico, interpellata uidelicet, corrupta q́; Vitali poteſtate. Auicennæ Interpres ita diſtinguit, Stupidum dicitur, quod ſenſu caret, Paralyticum, quod & ſenſu, & motu. Cornelius Celſus Attonitos inquit, raro uidemus, quo-

rum & Corpus, & mens ſtupet, fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, Apoplexiam hũc Græci appellant. At reſolutio neruorum frequens ubiq; morbus eſt, Sed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres authores illud Apoplexiam, hoc Paralyſin nominauerunt, nunc utrunq; Paralyſin appellari uideo. Eſt Sceletyrbe item. i. σκελετύρβη paralyſis quędã, cũ rectũ ſeruare inceſſum nõ ualemus, & crura, uelut ardua aſcendẽtes, attrahimus, ac in ſiniſtrũ qñq; dextra circũferim⁹, qñq; ediuerſo. Sciendũ uero illud, nullũ eẽ morbum adeo Senili ætati familiarem, ut eſt Apoplexia, quoniam in ea Cerebrum pituitoſis repletur ſuperfluitatibus. Ex iis uero, quæ de Stupore collegimus, infertur Catulliano Carmini lucis plurimum, Talis iſte meus ſtupor nil uidet, nihil audit.

¶ Super Comitiali morbo quid ſentiant Eruditi. An homo tantum huiuſmodi affectione infeſtetur. Magmed hiſtoria. Lunaticus morbus. Caput XXIII.

Omitialis uero morbus Apoplexiæ germanus, proximus'q; quodãmodo eſt, cum idem locus in utroq; patiatur, & idẽ humor cauſam affectioni præbeat.

c Verum Apoplexia propter omnimodam carentiã eius facultatis, quæ ad neruos demanat. Morbus autem Comitialis ob incertam, temerariam'q;, & inconditam motionem conſiſtit, frigidus autem, & craſſus eſt Humor ambobus. Proinde'q; Adoleſcentium ætas calidæ, ſiccæ'q; temperaturæ maximum affert auxiliũ his, qui comitiali morbo laborant. Compari modo & Locorum mutationes proportionales, quando ad calidiorem, ſicciorem'q; tranſmigrent. Eodem modo & Victuum. Comitiales morbos exuperare in pueris, author Hippocrates eſt, propterea'q; dici Pueriles morbos, qui & Ætatis conuerſione, ac mutatione deſiſtant. Accidunt & adoleſcentibus quandoq; ob Victus errorem, & quia humi cubant, ac Soli ſe exponunt, & imbribus, & eiuſmodi aliis. Cum uero Spumæ generatio ex duarum ſubſtantiarum mixtione perficiat', Altera Spirituoſa Altera humida, fiat autem earum mixtio, ambabus in multa perfractis, & multis mutuo cõplexu paruis ampullis plerũq; ab ipſis effectis. Ventis qdẽ Vehemẽtibus mare occupantibus, propter ictum fortiorem Spumam fieri contingit, In lebetibus autem caloris ratione. Sic & in Corporibus Animalium, cum adſunt ex morbo Comitiali Cõuulſiones, Vehementia motuum ſolet Spumã generare, In Capris uero calor. In curſibus autẽ Equorum utraque cauſa uigorem habet. Qui ſpumam è uentre prodire, opinantur, deerrant. neq; enim fieri poteſt, ut tota inde proueniat, cum neq; eo tẽpore Animal euomat, neq; nauſeam patiatur ullam. Cum uero tenacem habuerit is, qui perfringitur, humor, conſiſtentiã, ſtabilis ſpuma perficitur, qualis conuiſitur, currẽtibus equis, aut ira percitis Capris. Vbi autem Laqueus Collo circunnectitur, neceſſe eſt quidem Cordi, atq; pulmoni, ut glutinoſum expirent retrimentum, quod in Libro de Reſpiratione Galenus edocuit, prohibente autẽ laqueo, totum uiolenter impellit, quo fit, ut pars proprie humiditatis una expellat'. Sed ut ad Comitialem redeamus morbum, Quo planius, expreſſius'q; Cuiuſmodi ea ſit affectio, percipiatur, Galeni ſententiam ſubnotabimus ex tertio Libro de Locis affectis, Morbus inquit Comitialis conuulſio eſt omnium Corporis partium, nõ perpetua, ut in Proſthotono, & Opiſthotono, atq; Tetano. i. Neruorum rigore, Sed quæ ex temporum accidit interuallis. Ac neq; hac ſola re, ſed mentis quoq;, & Senſuum oblæſione ab iam dictis diſtat conuulſionibus, Vnde conſtat, in ſupremis Corporum partibus, Cerebro uidelicet, hũc affectum conſiſtere. Cæterum uelox eius diſcuſſio, Craſſum humorem, Spiritus meatum in Cerebri nentriculis obſtruentem, hunc maxime affectum peperiſſe, declarat, Neruorum principio ſe ipſum quatiente, quo excutiat id, quod noxium eſt. Deniq; a' Craſſo ſemper humore hanc produci affectionem, Argumento eſt, quod & ſubito fit, & ſoluitur confeſtim, Nam ſubitariam meatuum obſtructionem a' Craſſo, uiſcoſo'q; humore fieri conſtat. Accedit ad hæc, Vt is, Qui ſic laborat, neq; uideat, neq; audiat, neq; ullo ſenſu qcquam percipiat, ac ne memoria quidem conſequi poſſit, quid factum ſit, Siquidem cum Memoriæ uiribus Ratio itẽ læditur. Melancholici magna parte Comitiales efficiuntur. Et contra, Morbo comitiali laborantes efficiuntur Melancholici. Atq; horum utrumlibet magis accidit, prout uel in hanc, uel in illam partem Infirmitas repit, Si enim in Corpus, Epileptici. Si uero in mentem, Me

lancholici

lancholici redduntur. Illud uero ex hiſtoria memorabile, Fuiſſe Grammaticum quendam ætate quidem præuiridi, Qui ſi uehementius in tradendis egiſſet præceptis, aut altius cogitaſſet, uel etiam inediam diutius eſſet perpeſſus, aut Iram minus inhibuiſſet, mox Comitiali corripiebatur morbo. Id uero Medicorum Scientiſſimi amplius perpendentes, Os Vẽtriculi, utpote quod facile ſentiret, eſſe affectum, facile deprehenderunt, ac deinde per Cõſenſum, & Cerebrum totum, ac Corpus uniuerſum cõuulſione concuti. Quærens uero Ariſtoteles, unde ſit, quod uni animantium cunctarum homini tranſuertuntur, ac per limitatẽ deprauantur oculi, poſtea infert, ἢ διότι μόνοι ἐν τῷ γένει ἐπίληπτοι γίνονται τῶν ζώων, ἡ δ' ἐπίληψις διὰ τροφὴν ποιᾶ, ὅτε γίνηται, ὡς περ καὶ τῶν ἄλλων μορίων. i. An quia ſolus ex omni animãtium genere morbo Comitiali rapitur, quod genus morbi tranſuertere oculos, ſicut cætera etiam membra poteſt. Afferunt quinetiam Peripatetici nonnulli dictorũ ab Ariſt. rõnem, Quia homini Cerebrum prauis euaporationibus maxime ſit obnoxium, nec non frigiditate ſit, atq; humectatione præſigni. Addunt & motiones item eius eſſe exordinatas ualde. Plynius uero naturalis hiſtoriæ. X. Cothurnices damnatas mẽſis prodit, Comitialem etiã propter morbum deſpui ſuetum, quem ſolæ Animalium ſentiant, præter hominem. Eadẽ ferè Iulius Solinus in polyhiſtore. Plutarchus rerum naturę haudquaquã imperit⁹, nec tam hiſtoricorum Calendario inferendus, q̃ Philoſophorum albo, Capram præter cætera animalia Comitiali tentari morbo refert, propterea q̃ Veteres Sacerdotes ea uehementer, ut morbida, abſtinuiſſe, Quoniam guſtantibus, aut tangentibus modo aliquid morbi eius afſricetur. Cuius cauſam afferunt, Pororum, ſiue meatuum anguſtiam, quibus obſeptis, ſępiſſime includatur Spiritus. Quod arguat Vocis tenuitas. Nam qui eo affectionis genere tentãtur, ſimilem Capellæ uocem edunt. Cæterum de hoc morbo aliqua & Alexãder Aphrodiſeus. Obſeruatione dignum, quod Auicenna ſcribit ſecunda primi, Epilepſiam Septentrionalibus nõ ferè contingere, quia ſint introrſum ſani, & calore exuperanti. Quod ſi eueniat, eſſe atrocem, quia cauſa ſit præpotens. Legimus porrò Si Caducis a dextro morbus occipiat, eorum difficiliorem eſſe medelam. Siquidem dextra corporis ualidiora ſunt, eoq; minus ſpei ad ſanitatem relinquunt, cum & ipſa ægritudini accumbunt. Tunc q̃ dextræ auris crebriores fiunt tinnitus, morbo penitus adacto. Iucunda ſupereſt hiſtoria in morbi Comitialis mentione, non indigna, quam recenſeamus, Siquidem Magmed, Seu Maumet dicatur is, qui magnam Orientis partem religione pernicioſa implicuit, Vti ꝓditum eſt, huic erat affectioni obnoxius. Id cum animaduertiſſet Vxor, & eo nomine plurimum indignaretur, ac rogaret ſubinde, quid eſſet in re, Deſine inquit, mirari, Morbus abeſt. Sed cum ad uentantis numinis uim pati nequeam, mente collabor, ac ſtupent membra, Communis eſt hæc Prophetarum affectio, Quorum me eſſe unum, ſcias uelim. Hac fraude mulier delinita, quem odiſſe cœperat euentus atrocitate, Commenti uerſutia, ut diuinum ſuſpicere Virũ coacta eſt, quæ illuc deniq; prorupit fraus, Vt moriẽs illum ex aſſe hæredem inſtitueret, Quę res potentiæ, quã mox indeptus eſt ampliſſimam, exordia præbuiſſe narratur. Illud porrò ex Septimii Florẽtis apologetico eſt, In harena Iugulatorum nocentum ſanguinem recentem de Iugulo decurrentem auida ſiti ſolitum hauriri, quod ſic Comitiali morbo remedia quæri opinarentur. Morbum hunc dici Lunaticum opinantur quidã, Quod interlunio editos, eo ferè corripi, adnotatum ſit. Furioſum, & Lunaticum mancipium Legimus apud Caium. In ſanctis literis Lunaticos appellari animaduerto, quorum morbus Lunæ aſcenſu increſcat, quod Diabolus Lunaria ſeruet tempora, ut creaturã infamet in Creatoris blaſphemiam. Typice uero Lunaticos accipiunt, qui per horarum momenta mutantur in uitia.

¶ Animæ natura qualis ſit per ſe. Vitia extrinſecus inuehi. Cur Anima eadẽ parum introſpicienti mortalis uideatur. Caput XXIIII.

Voniam ab ineunte ætate Platonem ſecretioris philoſophiæ principem, dignum q̃, Qui ſentẽtiæ uniuſcuiuſq; fundus fiat, ac Subſcriptor, mirifice ſum amplexatus, Ne incerte erraret Animus, ac, ut inquit Ennius, præter propter Vitam uiuerem, quod eius Viri facundia diuinius quiddam intonuiſſe uideretur, Vix mihi quandoq; ualeo temperare, quin ſeiunctis parumper noſtræ

q

Classis ductoribus, mysteria Platonicorũ, tametsi ꝯniuentibus oculis, ab limine, si non dat ultra, pergam salutare, nec tamen id operæpretio nullo, præfloramus subinde Vireta lætissima, inserimus hisce libellis, ut sic dixerim, congestitiis, quæ legentium desyderia, & si nõ perficiant, at leniant saltem, & quoquo modo iuuent, Ne bonæ prorsum otiosis pereãt horæ. Nam Vetus est, ab Ennio item obseruatũ, Otio qui nescit uti, plus negotii habet, Quã cum est negotium in negotio. Quale est, quod mox subnotabimus, Siquidem in lucubrationib⁹ iis collibitum est Aristotelicaꝝ meditationum exhibere Imaginem qnandam, ut nunc ἐωθινὴν, καὶ ἀκροαματικὴν disciplinam persequamur, Nunc δειλινὸν περί πατον. Quatenus naturæ sacraria introspectamus remotiora, aut leuiora hæc nõ negligimus nostratia. Animam igitur rationalem, qua maxime humanum genus præcellens est, esse diuinioris, indeficientis'q; naturæ, ueluti propaginem immortalem ipsam, indeficientem'q;, multa quidem liquido comprobant, Vt quæ nec Corpus sit, neq; item ulla sit figura notabilis, nec colorẽ habeat, neq; molem, uel qualitatem ullatenus tractabilem. Cæterum abunde etiã id ipsum hinc licet intueri. Nam, si diuinum omne, quod'q; uere est, Vita fruitur bona, & sapiẽte, Cõiectemus, eminiscamur'q; Animæ cuiusdam statum: quæ corporeis nexibus mancipata quidem, necdum tamen ita tenebris obuoluta, adobruta'q;, ut inolescentes præter rationis dictamen concupiscentias, & iras, & id genus alia, quæ nostri inusitatius morbos, Perturbationes, Affectiones item recte dicere sibi permittunt, concipiat, & admittat. Verũ Corporis quoq; contagia subeat eatenus, quatenus summe compellat necessitas ipsa. Hæc uero ꝓculdubio patefaciet, Vitia, & mala ipsius Animæ additamenta quæpiam esse, ac extrinsecus inici nobis, Siquidem Animo depurato, & genuino Candori uel restituto, uel conseruato inesse comperiuntur optima, Sapientia scilicet, ac Virtus reliqua, tanquam familiaria. Quod si eiusmodi recognoscitur Animæ nitor, & initialis pulchritudo, ubi resipiscit, & uelut ex altiore somno excitata redit in seipsam, Cur non eodem sit gradu ferè, quo diuina, sempiterna'q; niti, non imus inficias? Neq; enim tantum Cælo, quod dicitur, toto aberrauerimus, Vt Sapientiam, Virtutem'q; ueram res dubio procul cælestes, diuinas'q; naturę alicui uiliori, immortalitatis nesciæ obtingere audeamus astruere. Quinimmo, quicquid diuinitatis participatum nanciscitur ex cognatione quadam, & substantiæ communione, id esse planè diuinum, haud diffitendum omnino est. Quamobrem quisquis numinis præstãtioris afflatu ita afficitur, exiguo sanè interstitio à superno fulgore sequestrari uidetur, hoc uno ferè inferior, Quod etiamnum agit in Corpore. Quod si genus humanum parte saltẽ plurima ad se rediens talibus esset præditum Animis, nemini unquam mortalitatis animorum obreperet opinionum uanitas. Cæterum quia maximis scelerum inquinamentis plerunq; inficitur cælestis ille, & prænitidus Animæ uigor, hebescit'q; Corporeæ pestis contagio Imago diuina, Quæ non ciuilem plerunque uim, & festucariam, Sed bellicam meditatur, & cruentam, nimirum hinc suboritur facile, confirmatur'q; nulla non hora, nil esse in homine diuinum, nil immortale. Sed enim quisquis es infaustæ opinionis assertor, Expende amabo natales tuos, quo ad Animam spectat, remetire eius ipsius intimam puritatem, Corporis additamẽtũ reseca, quo ueluti inutiliore sarcina grauamur. Intuere te ipsum. Iam iam immortalem te agnosces, & astrues, Iam iam in mundo intelligibili, puro'q; loco te habitare perspicies, Veritatis splẽdore ab ipso bono coruscantis illustratum. Conuersus'q; ad mortales cæteros incinendum ita putabis. Valete Vos. Ego uero immortalis iam Deus profectus ad diuinum, diuinæ similitudini totus incumbo. Cæterum in peccati ratione non prętereunda temere Augustini libratior sententia. Qui omnia inquit, Animæ mala ex Corpore putant accidisse, in errore sunt, etiamsi luculentis Versibus Platonis sententiam secutus Maro id comprobauit.

Hinc metuunt, cupiunt'q;, dolent, gaudent'q;, nec auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.

Nã corruptio Corporis, quæ aggrauat Animã, non peccati primi est causa, sed pœna, nec caro corruptibilis Animã peccatricem, Sed Anima peccatrix fecit esse corruptibilẽ carnẽ.

¶ Annulus Gygis, Qui'q; hic fuerit Gyges. Labradeus Iupiter, unde dicatur. quid Labrys. De Annulorum ui, & Lapillorum potestate mirabili adnotata complusculа, quæ Lectio uaria suggessit.

Caput XXV.

Satis nobis,

Atis nobis, inquit M. Tullius, ſi modo in philoſophia aliqd profecimus: perſuaſum eſſe debet, Si omnes Deos, homines q; cælare poſſimus: nihil tamen s auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, nihil incõtinenter eſſe faciendum. Hæc Cicero tum grauiter, tum uere tertio de officiis pronuntiauit. Cui & Peregrinus philoſophus cognomento Proteus aſtipulat, Gellio referente. Sed enim Libro ſecundo de Iuſto apud Platonem Glauco Socratem ꝓuocaturus ad Iuſtitiam acrius defendendam, iniuſtitiæ ſuſcipiens patrociniũ, Quod inquit, qui iuſtitiam ſeruãt, inuiti id agant, cum ex imbecillitate iniuriam inferre nequeant, plane perſpiceremus, Si tale quippiam Animo fingeremus, Iuſto licentiam, Iniuſto q; permitti, quicquid collibuerit, agẽdi. deinde ſequeremur exploratores: quo rapiat utrunq; libido. Inueniremus profecto Iuſtum plus habendi auiditate cõpulſum ad eadem ſe, atq; iniuſtum cõferre. Erit autẽ licentia iſta, quam dico, ſi detur illis annulus, Qualem aliquando fuiſſe fuerũt Gygi Lydorum regi. Fuit autẽ annulus is mirãdæ cuiuſdam, & inuſitatæ naturæ. Siqdem ubi Gyges eius Palam, ſiue fundam malis fuiſſe, nam σφενδόνλω hanc Græci uocant, ad palmã conuerterat, a nullo uidebatur, ipſe aũt oĩa uidebat. Idem rurſus uidebatur, cum inuertiſſet annulum. Itaq; hac opportunitate annuli uſus Reginæ ſtuprum intulit, ea q; connitente, Regem dominum interemit, ſuſtulit q; quos obſtare arbitrabatur, nec in iis eum facinoribus quiſquã potuit uidere. Sic repente annuli beneficio Rex ortus eſt Lydiæ. Hactenus ex Platone. Hęc uero nõ eo produximus, ut de Virtutis rõne diſertaremus, Verum ut liquidior annuli ratio fieret, ac Platonis ſenſus, nam ex hiſtoria huiuſmodi id mihi magis arriſerit, Vt Gygis annulũ abiiſſe Græcis in Adagii uſum putem de iis, qui Vafriciis alios circunueniunt, quàm quod modo dicit, in inconſtãtes, aut in fortunatos. Porro hic eſt Gyges is, q Barbarorũ primus munera apud Delphos poſuit ſecundum Midam Gordis filium, Qui Theſaurus dicitur a Delphis Gygadas. Nam & aurum Gygadas Summe probatum ueteribus animaduerto, Veluti Daricum. Sed & Ariandicum argentum eodem modo plane excoctum, ac puſtulatum. Sicut illud Obryzum. Sed & Gygen hunc ex opulentia uocitatum Polychryſon, ex Plutarchi moralibus uidemur didiciſſe. Gygis uero ſepulchri commeminit in theriacis Nicander, necnon eiuſdem interpres in Rhamni mentione. Legimus præterea Candaulem ab Gyge ſuperatum, Rege opem ferente, qui dicebatur Arſalis. Qui mox in Cariam inter ſpolia relĩqua etiam Securim rettulerit. Quod fuiſſet Lydiæ Regum geſtamen, Vnde erectum ſit Iouis Labradei ſimulacrum, Quoniam Lydorum uocabulo Labrys dicatur Securis, Sed redeundum nobis ab diuerticulo ad Annulum, Cuius naturam imprimis mirificam, quandoq; magicam ſum arbitratus, quandoq; etiam fabuloſam, Cuiuſmodi pleraq; deprehendas, in græca præſertim hiſtoria, Quæ profecto ſignificanter παλαδαρὰ dixeris. Sicuti Stomachi παλάδην nominat Galenus, imbecillitatem intelligens, & humectationem nimiam. Vnde & παλαδαρώματα nũcupant. Et apud Polybiũ, τὰ μὲν ἄλλα καλῶς ἔχειν αὐτῷ πρὸς τὴν χρείαν· ἡ δὲ δόρυ παλαδαρὸν εἶναι. Sed ad inſtitutum ἐκ παρεκβάσεως. Mox curioſius, ſolicitius q; rimandum opinatus, Comperiebam ſcitu digna quæpiam. Quæ & appoſui. Primum eſſe in Indorum tractu Draconum uim tum multitudine, tum magnitudine mirandam. Eorum duo ferme genera dici. Quippe paluſtres pigri ſunt, tardi q;, & ſine criſtis, Mõtani acriores, grandiores q;, ſed & criſtati. Horum Capitibus ineſſe ferunt lapillos ſpecie, aſpectu q; floridos, ac iucundos, Viribus, & potentia mirabiles, quod inquit Philoſtratus, annulus teſtat, Quo eſſe potitum Gygem, conſtans opinio eſt. Amplius Thebit philoſophus non aſperna bilis omnino, etiamſi non ita ſæpe aduocatum inuenis, ad effectus miros, Syderalem ſcientiam adhibendam putat, Captata q; Stellæ uirtute, accipi lapidem, herbam q;, Stellæ ſubiectam, mox & annulum conflari ſiue aureum uelis, ſiue argenteum, Cui lapillum indas herba ſuppoſita. Id uero potiſſimum fieri præcipit, Stellam Luna ſubeunte, aut ſpectante aſpectu trino, uel ſextili. Stella uero Cæli medium percurrente, aut in aſcenſu conſtituta. Quin & in Chriſtianis, literis longe ſcientiſſimus auctor Diuus Thomas tertio contra gẽtiles uolumine, Herbas, Lapides q; cælitus mirabiles quaſdam ultra elementarem naturam, nanciſci uires, non diffitetur, Sicuti hominibus item contingat in artium excellentia. Platonicorum uero ingenioſa, eminens q; ſubtilitas ita ferme ratiocinatur, Corporis noſtri portionẽ quãlibet, ſiue internam dicas, ſiue externam, Vt agat, moueatur q;, uim ab Anima indipiſci.

Conſimili ratione & in mundo membra omnia ab ipſa Mundi Anima. Proinde inquiunt, Lapillorum, Herbarum, metallorum nunquam ſpectata ſatis poteſtas, & actio, extra quam natura pertingat elementaris, Animam eſſe teſtantur in mundo, Ex qua nihil non uel minimum potentiam ubiq; ſingularem conſequatur. Siquidem quod rebus multis peculiaris quædam, & admirabilis adſit uis, Quam ad elementarem cauſam haud queas referre, non contingit omnino ſimpliciter, & ex multorum confluxu. Alias caſu quoq; ea poſſent euenire, aut certe firma non forent. Quãobrem ex Animali, & ſeminaria profluere ratione fatendum eſt. Quo nomine obſeruatum prudentioribus, Pæoniam Collo appenſam Comitiales adiuuare plurimũ, Polypodium atram purgare bilem, Timorem Corallo pelli, Laurum aduerſus fulgur amuletum eſſe uel præſtantiſſimum, Echeneida uero, ruant Venti licet, rabiem mundi perdomare, & infrenare impetum, nauigia ratione mira ſiſtendo.

¶ Super annulis item non improſpere conquiſita quæpiam, & prompta in literas, non ſemotis omnino Quæſtionum ſalebris. Imprimis cur Annulorum quidam dicantur phyſici. De Magia relatu non ingrata. Iuuenalis locus explicatur. Qui ſint Pharmacitæ, Pharmaci, Apſicori, Catharmata, Catharſia, Periſtiarchi. Item quid Telia, nec non cur dicant Annulariæ Scalę. Qui dicantur item Annuli Leues Iurecõſultis, obiter Pannicularia qd apud eoſdem intelligantur. Oxythymia quæ ſint. Caput XXVI.

Quoniam aures delicatas radere ſumus ueriti, nimio plus excreſcẽs Caput diſſecuimus, in partes q; digeſſimus, Vt quod uno impetu fuerat abſoluendum, membratim quaſi diſtributũ minore faſtidio hauſtum in uires abeat, & ſanguinem. Mitiora quoq; magna ex parte, & quæ iucundius, auidius q; non ſo mniculoſus Lector percurrat, iam hinc contexere pergemus, niſi quod celeberrimos, & reconditiſſimæ ſcientiæ Platonis annulos, auream illam Homeri Catenam referentes, a' uiua' q; Opificis uirtute, quaſi a' uero lapide indomiti Herculis propenſos in tẽpus aliud miſſos facere nequimus. Sunt uero hi non aliud prorſus, q̃ ordo, ſeries q; rerum diuinæ deſeruiens prouidentiæ. Series inquam luminum partim quidem inuiſibiliũ, partim etiam uiſibilium. Et occulta quidem lumina Intellectus ſunt angelici, animales q;, Manifeſta uero ſunt cæleſtia Lumina. Eſt autem inter hæc mutuus, & mirabilis nexus, Quem dicere Catenam poſſis. Sed ibi utiq; Intellectualis nuncupabitur, & aurea, ac prouidentiæ. Hic autem naturalis, & argentea, atq; fatalis, Prouidẽtiæ prorſum obnoxia, Cuius quidem poteſtate purior anima ſequeſtrari ualet a' fato. Quod eſt a' Platonicis egregie confirmatum, nec Magicę diſplicet grauitati, Sancit & Hebręorum aſtronomia. Nam Areopagitæ Dionyſii placita uel ad minutiem rerum diuinitatis perducunt prouidentiam. Vt ſuum tamen Animis relinquatur arbitrium, Et ſit Votis locus. Sed enim ſubtilitatis immẽſæ relictis quęſtionibus Iarchæ annulos minime differamus, De quis hæc ferme' nobis obſeruata. Scribit etenim Damis, Sapientum Indorum principem Iarcham tam ſcite, tam' q; docte annulos ſeptem compegiſſe, qui & Stellarum ſeptem nominibus eſſent præſignes, Vt Apollonium Tyaneum dono acceptos ſingulis diebus ſingulos, iuxta dierum nomina eos diſtinguentẽ, geſtaſſe, ꝓditum ſit. Amplius Iarcham id quoq; Apollonio inſinuaſſe, Auum ſuum philoſophiæ myſteriis itidem initiatum, annum centeſimum, triceſimum' q; uiuẽdo attigiſſe. Id uero annulorum beneficio contigiſſe, quãuis non ſatis conſtanter, grauiſſimi auctores interpretant'. Quinimmo Apolloniũ ipſum eodem munere Iuuentę nitorem prætuliſſe, quãuis annum iam Centeſimum exceſſiſſet. Batti uero annulus apud Cyrenæos gratitudinis habet, atq; honoris argumentum, condita ab eo Cyrene, ex reſponſo, ſicuti Ariſtoteles quoq; commeminit. Quo nomine Ciuitatis conſenſu conflatus eſt annulus, Ciuium Conditori ſuo, ueluti parenti, Silphium offerentium uota, Quod eſſe inter olera cõſtat pretioſiſſimũ, Comici Veteris aſtipulante Verſiculo, Quo ille ait, ne Batti quidem Silphio adduci poſſe, ut faceret, quod rogabat'. Sed & Ampeliotæ, gens libyca, inter delphicos theſauros etiam Silphiũ dicandum cẽſuerunt. Calculum adiicit. Numi item Veteris ſcalptura, quod in Cyrenæorum politia adnotatum Ariſtoteles reliqt. Inuenio in literis, Eudamum quendã profeſſione philoſophum Annulos quoſdã ſolitum cõficere, Quorum uis eſſet mira aduerſus

Dæmonia,

Dęmonia, Item Serpentium morſus, & id genus alia pleraq́, inerat iis quoq́ cõtra faſcinationem uirtus præclara. Cuiuſmodi poteſtatẽ ab iuuandi præſtantia Græci nuncupant ἀλεξητήριον. Hoſce annulos dici Phyſicos, Comperiet, Qui Græcoꝝ monumẽta adierit qñq́. Id cur ſic, nequem forte Lynceo minutiſſima, quæq́ expendentem torqueat, ex mutis magiſtris ita accepimus, Eſſe in Anima noſtra γνωστικὰς δωάμεις. i. Cognitiuas poteſtates tres, νοῦν. i. Mentem, διάνοιαν, Cogitationem, ſeu diſcurſum, δόξαν. i. Opinionem. Rurſum, dum ſe Naturæ æmulam Anima facit, Tria item ab ea eſſe excogitata, ἐπιστήμην, τέχνην, ἐμπειρίαν, hoc eſt, Scientiam, Artem, Experientiam, Quæ ſint tribus analoga uiribus, Menti Scientia, Cogitatrici potentiæ Ars, Opinioni deniq́ Experiẽtia. Nam ſicuti citra Rationẽ ſeſe ꝓmit Opinio, Ita & Experientia ſubiectarum ſibi rerum minus rationes tenet. Ex iis uero Illa cõſequũtur, Primum eſſe Magiam quandam, quæ ſit actiua portio Scientiæ naturalis. Eam aliud nihil omnino docere, q̃ naturalium Virtutum adminiculo, ex mutua earũ, & opportuna applicatione, opera edere extra omnem admirationis captũ. Quo genere Æthiopes maxime utant, & Indi, Vbi herbarũ, cæterorum'q́ ad id ſpectãtiũ facultas ſuppetat imprimis. Eſt ſiqdem in rebus naturalibus cognatio quædã, & Sympathia, ideſt, ut ſic dixerim, cõpaſſio, aut Conſenſus, uel Contagio, ut Ciceroni placet, uel etiam Contages, ut aliis. alioꝝ ad alia, & manifeſtorũ ad ires uoccultas. Eſt & Antipathia, ſiue Cõtrapaſſio, & repugnãtia. Rerum periti per mutuam cognationẽ cõducebant in unũ, Per repugnãtiam expellebant, purificantes, ſicubi uſuueniebat, ſulphure, atq́ aſphalto, aqua aſpergentes marina, Quod expugnandi uim obtineat Sulphur ꝓpter odoris acumẽ, Aqua uero marina ꝓpter igneam portionẽ. Ad quã doctrinã ſane` Satyricũ illud ſpectare ꝓtenderim. Cuperent luſtrari, ſiqua darent' Sulphura cum Tedis, & ſi foret humida Laurus. Nã quod Laurũ adiecit, illuc forte tendat, Quod eſt ab Magiæ cõſectatoribus perueſtigatũ. Sufficere nõnúquã herbam unã, uel lapidem unũ ad diuinũ opus. Sufficit. n. Cnebiſon. i. Carduus ad ſubitam numinis alicuius apparitionẽ, ad cuſtodiã uero Laurus. Cæteꝝ de hiſce rebus alibi hoc ope fuſius. Quod ergo Viribus naturaliũ reꝝ compingerent' annuli, factum puto, Vt Sciẽtiſſimi Viri Phyſicos nũcupandos cenſuerint, hoc eſt naturales. Legimus tñ eoſdem Pharmacitas itẽ uocitari, credo ab remedii præſtantia, quod Pharmaci noſſe intelligit', Quanquã eſt, Vbi Pharmacitem dici Ventrem reperias, q̃ nũquã fere` cibis cõgeſtis expleri, ſaburrari'ue queat. Cuiuſmodi a` noſtris Collatiuus appellatur. Magnũ qppe, turgidum'q́ ex Plauti Curculiõe Pompeius interpretat', quod in eum edula congerant' omnia. Sicuti eleganter dixeris ediuerſo Apſicoros, Qui ſimulac cibum attigerint, exurgũt ſaturi. Pharmacites dicebat' & Vinum Pramniũ, ita a` Petra in Icaro, quam pramnion dicunt, appellatum, quãquã apud alios uaria ſit eius uerbi etymologia. Pharmaci uero, ut obiter aliqd pergam appingere, in Literis interioribus fere` uocant', qui ad Ciuitates ſuo interitu expiandas educabant' publice. Erant uero hi ignobiles quidam, & inutiles, Qui craſſante in Ciues peſte, aut id genus morbo alio immolabant', Vt ſiqd in numen eſſet offenſæ, piaculo eiuſmodi paria facerent. Ob id'q́ Catharmata cõſimiliter dicebantur, græco uerbo expiationem ſignificãte. Nam Catharſia rõne eadem porculos nuncupabant minutulos, quibus Conciones, & Theatra luſtrabantur. Qui mos Athenienſium uetus erat. Id uero muneris obibant, qui ab re uocabantur Periſtiarchi, tanq̃ Circitores dicas, ut teſtis eſt Harpocratio. Sunt q Oxythymia pro Catharſiis accipiãt, Quæ in triuium deferebant, cum expurgarent' domus. Sed Ariſtarchus Oxythymia eſſe putat Ligna, quibus ſtrangulabantur aliqui, dicta ἀπὸ τοῦ ὀξέως τῷ θυμῷ χρῆσθαι. Ea uero excidẽtes exterminabãt, cõburebant'q́. Catharſioꝝ meminit Contra Timarchũ Æſchines. Cæterum, ut ad Annulos redeamus, Eſt in theſauris Iulii Pollucis, annulum, qui minimo geſtaretur, ſolitum nuncupari ob paruitatem Acares, Sicuti Coriamon, quo Index ornaretur. Acaridion quippe breuiſſimum, minutiſſimum'q́ græci interpretantur, nata inde ſententia bracteata, ἀκαρίδιος ὁ ἀνθρώπινος εἶδος, καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξεπάθημεν. Latini Æſtiuum annulum materiæ leuioris intelligunt, quando Leuiſſima quæq́, & ſubtiliſſima recte dici Æſtiua poſſint, quanquam apud Martialem æſtiua hora pro magna potius dicat', ſuperiori uero expoſitioni ſuccinit in Menęchmis Plautinus ille ſeruus, cũ ait, Viaticati here cle admodum æſtiue ſumus. Sunt & Iureconſultis Annuli dicti Leues digeſtis de Damnatorum bonis. Nam ex Adriani reſcripto inquit Vlpianus, Pannicularia cauſa quæ intelligi

debeat, ex ipſo nomine apparet. Non enim bona damnatorum Panniculari a ſignificari q̃s probe dixerit, nec ſi Zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi uendicare debebit. Sed Veſtem, qua is fuerit indutus, aut numulos, quos uictus ſui cauſa habuerit, aut leues annulos. i. qui rem non excedunt aureorum quinq̃. Quod uero ad Pannicularia attinet, Obiter idem paulo mox, Pānicularia ſunt inquit, Ea, quæ in Cuſtodiam receptus ſecum attulit ſpolia, quibus quis indutus eſt, cum ad ſupplicium ducitur. Pronubum dici annulum a` Septimio Florente obſeruauimus, quo Sponſæ digytum Vir oppignerare ꝓſueuit. Annuli pars, qua Gemma ſedet, Pyelos uocatur, & Pyelis, ſicut meminit Lyſias aduerſus Euphemium, & in heroibus Ariſtophanes, Harpocratio etiã Sphragidophylacion appellauit. Noſtri Palam fere` dicunt, ſicuti Cicero, & in floridis Apuleius. At Plinius gemmas præſtãtiores ſunda claudi prodit, ideſt patentes, nec præterquam margines auro amplectente. Sed gemma carentem annulum ἀπείρωνα uocari comperio, quaſi tu dicas, omni carentem fine. Qua in parte commonendi ſumus, emaculandum eſſe Pollucis codicem, ubi ſcribitur modo, Apirona uocari λίθον δακτύλιον, Tu repone ἄλιθον δακτύλιον ut annulũ intelligas citra gemmam concinnatum. Apiros uero aliud prorſum eſt, nam eo nomine Tunicã intelligunt exitu nullo. Quod ſcribit Orus, ut in Polyxena, apud Sophoclem, & meminit in Oreſte Euripides. Eiuſmodi miſſam Herculi, concinunt Poetæ. Scribitur uero græce ἄπειρος, uelut ſine fine. Apiron uero annulus recte intelligitur uelut infinitus, quia ſit rotundationis abſolutæ, nec appareat, unde initia ſumas. Velut Homerus Terram itidem dixit Apirona, hoc eſt orbicularem, ut interpretatur Euſtathius. Apyron uero dicimus incoctum, unde Vinũ Apyron, Cuius meminit Athenæus. Annulos porrò Apiros non nouit modo Ariſtoteles tertio Auſcultationis phyſicæ, Verum & qui intelligi deberent, expoſuit, καὶ γαρ τὰς δακτυλίους ἀπείρους φασὶ, τὰς μὴ ἐχοντας σφενδόνην. i. Annulos uocant Apiros, quibus funda non eſt. Sermo autem ea in parte contexitur philoſopho de Infiniti ratione. Ad annulorum autem rationem nil, opinor, ſpectat, quod apud eundem philoſophum legimus, Veteres medicos Implicamentis quibuſdam. i. ut ipſe ait, Plegmatiis digytos inſerere conſueuiſſe, quæ contexta forent, uelut Acetabula, & Cirramenta in piſcium quandoq̃ pedibus. Apud Ariſtophanem Comicorum facetiſſimum dicenti Vetulæ præ macritudine per annulum ſe poſſe trahi, irridens Chremylus reſpondet, Vtiq̃, ſi Annulus foret Telia. Quo loco eruditi Telię nomine Cribri circulum intelligunt, Sicuti Orus. Quanquam eodem uocabulo dicitur itẽ pęgma, ſiue Conſeptum quadratum, in quo farina habetur uenalis, Sed & Tabulã, in qua teſſeris, ſeu Cubis ludimus, recte Teliam dixeris. Apud iureconſultos ita Lego, Etiam fœminas ius aureorum annulorum impetrare poſſe. Item eum, qui ius annulorum aureorũ impetrarit, ut ingenuum haberi. Sedenim ut Caput hoc iam nimio plus extuberans ad Coronidem perducamus quandoq̃, Obſeruauimus, Romæ iuxta forum fuiſſe locum: quem Scalas uocabant annularias, quas eruditiores pro ingeniorum captu ita nũcupatas augurantur ab annulariis officinis, uel a` propendentibus annulis. Aliorum coniectatio eſt ſic eas dici, quæ in Cocleæ formam effingantur, & orbiculata figura rotundentur. Quod genus Cochlium dicit, Cuius cõmeminit etiam Strabo. Siue Coclides, quæ per circuitum ſcandunt, Sicuti & Torcularia ad Cocleæ ſimilitudinem ſubſtructa, Cocleę dicũtur, Et Coclea lapis ex flumine rotundus. Qui uero annulis digytos onerant, Vngues q̃ impenſe perpoliunt, Coma item non neglecta, confragoſo uerbo in nebulis Ariſtophanes Sphragidonycargometas uocauit.

¶ Quo ſenſu accipiendum illud ex Ægyptiorum doctrina, Omnium rerum eſſe Viciſſitudinem. Cur plectantur poſteri ex maiorum delictis, ratione Platonica. De Animarum trãſitu in corpora diuerſa. Super Vipera ſcitu digna enotantur aliqua. Cap. XXIIII.

1 Egebam nuper Herodoti hiſtoriam primam ſuper Crœſo, Qui ex Rege, ut tum res erant, opulentiſſimo, Cyri Seruus effectus, dum Perſarum principatum oraculo deceptus ſibi uendicare pgit, ubi deluſum ſe ſortibus animaduertit, Lydorum quoſdam Delphos miſit, Deum ſciſcitaturos, nunquid puderet, quod ab eo ſeductus Crœſus tanto regno miſerabiliter excidiſſet, iis uero

Pythiam

Pythiam ſic ferme reſpondiſſe. Sortem fato deſtinatam euadere, ne Deo quidem poſſibile. Croeſus quintæ retro ætatis crimen luit, hoc eſt Abaui, Qui cum Heraclidis ſeruiret, Qui Sardibus imperitabant, per fraudem Dominum interemiſſet, Principatum uiolenter arripuiſſet, annuli poteſtate, Vxore illius conſtuprata prius. Scrutabar anxie, Cuiuſmodi foret ſuppliciorum hoc genus, quibus plecteretur, Qui ipſe haudquaquam deliquiſſet, Subeſſe uidebatur iniuſti quippiam. Dum iſta muſſitarem, occurrit Platonicorum commẽtatio, A quibus, ut ipſi putant, tota facilitate quæſtionis nubilum excutiẽ. Nos illorum ſenſa non grauabimur in hoſce libellos, quiſquis fuerit eorum genius, tranſponere, non ueritatis cauſa, Sed eruditionis, quod in aliis itidem facturum me uel nunc præfari libuit, ut Theoninos Dentes, & Catonianam frontem obiter reiiciam, adhæſurus potius ſanctiſſimis Chriſtianorum patrum decretis. Imprimis ergo ſciendum, placuiſſe id genus philoſophis, Animæ tranſitum in diuerſa Corpora pro ratione, & meritis Vitæ prioris, quãquam qd aſtrui ad hæc item poſſit, alibi tractabimus abunde. Eiuſmodi ordinis inſtitutionem Adraſtiam eſſe pronuntiant, ideſt diuinarum legum ineuitabilem poteſtatem, req; uera iudicium, et Iuſtitiam, Sapientiamq; mirandam. Quamobrem inquiunt, non decet præſentia tantum obſeruare, Sed dilapſa iam ad calculum oportet reuocare, quin & futuris circuitibus acrius intendendum. Inde nanq; iuſte rependi unicuiq;, facilis erit animaduerſio. Nã qui prius principatu potiebatur, mox. i. Vita alia in ſeruilem relabitur ſtatum. Siquid eiuſmodi morũ prauitate contraxerit, dum dominaretur. Porro qui partis nimio plus incubuerint, ad Proletarios tranſcribuntur. Qui manus a ſanguine puras non cuſtodierit, talionem mox cogiẽ ſubire. Nil horum temere obuenire, firmiter aſtruendum. Qui olim matrem uiolarit, Viciſſim a filio contrucidabitur in fœmineam reuolutus naturam. Hæc uero neqs forte ridenda putet, ueluti ab imperitioribus tradita, Sciant doctiſſimi, magnum illum Sanctarum literarũ Interpretem Origenem id Chriſti Euangelicum hac doctrinæ ratione enarrandum cenſuiſſe. Qui ferit gladio, gladio perit. Chabaliſtæ quoq; in gente Hebræorum Doctores celeberrimi placitis ſuis eiuſmodi retaliationem ſunt complexi. Sed Animas in Bruta non præcipitant, Quæ tamen penitus rationem excuſſerint, brutali affectui, imaginationiq; relinq, non abnuunt. Ter quoq;, nec amplius huc reuolui Animas aſtruunt, quoniam numerus hic probationi abunde ſufficere uideatur, ut curabilia expurgentur peccata. Addunt, tranſformationes has mundani motus finem poſſe pertingere. Quem conſecuturum ſit feliciſſimum Sabbatum. i. quies, & Beatitudo æterna bonorum, In quem ſenſum propheticum illud retorquendum opinãtur, Immaculatorum hæreditas in æternum. Sed hæc illi uiderint. Nos uero ex Veterum ſcitis hoc genus colligamus, eſſe hanc rerum uiciſſitudinẽ omniũ, Quam Scientiarum parens Ægyptus, uti olim loquebantur, præceptis eſt complexa, tradidit Pythagoras, rettulit Plato, nec inhonoratam tranſmiſit Platonicus nobilis Plotinus. Hæc illa eſt rerum uiciſſitudo, Cuius argumentum rerum natura nobis obiecciſſe uidetur in Vipera, Quæ mirabili ratione ipſam hanc, de qua diu uerba facimus, talionem agnoſcitur rependere, Quoniam exeſo Parentis Vtero prorumpit fœtus, pœna, ſi credimus, iuſtiſſima. Nã coeuntis maris præ dulcedine fœmina caput prærodere narratur. Quo nomine quorũdam coniectatio eſt, antiquarum legum ſcito paricidis id irrogari ſupplicium, ut culeo inſuti cũ Vipera præfocentur. Quanquam Scio, a doctiſſimis Plinii doctrinam in bruti huius natura fortiter conuelli, lancinariq;, etiamſi in eo nec me fallit quos ſequamur, auctores haberi plures, & quidem, quod miremur, grauiſſimos præcipue, & Claſſis fere primæ, Sicuti in Theriacis Nicandrum, Interprete quoque adiiciente calculum. Quos poſtea inſecuti ſunt, quorum nomini libenter aſſurgas. Plutarchus in Libro, quo Loquaces taxantur, quos Belonis, Viperisq; perſimiles autumat, quæ pariendo rumpantur pariter & Garruli, dum tacẽda curioſius, quæ effutiant, uenari hinc inde ſtudent, erodũt ſæpe, perduntur q; ab iis, quę nequeunt continere. Idem approbaſſe Apuleius uidetur in Magia, nec tacuit Hieronymus. Suppetit Grammaticorum aſtipulatio quoque, aſtruentium Echidnam inde ratione Etymologica dici, παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὸν τοκὸν ἄχρι θανάτου. quod ad interitum uſq; fœtum intus contineat. Tamen nequid diſſimulem, Sed quicquid obſeruatum mihi eſt, publico bono ingenue promam, Apollonius apud Philoſtratum Viperam eſſe uiſam refert, Serpẽtes, quos peperiſſet, lambentem, quaſiq; expolientem. Non enim aſſentior inquit, impruden-

ti eorum Sermoni, Qui Viperarum fœtum abſq; matre autumant prodire. Id natura non patitur, nec recipit experientia. Obiter nō inſup habendum, Quod in Theophraſti lectum monumētis eſt, Viperarum morſibus Tibicinem ſcite, modulate'q; adhibitū mederi, adeo non ita multa cōperias, quę utilitati ex muſicis ſeſe promenti pręuertiſſe uelis. De Viperis illud amplius ex Galeni doctrina ſciendum, Animantia inquit, Quæ frigidiori ſunt natura, p hyemē ob frigoris uim pinde, ac ſi mortua eſſent, latitare ſolent Atq; tum Viperas quoq; uideres, ſi manibus tractentur, deferant'q;, haudquaquam mordere. Nā per æſtatem tum hoc Animal, tum Serpentes reliqui omnes, præſertim ſub Caniculæ feruore, cum uehemē/ ter æſtuant, furorem præſeferre uidentur, adeo, ut ne exiguo quidē momento qeſcere poſ ſint. Id quod ſciens optime Nicander, ſic de Cenchride cecinit,

Non temere offendas calcando Cenchridis Artus,
Dum rabioſa furit. Aulico præterea cuidam a' Vipera mordicus arrepto conti/ tigiſſe, obſeruatum eſt, Vt corporis totius Color in porraceum demutaretur.

¶ Quæ ſit ratio tarditatis ſupplicii ex diuina prouidentia. Item iuſte'ne plectant' filii ex eo, quod Parentes deliquiſſe comperiant', Interibi cur Cecrops diphyes. Cap. XXVIII

Inter Artes omnes, Quæ bono aliquo præcellere conſpiciantur, Animæ Me dicinam uideri maximam, non fere' quenquā ex politioribus paulo eſſe opi/ i nor, Qui nō fateatur. Siqdem hac de cauſa Pindarum animaduertimus Deū opt. max. Ariſtotechnam nūcupaſſe, Quo uerbo artificii ſignificat' excellen/ tia. Quod is maxime omniū irrogandæ pœnæ opifex ſit, & inenarrabilis Ma giſter. Sunt tamen, qui plerunq; in diuina prouidentia tarditatem nimio plus ceſſantem de mirentur, prorumpentibus illuc etiam quibuſdam, ut hoc nomine ambigere ſibi permittāt, prouideat'ne humanis illud, quicqd eſt, altiſſimum. Cæterum amplius inſpicienti ratio po/ tius ſumma uidebitur, quàm ceſſatio in ampliſſima, & exuberantiſſima Dei bonitate. Eſt utiq; Summus artifex, Iuſtitiæ fons perennis in puniendo, ut ita dicam, ſegnior. Eiuſmodi enim eſt, ut' inquit Euripides, ὁ θεῖον, natura. Nam & Veteri adagio teſtatiſſimū fit hoc, Quo dicitur, Laneos pedes habere Deos, quando Saturnus, Vt ſcribit Apollodorus, teſtan te in Cœnis Macrobio, Viro memoriarum ueterum exequētiſſimo non citra dicendi mūdi/ cias, per annum laneo uinculo alligabatur. Id hoc ſenſu eſſe interpretandum, & grammati cus Porphyrio comprobare eſt uiſus, ubi illud Oratianum enarrat Carminum ſecūdo.

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Aſtipulatur & illud, quo traditum eſt, Deorum molas tarde molere. Verū enim uero ſcire oportet primum, nil eſſe omnino præſtantius homini, quàm ſi totum ſe ad diuini boni imi tationem tradiderit. Etenim, ſicuti Plato ait, Deus in medio omnium ſe honeſtorum exem plar conſtituit. Ipſa quoq; natura uiſum appendit nobis. Vt quæ in ſublimi fiunt, ſpectātes, quāq; ordine miro ferant', inſueſcamus incongrua, fluitātia'q; odiſſe, apta uero, ordinata'q; amplexari. Infligit ergo Deus nocentibus ſupplicia lente, ac moramēto quodā, nō utiq; pœ nitentiam ueritus, aut in celeritate peccatū extimeſcēs, Sed ad ipſum id, p uocare nos ſtudet, Ne ad puniēdū indignabūdi, animo'q; amplius tumeſcēte, ac ſeſe rōni furore ſup infundē/ te proruamus, cū mentis lumē extinctū pene' ꝓticeſcit. Veꝝ dato iræ ſpatio, clementer, len/ to'q; gradu illius imitati māſuetudinē, dilationē'q; ad pœnę exactionē pgamus. Quippe tur gidū, ac impetu prę rabido ꝓcitatum raptim ad ultionē præcipitari, priusq; ſedatio motu in tranquillū redigaris, perinde eſt, ueluti Socrates dicebat, ac ſi p intemperantiā ne ab cœno ſa qdē, aut corrupta oīno aqua abſtinere queas. Neq;.n. ultioni ppinqor iniuriæ perpeſſio, Vt Thucydides ſcribit, Sed interſtitio quopiā ſemotior, diſiūctior'q; par recipit, ac conueni ens. Porro' & illud diuinæ bonitati maxime cōgruū, Pœnā aliquādiu proferre, Vt ſit pœni tētiæ locus. Etenī reꝝ ille parēs nō neſcit, quātum potētiæ ad Virtutē habētes animæ, quā/ tum'q; innatæ generoſitatis in generationē prodeāt. Ex qua nōnunq; educationis, cōſuetu/ dinis'q; prauitate præter naturæ rōnē progerminēt, efflореſcant'q; uitia. Quibus tū ſi op/ portunam attuleris medelam, antiquus facile interdū redit habitus, qua ex cauſa lentior eſt

ad ultionem

adultionem Deus. Quod ſi ita inoleuerit obdurata prauitas, ut manū haud omnino recipi/
at medicam, ſitq; Scelus inexpiabile, protinus abſcindit e` uita, Ne ita affecta Anima ex diu
turniore apud nos mora cæteris noceat multū, ſibi uero q̄plurimū. Circūſpice rogo te, qſqs
iſta, qualiacūq;, adeunda cenſueris, ex multiplici libroꝝ, & Veteꝝ memoriarū aceruo, q̄ mul
ti tanquā iterum currente rota efficti, dum ſe melioribus recoquēdos, reformādosq; cōmit
tunt. Aut ſponte promicantibus qbuſdā naturæ igniculis, in bonam profecerint frugē. Eq/
dem hac rōne Cecropa diphyen. i. naturæ duplicis ueteribus cognominatū ꝓtēderim, nō,
ut modo creditur, quod ex miti rege, ac bono in ferā, agreſtem, anguigenamq; abierit na/
turā, Sed ediuerſo potius. Nam qui prius formidabilis incedebat omnibus, ac truculentus,
clementem induit principem, Et, ut homerico abutar uerſiculo, πατὴρ ὥς ἤπιος ἦεν. Ita pro
fecto eſt, ingenia ſæpe magna clariſſimū mox editura lumen multa prius abſurda promūt,
Quamobrem ſicuti ſancitā in Ægypto legē memorant, qua caueretur, ne grauidā mulierē
morte mulctatā priusq; peperiſſet, ſupplicio afficerēt, pariter Aīam grauidā, ac Virtutū noua
rū ſemina ſubinde cōcipientē, iam iamq; parturientē tollere, improſperū nimis, inauſpica/
tumq; cenſendū eſt. Quid, quod hyænæ fel, & Phocarū coagulū, et pleraq; feraꝝ ſq̄uiſſima
rū habent ſæpe uim medicam? Sic nōnullos emēdatione indigētes hac rōne caſtigat Deus,
ut iniecta tyranni efferationis uiolentia, aut magiſtratu amarulēto ſcythicum, cyclopicūq; in
ſpectāte, ad Iuſtitiam redigat, & uitæ integritatē. Talē exhibuit Agrigētinis Phalarim. Ro/
manis uero Mariū. Nōne uel Chriſtianæ Veritatis aſſertores ita pronūtiāt. Malos ſæpe ſup
plicii, ac incōmodi omnis exortes relinqui, ut per eos exerceant' boni? An nō et Homeꝝ ita
canentē legimus, ſæpe ex malo Patre naſci filiū uirtutū claritate præſtantē? Pericles exſce/
leſta prodiit Domo, tantus Atheniēſium impator, ac eloquētiæ magnitudine Ioui Diis co
gnomento æquatus. Iam uero Stranonē Magni Pompeii patrē eiiecit, exculcauitq; defun/
ctum ex odio Populus Ro. Non mirum igitur, ſi ueluti Agricola, nō excidat Deus Spinam
prius quā in aſparagū pręcerpſerit. Porro` ſi Heſiodum audiamus haudquaquā citra pœnę
diritatē abeūt inauſpicata, mōſtroſaq; ingenia. Aſtruit ſiqdem poeta is, nō iniqtatis modo
ꝓſecutricē eſſe ſupplicii grauitatē, ut ſtatuit Plato, Sed coæuā quoq;, eadē protinꝰ parte, im/
mo uero radice pullulantem. Sic enim ait, ὃς δ' ἄλλῳ κακὰ βύχει ἐῶ κακὸν ἔμπεσε βύχει. i. quī
aliis meditat' malū, ſuo ipſius iecori malū ſtruit. Nā & Cantharides ex Antipathia quadam
naturali antidotū habēt in ſeipſis cōgenitū, ꝑmixtumq;. Itaq; mœror prauitatē, iniuſtitiāq;
nō ſeqtur, ſed cōcomitat', Nam Syntereſis illa, ſiue Conſciētia quali nā, & q̄ infeſto purget
flagello? Quia ſe iudice, nemo nocens abſoluit'. Itaq; partē iſtā poſtremo ſic poſſumus colli
gere, Impiis ſufficere ad pœnā ipſorum uitā aſſidue fluctuātē, turbulētamq;. Cæteꝝ ab hoc
genus quęſtione ne illud qdem diffitū longe eſt, quod nec tacuit Euripides, Deos queſtus,
Sceleſtoꝝ errata ſępe filioꝝ ſuppliciis expiare. Quod ſane` ſi parū attendas, minusq; ꝑſpe/
cte rē totā expendas, nō ridiculū uideť minus, quā qd' Syracuſanoꝝ tyrannus Agathocles
Corcyrēſibus reſpōdit, pcōctātibus qd ita ipſoꝝ Inſulam hoſtiliter depopulareť, Q̄m inqt
Veſtri maiores hoſpitio Vlyſſem exceperunt. Rurſum Quęrētibus Ithacēſibus, qd' eius mi
lites per incurſiones pecora abigerēt, At Rex inqt, Veſter claſſe in Siciliā appulſus ēt Paſto
rem occęcauit. An nō abſurdū id itē opinemur, quod ꝑficiebāt Thraces, ſtigmata nō parū
diu mulieribꝰ inurētes, ut Orpheo ſatiſfacerent, Quē ab illis olim fuiſſe diſcerptū, ꝓſtans te/
net fama. Riſu itē excipiendū, quod Circūpadanis diutius factitatū legimus, ut pullis, lugu/
bribusq; uterētur Veſtibus ob Phaetōtis pœnā in Eridanū fulmine deiecti. Bion certe Phi
loſophus Deū filiis ob parentū delicta mulctā irrogantē nō uideri minus ridiculū aſſeuera/
bat, q̄ ſi Medicoꝝ aliqs ob Aui, aut Patris morbum filio potionē porrigat, Sed. n. ὦ philoſo
phe, ut ꝓtinus aliud ſequamur, q̄ præcedēti capite afferre uiſi ſimus, ꝑpemodū fatemur nos
qdem, Cauſariorū neminē, dum aliū quēuis iniungi, aut ꝓfoueri emplaſtris uidet, ꝑſanari.
Veꝝ Aliam ſupplicioꝝ uideri rōnē aſtruimus. Quibus ſæpe palā afflictantur nocentes, Vt
dū torqueť unus, emendeť alius, quare ab græcis tuis pœnas quaſdā dici Paradigmata, cō
peries, A` noſtris uero exempla. Porro` nōne manifeſtū illud quoq;, Solertem medicæ artis
ꝑfeſſorem filios plerūq; a` Parentū morbis auertiſſe, priuſq̄ Cauſę ꝑgnoſticum aliqd' ſe ꝑ/
meret euidens, & iam iam craſſareť malū, adhibitis opportune medicamentis, nō neglecto
Corporis exercitio, & uictus moderatione, reſectis etiānum, quę ꝑcliuē in morbū ꝓſtitutio/

nem præcipitatura mox uiderentur. Quare nõ abſurdam rem facit, ſed neceſſariã, non ridi culam, ſed utilem admodũ, q Epilepticoꝝ, ſiue Comitialiũ filiis, aut Melancholicoꝝ exerci tationes inducit, aut diætas accõmodas, nõ tanq̃ ægrotãtibus qdem, Sed ne in ægritudinẽ oĩno incidãt. Quippe ex male affectis nati nõ utiq; pœna ulla indigẽt, at medela digni ſũt, & cuſtodia. Quod ſi ita eſt, ſicuti nos reꝝ uſus ꝓdocet, Rogo te ô Bion nõ'ne animis, tãto præſertim Corpore præſtantiorib⁹, Idẽ remedium, eandem curã cenſebis adhibendã? An in Adoleſcente ꝓgerminãtem naturali rõne, ſuccreſcẽtem'q; ꝓſuetudine flagitioꝝ ſemino/ ſam tabem, latẽs'q; malum augeſcere ſinemus, prompturum mox paulo peſtifeꝝ mẽtis fru ctũ, ut dixit Pindarus? Cæterũ hæc ipſa internoſcere, clancullariũ'q; uitioꝝ ſe nimium occu/ pare, non eſt ꝓfecto homini obuiũ. Diuinam iſta exigũt poteſtatẽ. Quãobrẽ optimus max. Deus intimorũ inſpector, ſcrutator'q; eorũ, quæ in ſenſum, cognitionẽ'q; humanã non faci/ le reciderint, paulo poſt eruptura flagitia nõ expectat, Sed medelę gratia in adulteria procli uẽ, ad auaritiã, & plus habendi cupiditatẽ prõptiorẽ, & in ſcelera id gen⁹ alia remis, uelis'q; currentẽ, ſed clam, & inexplicabili mõ, rõne'q;, ulciſcit' multo añ, perimit'q;. Nos aũt ꝓ igno rantiã maximam ad diſqſitionẽ quodãmodo Deum uocamus, nulla'q; non hora Dicam il/ li impingimus, non ꝓſpiciẽtes ita uſuuenire interdum, ut futura iis: quæ facta iam ſunt, Oc/ culta itẽ, obducta'q; manifeſtis peiora multo, terribiliora'q; ſint. Quod euenit ſane', qa cau ſas ꝓiectare ratiocinando nequim⁹, qbus ꝓſtet, qd ita præſtet, iniurios, malos'ue ſæpe miſſos facere. Quoſdã uero ne iniuſte qdẽ agẽtes qppiam occupare ſupplicio. Nam & medicamẽ ta quandoq; ægrotantibus nil profecerint, nullam uero affectionem ſentientes, periclitan/ tes tamen grauius iuuerint.

¶ Sentẽtia Diui Thomę ad idem, ex prima ſecundæ, Quæſtione LXXXVII. Articulo ultimo. Pœnarum genus duplex. Caput XXIX.

e T qa quę adhuc diximus, ab Gentium libris mutuati ſumus, tralatis ex Plutar chi moralib⁹ carptim, quæ opportuna ꝓpoſito cẽſuim⁹, ab ſentẽtiis eius, & uerbis qñq; nõ nihil abiũcti, ut cõmodius eſt uiſum, Quod ipſum teſtari libu/ it, ne ꝓ imperitiã qs factũ cauillaret'. Nunc, ut ꝓ uirili ſtudioſis oĩb⁹, quoꝝ bo no iſta cõmentamur, Ampli⁹ paria faciamus, Sancti Doctoris placita parti huic ſuppinge/ mus, facturi operę pretiũ, ſicuti remur, ſolitis in aliena caſtra interdũ tranſire, nõ ut tranſfu/ gis, ſed exploratorib⁹ Verſurã hinc inde facturis, quo ex uſura mox fiat Sors. Cũ ergo q̃rit', iuſte'ne qs pro altero det pœnas, Aut inqt Thomas, de pœnis agim⁹, quę medicinę rõnem habẽt, Aut de Spiritalib⁹. Si de priorib⁹, tũc aſtruimus plane', Corporũ detrimẽta uel Diui tiaꝝ inter ſupplicia cẽſeri, quæ medica rõne irrogent' ad Aĩæ ſalutẽ, Quãobrẽ nõ incõgruũ eſt, iis quẽpiã affici pro alteri⁹ peccato, uel a' Deo, uel ab hoĩe, ſicuti ꝓ patrib⁹ liberos, Itẽ ꝓ Dño ſubditos, obnoxios'ue, inq̃tũ bona illoꝝ cenſent'. In Spiritali uero ſupplicio ſecus oĩno eſt, neq; n. Animę bonũ ad aliud p̃ſtabili⁹ diſponit' bonũ. Quare in aĩali bono citra propri/ am noxã nemini pœna infligit', in eiuſmodi, nãq;, ut Hieronym⁹ itẽ aſtipulat' ad Auitũ, uica riam pœnã nemo cogit' ſubire. Quippe quo ad aĩam filius nõ eſt res patris, quod illo ꝓphe tico abunde cõfirmat' apud Ezechielem Dño ꝓnũtiante, Oẽs Aĩæ meæ ſunt. Porro' puniũ tur in filiis Parẽtum admiſſa, Quia a' flagitioſis nati, & educati ad delinquẽdum ꝓcliuiores, magis'q; lubrici euadũt, tũ ꝓſuetudine, tũ exẽplis allecti. Coniũctos uero ſanguinis uĩculo ſe re' puniri aduertimus, Q m̃ propinquorum dãna in eos mõ quodã redũdare uidẽtur, q pec carũt. Sed & domeſtica exẽpla, domeſticę'q; pœnę ꝓmouent ualidius, nã innutritus ſceleri bus patris uehementius imitatur. Quod ſi illius ſupplicio minus deterreat' a' malo, ut perti nax amplius uidetur plectendus.

¶ Obſeruata quędã de Vipera Legentib⁹ futura nõ iniucũda. Item'q; de Theriaca. Cu iuſmodi aĩal ſit, uulgo qd' dictitãt Thirũ. Penſitatus Plinii locus de Vipa. Cap. XXX.

e Voluentibus nup Platonica q̃dam, ut eſt noſtri moris, ingeſſit forte ſe nobis Alcibiadis oratio, quæ pars ultima eſt ex Platonis ſympoſio. In ea cũ alia ple/ raq; haudquaq̃ extrita, neq;, qd' dicit', ex triuio, ſubnotauim⁹, qs inſtructior fie ret ſupellex noſtra, tum hoc non illepidũ, aut inuenuſtũ, ut opinor, de Viperę morſu, qd' et tranſpoſui, Quę inqt, adhuc ꝓtulimus: oĩno citra ullũ ruborẽ paſſim enũtiari queũt. Q d' reliquũ eſt, nõ ꝓferet' a' me pri⁹, q̃id uobis ꝓuerbiũ ſubiecero. Vinũ & cũ pue/

ritia, & ſine

ritia, & ſine pueritia eſſe ueridicũ. Porro nõ ſecus ꝓfum afficior, ac is, in quẽ Vipera mor-
dicus incurrerit. Hũc ſiqdẽ ꝓdunt, affectionẽ ſuã, obleſionẽq; iis tm̃ uelle pateſacere, Quos
eadẽ morbi ui qñq; iactatos cõpererit, Ceu hi demũ, ut q ægritudinis nõ ſint exptes, ignotu-
ri uideanť, Siqd dictũ, factũue ſit abſurdi, morbo uiolẽtius craſſante, ꝙuellẽteq;. Quãobrẽ
ego quoq; Sapiẽtiæ ſtimulis cõuulneratus, quæ cæteris potentius ferit, inexplebiliter quodã
modo orationẽ eiuſcemodi expetẽs, Quę ualidi⁹, q̃ Vipę denticulus infigiť, oĩa ſtatui cona-
ri, ut Socratẽ mihi aſciſcã, Cuius e fonte ſiti areſcentia p̃cordia uberi⁹ queã rigare, nec iſta
nũc ꝓmerẽ, ni rẽ cum philoſophiæ myſteriis diu initiatis eſſe mihi aĩaduerterẽ, hacten⁹ Pla-
to, tralata, ut potuim⁹, noſtris uerbis ſentẽtia elegantiſſima. Iam uero qđ ad uiperã attinet,
quonã piaculo trãſiliam⁹ nũc ſcitiſſimam Cebetis doctrinã ſtudioſiſſimo cuiq; iucũdiſſime
amplexandã? Nullo inqt, infeſtari nocumẽto poteſt, q Virtutis munimẽto ſeſe obuallarit,
cõſepſeritq;. Ea eſt aduerſum Vitia, & mala, ceu antipharmacũ potẽtiſſimũ, nõ ſec⁹, ac Vi-
perę poteſtas uenenoſa ꝓtra id gen⁹ feras alias. Quippe ferũt τὰς ἐχιοδήκτους, hoc eſt morſu
a uipa petitos ab Venenatoꝝ nullo attingi. Hęc thebani philoſophi placita fidẽ iis uẽdicãt,
quę ꝓdũt naturaliũ aliq. Eos, q aliqñ Vipę iecur coctũ hauſerint, nũq̃ poſtea feri a ſerpẽte.
Rurſum nec Capiti, neq; itẽ ueſtib⁹ eorũ, q uipis alanť, noxia corpori ineſſe aĩalia. Sed for-
te ex iis qſpiam, quos φιλομαθεῖς uocãt græci, Nos diſcẽdi cupidos dicere poſſumus, q̃rat ex
me nũc, qđ nã eſſe gen⁹ Serpentis putẽ, Quæ paſſim diciť latine Vipera. In Græcoꝝ uero
lr̃is Echidna. Nã mas Echis nũcupať. Ego q̃tũ ꝓiectura ducor, Viperam ſuſpicor uulgo dici
Maraſſum, Quæ nomẽclatura nec barbara eſt, nec citra rõnẽ excogitata, Quippe a Marſo-
rũ populis interpretatiõe etymologica duci nomẽ uideť, Quia id gen⁹ maxime ꝓſectarenť
Marſi, circũferrẽťq;. Quod neqs pro libidine ꝓfictũ auctore nullo arbitreť, ſignificat id ma-
ximus artis medicæ magiſter Galen⁹ Volumine XI ſimpliciũ pharmacoꝝ, nec nõ ad Glau-
conem. Innuit & poeta nobilis illis uerſibus, quos & appoſuimus.

Quin & Marrubia uenit de gente ſacerdos — Fronde ſuper galeam, et felici comptus oliua,
Archippi Regis iuſſu fortiſſimus Vmbro, — Vipeo generi, & grauiter ſpirantib⁹ hydris
Spargere q Sõnos, cãtuq;, manuq; ſolebat, — Mulcebatq; iras, & morſus arte leuabat.

Marrubios uero eſſe Marſoꝝ populos, nõ fereť eſt, q̃ neſciat. Plini⁹ quoq; auctor eſt, Marſos
a Circes filio ortos, ob idq; affuiſſe illis ingenitã uim ꝺ ſerpẽtes. Quin & Angitios putãt nũ-
cupatos, qđ obluctãtes augerẽt ſerpẽtes. Nec me fallit, ex Eruditiorib⁹, quẽdã edito ẽt libel-
lo, Maraſſum a Vipa diſparaſſe, quo Nicolai Leoniceni Viri undecunq; ſcientiſſimi placita
uberius de huius aĩalis natura ꝙuellat. Viperã uero Arabes ex græcoꝝ lingua, ut aſſolet, uo-
cabulo detorto, deluxatoq;, Thiron uocãt noſe generis ſpeciei ĩpoſito. nã θηρίον. i. Therion,
fera eſt pudẽdo magni Alberti errore, Qui & in pleriſq; aliis hui⁹ ſciẽtiæ peccaſſe uideť. Nã
quos Galeno, Pauloq; Trochiſcos, ſiue Theriacos paſtillos appellare moris eſt, qm̃ ex The-
rio. i. Vipa cõmiſcenť, Auicẽna in mẽtione Andromachi theriaces, Trochiſcos thiri uocat.
Porro quę a Serapione ſunt de Thiro obſeruata, de Vipa recte pronũtiari ex Dioſcoride,
Galeno, ac Paulo recognoſcim⁹. Q m̃ uero medicoꝝ pomœria aliquo mõ ſum⁹ ingreſſi, p-
gamus porro in haſce cõmẽtatiões cõgerere, q̃uellicatim hinc inde p̃cerpſim⁹, ut Varietas
ipſa iucũdiorẽ præſtet, ac illicẽ magis, ſi plautine loq non dedecet, noſtrã racemationẽ. Igiť
in eorũdẽ uiretis amœniorib⁹ Theriacã obſeruauim⁹ biffariã intelligi. Nã uno mõ, ac ꝓprie
dici Theriacã audies, q̃ ex Therio. i. Vipa cõfici aſſueuit. Alterã uero ſine ꝓmixtione id ge-
nus. Q ñ ſimplicia itẽ Theriaces noſe uocari repias. Nã Auicẽna ſecũdo Canonis. Cap. de
Squilla, Theriaca eſt inqt, aduerſum uenenoſa. Itẽ de Opopanace, Cũ Ariſtologia inquit,
pota Theriaca eſt. Sũt q nõ ideo dici Theriacẽ putẽt, qa Therion. i. Vipa ꝓmixtionẽ ingre-
diať, Sed qa aduerſus theria, hoc eſt feras ueneno imbutas p̃ſentiſſimũ ſit remediũ. Plinius
Libri uigeſimi Capite ultimo Theriaces ꝓfectionẽ deſcribit, qua ſit uſus aduerſus uenenata
oĩa Rex magn⁹ Antiochus, nulla prorſum mẽtione uipę. At Libro nono & uiceſimo, fiunt
ex Vipa inqt, paſtilli, Qui Theriaci uocanť a græcis, ternis digytis, ſiue q̃ternis, ut alii legũt
utrinq; amputatis, exẽptisq; interaneis, & móx paulo, ſignificãdũ inqt, uideť, e Vipa tantũ
hoc fieri. Alibi in eodẽ Libro Theriace uocať excogitata cõpoſitio luxurię, fit ex rebus exter-
nis, cũ tot remedia dederit natura, quę ſingula ſufficerẽt. Cęteꝝ qđ auctor hic de amputa-
tione extremaꝝ Vipę partiũ tradit, Id Cõmẽtitiũ Dioſcorides putat. Poſtremo cõmonen-

dos impẽſius ſtudioſos remur, neqd oĩno ueluti ꝓniuẽtes, qd' uſui ſit legiſſe, trãſiliam⁹, eſſe q Plinio negotiũ faceſſere ꝑgant, in Vipę natura Libro X. Vbi ſic legim⁹, Tertia die intra uterũ Catulos excludit, deinde ſingulos dieb⁹ ſingulis parit uiginti fere` nũero, Ariſtotelicę inquntſnĩæ, unde mutuat' Plinius, min⁹iſta ꝓſentiũt. Cui⁹ hæc ferme` ſunt uerba ex Libro V. de Aĩaliũ hiſtoriis. Vipa e` ſerpẽtib⁹ una aĩal edit, cũ intra ſe ouũ pepit, Id uni⁹ coloris eſt, ac molle, ut piſciũ, fœtus ſupne ꝓſiſtit, nec cortice ꝓtinet', ut nec piſciũ qdẽ, parit Catulos ob uolutos mẽbranis, q̃ tertia die rũpant'. Euenit interdũ, ut q in utero adhuc ſunt, abroſis mẽbranis ꝑrũpant, ſingulos dieb⁹ ſingulis parit plures q̃ uiginti. Hęc aliquo mõ inter ſe diuerſa nõ cõgruere ſatis, nõ fere` eſt, q nõ uideat. Siqdẽ naſci Viperulas pĥus ſentit, mẽbranis in uolutas, ueluti ĩfantes noſtri iis, qs hiſteras tanq̃ poſteriores Greci, nos Secũdas dicim⁹, Quibus tridui ſpatio a` partu ꝓcerptis, diſruptis q̃, tanq̃ Senectute depoſita nitidæ tãdẽ ꝓſpiciãt'. Nã inqt, euenit qñq̃, ut ipſam hãc mẽbranã abrodãt, exuãt' q̃ prius, q̃ utero excidãt. Plini⁹ uero mẽbranæ illã diſruptionẽ intra uterũ, nõ extra inquntfieri autumat, quod ex Ariſtotele nõ uideť uerũ. Ego uero Verba illa, Tertia die intra uterũ Catulos excludit, nõ ad membranã refero ariſtotelicã, Sed ad eruptionẽ ex ouis. in quoꝝ ſupiore ꝑte fœtũ cõſiſtere, fateť Ariſt. Quod excludi, ſiue excudi ꝑprie, recte' q̃ a` noſtris dicit'. At inqes, unde fit tertiæ diei cõputatio? rñdeo, peragi excluſionẽ hanc ex Ouis añ q̃ ꝑmant ſe ex utero Vipulę, ſiue Echidia, ꝑ triduũ, maturato iã ꝑtu. In quo nil ſane` abſurdũ uideť in tãto ꝑſertim nũero. nũeret' itaq̃ dies a` momẽto, quo adulti catuli ꝑmũt ſe ex ouis ad id tẽps, quo mox ex utero erũpunt'. Quod ſi Ariſt. id nõ dicit, nil fuerit mirũ, potuit alios ſeq Plini⁹, qd' ut recipiã, illo ducor argumẽto, quod inibi inferť mox, Itaq̃ cæteri tarditatis impatiẽtes ꝑrumpunt Latera occiſa parẽte, id quod apud Ariſt. nõ inuenias, & tamẽ a` multis nõ dilutæ auctoritatis cõprobať. Et nobis non incurioſe locus hic paulo ante eſt penſitatus.

¶ Comica facies apud Lucianũ q̃ ſit. Comicus itẽ riſus. Enarrat⁹ interim locus Ciceronis ex Epiſtolis familiarib⁹. Itẽ de Phania, & Comœdię ara. nec nõ Miſericordię Perſonę inuẽtor. Meſon qd, & Scõmata Meſonica. Tettix. de Anaxandrię Comico. Comicus apud Spartanos Luſus. Diceliſtæ, Phallophori, Autocabdali. Caput XXXI.

Omicam faciẽ apud Lucianũ, illũ qdẽ cognomẽto blaſphemũ, ut q nec diis, nec hoĩbus pepcerit, qd' inqt Lactantius, Sed doctiſſimũ tñ, atq̃ ingenioſiſſimũ, inuenio poſitã pro exporrecta, iucũda, hilari' q̃. Vbi frons nec matutina eſt, nec ſtriata, Sed renidens, & læta. Eius uerba, ſiquis forte reqrat, latinitate donata ſubſignaui, Nil inquit, iniuſtius opinor, uel omnino ſeruilius, q̃ mordentẽ labra bilem ſubalere, & occluſum odiũ augere, unũ qdẽ mentẽ agitantẽ, aliud uero ꝑferentẽ. Et Comica facie, hilari' q̃ atrocẽ meditari, cõcipe' q̃ tragœdiã. Eiuſmodi figurę rationẽ ex multis qdẽ licuit expiſcari, Sed a` ſe nõ facile ambigẽtes dimiſerit Lucianus, apud quẽ alibi ſic lego ꝑpemodũ. Comœdia inqt, Dionyſio ubi ſe tradidiſſet, in theatro obuerſabať, colludebat, riſum uenabať. Scõmatibus nõ parcebat. Eqdem Comœdiæ finis nõ fere` alius erat græcis, q̃ lætitia, & hilaritas. Quod adeo uerũ eſt, ut in libris obſeruatũ ſit, & teſtis in Nebulis Ariſtophanes eſt, Interpretis itẽ accedẽte calculo, Riſus gratia plerunq̃ ſcortea pudẽda graphice exꝑſſa, & id gen⁹ alia nõ pauca ꝑduci cõſueuiſſe, Adeo ut Comicũ riſum ꝑuerbii uice uſurpari qñq̃ cõpererim. Cui qm̃ ineſſet ſępe morſus aliqs, et Principũ fœda ſuggillatio, Comicoꝝ Sales Venenatos dixit Seneca. In Plauti milite Comœdice poſitum uideť pro ſuauiter, & iucũde. Gellius noctiũ Atticarũ decimo Comœdiaꝝ nũcupat ſeſtiuitates, qbus ꝓgruat breuitas orationis, Venuſtas q̃, & mũdicies. Theodoꝝ Thragœdiarum hiſtrionẽ legimus Comicũ ſatyrũ hoc dicto repercuſſiſſe, Riſum Spectatorib⁹ mouere nõ eſt res ita mira, Sed fletũ. hinc ꝑdit illud quoq̃ ex Plutarchi moralib⁹. Vĩ Polypragmoſyne inquit, malis iam inueteratis non ſane` lætari, Sed recẽtioribus, ac ut ſic dicã, feruescẽtibus. Et nouas grate tragœdias ſpectare. Comicis uero, & paulo hilariorib⁹ nõ facile ſe immiſcuerit. Addamus & eruditius aliqd ex Demetrio Phalereo. Ex hypbole inqt, imprimis gratia, Venuſtas, riſus q̃ Comœdiis cõparatur, ridicula. n. maxime ab impoſſibilibus uenamur. Sicuti in Perſaꝝ Voracitatẽ inexplebilẽ inuectus qdã, hypbolice dixit, Eos in faucib⁹, Boues geſtare. In eoſdẽ Ariſtophanes, Cribanitas boues ꝑ panib⁹ aſſare, ꝑnũtiat. Ex iiſdẽ manat fontibus, φαλακρότερος ἀνδρὸς, magis caluus ſerenitate. Colocynthe ſanior. Idem

Phalereus

Phalereus alibi de Comœdiæ ꝓprietate, ubi de glaphyro dicẽdi gñe ꝑcipit. Gratiaꝫ inqt, & Venuſtatũ aliæ maiores ſunt, ac grauiores poeticæ, Aliæ humiles, ac magis Comicæ ſcõ matib⁹ aſſimiles. Cæteꝫ q̃ de Comico lepore, ac Venuſtate diximus adhuc, ad græcã rõnẽ magis ſpectãt. Q m̃ noſtros inuenias ſæpe trũca q̃dã ex græcis trãſferẽtes, et ꝯſarcinãtes uerba tragici tumoris. Ita greca, quaꝫ effingere Virtutes nequerũt, facetiis, atq; luminib⁹ obſoleſcũt. Ita eſt, in Comœdia maxĩe claudicamus, tametſi, ut Fabii uerbis utar, Varro Muſas Epii Stolonis ſentẽtia, plautino dicat ſermone locuturas fuiſſe, ſi latine loq uellent. Vix leuẽ cõſequmur umbrã. Nõ recipit Sermo ro. illã Atticis ꝯceſſam tantũ Venerẽ, Q ñ ne Grẽcos q̃dẽ potuiſſe, ſatis ꝯſtet, alio linguæ genere eãdẽ exꝑmere. Sciẽdũ uero, Comicos Poetas, Item Tragicos, ac Dithyrãbicos a` Græcis didaſcalos nũcupari. i. διδασκάλους. Nam & Antiphon ait, ἔλαχεν πεντακλίας διδάσκαλον. Ex iis, q̃ dicta hactenus, obſeruata'q; nobis ſũt, Cõmonemur, Vt iam hinc oĩbus unguib⁹, totis'q; cuneis Ciceroni opẽ feram⁹. Nã ſi, ut Luciani monumẽtis ꝓditũ eſt, Claudos auerſamur, & Bacelos, & Eunuchos, atq; itẽ Simiam, ſi matutino ꝓdeuntib⁹ forte occurrerint, Quid ſtatuem⁹ in ꝓncipe Oratore, Qui in arce ſtetit romanæ eloquẽtiæ, extra oẽm ingenii aleã poſit⁹. Cui⁹ familiares epiſtolæ Cãdidatis eloquẽtiæ, et ad ꝓcinctũ tendẽtibus ceu ꝑguſtatio dulcior initio fere` ſolent enarrari? Nõ'ne ſi qd inauſpicati, & oĩno ſi ſeſe ingerat, auertemur, & nihil ad nos ꝓtinere, more ſeruãtiũ de cælo præſtabimur? Ecce in illis ipſis tã ſcite, tã docte cõcinnatis epiſtolis initialib⁹ ita ſæpe claudicantes. Immo uero ꝑ ꝓna, derupta'q; labẽtes ſeſe offerũt enarratiões, ut tã claſſici auctoris noĩe, ſit nulla nõ die q̃ erubeſcam⁹. At inqent Scioli, neſcio'q; ac tenebriones pullati, eſſe inibi nõnulla perite admodũ, et appoſite explicata. Sed ὦ bonæ lamię nõ illud greca nicũ nouiſtis, Simiã q̃dẽ ſemp eſſe Simiã, ẽt ſi aurea habeat Symbola? Sed redeo, uñ in hęc diuerti. Locus eſt ex ſecundo familiariũ epi. nõ enarratus ad hãc diẽ, Sed oĩno exculcat⁹, et offuſa caligine, inſcitię tenebris ita obuolut⁹, Vt in Cicerone Cicero ſubíde q̃rat'. Veꝫ Oratoris uerba iã ſubſignem⁹. Mea uero officia ei nõ defuiſſe, tu es teſtis, Q m̃ κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accedit Phania. Male feriati Comicũ teſtẽ Phaniã augurant', ex uetere Comœdia repetitũ, in qua Phania teſtis introduceret', referunt'q; ad Cæliũ ipſum, Qui ſenſus, ut male ꝯcept⁹, mire friget, Ciceronis elegãtia ĩdign⁹. Immo nec coit, etiamſi uioleter oĩ pedeꝯfabricatis inuẽtis nugalib⁹ ad eũ uerba retorqueas, penſitẽt mõ legẽtes. Eſt q̃dẽ frequẽtiſſimi M. Tullio moris ex Veterib⁹ plerũq; aduocare obſcuri⁹, Cuius fere` modi eſt ad Cæliũ illud, Repẽte uero inceſſi oĩb⁹ Lętitiis. In quo latinæ q̃dẽ rei literatores, q̃d afferãt, min⁹ ꝯſtĩ tutũ habẽt. Ex Cæcilio uero eẽ ea, liquet ex Ciceronis ſecũdo de finib⁹. Vt ſcias nõ eſſe hic Arietini Oraculi ambagioſam hiſtoriã. Inibi aduocat' & Trabea, de quo arbitror, itidẽ ſenſiſſe familiariũ nono Ciceronẽ ẽt ſi Grãmaticis inſcita, inaudita'q; eſt nomẽclatura. Veꝫ ut a` diuerticulo fabulã repetamus. Ego in Męnãdri Comœdia fuiſſe Phaniã, obſeruaſſe uideor apud Plut. in Cõmentatione, quæ eſt de tranqllitate. Cęteꝫ id ad ꝓpoſitam modo quæſtionẽ nihil. Nam Phaniã hunc Ciceronianũ non aliũ accipio, q̃ Appii, de quo ibi intelligit Orator, libertũ. Sicuti cõprobant Ciceronis uerba Epiſtola prima tertii libri. Quem hic Comicum teſtẽ dicit, nõ, uti opinor, q̃a uetus Comœdia Phaniã habeat, ueluti fidei inuiolatæ numẽ ſanctius. Id. n. ꝓculdubio Cõmẽtum eſt uaniſſimũ, & ad libidinẽ ꝯcepta diuinatio, Sed quod Libertus is ingenio eſſet lætiore, facetoſo'q;, minime ſubdolo, aut inuido, & ꝓinde iucundo admodũ, & amœno. expẽde Ciceronis uerba, ex ea, quã mõ aduocauimus, epiſtola, in noſtrã ſentẽtiã remis, uelis'q; eundũ cẽſueris. Is ergo apud Cæliũ ęqſſime Appii naturã, Ciceronis in eum ſtudia, & merita ſuauiſſime, & ueriſſime aperuerat, q̃ ultro, citro'q; creberrime, ſicuti mos fuit temporũ illoꝫ, & nil eſt notius, cõmearet. Q m̃ uero in Comica uerſamur Pragmatia, relatu dignũ haudquaquã omiſerim. Mæſona fuiſſe Comicum Hypocritem, patria Megarẽſem, Qui Perſonã excogitarit prim⁹, quã de eius noĩe Męſona item uocãt: quod byzantius Ariſtophanes ꝓdit, in Cõmentatione de ꝓſonis, ab eo inuẽtam ſcribens Serui ꝓſonã, necnõ Coqui. Scõmata quoq;, qb⁹ id genus hoĩes præcipue Scoptici, mordaces'q; utunt', Mæſonica uocant', Ac ne q̃d omittã, Mæſona itẽ dixere Veteres urbanũ Coquum. Peregrinum uero Tettiga. i. Cicadã. Fuit et Comicus in ueteri memoria noĩe Anaxandrides. Erat is Corpore ſpecioſus, magnus'q;. Decori accedebat lõgior Coma, nec purpura deerat auro fimbriata. Verũ idẽ hic moribus inamœnus fere`, amarulentus'q; ani-

maduertebat, adeo ut in Cõmissione Poetarũ ni abiissẽt Victor, nõ ad incudem reuocabat opus, q pluribus mos est, recoquebat q̃, Sed indignabũdus medicinã factitãtibus ꝓscindendas dabat male uigilatas chartas, & Salariorũ pueris Cordillis obtegẽdis tuniculas. Fuit, qd̃ Scitu dignũ est, Apud Spartanos Comici lusus ſpecies, uerũ ſtudii nõ magni, frugalitatẽ in eo quoq̃ affectante Ciuitate, dicẽdi prætenuis erat formula, argumẽtũ nõ aliud fere, q̃ Pomoꝝ furta, & id genus pleraq̃. Qui eiusmodi ludos obirent, ab Laconibus Diceliſtę nũcupabãtur, uelut Scenopœos dicas, & Mimetas. i. imitatores, At ꝑ locoꝝ diuersitate cõuariant hoꝝ appellatões. Siqdẽ Phallophoros Sicyonii dicũt. Autocabdalos alii. Quidam itẽ Phlyacas. Thebani, qbus frequẽs est diſparata ab aliis nomẽclatura, Ethelontas. Erãt in genere eodem Ithyphalli quoq̃. Sed enim iamiam Coronidem impacturus facturũ me operę pretiũ ſum opinatus, Si auctarii quippiã adieciſſem huic lucubrationi. Id aũt est de Comœdiæ ara. Cuius meminit Hieronymus, ad quã ſiqs cõfugiſſet, tanq̃ ab Cæſaris ſtatua, reuelli eum inde, nephas habebat. Scribit Pollux, in Scena aram fuiſſe, quæ Halieus diceret añ fores. Et Menſam item, quę bellaria, aut res aromaticas haberet, ac Theoris, diceretur, ſiue Thyoris, quanquam ſit item Theoris Vaticinatricis puellę nomen, cuius meminit Demoſthenes contra Ariſtogitonem, quę impietatis rea perierit. Eodem uocabulo nuncupabatur, & nauis ab Atheniẽſibus, quæ quotannis Delum mitteretur. Noſtri produnt in Apollinis honorem aram conſtitui ſolitam ab iis, qui Comœdiam celebrarent. Eum uero Apollinem a Męnandro Caſſium dici. Sunt qui ſcribant, in ſcena duas poni ſolitas aras, dexteram quidem Liberi, Siniſtra eius Dei, honori cuius Ludi celebrarentur. Hinc aram parare legimus in approbatiſſimis dici, Sicuti apud Terentium, Nemo te accuſat Syre, nec tu aram tibi. Aut precatorem pararis. Ouidius id ipſum agnoſcit eo uerſiculo, ex quarto triſtium,

Vnica fortunis ara reperta meis.

Aſtipulat & M. Tullius pro Roſcio Comœdo, Aras fuiſſe ſanctioris Aſyli loco. Sicut in aram inqt, ꝑfugit in huius Domũ. Et in Libro de Supſtitione Plutarchus. Eſt Seruo ara, ad quam ꝑfugiat, hæc ab illo græce dicit φὰ ξίμος ϑωμός. Misericordiæ aram fuiſſe Athenis in Rhetoricis teſtat Apſinus, meminit Lactantius grãmaticus, de q̃ ea Terentiũ intellexiſſe, ſcribit. Papinius nec omiſit.

Vrbe fuit media nulli conceſſa potentum
Ara Deum, mitis poſuit clementia ſedem,
Et miſeri fecere ſacram.

¶ Qui ſint apud eruditos Phanias, & Phanio, nec nõ Phanion, & Phanæ. Item Phanos, ſiue Panos. Helana. Lophnia, Grauium, Candelabrum Tarentinum. Xylolychnuchi, Lychnocautia. Tyrrhenorum in artibus præſtantia. Helene uas. Caput XXXII.

Via uero pauloante pro ingenii captu, q̃tum nobis nõ incurioſa lectio adminiculabat, enarrantes Ciceronis gryphũ ſup Phania orationẽ ꝓtexuimus, ſubit nũc, Vt quæpiam nõ ita diſſita uocabula explicare iam hinc ꝑgam, quod ne riſu forte Momi aliq excipiãt, qbus Alabaſtrus unguenti plena putet. Sciãt Eruditi, a Græcorũ ſciẽtiſſimis eſſe in literas promptũ, Sapiẽtiæ partẽ conſtitutam uideri in Animi Virtute, partẽ uero in Vocis uſu, Vt rem quanq̃ ſuo nũcupemus uocabulo, & Verboꝝ proprietas minime nos fugiat, Id quod illuc demũ tendit, ut quæ ꝓcepe ris animo, nulla hæſitatiõe ualeas enũtiare. Quoniã Ariſtotele ꝑdẽte, uoces ſunt earũ, quæ in anima reperiunt, paſſionũ notæ. Veꝝ in iis, & omnibus, quæ edituri ſumus publico bono, ſatis, ſup q̃ fuerit doctoꝝ trutinatio, & examẽ ſynceꝝ. Vitilitigatores iſtos nihil moror. Sed nos interfari deſinamus. Igitur Phanias inuenio dici oẽs, Qui inopes ipſi diuitias ſummas habere ſe tamẽ ſimulãt, atq̃ ita credi uolunt, a Phania quodã: Qui ꝓgeſtaſſe opes domi recondidiſſe ementiebat. Quod ultimo Odyſſeę libro teſtatũ reliqt Euſtathius. Phanię item Zenobius meminit, ſiue is ſit Zenodotus, quẽ Damon fuiſſe ſcribit oboloſtatẽ. Quæ uox apud Hyperidem, & Lyſiam fœneratorem indicat. Sed in Zenobio ſcribunt aliq Phanũ, nõ Phaniã, Sicuti Sudas. Eius Vxor per tegulas admittebat adulteros, quod a Viro nimis caute ianua, obſeruaret, Phanionẽ Auguſtinus in Epiſtolis dictũ prodit boni pedis hominem. Cuius aduentus afferat felicitatis aliqd. Nã Phanos, ſiue Panos a Tragicis Lampadas, faces q̃

das, faces'q; dici obseruauimus. Est & Phanos, q res significat, nũtiat'q;. Apud Aristophanẽ in auib⁹ Phanæ dicunt' Cõciones, qd' comica mordacitate in Atheniẽses ꝓlatũ est. Qui in iudiciis assidue cõparerẽt, uterẽtur'q; Sycophantiis. Sunt & Phanæ in Chio regio q̃dã. Sunt ex Glossographis, q ab Atheniẽsibus Lampadas dici Phanos interpretent', quas Helenas qdam appellent quoq;. nam quæ de Corticibus cõpingitur, Lophnia uocat' plerisq;, seu Lophnis. Sicuti Grauium. i. γράβιον uocant Ilignum quer. numus Lignum, quod Conscissum succendit', Vti agentibus iter præluceat. Deniq;, ut nil per incuriã prætereat', Sunt q Phanon putent fasciculũ ex lignis quibusdam cõcisis. Sicuti Helanem Calamoꝝ fascem intelligere maluit Nicãder. Illud obiter adnotasse, puto, nil obfuerit, Siciliæ tyrannum iuniorem Dionysium in Prytaneo Tarentino Candelabrum dicasse, in quo totidem succẽderentur Lychni, quot in anno numerẽtur Dies. Xylolychnuchi apud Alexin consimiles uident' iis, quos Obelis cholychnos dixit Theopõpus. Lychnocautia est plane', quã Lychnasiam uocant, ubi accendit' Lychnus. Lychniæ. i. Candelabra Tyrrhenorũ cõmendationis uidentur habuisse plurimum. Quippe Tyrrhenos laudant Græci, ut φιλοτέχνας. i. artiũ studiosos. Quod de Helana diximus, aduertendũ amplius, esse itẽ Helenen uas, quo cõtinerentur Sacrorum arcana in iis, quæ uocant Helenephoria.

¶ Coronarum origo. Decertare Drama ad Corollas. Declaratur Plut. locus perperam tralatus. Caput XXXIII.

Qui fabulosa consectati, suis ea uoluminibus complexi sunt, Coronarum in ludis eam ferme' originem tradidere. Prometheum, cum Ioui Parcarum Sortem patefecisset de Thetidis filio, quem patre illustriorem, ampliorem'q; futurum cecinerant, ab eo uinculis liberatum, ea tamen ratione, ut annulum lapide, & ferro compactum gestaret: ne omnino pœna uideret' exolutus, qd' & annulorum initium agnoscitur primum. Simul etiam Coronam habuisse scribunt, ut se Victorem impune peccasse, ostentaret. Quo factum sit, Vt in maximis lætitiis Victores coronis insignes uisendum Caput circunferrent. Id quod in ludis, Conuiuiis'q; licet animaduertere. Initio ergo tam tenui illuc etiam progressa ambitio est: Vt non ii modo, qui in Gymnicis certaminibus certarent, ac uincerent, Corollas acciperent. Sed & Præcones, cum cæteris coronas imposuissent Victoribus, eorum'q; nomina magna uoce pronuntiassent, cum & ipsi ante ludorum missionem corollis itidem donari solerent, alium adhibebãt præconem, ne sua uoce se ipsi Victores pronuntiarent. Quin & Scena quoq; honoris eius exortem se non diutius est passa, Quando & qui maxime placuissent Actores coronis afficiebantur. Id quod significat etiam festiuissimus Comicorum Latinorum Plautus illis uersibus ex amphitryone.

Siue ambissent qui Palmam histrionibus,
Siue quoiquam artifici, seu perscriptas literas.

Verũ quonã hæc tam multa, tam'q; conqsita curiose sup Corollis dãdis? Nempe ut Plutarchi locũ restitueremus Ciuitate romana, uel iure Latii ĩcuriosius donatũ, Qui deĩceps pegrinitatis queat postulari. Ipsum Plut. prius græce, mox, me Interp̃te, latine sonãtẽ audiamus. ἠξίουν δὲ τὴν ἀρεταφίλαν συνάρχειν, καὶ συνδιοικεῖν τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν τὴν πολιτείαν, ἡδ' ὡς ποικίλον τὶ δρᾶμα, καὶ πολυμερὲς ἀγωνισαμένη μέχρι στεφάνου διαδόσεως, ὡς ἐπεῖδε τὴν πόλιν ἐλευθέραν, εὐθὺς εἰς τὴν γυναικωνῖτιν ἐνεδύετο. καὶ τοῦ πολυπραγμονεῖν ὁ τοιοῦν παραβαλλομένη, τὸν λοιπὸν χρόνον ἐν ἱστοῖς ἡσυχίαν ἄγουσα μετὰ τῶν φίλων, καὶ οἰκείων διετέλεσεν. Exigebant inquit, Ciues ab Aretaphila, Vt una' cum optimatib⁹ remp. capesseret, imperaret'q;. Ea uero, ut quę uarium, multiplex'q; Drama usq; ad Corollas se decertasse opinaretur, posteaquam liberam animaduertit Ciuitatem, confestim in gynæceum se coniecit, ac ne curis in reliquum agitaretur, ad telam secum familiaribus agens dedit. Hactenus Plut. Ad hæc uero q̃ aspirauerit interpres, Volẽtiũ fuerit iudiciũ, mihi certe min⁹ arrisit, ꝓpterea'q; aleã nõ reformidauim⁹ subsignãdo statim Auctoris Verba. Quæ acris iudicii lector expẽdens sine ampliatõe alterutꝝ dãnet inscitię. Nos certe, qd' scitu nõ censemus indignũ, inde eruditũ, ꝑelegans'q; elicimus adagiũ, ad Corollas decertare, quo recte utemur, ubi qs in p̃ haudquaq̃ deficiẽs puluere, nec

ueluti Cantherius in foſſa, patiẽter integrũ reĩ cuiuſpiã laborẽ ſubit, nec deſinit pri⁹, q̃ umbilico ſũmã addiderit manũ. Sicuti hiſtrionib⁹ dramate iã abſoluto, dat̃ poſtremo Corona.

¶ Quibus uitiis infeſtent̃ Oculi, ex Medicę ſcientię Hortulis floridioribus. Cap. XXXIIII

Vm pauloante curioſius Medica Volumina inſpectarẽ, indéq; mihi ſeligerẽ,
c Quę haſce Lectiones adiutũ irent, inter alia ſane haud parũ multa, ingeſſerũt ſe de oculoꝝ cõcinnata uitiis, quæ protinus deflorata huic adglutinauimus loco, Vt ſiquẽ ad legendum ꝓlectarint noſtri Libelli, Ne parte qdem hac abeat oĩno inanis. Igitur ita hebet. Oculũ utiq; uniuerſum hiſce diuexari affectionib⁹, Quarũ grę/ce nomina ſint hæc, Taraxis, Ophthalmia, Epiphora, φλεγμονή. i. Accenſio, οἴδημα, tumor, ἐμφύσημα, inflatio. Scirroſis, Chemoſis. i. χήμωσις, Anthrax, Strabiſmus, Spaſmus, Palmus, Myopiaſis, Gãgræna, Vlcus, σηπεδὼν, ſiue putredo, σύριγξ. i. fiſtula, Xerophthalmia, πρόπτωσις. i. procidentia, Atrophia. Tunicularũ uero intelligunt̃ Affectus hi, ῥῆξις, διάβρωσις, διάτασις, Anaſtomoſis, παχύτης. i. craſſitudo, Denſitas, ῥυτωσις rugatio. Ecſtaſis, Raritas, ſiue ἀραιότης. At intra Palpebras inoriuntur fere hæc, Trachytes. i. aſperitas. Pachites, Sycoſis, ſiue σύκωσις. Sarcoſis, Pyriaſis. Extra Palpebras iſta, Hydatides, Lithiaſis, Phthiriaſis, Meliceris, Gãgræna, Phymata, κολοβώματα. In ſtephane uero. i. corona, Crite, Poſtia, Trichiaſis, Diſtichia, Triſtichia, φαράγγωσις, Pyroſis, Ptiliaſis, Pſoriaſis, Madarotes, Paralyſis, Illa uero ad totas pertinent Palpebras, Paralyſis, Proptoſis, Ectrope. At in Canthis hæ ſeſe affectiones promũt, Encantides, Ancyle, Pterygium, Rhyas, Proſphyſis, Exterius autẽ Ægilops, Anchilon. In Albidi ambitu fit Pſydracium, Vlcus, Hypoſphagma, Apoſtaſis, χήμωσις, κοίλωμα, Pterygiũ, Phacoſis, Icteros, πῶρος. Irin infeſtat Argemon, Nepheliũ, Achlys, Epicauma, Vlcus, Bothrion, Phlyctis, Myocephalum, Staphyloma, Hypopyon, Leucoma, κοίλωμα, Propthoma, Onyx, Pyoſis, Heloſis. Concipit̃ porro in Pupilla Hypochyſis, Glaucoſis. i. γλαύκωσις, Mydriaſis, Pthyſis, Synchyſis, Platycoriaſis, Amauroſis, Rhytidoſis, Nyctalops, Hemeralops, Myopieſis, Diapyeſis, Cæterũ & in Poris contingit ἀπόῤῥηξις, Parẽptoſis, Symptoſis, Vlceratio. i. ἕλκωσις. Sciendũ autem, Epiphoram in oculo dici qdem ꝓprie, ubi ſe oſtentat inflãmatio, & fluctionis multitudo, inorit̃q; tumor, ac difficilis eſt oculi motus. Qñq; & ſupnigrũ cõſurgit, quod albẽs eſt. Cõmunius tamẽ etiã in Corporis parte reliqua dicit̃ Epiphora, φλεγμονῆς στροφὰς ἐπιφερομένης, καὶ ῥ̓ευμάτων λαύρων ἐπιῤῥεόντων. Vt uero ꝓtinus q̃piã explicemus eoꝝ, Quæ tranſeũtes ꝓlibauim⁹, Xerophthalmiã intelligunt, Qñ Canthi ulceroſi, aſperioreśq; ſunt, ac pruriunt, rubẽt́q; Palpebræ, demanat ſalſior lachryma, aut nitroſior. Proptoſim dicunt, ſiue Procidentiã, ubi Oculus motus ꝓcidat cum inflãmatiõe. Sycoſis eſt, ubi intra Palpebras ſuccreſcit qppiã Caruncułę imagine, acꝓ tuberãs, cõſeqt̃ & oculi totius difficilior motus. Mydeſis uocabulũ omnib⁹ ꝙgruit putrefactione enectis corporibus. Euenit́ ipſum hoc & Palpebris, tumẽtibus qdẽ, Sed & manãtib⁹ aſſidue. Crithen etiã Poſthiã dicũt, ubi ordeo ſimile qddã ſuppuratũ innaſcit̃ palpebrarum coronis. Sed & in mediis itẽ Palpebris ꝙſurgit Crithe, ueꝝ grãdior. Lithiaſis eſt, cũ in palpebris gignunt̃ albicantia q̃dã, & aſpera lapidis mõ, oculṹq; ꝓpũgẽtia. δίφιλιάν dicit̃ Oculus, qñ ſub naturalib⁹ pilis ꝓrũpẽtes alii oculũ pũgunt, ac fluctionẽ ꝓliciũt. Quod ſi ſubnaſcant̃ qdẽ hi, defluant aũt illi, aut fracti infeſtent, uocat̃ τίλωσις. Phalangoſin, hoc eſt φαλάγγωσιν nũcupãt, ſi ſubnaſcẽtiũ fiat δίτριχία, uel τρίτριχία, Siue in ſupiore palpebra, ſiue inferiore. Encãtida uocãt, ubi ex ulcere ad nares Caro ꝓtuberet. Id qd̃ patiũt̃ ꝑcipue οἱ θαλασσέργοι, ideſt in mari laborãtes. At ſi lachrymas ꝙtinere Canthus neq̃at, tũc Rhyada uocãt. χήμωσις intelligit̃, cũ inflãmatiõe uehemẽtiore ita afficiunt̃ Palpebrę, ut oculũ obtegere totũ minꝰ ualeãt. Proprie tñ Chemoſis eſt, ubi ab utroq; Iridis latere Albidũ accẽdat̃, atq; inibi ſinuet̃ ad imaginẽ Chamę. Sũt uero eo noĩe Oſtrea. Sed et Oſcitationẽ, hiatṹq; indicat χήμη. Nephelion ulcus eſt ἐπιπόλαιον, Argemo maius paulo, albicanśq;. Myocephalon dicitur, ubi ex ulcere tunica ꝓma iam eroſa. Iridis loco, ſequẽs ꝓcidat tunicula, ut Muſce caput ꝑferre uideat̃. Hypopyon uocãt Iridis ſuppurationẽ. Mydriaſis eſt, cum Pupillo ꝑter naturã latitudinẽ accipit maiorẽ, colore nil ꝓrſum demutato, Viſu aũt hebetato. Parẽptoſin intelligũt, ubi κατὰ ἀνάσ̣τομωσιν. i. ꝓ Vaſis apertionẽ ꝓfluat humor in meatũ, a Cerebri ꝓductũ baſi, ut ſit Viſiuæ uirtutis uectabulum, Symptoſis uero ꝙtingit meatu eodem arctato, ac ꝙcidẽte ex reſolutione, aut Atrophia, eſt́q; πάθος ἄνοσ̣τον.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD CLARISSIMVM PHILOSOPHVM, ET MEDICVM HIERONYMVM FLORENTIOLAM BONONIAE PROFITENTEM PRAEFATIO QVARTA.

Singularis tua me Virtus, & ingeniũ exactiſſimum, mox & morum probitas, in pauciſſimis alioqui animaduerſa, tibi ita deuinxit, cum ad me uiſeres ægrotum, & quod Medici cenſetur ꝓprium, non cito ſolum me in integrum reſtituiſſe, Sed iucunde quoq; cum ſecuritatis propoſito: Vt nil mihi ad hunc diẽ fuerit antiquius, nil Votis expetitum magis, q̃ ut quoquo modo meritis, officiis q; tuis, & ſi non paria, Quippiam ſaltem rependere ualerem: ne omnino ab tam excellẽtis doctrinæ Viro ſentirer ingratus: Quod huic generi oĩa ineſſe uitia, uiderer audiſſe. Nulla uero, ut nũc eſt, opportunitas ſeſe ingerit maior, aut aptior, q̃ Vt Animi mei ſenſum uniuerſo retegam terrarum orbi. Tui nominis amplitudini tertium hoc laboris noſtri, ut ſic dicam, ſtadium conſecrando. Sic enim fiet teſtatius tibi propoſitum meum: Quo nõ uſq; ad aras modo, Sed uel ultra tuis, me dum hoĩem agã, emolumẽtis uideor, & dignitati, ac gloriæ accommodaturus. Et bonarum literarum Candidatis omnibus hac palam rõne eſt futurum, in Hieronymo nõ præcellere mõ ingeniũ exactiſſimum in reſerandis, explicandis q; dum in celeberrimo, ac eminentiſſimo terrarum Bononienſi gymnaſio profiteris, Quæſtionũ inuolucris, uſq; ad tenebras uel cimmerias ſæpe impeditis: diſcutiendo q; ex philoſophis, Medicis q; auctoribus nubilo, nũquam non fere caliginoſo. Cæterum eminentiſſimæ item Sapientiæ morum eximiã coaptari, connecti q; claritatẽ. Adulari neſcio, nec, ſi maxime ſciã: Velim. Sua ſit deprauatis ingeniis, & in malum obduratis coniectatio: Animi tui Spectrũ effulſit mihi nitidiſſimum, ac conformatum expreſſius longe, q̃ ut ambiguitati reliquus fiat Locus omnino, Cũ me pretium officioſſimi laboris offerentẽ reiieciſti, teſtatus Homini literato gratuitam, benignam q; præſtitiſſe operam: Si q; uſu ueniat, præſtiturum etiãnum: pinde ne uererer, ſiquid obtigiſſet, accerſere. Quãtum, rogo te Vir præcellens, oneris mihi hac tua iniectum benignitate arbitrare? Equidem nunq̃ preſſum me grauius ſenſi. Nec id pecuniæ, quod foret ſordidiſſimum, nomine uno. Inexpectata bonitas, & incõparabilis humanitas tanti Viri ſic me tranſuerſum rapuit demulctum, peruinctum q;, ut hac una tua uirtute ingratus uidear moriturus. Nec præſenti nũcupatione ulla in parte forſan paria fiunt. Quãdo tuarum potius magnitudine Virtutum libellis meis uideo non parum auctoritatis acceſſurum, Quippe ideo pretioſa uidentur multa, quoniam ſunt templis dicata. Quid ergo fit reliqui? Nempe ipſum id Literarum nomen, Quæ tibi infularum loco ſunt, imbecillitatis meæ uicem ſubeuntes, quod poſſunt, id tibi demum rependant cumulatiſſime.

Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANTIQVARVM LIBER VNVS, QVI QVARTVS.

¶ Poetices Laus. Poetarum apologia aduerſus Eratoſthenẽ. Fabularum ratio. Cur etiam Theologia uetus fabulas admiſerit. Virgilianæ Æneidos ſenſus allegoricus explicatur, ratione ab aliis diuerſa. Cur Ariſtarchus dictus ſit Mãtis. i. Vates. Oratori Poetam eſſe finitimum. Caput Primum.

Poeticam facultatem, non me fallit a pleriſq; acrius conuelli. Nam ſecundo Legum Athenienſis ille hoſpes apud Platonem multa perturbate, ac ſine ratione commiſcere dicit, ac riſum mouere, ob id q; Orpheus item ſignificat, Poetas imprimis delectationis gratiã uenari. At qui Veteres diligẽtius euoluerit, omnino diuerſa recognoſcet, & ſentiet. Certe doctiſſimum quenq; ſic de Poetica prodidiſſe animaduerto, Veluti ſit ea prima quædã philoſophia, Quę nobis ab incunabulis quodãmodo Vitę rõnem cõmonſtret, qd agẽdum, qd ue declinandũ muſica iu-

cũditate p̃scribat, adeo ut nõnulli postea dicere min⁹ addubitarint, Poetã solũ esse Sapiẽtẽ. Quo nomine Græcorum nobilissimi ab ineunte ætate sic instituebantur, nõ quia Voluptatem toto impetu captarent, Sed ut optimis statim imbuerentur, Quoniam esse se mox Magistros Musici ꝓfiteant, Idq; cum Pythagoricis comprobat Aristoxenus. Sed & Oratius.

Os tenerum pueri, balbumq; poeta figurat.
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem.
Mox etiam pectus præceptis format amicis. Asperitatis, & inuidiæ corrector, & irę, et

quæ sequũtur. Nõne & Homerus literax parens, Cantores esse castigatores quosdã putat in Clytemnestrę custodia? utq; philosophi sint, ac ex musis oĩa sciãt, qn & Sapiẽtiæ magnitudine ẽt Vaticini censebant. Certe in græcox doctrina ἀείδειν. i. cantare inflecti uidet ab ἀ, particula intendẽdi uim possidẽte, ac εἰδέναι. i. cognoscere, ueluti oĩum plane sciẽtiam sibi uẽ dicarẽt Poetæ. Diuinationis argumentũ erat in Rhapsodox manu laurea Apollinis uirga, dũ cantarẽt, significat & Pindarus cum ait, μαντεύεο μῶσα. Ennius uero etiã sanctos appellauit Poetas, quod q̃si deorũ aliquo dono, atq; munere cõmendati nobis esse uideant. ꝓinde minus mirũ, si nõ alium esse Poetã, q̃ uirũ bonũ, statuũt prudẽtiores. Adeo uero multiplex Poetax eruditio est, adeo necessaria, summis ꝓiuncta emolumentis, ut nec desint, q soluant orationẽ Poetices uideri imitationẽ, argumẽtis astruere nitant, Ceu Poetæ ꝓdierint ꝓmũ, mox q metrũ soluerint, Cadmus, Pherecydes, Hecatæus. Quod prima in Homex cõmentatione scribit Eustathi⁹. Et quia genus id orationis magnitudinẽ habet, ac sublimitatẽ, estq; ἔφεδρον. i. equo uehit, inde quę talis nõ est oratio, ex humilitate pedestris dicit, ut quæ ex alto in solum sit delapsa paulatim. Ita ut Rhetoricæ Elocutioni, & artis dicendi fons sit ipsa poetica. Sed & Ipse Plato tertio legũ, Poetax genus esse diuinũ scribit, & Diis agi, quo tamẽ loco Platonici peritiores poetis a philosopho stimulos additos interpretant ad diuina cõcinenda. Illud ꝓstat utiq;, Sophrona mimox Poetã tanti a Platone æstimatũ, Vt moriens libros eius Capiti subiectos narretur habuisse. Iam illud quale est, qd apud eminẽtissimũ quẽq; poetax subinde legimus, In Regũ, Principumq; Symposiis Deox, Heroũ, & oĩno Virox excellentiũ, Qui lucẽ nobis suis Virtutib⁹ peperere, Laudes suauiter ꝓcini? Nõne præsignis est, & efficax maxime ad bonã frugẽ exhortatio? An Iopas ille Virgilianus cũ canit errantem Lunã, Solisq; labores, altiores itẽ Sciẽtias, physicẽq; totam Carminibus inferam, nõ ꝓdocet manifeste? Q d si fabulax inuolucris res profundæ ꝓuelant, obteguntq;, & fere Sanctariis secretioribus recõdunt, id scire ꝓuenit, esse poetices germanũ. Et Veterib⁹ quoq; illum irroborasse pridẽ, ꝓfingẽdi morẽ, Quẽ Plato adeo cõprobauit, Vt q allegorice Platonẽ nõ putarit interpretandũ, nũq; sit futurus Platonicus. Quo fit, ut risu sonãtiore ineptissima Eratosthenis sentẽtia sit excipiẽda, quẽ nõ puduit, Poeticẽ anile quoddã fabulamentum definire. Dignus uero Eratosthenes, Cuius amplexemur doctrinã, Cuiq; tãto nomine assurgamus, Qui ne illud qdẽ ꝓspicere quiuit, Nõ Poetas mõ, Sed & clarissimas Ciuitatum quandoq; fabulis usas: necnon Legũ latores multi imperitiorẽ multitudinẽ hac rõne ad bonum elicuisse deprehẽdunt. iis uero imprimis tenerior ætas formanda, delineãdaq;, ut sic dicã, uidet, Quoniã animal hoc prouidũ, & sagax, ac rõnis cõpos, quẽ uocam⁹ hoĩem, intimo quodã impetu scire desyderat, estq; cognatiõis auidũ, Cuius fomẽtum primũ fabula est, eo imprimis argumẽto, qd indicta, inscitaq; alias profert. Sum⁹ aũt, ad id nos ꝓuehẽte naturali q̃dã ui, nouitatis oẽs pauidi, qd ꝓdulcis hæc sentiat, et iucũda, nec admiratione careat. Quæ res q̃ præpotẽter ad discendũ Aĩos rex impitos ꝓlectet, & ueluti heraclius qdam lapis ꝓducat, neminẽ fere puto, quẽ lateat, hĩc Africano eximie cax fuisse Enniũ scim⁹ adeo ut marmoratas laudes sibi cũ Poeta, cões facile demũ patereť. Sylla ẽt malũ Poetã prẽmio dignũ putauit, q̃uis ex p̃scripto, neqd postea scriberet. Quid, qd cũ Ætolis q bellauit Fului⁹ Martis manubias musis dicasse, honestissimũ sibi est arbitrat⁹? adeo inanis est. Epicureorũ assultans uelitatio statuẽtiũ, esse in poetis solidę utilitatis nihil, ac puerilẽ mõ sentiri oblectationẽ. Sed & apud Veteres Romanos nulli⁹ prorsum dignationis fuisse Poeticã, auctor est M. Cato in Libro, Cui titulus Carmen de moribus. Nam inquit, siquis in ea re studebat, aut ad conuiuia sese applicabat, Grassator uocabatur. Quærat hic curiosior aliquis, qua potissimum ratione, quæ de Diis, & de Anima traderentur a prioribus, & Poetis præcipue mysteria, non fere uelamentis careant, ob idq; ita recondita, Vt ad eorum scientiam pau-

corum possit

cor poſſit puenire curioſitas, tanq̃ in Heracliti antro plane obſepta deliteſcãt, neqs, quod dicit, περὶ πόλεως, arbitret poetica eſſe oía, quę nõnunq̃ ex aſſe incognita iacẽt. Nimirũ eſt hęc naturæ maieſtas, Cui nuda, aptaq; nimis arcanor detectio inimicat. Quæ ſicuti inſcitę multitudini intellectũ ſui mirabiliter ſubduxit, operimenta rerũ multarũ obiiciẽdo. Cõſimĩ liter a ſcientiſſimis, quæ in eius potẽtia recõdunt, inuolucris figurarũ promi in literas cõcu piuit, Quibus arcanor altitudo poſſet ab uilitate defendi. Pauciſſimis mõ, interprete Sapĩ entia, ſubtilitatis immenſæ participib⁹. Deniq; Numeniũ philoſophũ, memoriæ proditũ ẽ, offenſius numẽ ſenſiſſe, qđ ſua interpretatiõe Sacra Eleuſina in uulgus dediſſet. Sed de re apta nimis multa. Quod ſi ſpatiari libeat parte hac, facillimũ fuerit oſtẽdiſſe, Semina Sciẽ/ tiar fere oĩum, & diſſidẽtia inter ſe, pugnãtia q; philoſophor dogmata poeticis numeris cõ prehenſa. Inoleuit tñ pnicioſa ingeniis ſentẽtia, ut prætexui nil ſciti⁹, doctius q; extra fabu/ las a poetis tractari. Id uero Sciolor culpa, inſcitia q; ꝓtingere animaduerto, Qui illotis pe dibus, Minerua pinguiore, aĩo ſtupido, & tantar rerũ ſplendore, noctuæ mõ caligãte, nobi le opus ſuis nugamẽtis cõtaminãt in triuiis. Nam quotus qſq; eſt, Qui Virgilianę ęneidos ſecretiorẽ ſcopũ intelligat? ſatis ſup q; eſt male feriatis iſtis, peſſime q; iſto nomine de re la/ tina meritis, Si pueris ſuis effutiãt. Intentio Virgilii hæc eſt. Homernm imitari, Auguſtum laudare a parentibus, & inauſpicata ingenia, & ſupellectilem multo inauſpicatiorem nil malim ſcire, q̃ in hũc uſum didiciſſe, Vt iis nugis Vitę tẽpus impẽdã, quod q; grauius multo eſt, reliquos ad meliora fortaſſis natos in eandẽ ꝑducã tẽdiculã. Ego uero, ſi id nũc agã ma xime, tota facilitate probarim, doctis prẽcipue, atq; aurẽ mordaci lotis aceto, Maroni ſciẽtiſ ſimo, & platonicis myſteriis nõ leuiter imbuto nõ aliud fuiſſe ꝓpoſitũ, q̃ Philoſophi defi nĩ tionẽ ſuis uoluminib⁹ facũd ſſime, ac aliud agẽdo explicare. Q ñ hunc Plato nõ fere aliũ, q̃ Dei amatorẽ ĩtelligit. Eius uero in Libro de philoſophia eſſe officiũ ſcribit, diuina optime, ac q̃tũ rõ patit, nouiſſe. mox uero humana ẽt nõ deſtituere, uer ĩterim diſponere, ac ad pru dẽtiæ examẽ reuocare. Pars prior Theoricẽ habet, Sequẽs uero practicẽ. Imprimis igit Sa/ piens diuinã boni naturã, duce Sapiẽtia, ꝓtẽplationi ſubiicit. Mox ad id bonũ, uelut ad finẽ, humanas opationes dirigẽs, hæc inferiora gubernat. Cæterũ ipſa hæc diſpẽſatio duob⁹ indĩ get p̃cipue. Alterũ eſt, ut nouerim⁹, q̃lis nã ſit hęc humanior natura, q̃q; rõne ad bonũ queat ꝑduci, & ab malo reuelli. Alter, ut noſtrę ſic ꝓtẽperent affectiões, ut ad bonũ facile oía pro deãt. Quod morali Virtute ꝓflat clariſſime, quã uniuerſam uno Iuſtitię noĩe ĩtelligit Plato. Cogita ergo, p̃mis qnq; libris nõ fere aliud agi, q̃ quo pacto Sapiẽs ab humanis interim ſeq̃ ſtratus aĩum purgatoriis emaculet Virtutib⁹. hoc ipſum ſignificat atrox in p̃ tẽpeſtas. Dido nis Cõuiuiũ, In quo rõnalis Aĩa obbruteſcẽs Corpeis fomitib⁹, et Vitior incẽtiuis rõnis lu minib⁹ ſeſe ĩgerẽtib⁹, illa pene reſtincta, ſui obliuiſcit, et ad Corpea reuoluit tota. Æſtuatio nes hę ſunt Animi ad ꝑcinctũ tendẽtis, et ad originẽ ꝑperãtis. Q đ illa uerba abũde ſignifi cãt. Per tot diſcrimina rer Tẽdim⁹ in Latiũ, Sedes ubi fata qetas Oſtẽdũt. Ego Latii noĩe Statũ purgati animi ĩtelligo, q defecat⁹, & a mundana aſpgine preſſe, pure q; deterſus eſt. Cuius illa ſunt munera p̃celſa, ut docuit grauis auctor Plotin⁹, ſola noſſe diuina. Cupidita/ tũ obliuiſci penit⁹, ꝑturbatiões ignorare, poſtremo cũ mẽte diuina ita ꝓnecti, ut nulla fiat in de ꝓulſio. Sextus uero liber tanq̃ Virgilianę doctrinę theſaur⁹ lõge clariſſim⁹, mortalis na/ turę ꝓtinet rõnẽ, et ſub poetico figmẽto Animi origo declarat, et qlitas, Nec ſine argumẽto, nã & Plato, dũ p ueſtigia ſingula Deũ inqrit, in Animi ſpẽm ſubĩde diuertit. Q đ in eo, tãq̃ ſpeculo diuini uult⁹ imago colluceſcat. Qui ergo Deũ noſce cupit, ſeip̃m antea nouerit, ne/ ceſſe eſt. Liber ergo is Æneę ad inferos deſcendentis ſpecie, Aĩam ꝓtẽplat in mundi partẽ hanc, quã inferos, et Ditis concaua Platonici putãt, delabẽtẽ. Anchiſę autem nomine Cæ/ leſtis patris lumen radians intelligo, quo pulſante illuſtratus Æneas in multorũ ꝑuenit co/ gnitionem. Cõmentũ uero pĩnæ mortis in Sicilia, error eſt hallucinãtis, et ꝑturbati animi ẽt nũ diuinitati nõ fidẽtis ſatis ꝑp illud, Dixit, Inſipiẽs in corde ſuo, nõ eſt D eus. Reliq porro libri philoſophicũ implent officium, quantum ad politicas pertinet Virtutes, quia Sociale aĩal homo eſt. Tumultuatur tñ etiamnũ Æneas, qm̃ a purgatoriis Virtutib⁹ ad eas, quę Anĩ mi iã purgati dicunt, Cõmigratio ſtruebat, humana uero deſyderia, q̃ militãt aduerſus anĩ mã, extrudere Vir hinc conabant. hoc. n. ſignificant oriẽtia bella. Mox uero iam in Latio ꝓfirmat⁹ aĩus Turnũ perimit. Cõticeſcere tumult⁹ cogit, humana negligit, tot⁹ ĩ Deũ ſeſe trãſ format, qđ approbat Mercuri⁹. Propterea nil aliud Vates diuin⁹ cẽſuit addẽdũ, qa Coronis

pfectiſſima, ppoſito clariſſimo iã erat feliciter ípacta. Hoc q nõ uidẽt, impfectũ uideri opus, ſubinde inſulſe pnũtiant. hinc liberior exoriẽ cõiectatio, nõ eſſe cuiuſlibet, poeticã attẽtare doctrinã, qñ & Ariſtarchũ grãmaticũ Panætius philoſophus mãtin uocabat, hoc eſt uatẽ, qđ uelut uaticinãs poeticos ,prueret ſenſus, Vt prętereã eſſe Oratori finitimũ poetã, numeris tñ aſtrictiorem paulo, uerbo⁹ licentia liberiorẽ. At multis ornãdi generib⁹, ut Cicero inquit, ſociũ, ac penè parẽ. Nã & aſtrologię ignarus, ut illi uiſum eſt, Arat⁹ cultiſſimis uerſib⁹ cæleſtia cõplectit, & Stellas. Sicuti ab agris remotior Colophonius Nicander ruſtica præcepta. Sic & Orator de iis eloquentiſſime pronuntiat, quæ ad tempus cognorit.

¶ Fingendi modũ nõ eſſe unũ. In quo dãnãdos cẽſuerit Poetas Plato, Qui ne Homero qdem pepcerit. Poeta⁹ Laus exqſita. Refutatio negãtiũ in Marone allegorias. Cap. II.

Vnc uero poſteaq̃ nõ pa⁹ multa dicta nobis ſunt, quæ artis pręclariſſimę laudes habent, ipſa qdẽ re longe inferiores, ,p uirib⁹ tñ excogitatas ad Verũ, deſcendendũ illuc eſt, ut qa fingendi rõnem fere cõem Philoſophis, & Poetis eſſe diximus, diſpiciam⁹ modo, ſit'ne uniformis cõminiſcendi modus, an diſſideant potius, longeq; abeãt a Poetico inſtituto Sapientiæ ſtudioſi. Vbi id quoq; expendẽ dũ erit, Ecqd Platonis calculo damnet' Poeſis. Vel, qđ qdã ,pdere ẽt eſt auſus, Homero ne pepercerit. Igit' quo fiat res tota illuſtrior, In claſſicis auctorib⁹ illud cõperio ,mũ, fingendi formã nõ eſſe unã, nec ſimplicẽ. Eſt enĩ ubi tota res fingit', nil'q; ,rſum argumẽto ineſt Veri ſubſiſtẽtis. Eſt uero ubi ueritas adeſt, Sed figmẽtis ,ueſtit', latet'q;, Quã uocãt fabuloſam narrationẽ, fabulã uero minime. Cuiuſmodi ſunt Heſiodica Cerimonia⁹ ſacra, Et Orphei quoq;, Quibus de Diis agit', Ac myſtica Pythagoreo⁹ explicant'. Cæte⁹ ipſa hęc Narratio fabuloſa uel honeſto calle incedit, nec ulla turpitudine inficit', Sed res altas ſtola figmẽti cõtegit, nugas omnis abdicat. Sicyonia nequaq̃ inducit, & id genus alia reiicit mollia, et decora parũ. Quæ pars Philoſophicæ grauitati, ac ſacrarũ re⁹ magnitudini cõgruit ſanè, Quãq̃ & in eandẽ figmẽto⁹ rõnẽ ueniũt Leuiora quoq;, ueluti eſt Iaſonis χρυσόμαλον δέρας. i. uelleris aurei pellis. Quo noſe intelligi librũ uoluere, Veterũ more in pelle cõſcriptũ, Quo auri cõficiendi Scientia ,tineret', arte, Quã χημείαν uocant: Cuius libros cum diligenter conquiſiſſet Diocletianus, exuſſit. διὰ τὰ νεωτεριαθέντα ἀργυπτίοις, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον ἐχεῖνοις ἐκ τῆς ἰδιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης. Artificium hoc genus, uerbo luxato, Alchimiam dicunt, uel Archimiã, puto, quaſi ἀργύρου χημεία. Sed ad Poeticẽ redeo. Vel ita cõminiſcendo, fingendo'q;, Vera adũbrata refert. Vt plurima inſit fœditas nõ abſq; maieſtatis rerũ ſugillatione, Quod ſuũ eſſe uidet' Poeticæ licentiæ. Sed abdicat' ab Sapiẽtiæ ſanctitate. Id'q; totũ neſcire mauult. Hoc aũt eiuſmodi habet'. Si inter deos adulteria ,fingas, ,lia ſępe Poetarũ celeberrimi ſuis inſeruere uoluminib⁹. Itẽ Cælio patri Saturnũ pudẽda abſcidiſſe, Quẽ mox eadẽ impietate regno exegerit Iupiter filius. hũt qdẽ hæc allegoricos Sẽſus ,fũdiores, fatemur. Sed pullatus circulus, in tãta ,ſertim Enarrãtiũ inſcitia, eo, qđ audit, et ſe intellige re opinat', afficit', Ac in errores labit', aut ridet. Quãobrẽ Aĩæ clariſſim⁹ expiator, & Medic⁹ Plato, q̃uis Deo⁹ filios Poetas uocaſſet Libro ſecũdo de Rep. nihilomin⁹ ĩ eodẽ poeticã deteſtat' ĩpietatẽ, turpia de Diis fingẽtẽ. Sed recte fecero, Si uerba Socratis appoſuero. Vícula inqt, Iunoni a filio indita, ,piectionẽ q; Vulcani a patre, Cũ is euerberatæ matri opitulatur⁹ accurriſſet, Aut Deo⁹ pugnas, quotcũq; Homer⁹ ſcripſit, minime ĩ Ciuitatẽ recipe debem⁹, ſiue ,allegoriã dicta hęc ſint, ſiue ſine allegoria, nõ. n. adoleſcẽs ĩternoſcere iſta põt, Quæ uero ea ætate accipiũt', inhærẽt alti⁹, et difficillime poſt ,uellunt', q̃re dãda opa eſt, ut hę fabellę, q̃s ,mas audient, optimę ad Virtutẽ inſtituant'. Rurſum qa ,citatos affect⁹ crebro imitat' Poeta, In decimo de rep. Socrates idẽ, eiuſmodi peſtẽ, iucũdã qdẽ, Sed maxime ueneno ſam ,dit, ne ipſa nos ,dat, q̃obrẽ ne Homero ſuo ,cit. Immo uero huic uel ĩprimis derogat Vt ,ncipe Poeta⁹ deiecto, ne cæteros qdẽ putes ſtare. Quod ſiqs ambigit, adeat eũ, quem mõ aduocauimus, Librũ, Vt iã ſciat maximo riſu explodenda, quæ ,didit neſcio qs, Poetarũ ,ppugnatiõe ſuſcepta, aſtruẽs haudquaquã Home⁹ a Platonica Ciuitate reiici. Sed in iis illud impẽſe animaduertendũ, nõ dãnari prorſum a Platone Poetas, Siqdem quãtũ, ubi perturbant, aut turpia fingunt, reiiciẽdos putat, tantũdẽ amplexat', exoſculat'q;, ſi ad bonã frugem hortentur, laudibus heroum, aut Deorũ hymnis eleganter, facũdẽq; cõcelebratis. Sic enim eodẽ libro Socrates ait. Scito inqt, hymnos in Deos, & in optimos Viros laudationes

duntaxat

dũtaxat ex Poeſi in Ciuitatẽ admittere oportere. Hinc in Lyſide adeo Poetas admiratur, ut eos Sapiẽtiæ Patres nũcupet, ac duces. Et in Ione, Carminis excellentis Poetã nõ arte fieri ſcribit, Sed afflatu diuiniore. Immo uero inqt, Muſa diuino inſtinctu cõcitat Poetas. Concĩti Poetæ alios furore corripiunt, Vt fiat annulorũ quodãmodo mirus ordo, qualẽ creditur Magnes efficere. Addit & mox paulo, Nil eſſe aliud Poetas, q̃ Deoꝝ interpretes, dũ afflãtur furore. Quæ rõ facit, ut ineptiſſimi homines ſæpe ſtupẽdum effundant Poema. Immo uero etiã inſani. Qualẽ fuiſſe Homerꝝ legimus, aut Lucretium. Aut ẽt rudes, quod in Heſiodo animaduertimus. Porro idẽ in Phædro ſcribit Plato, nõ hoĩum eſſe inuẽta pręclara poemata, Sed cæleſtia munera, Argumẽto illud eſt, quod nemo, ẽt ſi orbem illũ doctrinaꝝ obierit accuratiſſime, excellens euaſit poeta, ni cæleſtis ille uigor, & ꝓcitatio acceſſerit feruẽtior. Vt uera fiat illa aſſertio ex Faſtorum ſexto,

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Diuinitatẽ poeticam, quã & Democritus aſtruxit, id quoq; ampliſſime comprobarit. Poetas legitimos, quales credimus Orpheum, Homerũ, Virgiliũ, Pindarũ, ſuis libris innumerabilium ꝑpe artium, Scientiarum q; ſemina inſperſiſſe, tanq̃ plane omnia ſcierint, etiãſi in ſingulis artibus alioq uix lõga annoꝝ ſerie ſinguli euadere celebres potuerint. Adde, neqd ſciẽs omiſerim, quod in Cratylo ſcrutatus Plato idem, Qui ſint Verorũ nominũ doctores, Sophiſtas irridens, Poetas cenſet adeundos, nec quoſlibet, ẽt ex triuio, ſed diuinos. Ceu ab diis hi plane didicerint nomina rerũ Vera, apud quos ea demũ cõperiant. Ne illud quæſo neglexeris, quod prodit Philoſophus idẽ, Homeri poeſin allegoricã eſſe, ẽt ſicubi ab hiſtoria unguem latum recedere nõ uideat, id quod in noĩbus ꝑ allegoriã ꝓcinnatis ſignificat eui dentius. Hoc uero huic parti appinximus gratiſſime, ſiquidem inſigniter nobis arriſit, propter Ceruicoſos neſcio quos, in literis parũ lynceos, Qui, ſicuti audio, noſtrã hãc in allegorĩ co. Maronis ſenſu curam, tanq̃ nimiã, & inanẽ, explodẽdã arbitrant, Cũ in Homero idẽ hoc tantus in doctrina Vir ꝓſtituerit. Sed ualeãt Libitinę infeſtiuiores. Nos exequemur reliqua propoſiti.

¶ Poetas quo pacto citra noxã legas. Interim quæ dicant Amethyſta. Et qd Pædagogia. Item de Polypo, de q; Mandragora ſcitu digna. Porro cuiuſmodi ſit Poetica imitatio. Nec non de Crepidis Dæmonidæ claudi. Caput III.

Atis, ſuper q; opinor, demonſtratũ ex iis, quę diximus, in qbus poetica doctrina uideat reſpuenda. Rurſum q; in qbus admitti citra moꝝ noxam tutiſſime poſſit. Et qa nõ ſum neſcius, Iuuenes bonã ætatis partẽ ſæpe lectioni eiuſmodi impẽdere, Quod magna pars ſtudioꝝ amœnitates quęrimus, Et inter phĩloſophica, ea maxime expetimus, quæ minus philoſophiã ſape uident. Sicuti Poeta Philoxen⁹ dicere ſolebat, ex Carnibus eas eſſe iucũdiores, quæ Carnes nõ eſſent, et ex piſcibus, q nõ piſces, qa palatũ illi, q̃ Cor longe ſenſilius eſſet, quẽadmodum dictitare ſolitũ Catonẽ accepimus. Operæpretiũ me facturũ arbitratus ſum, Si Iuniores, reꝝ nõ admodũ peritos Idẽtidẽ ſummonuero, nõ in Cõuiuiis mõ decere nos ſeruare cõpoſitos, & idgenus uoluptatib⁹ aliis, Sed impẽdio magis in audiendi, legẽdi q; allectãtibus delinimẽtis modeſtiam, modum q; aſſeruare ꝓſentaneũ fuerit. Quid. n. Ciuitatis portas ſumma cura occluſiſſe ꝑfuerit, uel ẽt Cataractas demiſiſſe, ſi ipſi hoſtem admittere aliq̃ ſtatuerim⁹? Itidẽ qd futuꝝ tãdẽ remur, ſi in reliqs eximiã adhibuerim⁹ ꝓtinẽtiã, Auriũ uero fores uoluptatũ agmĩni ꝑinde ac hoſtili manui patefecerimus? Vetus eſt, nõ in itinerib⁹ mõ, Sed ampli⁹ in lectitãdis, quę priſcis uiris ſunt euigilata, ducatu nos, quẽ aptiſſime uocẽt Greci παιδαγωγὸν, indigere. Solẽt plerũq; diſcũbẽtes, dũ largius ſeſe inuitãt, ne forte ꝑuehant longius, ita ut nec pes, qd ille ait, nec man⁹ ſatis officio fungant, adhibere q̃dã ebrietatẽ ꝑhibẽtia, q̃ ſignificãti⁹, cõ ſignãtius q; dicunt ab eo, qd pręſtãt, Amethyſta, eiuſmodi qppiã excogitandũ itẽ nobis eſt, dũ ingeniũ ꝑlectat poeticũ lenociniũ. Habẽdum q; illud in aĩo ſemꝑ Polypodũ Capitibus ſicuti ille ait, unũ ineſſe bonũ. Vnũq; itẽ malũ. Nã in Cibis ꝑſuauia ſunt. Veꝝ ſomnos ꝑſtãt turbulẽtos, occurſantib⁹, ſicuti aiunt, miris reꝝ imaginib⁹. Eodẽ mõ de poetis aſſerẽdũ eſt. Inſunt pleraq; iucũda, grata q;, et quæ tenerioꝛẽ animũ alant plurimũ. Cæteꝝ nec pauciora ſunt, quę obturbẽt, ac tumultu oĩa ĩpleant, ac externẽt mentẽ, ni peritus aſſiſtat dux, ꝑcauẽs,

nequid impingamus. Eo quidem grauius, quod quo quis minus ſtupet, ac ſapere plus ui-
detur, tanto irretitur facilius. Propterea Simonides quærenti, quid ita ex omnibus Theſſa-
los non deciperet, indoctiores inquit, ſunt, quam ut falli a me poſſint, Et Tragœdiam dixit
Gorgias eſſe deceptionem, in qua non decepto ſapientior ſit deceptus. In Canonicis por-
ro decretis relatum ſcio, non debere Chriſtianum hominem Poetarum lectitare figmẽta,
quia per oblectamenta fabularum nimis excitetur mens ad libidinum incentiua, non enim
thura ſolum offerendo, Dæmonibus immolatur, Sed & eorũ dicta libentius capiẽdo. Quã-
obrem intentiſſima cura ad procinctum tendentibus arbitror expendenda, quæ in hoc Scri
ptorum ordine uel fictionis impietate, Vel affectionum rationis lumen obſcurantium imi-
tatione deprauata tranſuerſum animũ rapere ualeant, decurrendumq; ad Philoſophiæ nõ
ignaros, Qui antipharmacum propinent, explicatas per allegorias fabulamentorum uela-
minibus, adhibitaq; præceptorum ſalubritate, quibus Voluptatum adlubentia quodã, ue-
lut ſufflamine reprimatur, atq; item deferueſcat perturbationum impetus, qui lectione, tan
quam exemplo propoſito, plerunq; concitatior ingerit ſeſe rationi, & illa exculcata latius af
fectat dominari. Quo fit, ut ridendos cenſeam, qui a philoſopho uitandos putant poetas.
Id præcipiendum fuerat potius, Vt in poemate philoſopharemur. Nam ueluti Mandrago-
ram produnt rerum periti, Vitibus adnatam tranſmittere in illas poteſtatem ſomnificam,
Vt uinum ex iis bibentes facilius, procliuiusq; in ſoporem collabantur. Nam & Mãdrago-
ram potu hauſtam inſequtur Caros, inqt Paulus, & Cathaphorica affectio præualida, Sic et
poeticis cõmentis permixta philoſophia tum lenem, tum gratã, amabilemq; efficit diſcipli-
nam. Nam ſi is, quæ abſurde fingũtur, aſſenſum præſtiteris, tanq; ueris, ibi uero in præceps
nulla tardatus Sapientiæ ſuffrenatione fereris. Quod ſi memor fueris Poeſin in mentiẽdo
eſſe Goetiã quandã, & machinamẽtũ Lynce magis uarium, nil graue patieris omnino, aut
credes temere. Porro cum audis, Poeticam eſſe artem imitatricẽ, Et ſicuti Picturam loquẽ
tem, nam Picturã eſſe poeſin dicimus tacentẽ, Id nunquam dederis obliuioni, Rem nõ lau
dari, Cuius fiat imitatio, Vt ſi exprimat graphice Medeæ facinus perimẽtis filios, aut Ore-
ſtis paricidium, & id genus apud Poetas non pauca. Verum Artificiũ parere admirationẽ,
quo expreſſio congruẽter uidetur pertractata adumbrandis, informandisq; rerũ imagini-
bus. Nam & eodẽ fere modo Lacertam, aut Simiã commode ad Veritatem pictam lauda-
mus, nõ utiq; ex pulchritudine, quam eſſe nullam in eiuſmodi animalibus ſcimus. Sed ob ſi
militudinem, Sic et Suis Vocẽ auerſamur. At ſiquis imitet apte, lætamur, applaudimusq;.
Imitationes poſtremo hæ, In quibus multa pferunt nõ tanq; honeſta, ſed ut ſubiectis apta
perſonis, ppterea ſunt, plerunq; ueluti Dæmonis Pædotribæ claudicãtis Crepidæ, quas cũ
furto amiſiſſet, imprecabatur extente, Vt furis pedibus maxime pgruerent εἰ δὲ φησὶν ἐφαρ-
μόσειαν τοῖς τοῦ κλέπτου ποσίν. Erant uero hæ non recte, nec accõmodæ, Illi tamẽ pro pedum
deprauatoꝝ rõne imprimis aptæ. Præterea etiã ſi poeta effundit pleraq; ſumma laude di-
gna, non tamen qcqd in poemate legimus, admiratiõe debemus excipe, alioq impura, ua-
naq; comprobare uidebimur. Neq; n. Platonis Gibbum amplexamur, aut Ariſtotelis bal-
butiem. Credamus ergo eſſe inibi aliquid, in quo auditor, uel Lector citra dãnũ aliud agat.

¶ An Poeta naſcat, Orator fiat, ſicuti receptũ uulgo eſt. Neminẽ unũ poſſe in multis ex
cellere. Poetices origo. Fabii lectio reſtituta. Poetarum genera. Quid Monodia. De Luca-
no obiter. Maronis laus. Poeta unde dicat. Vergilius dicat, an Virg. Caput IIII

Æpe, & anxie quæſitum inter doctiores ſcio, naturæ adminiculo clarior Poe
ta fieret, an doctrinæ beneficio, accedẽte mox aſſidua, & ptinaci ſcribẽdi cõ-
s ſuetudine. Vulgo certe iactat, Naſci Poetam, Oratorẽ fieri. Nos uero ne ſoli-
citius, q; fortaſſis par fuerit, Quæ ultro, citroq; argumẽtent ingenioſi, indage
mus, Oratii ſententiam ex arte poetica, & quæpiam porro paucula ſatis ha-
buimus appoſuiſſe, nec Ciceronis itẽ opinione prætermiſſa, prior ergo ſic.

Natura fieret laudabile Carmen, an arte
Quæſitum eſt, Ego nec ſtudium ſine diuite uena,
Nec rude quid proſit uideo ingeniũ, Alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amice.

Quod uero

Quod uero iis uerbis approbatur de Poetis, id ipſum & in aliis contingere, neminem ferè ab muſis abeſſe adeo putarim, qui neſciat. Sed Ciceronis auctoritatem non differamus, q̃p Archia poeta ſic ſcriptum reliqt. Etiã illud adiungo, ſæpius ad Laudem, atq; uirtutẽ Naturã ſine doctrina, q̃ ſine natura ualuiſſe doctrinam. Atq; idem contẽdo, cum ad naturam eximiam, atq; illuſtrem acceſſerit ratio quædam, confirmatio'q; doctrinæ, tum illud neſcio qd̃ præclarę, ac ſingulare ſolere exiſtere. Paulo infra etiã ſic, Atqui ſic à ſummis hominibus, libera liſſimis'q; accepimus, Cæterarum rerum ſtudia, & doctrina, & præceptis, & arte conſtare. Poetam natura ipſa ualere, & mentis uiribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Architectum ingenioſum exigit Vitruuius, & ad diſciplinam docilem. Neq; enim ingenium ſine diſciplina, Aut diſciplina ſine ingenio perfectum artificem efficere poteſt. Apud Ciceronem in primo de Oratore Craſſus, Sic igitur inquit, ſentio, Naturam primum, atq; ingenium ad dicendum uim afferre maximam. Iactata tamen quęſtio eſt in pluribus, iactata & in medicina. Cæterę ſi in poeta par eſſe momentum ſtudii, & naturæ contenderimus, Vnde nam fieri aſtruemus, Vt Carminis Venus tam paucis contingat? Vel cur M. Tulliũ Vaſtiſſima eloquentiæ flumina deſtituerint in poeticam, Sicuti multis ferè placuiſſe uideo. Nimirum in naturæ maieſtate recondita hæc ſunt. nam quod in Cicerone mirari non deſinimus, ĩmo uero ab riſu ſæpe non defendimus, publicũ id eſſe infelicitatis genus, exactius introſpicientes agnoſcemus, Quando ingenia præcelſa, & omnium, Vt ſic dixerim, capacia in uno tantum opere gloriam uix indipiſci potuere. Expende Maronis felicitatem in ſoluta oratiõe, ridebis. Qualem putas in Orationibus Thucydidem? Eius eloquentiã multi admirantur, & recte id quidem, Sed ad eum Oratorem, quem quærimus, inquit Cicero, nihil. Orationes, quas interpoſuit, multæ enim ſunt, ſoleo utiq; laudare, imitari neq; poſſim, ſi uelim, nec uelim fortaſſe, ſi poſſim. Iam in Sapientiæ ſtudio quantus eſt Plato? At eius Apologia pro Socrate nec patrono magnopere digna eſt, nec reo. Ita eſt, magnũ quiddam, & uarium Eloquentia eſt, nec adhuc, ut Senecæ uerbis utar, ulli ita ſe indulſit, ut tota cõtingeret. abunde felix, & præclare actum cũ eo uideri poteſt, Cui portio contigit honeſta. Nec id putaris in hoc tãtum genere ab natura datum, ſtatutum'q;. Comœdia Pyladem habet eximie clarum, Bathyllum Tragœdia, muta uices, neutrum noueris. Perſpectum id, obſeruatum'q; & in Corporis robore, Siquidem legimus quoſdam Corpore quidem Veſcos fuiſſe, Sed Viribus eximiis. Tritanum Varro prodit, Item'q; eius filium & rectos, & tranſuerſos cancellatim toto corpore habuiſſe neruos, Virium elatione prodigioſa. Leontiſcus ex Sicilia Meſenius ex argumento Acrocherſites cognominatus, ſummis aduerſarium manibus corripiebat, confractum'q; non prius dimittebat, quam deficiẽtem ſentiret. Iam inter pictas illi compar non reperitur. Alius Carpenta manu comprehenſa retinet, obnixius etiam ſi contra nitant Iumenta. Ille pondera immenſa pedibus, manibus, humeris contra ſcalas fert. Age Bruta excute, hoc ipſum recognoris. Equos, quãtumuis celeres, ac præſtãtes ſint, putas'ne omnes Curriculis accommodos? Ex Canibus alios nouimus Venaticos, nec tamẽ uſquequaq;. Alius apro, Ceruo aptior alius. Ille lucernarius, hic moloſſicus. Attendenda uero parte iſta uehementer Origenis dogmata primo contra Celſum Libro, & περὶ ἀρχῶν tertio, Eſſe Spiritales quaſdam Energias. i. Virtutes latentes, Quos Dæmonas, uel Deos ſecundos nuncupent Academici, Qui ſint uelut Magiſtri. Siquidem id agere, quod pro arbitrii ſui poteſtate ſibi delegerint. Vnde profluat inter homines Sapientiæ diuerſitas. Quippe eſſe Energiã, quæ Poeticam inſpiret, Item'q; Geometriam, ac deinceps diſciplinas alias. Proinde uulgatum inter græcos, iactatum'q;, Poeſin citra inſaniam non contingere, ac afflatũ quendam. Quo Diuinaculo ferme corripi etiamnum, animaduertamus. Quin Pueros, magica diſciplina Dæmonibus aſcitis, poemata præcinere ſtupenda. Sed & hinc forſan Muſarum ratio prorepſit, etiam Platonicis approbata, & Auguſtino quandoq;. Sed Retractationũ primo poſtea ſpreta, reprehenſa'q;. Cæterum iis omiſſis, redeo ad Poetas, de quorum origine magnam eſſe quæſtionem aduerto. Ante troianum bellum uiguiſſe quoſdã, hiſtorica fides abunde teſtatur. Celeberrimus e Græcorum auctoribus Pauſanias, Olena quendam Poetam primum agnoſcere uidetur. Carmen tamen heroicum Pythio Apollini deberi, Plinius auctor eſt. Quod ipſum nec Pauſanias tacuit, & Plutarchus in moralib⁹ obſeruauit nec prętermiſit Euſtathius, Phemonoem primã id genus ceciniſſe prodens. quod per exochen di-

catur Epos, uel quod ἔφη τοὺς τὰ πράγματα ἰδίοις χρωμοῖς, ideſt quod reſponſa res conſequantur. At Fabius Poema inquit, nemo dubitarit perito quodam initio fuſum, & aurium menſura, & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſeruatione eſſe generatum, mox in eo reppertos pedes. Verum, ut quod ſentio, quod q; obſeruatum mihi eſt, nõ dem in latebras, aut recondam in arcanis, quod bibliotaphi faciunt, Sed id totum publicam materiã facere pergam, Lego apud Quintilianum, Imperito quodã initio fuſum, ex Ariſtotelis doctrina, Quĩ ubi Poeſin ex imitatione natam primum oſtendit, Quoniam imitãdi ſtudium ſit ab ineunte ætate homini innatum, & eo ab Brutis differat, Mox ſubdit, Ad metrum natura prodiues maxime paulatim produxiſſe Poeſin, ac genuiſſe ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων. Quod mihi nõ aliud profecto ſonat, q̃ ex rudi principio. Ex hac uero imitandi ratione, unde Poeſis ortum ducit, diuulſa, diſparata q; Ars eſt, ac abiit quodãmodo in membra plura. Nam pro cuiuſq; natura, & moribus imitandi ſtudium proferebatur, honeſtiores enim pulchras, honeſtas q; actiones ſibi imitandas proponebant. Tenuiores autem, humiliores q; Viles itidẽ, & ignobiles, & primo quidem uituperationem complexi, Sicuti hymnos alii, & Laudes concinnarunt. Poetarum itaq; quoſdam inuenio Monodos nuncupari, hoc eſt μονῳδούς. Alios uero Lyricos, Aliquos Comicos, quidam Tragici uocantur, aut alio modo alii, Sunt q; excellentiæ quadam proprietate, nullo utiq; peculiari inſigniantur nomine, Verum communi appellentur Poetę. Et Lyricorum quidem indicium, quo ab reliquis ſecernunt, & dicitur a Græcis γνώρισμα, ideſt præcipuũ, quod ad Lyram eorum cõcinuntur Carmina, Vt Pindari nouem Lyricorum principis. Monodorum uero peculiare eſt, ſub una tãtum perſona argumẽtum explicare quodlibet, quod illi dicunt μονοπροσώπως ἀφηγεῖσθαι. Eſt enim Monodia cantus lugubris, nam in Tragœdia omnes è Scena Cantus luctus ſunt. Sed Monodia dicit, quãdo unus aliquis ab Scena Cantũ profert, Et non Chorus ſimul. Monodicum uero Poema eſt, Cuiuſmodi in Alexandra concinnauit Lycophron. Comicorum riſus eſt proprius cum Choris, & perſonis, Sed apud Græcos tantum, Vt apud Ariſtophanem. Eupolin. Pherecratẽ. Tragicis familiaris eſt miſeria, & Calamitas, Sicuti Aeſchylo. Sophocli. Euripidi. Eos uero, qui peculiarius, inſignitius q; Poetæ uocitantur, quatuor imprimis cognobiles faciunt, Metrum heroicum. fabula allegorica. Hiſtoria. Dictio cum dignitate, ac heroica, metro imprimis accõmoda, non extrita, nec depreſſa. Inter hæc ſciendum tamen, & repetendum ſubinde, propter quæſtionem de Lucano uulgatã, Viro utiq; cum plerisq; dicendi honeſtamentis erudito, concitato q;, ac νεωτερικότερον. i. iuueniliter ſubinde exultãti, & quodã uelut ferrumine ſucatiori. Id Poetæ genus uere, germane q;, Sicuti Ioãnes grãmaticus ſcribit, & Ariſtotelis auctoritate comprobatur, fabula internoſcit allegorica. hoc enim eſt hoc, χαρακτήρισμα. Cuiuſmodi Homerum apud Græcos recognoſcimus, in noſtris literis Maronem ueneramur, colimus, in oculis geſtamus, ex æquo fere cum Homero ſuo ſtantẽ. tantum debet Latina res Mantuano Cælo, ſub quo Latinæ eloquentiæ ſpecimen longe clariſſimum & natum, & educatũ eſt. Et quo uno poſt illa M. Tullii fulmina lõge, late q; coruſcantia, aduerſus Græcę gẽtis fremitũ nimio plus ſæpe inſonantẽ coorimur, obſiſtimus q;. Poetæ uero nomen inde propagatum ſcribit Euſtathius, quod ποιεῖν ſignet, ἐμμέτρως cantare, uel ſcribere. Virgilii meminit Euſtathius idem, in Nauium Catalogo apud Homerum, ſed Virgilium inibi ſcriptum comperi. Ethnicographus Virgilium maluit, ſicuti & in Græcis plerunque epigrammatis. In fragmentis Cæcilii Minutiani Apuleii, Veteris grammatici adnotatũ comperi, Virgilium ab Virgis eſſe cognominatum, inter quas ſit natus, propterea primam habere I. non E. Cui ſuffragetur illud Galui,

Et Vates, cui Virga dedit memorabile nomen
Laurea.

Fatetur tamen idem Auctor, In aliis Vergilium ab Vergiliis inflecti. Antheas Lindius Poeſin ex compoſitis nominibus excogitaſſe dicitur primus, qua poſtea Aſopodorus Phliaſius ſit uſus. Poetam poſtremo Animus ab omni cura uacuus excitat mirifice, nec ſine Enthuſiaſmo, & alacritate quadam. Poemata pro filiis etiam Græci accipiunt quandoq;, Quos item Noſocomos uocant, & Gerotrophos.

¶ Quæ hymnorum ſint traditæ ſpecies. Hyporchema. Cur Bacchus Dithyrambus. Dithyrambici poetæ. Hymnos dici etiam ſoluta oratione. Epæni, & Encomii diſcrimina.

Periautologia

Periautologia quid. Caput V.

Nter ea, quæ docte, pieq; ſolent a' Poetis tractari, & eſſe facienda, præcipit Plato, hymnos ſæpe legimus, tum ab Homero, & Orpheo, tum ab aliis mirifice concinnatos. Quoniam uero nō aliud hymnus eſt, q̃ Dei cuiuſpiam laus, ſicuti rhetor definit Menander, dum ſcrutarer, ecquid ſcite, docteq; ſuper his mandatum literis foret, quod haſce lectiōes noſtras antiquas faceret locupletiores, In græcorum penu, quod eſſe opulentius ſolet, & omnifariam rebus inſtructiſſimū, hæc ſunt comperta mihi. Cantus diuinis accōmodatos laudibus dici qdem uniuerſim Pæanas, & hymnos, priuatim uero non unam eſſe eius rei nomenclaturam. Siqdem Dianæ hymnus dicitur Hypingos. Apollinis hyporchema, uel Pæan, qui maxime concinebatur, ut peſtis latius craſſantis reprimeretur uis. Vnde etiam factum nomen Etymologici argumentantur. ὅτι καταπαύει τὸν λοιμὸν, quia ſedet peſtem, q̃q̃ & eadem ratione Apollo item dicatur Pæan, ſiue a' feriēdo quoq;, qđ παίειν dicitur. Veſtalibus ita indigitantibus, Apollo medice, Apollo Pæan. Dianæ uero, & Apollinis hymnus Proſodia nuncupatur. Dionyſii Dithyrambus. Sed & ipſe Dionyſius Dithyrambus uocatur, Veluti Lythirambus, ut eſt apud Pindarum, quod Iupiter illum aſſuiſſet femori, ac mox eo in lucem prodituro, inclamaſſet λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα, Quod perinde eſt, ac ſi dicas, Soluc futuram, ſolue futurā. Et inde poetæ Dithyrambici nuncupati, quibus cum frequētiſſimi eſſet moris ita exordiri, ἀμφίμοι ἄναξ, inde Amphianactes facetiſſime dici cœpere, qn & ἀμφιανακτίζειν p eo, qđ eſt προοιμιάζεσθαι, uſurparūt multi. Pericletus uero Leſbius dictionē dithyrambicā cecinisſe fertur primus. At mileſius Melampides dithyrambos Libros ſcripſit plures. Ex ueteribꝰ nōnulli ita de dithyrambis exiſtimarunt, Vt q muſicā corrumperēt. pinde Callimachus de iis, νόθοι δ' ἦν θησαν ἀοιδαί. i. Spurii floruerunt Poetæ. Ipſos peculiare fuit, Verbis uti cōpoſitis, καὶ τραυλόκοις. i. nodoſis, implicitisq;, Sed & tumentibus. Vnde Dithyrāmbicus intellectus de obſcuro dicitur, nec cuiuis puio. Dithyrambicos, dici quādoq; inueni Cycliodida ſcalos, quoniam Encyclia doceant. appellant uero ſic interdum, quæ hypotheſin habent eandem. Sed ad hymnos redeo. Cereris hymnū uocāt Iulum. Linus uero & Litierſes agreſtiū ſunt Cantilenæ. Venerios hymnos inuenio appellari Eroticos, tanq̃ Amatorios dicas. Nā eſt & ſuus Vinolentos hymnus, Cuius Ariſtophanes commeminit in Ranis, dicitur q; Cræpalocomos, qa Cræpalem uocāt uinoletiæ tremorē. Comon uero Comeſſationem, ſiue Ebrietatis, & intempantiæ feſtum. Porro' hymnos inuenire eſt amplius intuēti Species multiplices, uariasq;. Alii qppe Cletici dicunt, Apopemptici alii, Aut Phyſici, Mythici, Genealogici, Ficti, Euctici, Apeuctici. Quidā uero mixti. Cletici uero appellant, q Deos habēt aduocatiōes. Cuiuſmodi plures apud Sappho cōperias, & Anacreontem. Productiores hi aliquanto, Vberiusq; apud Poetas fuſi, q̃ oratione ſoluta. Apopemptici pegrinationē Dei alicuius cōplectunt, ut apud Bacchilidem. Cleticis ſubaduerſi ſunt hi, qm̃ emittūt. Illi uero inuitant. Poetis quoq; familiares tantū apopēptici, Quibꝰ argumētum ſuggerit locus, ē quo migrat, & rurſum, q petit. Phyſici habent, q Iouis, aut Apollinis, aut cuiuſuis naturā explicant. Veluti ſi ab Sole nō eſſe diuerſum Apollinē ratiocinemur, quæq; ſit eius Syderis Vis ediſſeramus. Propterea ſi phyſiologicos itē dixeris, nō multum aberraris. Eiuſmodi repias apud Parmenidē, & Orpheū, & imprimis Empedoclem. Vſus eſt Plato etiam in Phędro. Mythici, ut nomine apparet, fabulis cōſtant, & p tenuem pgrediunt Allegoriā. Genealogicos cum mythicis eoſdē putauere qdam. diſcernunt tamē interſtitio certo. In genealogicis Parētes recenſent, Veluti ſi Latonæ filiū dicas Apollinē. Peplaſmeni, ſiue Ficti, quādo pfingimus Deū, aut Deos, uel Dæmonū plem, quēadmodū Auriū Dæmona Simonides uocauit. Alii Ocnum, & qdam alium quēpiam. Et apud Platonē Porus, & Penia. Itē Amor nūc ante terrā pgenitus, nunc Veneris filius. Rurſum Pauſanias medicæ arti præſidere amoris uim p̃dicat. Itē Ariſtophanes ꝓducere in unū ſemiſecta corpa. Euctici Votū hēnt, & preces. Sicut reiiciētis deprecatiōem, q uocant Apeuctici. Sed Duo hi poſtremi aliis fere' adgluti nant. Nam q unū aliquē ex diis collaudarit, mox decurrit ad preces. Exempla paſſim ſuppetunt ex Poetis, Sed & apud Platonē, ὦ amice Pan, & quæ Legunt in Phædro. Sed ſcitet forte ex me aliqs, ſint ne hęc cōceſſa Poetis ſolū, An ne reiiciant qdē ab hoc genere laudis

proſæ orationis conditores? Verum qui Platonis non ſciendi modo, ſed etiam dicendi magiſtri eminẽtiſſimi ſacraria quãdoq; adierit, Illum cõperiet tum in Sympoſio, tum in Phædro his omnibus uſum. Hactenus de hymnis. Quos quia Laudes deoꝝ complecti diximus, Adiiciamus auctarii loco id quoq;, Laudem hominis in græcoꝝ doctrina dici quãdoq; Epænon, alias Encomion, Sed diſparant' a' nõnullis hæc, ut in artibus docuit Mẽnander, Siqdẽ Epænon uocitari aiunt teſtimoniũ, de aliquo ab ſingulari Virtute, ueluti cum Ariſtidem Iuſti cognomento decoramus. Encomion uero ex Virtutibus cõpingit' omnibus. In hoc per oĩa excurrimus, genus cõmemorantes, nec non educationem, geſta, & id genus alia. Nonnulli ſic diſcreuiſſe malũt, Vt dicatur Epænos, Vbi quẽ ita laudamus, Vt iudicio, cõſenſu' q; noſtro laudãdum cẽſemus. Encomion uero laudẽ habet, Sed non utiq; aſſenſum animi uerum, Veluti ſi Ollam laudes, uel, ut Lucianus, muſcã, aut Calculos, ut Polycrates. non quia hæc admireris, Sed ingenii uegetãdi, exercẽdi' q; gratia. Quidam ita finierũt, Epænon eſſe Orationẽ Virtutis magnitudinẽ explicantem. Encomion uero geſta præclara illuſtrare. Encomion. i. ἐγκώμιον dici interpretant', παρὰ τὸ ἄιδεσθαι ἐν ταῖς κώμοις, καὶ συμποσίοις, quod in Cõuiuiis concineret', & bacchanalibus, comeſſationibus' q;, quas dicũt Comos. Vel διὰ τὸ ἐν ταῖς κώμαις ἄδεσθαι. i. qa in Vicis caneret', Quod tũc uicatim habitaretur Græcia. Periautologiam uero ſtatuũt uocari, ubi qs ſe ipſum laudat, Vt eſt illud Achillis apud Homeꝝ. ὃ χορᾶς, οἷος ἐγὼ καλός τε μέγας τε. Non'ne uides, q̃ pulcher ego, & q̃ magnus? Sed & Maro noſter, Sum pius Aeneas fama ſuper æthera notus. Quia uero multa hactenus dicta de Poetis uobis, erat animus impingere Capiti huic quiddam ex Dionyſio olim obſeruatum. Sed ſecreuiſſe præſtiterit, ne plane' fiat Apologus Alcini, ut eſt apud Pollucem, Et qui ſubinde iter iungunt, ſerius quidem aliquanto, ſed magis uegeti diuertunt.

¶ Cuiuſmodi ſit in Poemate uitiũ, quod dicatur Logoidia. i. λογοειδεία. Item q ſint etiam in Latinis literis Logi. Interibi Oratiõis genera duo. Nec non qd Logiõ, uel Logia. Logiſterium, Tabularii, Diribitoriũ, Pædagium, Logades, Logii. Item obiter qd Abacus, & Abaculus. Poetam nõ dici niſi ſummũ. Epiphyllides quid. Cap. VI.

d Ionyſius Alicarnaſeus non hiſtoricus modo præclarus, Sed eoꝝ quoq;, quæ ad dicendi rõnem ſpectant, obſeruator non incurioſus, cum præcepta conderet, qb⁹ metrica oratio cõpar ſolutæ euaderet, poſtmodũ ſic infert. Nec uero ſuſpicet' aliqs, ignoraſſe me, Vitiũ quoddã in poemate nũcupari Logoidiã. neq; me ita rudem putet, uel imperitum, Vt qd' trãſuerſo ungue ſit diſſecandum, inter Virtutes Poetaꝝ, aut oſonis cenſeam cõnumerãdum. Audiat autẽ, quo pacto digna ab indignis arbitrer ſeiungenda. Oſonum ſpecies duas nouiſſe uideor, loquacẽ unã, & ꝓfsum nulli rei. Alterã uero politicam, ſiue Ciuilẽ, quæ multiplici cultu ſplẽdida eſt, & artificioſa maxime. Quẽcunq; igit' ex poetis prius illud genus expreſſiſſe aducrto, ridiculũ iudico. Atq, qd' poſterius, hic mihi & ſtudio, & æmulatiõe dignus uideť. hactenus Dionyſius. ex qbus pſpicuũ ferme' arbitror, dici Logoidiã, nõ tam ubi Verſus ſoluta fere' oſo uideť, q̃ cũ ſutilem, nugacẽ' q; imitat'. Quod eo ꝓcliuius adnotatũ uolui, qa & in nr̃is auctoribus, Et apud Ciceronẽ imprimis Logos inuenio poſitos ꝓ ridiculis, ꝓtemnẽdis' q; dictis. Nã in quadam oſone ſic ſcriptũ ab eo legim⁹. Ego te certe ſcio oẽs logos, q in ludis dicti ſunt, aĩaduertiſſe. In Hepheſtionis Enchiridio Lectum eſt, Logaœdica. i. λογαοιδικὰ nũcupari dactylica quędã, quæ in regiõibus qdẽ aliis dactylos habeãt. poſtremã uero ſyzygiã trodeaicã. Logia uero neutro genere uocãt oracula, quæ ſoluta eduntˇ oſone, nã quæ metrũ habẽt χρησμοὶ dicunt'. Logiã uero in Epiſtolæ ad Corinthios interꝓtatiõe Chryſoſtomus Cõuentum, uel ꝓgregationẽ expoſuit. Q d' ſi Logion ſcribatur p ɩ diphthõgum. i. λογεῖον ex græca rõne, qua noĩa in ɩον ꝓducta a' Verbis in ω, circũflectunt' in penultima, & diphthõgũ recipiũt. Locũ ſignat in Orcheſtra, aut Orcheſtrã ipſam, in quam Comicus induceret' Chor⁹, q̃q̃ eſt Crateris item ſpecies Logiõ. Quin & eodẽ noĩe dicaſteriũ intelligũt, hoc eſt iudiciale foꝝ. In Sanctis literis Logion inter Sacerdotalia ornamẽta Rõnale interpretat' Origenes. Logiſtas Ariſtophanis interpres ꝓ iis accipit, quos prius Agoranomos dicere, moris erat. At hi nõ alii ſunt, q̃ Aediles. Putãt alii Logiſtas fuiſſe decẽ numero, ſorte lectos, q Athenis expenderent, quæ

derent, quæ in magiſtratu qsq; geſſiſſet. Cuiuſmodi nũc Syndicos uocamus. Logiſteriũ uero locus erat, Vbi cõſiderent hi, Vt Pollux etiam ſcribit. Nã ſupputandi pitiam Logiſticen Plato uocauit. ſimplex uulgus Abacum dicit, puto, qa Calculis uterent in diſpunctione, ac numeroꝝ ſupputatiõe Veteres, Quos Plini⁹ uocari Abaculos ꝑdidit. Tabulariũ ꝑ Supputatore accepiſſe Vlpianus uidet, ubi ait, Ego etiã aduerſus Tabulariũ puto actiões dandas, Qui in Computatione fefellit. Sunt q eo noíe Tabelliones intelligãt, aut Scribas Logographos, Qui publicas ꝓficerent rõnes, q & Numerarii dicant. Militare Logiſterium inuenies apud Straboné, qd an Diribitoriũ dici latine queat, ambigunt Eruditi, id ex diribendi potestate noſatum uolũt, hoc eſt diſtribuẽdi, qa locus eſſet, in quo recenſeret exercitus, & militibus ſtipendia numerarent, q̃q̃ eſt & Diribitoriũ miniſtratoriũ quoq;. i. locus, in quo obuerſant miniſtri. Qui qm̃ græce dicant Pædes, Pædagium Plinio item dicit in Epiſtolis. Puer inqt, in Pædagio mixtus pluribus dormiebat. Logades ſunt in græca hiſtoria, quos inter milites Liuius delectam manum uocare ſolet. In Epigrãmate logadas Oculos qdam interpretant. Herodotus ẽt apud Perſas fuiſſe ſcribit, quos appellat Logios. Id uerbum Græcis tum prudentem, tum eloquẽtem ſignificat. Quia uero paulo ante affines eſſe Oratoribus Poetas aſtruere ſumus uiſi, id utiq; nõ negligẽdum. In Poetis req̃ri ꝑpetuo Magnificẽtiam, altitudinem, ac excellentiam quandam præſignem, proinde ſcienter Oratius,

Mediocribus eſſe Poetis,
Non homines, nõ Dii, non conceſſere Columnę,

Sed & M. Tullii laudatur illud doctiſſime enũtiatum, Singulis uix ſeculis bonum Poetam inuentum. Hinc facetiſſime loquaces inceſſens Poetas Ariſtophanes, ἐπιφυλλίδες inquit, ſunt, ac σωμύλματα. Dicuntur uero Epiphyllides botryunculi maioribus incumbentes, qui & Botrydia nuncupantur. Calliſtratus tamen ab aliis ſequeſtratos intelligere maluit. appellantur autem ſic, quia foliis obtegantur. Alii quę adnaſcuntur Palmitum cacumĩnibus in ſuperna foliorum parte, hoc nomine accipiunt. Quod autem is ſit Ariſtophanius ſenſus, quem prætexuimus, facile, quæ conſequuntur, declarãt, χελιδόνων μαθεῖα, λωβηταὶ τέχνης, ideſt hirundinum muſea, Artis contumeliæ, ac dedecora.

¶ Temperantiæ nomen q̃ late pateat. Zamolxidis doctrina de Animæ medela. Quid Magica excantatio. Cur Temperantia dicat græcis Sophroſyne. Cap. VII.

Crutabar ſolicite admodũ, & curioſe nup, qd ita Ariſtoteles libro de moribꝰ ſexto, & ante hũc Plato in Libro, quẽ Cratylum attitulauit, Tempantiã dici
f a Græcis σωφροσώνην, qa prudentiã ſeruet, literis mandaſſet. Cum'q; in hãc me quæſtiunculã totum ꝓieciſſem, Compi inter legẽdum nõ illepida, ut reor, nec ſordẽtia quæpiã, ea quod exploratis auribus arriſura ſum opinatus, etiam aſcribere nõ ſum grauatus. ſic. n. habet. Tempantiam præcipue qdem in cõpeſcendis, inhibẽdis'q;, & infrenãdis quodãmodo Voluptatibus uerſari, plurimum'q; in ea re inſumi opæ ab tempato, Vt libidinũ incẽtiuis corpeis obluctet, obſiſtat'q; quas nobis cũ Brutis eẽ cões, traditũ eſt. Veꝝ ampliꝰ etiam, fuſius'q; id ſeſe nomen ꝑpagare, Siqdem Pulchritudinẽ recte dixeris, ex lineis, coloribus'q; apte, ac grate ꝓtemperatis ꝓſurgere. Nec nõ Corpis habitũ naturalem ex membroꝝ, & humoꝝ cõſpiratu ꝓflari moderato. Iam nec animũ aliter quoq; tantæ agnoſci exptem Virtutis. Tempatum eſſe hunc ſiqdem prædicamus, ubi coorientes aduerſus rõnis modũ titillationes, ac impetus uiolẽtos ſedat. Immo uero & in cognoſcendi potẽtia Tempantiam ꝓcinne locũ ſibi uẽdicare, non latet. Vbi attemperate Intelligẽtia iis, quæ intelligit, cohęrẽter adglutinat, & ueluti coſonat. Vt cõmode ꝑſum, & quodãmodo diuine Pythagorã dicere ſolitũ legerimꝰ, Inter Virtutes oẽs habere Tempantiam principẽ in ſalubritate locum. Atq; una ea tum priuatim, tum publice humanã ſocietatẽ coaleſcere, ac ſtare. Aptius id noueris, ſi apud te ratiocinari uolueris, nec Iuſtitiam qdem a tempantia reuelli. Quãdo eſt ea cõmutandi, diſtribuẽdi'q; modus congruens. Iam & rõne eadem fortitudinẽ quoq; in timoribus, & audacia recte Tempantiam dixeris. Nec ſecus de Liberalitate. Immo uero hac ſingularis, & inenarrabilis potẽtiæ Virtute cuncta ꝓſiſtere, fatẽdum eſt. qm̃ diſponit Parens ille reꝝ Deus cuncta ſuauiter, & in numero, põdere, mẽſura. Porro ſcri

bit Plato, Zamolxidis Thracũ Regis doctrina traditũ, Omnia uel bona, uel mala in Corp⁹ ab anima demanare, ꝓinde illã imprimis, adhibita remedioꝝ salubritate, curari oportere. Animæ uero Medelas esse incantatiões quasdã, Quibus tempantiam sibi uendicet Anima, qua ꝓquisita, assistenteq; nullo negotio Corpori uniuerso cõtribui sanitatẽ. Cæteꝝ quænã, aut quales sunt Incantationes hæc? Nempe qđ præcipit Socrates, uis, qua in seipsum cõuersio fit, oĩum est efficacissima excantatio. Etenim q se. i. Animũ iam cœpit accuratius cõtemplari, tum ꝓ ipsam tempantiæ Ideam innatam mẽti, humanã recognoscet temperantiã, tũ rõnem illam intuẽs, qua ab optimo maximo Deo Rõnalis animæ Vires inter se fuerint attempatæ, paulo momẽto qua ui motiões possit, aut debeat animoꝝ inhibere, ne insolẽtius efferant, aut ꝓruant, ꝓuidebit. Quãobrem impẽse obseruandũ, quod lectũ in libro de natura nostrũ hoc ꝓpositum eximie fulcit. Si modulate ꝓspirent inuicem Aĩæ partes, rursumq; ipsa Corpori cõtempetur, futuros totius nos felicitatis compotes. Taceo, qđ grauissimi auctores ꝓdere sunt ausi, Motibus tum Corpeis, tum aĩalibus compositis, & restinctis, fore, Vt ꝓpetua Vtriq; ꝓtingat Sanitas, Corpori uero ẽt Viuendi ꝓlixius spatiũ. Id Pythagorici grate amplexant, & comprobat in nr̃is literis doctissimus Cẽsorinus. Plato itaq; Magicam appellat incantationẽ Oronem, cui insit uisa Deo, & ab philosophia ratio, Vt audientibus Tempantiæ amorẽ ingenerare queat. hæc Tempantiæ potestas illud item parit incõparabile, Vt Animus, extrita ꝓturbationũ uellicantiũ caligine, in seipsum ꝙuersus Vera in se oĩa speculet, qm̃, Vt Platonici putãt, Veroꝝ oĩum Lumina humanis aĩs insunt ingenita, Quæ Solis diuini fulgoribus illustrata, & serena iam mente nitidius ꝓmicantia Sapientiæ usum restituunt, mox & Prudẽtiam pariũt. Propterea recte Plato Sophrosynem dici temperantiã autumat, ὅτι σώζει τὴν φρόνησιν, quia prudentiæ salus sit, atq; conseruatio.

¶ Frugi Victus laus ex poeta Hesiodo. De Asphodelo pauca. Exempla ad id Alexãdri. & Scip. Item de Antagora. Quæ sint Opsonia Apyra. Item quid Pygcter, Pygcteridion. Pygeus.

Caput VIII.

Osteaq̃ de Tempantia, Cuius uim diximus ratiõe peculiari in cibi, potus, tactus q; titillatiõibus uersari, abũde actũ a nobis est, Nũc in quasdã historicas ꝓ amœnitates diuertere collibuit, Vt legẽtiũ, siq tamẽ hi fuerint, animi laxius, indulgẽtius q; tractent, ne nr̃æ lucubratiũculæ, quocũq; genio ꝓdierint, multum habere absinthii credant, Mellis parum, sicuti iam interfati sumus alicubi. Fiet aũt ab poetę Hesiodi Versiculis initium ex agricolatiõis libro, qbus docuit sapiẽter, Dimidiũ esse plus toto, magnũq; haberi emolumẽtũ ex Victus parsimonia, si malua uescaris, & Asphodelo, delicatiora uero, & ganeata, ac Saliaria negligas. Hesiodi Versus hi sũt.

νήπιος, ἀλλ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃτε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Eum locũ Proclus Diadochus nõ incelebris inter grẽcos grãmaticus explicans, Viliss̃imoꝝ inqt, cõmeminit ꝓte hac Hesiodus, unde ali possumus, maluæ. s. & Asphodeli. ex iis. n. succus exprimebat, parabatur q; in cibi usum, ex quo utilitas ꝓfluit maior, q̃ ex sumptuosioribus ꝓ iniustitiã conqsitis. Aut certe inqt, ex obuio uictũ significauit. Epimenidẽ tertio legũ Plato scribit, modico, & interim uiliss̃imo cibo interdiu fuisse ꝙtentũ. Cõstabat is ex Asphodelo, & Malua, quæ illum seruabãt Alimon, & Adipson, hoc est ab fame ꝓcul, & siti. Hactenus Hesiodicus interpres. Q đ siqs nosse amplius cupit, cuiusmodi sit Asphodelos, legat uiceſimũ secũdum naturalis historiæ Plinii. Græci putãt Proserpinæ sacrum, & oĩno inferis Diis, Rhodii certe Deam illã, & Dianã asphodelo coronãt. Sed qđ polliciti sumus, pergamus aliqd ex historia ꝙtexere, qđ usui sit legisse, & Lectoris frõtem exporrigat. Siqdem memorabile id est, qđ de Alexãdro magno clariss̃imi reꝝ Cõditores tradidere. Nã cũ illi Carũ Regina Ada scitissima subinde, ac adipata mitteret Opsonia, & bellaria exqsitius ꝙdita ab eius artificii hoĩbus, Meliores, peritiores q; habere se Opsopœos, & Coquos pronuntiauit. Quippe ad prãdii apparatũ, quæ appetẽtiã ꝙciliet, præsto est Nyctoporia. i. nocturnũ iter. Ad Cœnã uero, quo fiat appetibilior, Oligaristia, quã Prãdium præparcũ recte dixerimus. Cæteꝝ in hac mẽtione ingerit se mihi Antagoræ in poetica nõ ignobilis festiuissimũ respõsum. Hic. n. gulæ nõ nihil imptiendum ratus, Congrum intẽtius coquebat, admonitus ſup

eare

ea re Antigonus, illi' q̄ assistens retro, leniter retractum interrogauit. putas' ne inqt, o Antagora, Homer̄ Agamēnonis, & Græcor̄ rebus carmine celebrādis distentū, quo pacto Cōgri melius sapent, pensitasse? fuit illi ingeniū in numerato, & regerens quitium, An opinaris inqt, ὦ Rex Agamēnonem, Cui tantar̄ rer̄ onus incumberet, solicitius pscrutatū, ecqs in exercitu Cōgrum coqueret? Scipio aūt Aphricanus iunior, ut nr̄os quoq; nō inhonoratos transeamus, Cum in Romano exercitu apud Numantiā, milites luxuria diffluere, ac delitiis cōperisset, Insup & Supstitione corruptos, cōfestim diuinaculos inde, & Sacrificulos oēs, ac p̄ductores exigendos curauit. abstulit & Vascula cuncta, Ollis modo remissis, ac Veru, & fictili poculo, ét argēteo, modo Libras duas nō excederet. Lauādi usu interdixit. Qui ungi uellent, ipsos sibi operam præstare iussit. Nam inqt, Iumenta, qa manuum usu diminuta sunt, Alterius opem indiga req̄runt. Stantes quoq; prandere coegit cocti nil apponentes ex Opsoniis, quæ Græci ἄπυρα uocāt, Vt quæ igni nō sint admota. Ipse Sagum fibula substricta, ac pullum gestans exercitū lustrabat, submurmurans idētidē, ob militum ignominiā esse se in Luctu. Non tempabo mihi, qn adiiciam illud quoq; Scipionis eiusdem, Qui cum iumenta Memmii tribuni militaris deprehēdisset, Pscteras gēmatas, & Thericlia subuectā tia, mihi inqt, dies triginta, & patriæ, Sed totum tibi Vitæ tempus, cū sis talis, uanū, & inuti le p̄rsum feciſti. Est uero Pscter Vas ad mēsæ usum celebre, meminit libro. x. Pollux, Sed citra nomenclaturā nihil. At nos uocabuli rōne etymologica cōiectamus id p̄pemodum re cte dici, quod Sudas scribit, refrigerandi cōmoditatibus fuisse destinatū. Cuiusmodi Vasis etiānum maximis æstatis ardoribus utimur hac tēpestate passim. Meminit in Symposio etī am Plato. Apud Alexin est item Pscteridion. Vocat' Psygeus quoq;, Sed & Pscteria. Pscteres tamen apud Nicandrum nemorosa intelligunt' Loca, & umbræ multæ, dicata Diis, quod in iis frigus liceat captare.

¶ Intemp antiæ detestatio. Corpus humanū esse Tartar̄ quendam, & Pistrinū, ac mortuor̄ conceptaculū. Microtrapezi. Italicæ mensæ quæ intelligant' apud Platonē. Item Italica philosophia. Græcia magna quæ fuerit, porro de Tarētinis, & Sybaritis paucula, & uellicatim. Item Siritis, & Polieum. Mitrochitones qui. Cap. IX.

q Vi intemperantiam, brutalem' q̄ p̄rsus gulæ explēdæ uoluptatē amplius, gra uius' q̄ insectati sunt, ii mihi appositissime uidentur feciſſe, quo ab inscita, fœda' q̄ p̄colandi, ut Senecæ uerbo utar, esculenta, et poscul̄ta nos cupiditate se questrarent, seiungerent' q̄, Cū huic affectioni mancipatū Corpus esse ueluti Tartarum scripsere. In quo fluctiones graues infestent, & p̄ flatus tumultu entur non absq; æstuosis ardoribus. Sit' q̄ plane mortuorū conceptaculū, ac Verius Sepulchrum, Siqdem Viuentes uiuis neq; alimur, neq; augescimus. Verum animalia perimētes, a' qbus hæc nobis præstant', etiam iniurii efficimur, omnimodum illis afferētes interitum, quæ ab eo, quod nata erant, in alimentum transmutant' alienum. Adiiciunt & illud Auctores sanctissimi, Multorū Animas Corpore, tanquā mylone quodam, hoc est pistrino esse obuolutas, occlusas' q̄. Quo fit, ut præclare cum humanis rebus actum iri putem, Si quantum naturæ ratio patit', Aegyptiū nobis institutum proposuerimus imitandum. Etenim gētibus illis esse ueteris in re funerea moris accepimus, Vt Cadauera dissecantes, interanea eimāt, eiiciant' q̄, reliquum uero Corpus iam quodāmodo depuratum, abiectis, quæ maxime fecu lenta sunt, condimētis curent, & odoramentis inferciāt. Etiamsi Viros modo eos putent nō nulli, q & uorare plurimū, & bibere ualeant, Sed hoc est Barbaris peculiare, ut inqt, Aristophanes. Certe alimentorum hęc uix interuallata ingestio. Dū Megarensiū ritu obsonamus, perinde ac die crastina morituri, mihi uidet' non uitæ modo, ut fere credit', esse uiaticum, Sed magis multo mortis ipsius. inde. n. maxima ægritudinū uis, Vt non minori sit nocumēto explendi studium, q̄ illa ipsa inanitio. Nos uero non secus Ventri intendimus nullā non naturæ partem depopulantes, in qua modo cōperiat', quod intermoriētem appetentiā excitet, ac si, una hac dempta cura, consilii inopia uideamur otio immorituri. Nec illud saltem succurrit, edendi, bibendi' q̄ uoluptatem angustissimū in Corpore locum habere, & dictū, factum' q̄, quod aiunt, transuolare. At bone Deus, apparatus quātum habet negotii, q̄tum

molestiæ? Agnoscamus hoc licet, uel ex Homero, qui Deos ideo immortales demonstrare uidetur, quia nec uinum bibant, neq; item cibis uescantur.

οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον.
τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Veteres certe Græcos non fuisse in Epularum apparatu ualde curiosos, argumento esse Antiphanes potest, qui non citra morsum μικροφαπέζους uocat eos. Qui mox in delitiarum Chaos sese demiserunt. Velut Cētenarias taxat apud nostros cœnas in Apologetico Septimius Florens, ab Centum impendio sestertiorū, quādo & in lances etiamnum flagra rumpentiū tota producebantur metalla. Dum ista cōmentarer, occurrit mihi Platonis ad Dionis amicos epistola quædam. In ea cum alia multa Vitæ imprimis conducentia, tum illud obseruauimus, Nō fore prius, Vt malis agitari desinam⁹, quā si respublicas capessere cœperint philosophiæ innutriti & probe, & recte. Aut qui iam administrationi manus admouerūt, uere philosophari ingrediant'. Qua inquit, mente Italiam, Siciliam'q; mihi adeūdam censui. Eo' cum appulissem, Vitam, quam beatam uocant, Italicarum, Syracusanarum'q; mensarū non potui non summopere improbare. Mos enim illis est iam receptus, bis die saginari epulis, ac distendi, noctu uero libidinis socium adsciscere, & id genus alia perficere, quę uitæ sunt eiusmodi ueluti propagines. Nemo enim omniū ita ab ineunte ætate cōnutritus, etiam si ingenio sit mirus, prudentiam sibi queat uendicare. hactenus ex Platone, ut potui, est a' me tralatum, In quo philosophi censuram iucūde sum exosculatus. Sed quod Italicas mēsas peculiarius taxat, quarum libro primo meminit Athenæus item adnumerans Chias quoq;, Vt de Syracusanis taceā, Etenim Ciuitatis eius opes, uel prouerbio fuisse iactatas, Straboni credimus. Fateor, mihi stomachum mouit. Suspicatus sum initio, aliquid Virulenti, & dicacitatis græcę subesse uerbis illis. Mox, ut me collegi, In eam ipsam gentem facile conuitium retorqueri, conspicatus sum. Iam omniū primum ueterem Italiæ frugalitatem passim ab Græcis, & Latinis cōmemoratam, Quis non nouit? Nullo magis argumēto barbarę gentes etiā tempestate hac, qua in summū Luxus increuisse uidetur, in nos ueneno suo irruūt, proscissa subinde Conuiuiorum tenuitate, quæ apud illas missuū numerositate inire ganeata, & impendii magnitudine, & condiendi anxietate, delitiis diffiuunt. Auctor ex Posidonio Athenæus est, Italos ueteres, ita frugalitate insignes fouisti, ut ad Posidonii tempora, aquam fere' biberent, ac quicquid obiiceretur, esitarent, sæpius'q; filium interrogaret Parens, Apios in Cœna cuperet, an nuces? nec pluribus uescentes quieti se traderant. Adde, quod Arabe stratus, Opsophagorum Hesiodus, Theognis'ue, Lupum laudans milesium, quem θέοπαιδα uocat, non admittendum ad id genus obsonium Italos monet, quoniam in condiendis piscibus insciti præcipue habeantur. Taceo Veteres Romanos, de quorum cōtinentia nemo nō disserit in libris. Quid disciplinam tetricā, ac tristem antiquorum Sabinorum cōmemorē? Quid Transpadanam Italiam hac præcipue insignem Virtute, Plinii, Cæcilii astipulatu? Sed testibus res non eget. An igitur tam grauem, tam sanctum, tam præsignem Animorum medicum Platonem mentitum uideri uolumus. absit id a' me piaculum. Ego Italicas mēsas apud eum non alias accipio, q̄ Græcas, quod siquis forte Sciolus risu excipiendum putat, ab derisu non abesse se intelligat. Non'ne clarissimum est, philosophię quoddam genus Italicum dici? Vnde nuncupationem hanc credimus irrepsisse? an quia id excoluerint Itali? At qui eius auctor fuit Samius Pythagoras, quod ex Augustino didicimus, & ante hunc Laertius docuerat. Amplius per græcorum tantum capita uagata est, desiit'q; in Epicurum. Cur ergo Italica? Audi Plinium ex tertio naturalis historiæ, Græci inquit, de Italia iudicauere, genus in gloriam sui effusissimum, quotam partem ex ea Græciam magnam appellando? Audi Trogum explicatius scribētem, ab Græcis non partem, sed uniuersam ferme' Italiam fuisse occupatam. Vrbibus multis post tantam uetustatem græci moris uestigia ostentantibus, quod ipsum comprobat Athenæus quoq; Libro Dipnosophistarū duodecimo. Quippe Adriam illyrico mari adiectam, Vrbem esse græcā. Item In Appulia Harpos. postea orā fere' uniuersam a' Græcis occupatam circunductu fere' perpetuo Pisas usq;, nec non intus quoq; partem haud contemnendam. Inde igitur nomēclaturam ducit Italica philosophia, Vt quæ a' Græcis in Italiæ parte celebrari cœpisset. In hanc se contulisse Platonē scimus, dum disiectam quodammodo Sapientiam sectatur. Architam siquidem adiit tarentinum.

Item Timęū,

Item Timæum, ac Philolaum Pythagoreos in Locris. Iam tarentinas delitias quis non nouit? Thurion, siue Sybarin eo tractu sinui tarentino adiacere, ex Ptolemæo scimus omnes. Horum uero incomparabilem molliciem quis non legit? Sybarica certe uocant Græci omnia impendii maioris. Et Sybariticam mensam Zenobius gliscerам intelligit, &, ut Plautus inquit, ritu barbarico opiparam. Scribit in moralibus Plutarchus, Illud fuisse ueteris apud Sybaritas moris, Vt conuiuia celebraturi anno prius per Vocatores fœminas inuitarent, quo luxuriosius gemmis, auro, Vnguentis, Vestibus exquisiti impendii cultæ omnium in se ora conuerterent. Artes porro, ait Athenæus, quæ sono constant, ab Ciuitate reiiciunt, nequa ratione interpelletur quies, quin Gallos quoque in urbe connutriri recusabant. Habuere in delitiis & Staturæ exiguæ homunculos, & Scopæos quoque, ut inquit Timon, Qui ab quibusdam Stilpones uocantur, Ac Cynaria melitea, ideſt Catellos melitenses. Qui eos uel in Gymnasia consectarentur, Iuniores æstiuos transmittunt ardores per delitias maximas apud Nympharum Antra, quas dicunt Lusiadas, Prædiuites, siquando rusticationis subeunt desyderia, Curru quidem uehuntur, Sed ita, ut diurnum iter tribus uix diebus conficiant. Amidas excogitarunt primi, ideſt matulas, quas etiamnum Conuiuiis intulisse gaudent. Hæc est Italicarum apud Platonem mensarum ratio. Hæc eo procliuius adnotauimus, quod Lamias audimus quasdam de Plautina, quod aiunt, familia, ad detrahendum modo sciola, de Platonis decreto, ut ipsi garriunt, nos uellicare, Vt molliculos, & Gulones. Sed & Maronis auctoritas nostram approbat opinionem. Sic enim Aeneidos tertio legimus, Heleno loquente, qui tum in Epiro constitutus proximam habebat Appuliam, & Calabriam, sic uero Aeneam commonet.

Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge, Cuncta malis habitantur mœnia grais.

Fuere in eo tractu Siritæ prope Metapontum, quorum Vrbs dicta Siris est cum cognomine fluuio. Sed & Polieum a Poliade Minerua apud Ilium. Hosce non Sybaritis minus in molliciem collapsos, Græcis credimus, nam floridas illis tunicas gestare, fuit moris, quas etiam Mitris, hoc est cingulis impendii eximii præcingerent, quo nomine ab adiacentibus populis dicti Mitrochitones, quoniam Discinctos Homerus Amitrochitonas nuncupet. Siritarum deniq; felicitatem ampliter admiratur Archilochus. Impositum uero Ciuitati nomen ab Siride muliere, ut Timæus inquit, ac significat Euripides, quanuis ab flumine malit Archilochus.

¶ Voluptatis genera tria. Luxus Asiaticus, & Ionicus. Enarratur locus Propertii, & Oratii alter. Ionia pro uiolariis. Rhodonia. Crinonia. Attica Bellaria. Siculorum mollis uictus, & Leontinorum. Vmbricæ Cœnæ, & Homericæ. Anagogæ, & Catagogia. Caput X.

a LEXIS poeta Thurius, siue Sybarites Comœdias edidit plures. In earum quadam, Veluti terrarum orbi sanciret leges, decere inquit, Modestissimum quenq; uoluptates consciscere. Eas uero esse tres, quæ dubio procul uim possideant Vitæ conferentem, τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς ἀφροδίτης τυγχάνειν. hoc est potum. esum, Veneria. Cætera uero omnia dicere inquit, oportet προσθήκας, ac si additamenta dicamus. Huius uero Comicæ, & adeo grauis sententiæ, perinde ac ex diuiniore quopiam oraculo prodiisset, admirari succurrit, quam agminatim, & confertim, constipateq; mortalium plurimi Consectatores se profiteantur, & Veluti sponte, Volonum instar, nomina dantes decuriandos sese exhibeant. Asiaticas illecebras, & popinationes ex paulo politioribus non fere est, qui non legerit. Quoniam lautitia inde, & immodici sumptus, ac non necessaria Voluptatum genera ortum habuere, & fusa mox latius, ac ueluti

incendium euagata non paucos in ꝑniciem ꝓtraxere. Ioniam legimus omnium primã Vnguẽtis delibutam, ornatã q; corollis in Cõuiuio decubuiſſe. Menſæ quoq; ſecũdæ, inſigne luxus irritamentũ, nõ aliũde irrepſiſſe uident. Vt minus mirer, Sybaritas luxuriæ mãcipatos, Sicuti in Sudæ monumẽtis ꝑditur, inter mortales euentos Ionas eximie colere, ac exoſculari aſſueuiſſe, quod inter Græcos mollicie præſignes maxime forẽt. Nã & Plutarchus ſcribit, Alcibiadem, Qui fere Polypi, & Chamæleontis mirã exhibebat naturã, In Lacedæmonia fuiſſe ſeuerã, & grauẽ, & quod illi plurimi faciũt, pugnatorẽ egregiũ. In Ionia uero Inertẽ, mollẽ, uoluptariũ, fluxũ. Quod hæc adeo ſint eius gentis peculiaria, Vt in Comicis Græcis Ionicum ꝑ molli, & delicato poſitũ inuenias, Et Ioniam Græci callitrapezon uocãt, ac trypheram. Hoc eo libentius appoſui, Vt Propertio ferremus opem, & poetæ illius ſtudioſos noſtris lucubrationibus iuuaremus pro uirili. Eum uero conuelli magis audio, etiam ab doctiſſimis, quàm enarrari. Propertii uerſiculi ſunt hi.

At tu ſeu mollis qua tendit Ionia, ſeu qua
Lydia pactoli tinguit aratra liquor.

Enarrant & iis Oratiani uerſiculi ex tertio Carminũ.

Motus doceri gaudet Ionicos Matura Virgo.

Ioniam nunc Aſiæ regionẽ intelligo. Cuius Ciuitates numero duodecim celebrant ab Eruditis. Nã ſcribit Stephanus, Ioniã prius, quæ nũc Attica eſt, fuiſſe nuncupatã ab Ionio Apollinis, & Creuſæ filio, ſit & illud auctarii loco, nã ſtudioſoꝝ emolumento libẽter in parerga excurrimus. Ionia, ſi accentiũculam in poſtrema recipiat apud Græcos, locum ſignat, Vbi uiolæ naſcunt, quæ dicant Ia. Sicuti Rhodonia, ubi roſæ. Ab aliis aũt floribus, inqt in Thefauris ſuis Pollux, an fiant id genus deriuationes, non noui. Cur nõ nouiſti Vir doctiſſime? Crinonia in tuis auctoribus locus nũcupat, Vbi Crina habent. i. Lilia. Ionię ꝑ Violario meminit in Pace Ariſtophanes. Rhodonia uero eſt apud illius Interpretẽ, meminit Demoſthenes quoq;. Vltimũ Sudas non prætermiſit. Sed ad inſtitutum redeo. Athenas nemo unq; ꝑ dignitate laudaſſe ſatis uidet. Inde. n. humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, Leges ortæ, atq; in oẽs terras diſtributæ putant. Vera ſunt iſta ꝑpemodum, nõ imus inficias. Tu tñ tam exculta, tam grauis, tam philoſophiæ cõſectatrix Ciuitas Alexidis ſentẽtiæ, & ipſa calculum adiicis. in Gaſtriſmo. i. Ventris indulgẽtia. Literis ſiqdem tuis ꝑditum eſt. Immo ne tergiuerſari queas, ab tuis Ciuibus mãdatum memoriæ, Attica bellaria fuiſſe lauta admodũ, & pollucibilia, quæ Cupediaꝝ excellentia frontem matutinam quoq; ꝑlectarent. meminit tertio de rep. Plato. Quid uero de Siculis dicam, etiam ſi acutis, & controuerſis natura. Menſas qdem Syracuſanas, quaꝝ meminit Lucianus, nec Zenobius ptrãſiit ab philoſopho iam damnatas taceo. Syneſius in Cõmentario de Somniis Siculorum uidetur luxum nouiſſe. Menſam inqt, ſiculam parat. ſi placet, etiã Medicam. Cæterũ cuiuſmodi forent, eius inſulæ mores, optime omniũ monſtraſſe uidet Poeta Philoxenus ex Colonis unus, Qui in Siciliã miſſi fuerant. Nam cum inibi domũ, & agros ſortitus eſſet feraces, unde ali abunde poſſet, Indigenaꝝ uero mores prælautos animaduertiſſet, ac nimio plus delicatos, & multam præferentes incõcinnitatem, μὰ Ἰὸς Ἥδὸς ἔ᾽πεν, ἐμὲ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ὀκ ἀφελεῖ, ἀλλ᾽ἐτὼ ταῦτα. Nõ per Deos inqt, hæc me in ꝑniciem bona dabunt, Sed ego ipſa potius. Et cum dicto relicta ſociis ſorte, enauigauit inde. Leõtinos in eadem populos inſula ſcribit Diogenianus, inter pocula obuerſari aſſiduæ cum maxima ſolitos fœditate, in quã Calamitatẽ Phalaris ſæuitia uidebant recidiſſe, a quo uicti bello, & armis exuti, ne mox res nouas affectare poſſent, Conuiuioꝝ hilaritatibus, & Vinolentiæ ſunt relicti. Ab iiſdem quoq; in Eryce populis religioſe cultam legimus Venerem, cuius honori dicabãtur Anagogæ. Hę uero intelligebantur cum in Libyam iniiſſe peregrinationem credebatur Dea, cum qua ſimul emigrarent Columbæ, quæ mox Catagiis redirent nono die poſt, una primum e mari aduolante, ac ſubeunte tem plum. Sed omnem excedit admirationem, quod de Syracuſanis apud Veteres obſeruatum legimus, lege ſiquidem ſancitum illis fuit, ne mulier ulla pretioſius ornaretur, ni ſe cõſtupratam prius, eſſet confeſſa. Cæterum & Viris cautum quoq; ne ſumptuoſiorem Veſtẽ induerent, ni aduerſos, auerſos q; impudicos ſe comprobaſſent. Vmbrica tamen Sympoſia paulo opulentiora uidetur Plutarchus accipere in Sympoſiacis. Ad cœnã inquit, Venit unuſqſq; proprium ferens Ventrem, q non expleꝝ eo, quod æquale eſt, Sed quod ſufficit. Vmbrica autem conuiuia illa nil opus eſt ex militaribus, & Caſtrenſibus cœnis huc tranſferre, Sed

ſerre, Sed & homerica ualere ſinamus, ſubſamelica enim ſunt, ſiticuloſa, habent quoque Heſtiarchas, ideſt Modiperatores Reges, uel Italicis Cauponibus difficiliores. Qui inter pugnandum, ubi micant gladii, & atrociſſimus uiſit Mars, obiectare non deſinũt, quãtum ꝙs apud ſe hauſerit. huc uſq; Plut. ex quo, ꝓpter recõditiorem doctrinã, pluſcula transferre collibuit. Sup Vmbricis uero Cõuiuiis ſcrutabar impẽſe, ecqd in ueteribus memoriis repire eſſet, unde qualiſcũq; demanaſſet luxus is, ac compiebam in Ariſtotelis libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, Apud Vmbros aĩalia ter quotannis partum edere. Terram uero largiores ſemp fructus ꝓducere, q̃ demeſſuerint prius. Mulieres item eſſe πολυτόκους. i. præfœcũdas. raro ſiqdem unũ parere, duos uel tres ſæpius. Eſſe uero Vmbros Græci ſcribũt, in Padi meditullio, & Pincentum. Sed & Simbros qñq; dictos inuenio. Hoſce item ut delicatioris uitę Abrodiætos ab Græcis inceſſi cõperio, ac cõpari Lydis rõne uitã trãſigere conſueſſe.

¶ Victus frugi ex Platone. Menſa ſacra. Gulæ inſectatio breuis ex Porphyrio. Dioſcurorum prandiũ Athenis. Menſa Aegyptia. Rogatiani hiſtoria minus uulgata. Edacium catalogus. Addephagiæ templum, & Cereris σῖτος. Megalartus, Megalomazus. Cap. XI.

h Æc eſt Abronũ uita, hic luxus omnia gulæ ſtudio ꝓdigentium. hi, quoꝝ uita ſagina eſt. Sed age, ex Platone eodẽ, unde exorſi ſumus, mutuemur uiciſſim, quæ ad ſanitatẽ Apitios, q uiſunt ẽt hac tempeſtate plures, reuocent. Igit cõſtituturus philoſophus hic ſemp fere diuinus Ciuitatẽ, Quæ ſui prius, q̃ aliorũ cõpos fiat, quæ ꝙ nõ tam terrorẽ gẽtib⁹, quam uenerationẽ ſui noſs auguſtiorẽ ſit iniectura, ueluti cęleſtis q̃dã Hieruſalẽ, ꝓpiorib⁹ lineis expreſſa in terris. Inter alia dĩ uiniore ingenio excogitata, etiam quæ ad Victus rõnem ſpectant, tam ſapiẽs, tam ꝙ admirabilis ꝓditor minus neglexit, ad retũdendam helluantiũ, & familiã, pecuniã ꝙ ſuã mutationũ gurgitibus ꝓluentium laſciuientẽ gulam. Nã libro. ii. de Iuſto ſic ferme ſcribit. Aeſtiuis inqt tpibus parte plurima, neq; Veſtib⁹ fulcient, neq; item Calceis. At hyemalib⁹ utraq; ad cõmodum adhibebunt. Panibus ueſcent hordeaceis, aut ẽt frumẽtaceis, qbus calamos ſubiiciẽt, aut frondes puras. Ipſi uero ſubſtratis ex milace, ac myrto lectulis, decumbẽt cum liberis, Coronati interim, nec Vino abſtinẽtes Diuinas laudes ꝙcelebrando, Vt ita hilarius uiuant, ac iucũdius, nec filiis opam dabunt præter rõnem calculoꝝ. Porro Opſonia nõ alia erunt, q̃ Sal, Oliuæ, Caſeus, Porrũ, Olera quoq; ex agris ueluti pulmẽta. Adiiciamus & Bellarioꝝ aliqd. Sint uero hæc, ficus, Cicer, faba, Myrti baccæ, quæ uocãt Myrta, nec nõ ex fago glans prunis toſta. In potu aũt ſummũ adhibeat tempamentũ, ut hac rõne ſalubriter cõ ſeneſcant, ac tranqlle, Viuẽdi exemplũ poſteris relicturi. Hoc eſt nobile Platonis decretum. Hic fundus, & eſitandi fundamentum omne, Quod q̃ Veꝝ, q̃ ſanctum eſt, Vtinam tam id feſtiuiter excipiamus oẽs, Vt Menſam ſacram, & mitem, ſicuti ſcienter inqt Syneſius, turgĩdæ incipiamus, ac nuptiis, repotiis ꝙ, anteferre. Quod eo eſſet præſtandũ ꝓcliuius, quoniã doctiſſimus quoq; Porphyrius Ventri mãcipatos homũculos immũdoꝝ Dæmonũ Vaſa fieri ſcribit. Seruatũ uero Athenis Græci tradũt, antiq uictus exemplũ, cum Dioſcuris in Pryaneo apponeret prãdium. mẽſis. n. inferebat Caſeus, ac Phyſte. eſt aũt eo noĩe Mazæ ſpecies. Oliuæ quoq;, quas Drypetes uocãt, item porrum. Menſa uero Aegyptia Cuiuſmodi foret, nam neq; hoc ab ꝓpoſito diſſentaneũ eſt, ex Philoſtrati uerbis licet ꝙiectare in Dionyſio Sophiſte, quẽ ab Adriano Impatore illis inſertũ tradit, Qui in Muſeo paſcerent. Muſæum uero inqt, Menſa Aegyptia, cõuocans oẽs in orbe terraꝝ eloquentia illuſtres. Cæterum priuſq̃ inde digrediamur, ſuccurrit exemplũ frugalitatis nobile Senatoris Rogatiani, Cuius idem meminit Porphyrius. Is ergo Sapiẽtiæ ſtudio egregie intentus, nil habebat antiqus, q̃ ut quãtum ratio pateret, Animũ ab Vitæ cogitationibus ſeuocaret, q̃obrem nec bonorum curam omnino ducebat, qn & Seruos a ſe reiecit, nec ullos unq̃ admiſit honores. Nã ꝓditus qñq; Prætor, iam lictoribus illi apparentibus, nulla ꝓrſus dignitatis habita rõne, nec ꝓdire qdem ſuſtinuit. Immo & ꝓpria domo relicta, apud amicos diuertebat, contẽtus ſemel interdiu dediſſe opam cibo. Quæ uiuendi ratio tam incurioſa, tam ꝙ ſui negligens illuc demũ ꝓfecit, Vt cũ podagra infeſtaret prius, mox tanq̃ in multos ãnos impetratis induciis, aut diffiſo die, ita ꝙualeſceret, ut manuũ, pedũ ꝙ munere nõ uteret ſec⁹, ac qlibet maxĩe uigẽtiũ,

qua qdem re factũ est, Vt uere, synceriter'q; philosophantis insigne esset, ac hẽret' exẽplum. At obsecro, Herculis polyphagiam, ut Græce dicamus, & polyposiam qs non nouit? Quin Vlyssis edacitatẽ, ac Læmargiã, & Luxuriæ efferuescẽtis æstum ex Carmine Homerico aucupat' Athenæus. Iã Theagenes thasius Athleta tauꝝ uorabat solus. qd' in Epigrãmatum libro prodit Posidippus. Milonem Crotoniatam scribit Theodorus, Carniũ minas deglutisse uiginti, & panis totidem, Vini Choas ꝑsiccasse tres, Sed & in Olympia quadrimũ solus ꝑ diem absumpsit Tauꝝ, ꝑ stadiũ antea humeris circũlatum. Astydamas Milesius ab Persa Ariobarzane uocatus qñq;, Quicqd omnibus destinatũ foret, uoratuꝝ se repromisit, impleuit'q;. Sed de Athletis nõ magnoꝑe mirandũ, qñ ipsum hoc ꝓfiteri uident', ꝓpterea in Autolyco primo Euripides, Multa quidem inter Græcos mala uersari, scribit, Athletico tamen genere nil prorsum haberi peius, Vt qui Malarum Serui sint, ac Ventris. Carmen ipsum, quod arrisit insigniter, etiam apposui.

κακῶν γε ὄντων μυρίων καθ' ἑλλάδα,
οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους.

Cambleta Lydoꝝ Regem, scribit Xanthus in id uorãdi studio euectũ, ut nocte quadã Vxorẽ quoq; absumpserit, Cũ'q; sũmo mane Illius manũ in ore cõperisset, semet iugulasse. Rhodii Timocreõtis edacitatẽ, ac bibẽdi auiditatẽ Sepulchro insculptũ declarat distichum.

πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν
ἀνθρώπους, κεῖμαι τιμόκρεων ῥόδιος. Quid, quod in Sicilia Addephagiæ uisebat' templũ, idest Edacitatis, Ac Cereris statua, quæ dicit' σιτὼ? Velut apud Bœotiæ Scolum Megalerti, & Megalomazi. Alcman poeta Pamphagum uocat semet.

¶ Qui sit in familiaribus Epistolis Trapezophorus contra omnium hactenus enarrationes. De Trapezophoro item intellexisse Iuuenalem. Mensarum genera. Cap. XII.

c Vm M. Tullii epistolas familiares enarrarẽ Patauii maxima prouincialiũ frequẽtia, nec abdicatis tñ nostratibus, incidi in epistolã ad Fabium Gallũ ex libro, ni fallor, septimo. in qua ita legebamus, Trapezophoꝝ, si te delectat, habebis. Id uerbum tanq̃ obex molestior, multũ iniecit moramẽti, quod nõ ita frequẽs uideret', Et Interpres, Vt plerũq;, auribus paulo erectiorib⁹ minus satisfaceret. Sed cũ in Græcoꝝ penu diuertissem, Vasariis oĩbus, qd' aiunt, excussis, tandẽ qd' inqsitioni diuturnę, & solicitæ fuerat, sum uisus repisse. Siqdẽ in libro Iulii Pollucis decimo ita legi, Licet porrò Mensam, in qua pocula reponunt', Tetrapun dicere, Aut etiam Monopun. Vel siqs ambitiose ne nouis qdem abstineat, Trapezophorum, Velut qui mensam gestet, hæc Pollux. Qui & si non omnino uetus uerbum putat Trapezophorũ, Interpretis tamen refellit inscitiam, in eo hallucinantis maxime. Nam etiamsi in Veteribus Græcorum libris in ea notione Trapezophorus non ferè comperiat', quis tamen inficias eat, Ciceronis ætate in usu fuisse. Pollux certe negare non uidet'. Nam alibi, Mensam coqnariam ab Iunioribus dici, Epicopanon scribit, & tamen infert statim, Verbum id extare in Mẹnandri Messenia. Verum & apud Iurecõsultum Florentinum, digestis de supellectili legata id uerbum reperias notione, quam præstruximus. Porrò quis unquam uel legit, uel audiuit Sacerdotis, quæ dicta sit Trapezophoros, Statuam, ut rem planè uisendam, circunferri solitam? Quid tam præsigne in Palladis ministerio uel fecit illa, uel excogitauit, Vt non absonum, sit, huiusmodi honores illi fuisse contributos? Præter nomen uix aliud reperias qcquam, de ea in Literis, quod ita esse, significare uidetur Harpocratio, à quo exponitur ea dictio. Ego uero Trapezophorum intelligo apud Ciceronem Statuam, quæ poculorum mensam sustineret. Nam ex Vitruuii doctrina manifesto liquere omnibus puto, Imagines hominũ ex culpi solitas, quæ Columnas subiectæ fulcirent, aut tigna, uel id genus alia, Quas Græci Atlantas uocent, Latini Telamonas. Quo in genere habentur, quæ Caryatides uocant', necnon Epistylia sustinentes Statuæ Persicæ. Quod & nostris temporibus nullo non in loco conuisitur. Sed in re cõfessa nimis multa. De Trapezophoro puto etiam Satyrum nobilem intellexisse, qui & nostræ sententiæ tibicinem addit.

Lectus erat Codro Procula minor, Vrceoli sex

Ornamentũ

Ornamentum abaci, necnon & paruulus infra
Cantharus, & recubans ſub eodem marmore Chiron.
Lego in noſtris monumentis, & apud Varronẽ imprimis, fuiſſe apud Romanos Vinariam mẽſam rotundam, quæ diceret Cylibantũ, a poculis, quæ κύλικας græci uocant. Itẽ mẽſam alteram lapideam quadratam oblõga columella ſuffultam. hanc Cartibum ab gerẽdo appellarũt. mox & Cartibulum. Tertium menſæ genus quadratum & ipſum, Vaſis modo deſtinatum, dicebat Vrnarium, Quod Vrnas cum aqua poſitas ibi potiſſimum habebant in Culina. In Iulii Pollucis Onomaſtico inuenias & hæc. Erant inqt, Menſæ primæ, ſecundæ, tertiæ. Tripodas dicebant, qbus illę ſupponerentur. Nam menſas ipſas etiam Magidas nuncupabant, ut eſt apud Sophoclem. Menſam numulariorum Demoſthenes Xylon uocauit. Alii etiam Pinaca. fuit & Menſa, quæ diceretur Logiſteria.

¶ Quid ſit apud Platonem, Narthecophoros eſſe multos, Bacchos uero paucos. Bacchus qd. Ebrietas Animæ duplex. Nectar quid. Cap. XIII.

Qvi Socratica inſtituta Chriſtianę integritatis eſſe Idolũ quoddã, & imaginẽ, aut ſaltem Vmbrã, ſcriptis ꝓdidere, Atq; inſtrumẽtũ Vetus Platonica confirmari theologia, ex qua, ueluti ex Equo troiano, Innumera ꝓdierint doctrinarum lumina, Nouũ uero Socratis moribus, & Sapientia, hi ꝓfecto, abſit inuidia uerbo, uel ſoli, uel cum paucis admodũ, reꝫ altitudinem, Quam illoꝫ hominum ingeniis arcana rõne artifex Deus inſeruit, ꝓcepiſſe uident. Nam ut de aliis nũc diſcuſſio nõ fiat, nec examen acrius, Quale obſecro illud eſt, quod ab Socrate in Platonis libro de Aĩa diſſerit? Nam cũ inculpati Philoſophi meditationem in eo uerſari docuiſſet, Vt aĩam ſeiũgat, diuellatq; a Corpore, Quoniã Vere, ingenueq; philoſophantẽ ita ꝓrſum ſentire neceſſarium eſt, ſe nõ alibi purius Sapientiã cõparaturꝫ, q̃ in futura poſt mortẽ uita. Addidiſſetq;, Virtutem Verã in purificatione ꝓſiſtere, Quæ fortitudine, Iuſtitia, Tempantia, & Sapientia demũ contingat. Mox infert, q̃obrem Qui myſteria ſanxere, haud quaq̃ negligendi ſunt. Nam arcana quadã rõne impẽſe nos admonere uident. qſqs inferos petat, non ita expurgatus, & initiatus, in cœno eum uolutari. Quæ maxima turba eſt. At q ſecus, cum Diis agere. Propterea inquiunt, Narthecophori qdem multi, Bacchi uero perpauci omnino. Sunt uero hi non alii, quam recte philoſophiæ myſteriis imbuti. Quid his paucis uerbis ſanctius? Quid Chriſtianæ ueritati magis conſentaneum? Religionem inquit, Sanctitatemq; prætendunt qdem plures, Sed quotusqſq; culpationibus reclinatis, Quas Vitæ deprecat caſtitas, Scopum pertingit, aut induit ꝓfectionem? paſſim quoq; Vocant oẽs, Electoꝫ tamẽ mira paucitas, Nemine nõ diſcum potius audiente, q̃ uere philoſophantẽ. Nam & Chryſoſtomus, Multi inqt, Sacerdotes, & pauci Sacerdotes, multi nomine, pauci re. non omnis Sacerdos ſanctus, Sed oĩs ſanctus eſt Sacerdos. Nõ Veſtis tenera, uti eſt apud Hieronymũ, clericũ facit, aut ſacerdotem, Sed caſta mentis intentio, humanæ ꝓprietatis retinẽtiſſima, Quæq; peccatoꝫ ꝓluuium prætextu nullo exemptum, purgatumq; eat. Sed cur nam Bacchus pro germano philoſopho, aut Viro ad unguem facto, ut Poetæ uerbis utar? Bacchum Platonici putant quandoq; Principem, ac ſummum quendam Sacerdotem. Hũc bis natum ab mythicis confingi tradunt, qa ſignificent, futurum Sacerdotem, ſtatim initiatum oportere renaſci. Vel Sacerdotis perfecti mentem Deo penitus ebriam uideri iam renatũ. Hoc ne qs miretur, Scimus ab Muſæo tradi, mirum Iuſtitiæ præmiũ perpetuam uideri ebrietatem. Quod ipſum antea per Dionyſii ſacra Orpheus inter ueteres theologos pilluſtris ſignificauerat. Cui propheticum illud non diſſentaneum eſt. Inebriabor ab ubertate domus tuæ. Ebrietatem in Anima duplicem intelligunt periti, Nam & Potus eſt duplex. Quippe Pars illa puriſſima, altiſſimaq;, qua uel ſuſtentantur diuina, uel conſtant, Nectar uocatur, & Deorum eſſe creditur potus. Inferior uero, ac turbidior Animarum potus nuncupat. diciturq; in Veterum doctrina Lethæus fluuius. Anima igitur in Corpus iãiam lapſura, Vbi ad inferiora defert, ſylueſtrẽ tumultũ, Vt Plato uult, incipit ſentire, delibutaq;, ac grauata Vinolenta, ut ſic dicam, alluuione diuinoꝫ obliuiſcit, & circa terrena delyrat, dumq; Corporeis amplius oblectat, & paſcit, in Corporeã degenerat naturã, totq;, ac tantis offunditur

errorib⁹, ut mẽtis acie hebetata in iis tantũ Veritatẽ quærat, quæ imagines ſunt, & Vmbrę. Vt Plotinus docuit ſciẽter. Deceptio uero hæc inter mala ꝓfum maxime noxia. Et hæc qdẽ Ebrietas una eſt, grauis, ac peſtilẽs, ob quam elegãter Anima infra ſe, & extra ſe ꝓſtitui recte dicit'. Huiuſce uero Ebrietatis initiũ ſtatuũt Craterem Liberi Patris inter Cancrũ, Leonẽq; locatum, qa deſcẽſuris animis illic ſylua influat primũ. Altera uero, quã nectaris cõciliat potus, fragilioris naturæ, Labentis'q; obliuionẽ inducit. Anima ita affecta diuinis intendit, illa ꝓtemplans uenerat'. Cæterę excellentiũ reꝝ fulgore coruſco quaſi hebeſcit primo, aut mirã dæ dulcedinis ſuccũ præguſtans ſuauiter, inſueto quodã ardore nouũ induit habitum prioris oblita. Sed poſtpaulo præguſtatã diuinitatis iucũditatẽ iam largius, clarius'q; intuens inenarrabile ducit inde ãlimẽtũ extra ſe qdem, ſed & ſupra ſe poſita. Ex iis opinor, liquet acri us intuenti, qd ita Bacchi noĩe Summatẽ Sacerdotẽ, aut Deo inhærentẽ Viꝝ Latices nectareos hauriẽtem Platonicoꝝ ſecretior doctrina intelligendũ dederit. Apud Grãmaticos eſt piſcis nomen Bacchus, quem chellarẽ uocant, & Oniſcum. Quod uero de nectare facta mẽtio, amplius ſciẽdum, eſſe q Nectar interpretent' Vinũ in Lydiæ Olympo ꝓcinnatum fauis ꝓmixtis, & floribus odoratis. Anaxandrides uero potũ accipit Nectaris noĩe, ſed cibũ, ſuccinit Alcmã quoq;. Sappho etiam Ambroſiæ Craterem dicit, Sed nec Homer⁹ eſſe deoꝝ potionem Nectar nouiſſe, creditur.

¶ Tres eſſe principes ſupra mũdũ. Iouẽ eſſe mũdi aĩam. Quid Dionyſi⁹. Itẽ q Titanes. Qui Typhon, Cacoethes, Sporadici morbi, Endemi, Epidemi. Cur hoĩes dicant' Dionyſiaci. Catacecaumene, Catacecaumenites Vinum. Cap. XIIII.

Ed nequẽ oĩno fallã, ꝓgam'q; porro` cõperta mihi in arcanis Veteꝝ libris inſ ſras dare. Admonẽdos cẽſui ſtudioſos oẽs, nõ uno mõ accipi Dionyſiũ ab illis. Veꝝ quo aptior tota res fiat, ſic repio. Theologos antiqores ita rõcinatos, Vt ſupꝫ Mũdũ tres hẽri principes, opinarent'. Oromaſin, Mitrin, Arimanin. i. Deũ, Mentẽ, Aĩam. Nec ignoro, a` Grãmaticis dici Arimaniũ, ab bellãdi furore, Dei ꝓpriã aſtruũt unitatẽ, Mentis ordinẽ, Aĩæ motũ. A` ſolo Deo primã ipſam in mũdo fieri unitatẽ partiũ, & totius. A` mente uirtute Dei ordinẽ unitaꝝ partiũ. Ab aĩa ſupioꝝ Virtute motum fieri opis ordinati. Hæc Aĩa prima in mũdo, tanq̃ aĩali ſuo regnãs, Vitalẽ uirtutem, Vt placuit Plotino, a` Centro. i. a` terra, uelut a` corde, ꝓ totum ꝓpagare uident'. Senſualem uero, & motricẽ a` Sphæris ſupioribus, uelut a` Capite inchoans, cæteris inde cõmunicare. Ab hac non aliter mũdanum corpus alitur, atq; ducitur, q̃ per Vitam inde Corpori addictam, quę Vita ab ſupiori ſubſtantia, quãtum ſubſtantia eſt, habet, ut alat, moueat'q; alendo. In hac uita Genituræ officiũ, ita cũ imaginatione ꝓcurrit, ut ſeſe mutuo moueãt. Sicut ad genituram parata eſt, ſic ꝓrſus imaginat'. ſicut uiciſſim imaginat', Ita fit ad gignẽdũ ꝓmptior. Aĩam hanc Orpheus Iouẽ appellat. Sub eius uniuerſali ꝓuidẽtia Dionyſii ꝓſtituit ꝓuidẽtiã .i. naturã, hoc eſt Vegetalẽ Animæ mũdanæ potentiam. Eius mẽbra ſunt rõnes reꝝ ſeminales in natura. Quæ qdem mẽbra quãdo p generatiõem quaſi ꝓcedunt in materiã, a` Titanibus diſcerpi finguntur. Sũt uero Titanes genituræ præfecti Dæmones, q ꝓſuaſi a Iunone. i. ꝓceſſionis, generatiõis'q; cura laniare Dionyſii mẽbra tradunt', quaſi Oſiridis mẽbra. i. uiuifi cæ ꝓuidentiæ ab Typhone ꝓcerpta, hoc eſt ab Dęmonũ geneficoꝝ duce, qa Cõmune illius in cunctis æque gignẽdis, & mouẽdis officiũ differẽtes inter ſe partiunt' in ſortes, rerum'q; ſpecies ad ſingula generando deducunt. Quod uero his adnectit' ex Orpheo item, Ob concerptionem eiuſmodi, deuorationẽ'q; fuiſſe ab Ioue tactos de Cælo Titanas, eum fere` ſenſum habet. Illos ad cæleſtia eſſe ꝓuerſos. Quod illis ardẽtibus enati ferant' hoĩes, ſignificat ex diuina eoꝝ cura hoĩes in lucẽ ꝓdiiſſe uitalem, Qui ea de cauſa Dionyſiaci nũcupent', Vt q ex Titanibus uideant' nati, quos Dionyſii mẽbra pauerãt. Siqs forte, ut & hoc attingam obiter, ſolicitius quęrit, quos nã dicamus genituræ præfectos Dęmonas. Legatis Platonis Timęũ, ubi poſt mũdi creationẽ inducit' princeps reꝝ deus Iunioribus diis Inferioꝝ aĩaliũ generatiõem mãdare, & hoĩs præſertim, q inqt, cum immortalibus appellatiõe ꝓueniat, diuinus'q; uocet', habeat principatũ. Iuſtitiã colat, ac Vos itẽ. Ego uobis ſemẽ, & initiũ tradã. Vos cætera exeq, par eſt, ut faciatis, generetis'q; animalia, & conſumpta rurſum recipiatis.

Poſtremo

poſtremo addamus & aliquid ex græco penu, Eſt regio Sole peruſta, quam Myſi poſſi-deant, & Lydi, exuta arboribus omnino uiſitur, præter Vitẽ. Catacecaumenen uocãt, Inde Vinum habetur uirtute præſtans, Catacecaumenites οἶνος uocatur. Ex quo & nonnullorũ perelegans circunfertur Iocus, Dionyſium dici recte πυριγενῆ. i. ex igne natum. Catacecau-menẽ dici coniectant de fulminum frequentia, quam Ceraunoboliam uocant, Auctor Ste-phanus. meminit Strabo. Eſt & eo nomine Erythræi maris Inſula. Quod ad Typhonem attinet, Eſt quidem eo nomine Ventus turbulentus, atq; item πυρώδης δαίμων. i. igneus Dæ-mon, Sed apud Galenũ etiam febris τυφώδης, Sicut Morbus κακοήθης, ut parergon hoc adnotemus, Qui re quidem magnus eſt, ac difficilis, nec Criſin habens certam. tametſi fa-cilitatis ſpeciem præferat. Legimus item Sporadicos dici morbos, Qui quouis tempore ob ueniant, & loco, Sicut ἐνδήμιος, Qui in certis craſſentur regionibus. ἐπιδήμιος, qui tempo-ribus quibuſdam plures eodem infeſtent loco.

¶ Quæ, & quot ſignificet Cora. Arrianus explicatur, & emendatur. Item de Dionyſio plura ſcitu digna. Cur dicatur Taurus, Taurophagus, Dionyſius, Sabazius. Vnde Sabbata. An Iudęi Bacchum coluerint. Ficorum inuẽtor, & fructuum, Ceruorum nomina plura. Vi-no aquã quis miſcuerit primus. Tripus Dionyſii. Item quid Baſſara, Scenophegia.

Caput XV.

Vodnam, dicat aliqs, ꝓpoſitum tibi eſt? Nos quidem a te racemationẽ quan-dam ex paulo iucundiore uindemia expectabamus, qua ingeniũ fieret inſtru-
q ctius, & Vita comptior, morum ratio excuſſior, limatior'q;. Tu uero ſubinde Herculis Cothurnum tibi inducere tentas, nec te intra pelliculam cõtines ſu-pra Crepidam iudicando, dum inſeris operi, Quæ exactius reqrant examen, & philoſophos lucernã redoleant. fateor, præguſtata ſuauitas, illud'q; Platonicos ſymbo-lum τὸ θεῖον, tranſuerſum ita me rapit quandoq;, ut mihi ſæpe uidear ad Lotophagos gẽ-tem diuertiſſe. Sed bene eſt, ſuppetũt, q me oblitum reuocent, Sed ita, ut reſpectare tamen liceat, & carptim, more bibẽtis in Aegypto Canis, quo paſcat' animus, pręcerpere. Ecce ue-ro Monitor primus Arrianus manũ iniicit, ac fronte rugoſiore, qd inqt, differs? qn meo me candori reſtitutum ꝓgis? Tu qdem de Dionyſio multa ex Platonicis expiſcaris. At Diony-ſius meus, quem Latini tui in ſecundo Alexandri geſtos Ioue, ac Cora ſatũ reddidere, qua-liſnam tibi uidetur? aut quam eſſe putas Coram iſtam? Ego uero tanti Viri auctoritate com motior intentius circũſpectare cœpi, & amplius indagine latiore teſqua omnia, & Vepreta, ac condenſa ſcrutari, Vt qppiam uenarer, quod hiſtorico nobiliſſimo appoſitũ leniret Sto machum, demum'q; reſupinata libros ſylua, hæc proruiſſe ſum uiſus. Coram quidem uarie capi in auctoribus. Primum'q; Moloſſorum gentem eo nomine puellas decenter forma cõ-ſpicuas nuncupare, propterea eorũdem Rex Ades filiam appellauit Coram, Quam rapere adortus ſit Pirithous. Sed & pro Virgine capi Coram, adnotauit Euſtathius, unde fiat for-ma deminuta, Coraſion. Ves & Coras Poetæ naues dicũt Protoploos. i. primum in aquã cõiectas, tanquam plane Virgines ſint. Coram item Græci pupillam in oculo uocant, quia ἐκ κοίλου ῥεῖ τὸ δάκρυον. ex concauo profluit lachryma, Vnde dicatur etiã Collurium. Eſt itẽ Cora impedimẽtũ ſiſtens ꝓfluuiũ, Et numi ſpecies. Corã uero dici puellam ex aliis q̃piam, nec legi, nec audiui, Sed Proſerpinã ita ab Gręcis nũcupari, nemo in Literis tam feriatus, q neſciat. Ita uero in Arriano fuiſſe tranſferendũ, argumẽto ſunt pleraq;, Et M. Tullius im-primis, Qui. iii. de natura Deos, ex Dionyſiis Vnũ Iouis, & Proſerpinæ filiũ recognoſcit, Coræ aũt minime. Scribit Clemẽs, Iouẽ cõmutatũ in anguẽ intuliſſe Proſerpinæ filiæ uitiũ, Vñ ſit natus Dionyſius, quo argumẽto ẽt Sabazios myſtica Draconẽ pręferunt in orbẽ cõ-plicatum. Hinc & Poetæ Draconem Tauri patrem dum concelebrant, ſymbolice, operte'q; Iouem innuũt, ex quo, & filia natus hic ſit Tauri ſpecie. Quare ab Lycophrone Taurus uoca-ti, ſcimus. Scribit Athenæus, Tauro, & Pardali aſſimilari Bacchum ex ebriorum uiolentia. Nam quod in tragœdia, cui attitulatio eſt Tyro, Sophocles Taurophagum uocat Diony-ſium, Id interpretant', qa Dithyramborum poetis in Victoria daret' Bos. Alii crudelem, & immitẽ accipiũt, qñ & Ariſtophanes Cratinũ ita infamauit. Sed ad Vinolentiam magis re-ferendum alii putant, quod Philœnus eſſet is, hoc eſt uino indulgeret largius. Et Dianam Tauropolon uocãt, non ab gente ſolũ, ſed et ab aĩali, ut ꝓbat Euſtathi⁹. Dionyſiũ uero dictũ

ſcribit Heſiodi interpres ueluti διθύραμβον, quia ſit Vini dator. Id antea Plato quoq; prodi derat. Propterea in Vindemiis faciẽ eius muſto tingere, ac ficis, cõſuetudo fuit uetus, Inde ab Siculis Bacchus dicebatur Morychus, quia μορύξαι ſignet polluere, ac fœdare. Lyæum dicunt non ſolum quia mẽbra ſoluat, ſed amplius, quoniam ex intemperanti potu cooritur ſæpe diſcordia, ſoluitur'q; hominum unanimitas. Sed & deridiculi gratia uocabatur Erebinthios, quæ Vox tum Legumen nobis indicat, tum pudenda Viri, Vt eſt apud Ariſtophanẽ. Quod conuitiũ paulo impudentiores etiãnum hoc tempore uſurpant. Sabazion uero appellatum uolunt a` tripudiis, quæ ab furentibus fierent, quando id a` barbaris σαβάζειν dicatur. Sabos autem dicebant ei deo conſecrata Loca, quin & Bacchos eius eodem enuntiabant uocabulo, ideſt Orgia celebrantes, ſic enim hi quoq; dicuntur, quãuis etiam Bacchus ſit Coronæ ſpecies. Inde ſimplici uulgo irrepſiſſe opinor in pleriſq; Italiæ locis, Vt pro agitare uſurpent Sauazare. Sabos inuenias uel apud Demoſthenem pro Cteſiphõte. Sabaziũ eſſe Dionyſium docuit Libro ſecundo Amphitheus. At Mnaſeas Dionyſii filiũ Accipit Sabazium. Lacedæmonios Soſibius tradit, Dionyſium colere Syciten cognomento, quia ficũ ab eo inuentam opinentur. Quo argumento Milichius etiam dicitur quandoq;. nam Milicha pro ficis uſurpari animaduertimus. Apud Naxios certe Simulacrorum facies nunc uitiginea conformatur, nunc ficulnea, prout uel Bacchus dicitur, uel Milichius. Pomorũ quoq; inuentorem Dionyſium ferunt, & Syracuſius ſignificat Theocritus, Quin & omnium, quę ἀκρόδρυα uocant Græci, quo nomine fructus intelligunt Arboreos. Scitu uero dignũ, quod in Sympoſiacis innuere Plutarchus uidetur, Sabbata Iudæorum ex huius uocabuli ratione nuncupari, Quando ab Iudæis Bacchum coli ſolitum, inde coniectat, quod ea ſe die inuicem ad bibendũ largius ſoliti eſſent inuitare. Mel porro` nec ſacris inferant, quod admixtũ oblędere uideatur uinum, Sed & apud illos Suppliciũ haberi maximum, ſicui mulcta ſic irrogetur, Vt certum tempus uino cogatur parcere. Ducit item argumentũ ex Pontificis habitu, qui feſtis diebus mitram geſtaret, Nebrida indutus auro diſtinctã, & tunicam quoq; talarem, ac Cothurnos, Propendentibus ab Veſte Codonibus multis, hoc eſt tintinabulis, Quæ inter eundum obtinniant, ſicut inquit, apud nos. Putat porro` hebræorum Scenophegia, quæ ſub tentoriis aguntur, menſis pomis omnifariam onuſtis, habere cum Baccho ſimilitudinem aliquã, quoniã Scenæ illæ palmitibus, & hedera compingerentur, & Vindemia imprimis uigente, feſtum ageretur, a` quo non multis interiectis diebus, Altera ſequeretur Celebritas, Bacchi uero nomine inſignis. Quin & aliæ, quas Craterophorias, & Thyrſophorias nominant, ab thyrſis, cum quibus templũ ingrediantur. Cæterũ quid intus faciant, neſcimus inquit, non aliud uero eſſe, quã debacchationes, ueri prorſum ſit ſimile. Siqdem tubis utuntur modi non magni, Sicut & Argiui in Dionyſiis. Cũ Citharis accedunt alii, quos ipſi Leuitas uocant, uel ab Lyſio, uel ab Euio, Bacchi cognominibus. Additur id quoq; ab Sue Iudæos abſtinere, quod ab eo genere ſit interemptus Adonis, quem eſſe Bacchum ferè conſtat. Sed de hoc uarie traditur, Immo'q; alibi plura. Hæc ſunt, quæ ex Plutarcho recẽſuimus, quæ quã Commentitia ſint, quantum'q; habeant uanitatis, uel me tacente, nemini obſcurum puto. Quod uero de Nebride facta nobis mentio eſt, amplius attendendum, Nebrida dici Ceruinam pellem. Quippe eſt Nebrus inter Ceruos, qui nunc primũ ἔορὰν ἐκλέχται, ideſt alimentum admittit, proinde Anacreon Nebrum nũcupat νεοθηλέα γαλακτινὸν, ideſt nuper uireſcentem, lactentem'q;. Grandiores paulo iam dici Cemades ualent. Perfecta demum ætate Cerui, niſi eos item, qui Achæinæ nuncupentur, aut Spathinæ, quædam ætatis eſſe diſcrimina, coniectet aliquis, uel etiam generum ex magnitudine, uel Cornibus interſtitia. Græci Scholiaſtæ in iis ſatagunt egregie, Sed ita, ut nec ſibi admodum ſatisfaciant. Ad ea uero, quæ dicta de Scenophegiis ſunt, dignum relatu eſt, dici ab Ariſtotele Scenopegiam nidi conſtitutionem, quam miro ingenio excogitant hirundines, implicito feſtucis Luto ad Lutariæ paleationis normam, quæ ἀχύρωσις dicitur, ideſt Achyroſis. Verũ prius, quàm ab hiſce reuellamur, q̃q̃ non nihil ueriti ſumus, uiſum iri quãdoq; naſutioribus, Iliade longiora nos ſæpe contexere, adiicietur illud quoq;, Bacchum ab Euſtathio deduci ἀπὸ τῦ βαχεῖν ab incondito ululatu, quo furentes Bacchæ perſonent. Poſtea inquit inſertã literam κ. quo expreſſio fieret tetri, immaniſ'q; ſoni. Quę ratio item ex Iacho Iacchum feciſſe uidetur. Bacchas poſtremo Baſſaras uocabant, proprie quidem, ſicuti Orion ſcribit. Sed

hinc eſt

hinc eſt etiam proſtituta mulier eodem dicta nomine, unde factum, licet coniectare, ut uulgo nunc in tranſpadana Italia Ancillas quoq; ſic fere nuncupent Maſſaras, deluxato elemẽto primo. Baſſaras nominat & Lycophron. Baſſarica pro Dionyſiacis interpretantur. dicitur quandoq; Baſſaris meretrix in Epigrammate. Herodoto autem credimus, ab Cyrenęis Vulpem dici Baſſarum. Quod autem paſſim pro humili, & depreſſo Baſſum imperita plebs uſurpat, illam, ut puto, originem habet. Quod Baſſos pro cauitate dicitur interdum græcis. In tam multis uero, quæ de Baccho conteximus, adiiciatur illud quoq; ex Philocho rimonumentis, Amphictyona Athenienſium regem Omniũ principem ab Dionyſio edoctum, Vino aquam promiſcere adortum, quo nomine ſurrigi homines ſint uiſi, quos meraca prius incumbat potio, unde Dionyſio erecta ara, quem ὀρθὸν uocant rectum. ſubſtructa proxime Nympharum quoq; in horarum ſacrario. Staphylus uini temperamẽtum Melampodi aſcribit. Tripoda Dionyſii, cum audis, Craterem intellige, nam ex Tripode dicere, uere loqui eſt. Vino autem ueritas attribuitur hinc Græci, οἶνος καὶ ἀλήθεια λέγεται.

¶ Dionyſiorum ritus. Qui ſint Phalli. quid Neuroſpaſta. Lucianus declaratur. Gellii locus emaculatur. Automata. De Phalacris, & Phalantho. Item qui ſint Phallophori Ithyphalli, Authocabdali. Phallica carmina, uel Ithyphallica. Item Oſchophorica. enarrat Columella in hortis. Hermata, & Phalangia quid. Item Hilarodia. Simodia. Magodia. Cinædologus. Ionicos Logos. Sotades. Diceliſtæ. Sophiſtæ. Caput XVI.

Ionyſia inquit in moralibus Plutarchus, ueteri ritu cum multa ꝓfum, & feſtina hilaritate agebantur. Erat qui Amphoram uini ferret, & Vitem. aderat
d & qui hircum traheret. Alius Arrichum. i. Ciſtam, aut Cophinũ, in quo Caricæ forent, geſtabat, Omnes autem Phallum, Sed nunc inquit, negliguntur hæc, obſoleuerunt q;. hactenus ille. Quid uero Phallus hic ſit, ſcio anxie quęſituros ex ſtuſtioſis multos. Herodotus quidem in Bacchi ſacris phallos agnoſcit, ideſt ficulnea ueretra è collo propendentia, nunc & eorum loco ab Aegyptiis excogitatas ſtatuas cubitales, quas per pagos circunferrent fœminæ. mentula, quæ propemodum inſtar eſſet corporis reliqui, innuente, & præeunte tibia. Sed & Mercurii ſtatua ab eodem, ueretro porrecto celebrat. Verum & Phallos duos in propylæis Deæ Syriæ permagnos memorat Lucianus, Quibus ita inſcriptum foret græce quidem, Sed in hunc ſenſum. hoſce Phallos ipſe Dionyſius Nouercæ Iunoni dicandos curaui. poſtea hæc ſubdens, Phallos inquit, Dionyſio Græci excitant. In quibus ex ligno deformatas hominum imagunculas geſtitant, pudendis magis prominentibus. Vocantur hæc Neuroſpaſta. Sunt uero hæc obiter, Vt lucem quoq; Luciano inferamus, quaſi tu dicas, neruis mouentia. utitur eo uerbo Athenæus, & in libro de mundo Ariſtoteles, quem locum Apuleius ſic eſt interpretatus. Aſtutia unius conuerſionis multa, & uaria pariter adminiſtrant. Etiam illi, qui in Ligneolis hominum figuris geſtus mouent, quando filum membri, quod agitari ſolet, traxerint, torquebitur ceruix, nutabit Caput, oculi uibrabunt, nec inuenuſte totum uidebitur uiuere. Meminit etiam quodã loco in noctibus atticis Gellius, ſed maxime uitiato codice, nã modo legitur Neurobapha. Automata uero apud Mechanicos dicuntur, quæ per ſe motari uidentur. non lõge ab neuroſpaſtis diſſita, nam & Automati ſunt, qui non uocati ad cœnam pergunt. Sicuti rhapſodia Iliados ſecunda apud Hom. dicuntur & Autocleti, ideſt αὐτόκλητοι, hoc eſt per ſe uocati. Automata porro appellantur temere, fortuitoq; eueniẽtia, ab Neuroſpaſtis dicitur Neuroſpaſtice Ars, quam tamen non uideri ſeriam putat Euſtathius. Automata dicuntur miracula ab Ariſt. de animalium generatione libro. ii. Sed & Automata Oua, quæ cõſtiterint ſponte, nec ſuum mas inſperſerit ſemen. Sed redeo ad Phallos, de quibus alii ſic prodũt, eſſe oblonga ligna in ſummo habentia ex corio pudenda. Quidam tradunt, forma eiuſmodi è collo, & femoribus pendula, ſolitos in Dionyſiis ſaltare. Phallum etiã dicimus in Galeæ fronte prominens ornamentum, ſiue claui ſint prælucidi, ſiue Scuta quædam breuia admodum, ut ſcribit Euſtathius? Phalon enim illuſtre ſignat, aut clarum, quia Phaos dicatur lumen. Vnde & Phalacri pro caluis, quia albicet iis caput, aut denudatũ, apertumq; ſit. Phalanthos etiam hoſce dici inuenimus apud Pollucẽ, quoniã albicans capillus uocet Anthos.

Phalion uero album dici, indicio ſunt Equi Phalii nuncupati, quibus albicet frons. Sed & hominem uocamus Phaliũ albis in fronte capillis. Quæ uero dicuntur φάληρα, ideſt phalera, ſunt crici in Galea, ſiue annuli circa tempora, malas'q; quas partes παραγναθίδας nũcupant. Phaleras uero eſſe frontis equinæ ornamenta, ſciunt omnes. Erãt & Phallophori, Ithyphalli. Autocabdali Muſicorum ſpecies, ut eſt apud Athenæum. E' quibus hi quidẽ ex hedera Coronas geſtabant. Ithyphalli uero temulentorum perſonis, contegebantur, habebant Chirothecas affabre elaboratas, necnon talarem tunicam, produci'q; uoluptatis cauſa ſolitos, Athenæus ſcribit. Phallophori autem papyraceo tegumento faciem conuelabant, hedera, & uiolis Coronati. Autocabdalõ pro rate multi etiam interpretantur. Sed proprie ita uidetur dici utcunq; ſubacta farina. Qui uero Phallos erectos in inguinibus tantum ferebant, dicti ſunt Ithyphalli. Nam phallica uocantur Carmina, quæ cum tripudiis ſtãte Phallo canebantur. Sed Pollux Ithyphallica nuncupat, Sicut Oſchophoria, quæ in Oſchophoriis canerentur, quod feſtum erat ab ramorum, quos Oſchia uocant, latione ita dictum. Sũt in eo genere qui uocantur Hilarodi, quos nonnulli etiam Simodos nuncuparunt, quod Simus Poetas id genus præcelluiſſe ampliter uideatur, quod Ariſtocles ſcribit. Erãt & Magodi, Qui fere' Lyſiodi uocitantur. Videtur Magodia inde nomen indepta, quod Magica proferrentur, & pharmacorum poteſtates. fuit & Cinædologus, qui etiam Ionicos dicitur Logos, & Ionicum Poema. In iis Sotades uiguiſſe imprimis cõmemoratur, qui Maronites fuit, Vti pergamenus prodit Caryſtius. Apolloniũ habuit filium, qui de patris ſcripſit Poemate. Suus erat Spartanis quoq; Comicus Luſus. hunc qui obirent, apud Laconas uocabantur Diceliſtæ, quãquam euariante apud alios appellatione, Phallophoros ſiquidem appellant Sicyonii, Quidam Autocabdalos, Sophiſtas nonnulli. Iam opinor, ex iis, quæ de, Ithyphallis obſeruata tradidimus, lux multa Columellæ uerſiculo accedit ex hortorum cultu.

Sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen uenerare Ithyphalli,
Terribilis membri, medio qui ſemper in horto
Inguinibus puero. prædoni falce minatur.

Non omittamus poſtremo, quæ proferri ex Euſtathii theſauris ualent. Phaleridas Veneri coniunctas putari, non propter Ithyphallos modo, uel etiam Phallos, Sed & ex albedinis ratione, quæ in animali uiſitur ſemine. Cuius ineſſe ſimilitudo pnoſcatur in Phaleridum nomine. Phalium quippe album dicunt. unde & Phaleræ. Phalangia uero ad hæc prorſum faciunt nihil. Sunt tamen eo nomine, ſubiecta nauibus ligna, uelut fulcimenta, quæ item dicuntur Hermata, quaſi ἐρείσματα, ut auctor probat Euſtathius, nec flatilis repugnat, regula dictante, Vocalem breuem in ῐ̄, deſinentem, illato mox μ̄, aſpirari, ut hormos, harma, hormatos. Eſt tamẽ Herma inaurium genus muliebre. dicuntur & hermata dolorum quãdoq;. Imponitur & nauigiis herma. Citra quod ſi fuerint, dicuntur Anermatiſta, ideſt ἀστήρικτα, ἄσταλα, ideſt infirma, inermia'q;. Herma ſaxum prægrande interpretantur Grammatici, nam & Arrianus ſcribit, Herma im poſitum puppi, ut eo pondere protolleretur Prora.

¶ De Phellis, Item Phelleis, & Phelletis. Qui Phellopodes. Cap. XVII.

1 Egebam Iulii Pollucis Onomaſtici librum primum, Vbi Piſcatorum inſtrumenta recenſens, Linum nominat, Phellos, Molybdænam. Quærebamus, Cuiuſmodi nam forent, qui nominantur Phelli. Nam alibi idem Pollux in ratione capiendarum purpurarum, ab Porphyreis, quos eius piſcis indagatores intelligit, Cypſelas ueluti naſſas quaſdam ex Sparto, uel iunco contextas, & illitas demitti per funiculum ſcribit, ex Phellis propendentem, ut emineat. Sed & Plutarchus in libro de Romanorum fortuna, Caium Pontium ab Camillo tranſiturum in Capitolium, quod ab Gallis obſidebatur, dũ Tybrim tranſmitteret, φελλὸς παλαιᾶς ὑποστορέσασθαι hoc eſt phellos latos pectori ſubieciſſe ſcribit. Comperiebam in libello quodã, in quo Rhetorum obſcuriora uocabula explicantur, Phelleas dici apud Iſeum loca petroſa Capris compaſcua. Vnde & Phelleus apud Ariſtophanẽ in nebulis eſt in Attica locus inæqualis, & ſupercilioſus, & aſp. ex hoc & Dores punicoſos lapides dicũt Phelletas. Eſt & in libris operimentum

mentum extrinsecum Phellas. Sed hæc ad rem nihil. Phellos id esse uidetur grecis, quod latine Suber. Cuius est natura, ut mergi nequeat. propterea Græci ἀβάπτιστον φελλὸν uocāt, quasi tu dicas immersabilem phellum. Vnde elegantissime Pindarus eum, qui insita uirtute, impenetrabilem se quodammodo seruat fortunæ telis, nec deiici nouit, aut dari pessum, esse tanquam phellum pronuntiauit. Phellopodas uero Lucianus quosdam fingit, qui per mare currentes non mergerent, qm̄ inqt, Phellinos hērent pedes. Ex phelli. i. Suberis similitudine est apud Vitruuium libro. ix. in Horologii aqualis ratione, Phellos, siue Tympanū, aut Scaphum, quod ab aqua subleuatur. Sunt qui ita scribant, Phellum esse in Italia montē, in quo Piceæ proceriores gignātur, ex quibus Phellus, siue Suber conficiatur. Phellessæos esse dicit Stephanus Vmbris adiacentes populos ad Iapygiam, sicuti commeminit lib. vi. Eudoxus. Idem putat Phelleos de locis dici omnibus, quæ infra petrosa sint, tenui superiecta terra, ad Olearum plantationem peraccommoda, Phellum & Antiphellum in Lycia ciuitates recognoscit Alexander polyhistor. Phelonem pro tunicula positum legimus.

¶ Quam habeat rationem Adagio, Camelus bactriana. Pluscula de Camelis. Perpensus Plinii locus. Camelus pro fune. Quid Camelaucium. Cap. XVIII.

c Amelum bactrianam, καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, idest bicolorem hominem uenisse in prouerbium in Aegyptia historia animaduertimus, aduersus eos, quidem, q ea promunt, quæ admirationi putant futura, re aūt ipsa uel meticulosa sunt, uel plane ridicula. Adagium rōnem habet eiusmodi. Ptolemæus Lagi duo quædam inusitata in Aegyptum induxit, Camelum bactrianam insigniter nigram, Bicolorem item hominem. Ita ut medietas quidem ex æquilibrio summe foret nigra, reliqua portio albedinem præferret eximiam. Conueni entibus igitur in Theatrū Aegyptiis, alia utiq; non pauca spectaculo digna exhibuit. Demū stuporem nouitate rei, ac inusitata specie iniecturus, Camelum produxit, & semialbum hominē. Cæterum Aegyptii Cameli aspectu territi paulo minus prosilientes mandarunt fugæ præsidium, etiam si auro esset ornata egregie, ac purpura instrata, freno quoq; lapillis interlucentibus conspicuo, e Thesauris Darii regis, uel Cambysæ, aut ipsius Cyri. Ad hominis autem illius, ita colorib⁹ distincti, &, ut sic dixerim, uariegati, intuitum partim fusius riserunt, partim ut mōstrificum quiddam auersati sunt. hinc Lucianus δέδοικα δὲ, μὴ καὶ τὸ εὐμὸν κάμηλος ἐν αἰγυπτίοις ᾖ. sum ueritus inquit, ne libelli mei perinde fiant, ac Camelus apud Aegyptios. De Camelis Aristoteles multa, & Plinius. Cameli in dorso tuber uocant Hybon. i. ὕβον, q̄q̄ & eo nomine intelligitur Collo q est obtorto. Iulius autem Pollux ita prodit. Ad belli usum Asini, q dicuntur Scenophori. i. Sarcinas gestantes ꝑnecessarii habentur. Boues item, q Currus trahant. Muli utrunq; præstant. Camelorum quoq; gerula opera expetit. Sed in his etiam Bactrii pugnant, quod sint Eqs celeriores, & magnitudinis rōne formidabiliores ēt. Et qa nō infestentur siti, utiq; laboris patientiores. Quibus longiore itinere fatiscunt pedes, Carbatinas adhibere, moris est. Herodotus auctor est, Camelum in posterioribus cruribus quatuor gerere femora, & genua totidem, & Veretrum inter posteriora crura, quod Caudam spectet. Porro Camelis iunctis Indos tendere ad auri furta, quod inquit, custodiant formicæ, quæ Vulpes excedant magnitudine. Adiicit Philostratus, Indos ad Cursum Camelis uti, his q; uno die stadiorum mille iter conficere. feruidum præterea animal est, proinde q; lasciuum, ex quo in uespis Aristophanes festiuissime, Phocarum inquit, odorē habebat, Lamiæ uero testiculos illotos, Cameli autem podicem. Iureconsulti titulo de muneribus, Camelariam dicūt Camelorum curationem, Quæ publica pecunia alebantur, & Camelarios curatores ipsos, quod munus inquit Arcadius, personale est. Exciderat pene, quod dissimulandum non fuit, Camelos in admirabilium relatione tradit Aristoteles, nūquam coisse cum matre. Obseruatum id & in nono Auicennæ libro, qui est de animalibus. Sed & Aristoteles in Libris Argumenti eiusdem, id ipsum cōfirmat. Hoc idem & in Equis ex Plinio astruere conantur aliqui. Quod tamen falsum conuincimus ex Aristotele libro sexto. nam cum docuisset, Salacissimum tum fœminarum, tum marium esse Equum homine excepto, paulopost inquit, Equi uel suas matres, & filias superueniunt, atq; tunc perfectum esse armen-

tum uidetur, cum parentes ſuam ineunt prolem. Suppetit Ouidii auctoritas ex decimo metamorphoſeos. Coeunt animalia nullo.

Cætera delicto, nec habetur turpe Iuuencæ
Ferre patrem tergo, fit equo ſua filia coniux.

Camelum uſurpant quidam, literis nil immutatis, genere tantum diuerſo, pro anchorario ſune. Vt illud Euangelicum, Camelum facilius eſt, per foramen acus intrare, quam diuitem in regna Cælorum. Sed doctiſſimi Grammatici, & Ariſtophanis interpres, & Sudas quoq; per i, malunt ſcribere Camilos. Camelaucium uero inquit idem Sudas, dictio romana eſt. dici tamen etiam græce poteſt, παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν, quia calorem defendat. Eſt autem Camelaucium, ut Ariſtophanii enarratores tradunt, quod prius dicebatur Philidion. i. galericulus. Illud uero fuerit leuioris operæ, quod præcipiũt Etymologici, Camelum inde uideri appellationem duxiſſe, quod excepturus onera humi hoc eſt χαμαὶ conſidat, ueluti Chamelus. Sed inquiunt, uaſtioris ſoni litera in exilem tranſiit.

¶ Hominis, & Animalium ortus ex priſcorum Theologia. Prometheus cur dicatur homines finxiſſe ex luto. Quo ſenſu dicatur, Prometheus es. Coroplates quid. Quid Prometheus ex Plotino. Caput XIX.

h Ominem, quem Mercurius miraculum ingens eſſe dicit, Ex limo terræ confictum, non ſanctæ modo ꝓdocẽt literæ, Sed in Menexeno, Protagora, & Politico, atq; Critia teſtatur Plato, prouidentia diuinæ bonitatis id agente, ab terra olim propagatum, cum artificis ſui imagine, ob id'q; Theoiden appellatũ. Nec tamen inficiat' idem exundante amplius humoris elemento, mox'q; reſidente eo, ex humidatis copia, & inſequentis æſtus terram tot, tanta'q; fœcũditatis ſemina concipere, Vt cuiuſq; modi prorumpant inde Animalia, abs qua origine ſpontali neho mo quidem abiungatur. Quod & in Aegyptiorum doctrina contineri nouimus, Atq; item Arabum. Sed Algazeles tradidit maxime, nec Auicennæ diſplicuit in tractatu de diluuiis. Et Maro comprobaſſe uidetur illo Verſiculo, Terrea progenies duris caput extulit aruis. Georg. ii. etiam ſi modo ferrea legitur in Vulgatis codicibus. ſuperioris ſententiæ auctore Lactantio. Et nos alibi ſuper reiſta copioſe diſcernimus. Poetæ uero, quorum doctrina multiplex, atq; interim recondita eſt, Ab Prometheo de terræ luto effictum hominem prodiderunt, aut obſcuritatis inuolucro, aut inſcitiæ nubilo Artificis Veri nomen ementiti. Aut qa, ut Annalium tertio meminit Aphricanus, nec tacuit in libro temporum Euſebius, eloquentia, & ſapientia ſua Brutam ducentes uitam, ad Ciuilem reuocauit modeſtiam, & ſcientia transfigurauit. quãq; ut Auguſtinus auctor eſt, non oſtenditur, quiſnam illis temporibus ſapiens fuerit. Siue quod primus omniũ ſimulacrum hominis de pingui, ac molli luto formarit, ab eo'q; nata primum ars ſit, Statuas, ac ſimulacra fingendi, Quoniam Iouis temporibus floruerit, Quibus templa conſtitui, & noui Deorum cultus obrepere cœperint. Cæterum utcunq; interpretari collibuerit. Ex fabulæ, ſeu ueritatis argumẽto comminiſcitur Lucianus, appellatum ſe a' quodam Prometheum, quod Librorum eius ratio noua foret, & inſolens, ex Dialogo concinnata, & Comœdia, Quæ inter ſe longe diuerſa ſint, & ut aiunt, Diametro diſparata. An me forte Prometheum inde arbitraris inquit, quod inuenta mea lutea itidem ſint? Agnoſco ſimilitudinem comparem illi me fateor, nec recuſo, Peloplaton, aut Plaſtem, ſiue figulum me uocari, quãquam uilius ſit lutum mihi, & ex triuio, & fere' barbarũ. Quod ſi orationem perdignam laude arbitratus, Sapientiſſimum ex Titanibus in ea miraris, Vide ne Ironiam aliquis putet, ac Laudi naſum atticum ineſſe. Vnde enim mihi inuentionis præſtantia? aut quæ demum Sapientia præcellens, uel prudentia in meis fuerit libellis? proinde mihi ſatis ſuper'q; ſit, Si non terrea hæc, & prorſum digna Caucaſo iudicaris. Vos nimirum Promethei uerius, quotquot in iudiciis cum laude uerſamini. Veſtrum enim opus uerum ſpirans, animatum'q; eſt, ineſt quoq; ignea quædam uis, quod ex Prometheo utiq; ſit, niſi quod non ex Luto fingitis, ut ille, Sed pleraq; auro cõflant'. nos ſimulacra quædam confingimus, proponimus'q;. Argillam omnino tractamus, quemadmodum, qui uocantur Coroplathi, qui puppas neſcio qnas pueriles, & id genus imagunculas quorũcunq;

animalium

animaliũ ex luto parte plurima, Sed & ex alia interim materia fingant. Sed idem operi mo/ tus non adeſt, neq; item anima, riſum modo, & Voluptatem tota res habet. Proinde ſubit quandoq; ne ita Prometheum me uoces, Sicuti Cleona Comicus Poeta. Nam & Athenie ſes ſuo illo attico naſo, omnes, quorum artificium eſſet non ſine Luto, & igni, Prometheos nuncupabãt, perinde ac ollulæ, friuola ſunt, & quaſſa noſtra omnia, & quæ, uel lapilli inie/ ctu tenui, comminui tota facilitate poſſint. Sed non hoc forte ſenſu dicor Prometheus, Sed cum laude potius. Nam quæ modo ſcribimus, non trita incedunt Via, nec Archetypa, quæ imitemur, habent. Sicuti homines, qui non extabant, excogitauit ille, ac effinxit, Cui affuit Minerua inſpirans lutum, & faciens animatum. Hæc quidem Lucianus. Sed ſi ducem ma/ gnum ſequenti honeſtus error eſt, Video id quoq; nec minus docte adiici poſſe. Solent nõ nulli male feriati, & de re literaria hoc noſe male merentes, ingenio nullo, doctrina, ſiqua ea eſt, tenebricoſa, & nulli rei, manu, ut ſic dixerim, prurire, ita gloriolam quamlibet toto, quod dicitur, pectore captare, ut ab condendi ſtudio, quo ut maximus quiſq; eſt, ac ſcientiſ/ ſimus, ita terretur imprimis, & fatigatur, nulla ratione auerti ualeãt. Sed quod Prometheũ feciſſe memorant, omentum uix, & pinguedinis neſcio quid offibus inducant, eo lenocinio exchartabula linientes, ut Abſinthites lateat, & illecti ſtudioſi mellito guſtulo præcipitent in laqueum, & ſub purpurato titulo de aureo Babylonis calice bibant. Cõquirũt inſcriptio/ num miras uarietates. Cerion ille appellat librum ſuum, uel nugas meras potius, Et fauum intelligi uult. Alius κέρας ἀμαλθείας, Quod Copiæ cornu, Veluti lactis gallinacei ſperare poſſis in uolumine hauſtum, ut Verbis nobiliſſimi auctoris rem exprimã, & propter quod deſeri uadimonium poſſit. At cum intraueris, bone deus q̃ pſyrica omnia, q̃ omnino nihil, niſi oſſeum, nihil non ſimplarium. Hoſce ego Prometheos uere dici, & eſſe arbitror. ferunt ſiquidem, qui iſta curioſius conſectantur, Prometheum Carnium diſtributioni, quã uocant Creonomiam, præpoſitum lepide admodum, & feſtiue Ioui imponere adortum, qppe nil ueritus diuinitatem ſummatis Dei, ſibi quidem præpinguia, & ſapida ſubduxit, Ioui autem Oſſa modo appoſuit obducta ἀργῷ πιμελῷ, ut Heſiodus inquit, ideſt pinguitudine candi/ da. Quo nomine, ſimul quia homines finxiſſet, & Ignem furto conciliaſſet hominibus, Vul cano, & Mercurio dicitur ab Ioue traditus in Caucaſo ſuffigendus. Ex hoc item facto Lucia nus in ſermone, qui eſt de Mercede ſeruientibus uice prouerbii uſurpat προμηθέως μερίδα. ideſt Promethei portiunculam, uidelicet ὀστᾶ κεκαλυμμένα πιμελῇ. ideſt pingui cõtecta oſſa. Nos uero, quod cœpimus, adiiciamus Coronidis loco, tanquã bellaria quædam ſcitius con dita, quæ ſomniculoſum excitent lectorem, altius uellicando. Legimus apud Plotinum pri/ mo de dubiis animæ. Naturalem quandam prouidentiam in Vitali animæ mundi parte re gnantem ſub Promethei cognomento, ex luto. i. materia prima ſtatuas, ideſt res naturales effingere, atq; eſſe huic opificio partim qdem alligatã, partim quoq; ſolubilem, nec eſſe hic Epimetheo. i. temeritati locum. Quod ad fabuloſa ſpectat. Promethei in Caucaſo religa/ ti meminit lib. V. Arrianus, Sed & Qu. Curtius rerum geſtarũ Magni Alexandri libro. VI.

¶ Omnium, quæ de Prometheo traduntur, enarratio allegorica. Quid Hepar, ſiue Ie/ cur Promethei. Quid Aquila. Pandora. Obiter de Briareo pauca. Epimetheus. Iapetus. fe rula. Ignis. Caput XX.

e T quia ſenſum allegoricum, qui in Promethei fabula ſcrupuloſo cluditur in/ uolucro, breuiter admodum attigimus, & quod dicitur, uix ſummis labiis gu ſtauimus, ſuccurrebat mihi, ut fuſius, & Campo latiore rem ipſam exequerer. Sed quoniam non parum multa ſunt in hoc negotio, quæ Delio indigeant natatore, ut quæ ex intima promantur philoſophia, proinde q̃ cimmeriis in/ uoluta tenebris. Commodius eſt uiſum, monere omnes, ſiqui ſunt horum ſtitores, ut ita di cam, Platonicos adeant. imprimis uero accurate Platonem ipſum in Ciuili, Protagora, & Gorgia, in quibus Commentationibus Vir ille multa promit ueteris Theologiæ ſemina. Nos interim amœniores petemus ſeceſſus, edocturi harum Lectionum ſtudioſos, quæ ab Græcorum Grammaticis ad hoc pertinentia fuerint animaduerſa, & prodita. Igitur inqui/ unt, Agrœtas tertio & decimo rerum Scythicarũ ſcribit, Aquilam Promethei iecur depaſci

ſolitam, inde uideri receptum uulgo, quod is præfœcunda potiretur regione, Sed quam tamen fluuius Aetos. i. Aquila maxime infeſtaret. Scimus autem hepatis, aut Vberis appellatione fertilitatem plerũq; ſignificari. Cum illuc acceſſiſſet Hercules, re pſpecta, fluminis impetum, & copiam alueorum crebritate exinaniſſe, atq; inde iudicatũ, Aqlam peremiſſe, & a` uinculis ſoluiſſe Prometheum. Sic quod obuium erat fabulæ inuolucro factum obſcuri⁹, uclut in Briareo quoq;. Quippe prodit hiſtoria, eſſe in Aſia tumulum Aegeonis nomine, abs quo fontium proſiliens multitudo circũiectos impinguet Campos, Sed non in hoc idẽ omnibus uidetur. Theophraſto magis placet, Sapientiæ ſtudioſum fuiſſe Prometheum, ac omnium primum hominibus philoſophiam eſſe impertitum, Vnde inuulgatum fabulis, Ignem ab eo diſtributum. Herodotus adiicit, Scytharum Regem hunc fuiſſe, Cum'q; eius imperio obnoxia regio ſumma neceſſariorum laboraret inopia, nec ſuccurri ab rege poſſet, quod Aquila fluuius excreſcens nimio plus agros dilueret, ibi coortos homines in uincula Prometheum conieciſſe. Herculem uero illum liberaſſe, & fluuium corriuaſſe in mare. Duris autem ſcribit, ob Palladis amorem in Caucaſo eum fuiſſe colligatum, quo argumento Caucaſios nec Ioui, nec Mineruæ rem diuinam facere, Herculem autem colere imprimis. Cæterum ne id item omiſerim, auctor eſt libro. ii. Pherecydes, Aquilam immiſſam Prometheo, ex Typhone, & Echidna Phorcynis eſſe natam. Quod'q; illa interdiu abſumeret, ſoli tũ noctu ſuccreſcere. Quod uero ad Oſſa Ioui appoſita pertinet, hũc reperio ſenſum, haud equidem aſpernabilem, ſiquis dogmata ueterum de Anima, & Empedoclis præcipue admittat, Quibus Animas placet eſſe apud Opificem Deum ante, quam in Corpus delabantur, atq; illic proficere, ac perfectiores nanciſci gradus. Rationalis igitur animæ mens Promethei nomine ſignificata penes diuinam prouidentiam cõſtituta, quam Iouis nomine intelligunt. ſortita incorpoream uitam cibi haud indigam, Impetum concipit ad terrena hęc, & corruptibilia, quo nomine confeſtim pœna conſequitur, Vt illinc præcipitentur in Corpus. propterea Heſiodus prudenter peiorem ſcribit contentionem neceſſario amari ab hominibus ob irrationalem uitam, quæ obuenit, delabente in Corpus anima. Oſſa itaq; Veritatis inſinuant nobis tegumentum. Oſſium ariditas, & perfecta nuditas Vitam præmõſtrat extra Carnem, & cibi neceſſitatem. Nata inde uoluptas, & ſpiritale gaudium per pinguedinem oſſibus obuolutam ſignificatur. Mens igitur Ioui imponere tentat ſubtractis ſibi adipatioribus. Illi autem oſſeis appoſitis, quoniam ad inferiora reclinata Corpoream Vitam eſt amplexata, quæ Carnem habet ac pinguedinem, Deum ſpiritali ſtatui reliquit, Quod ſane` primum apparuit mentis peccatum. Ignis nomine Intellectualis oſtenditur Vita. Náq; latet hæc, ſicuti ignis ante, quàm in materia concipiatur. Ignis uero furtum in concaua ferula manifeſtius aperit tranſitum ab intelligibili, & obſcura, latenti'q; Vita ad ſenſibilẽ, & alienam. Ferula nil plane` aliud eſt, quàm Corpus. Vt enim illa ignem operit, conſimiliter animam Caro. porro` ſicuti ferula debilis, pari modo & Corpus. Poſteaquam uero electione propria Mens affectare terrena cœpit, Iubet diuina prouidentia ex elementis quatuor compingi, Pãdoram, ideſt humanum Corpus, fœmineo nomine ſignificatum, quod Carnis debilitas minimo exolui poteſt. dicitur tamen Diis ſimile, quia humanum genus etiamſi non numero, Specie tamen ſit idem, ſeruetur'q; perpetuo, ac uigeat. propterea Virgo fingit' Pãdora. Ioannes tamen grammaticus Artium inuentionem Pandoræ nomine, accipiendam putat. Aquam uero ſubactam dici, & terram ob nauigatiõem excogitatam. Aut per exochẽ quandam Agricolationem intelligamus, a` qua profluunt omnia, quibus alimur. Pithos autem hoc eſt Pandoræ dolium fati potentiam indicat. Quæ prodeuntibus ad generationem animis bona diſtribuit, uel mala. Vnde multi dicantur εὐμοιρoι, alii uero κακόμοιρoι, quod eſt boni fati, aut mali. Sed hoc ipſum fatum Vocat Heſiodus Διὸς νõν, ideſt Iouis mentem. Id'q; ex Stoicorum hæreſi. Cęterum de Epimetheo quid nam ſtatuimus? Mens noſtra dum diuinitate inſtructior inſita, exactiore libra rerum qualitatem prius quàm omnino quicquã capeſſat, expendit, peruidet'q;, dicitur Prometheus, ideſt prouidens, & præſentiens. dum uero inſcitiæ nubilo obducta nil fatagit, ſed incertis fortunæ flatibus Vitæ rationes, tanquã uela expandit, tunc poſt malum reſipiſcentis, conſultantis'q;, hoc eſt Epimethei nomen accipit. Horum pater fingitur Iapetus, ideſt pernix & rotata Cælorum uertigo. Cum Cælo præterea Analogum quiddam humanum caput ex poſitu ſphęrico habere cognoſcitur.

Proclus

Proclus Iapetum accipit Θεὸν νοερὸν, Deũ intellectualem, qui ſit cauſa cæleſtis motus, unde etiam dici à Theologis Iapetum παρὰ τὸ ἰέσθαι καὶ πίπτεσθαι ab inceſſu, uolatu'q;. Cæleſtem Sphærã eo nomine intelligi mauult Euſtathius. Ignem a Prometheo ſurreptum νᾶν intelligit τεχνικὸν, ideſt artificialem mẽtem, nam Luminis cauſa inquit, ignis eſt. Proinde Icona habet artificialis mentis, qua uiuunt homines intellectualiter primum. Ferulã putat typum habere ſenſibilium. Eſt enim Dionyſiaca, ut Dionyſii ſacris initiati mõſtrant ναρθηκοφορῶντες, hoc eſt ferulam geſtantes. Qui Deus creditur Senſuũ auctor. Ignem fabula tradit, delatum primo in Aetoliæ Ciuitatem, Quæ ex eo argumento ſit dicta Pyrenia.

¶ Enarratur locus Propertii. Quale ſit Pharmacum Prometheũ. Itẽ Promethei Theſſali hiſtoria. nec non de Argiuo Rege Lacyde. Cap. XXI.

Iſceptatum diu inter eruditos arbitror, Qui Propertium atterunt lectione aſſidua, ſuper illis Verſiculis ex libro ſecundo, ad Tullũ, Vbi de Cynthia quæritur, quæ in Baiano feceſſu, notiſſimo Vitiorum diuerſorio, in alterum uidebatur amorem ſuum corriuaſſe, ex quo indignanter Poeta, atque ob id dolens acrius, illuc erumpit.

d

Inuidiæ fuimus, num me Deus obruit? an quæ
Lecta prometheis diuidit herba iugis.

Sum admiratus, Virum alias doctiſſimum, & oleo multo, multa'q; opera bene, atque adeo inſigniter de re latina meritum, eum conniuenter tranſiluiſſe locum, nec ſuppetiſſe, quid peculiarius afferret, etiamſi multus ſit harum rerum conquiſitor. Sed inter tot uigilias, ſemel, atq; itex obrepſiſſe Somnum, minus fortaſſis mirandum. Vex amota omni Veſica, contenderim Eruditum Poetam ſignificaſſe, ex hèrba pharmacum, quod Prometheum Apollonius argonauticon tertio uocauit. Cuiuſmodi foret ea, nec edocere quidem ſuperſedit. ſcribit autem natam primo ex cruore, ac ſanie in terram ſtillante, dum Promethei Iecur Aquila roſtro lancinans in Caucaſo depaſceretur. Eius inquit flos prominet Cubiti menſura. Colore corycio aſſimilis Croco, Caule gemino. Radix ſub terra Caro uidetur recens inciſa. Succum nigricantem eſſet tanquam Phagi. Nec uim item tacet, Si inquit, Proſerpinæ re diuina noctu peracta, hoc Corpus linias, ferro nullatenus oblædi poteris, neque item ignis incendia ſentire. Hæc nimirum ubi legiſſet Propertius, Carmini inſeruit, Ceu medicamẽto eodem ita Cynthiæ mens in eum obduruiſſet, ut nec igneos Amoris afflatus perſentiſceret, Et nullos poetæ æſtus curaret. Hæc nos obſeruata illatebrare non ſuſtinuimus, publicam materiam fecimus non uellicandi libidine, tanquam conſerta manu in ius uocemus, Neque enim theoninum dentem ſubinde ſtringere, Chriſtiani hominis puto, Sed iuuandi conſilio, expendant modo Claſſici omnes, Sed Cenſura miti, hoc eſt citra Liuorem. Si probarint, Calculum non abnegent. Sin minus, allata ratione, nec ipſe unguem reformidabo, aut nares hoc nomine contraham, patiar'q;, uel utrunque Andabatam uideri. Poſteaquam uero de Prometheo ſatis multa congeſſimus, ſubnotemus illud quoque, quod ex Ioanne grammatico nouimus. Fuiſſe ab ſuperiore diuerſum ex Theſſalia Prometheum quendam, Quem cum Lacydes interficere uellet, & tum forte is phymate laboraret, tuberculum eſt id furunculo maius, rotundius, atque planius, tranſuerberans enſe perſanauit. Eodem modo inquit, Smicynthes Nicanora Ephippo percutiens ſalutare intulit Vulnus. Et Seneca de beneficiis ſecundo, Tuber tyranni, quidam ferro dẽuiſit, qui ad eum occidendum uenerat. Theſſali Promethei meminit Plutarchus in Commentatione, qua commonemur, quo quis modo ab inimico poſſit iuuari, Sed Lacydem nõ nominat ibi. nominat autem extra hiſtoriam mox paulo, docet'q; fuiſſe Argiuorum Regem Coma delicatum, & inceſſu quoq; molliorem.

¶ Scripti, & Voluntatis Quæſtio triplex. Quid æquum, & bonum. Quintilianus enarratur. Leſbia regula. Item Polycleti Regula. Cap. XXII.

Nter alia haud parum multa, quæ in dicendi artificio ſolent ſeſe ueluti obices, & moramenta legentibus ingerere, eſt & illa Scripti, & Voluntatis frequentiſſima etiam inter Iureconſultos Quæſtio, Vt Iuris pars non minima uideatur inde pendere, ſicuti eleganter ſcribit libro Oratoriarum inſtitutio/

i

num ſeptimo Fabius. Eius Quæſtionis uis trifariam tractari fere poteſt. Nam eſt, ubi Scriptum, & Voluntas ambiguitatem habent. Siquid in lege ſit appoſitum obſcurius. Alterum genus eſt, In quo pars altera ſcriptum aduocat, altera uoluntatem. Quomodo ab uoluntate ſtemus aduerſus ſcriptum, amplius exequitur idem Quint. Sed exemplo item appoſito, Peregrinus inquit, ſi murum aſcendit, Capite puniatur. Cum hoſtes murum aſcendiſſent, peregrinus eos depulit. petitur ad ſupplicium. Contradicitur, quæritur q; an ne ſeruandæ quidem Ciuitatis cauſa liceat mœnia conſcendere? Ergo Aequitate, ac Voluntate pugnandum. Tertium genus eſt, Cum in lege aliquid inuenias, quo non obſcura coniectatio fiat, Conditorem legis diuerſa, atq; aduerſarii opinentur, ſenſiſſe. huc uſq; Fab. Sed cætera, quæ hic cõtinentur, nec moleſtam, nec reconditam interpretationem habent. Sed quod dicitur, Aequitate pugnandum, nos torquebat aliquantulum, uidebatur q; omnino res uberius explicanda. Nam & ex multis Quintiliani locis tolletur obſcuritas, & Aliis quoq; Scriptoribus, qui Studioſorum lectionibus teruntur, opem tulerimus aliquam, Sed ad hoc præſtandum non fere illuſtrior Ariſtotele occurrit, qui abunde nos inſtruat, Quid ſit, quod Aequitatem crebriter, ac bonitatem dicimus. Nec oberit illud iactatum uulgo, Vni teſti, nec Catoni quidem credendum, quando non occurrit, aduerſum ituros aliquos. Lego igitur apud illum libro de moribus quinto, Id ab Græcis Verbo uno exprimi ἐπιείκειαν, quod nos Aequum dicimus, & bonum. Conſentaneum inquit, eſt, diſpicere, Aequitas, & bonitas, quam rationem habeant ad Iuſtitiam. Neq; enim omnino eſt idem, nec genere item prorſus diuerſum. Nam eximie quandoq; approbantes adnectimus id, Ex æquo, & bono. Sed ſi rurſum rationem diſpicere pergas, abſurdi neſcio quid ſeſe oſtentat. Si præter Iuſtum aliquid ſit bonum, & æquum, quod laude dignum cenſeas. Nam aut iuſtum res eximia non eſt, Aut bonum, & Aequum, non iuſtum, Sed aliud, aut utrunque eximium, & idem eſt. Cæterum rectiſſime omnia cõſtituta, nil q; in iis pugnans eſt. Quippe Bonum & Aequum cuiuſdam Iuſti emendatio eſt, non tamen ab eo diſſentaneum. Gignit autem ambiguitatem. Quoniam bonum, & Aequum iuſtum eſt quidem, Sed nõ id tamen, quod ex lege eſt. Sed quod legem corrigit, emendat q;. Ratio uero huius hinc colligitur. Lex omnis uniuerſalis eſt. Verum ea ſæpe rerum natura eſt, ut de iis uniuerſim præcipi nec poſſit, nec debeat. Vbi igitur neceſſarium eſt uniuerſale præceptum, nec recte afferri poteſt, Lex id complectitur, quod plurimum eſt, nec eam fallit tamen, in quo deficiat, nec ideo non rectam dixeris. neq; enim peccat Lex, Sed rei natura, quæ præcepti capax non eſt. Quando ergo uniuerſalis eſt Lex, Vſuuenit autem quod uniuerſale non ſit. tunc ſumma dictat ratio, Vt quæ conditor legis ui rerum cogente, ommiſit, expleatur emendatione, quod nec ipſe legis auctor abnuat, ſi adſit. Hæc igitur eſt boni, & Aequi natura, legis emendatio, qua quippiam fuerat omiſſum propter uniuerſale. quædam enim ſunt, de quibus lex ferri non poteſt. Itaq; decreto opus eſt, nam indiffiniti indiffinita eſt regula. Cuiuſmodi eſt in Leſbo in ædificandi ratione Regula plumbea. hæc ex Ariſtotele. Vnde plura paulo mutuari, & tranſponere collibuit, quo ex ſummi philoſophi placitis res tota notior fieret, nemo q; non dehinc Vitro, quod dicitur, ſidonio, & Electro lucidius ſciret, quid Aequitas, & bonitas ſibi uelint in maximis auctoribus. Vſurpat ſimplex plebecula crebro Aequitatem, nec tamen, quid dicat, opinor ſatis intelligere. Quod autem de Leſbia dictum regula eſt, Scire amplius oportet, Leſbios plumbea uti regula, quæ ſuper lapides poſita per eorum inæqualitatem flectatur facilius, Siquidem adeo duros in illa inſula eſſe lapides memorant, Vt ob naturam minime ſequacem ſcalprum non fere recipiant. Igitur eius ratione regulæ inter ædificandum, Lapidum menſu quoquomodo concepto, iunctura, atque colligatio mutua minus reddebatur impedita, rectior q; ſurgebat ſtructura. Erat & Polycleti regula, Cuius meminit in libro de optima conſtitutione Corporis Galenus. Et Medici Temperatam, ut ipſi dicunt; Complexionem aiunt eſſe, ueluti Polycleti regulam. ad eam quippe Sanitatis regimen diſponitur. Item Aegritudinum curationes, Cibi, potus q; ratio, nec non pharmacorum. Porro quod ad Aequitatem ſpectat, ad id ipſum facit, quod Moderatus Columella ſcribit Agricolationis primo. Nec ſane inquit, eſt uindicandum nobis quicquid licet, nam ſummum Ius ſummam Crucem putabant, nec rurſus in totum remittendum, Cum uel bona nomina

non appellãdo

non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse seuerissime, putetur.

¶ Thesei honores Athenis. Semnæ Deæ quæ sint, Item quid Semneum. Theseis quid. Comæ, barbæ'q; primitias offerre cur institutum. Tondendi species. Penice Coma. Galericulus. Relicinus. Replaudere frontem. Trepterius, & Pentheterius Capillus qui dicatur. Pnyx quid. Ceroplastæ. Ceras pro Coma. Cap. XXIII.

Theseum, qui primus Athenarum urbem constituisse uidetur, cum uicatim prius habitaretur Attica, Quamuis Quatrurbem credatur Accius appellasse Athenas, quod ex quatuor Vrbibus foret conflata, honoribus multis, ueluti tanti Viri attonita Virtutibus, prosecuta posterior ætas est, Mortuum siquidem sacrificiis, ut heroem, censuit honestandum. Asylum quoque ad eius tumulum curauit dicandum. Quod puto, Theseum dicebatur. Vnde est Aristophanium illud in Equitibus, καθῆσθαι μοι δοκῶ εἰς τὸ θησεῖον, ἢ πιτῶν σεμνῶν θεῶν. Sedere mihi uideor ad Theseum, aut ad Deas Semnas, idest Erinnyas ex attica loquendi consuetudine. Semneum uero Monasterium est, uel quasi ueneratione dignum, aut magis, quia Secreta, & inaccessa loca uocant Semna. Apud Lycophronem tamen, etiam turpitudinem habet ea dictio. Sed ad rem. Thesei templum, & Erinnyarum asyliam habebat, quoniam ex eo reuelli nullus poterat supplex. Quid quod auctores passim approbant, octauum mensis diem fuisse Theseo sacrum, Sicut Numeniæ dies, qui primus est, septimus'q; Apollini, quartus erat Mercurio sacer? Erant eiusdem honori festa Thesea, In quibus dabatur populo Congiarium, & Conuiuia celebrabantur. Frequens item Tonsus nomen est Theseis, ab illo producta. Etenim inoleuerat mos Vetus, ut qui Exephebi essent, Capillum, & Barbam fluminibus, & Apollini primum tonderent, Quem Curotrophon uocabant. Sicut apud Homerum Achilles facit, Et in Theseo a' Plutarcho est repetitum, eo argumento, quod ex humecta, feruida'q; natura constant animantium incrementa. Delphos itaq; profectus Theseus Comæ primitias obtulit Deo, anteriore Capitis parte abrasa. Nam alii temporum Comam offerebant, alii posteriorem, ut est apud Pollucem. Priora Capitis tondendi more Abantas primum usos, auctori Homero credimus. Quemadmodum ediuerso Thraces quosdam appellatos scimus Acrocomas, qui antias in frontem muliebriter demitterent. Nam Euboicos Opisthocomas uocari solitos, Polluci assentimur, quia Comam per terga fusam alerent, Qualis fere' Hectorea. dicitur Coma, ut auctor Timæus est, Sicuti Procotta uocatur, ubi anteriores nutriuntur Comæ, quia Cottis apud Dores dicitur Caput. Quamuis alii ante frontem Capillos dici Procottam putent. Est & tondendi species dicta Cepus, qua frons excolitur. est & Scaphium, Vt Aristophanes significat in auibus. Est & indecora prorsus, ac Cinædica tondendi ratio dicta Mœchus, qua infamatur in Comœdiis poeta Cratinus. Cniusmodi fere' apud Martialem Epaphæresis, etiamsi pro tonsu simpliciter quidam intelligi Epaphæresin malunt. Penicen Comam dicimus insititiam, non ueram, neque congenitam. eandem & Procomion recte uocaris, atque item Entrichon. At Latine Galericulum, Tranquillo astipulante in Othonis Vita. Relicinam in Alexandro frontem ubi in floridis laudat Apuleius, Capillitio denudatam intelligit, & uelut relictam. Replaudere frontem, ipse uidetur percutiendo frontem capillos reiicere, quod assolet in luctu. Capillus porro' resectus Deorum honori, Threpterius dicebatur, idest θρεπτήριος, ut est apud Aeschylum. Reliquus uero Pentheterius, idest πενθητήριος, puto, ab Luctu ita nuncupatus, quod usitatissimi foret moris in Græcia, per luctum comam recidere, alio tempore omni connutrire, nisi ubi uigore ætatis præcisus, offerretur Deo Capillus, uti iam cõmonuimus, quem inde quoq; Threpterium nuncupari solitum coniectamus, nam & Threptra connutricationis dici collata pręmia, cõpertum est. Illud obiter adnotarim, Pnycen ad Comam pertinere nihil, quando eo nomine Consilii locus significatur Athenis. Alii concionem eo nomine intelligi malunt. ab hominum frequentia, & densitate deflexo uocabulo. meminit in Theseo Plut. & Contra Ctesiphontem Aeschines. Verum latinis codicibus ma

xime uitiatis. Ceroplastæ a' nonnulis Comæ ornatores uocantur, quoniam Ceras etiam sit Coma, quod indicat Homerus, dum Parim κέρ ἀγλαὸν dicit, Sed & apud Sophoclem ὀρθόκερως φρίκη nuncupatur, idest horror pilos surrigens, uelut ὀρθόθριξ. Sunt & Cæroplastæ, qui cæram exercent, Sed tunc Græce κηροπλάσται scribuntur. Pnycen, de qua diximus, putant aliqui regionem ad Acropolin, antiqua comparatam simplicitate. Vbi Archæresia haberentur, idest Principum electiones, seu Comitia. Proinde tumultum popularem, & Cōcionum fluctus dici Pnyciten ab Comicis. Obiter, ac parerga uelut opera adiiciamus, Primaten Sedem nuncupari solitam πρῶτον ξύλον, idest primum Lignum, & in iudiciali Statione Cathedram primam. Verum quæ Iudicum Sellis insternebantur, dicunt Psiathia.

¶ Pyrrhi Votum. Sanitatis præstantia. Antiochi somnium ad id, Pythagoricum item institutum. Socratis comprecatio insignis. Aurum esse Sapientiam. Argentum uero naturalium notitiam. Cap. XXIIII.

PYrrhum, qui Epirotis imperitauit, qui'q; post Alexandrum rei militaris prudētissimus est adiudicatus, ferunt, ubi immolaturus templa inuiseret, nō Regni ampliorem modum, non de hoste Victoriam præsignem, neq; item gloriam illustriorem, aut diuitias, & id genus alia, quibus mortalium pleriq; attoniti inhiant, Sed Sanitatem modo a' Diis comprecari solitum, Ceu parte hac bene constituta, prosperius cessura uiderentur omnia. Nam si toto sinu sese affundat Fortunæ afflatus, absit autem Valetudo recta, nullum illinc profluit emolumentum, quod iuuet. Propterea Antiochum cognomēto Sotera, prælio cum Galatis congressurum legimus, in quiete arbitratum, Alexandrum sibi assistere, monere'q;, Vt prius quàm in aciem milites produceret, non aliud proponeret illis signum, quàm ὑγιαίνειν, idest bene ualere, quod cum is non neglexisset, nobilem de hostibus Victoriam est assecutus. Scimus porro' Mandatorum Librum ab Imperatore dari solitum, in quo præceptum primum erat de sanitatis cura. Pythagoras quoque in epistolis non alia est usus consalutatione, quàm ut iuberet ὑγιαίνειν. Id institutum & Pythagorici mox seruarunt, ueluti Animæ, Corpori'q; nil amplius congrueret, hoc'q; uno hominis bona uniuersa comprehenderentur. Quin & Symbolum, quo inter compares uterentur, dicebatur ὑγεία, idest sanitas. Socrates uero in Platonis Phædro sic Votum concipit. Amice Pan, & alii, qui locum hunc colitis Dii, date mihi, ut intus pulcher efficiar, & quæcunque extrinsecus habeo, intrinsecis sint amica. Diuitem autem solum Sapientem existimem. Tantum uero mihi sit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alius, nisi Vir temperans. Hoc est philosophi præclarum uotum. hæc oratio ad Deum insignis. hoc documentum cunctis infigendum mortalibus. Quid enim solicitius petendum a' Deo, quàm bonum? Sed cuiusmodi nam bonum? Certe ut eum ipsum, summum, inenarrabilem rerum Conditorem aliquo modo cognitione pertingere ualeamus. hæc uera est Sapientia, hoc bonum Verum. hoc præter eum, qui uere Sapiens est, nemo contribuerit. Sed nec alius acceperit, nisi intima pulchritudine nitidus, expurgatis scelerum fomentis, Immo uero, quem incomparabilis illa bonitas, insita pietate, Sapientia dignum præstiterit, idest talem effecerit, Vt lumen illud ferre paratus sit, resecta omni uitiorum per Virtutem labe, perturbationibus'q; omnino conticescere iussis. huic ita affecto Pan, & Dii omnes, hoc est Summus ille parens, conditor'q; rerum, ac ministri eius omnes ita aspirant, ut aurum micantissimum non abnegent, idest diuinitatis notitiam impertiantur. Posteaquam Corporea nec tumultuant', nec menti obstrepunt amplius. Hoc illud aurum est omni censu maius, quo ab Hebręis Aegyptios fuisse spoliatos, sanctæ produnt literæ. Etenim sic auri nomine Christianæ ueritatis assertores diuinorum cognitionem intelligunt. Vt Argentum symbolice scientiam rerum a' Deo conditarum signare tradunt. Porro' in Apocalypsi Ioannes Theologus, & diuinitatis intimus, & sine pari contemplator, ac, ut sic dixerim, a' secretis, Vbi aurum ignitum censet emendum, non aliud opinor, quàm ipsum hoc, de quo diu uerba facimus, intelligēdum prudentibus reliquit. Sed & Magicum illud aurum infanti oblatum Christo non alium habuerit sensum.

Adorationis

¶ Adorationis præſtantia, & neceſſitas. An Beſtiæ cæleſtia uenerentur. Votum quinq; rebus perfici. Caput XXV.

POſtea uero q̃ non temere quidem, Sed cõſilio certo huc producti ſumus, Vt Votorum meminerimus, quibus infinitam, lateq; exuberantem Dei bonitatem ſuppliciter apprecamur, quod per monumenta facit, bona nobis pergat contribuere, nequeo temperare mihi, qn ex Veteꝝ philoſophoꝝ id cœtu ſeligam, Quoꝝ cõmonemur placitis Deo tota ui exhibendum adoratiõis cultũ, quo euidentius multoꝝ, q Chriſti conſectatores ſe ꝓfitent, & prædicant, & caua uerba, ac in modum Veſicaꝝ tumentia buccis trutinant inflatis, Sed lingua tenus, & factis ꝓcul, ꝓuicax retundat impietas. Imprimis uero mihi ſe Iamblichus ingerit Sacerdos magnus, & præcellens Porphyrii diſcipulus, a quo ꝓditum ſcimus in libro de myſteriis, Voto, adoratiõeq; Sacrificium ꝓfectius fieri, & abſolutius, & totam demũ religionẽ effici firmiorem. Ea quoq; re eximiam conflari animaꝝ, & Dei cõnexionẽ. frequens item adoratio alit intellectum, & ꝓficit, Animã ad diuina ſuſcipienda admodũ efficit ampliorẽ. Diuina nobis apit. hac Lumĩnis diuini inſueſcimus ſplendori. Cæleſtis augeſcit amor, quod q; in animo diuinũ eſt, ſuccẽdit acrius, ſurrigit, extergit qcqd maculoſum, qcqd eſt animæ hoſtile. Spem elargit eximiã fidem ꝓficiendo circa Lumẽ. Poſtremo adoratio frequens Deo nos familiares facit, atq; ut plane dicã, diſcipulos. Certe ab Deo, ceu fonte perenni, manãt omnia, nil tam tenue, aut puſillum, quod eius ope cõperias deſtitutũ. Vnitas diuina exuberat in omnibus. Ea ſtat omne, qcqd eſt. Sed ut ab illa profluit, ita refluit in eandem Circulari quodam, & intimo motu. Alias opis indigum tota ui præcipitaret in interitum. hæc nos ratio ad piam ꝓuocat adorationẽ, qua cum deo, abs quo ꝓdiuimus, rurſum coniungamur, & ut ſic dicam, coaleſcamus. Propterea diuine Porphyrius, Q m̃ inqt, Dei filii dicimur, & ſumus, Sed in hanc mũdanæ magnitudinis portionẽ, ueluti in exiliũ quoddã amandati, & in Tullianũ quodãmodo intruſi, ſuppliciter, ac ſummis addecet uiribus adorare, Vt ab hiſce educti tenebris, & teterrima ſede, unde ꝓfecti, Pr̃em lætiſſime repetamus. Certe cum uniuerſi partes ſimus, uniuerſo ꝓculdubio indigemus, Siqdem ipſa ad totũ ꝓuerſio partibus ſalutẽ præſtat. Quod ſi Virtutis expetis ornamẽta, Eum uenerare, q totius Virtutis eſt princeps. Qui. n. eſt Vnitas uera, bona, Id ipſum, quod expetis, imptiet bonũ. Si Corporeũ inſigne quodpiã ꝓſectaris. Ei te ſubiice. Illi Vota ꝓcipe, Cuius immẽſa uis Corpora omnia creat potẽter, & ſalubriter ꝓtinet. Qui eſſentiã præſtat, utiq; præſtat & ſalutẽ. Hoc ipſum nobis dictat hiſtoria, ex qua edocemur, Indoꝝ Brachmanas, Perſaꝝ Magos, Veteres Græcoꝝ Theologos omni pede diuino cultui, & Votis intendiſſe. Quippe cũ ſit a Brutis diſſitũ humanũ genus, ꝓſentaneũ eſt, ac ꝓrſus neceſſariũ, diſſitã, ꝓpriam, a Beſtiis ſequeſtratã unã aliquã habere ꝓfectionem, in cuius participatum inferiores nõ ueniant aĩantes. hunc uero eſſe Sermonẽ, non recte putaris. pleraq;. n. in brutali uita extant ſermonis ueſtigia. Neq; item Rõnem q̃libet. Nam actiuæ rationis in beſtiis ſemina multa, quod opeꝝ, & Vitæ cõprobat modus. Speculatio item quædã, & naturaliũ pitia nobis uidet, cũ illis quadãtenus eſſe cõis, nã & remedia norunt. Cibos diſtinguũt, futura præſagiũt, ingruẽtia uitant ſolertiſſime, etiãſi natura duce in hiſce potius uideant niti. Vna uero eſt Diuinitatis Cõtẽplatio. Cultus unus, q extra hominẽ reiicit oĩa. Neq; ꝓna in paſtum aĩantia Deum ſuſpicant, aut ſciunt. Peculiaris homini eſt in Naturæ principem Deum mẽtis excitatio, quò etenim ſpectet ipſa hæc tam præſignis, tam regia humani Corporis ad ſupa excitatio? Quod ſi ex Plinio obiicere ꝓgas, & Brutorum aliqua cæleſtibus reuerẽtiæ cultum exhibere, Inferam, non exacte ad Veꝝ omnia narrari ab id genus ſcriptoribus. Quanq̃ & ex Platonicoꝝ doctrina poſſum coarguere, Beſtias aliud qduis facere potius, cũ cæleſtia honorare uident. Aut ſi honorãt, neſcire tamen qd agãt, Vel ſi ſciant, Eas item intelligentiæ, ac immortalitatis uideri participes, quod eſt ab omnium fere cõſenſu diſparatum, reſipit q; Epicureum quiddam. Cui generi, ſi modo non ſit obdurata fronte, ferulas adhibuiſſe, non ſuperuacaneum cenſeatur. Veꝝ, ut unde diuertimus, illuc demũ reuertamur, Putant ex adiuratiſſimis nõnulli, Cultũ abſolutũ, & nulla ex pte ceſſantẽ, qnq; maxime ꝓfici rebus. Primũ inquṇt, noſſe oportet eũ ipſum, quẽ colere deſtinaris. Mox qua rõne cultum hunc adhibere, ſit neceſſe. Secundo loco ſummaꝝ exercitatione Virtutũ, Caſti

tate, integritate, mentis puritate, ac ſanctimonia excuſſam, depuratam'q; uitam Diuinæ uitæ, quantum ratio patitur, coaptare, aſſimilatione religioſa. Tertium locum ex his habet cõtactus iam auguſtior, quo diuinam eſſentiam fere' attingimus. Quarto loco diuinum ueſtibulum ingredimur iam. Poſtremo Vnitatem animæ noſtræ propriam Vnitati diuinæ inſinuamus penitus, atq; connectimus. Demum prius quàm ad alia tranſeamus, Illud utiq; admiratione dignum, & feſto plauſu excipiendũ, quod Homerus tantæ Vetuſtatis poeta duo potiſſimũ in homine inſigniter eſt ueneratus. Tum quod mente ornatus foret, Tum quod coleret Deos, Sic enim Vlyſſem commendat.

ὁσσοφὶ μὶν νόον ἐσὶ βροτῶν, ποφὶ δ' ἱρὰ θεοῖσι
δέδωκε, θὶ ὰρανὸν ἐυρυν ἔχουσιν.

Scribit tamen Theodorus magnus, explorando curioſius ſingula, liquido compertum, Mẽtes quidem, & Animas præcipue, Sed & quicquid omnino eſt, excepto uno, adorare, item atq; uouere. Nempe inquit Proclus, cuncta precantur, hymnos'q; concinunt ad ordinis ſui duces. Sed alia qdem intellectuali modo. alia rationali, alia naturali, alia uero ſenſibili. unde enim putamus Plantas illas, quas heliotropias nominant, ad ſolis motum Solem uerſus moueri? Selinotropias uero ad Lunam uerti? Sed Vir tantum bonus, ut in legibus Plato docuit, Deũ decenter, feliciter'q; precat'. Poſtremo inqt Iamblichus, Adoratio, eius'q; Virtus nũc ſacrificiũ anteit, nunc medio inſerit', Interdum finem complet ſacrificandi.

¶ Volutatio in Cœno apud Plin. quid ſit. Cęroma, Patos, Coniſalor, Coniſtra, Pandare, Canthelii qui ſint. Item locus Plin. expenſus. Bibendi Leges. Conuiuiorum præfecti. Oratii locus declaratur. Amyſtiſſare. Commodi hiſtoria. Item tertii loci perpenſio in Plinio. Pauli prætorii hiſtoria. Quid admouere obſcœnis imaginem Principis. Vini ordeacei proprium. Pinon uinum, Et Bryton, ac Parabia. Cap. XXVI.

p Linius hiſtoriæ naturalis Volumi. XIIII. ſupercilio, ut ſolet, cenſorio Vinolẽtiam deteſtans, Ad hæc inqt, pertinent peregrinæ exercitationes, & uolutatio in Cœno, ac pectoroſa Ceruicis repandæ oſtentatio. Sum memor, dũ adoleſcens adhuc, natus uix dum annum tertium & uiceſimum enarrarem nobi le opus Antonio Boldu Rhodigii præturam gerenti, Viro in literis ſatis exercitato, Quæſiſſe ex me per literas Veronenſem quendam, qd ſuper eo loco nõ apto admodum ſentirẽ, Vel qa minus ꝑcipiebat ipſe, Vel ut ingeniũ meũ piclitaret', & doctrinam. Reſpondi tum ꝓ tpe, quæ occurrebant. nunc eadem, ſed excultiora, multo'q; locupletiora hic apponere eſt uiſum, tum ut ꝓ uirili ꝓſim, tum ne peat, qd' laborioſe olim fuerat excogitatum. Igit' Volutationẽ in Cœno intelligo Luctatoꝝ meditationes, in quẽ ſenſum duxit me primũ Valerius Martialis lib. vii. in Philenẽ, & putri lutulẽta de palęſtra Vncti uerbere uapulat Magiſtri. Acceſſit mox & Senecę aſtipulatio, apud quẽ ita legim⁹, Nõ adducor inqt, ut in numeꝝ liberaliũ artiũ Pictores recipiam, nõ magis q̃ ſtatuarios, aut marmorarios, aut cæteros Luxuriæ miniſtros. Ae'q; Luctatores, & totã luto, ac oleo ꝓſtantem ſciẽtiam expello ex iis ſtudiis liberalibus, Et nequa oĩno ſubſit hæſitatio expendant quæſo Plinianaꝝ obſcuritatũ ſcrutatores, Quę ad eã rem aptiſſime Lucian⁹ ſcribat, Cui⁹ Dialogus eſt, Anachar ſis, ſiue de Gymnaſiis, Qui adeo ad Plinianũ accedit ſenſum, ut ꝓrſus ab eo quodãmodo uideat' mutuatus. In ei⁹ igit' Sermonis initio ita poſitũ ĩuenias. ταῦτα δὲ ἡμῖν ὦ σόλων, τίνος ἕνεκα οἱ νέοι ποιοῦσιν. οἱ μὶν αὐτῶν πδιπαλεκόμενοι ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν. οἱ δὲ ἄγχουσι, καὶ λυγίζουσι, καὶ ἐνίῳ πηλῷ σωκναφύρονται, καλινδόμενοι ὡς περσύες. Hæc inquit, ὦ Solon cur nam Iuuenes noſtri faciunt. Alii complexi mutuo ſe ſupplantant, hi præfocantur, Illi uerberantur, & Cœno ſeſe immiſcent, uolutantur'q; perinde ac ſues. Porrò & Cæroma nouim⁹ dici Oleũ, quo perungerent' Athletæ, ad robur adiiciendum mẽbris, adhibito quodam terræ genere. Sunt qui Paton dici putent Cœnum Cæromati. i. oleo, ut ipſi interpretantur, permixtum. Cui ſi Sudor acceſſerit, Coniſalos attice dicatur, ſicuti auctor probat Galen⁹. Patin pro Coniſalo fere' accepiſſe, Euſtathi⁹ animaduertitur, nam Coniſalum pro puluere intellexit Homerus, ubi ait, ὑπὸ ῥωσὶ κονίσαλος ὤρνυτ' ἀελλὴς. i. ſub pedibus excitabatur puluis ꝓcelloſus Coniſtram pro palęſtra poſitam inuenimus, quia Conis ſit puluis, quod ſignificat Euſtathius. Quanq̃ erat Athenienſium item Deus Coniſalus. Strabo, Nam inquit, Priapum Heſiodus non nouit, & Orthanæ, & Coniſalo, & Thychoni, & eiuſmodi Atheniẽſium diis per

ſimilis eſt.

similis est. Quæ autem peregrinæ dicantur a' Plinio exercitationes, minus puto habere difficultatis, Quando auctore Thucydide, scimus, Omnium primos Lacedæmonios Corpora in gymnasio nudasse, atq; oleo perfudisse. Et M. Tullius libro. ii. de Oratore scriptum reliquit, Gymnasia delectationis, & exercitationis gratia primum ab Græcis instituta. Vbi uero ait, pectorosa Ceruicis repandæ ostentatio, Intelligo membrorum conformationem in palæstrita significari, Imprimis'q; Collum procerius, quod in eo exigebatur maxime, uel Satyro attestante,

Et longum inualidi collum Ceruicibus æquat
Herculis, Antæum procul a' tellure tenentis.

Sed & Martialis in distichis id ipsum approbat illis uersibus.

Hæc rapit Antæi uelox in puluere draucus,
Grandia qui uano colla labore facit.

Pectoris quoq; latitudo roboris indicium est uel maximũ, Nam in Tironibus Vegetius primo de re militari, id item exegisse uidetur. Sed et erectam Ceruicẽ nõ tacuit. Repandus uero nunc retro patentem signat, nunc reflexum, unde Repandirostrum concinnauit Pacuuius, q̃q̃ dure, Quintiliano teste, Sarcina item Pandati dicuntur, qui oneribus nimiis succumbunt fere', & incuruantur. Plinius de Apibus. totę'q; onustæ remeant sarcina pãdatæ. Item lib. XVI. Arbores, siue trabes pandari scribit, quæ incuruantur, cædunt'q; ponderi. Cuius contrarium palmæ faciunt, quæ in diuersum renitendo fornicantur, Veluti Asinorum gen⁹ id, Quos Canthelios Xenophon dici scribit, sicuti in monumentis Sudæ relatum scio. meminit & Polybius, q̃q̃ & in percipiendo hebetior eo dicatur nomine. Catheton uero, idest καθετὸν dicunt perpendiculum. Catheter autem, seu καθετήρ chirurgicum est instrumentum, imagine quadam. S. literæ, quod per Vrethram intrusum Vrinam prolicit. Cæterum posteaquam nodum hunc satis implicitum, non ut Alexander, ferri adminiculo plane' exoluimus, addamus & abũdanti, quod in eodem Capite legitur haud ita multo post. Alius inquit, quantum alea quæsierit, tantum bibit. Concisa oratio, & impedita, sed Pliniana, Cæterum hoc sensu. Alii inquit, tot exiccant pocula, quot iniunxerit Cõuiuii Dominus, qui talorum fortuito iactu eum sortiebatur Locum. propterea Oratius, Nec regna uini sortiere talis. Quin ex eo dicebantur Modiperatores, ceu bibendi imperarent modum iusta Conuiuales leges, sic enim appellantur. Magistros Cicero uocat. Græci βασιλεῖς, hoc est Reges. meminit Legum septimo etiam Plato, necnon in Cœnis Macrobius. Decreta porro' Conuiualia, quæ uocant νόμους, diligenti seruabantur scito. Sed quænam erant ea? Apud Græcos inquit Cicero, lex in conuiuiis obtinetur. Aut bibat, aut abeat. Erat & Cautio conuiualis, πέντε πίνε τρὶς πίνε, ἅμα τέτταρα, bibe quinq;, bibe tres, bibe quatuor Cyathos. Apud Romanos uero Bibendi ars hisce fere' constabat legibus, quod Plinius obseruauit, & docuit, non labasse sermone, non leuatum uomitione, non altera Corporis parte, plurimũ hausisse uno potu. plurimum præterea addidisse aliis minoribus. optima fide non respirasse in hauriẽdo neq; expuisse, nihil'q; ad elidendum in pauimento summum, ac postremum potum ex uino reliquisse. Hæc Plini⁹, quæ eo gratius apposuimus, quoniam quod extremo loco adiectum est, Oratio multum infert lucis Carminum ii. quem locum conniuentes pleriq; transiliunt, in aurem, ut aiunt, utranque sopiti.

Absumet hæres Cecuba dignior
Tinget pauimentum superbo,
Seruata centum clauibus, Et mero
Pontificum potiore Cœnis.

In eo autem, quod Plinius dicit, optima fide non respirasse in hauriendo, scitu dignum est, id Græce admodũ uenuste uno exprimi uerbo ἀμυστὶ, quo significatur, inter bibendũ ne fuisse qdem occlusum os, aut ꝯtracta labra, Sed capaciter hausisse, aut magis quasi ἀπνευστὶ, quod indicat, sine respiratiõe, Vnde etiã producit' uerbum ἀμυστίζειν, eo modo bibere, qd' nos latine nec inepte Amystissare dixerimus, qñ & Oratianã legimus Amystidẽ. Celeberrimũ illud est, Cõmodũ Cæsarẽ in solicitudinib⁹ & Aestuatiõibus, quas Agonias dicũt Græci, ingens poculũ dulcis uini solitum haurire ἀμυστί. In quo a' præsentibus id in Conuiuiis frequens succlamatum ferũt. τήσειας. i. uiuas, Sed amphibolice ꝓnuntiatum, Grammatici cõtendunt ꝑinde ac dicat', compleas Viuendi modũ. i. morere. Est & tertius locus Capite eodẽ habẽs, & ipse inuolucri aliquid, ubi Plinius ait Vulgo'q; ueritas attributa uino est.

Sed infert luminis non parum tertio de beneficiis Seneca, Vt adagium uulgo frequens prę/teream. Vinum & cum pueritia, & ſine pueritia ueridicum eſt. Sub Tiberio inqt, Cæſare fu it accuſandi frequens, & penè publica rabies, quæ omni Ciuili bello grauius togatam Ciui tatem confecit. Excipiebatur ebriorum Sermo, ſimplicitas iocantiũ. nihil erat tutũ. Omnis ſæuiendi placebat occaſio. Cœnabat Paulus prætorius imaginem Tiberii habens in gẽma. Matellam popoſcit. Id factum Maro ex notis illius tpis ueſtigatoribus notauit. At Seruus eius, cui nectebantur inſidiæ, Ebrio annulum extraxit, cum Maro Conuiuas teſtaretur, ad motam eſſe imaginem obſcœnis, & iam ſubſcriptionem componeret. hactenus ex Seneca, & quidem pluſcula, tum ut Plinium illuſtraremus. Simul ut obiter perciperent ſtudioſi Iu/uenes, qd eſſet Principis imaginẽ obſcœnis inferre. Porrò Val. item Martialis locis aliquot nũc figurate, nũc apertius illoꝝ temporꝝ infectat' ſcelus, qbus poculo, & uino extorquebant' hæreditates, & teſtamentorum falſę ſubſignationes. Obiter id enotabimus, mirum eſſe, qd in Libro de Ebrietate Ariſtoteles prodit, Vino ordeaceo temulentos pronos modo decum bere, aut ſupinos, quod in aliis haudquaq̃ fit. Vinũ id genus uocat Philoſophus inibi Pinõ, ideſt τὸ πῖνον. Sunt q etiã Bryton, ut in Triptolemo Sophocles. Sed & in Lycurgo Aeſchy lus. Verum ex radicibus item concinnari Bryton, Hellanico credimus. Hecatæus in Europę periodo auctor eſt, Pæonas ex Ordeo Brytum haurire, ac ex milio, & Conyza Parabiam.

¶ Quam habeat rationem id frequens in libris, Non eſſe infundendum Lenti unguen/tum. De Odoribus aliqua nõ ingrata. Item quid ſit Odor. Dryinos animal. Cap. XXVII.

n On eſſe promiſcendũ Lenticulæ unguẽtum, ex Varronis ſatyra Gellius adno tauit. monuerat diu antea in epiſtolis ad Atticũ M. Tul. ſed & eo adhuc anti/quior philoſophus Ariſtoteles, in Commentatione, quæ de ſenſu eſt, & ſenſi li, ut Athenæum prætereã. Dignum uero arbitratus noſſe exactius, quæ nam foret eius ſententiæ ratio, ſiquidem ſubolebat, ineſſe quippiam latentis do/ctrinæ. Adii noſtri temporis Lynceos, Qui ſummo conatu interpolatum Gellii codicem re ſtituere adorti ſunt. Cæterum nil ibi compertum, quod ſitim expleret. forte illi, ut q eſſent ingenio acri, doctrina excultiore, hæc tanq̃ tenuia neſcio quæ, ac nugalia, uel ſcholica con/tempſerint, ac uelut Piſcium filii, quod aiunt, aquoſa petierint. At ipſi ſordentes, quaſi Re/guli, & Scorpiões, aridiſſima quæq̃ cõſectamur, & quod infra claſſem ſimus, ac notæ uilio ris nil opinamur negligẽdum, quod inſcitum, & latens frontem cogat perfricare, nullo pſe ctu. Igitur omnem, quod aiunt, lapidem mouẽdo ſic cõperi. Odorum Species eſſe duas. Al teram quidẽ ſaporis rõne, Cui gratum, ingratum'q̃ ineſt quidem, ſed per accidens, hoc eſt non quatenus eiuſmodi odora ſunt, Sed quoniã odor eoꝝ nutrimentum ſignificat, Eſt. n. odor quædam, ut ſic dicam, paſſio nutrimenti, ſicut & Sapor, Siquidem per qualitatem eã aptum, & congruum ſibi alimentum e' lõginquo percipiunt animalia, Sicut coniunctum p Saporem. Ex quo animaduertimus, Odores id genus ſaturis minus eſſe oblectabiles, At eſu rientibus mirifice. Nam nec Cibaria ipſa nõ indigi appetimus, quo colligimus liquido, Ho ſce odores aliměti tantum rõne oblectare, aut ediuerſo. Altera uero Odorum ſpecies per ſe/dicitur, Nãq; oblectant ſimpliciter, & per ſe, nullo nutricationis intuitu. Eiuſmodi ſunt flo/rum odores, hi quippe nullam conciliarint appetentiam. Quinimmo ſi Cibariis inſeran/tur, inamœna reddunt ea, prorſus'q̃ aſpernabilia. Quoniam odorata hæc fere' ſunt ſapo/ris non boni. Propterea inquit Philoſophus, ſcite admodum, & ex Vero dixit Stratis in Euripidem inuectus, Si Lenticulam decoquas, unguentum ne indideris. Situ porro' di/gnum id quoque, Odores hoſce, qui per ſe Odores a' Phyſicis nuncupantur, eſſe rationa/lis naturæ infimæ, hoc eſt humanę proprios. Eos enim homo diſcernit ſolus, iis'q̃ afficitur plurimum. Quo nomine, quantum ad hoc, Odoratus in nobis inter animantes omnes præ ſtantior, exquiſitior'q̃ eſt. At in altero Odoratorum genere a' Brutis longe excellimur. Euentus autem ratio eſt, Vt contemperetur Cerebri frigiditas. Id enim in homine maius ex Corporis analogo, quam in cæteris. Cerebrum deniq̃ ſuapte natura frigidum eſt. ob id & Sanguis, quem exiguæ, ac prætenues uenæ complectuntur, tota facilitate frigus concipit. propter quod ex cibo reſolutæ exhalationes fumidæ, & arcem illam ſcandentes, ex lo/ci frigore

ci frigore denſiores factæ rheumatiſmis plerunq; præſtant argumentum. ad quæ amolienda, uel aliquo modo mitiganda Odores imbecillitatis nr̃æ natura memor ſuggeſſit. Quod ſi Odores hi Cerebrum uidentur quandoq; oblædere non parum, ex indiſcreto prouenire modo, certum eſt. Nam ſi iuſto plus id incaluerit, fit inde redundans reſolutio, quæ mox infert nocumentum. At qui alimenti rationem habent, odores ſæpius multo Caput infeſtant. ex humectationis nimietate, aut ſiccitatis. Sed dicat aliquis, Tu quidem de Odoribus ſatis multa, Verum ecquid edoces, quid demum cẽſeamus eſſe odorem? Nam ſunt, qui Odoris nomine fumidam intelligãt exhalationem, quam aeri, & terræ communem uolunt, Veluti mediam inter ea, cum ſit quid reſolutum ab ſicco terreſtri Aereã nõ pertingens ſubtilitatẽ. Nam & Heraclitus literis mandauit, Si omne, quod eſt, in fumum reſolueretur, Naribus facile cuncta diſcernerentur, quia uniuerſa in Odoris rationem uenirent. Aliis uero magis placuit, Odorem dici humectam euaporationem. i. aqueam humiditatem reſolutam. At aliis Vtrunq;, Sed amplius inſpicienti, nihil horum profecto tradi recte uidebitur. Nam ſi Odor fumidum quiddam ſit, Quonam pacto in aqua fiat fumus? Atqui in aqua odores percipi, certe opinor liquere. Si uero euaporatio dicatur humecta, relinquetur intelligendum, ſenti ri Odores per effluxum quẽdam, quod item de Coloribus pronuntiatum eſt, Sed utrunq; perperam. nam utrinq; colligit', Senſum effici odorum, & Colorẽ cõtactu. Adde quod odoratum Corpus, & uiſibile plane imminueret', & demum effluxu aſſiduo reſolutum periret. Quod dictu pabſurdũ foret. præſertim cum diſſita longe ſub ſenſum ueniãt tum uiſus tum odoratus. Effluxus nempe qua rõne in tam longinqua terrarẽ producat'? Cæterẽ id aſtruendum uerius, contingere hoc p ſpiritalem medii immutationem, Siqdem liqdo conſtat, Humectũ, quod in ſpiritu eſt. i. in aere, quod' q; in aqua, pati ab Euchyma ſiccitate. Atq; ita odorandi comprehendi rõnem. Nã Aer item humectationis eſt particeps. Alicubi tamẽ Ariſoteles nõ inficiat', odorem eſſe fumidam exhalationẽ, Sed non ita, qa ſit ipſa odoris eſſentia, quod ſecũdo de Anima falſum cõuincit'. Longius. n. diffundit' odor, q̃ euaporatio fumida. Sed id ſentit, q; hæc ſit cauſa, ut ſentiat' odor, quæ ab calidis profluit, quo fit, ut calidis tẽporibus, & locis flores maioris eſſe odoris pernoſcant'. Sed Vt obiter adnectamus aliqd, Non ignorãdũ omnino, eſſe in Quercũ radicibus animal ad pniciem adeo potens, Vt ſupgreſſu tantum excidat Pedum cutis, intumeſcant' q; inſigniter crura tota. Id uero etiãnum mirabilius, Siqs mederi uelit, Manus itidem excoriant'. Quod ſi interimere adoriat' qſpiam, peſſimo infici odore, Item' q; odorari aliud nihil. Quod utiq; cunctanter appoſuiſſem, ni ab authore graui relatum ſcirẽ Paulo Aeginita quinto ἰατρικῆς πραγματείας. Nomen uero Animali ἀρύινος, ab loco, ubi uictitat fere'.

¶ Grati animi exempla, Alexandri, Socratis, Furnii. Interim Archelai hiſtoria. Ingratitudinis fœda ſugillatio. Actio ingrati Athenis contra Senecam. Hirundinẽ ſignificare ingratum. Militis Macedonici hiſtoria. Cap. XXVIII.

a Lexandrũ Macedonẽ Ingentis ſpiritus terrarẽ principem legimus, inter alia haud parum multa, qbus eum natura, extra q̃ mortales alios, excoluerat, honeſtauerat' q;, Et Cælo quodã modo inſeruerat, Virtutũ, & laudis felici magnitudine, Idẽtidem magna ſua gloria ſolitum prædicare, a nemine ſe unq̃ benignitate fuiſſe exupatum. Magnũ id, & præclarum. Sed quod in participatũ admittat, & alios. Verum itidem magnos, præcelſos, omniũ capaces. Archelaus Rex, is, q; in Solis deliqo, rerẽ naturæ ignarus, & pauore attonitus feſtinãtius occludi Regiã impauit, & quod aſſolebat in magno plerunq; mœrore, Comam filio decuti iuſſit, Socratem impenſe rogauerat, ad ſe iret. At ille, ſeu per eam figuram, quæ in ſermonibus erat ei perfamiliaris, ſeu animo ſerio, negare perexit, Eius beneficio futurum ſe auctiorem, Cui paria facere non quiret. Sed age aduocetur ad hoc decus rerum Italica Virtus. Furnius Vixit Auguſti temporibus. Pater eius cum Antonio ſtipendia fecerat. ob id iure belli hoſtiliter Auguſto erat offenſior. Adiit imperatorem filius. Patris ab eo uitam deprecatur. ignoſcit ille, tunc Furnius, hanc Vnam Cæſar habeo iniuriam tuam. effeciſti, uiuerem, & moreter ingratus. ὦ feſto plauſu excipiendam uocem. ὦ præſignem animi ſublimitatem.

effeciſti inquit, uiuam, & moriar ingratus. Quod eſſe poteſt tam amplum gratitudinis indi cium, quàm nulla ratione ſibi ſatisfacere, & dantis beneficentiæ imparem ſe perpetuo fate/ri? At ſi æqua lance rem totam uoluerimus expendere, pauciſſimos eius notæ reperias. Et/enim quotuſquiſq; gratum agere nouit. Hic quia ſe uel Codro nobiliorem putat, aut conge ſtas ſuſpicit opes, & deniq; quod publicum fere hominum eſt uitiũ ſe, ſua q; miratur, amat, nec nouit perdere, quicquid conferis, in ſolutum computat, bonum q; ſi non & ultro de/beri ſibi opinetur, quod accipere ſuſtinuerit. Aliũ auiditas tranſuerſum rapit, natum q; inde illud ſæpe iactatum, nil eſſe iucundius, quàm capere. Sed & inuidia quandoq; in Ingratitu/dinis album nos tranſcribit. malum certe uehemens, & importunum, quo in digytos mitti/mus, non quantum rationibus noſtris ex amici largitate acceſſerit, Sed num idem in alios, aut eo amplius contulerit. Gregarius miles inuitus facit, ut Coronam det ciuicam, quod in quadam oratione Cicero teſtatur, & ſe ab aliquo ſeruatum fateatur. non quia turpe ſit, pro tectum in acie hoſtium manibus eripi, nam id accidere niſi forti uiro, & pugnanti commi/nus non poteſt, Sed onus beneficii reformidat, quod permagnum eſt, alieno debere, quod parenti. Quod ſi eſt Omnium Virtutum mater Gratitudo, quoniam ex huius profluat fon/tibus in Parentes pietas, in Patriã charitas, in Deos religio, inter homines amicitia, In edu catores, & Magiſtros ueneratio, Certe colligendum, quod ad Atticum M. Tullius ſcribit, Ingratis omnia ineſſe uitia. nil tam inhumanum, tam ferum, tam immane, quàm commit/tere, ut beneficio non dicam indignus, Sed uictus eſſe uideare. Hinc opinor factum, Vt na/tura ipſa ad id nos prouehente, Ingratos nemo non uel Vatiniano proſequatur odio, ſi q; fa cultas adſit, & patiatur ratio, primo quoque tempore ultum eat. Veluti ſint tum beneficen tiæ, tum Communes tenuiorum omnium hoſtes. Nec fere alia ingrato irrogatur pœna. Crimen eſt paſſiuum quidem, & quo nullum frequentius, nuſquam tamen punitur, Vbiq; improbatur. Odiſſe contenti ad Vltorem reiicimus Deum. In Declamantium ſcholis cre/berrima fuit Ingrati actio. In urbibus uero præterquam in Macedonia, ſi Senecæ credimus, nullibi. Nos tamen in latina hiſtoria obſeruauimus, Athenis item aduerſus ingratos actio/nem fuiſſe conſtitutam. Quod ſignificat opinor, & Pollux Onomaſtici octauo. Sed curnã cum ingrato ex formula non agimus? ne quod beneficium eſt, incipiat eſſe creditum. Et ne Gratitudo honeſtiſſima res incipiat honeſtatis nomen amittere, neceſſitatis iugum ſubeun do. Alioqui & anguli omnes actionibus obſtreperent eiuſmodi. Pythagoras ablegandos, reiiciendos q; ingratos, ex Plutarchi interpretamento, ſymbolice monuiſſe uidetur, ubi pre cipit, ſub idem tectum non admittendas hirundines, quoniam ingrati, ac parum firmi ſym bolum auis ea credatur habere, nam & in Rhetoricis ad Herennium edocemur, amicitiæ minus firmæ ſimilitudinem ab Hirundinibus duci oportere. Succurrit prius, quàm hinc di gredimur, dignum, quod memoretur, ingratitudinis exemplum. Erat Macedonum Regi Philippo manu promptus miles, expertæ uirtutis multis ſæpe bellis, ſed quo ſe præclarius geſſiſſet, eo frequentius a peritiſſimo duce, qui in tractandis militibus egregius eſſet artifex, ad prouocandam audaciam auctorabatur, frequenter etiam, ac inſignite donatus. forte is ex naufragio exutus omnibus, uix etiamnum ſpiritum ducens errabat confilii inops. Eum conſpicatus Macedo quidam benigne amplexatur. iubet bene ſperare, ſemiuiuum in Vil/lam ſuam perducit, fouet accurate. Lectulo cedit quoq;, nec patitur quicquam fruſtra ab eo deſyderari. poſtremo digredientem uiatico etiam inſtruit, ſummurmurantem identidem, non ſentiar ingratus. parem rationem faciam, liceat modo mihi Imperatorem meum adi/re. Venit ille ad Philippum, miſeriam ſuam exponit, Sed hoſpitis benignitatem reticet, nec ſatis. miſerantem illum inducit impudenter quidem, ſed militariter, donet ſibi Macedo/nis cuiuſdam agros. At is non alius erat, quàm ille ipſe hoſpes, Qui tam inhumaniter, & fere omnibus exutus, nil diſſimulando, per epiſtolam facti ſeriem Philippo inſinuat. excã duit is, nec ualens tam inſignem ſæuitiem decoquere improbiſſimo homini ſtigmata inuri iuſſit, reſtituto in integrum priore Domino.

¶ Virgarum apud ueteres uſus eximius in ſacris, & Vaticiniis. Pyrethi magi, & Pyre/thia ſepta. Dinon, Locus. Diuinaculorum ſpecies. Qui Specularii, Capnomantes. Saliato res. Palmicum augurium. Vaticinia ex piſcibus. De Myrica ſcitu digna. Item de Rhabdu/

chis. Poemata

chis. Poemata uirgæ apta. An Virgas in Dracones potuerint Dæmones mutare. Quæ ſit Acæna, item Sceptrum oſtrea rhabdota, & arhabdota. Cap. XXIX.

Irgas in rebus diuinis eximii cuiuſdam uſus fuiſſe Veteribus, ex pleriſq; conie
ctare licet. Nam qui Perſicos ritus diligentius animaduerſos literis manda/
u runt, Illorum Magos, qui ſacrificiis præficiuntur, Carnes ſuper myrto, & lau/
ro poſitas tradunt ſubtilibus uirgis adurere, mox oleum lacte, melle'q; promi
xtum conſpergere, ac comprecari, faſciculos ex myrica pertenues manu tenẽ
tes. Cappadocia Magos ſuos ingenti numero Pyrethos uocat, Sicut ſepta quædã Pyrethia, in quorum meditullio ſurrecta ara, ubi inextinctus ſeruetur ignis, fiant'q; itidem compreca tiones non ſine myricinis Virgis. Sicuti in Scythia quoq;, ubi Vaticini traduntur plures, ſa/ lignis uirgis diuinatio concipitur, quas diſſoluunt, ac ſeparatim ſingulis humi conſtratis, ua ticinantur, interim uirgas prehendentes, componentes'q;. Narees uero, quos eſſe Andro/ gynos putat Herodotus, Tiliam ſcindentes trifariam, digytis'q; implicando, ac reſoluendo præcinunt futura. Siquidem diuinatio, quæ malis iniungitur Dæmonibus, Vt aliud agentes hoc item ſubnotemus, foliorum intendit crepitaculis. pomorum diſpicit ſemina. in ſublime iactata bacilla ſuſpectat. Cortices, Nomina, Imagines, Phialas, Specula, unde Specularios dici, apud quoſdam comperi, & id genus alia mille ſcrupuloſius obſeruat. Adeo ut Capno mantes quidam ex re ita dicti, tradantur ex fumi diſiectione ſuper aras futura captare, pro/ pterea Papinius, Thurea nec ſupra uolitante altaria fumo, Atq; item Saliatores referantur a' nonnullis, Qui ſalientes oculos intuiti, odorantur præſagium. Meminit rei ipſius in Ama ryllide Theocritus, ἄλλεται ὀφθαλμός μευ δεξιός. Salit mihi dexter oculus, quãquam Plau tus in ſupercilio id obſeruauit. dicitur uero Augurium id Palmicum, de quo Poſidonius ſcri pſerit, ab Oculi uibrata ſubſultatione, quæ res dicitur græce πάλμη, Nam apud Galenũ, & Aeginitam Paulum medicinæ tertio, dicitur & καρδίας πάλμος, ideſt Cordis tre/ mor. Sed & Satyriaſis a' Paulo eodem eſſe traditur αἰδοίου πάλμος, ideſt Pudendorum ſub/ ſultatio, Quæ Vaſorum ſpermaticorum conſequatur inflammationem. Id uero ni ſedetur malum, in Vaſorum eorundem mox præcipitatur πάρεσιν. Eſſe uero affectionem raram, Quæ & mulieribus contingat. Fuere in Lycia quoque, ex piſcibus uaticinia qui captarent, eos Ichthyomantes uocant Græci. Ligneis obeliſcis cum aſſis carnibus, pane quoq;, & ma za in aquam proiectis. Locum, in quo iſta tranſigantur, Dinon appellat Artemidorus Geo graphiæ decimo. Sed redeo ad diuerticulum. Apud Nicandri interpretem in Theriacis ita legimus, ad uerbum pene' tralata ſententia. Apollo inquit, Vaticinos ſanxit myrica præ/ nuntiare mortalibus futura. propterea inſignem fruticem hunc Nicander Mantin uocat, id/ eſt Vatem. Quin & Magi item Scythæ myricino uaticinantur ligno. etenim in pleriſq; locis Virga præſagiunt, quod in primo compoſitionis tertiæ Dion quoque confirmat. Sed & in Leſbo Apollo myricæ ramos tenet, qua ratione Myricæus quoque eſt cognominatus. Et Archæus prodit, quandoq; in Somnis uiſum Deum illum myricæ ramo decorum. Et Me/ trodorus rettulit, antiquiſſimam eſſe plantam myricam, nam Aegyptii in Iouis pompa co ronantur myrica, Sicuti apud Medos Magi. Porro' ad rationem Virgarum ſpectarit il/ lud quoquè, Recitatores Homerici Carminis Virgam ſolitos tenere, unde illis Rhabdu/ chorum cognomen adhæſit, qua ex cauſa Virgæ apta Apuleius in floridis poemata ui/ detur dixiſſe, quãquam & eodem nomine dicerentur, qui ludorum Spectatores compoſi/ te reprimerent, Gymnicis enim ludis præficiebantur, quos uocabant Brabeutas, uel, ut Plato, Brabeos. Item Maſtigonomi, & Rhabduchi. Fuerunt & ſuæ Lictoribus romanis uir gæ, nam & hi Rhabduchi ſunt, quibus fores pulſarentur, quando Pompeius intraturus Po ſidonii ſapientiæ profeſſione clari domum fores percuti de more ab lictore uetuit. Quod Plinius ſcribit, & antea Liuius ſignificauerat, Et comprobat Papinius, Et multa pulſantur Limina uirga. Quidam præterea, quod in ſanctis obſeruatum literis adnotauimus, Virgas coloris uarii in Aquis recondebãt, quò potum ducebantur Oues, Vt inibi ſalientibus arie/ tibus, ex earum intuitu conciperent Oues uariantis lanitii fœtus. Sed euentus eiuſmodi na/ turalis quiuerit reddi ratio. At quid ſit dicendum ibi, cum Aegyptios Magos Virgas uertiſ/ ſe in Dracones, legimus? Hoc naturæ ratio nulla prorſum admiſerit, Quoniam Corporea

materia Dæmonis non subiicitur potentiæ, quantum ad transmutationem ipsius ad formã, Quod tertio de Trinitate Augustinus docuit. Non est putandum inquit, istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hãc uisibilium rerum materiam, Sed soli Deo. Verum & ipsa dictare ratio uidetur, nam in Compositis ex materia, & forma, materia per se non fit, neque item forma, sed totum simul, immo'q; totum transmutatur in totum, ut ex toto aere fit totus ignis, quando aeris fit in ignem conuersio, sicuti in libro de generatione Auctor Aristoteles est. Effectus porro assimilis agenti est. Et in eo præexistit saltem uirtute. Proinde ex materia, & forma conflatum naturali produci nequit, nisi ab itidem composito. Angelus uero forma est simplex, propterea solus Deus præstare hoc ipsum potest. Verum id non utiq; inficiabimur, potuisse Dæmonas, celeritate incredibili uirgis emotis, serpentes earum loco subiicere, uel aliunde allatos, uel agentis naturalis uirtute ibidem genitos, præsentium oculos perstringendo, quod præstigiatorum Acceptabula cõprobant. Adde quod abeuntibus sensibilibus phãtasmata remanent, & imaginatiões, sicuti. ii. de anima proditum ab Aristotele, scimus. & inde ex motu locali formarum sensibilium remanentium in Virtute phantastica cum humoribus, in quibus sunt, ut in subiecto, apparent aliqua, quæ non sunt. Quare in libro de somno, & uigilia, Idem inquit, Descendẽte plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt formæ in imaginatione conceptæ, atq; ita demum fit, ut quæ nõ sunt, uideantur, quemadmodum Somniantibus contingere, scimus omnes. Qua ratione possunt & Dæmones humores commouere interiorum, exteriorum'q; sensuum, atq; ita ad organa formas aliquas inducere, perinde ac extrinsecus occurrerent, non solum dormientibus nobis, Sed uigilantibus quoq;. Vt sic putemus aliqua extrinsecus uel esse, uel fieri. Quæ tamen nec sint, nec fiant. Qua ratione puersa immundorũ spirituũ subtilitas, & infatigabilis fraus eludens spectatorum uisus, Virgas in Dracones deformatas potuit prætendere. Nam & dęmonum eorundem illusionibus seductæ mulieres quandoq; se cum Diana credunt nocturnis horis equitare. Potest ratio item afferri alia, inesse rebus corporeis per omnia elemẽta occultas quasdam seminarias rationes, Quibus cum data fuerit opportunitas temporis, & Casus, prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus. Quamobrem Angeli, uel Dæmones dici non possunt, qui talia efficiant, Animalium creatores. Sicuti nec Agricolæ segetum, quamuis norint præbere quasdam uisibiles opportunitates, & causas, ut illæ nascantur. Cæterum quod isti faciunt uisibiliter, hoc ipsum Dæmones incognita nobis, aut in uisibili ratiõe. Solus uero Deus Creator est. Approbantur aliquo modo, quæ hactenus sunt prodita nobis, sententia doctissimi Interpretis Auicennæ, apud quem ita legimus, Excantationes naturaliter effectum non habent, nec uim omnino ullam demutandi hominis sanitatem in ægritudinem. Quod qui arbitrantur, ipsi semet excantare uidentur, Imaginatione corrupta. Vno tamen modo posse hoc euenire, fatendum est, si diuinæ cẽsuræ maiestas ita adnuat. Ego inquit, Deo fauente, nec sortilegum assis facio, nec incantaminibus pollẽtem, qui inuitum, nolentem'q; tollere digytum cogat. Quinimmo nemo unquam me adiit, qui ueneficio se circumuentum diceret, quem non absoluerim ab excantationis imaginatione. Cæterum posteaquam de Virgis multum, diu'q; scribimus, impingamus auctarii loco quippiam, Lenones in Scenam prodibant amiculum gestantes floridum, & Virgam, quæ dicit Arescon. Erat & prioribus Acæna dicta Virga exagitandis bobus accommoda, sed et eodẽ modo metiendis agris instrumentum dicebatur pedum decẽ, ut scribit Apollonii interpres, ab Thessalis excogitatum, ex quo & Callimachus, ἀμφότερον κέντροντε βοῶν, καὶ μέτρον ἀρούρης. Cum stimulum signat, dicitur etiam Bucentrum. Acæna agros metiri in Aegypto exorsus est primum Thessalus quidam, nomine ab re indito, quia cognoscentibus singulis agri sui modum, sublatæ sunt cædes. unde nũcupata Acæna quasi στερῆσα αὐτοὺς τοῦ καίνειν. Hinc & pelasgida uocauit Acænam Apollonius argonauticon tertio, ueluti ab Pelasgis compertam, idest Thessalis. Sceptrum uero ab uirgarum ratiõe haud ita dissitum est. Id signum ueteribus censebatur Imperii, siue regni, necnon Orationis, & Iustitiæ quoq;. proinde Agamemnoni late imperitanti datur, Sed & concionanti Telemacho, Verum etiam Achilli. Qui iniuria item affectus per Sceptrum, uelut Iustitiæ iurat symbolum, quãquam pro baculo etiam uili capitur quandoq; Sceptrum. Sicut in Odyssea apud Homerum, palàm fit. Aureum fuisse Apollinis Sceptrum, comminiscitur Iliados primo Poeta idem, quoniam Soli

sacrum

ſacrũ creditur metallum huiuſmodi. Sicut Lunæ argentum. ex abundanti vero in vocabulo. r. habetur, ab σκάπτω, quod ſignat innitor. proinde σκάπτορ, ex doricæ linguæ proprietate legimus apud Pindarum. Illud Silentio minus prætereundum, ex Athenæi monumẽtis, Eſſe inter oſtrea, quæ dicãtur ῥαβδωτὰ, perinde ac dicamus Virgata. Alia item, quæ vocemus ἀῤῥάβδωτὰ i. minime virgata. meminit Ariſtoteles quoq;, Sed ῥαβδωτὰ pectinatim diuiſa interpretatur Theodorus.

¶ Philoſopum verum eſſe Dei amatorem. Philoſophiam non contingere abſque mathesi, ſed huius item finem eſſe intelligibilium contemplationẽ. Mathematicæ vnde dicantur. Quid dialectica inter Plat. inſuper de Geometria ſcitu digna. Philoſophiæ laus. Quid Puluis eruditus, quid Abacus. Locus Perſii declaratur. Capitulorum in Columnis partes. Stereobatæ quid. Alueolatus. Abax. Abacio. Cap. XXX.

Philoſophum verum Aurelius Auguſtinus ſcribit, nõ temere haberi alium, quàm Dei amatorem, quia Sapientia deus eſt, per quem facta ſunt omnia, ſicuti diuina auctoritas, veritáſq; monſtrauit. Sed diu antea Platonẽ ſanxiſſe animaduertimus, Boni finem eſſe ſecundum uirtutẽ uiuere. Quod illi demum contingat, Qui deum norit, & etiamnũ imitetur. nec enim alia de cauſa quis dici beatus poteſt, itaque ſi ametur Deus, hoc eſſe vel exactiſsimũ philoſophãdi genus. Pythagoras aũtẽ, & cum eo multi, qui illo duce purius excitaſſe mentẽ videntur, ampliſſime aſtruxerunt, abſque mathematico quadriuio haud facile philoſophiæ apicẽ contingi, nec poſſe verũ percipi. propterea qui illud neglectui habuerit, cogitare ſubinde debet, ſe philoſophari haud recte, Quoniã Mathematicæ diſciplinæ ſubſellia quædam ſint, ac elemẽta vel gradus, quibus cõſcendãtur altiora. Eas vero ſic appellatas Anatolius putat, quod cũ cæteræ diſcipline deprehendi, vel nõ docẽte aliquo, poſſint omnes, Mathematica ſub nullius cognitionẽ veniãt, niſi præeunte aliquo, cuius ſolertia ſuccidantur uepreta, vel exurantur, & ſupercilioſa cõplanẽtur. Vnde & Mathematicũ in anima, ſicut Theoreticum nuncupat in moralibus Plutarchus. Equidẽ & M. Tullius Mathematicos in magna rerũ obſcuritate, recondita arte, multiplicique ac ſubtili verſari ſcribit. Sũt qui ex Demonſtrationũ firmitate dici Mathematicas, opinentur. Cæterũ initio Geometria præcipue & Arithmetica in Mathematicarum album a Pythagora ſunt aduocatæ, quod ad omnem ſcientiã, omnẽque diſciplinam capeſcendam has cumprimis accommodas perſpexiſſet. Hinc & illa feſtiua Vox Socratici Ariſtippi profluxit, opinor, qui ex naufragio in Rhodiorũ litus maris impetu, & Ventis aſſilientibus cum foret excuſſus, ac inibi mathematicas formulas eſſet intuitus, gaudio geſtiẽs proſiluit, & bene ſperare comites iuſſit, quoniã veſtigia hominũ noſcitaret. Sed enim mathematica ſpeculatio ad cogitationis acumẽ a Platone ſuſcepta eſt, quia ſurrigat animũ, & ad rerũ diuinarum intuitum acié mẽtis exacuat. Quãobrẽ, inquit Alcinous, niſi finis iſtius gratia matheſin expetere perrexerimus, omnis noſtra indagatio recaſura in nihilũ eſt nudior Leberide, ac Cinclo pauperior. Etenim ab iis, quæ ſenſui manifeſta ſunt, ad ea, in quæ ſola mẽtis inenarrabilis celeritas, & diuina vis penetrare poteſt, aſſurgere decet. Nã mathematicas ſpeculationes veluti præludium quoddã ad diuinorũ perpenſionẽ ſtatuere cõuenit. Arithmetica quippe, ac Geometria, & qui eas colũt, eſſentiã ipſam videre deſyderãt, verũtamen circa illam ſomniare quodãmodo vidẽtur, conferant quãuis ad id. Iccirco diſciplinas eas, nec Sciẽtias quidem eſſe appellandas putauit Plato. Dialecticam vero vtique, quia ab Geometricis ſuppoſitionibus ad prima principia conſurgit, & inde q̃ Mathematica, efficacior eſt, nã circa diuina, æternaque verſatur, ímoque præpoſita mathematicis veluti arx quædã cẽſetur, ac reliquorũ cuſtodia. Quod nequis forte miretur, quoniã hæc non præſtet, quæ vulgo noſcitatur Dialectica, Scire cõuenit, Metaphyſicã facultatẽ, quã & primã philoſophiam vocant, Dialectices nomine a Platone celebrari, Quæ Logica vtatur, tãq̃ inſtrumento, hæc enim circa dictiones, conceptus, propoſitiones, ſyllogiſmosque verſatur. In cuius non eſſe conſeneſcendum gyris, atque Mæandris, tanquam apud Sirenios ſcopulos traditum eſt. Metaphyſica vero, vt Plotinus inquit, de omnibus tractans non

opinione,ſed ſcientia errore,qui circa ſenſibile accidit,vacãs,intelligibili prorſus adhæ-ret,circaq; ipſum diligẽter agit,falſo poſthabito,nutriens animã in ipſo Veritatis Cam-po.Sed vt ad Mathematicas redeã, Omnibus quidẽ veluti leuigatiſſimo,ac nitidiſſimo ſpeculo,inſunt,refulgentq; Veritatis intelligibiliũ veſtigia quædam,atque idola.Verum Geometriæ adeſt hoc imprimis iuſta Philonem,quæ initium eſt,& tãquam cæterarum metropolis.Hæc enim ſenſibilibus inhærentes,agglutinatosque auellit aſſidue,ſeducitq; ad intelligibilem,æternãque naturã,Cuius contẽplatio ſit philoſophiæ finis. Propterea Platonem ſcim⁹ Eudoxo,Archytæ, Menæchmoque vertiſſe vitio,quod ad organa me-chanica Solidi duplicationem auocare contenderent, quoniam ſic Geometriæ bonum periret denuo ad ſenſum relabẽtis,nec aſſerẽtis,vẽdicãtisque ſibi æternas,incorporeasq; ſubſtantias. In quibus cum ſit Deus,perpetuo Deus eſt. Qua ratione concipiunt aliqui dictũ a Platõne, Deum maxime γεωμετρεῖν hoc eſt Geometriæ intendere. Quanquam ſuper iis varia pro ingeniorum captu excogitari queunt. nec enim erudite minus afferri etiã id poteſt. Nã ſic Lycurgus quãdoque dicitur,Arithmeticã analogiã,vt Democrati-cam,& turbulentã e Lacedæmone excuſſiſſe. Geometricam vero paucorũ potẽtiæ mo-deratæ,ac Legitimõ regno congruẽtem induxiſſe. Siquidẽ Arithmetice æquale numero diſtribuit. Geometria vero ratione,ac pro dignitate,nec omnia promiſcet, Sed eſt bo-norũ,malorũque diſcretio inſignis,Velut hanc itidẽ geometricã analogiã rebus adhibet optimus max. Deus,quam Iuſtitiam nũcupamus,& Nemeſin, abs qua commonemus Iuſtũ præſtare æquale,non autẽ æquale iuſtũ. Nãque quã vẽdicant plerique, Aequalitas iniuſtitia videtur maxima. Cæterũ vt ad philoſophiã quoq;,vnde exorſi ſumus,redea-mus tanquã poſtliminio,Hæc eſt Virtus ea,quæ,vt Theophraſtus inquit,nos in alienis locis prohibet videri peregrinos,vel neceſſariis amiſſis,amicorũ inopes. Sed quãcũque adierimus Ciuitatẽ,ea nos ampliſſime donat.Hæc adeo vitæ dux eſt, ac vitiorũ expul-trix,ſicuti a M.Tullio proditũ nouimus,Vt ſi hanc,vel ex Conuiuiis exigendã cenſeas, amplius lõge peccaris,q̃ ſi Lucernam reſtinxeris,hac ſiquidẽ ſublata,Boni,ac moderati nihilo deteriores fient. At inſcitia,& inconcinnitate cum Vino ſocietatem ineuntibus, ne aureus quidẽ Palladis Lychnus gratũ decensque conuiuiũ præſtiterit. Quo nomine præſignes multi in vna hac quaſi tabernaculum vitæ ſuæ collocarunt, veluti plane ſit benefactorum omniũ mater,ac benedictorum. Ex huius præcipue admiratione Alexis poeta mihi ita ſcripſiſſe videtur. Athenienſes maxime omniũ ideo videri laude dignos, quod reliquorũ in Græcia leges,a Liberis præſtari alimenta parentibus cogãt, Athenis vero nõ vtiq; omnibus.Sed iis modo,qui Liberos artibus erudiſſent. Proinde nec igno-bilis auctor Vitruuius maximas parẽtibus gratias ſe teſtari ſcribit,qui illũ ingenue edu-candũ,inſtituendũque cẽſuiſſent.Sed & Architecto ſuo idẽ auctor, quod relatu cõdignũ eſt,præſtare philoſophiã ſcribit,vt animo ſit magno,nec tamẽ Arrogãs,ſed potius faci-lis,æquus,fidelisque ſine auaritia,quod eſt maximũ. nullũ enim opus citra fidẽ,caſtita-temque vere perfici poſſe. Ne item cupidior ſit,nec munuſcula captet, Sed cũ grauitate dignitatẽ tueatur bonæ innixus famæ,hæc enim philoſophia præſcribit. Vt taceam,in-quit,rerũ naturaliũ diſſertationẽ,quã Phyſiologiã nũcupant. Porro ex iis,quæ hactenus de Geometriæ protulimus excellentia,latius iam,opinor,patet,quid ita de natura Deo-rum libro ſecũdo Cicero Geometricũ puluerẽ eruditi epitheto cenſuerit honeſtandũ, in quo priſci Geometræ formulas delinearent,Sicut Arithmetices organum Abacus erat, Quã ab honore Pythagoræ Pythagoream appellabãt mẽſam.ne in multiplicationibus, & partitionibus,& in podiſmis vnquã fallerentur,excogitatam,deſcriptamque,quod eo gratius adnotauimus,vt Perſii carmen fieret notius,

Nec qui abaco numeros,& ſecto in puluere metas
Scit riſiſſe Vafer. Eſt & in Columnarum capitulis,quæ puluinata cõformãtur, Aba-cus,pars quædã,in qua & Volutæ ſunt cum Lineis,quæ Catheti nuncupantur.Nã capi-tuli portionẽ ſupremã vocant Cymatium,quod ipſum & proiecturas habet, quas dicũt Græci ἐπιφορὰς. Sunt in eodẽ qui nominantur Puluinorum Balthei. Illud ex abundanti ſit,quod adnotaſſe nil obfuerit, Parietes,qui ſubiiciuntur Columnis,& onera excipiunt, nuncupari Stereobatas, Quibus mox ſuperponuntur Stylobatæ,,ſuper quos demum

diſponi

diſponi Columnas, artis eſt. Verum Stylobatæ ita exequant, uti habeant per medium adiectionem per Scamillos impares, nam ſi ad Libellam dirigantur, Alueolati oculo oſtendentur. Abax uero, & Abacion inter coquinaria recenſentur Vaſa. Apud Cratinum legimus βαλάνων ἄβακα.. Sunt & Aleatorum inſtrumenta eodem nomine.

¶ Seruitutis malum. Qui dicerentur Stigmatiæ, ac Literati. Nicanor cur dictus Stigmatias. Equi Coppatiæ, & Samphoræ. Traſippion. Samii literati. Samæna quid. Cauterium, Encauſtum, Grammatica pocula, Serui pileati, Coronati, Apolides, Inſularii, Originarii, Aſcriptitii. Caput XXXI.

Seruitutem eſſe omnium malorum poſtremum, non modo bello, ſed etiam morte fugiendum, ab celeberrimis auctoribus pronuntiatum eſt. Spinoſa uita eſt, & multis obiicibus præpedita, quoniam, ut inquit Imperator, Libertas incomparabile pretium eſt. Contemptibilis quoq; nam & iure ciuili Serui pro nullo habentur, nec caput habent. Immo uero etiã miſerrima. Etenim quid miſerius, aut infelicius, quàm addici alicui, qui & Vitæ, & necis in te habeat poteſtatem, & ſiquid acquiras, Domino acquiras? Sed & uates nobiliſſimus libro Odyſſeæ ſeptimo & decimo ita canit.

ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
ἀνέρος, εὖτ' ἂν μιν κατὰ δῶλιον ἦμαρ ἕλῃσι.

Quibus dimidium ei Virtutis perire confirmat, quem ſeruilis obuallarit neceſſitas. Inde factum puto, ſeu premente ui, cum qua ne dii quidem, ſicuti dicitur, pugnarint, ſiue educatione praua, ſeu utroq; potius, ut parte plurima Serui de prima malitiæ, ac Vafriciæ nota ſint, & habeantur. Quod furciferi appellatio indicarit, & quia malis moribus homines, & lingua proterua, ab hoc fere genere Vernaculi nũcupantur. Hinc dira excogitata ſupplicia ad reprimendam æſtuantis mali, & increſcentis audaciæ uim proruptam, nimio plus craſſantem, ac in domini perniciem ſubinde aſſultantem. Quæ cum materno lacte Vitiorum, ut ſic loquar, ſegetem hauſiſſe uideri poteſt. Hinc Stigmatiæ, ſiue Stigmatici appellati, quib⁹ ob inſigne flagitium notis inurebatur Corpus, & frons imprimis, ſicuti commeminit Seneca, unde inſcriptos uultus nominat ſcitiſſime Plinius, & Thraciæ notæ in puerbiũ adductæ, q̃q̃ illis gentibus nobilitatis loco cenſeretur, ut auctor Herodotus eſt, prætuliſſe frontem notatam punctis. Quæ, quia literarum formam quandoq; oſtentarent, non Stigmatiæ modo, quod Nonius eſt interpretatus, Sed & Literati quoq; ita inuſti dicebantur. Nam quod Nicanor Alexandrinus grammaticus, ut proditur a Græcis, feſtiue Stigmatias eſt cognominatus, non ex ſeruili fœditate natum, Sed quod anxie, ſolicite q; lucubrationibus aliquot περὶ στιγμῆς conſcripſiſſet, ideſt de punctis, ſiue diſtinctionibus, quibus utimur in ſcribendo. Morem uero literas inurendi etiam in equis agnoſcere uidet Ariſtophanes, qui in nebulis Coppatiam inde Equum nominat, Cui inuſtum eſſet κ. Sicuti Samphoras, ſiue Sapphoras, quibus σ. Etenim σ. et ν, inuſta uocabant σάν. Coppa uero eſt numeri figura, compacta ex κ & σ. hoc modo 5. ſignat autem nonaginta. Etiam ſi Coppatiam quidam interpretati ſunt quaſi κόπτοντα, quod eſt ungula terram excauantem. Vero propius eſt ab inſigni ita nuncupatum, quæ ratio etiam Bucephalos fecit. Qua in re obiter, & in tranſcurſu illud adnotandum, fuiſſe Triſippion ueluti rotulam quandam publica nota, quæ candens malis equorum imprimebatur. Auctor uero Euſtathius eſt, Iliados rhapſodia decima, elemẽtum Cappa quibuſdam dici Coppa. Sicuti Sigma Dorienſes dicunt σάν, Quod docuit Athenæus quoq;. Porro ad inuſtę frontis notas alluſit Plautinus Olympio, cum ait, Si hic literatus me ſinat. Quin & Literatos Samios dici, in Babyloniis ſignificari ab Ariſtophane, compertum nobis eſt, in quorum frontibus Athenienſes, ſicuti ſcribit etiam in Pericle Plutarchus, ſtigmata inuſſiſſent. Vnde iactatum uulgo, Samiis neminem eſſe Literatiorem, etiamſi hoc inde effluxiſſe malunt aliqui, quod in Samiorum Rep. Ariſt. ſcriptum reliquerit, Illos quandoq; a Tyrannis oppreſſos, inopia Ciuium, Seruos quoq; ad publicam admiſiſſe curam. Vel quia in Samo quatuor & XX literæ ſint compertæ primum. Sunt qui Samænæ notam illis inuſtam uelint. Eſt uero Samæna nauigium dicrotum, hoc eſt bireme rotundum conca

uum, ac in uentris similitudinem formatum, ut mare percurrere, & celeriter cõuerti posset. Cuius auctor extiterit omnium primus Samiorum tyrannus Polycrates, unde etiam dici Samænam, interpretatur Plut. Alii Samænam numisma intelligunt. Quoniam uero de Inustionibus agimus, Scire oportet, ferramentum, quo id fiat, ab re appellari Cauterium. Nam in Plut. moralibus lectum est, Cyrenæorum tyrannum Nicocratem post multa crudeliter, & nefarie perpetrata, portis quoq; custodes appositisse, qui mortuos, dum efferrentur, gladiolis confoderent, & Cauteria admouerent, nequis per fraudem uiuus elaberetur. Hinc illud ex Septimii Florentis apologetico, Risimus inter ludicras Meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem. Sed & Cauterium dicitur, quo putridæ Carnes aduruntur, & ulcera, ex quo & Hieronymus, putridę carnes ferro curant, & Cauterio. Inde Cauteriata Conscientia Apostolo Paulo, ueluti Cauterio, siue Cautere ambusta. Sci tu digna sunt obiter, quæ scribit Auicenna Cap. XXIX. fen quartæ primi. Cauterizatio inquit, perutile medicamẽtum est. iuuamentum in eo præcipuum, ne serpat uitium, quod corruptum est, ac in membro retentum, resoluit. Sanguinis fluctionem inhibet, oblæsas partes refouet leniter. Cauterium, si aureum fuerit, cẽsetur præstantissimum. Cuius ratio est, Vt ibi attestatur doctissimus Interpres, quoniam Aurum mitius urit, quin urẽdo fouet leniter insita uirtute. Vulnus, quod inde fit, celerius coit. Porro min⁹ terroris affert aurum, quàm candens ferrum. Demum sunt & sua Pictoribus Cauteria in ea pingendi ratione, quam uocant Encausticen. Latine Inustariam dicimus, coloribus inustis, & Ceris igne resolutis. Vnde factum uulgo, ut Librarium atramẽtum dicatur Encaustum. Cauterii eiusmodi commemi/nit Iureconsultus Martianus titulo de fundo instructo. Sed, ut ad Seruos redeam, Quos diximus appellari Literatos ab literis fronti inustis, sicuti Illiteratum, tacitum'q; consensum appellat eleganter Gellius, qui non sit propagatus ex decreto conscripto, aut lege. Eosdem & Cælatos quandoq; legimus appellatos. Grammatica pocula ex fontibus profluunt eisdẽ, Siquidem, ut scribit Athenæus, quæ literis forent insignia, sic nuncupabantur. Cuiusmodi illud, in cuius ambitu uerba legebantur hæc, Διὸς σωτῆρος, idest Iouis Seruatoris. Capuæ Grammaticum fuisse poculum legimus Dianæ sacrum, ex'q; Homericis concinnatum Carminibus. Apud Achæum tragicum Grammatici mentio poculi est. Seruis præterea apud Græcos Comam nutrire nefas habebatur. Dulocratiam sanxisse uidetur Caius Imperator, permissa passim Seruis licentia, Dominos, siquid uellent, accusandi. unde ingẽs illata orbi terrarum calamitas. Pileatos Seruos Sabinus accipit, Quorum nomine uenditor nihil præstaret, quoniam emptores iam oculis perciperent, quod nam foret Mancipiorum genus. Sub coronis uenire dicebantur, qui in bello capti uenundabantur coronati. Insulârii & Apolides ab Iureconsultis dicuntur uiles Serui, ac pessimi, sine Ciuitate, & in insulas deportati, & in publicum opus, aut in metallum dati. Cæterum, quia in naturali historia queri non cessat Plinius, Agrorum cultus, ad damnatas manus, & inscriptos recidisse uultus. Sciendum est, quod equidem adnotatu dignum mihi est uisum, In Canonicis decretis Seruos colendis agris destinatos nuncupari, tum Originarios, tum Ascriptitios. Sed Originarios dici proprie, Qui ex Ascriptitiis nati sunt in ipso solo, siue fundo, ut Codice de Agris, & Censibus, Lege, Colonos. Libro XI, & Eiusmodi sine gleba, quam coluerunt, uendi nequeunt. Ascriptitii uero sunt, qui per XXX annos fuerunt in solo. Qui duobus modis fiunt, aut præscriptione, aut duplici confessione, per scripturam bis factã, in qua Domino fundi promiserint, se nunquam inde discessuros. hos etiam Partiarios quidam uocant. Seruos item Liberorum loco agris colendis adhibitos, Appianus docuit Ciuilium bellorum libro primo.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD CLARISSIMVM PHILOSOPHVM, ET MEDICVM, HIERONYMVM RVBRVM, PATAVINVM PRAEFATIO QVINTA.

Etus, quam tibi nuſquam interpellatam pro uirili exhibuimus, obſeruãtia exi
gere, immo, ut ἐμφατικώτερον dicam, efflagitare impẽſius eſt uiſa, ne in mi
u ſcella hoc genus pragmatia innominatum te omnino præterirem. Equidem,
ne mentiar, iucunda mihi recordatio ſubit neceſſitudinis inter nos ſuſceptæ,
cum in Patria tua, ubi Animi, ingenii q̃ cultum ſum indeptus, agerem. Mira
me dulcedine perpetuo mores tui exactiſſimi, ſumma q̃ conditi ſuauitate peruinxerunt ita,
Vt Spectrum & Animi, & blandiſſimæ Orationis tuæ infixum altius hæſerit, Homericum
illud de Neſtore ingerens aſſidue, τοῦ δ' ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Accedit Do
ctrina ſingularis, Lectio incredibilis, Ingenium ſubactiſſimum, exercitatio immenſa, Græcę
ꝓprietatis æq̃, ac patrię ꝓpitia ſumme admirãda, Et qua expleri neqt Animus, ardeſcit q̃ tu
endo, Perſpicax in penſitandis ægritudinibus prudentia, & diuinandi per certa tamen, ac
nunquam fallentia magnopere naturæ indicia, donum præcellens. Quo noſti τά τε ὄντα
τά τ' ἐσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Legitimi ꝓrſum iſta ſunt Medici, De quo dictitari, ac recini iden
tidem illud poſſit Elogium, ἰητρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Hæc demũ omnia, nõ me,
Qui ſum σκιᾶς ὄναρ, ut ille ait, Sed in humanis rebus eminentiſſimum quẽq̃ ſic in tui nomi
nis amorem, ac Venerationem dulciſſime proliciunt, Vt nil æque gratum ſibi opinentur, q̃
tua perfrui familiaritate, atq̃ interim affluentiſſimis Sapientiæ tuæ aquis rigari. Agnoſce cę
leſtem animi tui fœcunditatem, Excogitaſti, præter iſta, quæ immenſa ſunt, & rationem ali
am, qua uel potentius tibi homines conciliare non deſinis. Mira effulget in te Liberalitas,
mirum impertiendi omnibus, Quæ adſunt tibi, ſtudium, nec ſupellectili quidem Librorũ
pretioſiſſimæ parcendo. Quæ ſane rara Auis eſt. Alia nunc mitto uolens, Quàm munifice
mihi haud ita pridem Paulum Aeginitam pudore quodam, ruſtico pene, expetenti com
modo dediſti? immo neq̃ hac contentus fini, Galenum adieciſti. Quàm alte putas mihi infi
xa hæc? Explicari facile haud poteſt, quàm me tranſuerſum rapiat tua hæc diuina Virtus, eo
quidem exoſculanda magis, quod a pleriſque, ne dicam omnibus, Libri hoc genus in ſan
ctaria intruduntur, immo contumulantur, quid enim aliud ſunt, quàm βιβλιοτάφοι, Sed
liuore ſordidi, tantum q̃ non felicitatem omnibus inuidentes. Quamobrem ita me tibi de
uinctum putes, uelim, ut qui maxime. Sed & mea omnia, etiamſi pſyrica, & uelut Quiſqui
lias, tibi, & tuis omnibus expoſitiſſima, experiare tantum, Me haud fuiſſe mentitum,
dices. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANTIQVARVM LIBER VNVS, QVI QVINTVS.

Regibus olim Vrbes fuiſſe obnoxias. Pœmanor, & Pœmanorium quid. Rex cuiuſmodi eſſe debeat, uel Princeps, aut Magiſtratus. Cic. nodus explicatur. Anax cur dicatur Rex. Anactoria miletus cur. Diopos quid, & Adiopos. Caput primum.

NITIO Rerum, memoriæ proditum eſt, Vrbes græcas Regio imperio,
quod tum ſanctiſſimum exiſtimabatur, fuiſſe ſubiectas. Sed nõ ut apud bar
barorum gentium plerasq̃, craſſatione tyrannica, Verum iuſta legum ſci
i ta, ut inquit Dionyſius, et patrium morem. Erat q̃ omniũ clariſſimus, Qui
iuſtiſſimus, legum q̃ ſtudioſiſſimus. Neq̃ enim huius maieſtatis faſtigium
popularis dabat ambitio, Sed ſpectata iter bonos moderatio. Quod Home
rus quoq̃ ſignificat, Cum ius dicentes, & fas conſtituentes Reges uocat.
Vlyſſem uero, Vt mitiſſimum patrem, fuiſſe ſcribit. Sed Plato item homerico more Regem
Paſtorem uocat, nam & apud Aeſchylum compoſito nomine Pœmanor dicitur, ſicuti &
ſubiectus Grex, Pœmanorium. Quin Ciuilem potius Virum Plato nuncupat, q̃ Regem.

Innuens nimirum, adeo humanum, ac mitem, si fieri posset, esse debere, Vt inter Ciues uideatur esse conciuis, ut ita dicam, Prudentia, Iustitia, Cura potius, quàm alio quouis excessu superior. Brutis siquidem, non ratione pollentibus hominem natura prælatum intelligimus, sicuti scite admodum colligit Gregorius, Quia ita dicatur Genesios nono, Terror uester, ac tremor sit super cúcta animalia terræ, & super omnes Volucres cæli cum uniuersis, quę mouentur in terra. Omnes pisces maris manui uestræ traditi sunt. Præter naturæ rationem effertur quippe, ac tumescit, Qui sibi aduersus æqualem deposcit Imperium. Proinde inquit, Antiqui Patres non Reges hominum, Sed pecorum fuisse Pastores memorantur. Homines quidem uniuersos æquales produxit natura, Sed pro meritorum ratiõe Alios aliis iusta utiq; Dei dispensatio, sed occulta præponit. Vt humana formidine peccare metuãt, qui diuino minus exterrentur iudicio. Verum timoris huius nomine inflari haud quaquam addecet. In quo non propria est affectanda gloria, Sed Subditorum quærenda Iustitia. Certe maiorum hæc consuetudo fuit, ut Sacerdos Rex esset, ac Pontifex, nam Regibus expiandæ cædis munus incubuisse, ex historia scimus. Cæsari inquit elegantissime Seneca, Cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius uigilia defendit. Omnium Otium illius labor. Omnium delicias illius industria. Omnium Vacationem illius occupatio. Ex quo se Cæsar Orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit, & Syderũ modo, Quę irrequieta semper cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quicquam suum facere. Quin hoc ipsum est, quod obscurius significat M. Tullius in Epistolis ad Q. fratrem, Sic te inquit, ita uiuentem intuebuntur Græci, Vt Quẽdam Ex Annalium memoria, aut etiam Cælo diuinum hominem delapsum putent. Porro Xenophon ille, Cuius aureum flumen quibusdam scabris, & turbulẽtis obiicibus retardare Cicero dicitur, Cyrum suum, ut sanctitatis antiquæ typum, & exemplar examinatissimum effinxit, neq; enim ille talis fuit, sicuti Platoni credimus, id ipsum in legibus statuenti, a M. demum Tullio cõfirmatum in Epistola ad Q. Fratrem didascalica. Sed singularis facũdiæ philosophus effigiem quandam Iusti imperii conceperat animo, & eminẽtissimi principis, quæ summam grauitatem cum singulari comitate coniungeret, hanc ille sub persona Persici Regis exprimendam potissimum censuit. adeo'q; scopum attigisse uisus est, aut Scopi Vmbilicũ uerius, Vt Aphricanum Scipionem, quãquam spolio ex tertia orbis parte rapto, celeberrimum, non temere legamus eum librum de manibus ponere solitum. Neque enim uulgaris, aut exculcatæ Virtutis est, Aliis bene imperare, siue id imperium perpetuum sit, siue certis circunscriptum annorum curriculis. Proinde dictum ab Aristotele est ex Biantis sententia, Magistratus Virum ostendit, eo quidem impensius, quia alienum bonum Iustitia est, Virtutum sola. Sic ad alium, & in communi Magistratus geritur, de quo quidem uberius primo de rep. a Platone differitur. Eius uis est, ut præsit, præscribat'q;, quæ recta, & Vtilia, & coniuncta cum legib⁹, Vt enim populo præsunt Magistratus. Ita Magistratib⁹ leges. Vere'q; dici potest, Magistratum legem esse loquentem. Legem uero mutum esse Magistratum. Lex porrò simul cum mente diuina orta creditur. Itaq; uera Lex, & princeps, apta ad iubendum, uetandum'q;, ratio est recta summi Dei, Sicut doctissime a M. Tullio colligitur. Facilitas uero, & humanitas Principis, ac Magistratus præcipuę sunt Virtutes, Itaq; Macedonum Regem Philippum rerum gestarum gloria longe post a filio relictum, legimus, facilitate autem, humanitate'q; adeo antecessisse, ut alter semper magnus, Alter sæpe turpissimus deprehendatur. In romana historia aduertimus Tribunitiæ domus fores nõ interdiu, nõ item noctu solitas occludi, ceu plane portus quidam, ac refugium celebre, quo indigentibus semper, & facile pateret aditus. Istuc ipsum si præsides Viri uniuersim præstent, saluberrima quædam dubio procul consurget administratio. Nam & in septem Sapientum Conuiuio præcipua dignum laude putat Solon tum Regem, tum Tyrannum, si ex monarchico principatu Democratiam Ciuibus suis comparent. At Bias eum uere Principem opinatur, Qui Patriis legibus, institutis'q; subiecerit se primus. Beatum esse Regem censuit Thales, cui datum foret consenescere, immori'q;, natura ad id ducente. Anacharsis uero adiecit, Si solus fuerit prudens. Sed resipit tyrannicum omnino Spiritum, quod a Cleobulo prolatum est. Si inquit, nemini assistẽtium satis fidat, Præsignem pietate Principem facit, ac perinde felicem. Pittaci scitu digna sententia, Si inquit, non illum timeant Ciues, Sed illi. Cæterum Chilonis magnope

nis magnopere attendendum Oraculum, quo pronuntiatur, ſumma omnia, & immortalia Principi legitimo eſſe concipienda. Et rectiſſime profecto. Quippe Iuſtitia Legis utiq; finis eſt, Lex uero Principis opus. Princeps imago Dei eſt, uniuerſa diſpenſantis, gubernātis'q;. non Phidiæ induſtriam requirens, non Polycleti, non Myronis, Sed ipſum ſemet in Dei ſimilitudinem effingens, Virtutis opera ſimulacrum expingens, conformans'q; omnium plane decentiſſimum, & aſpectu iucundiſſimum, ac Deo maxime conueniens. At qui Vocis horrore, aſpectus truculentia, morum difficultate, ac ſolitudine Principatus tumorem auſteritatem'q; exprimunt, nil ſane ab Coloſſis diſtare animaduertuntur, Qui extrinſecus heroicam aliquam, aut diuinam præferentes ſpeciem, intus terram habent, aut ſaxa, uel plumbum quoque. Niſi quod hoc genus Statuæ ponderibus libratę rectitudinem ſeruant immobilem, nec quoquam proclinantur, adnuunt'ue. At imperitus Princeps fluctuat ſæpe, quatitur'q;, ac circumagitur. Addecet Imperantem profecto eſſe ueluti Regulam, aut Canona, Qui ad rectitudinem cōpoſitus, & nullo flexu uitiatus, Cætera appoſitus, coaptatus'q; dirigit, ac ſimilia reddit ſibi. Conſimili item ratione Præſidem oportet ſeipſum prius componentem, ac imperium intus ordinantem, ſic concinnatis moribus, Ciues ſibi reddere perſimiles, neq; enim ſuccidentis eſt, lapſitantis'q; alios dirigere, aut inſcientis edocere, aut inculti ornare, uel exordinati ordinare, uel imperare, qui obedire neſciat. Cæterum plerique ex inſcitia primum, atque præcipuum Principis opinantur bonum, nemini ſubeſſe. Et Perſarum Rex omnes præter Vxorem, quam imprimis pro imperio coercere oportuit, Seruos arbitrabatur. At inferat aliquis, Quis igitur Imperantem compreſſurus imperio eſt? Lex nempe mortalium, immortalium'q; Regina omnium, ut Pindarus inquit, nec ea libris omnino, aut comprehenſa tabulis, Sed animata intus ratio, cohabitans perpetuo, ac in ſtatione parata, nec animam ducatus deſtituens inopem. Perſarum Regi ſicuti accepimus, præſto' erat ex intimis Vnus aliquis, huic deſtinatus muneri, Qui mane conſurgentem ita commoneret, ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων, ὧν σὲ φροντίζειν ὁ μεσομάσδης ἠθέλησε. Conſurge Rex, & obi negotia, quæ te obire, uoluit Meſoromaſdes. At ſolers Imperator intus habet hæc, & huiuſmodi pleraque dictantem. Inde fit, Vt refelli magnopere dignus uideatur Anaxarchus, Qui, ut Arrianus prodit, Conſolaturus Alexandrum Vino, & Iræ, conſultoribus peſſimis ſuccumbentem, Per febrem, ut uidet', ſomnians ipſe, uel morbo arreptus phrenitidos Hippocratis uinculo deſtinandus, An tu Alexander Sapientes inqt ueteres ignoras, ideo aſſidentem Ioui Iuſtitiam feciſſe, Vt qc/quid ab Ioue decretum, ſancitum'q; foret, id iure factum uideretur? Ita magni acta, & geſta Regis primum quidem ab ipſo Rege, deinde ab aliis iuſta cenſenda ſunt. Sed mea utique ſententia, ſi approbentur iſta, ut ab Sapiente, ac uere prorſum enuntiata, bone Deus, quantum inde erumpet malorum? qui Calamitatum laxabitur ſinus? Documento ſit is ipſe Alexander, Quem ita philoſophi præcepto imbutum proditur memoriæ, ad id ueſaniæ productum, ut iam diuinos ſibi depoſceret honores, nec ſatis, Nam, ueluti bellatorem Fortunæ flatibus nimio plus elatum mortalis naturæ diſpuderet, non Philippo iam ſe natum, Sed Ammone potius, credi uolebat. Quid illa Veſtis mutatio, & in Perſicos mores degener tranſitus? quantum hic turpitudinis, quàm fœda maieſtatis fugillatio? Quæ uero Macedonum indignatio? Cæterum quid ita inſinuas Anaxarche, aſſidere Ioui Iuſtitiam? immo uero, ſi coniectatio me non fallit, non aſſidet Iuſtitia Ioui, Sed ipſe Iuſtitia eſt, ac fas ipſum, & legum uetuſtiſſimus omnium, ac perfectiſſimus. Ita certe ueteres prædicant, edocent'q;, abſque Iuſtitia ne ipſum quidem Iouem recte poſſe imperare. Ea uero iuxta Heſiodum incorrupta Virgo eſt, pudoris, ac caſtitatis, Vtilium'q; contubernalis. Proinde Reges item αἰδοίους, ideſt Caſtos, Venerabiles'q; nuncupare Poetæ ſolent. Hinc ergo colligendum, Regiam facultatem eſſe ſublimem, præcelſam, multis Virtutibus circunſeptam, conſtipatam'q;, curis innumeris anxiam, & omnino uitam cenſeri laborioſiſſimam, ſi incumbentem oneris magnitudinem recte metiaris, geras'q; pro ratione, ac dignitate. Proinde Seleucum dicere ſolitum ſcimus, Si ſatis norint homines, quàm operoſum, quam'q; moleſtum, uel modo tantarum rerum adeo numeroſas epiſtolas aut ſcribere, aut legere, diadema proiectum nemi/nem excepturum. Quin & Philippus in regione ſpecioſa caſtrametaturus cum audiſſet,

futuram ibi iumentis pabuli inopiam, ὦ Hercules inquit, cuiusnam modi Vita est nostra, Si ad Asellorum occasionem uiuēdum nobis est? Certe Anax ueteribus Rex dicebatur, quod Plutarchus tradit, & repetit Eustathi⁹, quia Anacos dicitur Medela, quod illis Subditorum cura incumbat. Dioscuros autem, ideſt Castorem, Pollucem'q; ab nauigātium cura primos omnium ita inuenio nuncupatos. ineſt utiq; uocabulo diuinum quiddam. proinde excellentiam complectimur eo, quod Euripides itē significat. ἄναξ, Διὸς γὰρ δικαιότατος καλεῖν χρεών. Est proprium quoque nomen Anax, Sic enim Cæli, ac terræ nuncupatur filius, de quo Miletus dicitur Anactoria. Inuenio item Reges, siue Duces recte Diopos nuncupari, quod cōmonstrat Aeschylus, Sicut Adiopi uocant', q Principe carent. inflectitur uerbum ab διέπω, quod est ordino. Aelius Dionysius Diopon accipit τὸν ναυφύλακα, ideſt nauis inspectorem, custodem'ue, ἀφὸ τοῦ ὁπάω, τὸ βλέπω. Porro apud Veteres, Qui rerum moderamina suscepissent, iidem & Auguriorum erant non imperiti. Vt enim sapere, Sic & diuinare regium censebatur. Diopos etiam Epiplus dicitur, ideſt ἐπίσκοπος.

¶ Regum reuerens in Oriēte cultus. De Indicorum Regum luxu, ac tumore. Item Persarum. Grypos curament Persæ. Item quem intelligamus Pyrphorum. Cap. II.

REgium ergo nomen sanctum ubiq;, sed in Oriente Venerationis præcipuæ. Regum ibi maiestas eximia, confluentibus ad nomen barbaris. Quem'q; secundis rebus reuerentię cultum exhibuere, Vel in aduersis præstant constantissime. Quo factum animaduertimus, Vt inani tumore, ac nimia insolescentes felicitate pleriq; totis, ut aiunt, cuneis in multam proueherentur absurditatem, sibi'q; uendicarent, Quæ humanæ imbecillitatis oblitos facile coarguerent. Indici Regis Luxuriam, quam tamen Barbari magnificentiam interpretantur, Gentium reliquarum Vitia facile transcēdere, hinc perspici potest. Siquidem ubi uisendum se publice præbet, apparent argenteis thuribulis ministri perplures conspicui. Iter uniuersum, quo uectatur, Odoribus uaporatur. Ipse aurea gestatur lectica, margaritis hinc inde propendentibus. Amictus auro interlucet, ac purpura. Lecticam obmuniūt Corporis custodes, E ramis cantillantibus auiculis, quas ita de more imbuunt, ut inter seria instrepant cantu. Regiam auratæ suffulciunt Columnæ, auro uite cælata obambiēte. Inter hæc Auium, quibus præcipue oblectantur, argenteæ nitent effigies. Regia nulla non hora uolentibus patescit. Vbi Capitis curæ, ac ornamento incumbit, Tunc admittuntur Legationes, & redduntur populis iura. Odoribus perfluunt liti pedes. Siquando in uenationem prodire collibuit, Feræ Leporariis occlusæ inter pellicum Vota, & cantus transfixæ conficiuntur. hic illis non contemnendus Labor. Si longior incumbat expeditio, Curru uectantur, Quem instrati auro Elephantes ducant. assectantibus agminatim Pellicum Lecticis. Subsequitur & Regina, sed seorsum, nec minore luxu. Vbi somni tempus appetit, Regem uino grauem, dormitantem'q; cubiculo inferunt Pellices, noctium Diis patrio ritu aduocatis cum cantu. Iam uero quid superbam Persarum Regum molliciem memorem? Adoratio his erat peculiare bonum. citra hāc non facile ad Regem patebat aditus. Illum quinimmo uidisse quādoq; augustissimum censebat'. Quoniam is sub maiestatis specie semper fere latet. At magnus Agesilaus, quod Xenophō scribit, Vt semper spectaretur, gaudio exiliebat, cum turpiter agenti tenebras conuenire, arbitraret'. At honestæ uitæ lucem longe plus ornamenti afferre. Porro Persarum Regibus illa maxima incumbit cura, Vt terrarum orbem, maria'q; depopulentur omnia, præsuaues dū uenantur potus, gliscerās, adipatas'q; dum conquirunt dapes. Mox uero distenti sic, & adoruti, mirum est, quo studio moliantur soporē. Vni plures adsunt Vxores. Per uices Regē adire, mos illis est. Cultus Regis luxuria præcipue erat insignis. Purpureæ tunicæ medium albo intexebatur. Palla uero picturata erat, Aureis accipitribus uelut rostris mutuo se petentibus. Zona succingebatur aurea, sed muliebriter, ab ea propendebat Acinacis, Vagina gēmata. Capitis insigne a Persis nūcupari Cidarin, animaduerto. ambit id cerulei coloris fascia, albo intermicante, & Pontifex tamen, inquit Hierony. Cidarin habet, & nomen Dei gestat in fronte. Currum assectabantur armatorum decem millia, hastis argento coruscantibus, Spiculis etiam auro præfixis. Siquando mouenda forent Castra, Super Regis

tabernaculum

tabernaculum, quod Auguſtale dicimus, conſpicua omnibus promicabat Solis imagunculа, Cryſtalli incluſa globo. Cum progredi cœpiſſet agmen, Ignis, quem ipſi ſacrum, æternum q; uocabant, argẽteis altaribus præferebatur. Sicuti apud Græcos irroborauerat mos, Vt in prima ſtaret acie Vates laureos geſtans ramos, & corollas, quem uocabant Pyrphorum, Cuius meminit Pollux, & in Sudę monumentis relatum inuenies, quoniam lampada item præferret. Eum iure belli uiolaſſe, ſummum habebatur ſcelus. Eſt eo item nomine inſtrumentum prunis ferendis deſtinatum, quod etiam Pyranon uocant. Ignem ſacrum inſequebantur Magi, Magos trecenti ſexaginta quinque Iuuenes puniceis uelati amiculis. ii tot erant, quot in anno dies. Mox erat Ioui ſacer currus, quem albi traherẽt Equi. poſt quos inſigni magnitudine uiſebatur Equus Solis, ſic enim dicebat, Equorum moderatores aureis uirgis ornati, albis item Veſtibus uiſendos ſe præſtabant. Aderant poſt Vehicula auro cælata, & argento. Inſequebantur, quos Perſæ Immortales uocant, decem millium numero. ante omnes barbaros hi luxu prædiuite honeſtabantur. Torquibus inter eos aureis exculti quidam incedebant. Auro diſtincta Veſtis decorabat alios, tunicis manicatis quidem, ſed gemmarum ſpecie ornatiſſimis. Ab iis conſtituebantur, quos Regis cognatos uocabant, quindecim millium numero. fœminas diceres, ita ornamentorum luxu, ac deliciis diffluebant, Doryphoræ uocabantur, ueluti Satellites. Regis Currum anteibant regio inſignes cultu. Currus latera Deorum ſimulacris erant decora, Auro, argento q; conflatis. Iugum gemmis collucebat. eminebant ex eo Simulacra duo aurea, Cubiti menſura, interiacente expanſis alis Aquila, materiæ eiuſdem. Cyrum Perſarum Regem grypum fuiſſe memorãt ideſt aduncо naſo. proinde in Ciuilium præceptorum ratione Plutarchus, & alibi, eo habitu homines Perſis mire gratos fuiſſe ſcribit. Nam & Agreſtes Boues Epigrypos eſſe dicũt Græci, ideſt rictu leuiter adunco.

¶ Proditorum fœda taxatio per exempla decurrens hiſtorica. Cilicum prauitas. Quid Ciliciſmus, Iſangelia, Epangelia. Scapha, σκαφώρη, Scaphalos. Caput III.

Proditori nil unquam fidum eſſe debere, pronuntiatum hiſtorica grauitate à T. Liuio eſt. Id & exemplis aliquot exploratius fit. Cilliconta quendam legi-
p mus, Prienẽſibus patriam prodidiſſe Miletum, Id nobiliſſimo cuiq; non modo odioſum, ſed & tenuioris fortunæ hominibus. Fuit Lanius quidam Theagenes nomine, Syrius. Adierat Cillicon Carnes empturus, At diſſimulato Theagenes odio, Vt qui toto animo illi ſatiſfactum cuperet, Carnium portionem porrigit, tanquam, quod ſuperflueret, abſciſſurus. Illo autem manum proferente, Elatam copida Lanius impegit, reſecta q; manu, addidit generoſius dictum, hac inquiens abhinc Ciuitatem prodes nullam. Sunt ex Græcis, qui Cilliconta iſtum ita cognominatum putent, quia Cilicum prauitas, & ſæuitia infametur paſſim, quando Achæus illi proprium fuerit nomen, addunt fuiſſe Meropis filium. Certe hiſtoricus Theopompus per uinolentiam editam cædem Ciliciſmum uocauit. Copis autem, ſicui forte ſcrupulum inii cit Verbum latinis auribus haud ita frequens, hic eſſe uidetur Lanii culter. Q. tamen Curtius Copidas interpretatur recuruos gladios, quadam falcis imagine. Inter inſtrumenta ſacrificalia Pollux Sphagidas enumerat, & Copidas. Porro circunfertur ad hanc maxime rem faciens bracteatum Antigoni dictum, Qui Proditores tantiſper, dum produnt, amare, ubi prodidiſſent, odiſſe dictitabat. At Cæſar in Thracem quendam Proditionem ſibi placere, inquit, Proditorem minime. Plutarchus ſcribit. Rhimotalcem Thracum Regem, Qui ab Antonio ad Auguſtum tranſierat, ſolitum illi inter pocula ſocietatem petulantius exprobrare. Id cum ægre ferret Auguſtus, propinans ex accumbentibus cuidam, Ego inquit, προδοσίαν φιλῶ, προδότας δ' οὐκ ἐπαινῶ. Proditionem quidem amo, Sed proditorem non laudo. Laſthenes, qui Philippo Olynthum prodidit, querebatur, ſe ab illius amicis, Vt Proditorem infamari. Ei Philippus Macedones inquit, natura ruſticiores ſunt, ac rudes, & Scapham dicunt Scapham. Eſt autem nauiculæ nomen Scapha. At σκαφώρη Vulpes eſt. Scaphalos uero dicitur ἀνλητήρ, ideſt Hauſtor. Adnotandum uero illud ſcitu hercle dignum, Iſangeliam, ideſt εἰσαγγελίαν dici accuſatio

nem, iudiciumq; quod in proditores intenditur, uel omnino lęsæ maiestatis reos, Quorum crimina Legibus non continentur, unde & παρὰ γραφὴν δημοσίων ἀδικημάτων dicebatur Isangelia. Quam tamen sanciebat Isangeltica Lex. Agebantur uero hæc uel in Senatu, uel in Concione. Isangeliæ meminit Demosthenes quoq;. Epangelia uero dicitur, cum quis ac cusatur, quod præter leges concionetur, aut remp. capessat. Obiter item sciendum, fuisse Agraphii crimen, ubi quis ex tabulis publicis ante persolutionem suum expunxisset nomẽ. quam rem Demosthenes significat, & Docent præterea plures. Alogii crimẽ est, cum ratio nem quispiam reddere neglexerit in magistratu gestorum.

¶ Canterii notio multiplex. Compluuiatæ Vites. Pedatæ, seu Characatæ. qd Charax, & quid Tradux. Senecæ locus illustratur. Canterino ritu somniare, quid. Cap. IIII.

c Anterium Varro scribit de re rustica libro secundo, equum dici, cui exempti testes sint. inde appellatum, quod semine careat. Idipsum fere` Pomp. Festus comprobat. Sũt qui opinentur, Vocabuli etymon inde trahi, qa Cauterio de/testari mos esset, per unius demutationem elementi. Ab Equi porro` similitu dine Canterios item dici uolunt, quibus subiectis, materiarii fabri runcinis, ideſt ferris maioribus arborum moles secant. Eos impolitior sermo, & rusticior Caballetos uocat, Sicuti Runcinos minores equos, ex runcinarum, ut putant, origine. Nam Plauto de runcinare uerbum positum pro dissecare, dissipare q. Quãquam non me fallit, quibusdam id amplius arridere, Vt sit Runcina leuigandis lignis instrumentum accommodum, quod Vulgus simplex Planulam dicat. Est & in Vitibus Canterius, Iugum simplex, cum deposi/tis hastilibus, ut Columella scribit, adnectuntur singulæ per transuersum perticæ in unam ordinis partem. Id fere` Plinius quoq; prodit, Sed amplius Compluuiatas dicit Vites, Vbi Iugum est quadruplex, ab Cauis ædium compluuiis similitudine ducta, atque item nomi/ne. Nam pedatas intelligimus adminiculo fultas. Si uero breuiores palmites sarmento iun/guntur inter se funium modo, ex hoc arcus suneta dicuntur. Pedatas etiam Characatas ap/pellamus, quia Charax græce pedamentum est, siue Ridica. Rusticum quoq; uulgus Cha/racios uocat pedamenta uetera. Traducem uero nominãt Galli, cum diuersarum arborum obuii palmites alligãtur uno conciliati uirgultorum comitatu, aut cum in uiduam arborem transilem faciunt. Ex hac uero rusticarum rerum ratiõe Animarum traducem uocari a` Ter tulliano Apollinari nouimus, Vt sicut Corpus ex corpore, Ita Anima nascatur ex anima, & simili cum brutis animantibus modo subsistat. Canteriolos in Cepinis, ideſt Ceparum sationibus apud Columellam inuenies forma deminuta pro munimentis quibusdam Ce/parum, ne Thalli earum uentis prosternantur. sicuti in Rapinis etiam Canterios, cum ope/riuntur Rapæ, ut a` pruinis semina defendantur. Canterios item in Architecturæ ratiõe no/minat Vitruuius libro quarto, Vnde Canteriatum tectum, sicut Asserulatum quoq; dictum inuenimus, nam quaternata harula aliud est. Vulgus quoque crassiores, & robustiores ra/mos Cãterios solet dicere, nil deluxato admodum Verbo. Ridicula est enarratio cuiusdam Plautini Interpretis, qui claritate maxima caligans, Canterium apud Senecam libro Epi/stolarum XIII. pro Vehiculo accipit, Vbi ait Seneca, Canterio uehebatur, hippoperis qui/dem impositis, ut secum utilia portaret. Cum paulo post se ipsum interpretetur Seneca. O quantum inquit, erat seculi decus. Catonem uno Caballo esse contentum, & ne toto qui/dem. partem enim sarcinæ ab utroque latere dependentes occupabãt. Gallicos Canterios, ut uiliores, agnoscere uidetur Plautus, quando in Aulularia ita scribit. Ego faxim, Muli pre tio q superant Equos, siẽt uiliores Gallicis Canteriis. Cruciãtem Canterium Ausonius item dicit, quem Tortorem uulgus appellat, Et Nonius interpretatur. Cæterum illud lõge remo tius, & ex intimo Literarum penu ab ingeniosis erutum, In quo enarrando non scioli qui/dam, aut Elementarii, quod ferendum foret, Sed Classicus, & primi nominis Candidatus longe fallitur, & apinas nescio quas, & tricas imprudẽter effundit, in Plautinis ergo thesau ris ita positum est. Certe hæc mulier Canterino ritu astãs somniat. Adagium hoc recõditũ ab doctissimo Comico in mulierem concinnatum est, quæ ẽt si astare, uigilare, recte q sensi bus uti uidebat, tñ, qa Nęnias quasdã siculis gerris uaniores effutiebat, ut Menęchmo uide/bat, somniare,

batur,ſomniare,ac dormitare eam dicit equino ritu . notiſſimũ quippe, dormire equos ſtãtes. At ſomniare eos,locupletiſſimũ teſtem habemus Ariſtotelem, ſic de animalium hiſtoriis libro quarto ſcribentem . ἔτι δ' ἐνυπνιάζειν φαίνονται οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἵπποι, καὶ κύνες, καὶ βόες, ἔτι δὲ πρόβατα, καὶ αἶγες, id eſt Somniant etiam manifeſto non homines ſolum,Sed etiam Equi,Canes,& Boues, quin etiam Oues, & Capræ . Cæterum Apuleianus enarrator nõ ab Canterio Canterinum deflexit, Sed ab Cantharo Cantharinum deducit. Verſiculo lepidiſſimo plane luxato,illo intellectu, vt ipſe cõminiſcitur, fœminam ſomniantem aſtare ritu Canthari, vaſis Vinarii , Qui ea forma figuratur , vt rectus aſtet,conſiſtatq; . Ego vero Canthari eam eſſe figuram, non omnino abnuerim. Somniare vero etiam Vaſa , nondum videor didiciſſe , quod ſi ad formam modo,poſitumq; reſpexit facetiſſimus Poeta, nil inſipidius, aut exculcatius proferri ab eo potuit. Canterinum vero a Canterio recte inclinari,comprobat Columella. Quod Caballum a Seneca dici ſubnotauimus.aduertenda eſt Hieronymi ſententia,Vt ſtatim inquit,cernamus tiaras galeis,Caballos equis cedere.

¶Canthari etymon vnde ducatur.Item notiones plures. Scarabeorũ ſpecies. Chryſomelolonthion quid. Plinii locus declaratur,Item Auſonii. Cap. V.

Antharon dici a Romanis Scarabeum , ex paulo politioribus neminem fere arbitror latere. Vnde vero ſic dicatur,ſint fortaſſe, qui ſcire expetant. Igitur, nequid eorũ deſyderia remorer , Ex animalis generatione factam animaduerto nomẽclaturã. Canthona Græci Aſinũ vocãt,id eſt κάνθωνα. Oron autẽ ſemen,Et quidem Scarabei proprie.Sic vero progigni animal produnt, Vbi Cantharus Aſini retrimenta , quæ Onidas nuncupant, & orbiculari fere viſuntur figura,offenderit,inſiſtit,ac pedibus prouoluẽs interim genitalem vrinã effundit. Vnde enaſcitur vermiculus,qui mox ſit Cantharus.Sed operæprecium ſtudioſis futurũ arbitror,Si ad id ſpectãtia Ariſtotelis verba ſubiecero, Simul vt eius inſecti ſpecies aliquot obiter noſcitentur . αἰδὲ μηλολόνθαι, inquit, ἐκ τῆς σκωλήκων τῶν ἐν τοῖς βολίτοις, καὶ τῶν ὀνίδων. οἱ δὲ κάνθαροι ἂν κυλίωσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσιν τὸν χειμῶνα, καὶ ἐξάπτουσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι, id eſt Melolonthæ,ſiue Scarabei virides, Qui & Gallerucæ item vocantur, oriuntur ex vermibus fimo bouis, aut iumenti creatis . Canthari autẽ id eſt pilularii Scarabei,iuxta Theodori tralationẽ,in fimo,quẽ voluũt,conduntur per hyemem,paruosq; vermiculos pariũt,ex quibus ipſi procreantur.Idẽ philoſophus pauloante Carabos nominauit,Quos latine Scarabeos tauros dicere licet.Chryſomelolonthion reperies in Ariſtophanis Comœdia,Cui titulus Spheces. Quod inquit Interpres,paruulũ eſt animal,flaui coloris,Canthari præferẽs ſimilitudinẽ quãdam. Id pueri innexo pede mittũt in ſublime.Scarabeorũ genus grãde, Cornibus prælongis,biſulcis, quæ ſunt dentata forcipibus in Cacumine,cum libuit,ad morſum coeuntibus,Lucanum vocat Nigidius.Fullonem appellant aliqui Scarabeũ,albis guttis diſtinctũ. Illud ſciẽdũ, a pilularum illa volutatione,quam eſſe Cantharis familiarem præmonuimus,inoleuiſſe adagium Græcis in eos,Qui caſtigati ſæpius,nihil proficiunt,Sed quod pertinaciter ſemel arripuerũt,pertinacius fouent.Cantharus pilulam. Quod enim eſt animali ingenitum,nulla prorſum arte viceris . Sunt præterea Canthari nauigia quædam , Nam & in Comœdia Græca ita legimus, ναξιουργὴς κάνθαρος,id eſt in naxo cõfabricatus Cantharus. Quippe de Inſularũ nominibus ſæpe nauibus impoſita reperias nomina.Etenim , κνιδιουργεῖς quãdoque dicuntur naues,quia in Cnido cõpingerentur.Cercyronq; a Cercyra, quæ Corcyra eſt,vocarunt. Parona item,id eſt πάρωνα a Paro. Vnde forte obtinuit,vt Nauiũ gubernatores paſſim ita dicãtur.Fuit & in Attica portus Canthari nomine celebris . Cæterum occurrit mihi parte iſta Plinii nodus haud illotis, quod dicitur,pedibus tranſiliẽdus.Illi propterea lucẽ inferemus,Vt hoc item nomine plenius bonarũ literarũ candidatos demerear, Siquidẽ homo homini Deus, Vt verſiculo græco comprobatum video. Plinii verba ſũt hæc ex libro octauo. Bos,inqt,in Aegypto numinis vice colitur. Apin vocãt.Inſigne ei in dextro latere candicans macula Cornibus Lunæ creſcere inci-

piētis.nodus ſub lingua,Quem Cantharū appellant. Quæritur amplius inter eruditos; quid ſit,quod ait,nodus,quem Cantharum appellant. Sed enim obſcuritatē tollit Porphyrius ille doctiſſimus. Et quia de nodo agitur,præclare enodat, quod pleroſque ſcio hactenus latuiſſe.Igitur in libro,qui eſt de abſtinentia Carniū,Scarabeum,inquit,animal rerū diuinarū indocti abominantur, Quod Aegyptii ſummopere venerantur,animatā Solis effigiem putantes. Lunæ præterea Taurum dedicarūt,quē Apin nuncupant,nigrū præ cæteris,& ſigna Solis,atque Lunæ habētem.habet enim ex Sole Luna lumen.Solis ſymbolum eſt Coloris nigredo.nam & Solis ardor nigriora reddit humana Corpora. Et qui ſub lingua eſt,Scarabeus. Lunæ vero Coloris diuiſio. Adiicit in libro de Iſide Plut.quod neutiquam prætereūdum fuit, Ita Cantharos pilulam excrementitiā ſenſim in aduerſum protrudere, Sicuti cōtrariū mūdo Sol curſum agat.dum ab occaſu in exortum fertur. Et quia ſcribit ibidem Plut. Cantharos omnes eſſe mares, quod adprobat & Porphyrius,Et Græci item alii,apud quos ita lectitamus, κάνθαρος θῆλυς οὐ γίνεται, ἀλλὰ πάντες ἄρσενες γεννῶνται, Cantharus fœmina nō fit,Sed mares omnes gignuntur. Hinc ſuccurrit,vt Auſoniū opera noſtra iuuem⁹,nubilo difficultatis excuſſo,quo multos poetæ illius ſtudioſos interpellari nō ambigo. Eſt Epigrāma ſcitiſſimū in Marcū quēdā emaſculatorem. Quærit lepidiſſimus poeta ex Pythagora, Cuius placita ſunt tranſire animam in diuerſa Corpora, Quē putet futurū ab vltimo fati die Marcum Pullariam, Qui erat,vt ipſe ait,

Peruerſæ veneris poſtico vulnere foſſor
Lucilli Vatis ſubulo,pullo,premor, Reſpondet Pythagoras.
Non Taurus,non Mulus erit,non Hippocamelus,
Non Caper,aut Aries,Sed Scarabeus erit.

Hoc eſt,qui fœmininum perpetuo execratus eſt cōgreſſum, Sed pueriles tātum amores eſt conſectatus. non emigrabit moriens in animalia, quibus vterque ineſt ſexus,Immo Scarabeus fiet,in quo genere non viſitur fœmina. Qua ex cauſa etiam Pullaria ſcienter a Poeta dictus eſt,Siquidem Puer,qui obſcœne ab aliquo amaretur,eius, a quo amabatur, Pullus vocabatur,quod Feſtus ſcribit. Vnde Qu.Fabius, Cui Eburno cognomen erat, propter candorē,quod eius natis fulmine icta foret,Pullus Iouis appellatus eſt.Erant & XX.Viri cognomēto Pullarii, Qui auſpicia coloniarum deductarū cauſa haberent.Sed horū alia ratio eſt.Illud poſtremo aduotandū vice Prouerbii a Plutarcho in Sympoſiacis eſſe pronūciatū,Ridiculos videri,qui in Conuiuiis innoxias auerſentur Voluptates, Sicuti οἱ κάνθαροι τὰ μύρα, id eſt Canthari vuguēta.Dignū relatu id quoq; ex eodē Plut. in libro περὶ τῆς εὐθυμίας, , id eſt de iucūditate.Illud, inquit,amplius tranquillitatem cōcutit. Quod Veluti Muſcæ Speculorū leuore dilabētes ſcabris inhærent, ac vlceribus in ſuperficie corporū erumpētibus affigūtur.Sic & pleriq; felicium iucundorūque obliti ad triſtia redeunt, & quæ memoria vulnus refricent. Immo vero Cantharos imitantur, Qui apud Olynthum in regionem quāpiā,ex re Cantharolethron cognominatam, ſeſe coniicientes,cum inde mox nequeant explicari,immoriuntur.

¶Quæ ſit Prouerbii ratio,Delphini Vis in terra. Delphin inſtrumentum. Delphinis,Delphax,Delphacium,Delphinius Apollo. Item de Delphine plura. Plinius explicatur. Caput VI.

ION Græcæ facundiæ auctor,vt videtur,haud ſpernēdus omnino ſicuti ex Plut.accepimus, eiuſmodi adagiū poſuit. δελφῖνος ἐν χερσῳ βία, Delphini in terra vis. Id in eos promptum videtur,qui quod neſciunt,iudicant:& in quo minus valent, toto conatu petunt, nec ſe intra pelliculam continent,ſupra crepidam aliquid ambitioſius affectātes. Delphinorum celeritas vtique memorabilis eſt,adeo vt ocyor volucre,acrior telo credatur, &,vt Ariſtoteles inquit, ἁπάντων δοκεῖ εἶναι ζώων τάχυστον, καὶ τῶν ἐνύδρων, καὶ τῶν χερσαίων, καὶ ὑφάλλονται πλοίων μεγάλων ἱστούς. hoc eſt omnium videtur animalium velociſſimus non Aquatilium modo, ſed & terreſtrium. ſuperſiliunt etiam malos nauigiorum maiorum.

Cęteꝝ tam ſtupendę agilitatis animal terræ tamen contactum non patitur. Quin inuectum in harenam emoritur confeſtim. Verum de Delphine mox pluſcula, interim, quæ ſe ingerunt, appingemus ne dilata mox excidant. Delphis itaque, ſiue Delphin, ut docuit Ariſtophanis interpres, inſtrumentum eſt nauticum, tum plumbeum, tum ferreum, quod in bello nauali pendens ex antemna, Vbi ſe oſtendiſſet occaſio, in hoſtiles naues demittebatur, deprimendi cauſa. Erat autem animalis figura compactum, unde & nomen. Thucydides libro ſeptimo Nauem Delphinophoron uocat, ex qua propenderet Delphin eiuſmodi. meminit & Pherecrates. Iulius Pollux Delphina pro parte nauis accipere uidetur, cum ait, Carinæ affixum dicitur Phalcis, ſiue Leſbium, aut Clitopodium. Cuius poſtrema pars ad proram uergens, Parembolis, Sub qua Embolum, quo nomine quidam roſtrum intelligunt. Medium uero inter Proembolida, & Embolum Stira, ideſt Carina. Super Embolum ſtat inquit, Delphis, quando nauis fuerit Delphinophoros, niſi quis Pollucem quoq; de inſtrumento ſenſiſſe uideri malit. Noſtris tamen temporibus Celocium altius ſurrectum roſtrum recuruum uulgus nauticum Delphina appellat. Delphinida poculorũ menſam uocat in Lexiphane Lucianus his uerbis, ποτήρια δὲ ἔκειτο παντοῖα ἐπὶ τῆς δελφινίδος ϛαπέζης, ideſt pocula uero omnimoda iacebant in Delphinide menſa. hãc Porphyrio latine Delphicam uocauit, cum in Sermonibus ait Oratius, Et Lapis albus Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. Iuuenalis item ſignificauit. Et recubans ſub eodem marmore Chiron. De quo tamen loco quid ſentiremus, alibi expoſitum eſt. Delphax uero eſt Porculus lactẽs, ut oſtendit Epicharmus, δέλφακα ἰοῖς ἐλβυσινίοις φύλαξε, ducto uocabulo ab Delphys, quæ uox apud Pollucem Vulua eſt, unde & Adelphi inquit, dicuntur fratres, qui ex uulua prodierint eadem. Quæ etiam hyſtera dicitur. Sed proprie ex hoc Delphax fœmellam ſignat, ueluti quæ Delphyn habeat, ideſt uuluam. Delphacium ſunt qui uulgo temporalem dictum Suem intelligant. Delphinium Athenis, inquit idem Pollux libro octauo, Dicaſterium erat, ideſt Statio iuri dicendo, ab Aegeo conſtructum. Iudicium in eo primum Theſei factum eſt, dum interfectos quidem a'ſe latrones fateretur, ſed iure diceret interfectos. Septa in Delphinio ab Plut. item nominantur. Appellatio inde uidetur fluxiſſe, quia Apollo ibi coleretur cognomento Delphinius, Quoniam Caſtalio cretenſi Coloniam deducenti is ſe obtulit ducem, Delphini prędferens imaginem, Qui & nauem præceſſerit uſque ad Croſiæum ſinum. Vnde & Delphi quoq; dicti, qui locum ab illo munitum tenuere. Colebatur Delphinia item Diana, ut in Theſauris Iulii Pollucis obſeruauimus. Extat Plutarchi Commentariolus, in quo quæritur, terreſtria prudentiæ amplius ſibi uendicent, an Aquatica. Ibi Delphinii cognomentum Apollinis non inde profluxiſſe ſcribit, quod is in Delphina deformatus Claſi ducem ſe præſtitiſſet, Sed quod Delphinem emiſerit, quem conſecuti Cretenſes Cirrhã ſint delati. Porro Vlyſſem in Clypeo Delphinis prætuliſſe inſigne, auctor Steſichorus eſt. Zacynthii, ut Critheus prodit, rationem protulere huiuſmodi. Quod illapſum in mare Telemachum ſubiens Delphin incolumem præſtiterit. Quo beneficio Pater, uelut remunerans, id in clypeo habuerit inſigne, & ſignatorio quoque inſculpſerit annulo. Delphino præterea, produnt naturæ periti, adeo motum eſſe familiarem, genuinum'q;, ut ſtandi, interquieſcendi'q; neſcius eundem Vitæ fortiatur finem, quem & agitationis. Sicubi uero ſomno ſit opus, euolat in ſummum, mox'q; reſupinus ſenſim ad ima deferri ſe patitur. Ad terræ autem contactum uelut expergefactus reſilit denuo ſtridens, rurſum'q; rationem init eandem, Quietem ſibi hoc modo permixtam motioni machinatus. Delphiniſcum Ariſoteles paruum uocat Delphina, Sicut Cicero diuinationum primo Paniſcum paruum Pana, & Satyriſcum paruum Satyrum. nam Canonica eſt Græcis diminutionum formula iſtiuſmodi. Exciderat pene, quod minime fuerat ſilentio inuoluendum. Scribit Diuus Thomas, Delphinum eſſe futuræ tempeſtatis prognoſticum euidens, Vbi in maris ſuperficiem frequentius ſe uibret, & quodammodo colludat, Siquidem hyemali procella ingruente, ab imo maris conſurgunt exhalationes, quæ hyemi fomenta ſuggerunt, tunc'q; calor excitatur in Delphinis, quoniam uero calidi propria eſt agitatio, inde contingit, id animal crebrius erumpere, ac ſeſe oſtentare. Ex quo illud eſt in hiſtoria naturali, Delphini tranquillo mari laſciuientes flatum, ex qua ueniunt parte præſagiunt. Item ſpargentes aquam. Item turbantes tranquillitatem.

¶ Ludorum origo. Spectacula an noxia moribus. Cap. VII.

1 Vdos ſcenicos Voluptatis ergo, & ad erugandam matutinã, ac ſtriatam frontem compertos eſſe primum, ſcribunt pleriq;, Et Polybius auctor eſt, Arcadas, quod erant uita auſteri, & duri, quo Ciuium animos mitigarent, ludos excogitaſſe, Quos poſtea qui dimiſerint, ita animis obduruiſſe, ut tota Græcia execrabiles haberentur. Noſtri fere in iis religionẽ intelligere maluerunt. Nam & Auguſtinus Ludi inquit, ſcenici, ſpectacula turpitudinum, & licentia Vanitatum non hominum uitiis, ſed deorum iuſſis inſtituta Romæ ſunt. Et apertius alibi, Ingraueſcente peſtilentia, Ludi Scenici auctoritate Pontificum Romæ primitus inſtituti. Cæterũ quacunq; ex cauſa fuerint producti primo, nil eſſe pernicioſius morum integritati, putat Seneca. Quippe Turba omnis utiq; animo grauis, & noxia. nec enim, quos extuliſti, mores unquam refers. nemo non rubiginis aliquid aut imprimit, aut neſcientibus allinit. Verum nil omnino damnoſius, quàm ſpectaculis aſſidere, quando per Voluptatem facilius, ac procliuius obrepunt uitia. Quid me inquit, exiſtimas dicere? auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immo uero crudelior, & inhumanior, quia inter homines fui. Et quodã loco M. Cicero Ludos ſpectare, hypoſolœcum putat. Cæterum eſt Plutarchi Commentariolus, Quo edocemur, quo quis pacto animaduertat, ſe in Virtute proficere. Inibi poſt multa haud præclara parum, affertur hoc quoq;. Qui inquit, iam magno profectu ſunt, nõ ex Orationibus modo, & libris utilitatem aucupantur, Verum ex Spectaculis quoq;, &, ut ſemel dicã, ex omnibus. Quod ab Aeſchylo factum legimus, & pleriſq; aliis, Siquidem cum apud Iſthmum Pyctarum, ideſt Pugilum certamen ſpectaret Aeſchylus, cognouit ex duobus concertantibus alteri uehementi impacta plaga, ab uniuerſo theatro maximum edi clamorem, Cum tamẽ percuſſus nil admodum quereretur. Id admiratus Ionem Chium, qui forte aſtabat, leniter tangens aduertis inquit, quàm efficax meditatio ſit, & Conſuetudo? Plagis affectus non clamat, clamant Spectantes.

¶ De Scena, & Scenophegiis. Scenographia. Ichnographia. Orthographia. Megalographia, & Scenicis locis. Quid Thymele, & qui Thymelici. declaratur Plautus, & Vitruuius. Qui actores primarum, aut ſecundarũ partium. Machinæ ſcenicæ. Martialis locus illuſtrat. De Proſcenio, & Stropha. Antiſtropho. Epirrhemate. Paregoremate. Cap. VIII.

f Cenam ſcribit Caſſiodorus, eam dici Theatri portionem, quæ inter duo protendat cornua, q̃q̃ prius non fere aliud Scena erat, quã ueluti tentorium ab ruſticis inumbrationis cauſa excitari ſolitum. Sicuti in nauis puppi Scena eſt Trierarcho ſtructa, & in Hebræorum ritu Scenophegia celebrant, ducta origine ab Moſe, A quo de Aegyptioꝝ ſeruitute liberati ſub tabernaculis id genus in ſolitudine agebãt. Græci tñ Scenopegia ſcribunt, rõne etymologica id monſtrante. Ioſephus Iudaici belli lib. ii. ꝓpter Scenophegioꝝ feſtos dies populum aſcendiſſe Hieroſolymã, auctor eſt. Scenographia in Architecturæ rõne eſt frontis, & lateꝝ abſcedẽtiũ adumbratio, ad circini q; centꝝ omniũ Lineaꝝ rñſus. Sicut Ichnographiã uocãt Circini, regulę q; uſum, unde inqt Vitruuius, capiunt formaꝝ in ſolis areaꝝ deſcriptiones. Nã Orthographia eſt erecta frontis imago, modice q; picta rõnibus opis futuri figura. Megalographia uero pictura eſt, Simulacra Deoꝝ continens, ſeu fabulaꝝ expoſitas explicationes, aut Troianas pugnas, Cuiuſmodi apud Poetã nobilẽ admirat Troian⁹ princeps. Scenaꝝ genera tria repio, Tragicũ, Comicũ, Satyricũ. Tragica Scena ꝓformat Colũnis, & faſtigiis, ſignis q;, ac regalibus inſtruit reb⁹. Comica priuatoꝝ ædificioꝝ ſpẽm habet, & menianoꝝ. Satyrica ornat arboribus, ſpelũcis, mõtibus, rebus agreſtibus aliis, in Topiarii opis ſpẽm. Scena hiſtrionũ erat ꝓpria, ut inqt, Pollux. Orcheſtra aũt Chori, In qua erat Thymele, ſiue Pulpitum id eſſet, ſiue ara. hinc Vitruuius lib. v. Ampliorẽ habẽt Orcheſtrã Greci, & Scenã receſſiorẽ, minoréq; latitudine pulpitũ, qd Logeũ appellant. Ideóq; apud eos Tragici, & Comici actores in Scena pagunt. Reliq aũt Artifices ſuas ꝓ Orcheſtrã prẽſtant actiões. Itaq; ex eo Scenici, et Thymelici grẽce ſepatim noiant. Et in Sympoſiacis Plutarch⁹, Alia qdẽ ad Thymelẽ, & Orcheſtrã reiiecimus. Hoc libẽtius appoſui, qa in obſeruatiõib⁹ ſuis Vir doctiſſim⁹ nõ ſatis tenuiſſe uidet, q dicerent Thymelici, Quoꝝ mẽtio eſt Iurecõſultis quoq; Digeſtis de his, q notant infamia.

infamia etiam si maxime uitiatis codicibus. Sed et in Canonicis decretis relatam uocem cō meminimus. Atq; hinc item plautinæ obscuritati in Amphitryonis prologo lux affertur plurima. Siue ambissent qui palmam histrionibus, Siue cuiquā artifici. Porro & in uetere Grę corum auctore ad uerbum ita legimus, Gymnica certamina parēt Elei, Thymelica Corinthii, Scenica demum Athenienses. Quod si quis horum subsultarit, peccarit ue, plagis eum afficiant Lacedæmonii. hoc uero obiter dictum festiuius est ob Diamastigosin. i. Difflagellationem Spartanis in solēnibus etiam festis celebrem, Heortasticē Græci dicunt. Sed enī quia cœpimus, Latinæ linguæ delitias pro uirili parte iuuemus. Idem Plautus sic paulopost scriptum reliquit, Vt Conqsitores fierent histrionibus, Qui sibi mādassent, delegati ut plauderēt, Qui ue, quo placeret alter, fecissent minus. In nodi huius Gordiano impeditioris explicatione hærebunt forte Plautinorum Salium studiosi pleriq;. Ego autem amota Vesica omni, pauciſſimis Ciceronis uerbis nubilum hoc plautinæ fabulæ facilitate tota illustrabo. Sic enim in Verrem scribit actione prima, siue diuinatio dici debet illa. Vt in Actoribus inquit, græcis fieri uidemus, sæpe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium cum possit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarum, multū summittere, Vt ille princeps quàm maxime excellat, Sic faciet Halienus, tibi seruiet, tibi Lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quàm potest. Persona uero primarum partium, Vt ne hoc qdem tacitum prætereā, intelligitur, quæ sæpius actu ingreditur, Cum habeat Comœdia actus qnq;. Secundarum uero, quæ minus, minus q; pcedit. Ex quo & Terētius, Primas partes qui aget, is erit Phormio. Plautinum porro sensum adiuuat item Oratius in Epistola ad Lollium.

Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere, Vel partes mimum tractare secundas.

Qua in parte Porphyrio inquit, Secundarum partium Actores omnia summisse agūt. Sed, ut ad Scenam reuertamur, Illud sciendum, Loca in Scena ad ornatum comparata Vitruuium scribere, a Græcis Periactus appellari, ab eo, quod in his locis machinæ essent uersatiles, quæ cum aut mutationes fabularum sunt futuræ, seu Deorum aduentus, cum tonitruis repentinis uersentur, mutent q; species ornationis in frontes, Sicuti apud Plautum. Sed qd hoc? quàm ualide tonuit? Di obsecro uestram fidem. Verbum autem id Periactus, accusandi casus est multitudinis numero, hoc est περιάκτους, a uerbo περιάγειν, quod circūductionem signat. Vtitur eo uocabulo Plut. in Libro, quo scrutatur, bellicis rebus illustriores fuerint Athenienses, an Sapientia. Sed pro ipsis accipere machinis uidet. Ita enim scribit, καὶ μηχανᾶς ἀφ' οκηνῆς περιάκτους, ideſt & Machinas a Scena Periactus. Sed & Græci ita produnt, Ceraunoscopion Periactos est alta. apud Athenæum Sellas Periactos obseruauim⁹. Bronteum uero machina sub scena, hoc est amphora calculis plena marinis, Qui in æneū deiiciebantur Vas, ac circumacti sonum efficiebant tonitru persimilem, hinc & in nostris literis Pomp. festus ita scribit. Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius pulcher instituit, ut post Scenam Lapidum collectus ita fieret, Vt uerorum tonitruum similitudinem imitarentur. Ceraunoscopium propter eos, qui græce nesciunt, altior intelligitur machina instar Speculæ, ex qua fulminum iactus exhibebant. Crade autem in Scena Pęgmatis erat species ad siculneæ arboris imaginem, quā Craden uocant Attici, in Comica tantum Scena producebatur Crade. Nam tragica admittebat proprie dictam μηχανὴν, ideſt Machinā, in qua monstrabantur Dii, aut heroes in aere, ut Bellerophontes, & Perſei. Sunt qui Craden interpretentur hamum illum æneum, seu uinculum, quo uincti tenerentur, qui ita penderent. Inducebantur uerō in Tragœdiis Dii, qui repente commutatis rebus, fabulę finem imponerent. Propterea M. Tullius de natura Deorum primo. Vt Tragici Poetæ cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum. Et Aristoteles primo metaphysices, Anaxagoras inquit, mente sic utitur, ueluti tragico quodā Deo, Qui repente monstrari solet. Parapægma uero ad Scenæ rationē pertinet nihil, est enim eo nomine Canon, aut organi species Astronomici, quod significat Vitruuius, Parapęgmatum disciplinas nuncupans, quibus Syderum occasus, & tempestatum comperiantur significatus. Erat tamen & supra Scenam quod dicebatur Theologium in surrecto, in quo Iupiter, cæteri q; comparerent Dii. Vbi uero ex imo in altum rapiendus erat aliquis, sicuti ab Aurora Memnon raptus memoratur, quod Quintus Calaber secundo relictorum ab Homero significat. Ma-

chinam: qua id præstabatur, dictam inuenio Geranon, de qua mihi uidet' intellexisse Martialis Epigrammatum primo.

Raptus abit media quod ad æthera Taurus harena.

Non fuit hoc artis, sed Pietatis opus.

Aeoras autem.i. αἰώρας uocabant funes intentos uehemēter, quibus sustinerentur, qui per aerem ferri uidebantur, heroes, aut Dii. Eccyclema pęgmatis erat species, subiectis rotis, quo circumacto, quæ intus acta fuissent, spectatoribus, ostendebantur. Scansoria uero machina, quā uocant Acrobaticam, est, cum ita fuerit collocata, ut ad altitudinem tignis statutis, & transuersariis colligatis, scandatur tutò spectandi causa. Buleuticum dicebant Theatri partem, Senioribus assignatam, Sicuti Ephebicus dicitur, ubi spectant Ephebi. Hemicyclium quoq; secundum Orchestram locus erat, de figura sic cognominatus. Eius erat usus, ut locum aliquem a' Ciuitate seiunctum monstraret, uel etiam in mari natantes. Quēadmodum & Stropheum, in quo exhibebantur ad diuinitatem tralati heroes. Vel etiam in bello, aut mari perfuncti fato. Fuerunt et Charoniæ Scalę, Ex quibus Idola, seu simulacra destinabant. Charonia uero porta ad Theatricum usum facit nihil. erat ea in Nomophylacio Athenis, per quam dānati ad ultimum ducebantur supplicium. Charoneum item dicebatur. Scenam nonnulli interpretant' medianam Theatri portam. Parascenia uero ab utroq; latere spatia. Nam Proscenium ante Scenam locus erat, parapetasma'q;, siue Velum, aut item Pulpitum. Vnde per adagium scitissimum Proscenia dicimus, quæ speciosa extrinsecus uidentur, cum mira intus lateat fœditas. sicut Meretricula quædam, ut scribit Athenęus, Nanniū nomine, Proscenium est cognominata, quæ uestium, & auri cultu plurimo speciosa uidebatur, cum exuta foret uel turpissima magno eorum errore, qui animi fœditatem intelligere maluerunt. Hæc item, si Sudæ credimus, facete dicta est Capra, quod Thalli cuiusdam Cauponam facientis bona deglutisset, tanq̄ germina hœdis in pastum obiici solita, Quæ Thallos Græci uocāt. Meminit Apollodorus in tractatu de Scortis. Sed & Antiphanes lucubratione eadem. Episcenium autem dici uidetur recte superior Scenę pars. Vitruuius de Scena apud Alabandenos ab Apaturio concinnata in minusculo Theatro, quod illi Ecclesiasterium uocant. Præterea inquit, supra eam Episcenium, in quo Tholi, Pronai, Semifastigia, omnis'q; tecti uarius picturis fuerat ornatus. Adiiciamus porro' ex Græcorum grammaticis excerpta, Quæ nostra hæc adiuuent scitamenta, & Coronidem Capiti huic appingant. Igitur Chorus inquiunt, Comicus in Orchestram inducebat', quam nūc Logion dicimus. Et cum hypocritas.i. Actores alloqueret', Scenam spectabat. Abeuntibus uero histrionib⁹ ad populum ꝯuertebatur. Et hæc uocabatur Stropha. Erant autem Iambica tetrametra. Mox Antistrophon accinentes rursum tetrametra adiiciebant. Erant ut plurimum sedecim Carminum. dicebantur uero hæc Epirrhemata.i. ἐπιῤῥήματα. Vniuersalis autē Chori transitus uocabatur Parauasis, quod ab legitima statione in aduersum theatri prospectum transgressio fieret, fiebat id, ubi quid disserere cupisset Poeta extra subiectum argumentum sine actoribus per chorum, quibus peractis, conuertebatur is denuo ad priorem stationem. Paregoremata.i. παρηγορήματα nuncupabantur, ubi quid intus ageret Chorus, quod tamē in theatro exaudiretur. Sicuti Ranarum Chorus apud Aristophanē. Iam illud leuioris operæ, dici eleganter Excuneatos, Qui a' sedilibus exclusi, farto toto theatro, stare coguntur. Stadium pro Theatro quandoq; positum apud Græcos, scimus.

¶ Theoricæ pecuniæ quæ sint, & Stratioticæ. Stratis & Craste quid. Deliastæ. Item q Theori, & quid Theoris. De Salaminia & Paralo nauibus. Item quid Achana. Qui Colacrete. Plut. locus explicatur, Inibi quid Palintocia. De Manduce. Caput IX.

Uerum quia in res Theatricas, & animorum remissiones incidimus, adiiciamus porro', quæ non inutilia comperta nobis sunt, præsertim ex Græcorum doctrina locupletissima. Igitur Theoricam pecuniam inuenimus appellari, qua foros nobis & sedilia in spectaculis comparamus, quia thea illorum idiomate dicat' spectaculum, quod hypothesi in Olynthiacas Demosthenis orationes prima Libanius significat, explicatur & in orationis eiusdem enarratione. Vnde & illud excerpsimus,

illud excerpſimus. Moris fuiſſe Athenis, ut Reſpublica duos elargiretur obolos, Alterum pauperiores comparandis ſibi alimentis impendebant. Alter Theatri architecto erogaba/tur. Neq; enim lapideo utebantur theatro ea tempeſtate. Propterea Demadem dicere ſoli/tum accepimus, Theoricam id genus pecuniam eſſe Democratiæ glutẽ, Et Laconem Vix, ſicuti uidetur, rerum haudquaquam imperitũ, uehementer falli Athenienſes, qui ludis tan/tum impenderent ſtudii. Et quæ in Claſſis, exercituum q; apparatum forent abſumenda, in theatricas erogarẽt uoluptates. Hinc in rebus græcis Theoricorum ſæpe Archon memorat. Pecunia hæc ex Ciuitatis parabat prouẽtibus. Quæ quod prius ad bellicos uſus contribue/retur, ut inquit, poſt alios etiam Harpocratio, Stratiotica dicebatur. Propterea Plutarchus docte, ac eleganter ait. Socrates Cibos, potus q; uitandos docet, qui nulla indigentia pellici unt, laceſſunt q;. Verum quæ ex iis ſentitur iucunditas, ordinanda eſt, ac neceſſitati ſubiicie da. Sicuti inquit, faciunt, Qui ex Theoricis Stratioticas conflant pecunias. Stratis uero ad hunc uſum facit nihil. ſignatur autem eo uerbo ſemiſiccum fœnum, Iumẽtis gratiſſimum. Id & Craſtem uocant, unde profluxit κραςίζεσθαι uerbum. Theoricorum meminit in phi lippicis Demoſthenes. Cæterum Pericles primus uidetur popularem aucupatus gratiam ex Stratioticis Theoricos conſtituiſſe Ciuitatis prouentus, ne iure ſpectandi Tenuiores pri/uarentur. Theori uero, ideſt θεωροὶ interdum quidem Spectatores dicuntur, Sed etiã Qui ſcitatum oracula mitterentur, quod docuit Pollux, multi q; præterea ex Græcis. At qui De/lum proficiſcebantur, etiam Deliaſtæ uocabantur, ideſt δηλιαςαί. Sed uniuerſim quoque Qui diuinarum rerum curæ præficerentur, hoc intelligebantur nomine, quoniam ὥρην di/cunt τὴν φροντίδα, Vt apud Heſiodum, ὥρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νηκέωντε καὶ ῥέωντε. ppte/rea qui ad publicos mitterentur Conuentus, quos Panagyras Græci uocant, quales quin/to quoq; anno celebrari ſolitos Libro VI. Herodotus ſcribit. Et qui ad ſacra certamina, ſic item appellabantur. Nauis autem, qua ueherentur, Theoris dicebat, ideſt θεωρὶς, Qua lis ab Athenienſibus in Delum mittebatur quotãnis ex Theſei uoto, Sicuti in Phędone Pla to meminit. In quo id dignum ſcitu, eodem Platone teſte, tum urbem luſtrari ſolitam, & de nemine capitale ſumi conſueuiſſe ſupplicium. Scribunt Ariſtophanis Interpretes, Athe nis naues duas publico fuiſſe deſtinatas muneri, Paralum, & Salaminiam, ex quibus Sala/minia euocatos ad iudicium ſubueheret, Paralus uero aueheret Theorias, ideſt ad rem diui nam Delphos, aut alio` miſſa. Vas autem, in quo reconderentur eorũ cibaria, qui ad theo/rias mitterentur, Acana uocabatur, quãuis non deſint, qui eo nomine perſicã intelligant menſuram. Sicuti apud Ægyptios erat Artaba, Quæ caperet medimnos Atticos μ̃, ideſt quadraginta quinq;, ſicuti teſtis Ariſtoteles eſt. Artabã tamen Libro primo Herodotus mẽ ſuram intelligit perſicã capaciorẽ, Attico medimno tribus chœnicibus atticis. Inuenio itẽ Colacretas dici, qui pecuniæ præeſſent, quæ ad res diuinas erogaretur, nam & Androtion ſcribit, Delphos potentibus Theoris argentum a` Colacretis numerari ſolitum. Cuſtodie/bant & hi pecuniam, quæ iudicibus cõtribueretur, ut adnotatum a` grãmatico Ariſtopha ne eſt, Sed omnino Ciuilium pecuniarum Quæſtores erant. Poſtremo Theoricam uiam nominat Pollux, qua Theori, ut arbitror, ad oraculum pergerent Apollineum. Ex iis, Quæ de Theoris protulimus, puto, explicat amplius Plutarchi obſcuritas in cauſis, ultima libri parte, ubi Peloponnẽſiũ Theoriam in Delphos per agrum megaricũ profectã ſcribit, inter/pres latine reddidit, Solẽnes Spectatores, errore, ni fallor, nõ deſpicabili. Sicut omiſſum eſt ibi quoq; uerbum, quod græce eſt παλινθηκία. Sed hoc forte ex librariis prorepſit mendũ. Obiter uero eſt Palintocia fœnoris iam ꝑſoluti a` Creditoribus repetitio. Quod feciſſe Me/garenſes conſtat, Qui tyranno excuſſo inſoleſcentes plebiſcito cauerunt, ut a` fœneratori/bus uſuræ, quas ꝑſoluiſſent prius, repeterent. Quæ res ex facto dicta Palintocia eſt. Apud Romanos quæ in Spectaculis abſumeretur pecunia, Lucar dicebat, quoniam Lucoꝝ puen tus, qui plures circa urbem dicati diis erant, in ludos erogarẽtur. Scribit Pomp. Feſtus Man ducem dictam olim fuiſſe in pompa antiquorum effigiem, inter cæteras ridiculas, formido loſas q; ferri ſolitam, magnis malis, ac late dehiſcentem, & dentibus meticuloſe infremen/tem, de qua dixerit Plautus, Quid ſi ad Ludos me pro Manduce locem, quapropter clare crepito dentibus. Quã & Iuuenalis ſignificaſſe uidet, illis uerſib⁹. Tandem q; redit ad pul pita notũ Exodiũ, Cũ Perſonæ pallentis hiatũ, in Gremio matris formidat ruſticus infans.

¶ Engaſtrimythi qui ſint, Et Pythones, Aut Engaſtritæ. Et Engaſtromantes, extra q̃ opinatus Hermoleos ſit. Iacobæ Rhodiginæ hiſtoria. Emaculatur locus in Canonicis decretis.

Caput X.

p Lutarchus in Commentatione, quæ eſt, Cur Oracula defecerint, fatuum inquit, ac omnino puerile cenſendum eſt, arbitrari Deum ipſum, perinde, ac Engaſtrimythos, olim Eurycleas, nũc uero Pythonas nũcupatos, inſinuantẽ ſe Prophetarum corporibus, ore illorum eloqui. Hactenus Plut. Qui uero dicantur Engaſtrimythi, non cõſtat fere. Hermoleos Barbarus, Qui ex Plinio balbutientem deterſit barbariẽ, ſe arbitrari ſcribit, Eos, qui in uaticinio peluibus utant, dici a Græcis Engaſtromãtes, Quæ uox ab Engaſtrimytho non ita diſparatur, quoniã inquit, Gaſter genus eſt Vaſis, Cuius formã alii aliter accipiant, quod tamen etiãnum nomen uulgo ſeruet, & Gaſterium item dicat Ariſtophani, Apud Ariſtophanis interpretem ita lego in Comœdia, cui titulus σφῆκες. Eurycles inquit, Engaſtrimythos, celebre nomen Athenis indeptus eſt, ut qui per aſſiſtentem Dæmonẽ uera prorſum uaticinaret, proinde Engaſtritæ, ac Euryclitæ diuinaculi omnes ab hoc appellati Eurycle, qui id primum fecit. Cur uero Engaſtrimythi uocentur, aperit liquido Poeta ipſe, cum ait.

μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν, καὶ διάνοιαν,
εἰς ἀλλοφύλου γαστέρα ἐνδὺς, κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι.

Imitatus inqt, Euryclis uaticinium, & mentem, in alienos ingreſſus Ventres Comica multa effudit. In iis de Vaſe, ni fallor, intelligi haudquaquã poteſt. Adde quod in Canonicis de cretis, Cauſa XXVI. Q. tertia, Ventriloqui dicuntur, qui Engaſtrimythi a Græcis appellantur. Sunt qui per errorẽ hunc Euryclem dictum uelint, ἐπαρχίμυθον, cum ſcribendum liqueat, Engaſtrimython. Accedit Sudæ itẽ auctoritas, Qui Engaſtrimython exponit Engaſtrimantin, quem nũc inquit, Pythona uocant nõnulli, Sophocles Sternomantin. Plato autem Euryclea ab Eurycle Vate. Philochorus in tertio de Vaticiniis etiam mulieres uocat ἐγγαστριμύθους. Id neqs, ut fabuloſum, riſu excipiendũ putet, teſtatum uolumus, tẽpeſtate hac, immo uero hæc prodente me, fuiſſe in patria mea mulierculam humili loco, Iacobam nomine. Ex cuius Ventre immundi ſpiritus uocem, prætenuem qdem, Sed tamen, ubi uellet, dearticulatam, & prorſus intelligibilem, audiui ipſe, Sed & innumeri alii, non Rhodigii modo, uerum et tota fere Italia. Quando futuri auida Potẽtum mens ſæpe accerſitam Vẽtriloquam, ac omni exutam amictu, neqd fraudis occultæ lateret, inſpectare, ac audire cõcupiuit. Cincinnatulus Dæmoni nomẽ erat. hac ille appellatione geſtiens inclamanti ſubinde reſpondebat. Si de præteritis, aut præſentibus ſcitareris, quæ recõditiſſima forent, reſponſa dabat ſæpe mirifica. Si de futuris, ſemper mendaciſſimus, Sed & inſcitiam ſuam nõnunquã murmure incerto, uel bombo uerius ignorabili retegebat. Hoſce ego pprie dictos Engaſtrimythos puto. i. Ventriloquos, quãquã eo nomine apud Græcos intelligi ſimpliciter uidetur, Qui Dæmonis afflatu aliquid pręſagirent. Quod autẽ de Pythonibus ex Plut. attulimus, mẽdum tollit ex Canonicis decretis, Cauſa XXVI. Quæſt. III. ſimulq; uerbi obſcuritatem, ante nos minus percepti. Nam Helenum, & Caſſandram pythonicos Euſtathius uocat, quia eſſent κάτοχοι τοῖς δαιμονίοις. i. Dæmonibus obnoxii.

¶ Purpurata meretrix, Babylon cur dicatur a Hieronymo. De Babyloniorum moribꝰ pluſcula. Lucretii locus explicatur. Aureus Babylonis Calix qui ſit apud eũdem. Cur mors purpurea. De Purpurario infectore digna ſcitu.

Caput XI.

m Irabamur haud ita pridem, cum ſcitiſſimas, & multifariam doctas beati Hieronymi Epiſtolas euolueremus, quid ita Vir ſanctiſſimus, & propterea maxime uerax Babylonẽ purpuratã dixiſſet meretricem. Cum inquit, apud Babylonem uerſarer, eſſemq; purpuratæ meretricis Colonus. Diu hoc, anxieq; ex hiſtoria quæſitũ. Tandem dicti rõnem ex Plutarchi ſcientiſſimi, tum philoſophi, tum hiſtorici lectione aucupari ſum uiſus. A quo ſic memoriis proditũ obſeruauimus, Xerxem Perſarum Regẽ qñq; in Babylonios excanduiſſe uehemẽtius, qd ab eius ductu, auſpiciisq; deſciſcere forent auſi. eoq; nomine comparato ingenti exercitu, cum expugnata Vrbe

gnata Vrbe insigniter Victoria esset potitus, ut rebelles animos, nec satis in fide constantes reprimeret, ulciscereť q; imperasse traditur, in reliquum uti arma ne ferrent, sed psallerent, tibiis uterent, Scorta alerent, Cauponæ indulgerent, ac sinuosis tunicis inducerētur, hacte/nus Plut. apud alios itē sic ferme legimus, Babylonicis mulieribus morem fuisse causa quadam cum hospitibus turpiter permiscerī, turba, & cultu plurimo ad illos cōmeātibus. Qui uero admittebať, posito sup genibus argēto, q̄tum uideret, mulierem mox longe a fano abductam inibat, id q; argentū Veneri fuisse sacrum. Hæc nimirū probarint satis super q; Cur purpurata dicať Meretrix Babylon. Addunť & illa, Nil admodū fuisse moribus eius Vrbis corruptius, nec ad irritandas immodicas uoluptates instructius. Babylonios, in uinum præcipue, quæ q; Ebrietatis, uelut appendices sunt, fuisse procliuiter effusos. Fœminæ itē Cōuiuia celebrātiū initio modestum, cōpositum q; fuisse habitū: mox tanq̄ mero incaluissent, summa exuere cōsuesse amicula, sensim q; pudorem profanare. Postremo etiā eo adduci impudentiæ, Vt ima Corporū reuelare non erubescerēt. putet forte aliquis, dānati, infelicis q; pudoris ꝓstibulas ista solitas ꝓpetrare. Immo uero nobilissimæ cuiusque matronæ decora hęc habebantur. quā perditi essent mores, id porro abunde arguerit, Comitatē arbitrabantur Vulgati Corporis uilitatē. Tradunt Auctores grauissimi, Macedonicū exercitū Asiæ domitorem, tanti Ducis nomine illustrem, inter tot, & tanta flagitia diebus modo quatuor, et triginta saginatum, euiratū q; ad ea, quæ insequebant discrimina, adeo ignauiorē fuisse futurū, si hostē habuisset, Vt post tot tam ampla gloria deuictas gentes, tot terrarū spatia sub macedonicas leges redacta mature perire potuerit. Porro nequis frustra ex diuerso hæc in unum cōgesta, opineť, Ad hæc omnino Libro de rerum natura quarto respexisse Lucretiū contenderim, ubi amoris nocumenta colligens ita scribit.

Adde, quod alterius sub nutu degitur Aetas.
Labitur interea res, Babylonia fiunt.
Languēt officia, atq; ægrotat fama uacillans.

Nam quod afferri potest de Vestibus plumariō, & polymitario opere illustribus, qñ auctore Plinio, Colores diuersos picturæ intexere, instituit maxime Babylon. mihi sane Platonis legibus, qd dicit, magis friget, ni forte per trabem meā, ut dicitur, festucā uideo alienam. Satius id, grauius q; multo, si sensum ita concipias, Amori, libidini q; mancipatos in eam labī fœditatem, ac famæ dispendiū, in quod magno dedecore illapsa Babylon est. Illud uero obiter testatum uolumus, loqui nos de Babylone, quæ in Assyria est, Quoniā altera quoq; in Ægypto Babylon est. Assyriam condidit Babylon sapientissimus, ut memorāt, Medi filius, non, ut uoluit Herodotus, Semiramis, Quando duob annoꝝ millibus eā Ciuitatis huius inædificatio anteceſſisse uideť, diligenti chronicoꝝ supputatione. Aegyptiæ Babylonis Stephanus meminit, atq; Strabo, & Ptolemæus. Sed Strabo eam r gis Arabiæ cōtribuit. Vnde & Arabū lingua Chairū illam uocant, quæ Vox nō aliud nobis indicat, q̄ Babylonē. Eam uero condidere ex antiqua Babylone profugi qdā. Apud Babylonem porro festū agi solitum, scribit Xenophon, in quo Babylonii oēs uniuersam noctē biberent, & lasciuis carminibus, saltationibus q; indulgerēt. Cuius occasione celebritatis a Cyro captā olim Vrbē, idē testať. Pelles Babylonicæ sunt apud Iurecōsultos inter Species ad uectigal ꝓtinētes. Calix Babylonis aureus uice Adagii usurpatur a Hieronymo, Multa inquit, de ꝓfectione dicūtur, ut q uolumē philosophi nesciunt, sub Martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis, meminit elegantissime itē Ambrosius quodā loco, Ille inqt, apud me primus, q omniū ꝓditissimus. Ille meus est, q suus non est. Ille mihi gratior, q sibi neqor. Calix aureus Babylonis in manu mea inebrians oēm terram, Animo meo biberunt omnes gentes. In sanctis quippe literis Meretriculæ Versutioris typum habet Babylon, Quæ gentibus aureo poculo insciti am ꝓpinet, unde scelerum mox agmen ꝓmicet, & errorum inexpugnabilis acies. Verum qa a purpura exorsi sumus, desinamus in eandē, auctarii adiiciētes qppiā, quod de Græco suggerať penu. Mortē Homerus non semel purpureā dicit, quærēt, arbitror, Studiosi, cur sic. Erunt qui sanguinariā interpretentur, uel nigrā quoq; Sicuti κῦμα ϖορφύρεον, Sed quæ una modo inferatur plaga purpurea dicit recte, Velut & Ælianus scribit, ictu tantum uno a Porphyreis. i. purpurariis uiuentē cōteri purpuram, ut inde præstātius profluat ἔκμαγμα. Dignū scitu, quod de Purpurario traditū infectore legimus. Qui uisus fraude agere in-

tingendi rõne, cum eo noĩe, ut tum res erat, ad ultimũ duceret' ſuppliciũ, iocis etiãnum ſu/pereſſe locũ arbitratus, ad Homericum illud potiſſimum adiecit animũ. τὸν δ' ἔλαβε πορφύ/ρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή. i. Cepit uero hunc purpurea mors, & Parca fortis. Id tamẽ ſic a' Theocrito pronũtiatum ſapiente Viro, Athenæus ſcribit, cum legeret' Epiſtola, qua a' Chiis purpuram petebat Alexander. Porphyrion purpurula dici latine ualet. Nam grãdio res quædã Mnęæ nocant', ueluti dicas Minæ pretium exęquãtes. Eadem rõne Polypia dicũ tur Polypi parui. Sic & Sepidia paruæ Sepię.

¶ De Aurea apud Babylonem arcula. Item de miræ naturę loco apud Seleuciã. De Aui/bus, quas uocant Deorum linguas. Item de Babyloniis aliqua. Caput XII

e T quoniam in Babylonẽ incidimus, quo locupletiores dimittamus Studioſo rum aures, ſiquis tamẽ harum auſcultationũ ſititor, ut ſic dixerim, eſt futurus, Adiiciamus item quæ Vetus nobis Lectio ſuggerit, et a' ꝓpoſito diſſentanea non ſunt. Siquidem apud Babyloniam in Apollinis templo auream mirę ue tuſtatis arculã qñq; compertam legimus, ex qua conſciſſa ea uis peſtilentis, ac pernicioſiſſimi aeris ſeſe profuderit. Vt difflatus non eos modo, qui aderant, uenenoſa, ac lætali infectos tabe conficeret, Sed peſtifera, incredibili'q; poteſtate craſſatus longe, la/te'q;, etiam Parthos afflaret. Id prorſum cenſerem dictu incredibile, ni Ammiani Marcelli/ni Lectio compar nobis miraculũ ſuggereret. Prodit enim hic M. Antonii, & Veri tempori bus, apud Seleuciã poſt direptum templum, & perlatum Apollinis ſimulacrũ Romam, fuiſ ſe a' militibus inuentum anguſtum foramẽ, quod prius Chaldęorũ uates occluſiſſent. Eo'q; militari auiditate reſerato, Lætiferum, atrocem'q; adeo exiluiſſe Vaporem, ut funeſtum ma lum, ac teterrimum a' Perſarum finibus in Gallias uſq; furens ſit debacchatum. Sed quoniã miranda percurrimus, Nec illud ignoratum uelim, ad Regiam baſilicã apud Babylonem, Magos tecto aureas alligaſſe alites quatuor, Quas illi Deorum linguas uocabant, Et ha/buiſſe quidem uim, ut animos multitudinis in Regis beneuolentiam, conciliatu inenarra/bili aduocarent. Quod etiam ſi captum hominis ſupergredi uideť, non tamẽ ut abſurdum, forte quibuſdam uideatur reiiciendum. Nam imprimis grauis auctor Ioſephus, quendam ſe Eleazarum uidiſſe teſtatur, Qui inſpectante Veſpaſiano, & filiis, annulo ad nares Mania ci adacto, eum eueſtigio liberarit, profitetur'q;, Salomonem inſtituiſſe Carmina, qbus ægri tudines mitigentur. Quod uero ad Babylonios attinet, unde exordia duximus, Illud haud quaquam relatu indignũ, quod de græco penu eſt, Babylonios uenatibus aſſuetos, Vbi in ſolitudine deprehenderetur, nec cibaria percoquendi eſſet occaſio, Cruda Oua fundæ im/poſita, uertigine aſſidua tandiu rotare conſueuiſſe, donec coquerentur. Babylonicæ porrò Ciuitatis uaſtitatem illo argumẽto maxime comprobat politicoꝝ tertio Ariſtoteles. Quod capta quandoq; ab hoſtibus Vrbe, tertio demum die uix id perſenſerit pars ultima, Babylo niis poſtremo laudi datum ſcio, quo.. in ædibus contignationum quatuor habitarent. Sicu ti Orator Ariſtides, Romanos ex aſſentatione dixit, maximas domos maximis impoſuiſſe domibus, Dionyſius tamen in Panegyricorũ rõne, tecta πεντόροφα καὶ ἑξόροφα apud Ba/bylonẽ ab Herodoto memorari ſcribit, quod ſignat, contignationum quinq;, aut ſex. Scire tamẽ oportet, Libro primo Herodotum ſcribere, trium, aut quatuor contignationum.

¶ Demoſthenis excellẽtia, & mors. De Crico multa, Quæ ſit annularis ratio. Quid He ſtor, Cricote Sphæra. Item Circite, Porcos, & Porce, Dextrocheria, ſiue Dextrariola, Pſel/lia. Puellæ Epheſiæ hiſtoria. Caput XIII.

d Emoſthenem illum omnim, qui fuerunt, qui'q; mox ſunt futuri, in eloquẽtia maximum, ita eruditorum pleriq; laudare ſibi permiſerunt, ut diceret, aliorũ quidem monumenta ſemel in uita perlegiſſe, abunde pulchrum, ac fortuna/tum uideri oportere. Illum uero, tãquam unicum, ac ſingulare naturæ opus, non ſemel qdem legendum, Sed eatenus inhęrẽdum, ut quantum humani in genii ratio patitur, illius colorem, ſaltem Polypodis modo, aut Chamęleõtis exprimamus, effingamus'q;.

effingamus'q. Sed enim hic tantus, tam'q incomparabilis Oratorum anteſignanus, & plane` Coryphæus peſſimo tamẽ interiit exitio. Scribit qppe Eratoſthenes, Virum hũc in Crico pertuſo, Quod eſſe Brachii geſtamen, qdam interpretant', præſidio ultimoꝝ caſuũ conſueſſe Venenũ geſtare incluſum, quod etiã hauſerit intrepide, neqd indignũ tanta uirtute a` Macedonibus patereť, hinc natũ, Vt qd' ſpeciem qdẽ extrinſecus habet, et oculos aſpectu iucũdo allectat, Intus uero pniciẽ ſeruat euidentiſſimã, Cricũ dicamus Demoſthenis. Quid uero ſit Cricus, nõ alienũ fuerit, explicare pluribus. Lyſias qdem aduerſus Andocydem impietatis reũ, Rhoptron in Ianua id appellaſſe uideť, qd' nos Cricũ dicimus, iis fere` uerbis, ἔδησε τὸν Ἴωνα ἐκ τῆς ῥοπτρας τῆς ἱερᾶς. i. ad ſacrũ Rhoptrũ deſtinauit Equũ, meminit in Amphiarao Ariſtophanes, & rerum Græcaꝝ octauo libro Xenophon. Coronem Homerus appellauit, q̃uis ſit & Corone arcus extremũ, atq; itẽ ſumma uirilis mẽbri pars. Iulius itẽ Pollux ſcribit, Quam Coronem Homerus appellarit, dici quoq; κόρακα. i. Coruũ, nam & Corone Cornicem ſignat. Cricum Theodorus Annulũ interpretať, ſecũdo Ariſtotelis de animaliũ hiſtoriis, ubi ſic græce ſcriptũ eſt, οἷον κρίκος χαλκοῦς λεπτός. i. inqt interpres, ut Annulus æneus tenuis. Theophraſtus quoq; Libro de Stirpibus quarto, Cricũ p annulo uſurpat, Plinio interprete, etiãſi in græcis codicib⁹ modo impreſſis inueni, Crocum ſcribi, nõ Cricũ. Et Sudas, Ancilia inquit, ſunt κρίκοι τῶν ἀλύσεων. i. annuli Catenarũ. Noſtri recentiores Annularem rõnem appellauere, quã Ptolemæus Cricoton aptiſſime nũcupat, Quæ forte non alia ſit, q̃ quę latine Decuſſatio diciť, Vñ Plinius, Ducanť deinde alię duę lineæ in decuſſes obliquæ. Decuſſandi uocabulo utiť Vitruuius, apud quẽ eſt itẽ Decuſſatim perducere, qd' eſt per integrã longitudinẽ diuidendo, ac diſſecando trahere, ab numeri denarii perfectiõe Vocis ꝓprietate deflexa, unde & decumanus Limes, & decumanus fluctus, hinc literam ξ decuſſatam, præfectam'q obelo, Legimus talẽtum ſignificare, quod nota ea numerũ ſexagenariũ indicet. Et Aphricanus talentũ omne pondo LX. tradit. Vbi uero argonauticon tertio ſcribit Apollonius ζυγῆ σωάρασε κορώνη, locũ eum explicãs Interpres Corone inqt. i. iugi Crico. Homerus itẽ Iliados XXIIII. ὦδι δὲ κρίκον ἔστρι βάλον. i. Cricũ autẽ Heſtori iniecerunt. Quid uero ſit Heſtor, docet Pollux. Zygodeſma inqt, dicunť, qbus Iugũ temoni ꝓiungiť. Clauus aũt, Cui inuoluunť Zygodeſma, uocať Heſtor. Apud eundẽ Cricos ferreos dici Libro V, in retibus animaduerto. Cæteꝝ, neqd ſcienter omittã, quo miſcella hæc nr̃a elucubratio inſtructior fiat, In monumentis Gellii, auctoris & doctiſſimi, & excultiſſimæ eloquentiæ, Cricotẽ legimus appellari Sphęram, quã Eruditiores intelligi uolunt pertuſam. Quãq; Leontius mechanicus Sphęrã κρικῶν dixit, hoc eſt circuloꝝ. Apud quẽ itẽ inuenies, Hemicriciũ meridionale, pro ſemicirculo, & infra Cricũ nũcupat meridionalem. Vt nulla prorſum reliqua fiat ambiguitas, qn Cricũ nũc annulũ, nũc circulũ recte interpretemur, quales ſunt, quibus cõpingiť Sphæra, Quæ ænea a` Martiano uocatur Circite. Sed & qbus ꝓtexiť Thorax, nã κρικωτὸν θώρακα legimus. i. Cricotũ thoracem, quẽ ἁλισιδωτὸν interpretanť, ideſt hamis uelut Catenatũ. Eſt ſuus quoq; in haſta Cricus, quem Inſcitiores Cuſpion dicti tant, quo adnectiť firmius Cuſpis ligno. Porcen nũcupat Homerus, Vt qdem ſcribit Orus, ἀπὸ τῆς περιέχειν. i. ab cõtinendo. Orion plauſibilius putat, ſi a` πείρω inflectatur. Nam Porcos etiam apud Platonem in Sophiſte, Septum eſt, quo cõcluſi piſces haud facile euadant. Sunt qui Cyrton interpretenť, Sed perperã, Vt ex Platone liquet. diciť Porcos, quia amplexetur, occludať'q ingredientẽ piſcẽ. i. ἀπὸ τῆς περικεῖσθαι. De Porce ſic itẽ inuenio, eſſe Cricoma ligno, cuſpidi'q continẽdæ aptiſſimum. Sunt & Crici noſe Brachiorum ornamẽta, Qualia fere' Dextrocheria ſunt in Iulii Capitolini hiſtoria ſcribentis, Maximinũ Pollice ita uaſto fuiſſe, ut Vxoris Dextrocherio uteretť pro annulo. In Libro Iudith, quædam ſcribitur induxiſſe ſibi Sandalia, aſſumpſiſſe Dextrariola, & inaures, Quæ non alia ſunt, quàm Dextrocheria. Quæ uero circa manuum Iuncturam ferunt præſertim mulieres, quã uocãt Græci καρπὸν, unde & in Carpum mittere manum Medici dicunť, ſicuti alias docuimus, ubi Arteriæ motus, ac pulſus prętentant, ea inquã ornamenta Pericarpia nominanť, et Echini, Ophis, Pſellia, Chelidones, Bubalia. Et quoniam Pſelliorum incidit mentio, nõ inepte forſitan fecero, ſi et hiſtoriam adiecero breuiſſimam, Galatarum Rex Brennus, cum depopulareť Aſiam, Epheſum, cũ exercitu uenit, ac in Epheſiæ puellæ amatorios incidit laqueos. Ea uero congreſſuram ſe pollicita eſt, inſuper & Epheſum proditurã, ſi Pſellia ſibi, & mun

dus contribueretur muliebris. Adnuit Barbarus, ac militibus imperauit, in eam coniicerent, quod haberent, aurum, quo auarior puella adobruta periit. Sicuti prodidit rerum Galaticarum primo Clitophon. Pfelliorum meminit Athenęus, ex margaritis solita confici prodęs quandoq;. Porro quod ad Cricos attinet, Illud adiecisse non fuerit opinor, parergon, ne quis Sciolorum interim probationem requirat grauiorem, recenseri inter ornamenta Cricos, Auctor politicorum septimo Aristoteles est. Vbi edocet, in quibusdam locis legum finem esse propositum eum, Vt Ciuitatibus dominentur finitimis, indeq; multa sanciri, quibus ad bellicam uirtutem excitentur homines, καθάπερ ἐν καρχηδόνι φασὶ, τὸν ἐκ τῶν κρίκων κόσμον λαμβάνειν. ὅσας ἂν στρατηίδας στρατείας. hoc est, ut apud Carthaginenses ferunt, Cricorum ornatum accipere pro expeditionum numero, in quibus stipendia fecerint. Dignum scitu & illud, Cricos Compedũ eleganter dici a Græcis, & a Plut. in Causis, ex quo & Valerius Martialis Annulos nuncupauit.

¶ Demosthenis sententia de molestiis, quas subire necesse est, si Remp. capessas. Itẽ de Demosthene pauca. Caput XIIII.

d Emosthenem item, ut & hoc subsignemus & nonnulla scitu non indigna, Athenis profugum, memoriæ proditum est, Fortunæ turbinibus infractum, adeuntes Iuniores a Reip. cura impẽsissime conatum auertere, cum diceret, Si duæ uiæ initio proponerentur, quarum altera ad Suggestum ferret, ac Cõcionem, Ad euidens exitium altera, præuideat autem aliquis, quæ in Ciuilium administratione occurrent mala, Quam atrox inuidia, Quæ subeunda certamina, Quibus criminibus obnoxia Vita. Præstare nimirum id inire iter, Cuius exitus mors est. Quod illum non esse frustra Vaticinatum, docuit infelicissimus finis. Siquidem ob ea, quæ Orator in Rep. gesserat, misso ab Antipatro Archia quodam, qui fugientem retraheret, ac in Neptuni templum, quod est in Calauria insula, is se ęieciset. Cœpit humane Archias multa differere, monens, posse illum sibi omnia de Antipatro polliceri. Nec histrio inquit Demosthenes, unquam persuasisti ὦ Archia, nec nuntius nunc persuadebis. Ad hæc illo iam commotiore, ac uultu minabundo, & irato, Demosthenem territante, νῦν ἔφη λέγεις, τὰ ἐκ τῆς μακεδονικῆς φέρουσας, hoc est, nunc Macedonici tripodis responsa patefacis, mox q; ita interiit, ut pauloante monstrauimus.

¶ Tripos Delphicus fuerit ne Vas, an qd aliud. Tripodis notiones plures. Magides mensæ, Epidorpiæ. Microtrapezi. Tetrapus quid. Instans tempus dici futurum. Cillibantes qd sint. Dorides item quid. Item Dory, & unde. Caput XV.

q Voniam uero tripodis facta mentio est, operæpretium me facturum opinor, si quæ ex mutis, quod dicitur, magistris didicimus, in medium attulerimus, ut labores nostri proficiant omnibus, eo quidem amplius, quod non fere inter grammaticos constat, quid Tripodis nomine intelligendum sit, ubi de Oraculo agitur Delphico. Cum ex recentioribus, Quidam in literis clarus, Tripodem scribat, siue Cortinam fuisse uas pulueribus plenum, ex quo pflans spiritus Phœbadibus uaticinii prębberet potestatem. Ego uero pluribus auctoribus contenderim, ac euidentius probarim, Tripodem illum Delphicum haud quaquam fuisse uas, Quando Aristophanis Interpretes Pythiam tripodi insidentem uaticinari solitam scribunt in Pluto, Partem q; eam, in qua sederet, uocari holmon, unde a Sophocle Apollo dicatur Enholmos, Quin & Vates dici Enholmides quodam genere uidentur, ratione eadem. Quanquam est

& Holmos

& Holmos coquinæ uſibus accommodum uas, & holmeus orbicularis lapis, ad quem legumina cædantur, & alia quædam. Vbi uero in Equitibus Ariſtophanes ait, ἐριθίμων ἀπὸ τριπόδων, Interpres rurſum inquit, in tripodibus ſedebat Promantis. Et Strabo Auctores inquit, certi memorant, diuinum ipſum domicilium profundam, & curuam eſſe Spelunam, non admodum lato ore patentem, Vnde auram quidem referri ſacro aiunt, efflante numine. Excelſum autem hoſtio imminere Tripodem, quem cum Pythia uates inſcenderit, hauſto diuinationis ſpiritu, Dei reſponſa referre, & metro, & oratione ſoluta. Amplius in Libro de myſteriis Iamblichus, Sibylla inquit, in Delphis duobus modis ſuſcipiebat Deum, Vel per Spiritum quendam tenuem, ignemq́, qui erumpebat alicubi ex ore antri cuiuſdam, Vel ſedens in adyto ſuper ſedem æneam, habentem tres, aut quatuor pedes, & Deo dicatam, & utrobique diuino ſe ſpiritui exponebat, unde diuini ignis radio illuſtrabatur. Lactantius Grammaticus ſuper eo Papinii uerſu, qui eſt Thebaidos primo, Sal ue priſca fides tripodum. Tripos inquit, ſpecies eſt Lauri tribus radicibus, Apollini conſecrata, propter triplicem uim diuinationis. Eſt & menſa Apollinis tripos corio Serpentis Pythonis tecta. Sed quid pluribus agimus in re confeſſa? aduocetur tamen & Diodorus, poſt quem pudeat in manifeſtis ambigere. Etenim bibliotheces, ſexto & decimo Volumine ſic propemodum ſcriptum legimus. Vatem inquit, unam cõſtituere, mox & ſubſtruxere machinam, qua conſcenſa uaticinari tuto poſſet. habebat illa Baſes tres, unde & Tripodis nomen inditum. Tripodem porro dici menſam Libro ſecundo comprobat Athenęus. Nec tamen abnuerim, uerbi huius notiones eſſe plures. Quippe Iulius Pollux de Vocabulis rerum quinto Libro inter aurium ornamenta Tripoda recenſet, putatq; a figura eſſe impoſitam appellationem, Sicut & Homerus φίγλινα ἕρματα nominauit, ut trium pupillarum imaginem præferentia. Sunt autem hermata latine Inaures. γλήνη uero pupilla, aut etiam oculus ipſe. Libro autem ſexto idem Pollux. Erant inquit, menſæ quædam primæ, ſecundæ, tertiæ, & Tripodes, qbus ſuperiacebãt. Nominis item meminit Heſiodus. Quas uero imponimus, ut collibuit, & tollimus Trapezas. i. menſas, nunc Magidas uocant, quo nomine utitur Sophocles quoque. Magidis præter Plinium meminit Paulus Iureconſultus, Sed ita, ut eo nomine tabulerium accipiat Interpres, aut Schacherium. Trapezas item pro appoſitis cibariis inuenies. Epidorpiæ uero trapezæ uidentur fuiſſe omnium poſtremæ, quibus inferrentur bellaria. Sunt & qui uocentur Microtrapezi, quibus parua paratur menſa. Sunt in eodem auctore Libro X, Scelithria, quæ inquit, ſunt parui Tripodes. Nam ſella quædam theſſalica dicebatur Tetrapus, opinor, de pedum numero. Et alibi, Obſoniis ſubiecta menſa recte dicitur Tripus. Vt apud Ariſtophanem, & Xenophontem ἐν τῇ ἀναβάσει. Apud quem ſunt & Tripodia. Quod uero Tripodi ſuperimponitur etiam Cyclos dicitur, & Holmos, quoniam inquit, & Delphici Tripodis Epithema, Cui Propheta inſidet, uocatur Holmos. Tripodis autẽ empyri, quo apud ignem uterentur, media Homerus Gaſtera uocauit. Apud quem etiam pro Vaſe Tripum dici, liquet ex eo uerſu, καὶ ζίφοδ' ὠπώιντα δύω, καὶ εἴκοσι μέζων, hoc eſt, Et anſatum Tripoda duas & XX menſurarum. Hunc autem tripum inter funebris certaminis præmia Achilles propoſuit. Alioqui non iis modo, qui fortiter quippiam feciſſent, Sed & Poetis in uictoria Tripoda contribui, honeſtiſſimum cenſebatur, Quando Heſiodum Homero deuicto, eum rettuliſſe, proditum memoriæ ſcimus. Factum uero id in Amphidamantis laudatione. Ad quem bello peremptum celeberrimus quiſque ex Poetis certatim celebrandum Chalcidem confluxerat, fuerat autem is bello præclarus, ut qui Eretriẽſes multum, diuq; infeſtaſſet. Quod in ſeptem Sapientum Conuiuio Plut. ſcribit. Dabatur & iis Tripus, Qui Dythyrambicum carmen ceciniſſent, ad imitationem apollinei Tripodis, ut qdam ſunt interpretati. Memoratu dignum, quod Heſiodicæ aſpidis Interpres ſcribit, Tripoda item dici Cratera magnum trium fere pedum, Qui nunc inquit, barbare uocat λετρίδας. Sunt qui Epiſtatẽ interpretentur Tripoda æneũ, Qui Chytropodis uicem impleat. i. ollæ pedibus fultæ. Quanq̃ eo noſe quidam Vulcani imagunculam figlini operis intelligere malunt, Quæ focis aſſiſteret. Vel etiam lignum oblongum Coracas habens, unde coquinaria propenderent inſtrumẽta, meminit in Auibus Ariſtophanes, & explicãt Interpretes. Omnino ita diſtingui Tripodas ani

maduerto, ut dicantur alii ἐμπυρίζεσθαι, aut αἴθωνες, ab ignis uſu, & ad hoc ipſum compa rati. Alii autem Anathematici, ornatus gratia domibus dicati, uel templis, prorſum ignibus immaculati, intactiq; Proinde ab Homero etiam Apyri nuncupati, etiamſi hos intelligunt nonnulli, qui necdum ignibus ſint admoti, Æthonas uero iam flāmis ſuccēſos. Apud Athe næum ſunt Apyri Tripodes Vino dicati, uelut crateres. At in quibus calefiebat Aqua, Loe trochoi, ex quibus aliqui dicebantur ὠτώεντες, ideſt Anſati. Tripoda muſicum organum a' Delphici Tripodis ſimilitudine nuncupatum, multi ſcribunt, ac triplicis citharæ uſum præ buiſſe. Relatu dignum eſt, quod in Muſica Martianus ſcribit, Tripoda trini curſus præſagia polliceri, hoc eſt, Extantis, Inſtantis, Rapti. Qua in parte commonendus eſt Lector accura tus, Inſtans dici de futuro, non de præſenti, ſicuti Philoſophorum modo ſcholis extritū eſt. Mos autem Veteribus frequens fuit, exculpendi in Tripodibus Epigrāmata. Id quod nec tacuit Gellius, cum ait, Heſiodū, atq; Homerum aliquo tempore eodem uixiſſe, Epigram matis argumento probari, quod in Tripode ſcriptum fuerat, quem in monte Helicone po ſuiſſet Heſiodus. Hæc uero repetit Gellius ex Varronis libro de imaginibus primo. Et Pri ſcianus ſcribit, legiſſe ſe epigrāmata in tripode uetuſtiſſimo, Qui in Xerolopho fuiſſet By zantii. Scribit Sudas Xerolophon dici a' quibuſdam Thema, Et Tripoda Thematiū. Scien dum præterea, quod a' Tripode non ita diſſitum eſt, Cillibantas fuiſſe apud priores triū cru rum ligna quædam, quibus in prelio fatigati ſcuta imponebant. Id quod clariſſime mōſtra uit Ariſtophanes, τὰς κιλλίβαντας οἷσι παῖ τῆς ἀσπίδος, quod eſt, Scuti Cillabantas feras ὦ Puer. Inde forte natum illud Varronis tradentis, Menſam uinariam rotundam quādoq; ap pellatam Cillibantum, ut etiam in Caſtris, quāquam aliud ſentit ipſe, & nos alibi comme minimus. Porro' ut ad Tripodem redeamus, Scribit Apollonius argonauticon quarto, Ia ſonem cum in Illyricum appuliſſet, ut ab Hylęis nauigādi rōnē edoceret', dono illis dediſſe tripoda, Cuius hoc fuerit fatum. Vbicūq; foret is, Ciuitatē nunq̄ hoſtibus ceſſurā in prędā. Et quia hoc Capite de menſis fuit mētio nobis plurima, Addamus præterea illud auctariū, quod ſcribit Ælius Dionyſius, Menſas quaſdam coqnarias dici Doridas, ἀφὸ τῆ δόρυ, quod ſignat polire, unde etiam inflectit' δόρυ, quo nūc haſta ſignificat', nūc ſimpliciter oē lignū, etiam in arboribus, ut ἀγαθὸν τοῦτο ἀνήλυθεν ἐκ δόρυ γαίης.

¶ Delphici oraculi quæ tradant' initia. Eiuſdem deficiētis rōnes. De Tireſiæ itē Oraculo.

Caput XVI.

Oſtea q̄ ſatis, ſuperq; de Tripode diſſeruimus, aptiſſimum, opinor, fuerit, inſe ruiſſe huic potiſſimū loco, Quæ auctor Diodorus bibliotheces ſexto & deci
p mo Volumine de oraculi delphici primordiis, pdenda cenſuerit, quādo id to to orbe terrarū feſto ꝯcurſu celeberrimum intelligi uoluere priores. Igitur fuit inqt, Secretio quædam iis in locis, Vbi poſtea conſtructum Adytum eſt. Illuc forte cōpaſcentes arrepſerūt Capræ, qd' Vaſtæ tū ibi ſolitudines forent, nec omnino inco lerent' Delphi. Quæ uero ex iis in hiatum deſpectare cœpiſſet, eueſtigio mirabiliter exultās laſciuire, ac uocē prſus diſſonā emittere. Id cum amplius admiraret' Paſtor, ut ſunt homi num ingenia plerūq; latentia ſcrutandi auida, acceſſiſſe tradit', mox'q; eodē affectū mō, quo Capræ prius. Sed inſup futura quoq; præcinere cœpiſſe. Re uero latius uulgata, accurriſſe multo plures, qui oēs cōſimiliter, afflati coniectationē præbuere, Oraculi uim ex terra eſſe. Cęterum qa temulenti ſpiritu, quem ἄθμα uocant δαιμόνιον, pleriq; interirent, Viſum fuiſſe, Vatem unā aſtituere, quæ citra reliquoꝝ noxam panderet futura, ad id uero etiā Peg ma ſuſtruxere, quo inſcenſo ſecure uaticinaret'. Habebat id Baſes tres, propterea Tripodis nomen eſt ſortitū, hactenus Diodorus. Id uero Oraculū ſupſtitione uana, & hominū inſci tia, multo'q; amplius immundorum uafriciis Spirituum illuc euectum eſt, ut nō omniū mo do gentium fieret affluxus, Sed paſſim præpotentium quoq; Regū, ac Principum Populo rum dona mitterent' opulētiſſima, Vt inde Delphici maxime celebrent' Theſauri. Et Aphe torias opes, ut immenſas, præſignes'q; certatim memorent Græci. Nam ab edendis Ora cuis Ap hetora dici Apollinem nouimus. Lego in Græcoꝝ Theſauris, Parnaſum quēdam omnium principem Oraculum adiiſſe delphicum, unde ſit monti adoptatum nomen, etiā ſi Larnaſum prius dictum produnt alii, quod Deucalionis arca, quam λάρναχα uocant, illuc ſit delata.

ſit delata. Super Oraculo delphico Verba Ciceronis ſunt diuinationum priore Libro, Terræ inquit, uis Pythiam Delphis incitabat. Naturæ Sibyllam, an nō uidemus, quā ſint uaria terrarum genera? ex quibus & mortifera quædā pars eſt, ut Anſancti in Hirpinis, & in Aſia uidimus Plutonia. Aliæ peracuta ingenia gignunt, aliæ retuſa, quæ omnia fiunt ex Cæli uarietate, & ex diſparili aſpiratione terrarum. At libro ſecūdo idē M. Tullius, Euanuiſſe aiūt, uetuſtate uim loci eius, unde anhelitus ille fieret, quo Pythia, mente incitata, ederet Oracula. Sed cum de uī agatur non naturali ſolum, ſed etiam diuina, quo tandem modo euanuit? Vetuſtate inquies, Quæ Vetuſtas eſt, quæ uim diuinam cōficere poſſit? Quid tam diuinū, quam afflatus ex terra mentem ita mouens, ut etiam prouidam rerum futurarū efficiat? Cæterum Oraculi uanitatem cum multa alia, tum Demoſthenis illud coarguere uidetur. Qui Pythiam dicebat φιλιππίζειν. i. quaſi cum Philippo facere, quod eō ſpectabat, Vt eā a Philippo corruptam diceret. Plutarchus in Libro de Oraculis, quæ defeciſſent, Delphici oraculi Originem eandem fere facit, quam Diodorus, Sed adiicit, Paſtorem illum, qui omnium ꝓnceps ex afflatu ſit uaticinatus, Coretā fuiſſe nūcupatū, Et mox deſinētis uaticinæ ptātis rōnes allaturus, Plurimas ait, in terra contingere mutationes, uarietatesq; rerum, Quando & multis locis metalla defeciſſe, manifeſtum fit. Lapis Caryſtius mirandæ fuit apud priores naturæ, qm̄ πνευματώδης erat. i. netilis, aptusq; duci inſtar lanę, liniue. Conficiebantur in de Chiromactra. i. mantilia, Item Retia, reticulaq;, Quæ ubi ſordes contraxiſſent, coniecta in ignem candori ſuo citra ullam omnino noxam reſtituebantur. Victrixq; illa omnium uis Ignium aliquid tandem nacta erat, in quod ius nullum haberet. At nunc inquit, euanuere omnia hæc, Vixq; in metallis uiſuntur uelut Ines, aut prætenues, qui intercurrant, Capilli. Eiuſmodi porro & in manticis pneumatibus. i. Spiritibus uaticis coniectanda ſunt. Neque enim æterna eſt eorum uis, quæ ſenii plane ſit neſcia. Verū & ipſa mutationibus obnoxia cenſeri debet. Probabile nanq; fit, Imbres nimios quandoq; poteſtatem eam reſtinguere, plerunq; & fulminum caſu difflari. Præcipue autem terra motibus agitata permiſcere ima poteſt, & meatus occæcare prorſum. Nā et in Orchomeno cum atrox debacchareť peſtilētiæ malum, pleroſq; hominum uis qdem craſſantis morbi abſumpſit. Sed & Tireſię defecit oraculum, quod & nūc uelut feriatum conticeſcit. Oraculi loca dici inuenio Mātea, & Anactora. Anacea uero ſunt Dioſcurorum feſta.

¶ Quam eſſe ex Inimicis utilitatem maximam cenſuerit Plut. Inimicum eſſe Vulturi aſſimilem.

Caput XVII.

Citum eſt ac memorandū imprimis, quod a Plutarcho Viro doctiſſimo, & prudentiſſimo, in q; diſciplinis auctoritate graui, relatum animaduertimus in
s Cōmētariolo, quibus quis rationibus iuuari ab inimico poſſit. Primum inqt, omnium mihi uidetur, Quod eſt ex inimicis maxime noxium, id ſi modo attendas, effici utiliſſimum poſſe. Inimicus ſiquidem peruigili cura rebus inſidiatur tuis, uitamq; ambit hinc inde, anſam quæritans, nec inſpectat per quercum modo, Sicuti olim Lynceus, nec per lapidea, uel teſtacea, Sed per amicos, per ſeruos, per familiares uniuerſos, adeo efficax eſt, expeditusq; eorum, quæ uel facias, uel conſultes, explorator, inſpectorq;. Præcipue uero ſiquid delinquas, inhæret affixus, ſcrutatorq;, Et profecto Vultum exprimere uidetur mores, hi quippe tabida tantum conſectantur cadauera. Nam pura, beneq; habentia ne ſentiunt quidem. Conſimiliter Inimicū uitę modo labes mouet. Ægra illum excitant, ac quæ computruerint. Ad hæc adnuunt, hæc cōtectaſſe gaudent, hæc conuellunt, Qui te odioſe inſectantur. Inde uero eximia, ac præcellens profluit utilitas, ſi iſta uritus, explorate, penſiculateq; tibi perpetuo intendas, te obſerues, ne quid incurioſe, incircunſpecteq;, Sed proſpicienter omnia dicas, agasq;, Vt ueluti in accuratiore diæta, Vitam præſtes incuſabilem, inculpatam, ab omniq; ſequeſtratam uenenoſiore morſu. Qui enim ſic affectiones reprimit, ſedatq;, Et, qua maxime pollemus, rationem uelut in Specula continet, metu, prouidaq;, & ſagaci cura, meditationē ꝓcipit, & ꝓpoſitū æquabilem tranſigendi uitā, ac omni ꝓcul abiunctā crimine. Id enim prorſum in hoc uſu euenit, qd Ciuitatibus ꝓtingere certū ē, Quæ hoſte uicino aſſidue inteſtet. Hic ſiqdē ingruēs terror ad moderationē redigit, Cōcordiam ꝓciliat, Sanæq;, ac recte ualētis Reipublicę amorē inducit. Eodē mō

inimicus infeſtior uel nolentes ad ſobrietatẽ reuocat, in deſidiam labi nõ pmittit, aut negle ctum, efficit'q; aſſuetudine iſta, Vt tanq̃ in ſtatione quadam poſiti εἰς τὸ ἀναμάρτητον euada/ mus. i. in Statum inſontem, ac prorſus Theonini Dentis neſciũ. Quibus. n. Homericũ illud altius inſederit, ac, ut ſic dicam, fuerit ad manũ, ἧκεν γηθῆσαι πρίαμος, πριάμοιο παιδὸς. Læ tari utiq; Priamus poſſet, rurſum'q; Priami filii. Auertũtur inde, longius'q; abducunt' ab iis, quæ inimicus læte naſo criſpante uideatur excepturus. Mirum eſt, q̃ proficiat in ſummã uitæ ſtudium hoc, & æmula concertatio. Celeberrimũ eſt Naſicæ Scip. apophthegma. Quibuſ/ dam. n. aſtruentibus, rem Romanam nunc demũ obfirmatã, ſtabilem'q; uideri, Carthagi/ ne funditus euerſa, &, ut ait ille, impacto mœnibus aratro, Immo uero inqt, nunc periclita/ mur maxime, qñ nec quos extimeſcamus, nec quos erubeſcamus, reliquos nobis fecim⁹. Ad de præclarum Diogenis documẽtum, ciuile imprimis, ac philoſopho cõdignum, Quonam pacto ulciſcar inimicũ? Si bonus inquit, honeſtus'q; ipſe fias, Inimici æquos probari, qui ad/ uertunt, torqueri non ceſſant. Si cõmendari Canẽ, Si elaboratos, excultos'q; uideant agros, ſi pulchre floreſcentẽ, congerminantem'q; ſpectẽt hortulum, ingemunt. Quid facturos pu/ tas, Si iuſtum te cõprobes Virum, Mentis integræ, bonũ, Verbis probum, factis purum, ui/ ctu moderatum, pfundo perfruentem, ut ille ait, mentis ſulco, unde prudens egerminat Cõ ſilium? Si inimicum male habere cupis, non impudicitiã ſubſtratę uirilitatis, nõ mollicię op probraris, non ſuccurrilitatẽ, nõ id gen⁹ alia pleraq;. Cæteꝝ eſto ipſe ſciens, temperatus, Ve rax, adeuntibus'q; perhumane utaris, ac iuſte. Quod ſi ad probra euectus fueris, Id ſit præci puæ curæ, Vt ab iis, quæ coarguis, abducas te longius, Introſpice animam, putrida circun/ ſpecta, neqs inſuſurret illud tragicũ, ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἑλκεσπῆρύων, Aliorum medicus, Ipſe ulceribus ſcatet. Si inſcitiam forte tibi in altercationibus obiicerit, intende diſcendi ardorẽ, allabora eo procliuius. Si timidum appellarit, uirilem exacue promptitudinem. Si ut laſciuũ inceſſuerit, atq; intemperantem, exterge ab anima, ſiquod latenter inoleuit titillantis uolu/ ptatis ueſtigium, memor ſemper, nil fœdius reciprocante Crimine. Sicui turpiter, ac inho neſte agenti incurriſſet Plato, abiens, ſe'q; intuens dicere ſolebat, μή πῃ ἆρ' ἐγὼ τοιοῦτος, an & ipſe talis? Qui inimici conuitia patitur, inſigniter inde iuuari poteſt. Nã dicere ſolitum An/ tiſthenem accepimus, reuocandis ad bonam frugem uel amico eſſe opus ingenuo, Vel ar/ denti, acri'q; inimico. Alter enim recte monendo, coarguendo alter, increpando'q; auertit a` uitio. Genus autem hoc remedii tanto uideri præſtantius debet, quod ut nũc eſt, Vbi fidẽ ti opus audacia eſt, Amici ἰαχνοφώνες. i. graciles uoce ſe præſtant. Sicubi adulatio intercur rat, impendio loquaces, & obſtreperi, uel tinnuli quoq;. Vbi admonẽdus amicus, muti pror ſum. Proinde ab inimicis audienda ueritas, quam negligit amicitia. Nam & Telephus me/ dicinam inuenit ex hoſte. Et qui theſſalum Promethea perimere cogitarat, pſanauit, abſceſ ſui, quod Phyma uocãt, patefacta uia. Ita profecto eſt, inimicus ἐσθλὸς μισθὸς διδάσκαλος, ideſt gratuitus Magiſter, ac ſine mineruali, ſemper ex eo diſcere aliqd licet eorum, quæ nos late/ ant: ac eo quidem impenſius, quod plura longe, ac ſæpius præſentit, perſpicit'q; inimicus, q̃ Amicũ profeſſus, qñ ut Plato ait, τυφλὸν τὸ φιλοῦν τοῦτο τὸ φιλούμενον, occæcat amor in eo, quod ames. Odium uero fere` garrulitati adnexum, implicitum'q; eſt, ac πολυπραγμονεῖ, ideſt ſatagit alienarum rerum. Hieron ex inimico audiuit primũ, ſibi fœtere animã, quam obrem cõmotior, quid ais Vxor, cur non cõmonuiſti? At illa, ut quæ modeſta foret, pura'q; quoniã inqt, ita uiris omnibus olere opinabar. Poſtremo id cogitandũ, Agricolarum peritiſ ſimos tradere, Allium, & Cepas bonitate proficere, ſi roſis, uiolis'q; applantentur, quod in eas acrimonia, et quod olidũ eſt, ſecernat'. Eodẽ ipſi modo inimicũ ex ꝓpinquo patiamur, quo feliciter agente, cõmoueamur, exacuamur'q;, Ac ita conſurgamus, ut ex æmulatiõe cõ nitamur pari induſtria pfungi, Aut etiam ſublimiorẽ nobis locũ uẽdicare. Quod ſi malis ar tibus euadat is nobis ſuperior uel gratia, uel honoribus, ęquo id animo patiẽdum, immo eo amplius noſtra ipſorum integritate lætandum. Siquidem quod intra, quod'q; ſupra terram aurum eſt omne, in æquilibrio Virtutis ſtare nequit, Sicuti a` Platone dictũ grauiſſime eſt.

¶ De Vulturibus adnotata quæpiam. Cur Cauſidici dicant' Togati Vulturii. Item Imperatores paludati Vulturii. De Vulturum odoratu, & Odoris ratione.

Caput XVIII.

Vulturem

Vlturem animalium omnium innocentiſſimum, Hermodori Pontici ſenten
tia pronũtiauit, Quia nil prorſus attingat eorum, quæ ferant homines, plan
u tent, alant. Animantium pręterea nullam interimat. Volucribus quoque uel
mortuis abſtineat, quodam cognationis Intellectu. In Auguriis certe auis prę
ſtantiſſima Vultur habebatur, quod Hercules comprobarit, necnon Roma
næ Vrbis primordia manifeſtum faciunt, forte quia rariſſime Vulturius conſpicitur, & in
de oblatus aliquid ſemper creditur portendere, Aut quia, ſicuti fabulant' Ægyptii, & in He
xamero Ambroſius uidetur approbaſſe, Vulturii omnes fœminę ſunt, Ac ut Zephyro arbo
res, Sic illæ Euro grauidæ fiunt. imo certa, & firma inde ſigna fieri, ueriſſimum eſt. Verum
quia animans hæc Cadauera iam tabida ſumme affectat, & rapit auidiſſime, ex quo & Ca
tullus, Lingua exerta auido ſit data Vulturio. Propterea quodam loco Apuleius, Cauſidi
cos, & Oratores forenſes probroſis inceſſens uerbis, quod eis, ut Columella dixit grauiſſi
me, conceſſum ſit in medio foro latrocinium, Togatos nominauit Vulturios. Vt qbus prę
uaricari, Reos prodere, Vendere aduocationes, & ſanguinaria rapacitate homines excar
nificare, frequentiſſimi ſit moris. Sicut M. Tullius pro Sextio, Vulturios paludatos appella
uit Gabinium, & Piſonem Imperatores, qui pretio nũdinarent' omnia. Porro' & rõne ea
dem Salibus ſuis Plautus inſeruit Vulturios, p Talis in Curculione. Vt enim Vultures Car
niuori ſunt, & rapto uiuunt. Compari modo & Tali uoratores ita ſunt, ut diſpoliẽt ex toto
Aleatorem, atq; ut plautino item uerbo utamur, derũcinent. Memorabile eſt, quod Tomo
de Ideis primo, Vbi περὶ σημότητος λόγε differitur. Hermogenes adnotauit quoſdã ap
pellare ſolitos Vultures, τάφες ἐμψύχες. i. animata ſepulchra παρὰ δὲ τοῖς λεπτοξύλοις ἴσ
ως σοφισταῖς πάμπολλα εὕροις ἄν, τάφες τε γὰρ ἐμψύχες ἴδες γύπας λέγεσιν, ὧν πέρ εἰσι μάλιστα
ἄξιοι, καὶ ἄλλα διαῦτα ψυχρότατα πάμπολλα. i. Apud ſubligneos uero hoſce Sophiſtas plu
ra inuenias utiq;. Quippe Vultures dicũt Sepulchra eſſe animata, quibus ſunt ipſi maxime
digni. Et frigidiora his alia non pauca. Illud uero neutiq; prætereũdum, quod ex Hierony
mo compertum nobis eſt, Vulturẽ, cum cœperit oua edere, quippiã ex indico tractu affer
re, quod eſt tanquam nux, intus habens, quod moueatur, ſonũq; ſubinde reddat. Id uero ſi
bi ut appoſuerit, multos fœtus producere, Sed unum tãtum remanere, Qui immuſculus a
pleriſq; dicitur. Maſurius uero Pullum Aquilæ eo nomine intelligit, prius quã albicet cau
da. Vulturum odorandi uis mirifica ab Auctoribus traditur claſſicis, nam & in Magia ſigni
ficat Apuleius. Si uero inquit, naribus nidorem domeſticum præſenſit, Vincit idem ſagaci
tate odorandi canes, & Vulturios. Cui enim Cani, Cui Vulturio Alexãdrini Cæli quicq; ab
uſq; Æcuſium finibus oboleat? Scribit Diuus Thomas, per quingenta millia paſſuũ ab Vul
turibus, Addit Hieronymus, etiã ab Aquilis, præſentiri Cadaueris putorem. Sed & eo am
plius. Illuc autem uſq; Odorem, uel corporalem euaporationem ptingere, prſus abſurdum,
præſertim cũ ſenſibile medium immutet undiq; ſecũdum eandẽ diſtantiã, niſi præpediat'.
Neq; enim ſufficeret ad tantũ ſpatii occupandum, etiãſi in fumidã reſolueret' euaporationẽ
integrum Cadauer, Quando certus, ac præſcriptus eſt refractionis terminus, ad quẽ natura
le Corpus peruenire poteſt, Qui eſt raritas ignis. Sed nec huiuſmodi odore Cadauer noſci
tur ſenſibiliter immutatũ. Proinde dicendũ, quod & alibi hoc opere attigimus, ab Odorabi
li reſolui qdem poſſe fumidam euaporationẽ, Sed eam tamẽ nõ produci ad eum terminũ,
ubi odor percipiat'. At ipſum medium ſpiritaliter immutari ultra q̃ cõmemorata euapora
tio poſſit peruenire. Sunt & q futuram ſtragẽ præſenſione quadã mire pcipi, tradãt. Quin
& ingruẽtis mali certiſſimũ haberi præſagiũ, ubi exercitũ Aues inſequant' eiuſmodi. Cuius
rõnem ſcrutari, difficillimum cẽſuit Albertus, ni Stellaꝝ poteſtate occultiore fieri, collibeat
credere. Coruos equidem ipſum hoc qñq; factitaſſe, compertum eſt. Quod autem Alber
tus idem ſcribere Ariſtotelem tradit, Vulturis nidum nunq; eſſe uiſum, Id uero perſpicue fal
ſum eſt. Quod amplius liquebit, ſiquis Sextum de hiſtoriis animalium adierit librum. Pro
pterea Vulturum nidos in Germania uiſitari frequẽtes, facile impetrarit fidem. Porro' de
Vulturis ſcitus admodum narratur Apologus aduerſum fœnore ſeſe illaqueantes. Vultu
rius quidam uehementer agitatus uomere amplius cœpit, ſimul'que etiam queri, ac ſeſe
afflictare, quod inteſtina eiectare uideretur. Pax ſit rebus inquit alter, non eſt, quod
ægro ſis animo, neque enim tui euomis quippiam. Sed Cadaueris portiones, quod nuper

conſcidimus. Eadem rõne fœnore adobruti non agros ſe uomunt, diſtrahunt'q; proprios, Sed fœneratoris, quem iis dominum pręfecerunt.

¶ Quid ſit, quod Monogrammos Deos dixit Epicurus. Quod ſolidum Corpus. Et quę Mathematica Corpora. Aphyæ meretrices cur. Euthygrãmæ quid. & Euthyoriæ. Polygrammi. Caput XIX.

Icero Libro de natura Deoꝝ ſecundo Epicuri ſentẽtiam exagitãs ſic fere ſcribit, Non ſunt Dii inquit, his corporibus, ut aut Caſus, aut ictus extimeſcant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum. Quæ uerens Epicurus Monogrammos Deos, & nihil agentes commentus eſt. Quæſitum inter doctiſſimos in Veterum literarum tractatione diu, multum'q; uerſatos, qui nã dicantur Monogrammi, aut quid eo uerbo intelligi uoluerit Epicurus. Ego uero pro uirili bene conſultum omnibus cupiens, quæ mihi uetus lectio ſuggerit, promam gratiſſime, expendet mox candidus Lector, Si'q; ad ſtomachum facient, percoquat, ac citra liuorem ſinat ire in Corpus. Siqua minus arriſerint, tranſiliat, putet'q;, nos fuiſſe homines. Monogrammos igitur ex monumentis Marcelli inuenio dici, homines macie prætenues, ac decolores, ſtrigoſos'q; ac incuratiores, quæ nuncupatio uidetur ex Picturæ ratione inflexa, Quæ Linearis dicitur, ut ex Plinii doctrina percipi licet, quod prius, quàm coloribus corporetur, lineis ad umbram fingitur. Probat porrò Nonius Lucil. auctoritate, Cuius ſunt uerba, Vix uiuo homini, & monogrammo. Cæterum ex iis non omnino quidẽ eluceſcit Ciceronis nodus, ad intellectum tamen aditus aperitur, Qui plenus fiet, Si placita Epicuri de natura diuina exploratius nouerimus. Quæ ab Anthropomorphitarum hæreſi haud ita diſparãtur qui ruſtica ſimplicitate Deum habere humana membra arbitrantur. Vnde & appellationem ſortiti creduntur. Omnium inquit, animantium formam uincit hominum figura. Deus autem animans eſt. Ideo ea profecto figura eſt, quæ pulcherrima ſit omnium, quoniam Deos beatiſſimos eſſe conſtat, beatus autem eſſe ſine uirtute nemo poteſt, nec uirtus ſine ratione conſtare, nec ratio unquam ſine hominis figura. Hominis igitur ſpecie eſſe Deos, confitẽdum eſt. Nec tamen ea ſpecies corpus eſt, ſed quaſi corpus, nec habet ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem. Addamus porrò, ut perſpicua magis tota res fiat, Quod aptiſſime concipit Mathe ſis. Omne Corpus, quod ſolidum eſt, ac Stereon Græci uocant, triplici conſtat dimenſione, longitudinis, latitudinis, profunditatis. Ex his tribus, Lineæ ductu una conſurgit dimenſio, quam longitudinem dicimus, citra latitudinem ullam. Planities uero, quam Epiphaniam uocant, longo, lato'q; diſtenditur, alto tamen caret. Soliditas uero perficitur, ſi illis altitudo acceſſerit. Cæterum id magnopere aduertendum, quod Corpus quodlibet ſupficie quidem cluditur, tanquam termino. hic uero terminus quamuis circa Corpus ſit, incorporeus tamen intelligitur. Eſt enim hæc incorporea natura prima, nec tamen pure, quando non niſi circa corpus apparet. propterea etiam ſi Superficiem à Corporibus res nõ ſequeſtrat, Intellectus tamen ipſum hoc facit. Hæc ſuperficies ſicuti terminus Corporum eſt. Ita terminatur & ipſa lineis, quas ſuo nomine Grammas Græci dicunt, Punctis uero finiunt' lineæ. Deniq; Corpora hæc ſunt, quæ Mathematica uocant. Ex his uero iam dilucere arbitror, Cur Deos non habẽtes corpus, ſed quaſi corpus, Vt acute delyrabat Epicurus. Etiam Monogrammos nuncuparit. Nam nec ſupficies, quæ Lineis connectit', corpus eſt, ſed quaſi Corpus, quia citra corpus nõ eſt. Sic & monogrammos pictura, quaſi ſupficies quædam concipi debet, quoniam non eſt corporata coloribus. Qui profunditatem imaginibus, tabulis'q; addere uidentur. Qui porrò emaciati ſupra modum ſunt, & pellucidi quodãmodo, ut quibus nulla adeſſe carnis uideatur altitudo. Rectiſſime profecto & hi Monogrammorum inſigniunt' cognomine. Dignum relatu id quoq;, in Græcis obſeruatum monumentis, & ab Apollodoro proditum, Meretriculas quaſdam fuiſſe Aphias. i. Apuas cognominatas. quod minutulæ forent, albæ'q; oculis grãdioribus, nomina eis fuere Stagonion, & Anthis, Ex eadem cauſa in libro de Meretricibus Nicoſtratida dici Apuã cœpiſſe, ſcribit Antiphanes. Alioqui & Apuas auctore Chryſippo, Athenis ob rei affluentiam nimiam eſſe dictitabant πτωχικὸν ὄχλον, ideſt mendicorum obſonium. Quoniam uero de grammis, ideſt Lineis actum

neis actum nobis est. Obiter, ex'q; abundanti subnotandum, Euthygrammas apud Vitruuium dici rectas lineas, ex quibus Geometria Circini tradit usum, equo facilius ædificiorum in Areis expediuntur descriptiones, normarum'q;, & librationum, & linearum directiones, εὐθυορίαν Græci, æq; semper meantem cursum uocant. Polygrammos Melanuros uocat Aristoteles, atq; item Melanogrammos ab Linearum multitudine, uel nigricie, quibus interstinguantur. Hæc de Græcis fere sparsim, intercise'q;. Nunc ad Musicos diuertamus.

¶ Musices laus Cur data hominibus. Rursum a' quibus studium eius sit derisum.

Caput XX.

Vmmam eruditionem, & animorum institutionem longe præclaram esse in neruorum, uocum'q; cantibus sitam, a' Græcis semper fere creditũ est. hinc legimus Epaminundam Græciæ principem fidibus præstantissime cecinisse. Proinde, sicuti cõmeminit M. Tullius, Themistocles cum aliquot annis ante in Epulis recusasset lyram, est habitus indoctior. Sed & Lycurgus, quãuis durissimas Lacedæmoniis suis leges iniungeret, Musices tamen studium egregie uidet' amplexatus, Quando ipsam hanc natura parens impertiuisse animaduertitur, quo trasmitti laborum onus molestissimum procliuius posset. Remigem, ut Fabius inquit, Cantus hortatur, & singulorum fatigatio quãlibet se rudi modulatione solatur. Pythagoras, & qui deinceps studia consectati sunt eadem, Mundum ipsum non citra musicas rationes cõcinnatũ, coaptatum'q; argumentorum subtilitate colligere sunt uisi. Quin & artium ueluti præstantissima diuinis se inseruit rebus, & quod testatum quoq; Ptolemæus reliquit, numinib⁹ placandis adhibetur. Plato etiam esse gentibus contributam putat musicã ad præclarius quoddam, præstantius'q; opus. nam cum sit ꝯcinnitatis inter frequentamenta uaria pręcipue artifex Musica, non ideo a' Diis data, ut ad delitias cõuertamus, & aurium pruritum, Sed ut, quod animæ consonantiam turbat, & harmoniam, huiusce uoluptatis delinimento sedari, ac ad ordinem redigi ualeat. Cæterum & grauissime Pindarus, ὅσα δὲ μὴ πεφέληκε ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν πιερίδων ἀίοντα. Quæcunq; non amat Iupiter, uocem auersantur Pieridũ. Proinde Socrates iam senex institui lyra non erubescebat. Thebis porro' Pindari statua uisitur nulla, uisitur autem, inquit Athenæus, Cantoris Cleonis, In cuius sinum, Thebas Alexãdro diruente, cum fugiens qdam aurum immisisset, rediẽs anno trigesimo post, iam Thebis frequentibus, cum fide totum recuperauit. præclara est Comici Eupolidis ad musices præconium pertinens sententia, qua negotium esse sancitur βαθὺ καὶ καμπύλον. i. profundum, flexuosum'q;. propterea in hyacintho Anaxilas Musica per deos inquit, perinde ac Libya, semper quotannis nouam quãpiam feram parit. Magnus eqdem iuxta Citharœdum Theophilum, stabilis'q; thesaurus musica est, mores enim instituit, componit'q;, ac mollit Irarum ardores, quod uel Homericus abunde Achilles significat. Quo fit, ut insignitius barbarã quorundam feritatem mirari non desinam, Quos inauspicatissimis etiamnum dictis Artem nobilissimam insectatos nouimus. Nam Scythicum Regem Ateam, Scythicam plane' feritatem, & barbaram inscitiam resipientem, memoriæ proditur, Cum captiuum Ismeniam, tibicinẽ illum celeberrimum, quem Bœotios complures Ischiadico diuexatos morbo modulis suauioribus, persanasse tradunt, tibia incinere iusisset, ac illum cæteri suauitate demulcti summa prosequerentur admiratione, laudibus'q; efferrent plurimis, & uerissimis, Incultũ barbarum iureiurando identidem comprobasse, Equestrem hinnitum sibi uideri iucundiorem, modulatiorem'q;. Verum in Barbaro, & hoc quidem Scytha, Vox huiusmodi minus forte mira. Quid uero Spartanis facias? Quando Zeuxidami filius Archidamus, Cum nimio plus admiraretur quidam Cytharœdum, Vim'q; eius laudaret, ὦ præstantissime inqt, quod nam bonis Viris præmium statues, Cui tantũ arridet Citharœdus. Rursum cũ ex assistentibus qdã intulisset, Psaltes eximius hic est, At inqt, apud nos bonus Cantor, bonus Cupediarius est. Ceu nil prorsum intersit, Cupediis'ne, ac lautitia ꝯcilieť Voluptas, An modulatiore ex organis sono. Quin & Gentis eiusdẽ Demaratus, ubi Psaltẽ inaudisset, subiecit, οὐ κακῶς φαίνε ταί μοι φλυαρεῖν, nõ male mihi uidetur nugari. Emerepes Ephorus Phrynidis musici duas ex nouem fidibus ascia abscidit, insusurrans μὴ κακούργει τὴν μουσικὴν, ne musicam depraues. Eudamidas, cum Cantor quidam mire placuisset, Ac scitarentur nonnulli

cuiuſmodi ei uideretur, μέγας inquit, κηλητὰς ἐν μικρῷ πράγματι, demulſor magnus in re minuta. Poſtremo, cum Lyram Conuiuio intuliſſet quiſpiam, dixit Spartiata, ὐ λακωνικὸν τὸ φλυαρεῖν, non eſt laconicum nugari.

¶ Muſicæ ſtudium eſſe omnibus inſitum. Eius initia uideri tria. Gigni tamen præcipue amoris potentia. Caput XXI.

Vſica uero capi omne, quod uiuit, Inde colligunt Platonici, Quoniam cæleſtis Anima, qua uniuerſitas animet, originẽ ſumpſit ex muſica. Certe ex Strabonis doctrina didicimus, Elephantes cantu mulceri, & tympanorum ſono. Et in Sympoſiacis Plut. ſcribit, Brutorũ pleraq; deliniri, affici'q; plurimũ muſica. Sicuti fiſtulis Ceruos. Vbi uero ſaliantur Equæ, Nomon incini ſolitum, quem uocent Hippothoron. Cantu uero Delphinas moueri, teſtis locuples eſt Pindarus. In homine autem peculiaris adeſſe uidetur ratio, Quia modulatior ſonus in Corpus muſicæ memoriam deferat, cuius Anima in Cælo fuerit conſcia. ppterea nullũ ferè haberi tam immite, tam aſperum pectus, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu. Afferũt illa quoq; Peripatetici, inſitum eſſe omnibus, oblectari naturalibus motibus, cui ſint argumento pueri, qui uix dum nati modulis permulcentur, omnino propterea delinimur numeris, quia ratum, ordinatum'q; computandi modum habent, mouent'q; nos pro ſua æquabili ſerie ordinate. Indicium uero id maximum, eſſe ordinem ex naturæ ratiõe, quod cum ordinate laboramus, bibimus, comedimus'q;, naturã, Vires'q; noſtras ſeruamus, augemus'q;. Conſonantia igitur ea imprimis cauſa demulcere poteſt, quia ſit permixtio, ſiue contemperatio contrariorum apte inter ſeſe coeuntium, & proportionem cuſtodientiũ. Muſices autem principia eſſe tria, deprehenſum ab Eruditioribus eſt, Mœrorem, Voluptatem, ac Enthuſiaſmum, ideſt numinis afflatum. Dolores ſiquidem mirabili quodã modo, & lapſu lubrico uocem ad modulos inflectunt luctuoſam, flebilem'q;, quo nomine in Epilogis Rhetoras, & in fletu Actores ſenſim animaduertimus modulari pronũtiationẽ. Quod efferue ſcens item gaudium efficit uberius. Afflatos autem fatidico ſpiritu eatenus externari, & ab naturæ conſueto reuelli ſpectamus, Vt etiam futura ratione pandant metrica. Verum enim uero ſi Amoris poteſtatem amplius in apertum promas, explices'q; pro dignitate, liquebit luce clarius, nullam prorſum affectionem æque ad cantum, & muſicam nos prouehere iucunditatẽ. Ex quo inuulgatum id apud græcos, Cuius Sympoſiacon primo meminit Plut. μουσικὴν δ' ἄρα ἔρως διδάσκει, κ' ἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, ideſt Muſicam docet Amor, & ſi fuerit indoctus prius. Amor ſiquidem induſtriam exacuit, eſt'q; plane artium inculpatus magiſter. Et proinde Plutarchi eiuſdem interpretatione, Plato παντὸς eum ἐπιχειρητὴν nuncupat, Vt qui intentatum relinquat nihil, & ſeſe inferat omnibus, καὶ γὰρ λάλον ποιεῖ τὸν σιωπηλὸν, ideſt Silentii cupidum ad garrulitatem producit. Iam uero deſidioſum, reſina, ueterno'q; pigriorem excitat mirifice, ac de Ceſſatore acrem facit, & ad omnia præcelerem.

¶ Melorum genera tria. Modos eſſe uarios p morum diſſimilitudine. De Dorio, Phrygio, Lydio. Ionico, Quæ quis in ratione muſicę excogitarit primus. De Calaminis Inſulis. Oratii locus explicatur. De Elegorum inuentore. Fiſtularum genera. Cap. XXII.

Cribit autem in harmonico Cleonides, nec omiſit Boetius, Et ab Aurelio Macrobio reconditiſſimæ ſcientiæ Viro, naturalium ſecundo traditum ſcimus, ut Ariſtoxenum præteream, & ex eius diagrammate Vitruuium, Melorum tria eſſe genera, Enharmonicum, Diatonicum, Chromaticum, Sed ex iis, quod principe loco poſitum, nimis intruſa, nimis'q; recondita difficultate defertum exoleuit. Tertium mollicie inſita infamiæ nota non caruit. Medium uero, ideſt Diatonicum mundanæ muſicæ doctrina Platonis aſcribit. Nec tamen defuere, Qui mollius illud, enarratius'q;, ut ſic dicam, genus toto affectarent pede. Cuiuſmodi Agathon tibicen memoratur. Illud nimirum conſtat, Muſicos modos Gentium uocabulis diſtinctos, deſignatos'q;. Et enim quo unaquæq; gaudebat pro morum ratione, eodem modus ipſe cenſetur nomine. Delectationem utiq; ſimilitudo conciliat. Hinc nata Phrygia, Lydia, Doria

dia, Doria modulatio. Phrygium modum etiam barbarum appellat Porphyrio. Eius proprium eſt, ut inquit Lucianus, Entheon. Lydii uero Bacchicum, Dorii honeſtum, & graue. adiicitur a' pleriſq; Ionicum, quod floridum intelligunt, ac iucundum. In rebus ſeriis Priſcos inuenio Dorium adhibuiſſe, non Phrygium, neque Lydium. Quare, cum quid lætius, ac iucundius uel dicendum, uel optandum eſſet, Ab dorio dicebant, in Phrygium. Verum tamen quid Caſſiodorus ſuper iis prodat, attendendum magnopere, Dorius inquit, prudentiæ largitor eſt, & caſtitatis effector. Phrygius uero pugnas excitat, uotum furoris inflãmat. Æolius Animi tempeſtates trãquillat, Somnum'q; iam placatis attribuit. Lydius intellectum obtuſis acuit, & terreno deſyderio grauatis cæleſtium appetentiam inducit, bonorum operator eximius. Ex iis uero lux multa Quintiliano infertur, ſcribenti, in materia declamantium poni tibicinem ſolitum, Qui cum ſacrificanti phrygium ceciniſſet, ac ille actus eſſet in furorem, fingebatur accuſari. Lydiam tamen Harmoniam Plato Libro de Rep. tertio, plurimum reprobat, quæ acuta ſit, & Lamentationibus accõmodata, Prima enim eius conſtitutio fletus, lamentationis'q; cauſa facta eſt. Nam Ariſtoxenus in primo de muſica, Olympum tradit, in Pythonis ſepultura ceciniſſe tibia ſecundum Lydium modulum funeralia. Hæc politicorum octauo Ariſt. de Lydia mixta etiam comprobauit. Compoſitam uero, & mediocriter afficere Doricam rettulit. Phrygiam diſtrahere Animum, & rapere. Quamobrem non recte uideri Socratem in Rep. eam admiſiſſe modulationem. Subdorium, & Subphrygium uocat Ariſt. idem in Quæſtionibus encycliis, aſtruens ea in tragœdiis non eſſe Chorica. Subphrygium uidetur dici modice remotum a' uero, naturali'q; phrygio. Mixolydius item modus commiſerationis eſt, ac Tragœdiæ congruẽs. Hunc Sappho inueniſſe prima traditur. Damon uero Athenienſis, ut pleriq; conſentiunt, remiſſam reppe rit Harmoniam, Quæ Mixolydio contraria eſt, Iados autem perſimilis. Sunt qui Lydiam modulationem ab Cario Iouis, & Torrebiæ nymphæ filio primum repertam uelint, Quĩ cum forte erraret, incidit in paludem, quã mox de matris nomine Torrebiam iuſſit appellari. Vbi, cum nympharum, quas ẽt muſas interpretantur Lydi, ut auctor Stephanus eſt, præ ſuaues inaudiſſet cantus, edidicit, atq; item reliquis inſinuauit. Memorię proditur id quoq;, In Torrebia palude, ſeu Lacu, quem dici item Nymphæum uolunt, eſſe Nympharum Inſulas, quæ Tibiarum cantu in ambitum motentur, propterea'q; Calaminas Vocari a' Calamis, Atq; item Saltares, quoniam in Symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur, ut Plinius ſcribit, tametſi a' Calaminis diſtinguere uidetur. Clonas elegus Poeta, & Epicus tibicinicas regulas, & concentus conſtituiſſe memoratur primus, Sicuti Terpander Citharœdicas leges princeps omnium perueſtigaſſe narratur. Elegias, heroica item Carmina Polymneſtus Colophonius. Sunt tamen qui Elegum carmen primitus enuntiãtũ tradant, a' Naxio quodam Theocle furente, ſiue is fuerit Eretrienſis. Et inde ab Oratio dictum in arte poetica ex hac opinionum inter græcos inconſtantia,

Quis tamen exiguos Elegos emiſerit auctor,
Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.

Olympus phryx tibicinicam primus ad Græcos intulit, & Dactylos Idæos, Mydę Regis tẽporibus, & Tibialem inuenit Legem, quæ Polycephalos dicta eſt, forte nõ diuerſa a' Nomo, quem Xynauliam, ſiue Synauliam uocant. Ea uero eſt, Cũ Tibicines duo incinunt idẽ, Aut certe, ubi Cithara, & Tibia concentum faciunt. Fuit autem Olympus hic Marſiæ diſcipulus, & αὐλητικοὺς νόμους ſcripſit, & θρηνητικούς, ideſt tibicinicas leges, & Lugubres. Tibia uero uſum Hyagnim primum uolunt, Aut, ſicuti Apuleius inquit, primus in canendo manus diſcapedinauit. Primus duas tibias uno ſpiritu animauit, primus dextris, & læuis foraminibus acuto tinnitu, & graui bombo concentum muſicum miſcuit. Porrò ſunt, qui Apollinem non Citharam modo, Sed etiam Tibiam inueniſſe tradant. Cui rei argumento ſit Simulacrum Deli, Cuius dextra teneat arcum, læua gratias ſuſtineat, quarum ſingulæ ſingula muſicæ inſtrumenta manibus geſtarent, Vna Lyram, Tibias altera. Media Fiſtulam ore teneret. Puerum præterea, qui Laurum tempicam Delphos inferebat, Tibicen pone' aſſeſtabatur. Et quæ ex hyperboreis ſacra mittebãtur, non ſine tibiis, fiſtulis, Citharis fuiſſe memorantur. Sunt autem, fiſtulę, quas Syringas uocant, generis non unius. Eſt enim quæ dicatur Monocalamos, a' Mercurio inuenta, Sicut a' Sileno Polycalamos, a' Marſia

Cerodetos. Scire conuenit tamen, Syringos notionem esse non unam. Quippe est quando appellatione ea in Rotæ foramen iniecta portio axis intelligatur, Quin & foramen ipsum. Meminit Sophocles, κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων, ἔχριμπτ' ἀεὶ σύριγγα. Oblongior item fossa dicitur Syrinx, Sed hastæ repositorium quoq;. Syristen uocant inter Grues marem, idest συριστήν. Syriscum esse uas tradunt plexile, in quod coniiciantur fici, Sed Hyriscum pronuntiant Alii. Syriam pro crassiore accipiunt indumento, pinguioréq; a' σισύρνη. Vel quod in Cappadocia, quam Syris contribuunt, confici soleret. Syrmæa in Lacedæmone certamen erat, præmio proposito, quod ex farina, & melle nuncupant Syrmæam.

¶ Quæ musica probis admittenda moribus. Item quæ instrumenta censeri improba debeant. Magadis. Quintilianus declaratur de Spadicibus. Hypospadii, Tibiæ, Pactides, Barbitos, Psalterium, Naula, Nablas, Nablistæ, Panduristæ, Crembalum, Sambyce.

Caput XXIII.

Æterum iis omissis, forte præstiterit, Aristotelica subtexere placita. Melorum inquit, distinctionem, Qui in Philosophia uersantur, eam afferunt, Vt aliam dicant moralem, Aliam effectiuam. i. πρακτικὴν, Aliam uero ἐνθουσιαστικὴν, hoc est abstractiuam. Proinde tibiæ in disciplinam recipiendę non sunt, nec aliud artificiosum instrumentum, ut est Cithara. Verum quę auditores efficiũt bonos, Tibia prorsus moralis non est, Sed magis ὀργιαστικὴ. i. concitatrix. Adde quod & Sermone uti prohibet, Faciem deformat ita, ut ne a' familiarissimis quidem pernoscaris. Propterea apud Plut. Alcibiades inquit, filii Thebanorum cum disputare nesciant, egregie tibiis utantur. Quin & a' Pallade idem inquit Philosophus, non alia magis causa abiectas tibias, q̃s illa reppererat, ut ipse uult ex fabula, quàm διὰ τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ προσώπου. i. ob faciei deformitatem. Tibiarum consuetudo cœpisse uidetur post medicas uictorias, cum Gręci iam de se magnifice sentirent, desita uero Athenis disciplina ea, Alcibiade auctore, cum percrebuisset, ab illo abiectas, infractas'q; tibias, pudefacto deformitate oris, Quod in Commentario Pamphilæ nono, & uicesimo scriptum fuisse, adnotatum Gellius reliquit. Improbata item sunt & instrumenta alia, Vt Pactides, quanquam apud Pollucem scribitur Pyctides, apud Plut. item alicubi. est uero organum dichordon, ut scribit Sopatrus. hoc idem cũ Magadide arbitratur Sappho. Aristoxenus disparasse uidet', cum ait, Magadin, & Pactida sine plectro uenire in usum psalmo tãtum. Scribit Anacreon, esse Magadin psalticum organum, a' Lydis excogitatum, unde est apud Theophilum μαγαδίζειν uerbum, quod Magadide uti signat. Alicubi tamen Aristoxenus, auctore Athenæo, pro eodem uidetur accepisse. Sũt qui Pactide usam imprimis Sappho tradãt. Organa hæc liquido distinxit Diogenes tragicus, atq; item Phillis Delius in secundo de musica. Magadin nuncupatam credit Duris a' Magdie, qui fuit genere Thrax. Magadin esse Psalterium, putat Apollodorus. Sed & Barbiti, & quæ ad Voluptatem tendunt, Heptagona, Trigona, Sambycæ, postremo, quæ chirurgicam deposcunt scientiam, omnia reiiciuntur, hoc est peritam manuum gesticulationem. Euripides eos coarguit, qui Lyra in poculis utuntur. Ad iram enim inquit, potius, Luctum'q; adhibenda musica est, nõ insuper cantu addecet soluere, Qui iam uoluptatibus diffluunt. Fabius quoq; musicam reiicit ab Oratore suo, quem perfectum concipit, & format. Quæ in Scenis effœminata, quæ'q; impudicis fracta modis sit. Item psalteria, & Spadicas, etiam uirginibus probis recusanda scribit. Verum quia in Quintilianum impegimus, & locus hic, quem aduocauimus, adhuc facessit negotium multis, non satis percipiẽtibus, quid sibi uelint Spadices hac parte, cum scribat Gellius, Spadica esse auulsum e' palma termitẽ cum fructu. Atque item Libro secundo, esse punicei coloris speciem. Nam & enarrator Maronianus, Vbi Georgicon tertio Poeta de Equis ait, Honesti Spadices, Glauci'q;. Spadices inqt, Phœniciatos uocant. i. professos myrteos. Verũ ut ambigere tãdem desinant, ex Thesauris Iulii Pollucis nubilum omne tollemus. Sicuti etiam testati abunde sumus in gymnasio Patauino, cum Oratorias institutiones Prouincialibus magno numero explicaremus. Nam inter organa musica Spadix ab illo reponit' Libro quarto, Vbi ita scribit. Inter ea, quę pulsantur, est Lyra, Cithara, Barbiton, quod ipsum & Varymiton dicitur ab Anacreonte

excogitatum

excogitatum primo. Vel, ut Pindaro placet, a' Terpandro, ut esset Pactidi Lydiæ ἀντίφθογγος, Chelys, Psalterium, Phœnix, Spadix, Lyrophœnicium, Clepsiamb⁹, Pariambus, Iambyce, Scindapsus, Epigoneum. Hypospadii ad Spadicas nil pertinent, Sunt tamen eo nomine, quibus ab ortu οὐρῆθρα, idest Vrinæ meatus demissior est, sub eum, qui dicitur Canis. Psalterium uero, quod improbasse Fabius uidetur, sicut & M. Tullius de responsis Aruspicum, alio modo etiam Naula dicitur, unde Naulia quoq; deducantur diminutiua forma. Nam Ouidius ita cecinit de Arte Libro tertio.

Disce etiam duplici genialia Naulia palma
Vertere, conueniunt dulcibus illa modis.

Quæ quidem mire congruunt Verbis Quint. Naulæ uero meminit etiam Philemon, ut refert Pollux, Et Sophocles, οὐναῦλα κωκυτοῖσι, οὐ λύρα φίλα. Nablas legitur apud Athenæum, quem excogitarint Phœnices primi, unde & Nablistæ, sicut Panduristæ, a' Pandoro, uel Pandura, quam ex marina Lauro compingunt Troglodytæ. Sunt tamen, qui a' Psalterio Naulia distinguant, Quando Psalmi concentu, & modulis instrumenti eius canebantur, et in magno mysterio magnum Prophetam eodem usum, prodit historia. Alexander Cytherius, ut tradit Iubas, Psalterium primus impleuit Chordis. Psalterium etiam latine organũ dici, nihilominus, Conuiuiis inseri solitum ad libidines excitandas, Ambrosius auctor est. Id comprobasse & Macrobius uidetur in cœnis, Libro tertio. Psalterii meminit in Symposiacis Plut. quidam Laudatorium item uocant. Videtur decem chordis fuisse instructum ex illo Prophetico, Confitemini Domino in Cithara, In Psalterio decem Chordarum psallite ei. Hinc forte Polyphthonga uocauit ea in moralibus Plut. Quo in loco etiam Tribona inter Musica recenset instrumenta, idest τρίβωνα. Psalmum proprie Græcorum scientissimi ex Grammaticis Citharæ interpretantur sonum. Octauam esse musicum instrumẽtum, de Chordarum numero ita ex hebraica tralatione nuncupatum, super Psalmos scribit Nicolaus Theologus. Lyrophœnica Sambucem nominat Athenæus, ac fuisse Ibyci poetæ Rhegini inuentum, tradit. Fuit & Crembalum Organum, unde κρεμβαλίζειν uerbum, eo sonum elicere indicat. Sambyce usam primo Sibyllam, produnt aliqui, a' Sambyce quodam inuenta, unde & nomen. Est uero Organum id Oxyphthongon, quo tetrachordo Parthi sint usi, ac Troglodytæ.

¶ Fabii locus ex primo Libro explicatur. Vocis figura triplex. Dicrotos. Vocem quãdam dici Dendryazusan. Dorcadissans Pulsus qui.

Caput XXIIII.

u Erum quia Fabii nodum pauloante exoluimus, & sermo de Musica est, age locum haud paulo implicatiorem Auctoris eiusdem explicare pergamus alterum. Sunt autem Quint. Verba ex libro primo hæc, Sit autem Lectio uirilis, & cum suauitate quadam grauis, nec prosæ similis, quia Carmen est, nec tamen dissoluta in Canticum. De quo genere inquit, optime C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixisse. Si cantas, male cantas, Si legis, cantas. Hæc nisi quis altius introspexerit, & ad exactiorem libram reuocarit, non satis profecto nobilissimi Auctoris Sensa penetret, Cupiat'q;, apertioribus, ut dicitur, tibiis enarrari. Quare, quod nobis muti insinuarũt Magistri, quod & in aliis fecimus, faciemus'q;, iam hinc appingemus. Sic igitur legimus, Vocem omnem aut esse συνεχῆ, quæ Continua, Aut διαστηματικὴν, quæ dicitur cum interuallo suspensa. Et continua quidem est, qua loquẽtes, uel prosam orationem legentes Verba percurrimus, Festinat enim, præpropera'q; tunc uox est, nec hæret in acutis, aut grauibus sonis, Sed celeriter omnia connectit, expediẽdis'q; sensibus, exprimendis'q; sermonibus continuæ uocis usus operatur. Diastematice autem, siue interuallata est, quam canendo suspendimus. In qua non tam Sermonibus, quam modulis inseruimus. Est'q; Vox ipsa tardior, & per modulandas uarietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, sed suspensæ, ac tardæ potius Cantilenæ. His, ut Albinus autumat, & auctor comprobat Boetius, additur differentia tertia, quæ medias uoces possit

includere, cum ſcilicet Heroum poemata legimus, neque continuo curſu, ut proſam, neque ſuſpenſo, ſegniori'q; Vocis modo, Vt Canticum. Scribit in Lexico Rhetorico Ælius Dionyſius, a' Phonaſcis uocem quandam dici δενδρυάζειν, ideſt amœnam, ut uolunt ali qui, eſt utique δενδρυάζειν ſub quercus, aut arboris cuiuſuis umbram humiliter conſugere, quod ante inuentas domos feciſſe ueteres conſtat, ſignat id item uerbum, in aquam merſari, occuli'q;. Nec ſane' mirãdum, ex arboribus ad Vocis rationes Vocabuli factam tralationem, Quando et apud Medicinę peritos ab Animalibus ad Pulſus indicia conformantur quandoque dictiones. Nam inquiunt, Si Arteriæ motus non perſeueret continuus, Et interciſus a' celeritate tranſeat in tarditatem, aut ediuerſo, ἀνισοταχὴς appellatur pulſus hic, ideſt Inæquiuelox. Quod ſi interuallatus conquieſcat, ac mox cooriatur uelocior, δορκαδίζων uocatur, ideſt Dorcadiſſans, Quæ nuncupatio de Animalis producta in curſu natura eſt. Si uero a' diaſtole recurrat, prius'q; quam omnino contrahatur, rurſum percutiat ἄφην .i. tactum, δίκροτος uocatur, a' percuſſu geminato. Nam & Dicroton dici Biremẽ, Ex humanioribus ignorare poteſt Nemo. Plura ſeſe ingerunt multo, Verum, ne hæc quoq; modum exceſſerint, ut parerga, uehementer ſum ueritus. Sed illud non præteritum in tanta Muſices mentione, moleſte, opinor, feret nemo, Canentem Cycnum a' pauciſſimis audi tum, etiamſi uulgatior fama tenet, ingruente fatali momento, διὰ φωνότατον καὶ ᾠδικώτατον εἶναι τὸν κύκνον, ideſt Voce, cantu'q; præcipue præſtare Cycnum. Auctor tamen primo Variæ narrationis Ælianus eſt, audiſſe quandoque ſe canentem Cycnum. Sic enim ait, ἐγὼ δὲ ἄδοντος κύκνου ἤκουσα. Quoniam uero animal ſit φιλῳδὸν, Græci κύκνειον uocant eius melos. Appendix autem illud erit, ab Ariſtotele Cycnum uocari καλλίπαιδα, καὶ πολύπαιδα, quia plures producat, & ſpecioſos fœtus.

¶ Muſica triplex. Organorum item muſicorum diſtinctio. De Lyrio, & Loto. Caput XXV.

Vnt porro' e' celeberrimis auctoribus, Qui Muſicam eſſe triplicem tradant, Mundanam, Humanam, Organicam. Et Mundanam quidem ex Cęlorum concentu inenarrabili deprehenſam aſtruxere, necnon ex Elementorum nexu mutuo ſubtilitatis immenſæ. Sed & mira temporum uarietas id ipſum iuuat argumentum. Quo enim pacto fiat, Vt tantorum orbium rotata uertigo tacito, ſilenti'q; feratur ambitu, etiamſi nobis minus audientibus, mirãda ſonorum tranſeat iucunditas? hanc Plato aſſeruit. Hunc conſectati omnes approbarunt. Nec Boetio diſplicuit, etiamſi ſæpe Ariſtotelico. Humanam uero muſicam facile perceperis, ſi in te ipſum, quod Perſius inquit, deſcendere incipias, & miraculum diuinum amplius expẽdas. Etenim quæ uis alia ſpiritalem Vigorem mentis compotem, mortali, ac terrenæ compagi fermentat, adglutinat, continet, ad præſcriptam perducit metam, niſi coaptatio quædam, & ueluti grauium, leuium'q; uocum, quaſi unam efficiens conſonantiam temperatio? Quid Animæ poteſtates tam diſſentaneas, & compugnantes ſæpe cõſpirare facit, Quam ex rationali, & rationis impote ui conflari, Ariſtoteles ſenſit, & docuit? Quid uero Corporis elementa conciliat, aut rata, firma'q; fermentatione continet partes? Quam uero Organicam nuncupant, Ea iam ad inſtrumenta ſpectat, Quæ uarietatis ſummæ pro ingeniorum captu artifex peritia excogitauit. Hæc uero aut intentione perficiuntur, Vt Neruorum contemperato tractu. Aut Spiritu, ut Tibiis, uel his, quæ aquæ conſtant ratione, aut percuſſione quadam, Vt in his, quæ uirga ærea feriuntur. Quæ neruis intenduntur, Cruomena uocant, aut Enchorda, uel etiam ἔντατα, & Proſoda, ideſt προσῳδὰ. Quæ Spiritu inflantur, Pneumatica dici ualent, uel, ut Plutarchus, ἐμπνευστά. Sicut quę ppellit aqua, Hydraulica, Etiã ſi in' Architectura ſua itẽ ſunt πνευματικαὶ, & Hydraulica inſtrumẽta, a' Cteſibio excogitata primum, Vt Vitruuius ſcribit, Et eſt a' Plinio repetitum naturalis hiſtoriæ ſeptimo. Citharæ cantus Citharodia nominatur, Sicuti Tibiæ Aulodia, Lyrę Lyrodia. Crotias uero Citharœdicos cantus etiam Proſodias appellauit. Ex Grãmaticis Theſauris illud eſt, a' Lyra dici Lyrion, forma diminuta, ut a' Thyra Thyrion, a' Come Comion, ideſt uiculus. Erant & Lotĩ Tibiarum genus Epithalamium, Vt illud in Epigrammate,

λωτοὶ ἄχουσι,

λωτοὶ ἄχουν, καὶ θα λάμων ἐπλαταγοῦντο θύραι, ideſt inſonabant Loti, & Thalamoꝝ perſtrepebant Ianuæ. Sunt tamen qui in Loto priorem corripiant ſyllabam, Vt λοτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει. & eſſe Calamiſcum, interpretentur, Vnde dicantur Lotages, Qui Lotum exercent.

¶ Tibiarum ſpecies. Phorbion quid. Photingia. Papinii ex Thebaide locus explicatur. Proaulion quid. Item Diaulion, Thebanorum in tibiis præſtantia. Item Pronomi tibicinis, Calamaules, Rhapaules, Matroa. Thebanorum uituperatio. Caput XXVI.

Tibiarum uero ſpecies inuenio plures. Eſt quam Libyes Plagialon uocant, ex Loto. Elymos ex Buxo eſt, inuenta a' Phrygibus. Sicut Hippophorbon Scenetæ Libyes excogitarunt, & in Equorum pabulis utũtur. fit ex Lauro. Phorbion, ut hoc interim non taceamus, uocant Græci, Vt Ariſtophanis enarratores explicant, Tibicinis ori circumpoſitam pellem, ne rimam concipiat Labellum. Monaulus Ægyptiorum inuentum eſt, Hoc eſt Oſiridis, ut aliqui interpretantur, q & Photinga excogitarit etiam, unde & Photingia, ſunt autem ex loto, inde & Lotinæ tibiæ dicuntur. meminit Monauli in Thamyre Sophocles. cenſetur uero hæc nuptialis maxime, Tityrinon quidã item uocant. Fuit uero Monaulus, qui poſtea dici cœpit Calamaules, ideſt Calamo incinens, nam Rhapaules eſt, qui Calamen inflat, ideſt ſtipulam. Tibiam Poetæ etiam Libyn uocant, ut ſcribit Duris, quia Sirites aulẽticæ inuẽtor Libys eſſet, Nomadum unus, qui &, quæ Matroa uocantur, ideſt μητρῶα cecinerit primus. Phryges item Tibiam inueniſſe lugubrem memorantur, qua & Cares ſint uſi, Flebilis enim Carum incentio. Produnt ex noſtris etiam nonnulli, Lydiis tibiis læta ꝯcinere, ueteris fuiſſe moris, Phrygiis uero triſtia, quoniam tres haberent tibiarum modos, Ionicum, Lydium, Phrygium, quod & Barbarum. Ex iis uero innoteſcit amplius, quid ſibi Papinius uelit, cum Thebaidos ſexto ita canit,

Cum ſignum Luctus Cornu graue mugit adunco
Tibia: cui teneros ſuetum producere manes
Lege Phrygum mœſta.

Dignum ſcitu, quod tertio rhetorico legimus apud Ariſtotelem, quod ne intercidat, hic ꝓtinus implantabimus. Prooemium inquit, eſt orationis exordium. Id in Poeſi nuncupatur Prologus, in Tibiarum uero incentione, Proaulion, Quod inquit liberum eſt, Sicut in Demonſtratiuis Principia. Sed ad rem. Tibiarum quaſdam legimus uocari Parthenias, quaſdam uero Pædicas, Item Andrias, quæ dicuntur Teliæ, & Hyperteliæ. Sunt & Citharisteriæ, ac Dactylicæ. Nam Phrygias etiam Elymos dicunt. Habentur & Diopi, Muſocopi, & Hypotreti, necnon Hemiopi. Elymos etiam Scytalias dicunt. Theriam tibiam ex hinnulorum oſſibus, concinnarunt Thebani, ære obductam forinſecus. Cornu incinunt Tyrrheni. Minutula tibia Gingras eſt, flebilem & ipſa emittens ſonum, a' Phœnicibus comperta, unde & nomen, nam Phœnicum Lingua Gingram uocant Adonin. Gingricarum tibiarum meminit in Polyhiſtore Iulius Solinus. Sed Pomp. Feſtus putat, ab Anſerum uoce nuncupatas, Qui inquit, dicuntur Gingrire. Meminit Athenæus, Sed tibias uocari Gingros ſcribit. Scythæ androphagi, & Melanchlæni, ac Arimaſpi Aquilarum, & Vultur[illegible] tibiarum uice inflant. Celtæ ex Calamis fiſtula utuntur, atq; item Oceani inſulares. [illegible]ud Ægyptios Polyphthongos tibia ex ordeaceis calamis compingitur. Fuit & Tibia dicta Athena, qua Nicophelen thebanum in Mineruæ hymnis uſum memorãt. Fiſtula, quam Tonarion uocant, C. Graccho præcipuo ſuorum temporum Oratori, Muſicus, quibus deberet intendi, modos incinebat. Diaulion in Scena dicebatur, ubi tacentibus omnibus intus concinebat Tibicen. Thebanos præcipue inter Græcos Tibiarum artifici Muſica præcelluiſſe, Ac inter Thebanos Pronomum Tibicinem, diſticho comprobatur, quod & appoſui. gratum, opinor, facturus toto pede cum Græcis, ut nunc eſt, contrahentibus.

ἑλλᾶς μὲν, θήβας προτέρας πρόκρινεν ἐν αὐλοῖς.
θῆβαι δὲ, πρόνομον, παῖδα τὸν οἰνιάδου.

Alias Thebanis negotium faceſſunt Auctores Græci, ut micropſychis, ac Gulæ mancipatis, ut qui Thria concinnarent, ac Enarſilochos, & Hallantas, necnon Schelidas, quibus etiam Mardonium excepere cum Perſarum quinquaginta. Tibiarum repoſitorium uocant γλωττοκόμιον, & σῦελώνην, nam Crupezia tibicinum ſunt calciamenta.

¶ Nomos in Muſica quid. Nomorum ſpecies. De Orthio nomo pluſcula. Caſtorium melos. Laconici Regis mos. Carnii moduli. Carnia feſta. Carna Dea. Auguſtini locus pen ſitatur, de Iano. Caput XXVII.

1 Egimus præterea ſubinde in Muſica dici Nomos. Id uerbum haud ita imbutis, perpolitis q; parere difficultatem poteſt. proinde ſciendum, in Carmine, ac Cantilena Nomon ſignificare qualitatem Vocis, ac moderationem, qua uel remiſſiore, uel acutiore utimur. Eandem itaq; Cantilenam duobus tribus ue nomis modulantur muſici. Ratio autē nominis ea eſt, Quia græce Nomos lex eſt. Veteres autē prius, quàm literas ſcirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mandarent, quod temporibus ſuis in more Agathyrſis fuiſſe, Ariſtoteles ſcribit. Ergo primas poſteriorum Cantilenarum eodem appellarunt nomine, quo omnes uocabantur ſuperiores, Terpandri Nomos celebrant Græcorum ſcientiſſimi. Alii à Gentibus denominationem trahunt, Vt Æolius, & Bœotius, Ab Rhythmis alii, Vt Orthi⁹, & Trochæus. Alii à modis ut acutus, & Tetraœdus. Alii ab ipſo, & amaſio, ut Terpandrius, & Capion. Orthios dici uidetur, quod extentus foret, ac robuſtus. ὄρθιον græci dicunt in altitudinem ſurrectum. Orthia tamen Phalanx dicebatur, quæ procederet in cornu, profunditatem habens longitudine maiorem. Dianam Orthriam Seruius faſcelidem intelligi uoluit, ut quibuſdam placere, animaduerto. Orthiam tamen inuenio in Apophthegmatis Plut. in Cuius ara cæderentur pueri, qui dicunt Bomonicæ, quanquam in Lycurgo, Augurii nūcupauit aram. Sudas nūc Orthion Legit. Orthrion quandoque, quibuſdam nomen inflectentibus à diluculo, quod uocant ὄρθρον. Quæ de Orthii etymo prius appoſuimus, à Gellio comprobari uidentur. Vbi ex Herodoti Libro primo, ſuper Arione fabella repetita, illum ſcribit, impetrato à nautis, ut canere liceret Carmen illius caſus conſolabile, tunc quod Orthium dicitur, uoce ſublatiſſima cantaſſe. In quo aduertendum obiter, in Septem Sapientum Conuiuio Plut. ſcribere, adortum Ariona Nomon pythicon concinere pro ſua, & nauis ſalute. Pollux uero Tibiæ ſonum Orthion dicit. unde inquit, Orthios nomos. Polymneſtus Orthiorum Poeta celebratur. Nomi huius meminit in Libro de Regno Dion. Nomon hūc ad belli ardorem excitandi uim habuiſſe, ſcribit Euſtathius, nam concinente Timotheo, uelut furens ad arma proſiluit Alexander. Significat ipſum hoc uel Homerus Iliados rhapſodia undecima. Caſtorium melos laconicum erat, quo utebantur in prĕliis, ut fortiter, & audenter agerent, mortem q; contemnerent, Sicuti Plut. abunde teſtatur. Quin & rex ante quàm pugnas iniret, rem diuinam muſis faciebat, quo & oratione, & memoria imprimis digna promerent facinora. Carnios item modulos legimus quandoq;. Conſtabant hi, ut uidetur, neruis pluribus, nam Timotheum Carniis id genus deditum modulis Ephororum unus, arrepto gladio, interrogauit, ex utra parte neruos abſcinderet, qui ſupereſſent ad ſeptem. Carnia uero feſta item erāt Spartæ, ut puto, Apollinis. Qui etiam Carnius dicebatur. militaris uitæ imaginem ea præferebant. In nouem locis, quæ Sciades dicebantur, ab umbræ ſcenicæ ſimilitudine noueni epulabantur Viri, diebus nouem. Inuenio apud Græcos, Carnea primum uiciſſe Terpandrum. Hinc certe nuncupatos ſcimus Carneonicas. Carneorum deniq; mentio eſt Herodoto Libro VII. atque item octauo. Carnios Sacerdotes fuiſſe apud Sicyonios, auctor Euſebius eſt. Praxilas ait, à Cranio nominata Iouis, & Europæ filio, quem amauerit Apollo. Alcman à Caraneo troiano. Demetrius à κράναι, quod eſt πλέσαι. Siquidem Menelaum memorant, ad Troianum bellum profecturum feſta hæc uouiſſe, ſi rem perficeret. Carna uero Dea erat in Latina hiſtoria, quam uitalibus humanis præeſſe credebant. Ab ea petebatur, Macrobius inquit, ut Iocinora, & Corda, quæ que ſunt intrinſecus uiſcera, ſalua conſeruaret. Huic templum dicauit Brutus, quia Cordis beneficio publicum ſtatum emendaſſet. Hāc eſſe Cardinis deam intellexit ſexto Faſtorum Ouidius. Et

Iunias Calendas,

Iunias Calendas, quas uulgo Fabatias dicunt, quia fabæ adultæ diuinis adhiberentur rebus, illi ſacras ueteri tradidit ritu illis uerſibus.

Prima dies tibi Carna datur, Dea cardinis hæc eſt.
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Iani porro cum hac concubitum celebrat idem Poeta. Quod ignoraſſe Auguſtinus uidet, quando diuinæ Ciuitatis ſeptimo ita ſcribit, De Iano non mihi facile quicquã occurrit, qd ad probrum pertineat, & forte talis fuit, ut Innocentius uixerit, & a facinoribus, flagitiis q̃ remotius.

¶ Arcadum ſtudia in muſicis. Virgilii locus enarratur ex Bucolicis. Artificum muſicorum uituperatio ex Plut. Ariſtotelis ſententia ad id ipſum. De Stratonico Citharœdo iucũda lectu.

Caput. XXVIII.

Vſicam, ſi ueram expendas, atq; legitimam, uniuerſis hominibus conferre plurimum, conſtans bene ſentientium opinio eſt. Arcadibus uero inquit Polybius, & neceſſaria maxime. Proinde ita receptum moribus apud eos eſt, ut non pueros modo, Verum & Adoleſcentes, ac iuuenes ad XXX uſq; ætatis annum ea diſciplina imbuendos curent, cum ſint alioqui difficilis uitæ homines, auſterioris q̃. Cantu, et Choreis Libero patri ludos ꝓcelebrant, ſinguli pro ætatis ratione. Deniq; Vita omnis id genus Cantionibus, ſtudiis q̃ impẽditur. Cæteras artes apud eos ignoraſſe, nulla prorſum ignominia eſt. Muſicam neſcire nemo poteſt, quia neceſſario diſcitur. Eius imperitiam fateri, illic turpiſſimum eſt, nec id laſciuiæ cauſa, uel delitiarum, Sed ut labores aſſiduos in colẽdis agris, & Vitæ prꝛterea duritiem atq; aſperitatem, & auſterio res mores ex Cæli triſtitia quadam ꝓuenientes, hac quaſi dulcedine remolliant, ac contemperent. Huius autem rei argumentum ingens ex Cynethenſibus eſt. Qui cũ inſtituta maiorum peruicacius aſpernari cœpiſſent, in eam breui feritatem abiere, Vt in nulla Græciæ totius Ciuitate ſcelera maiora, aut crudelitatis exempla ederentur immitiora. Ex iis uero, quę ex Polybii hiſtoria ſubſignauimus, dilucere manifeſtius opinor, cur Vates Mãtuanus in bucolico ludicro ſubinde in Cantilenæ mentione Arcadas plurimis efferre laudibus non deſinat. Vt etiam ita enũtiet, Soli cantare periti Arcades. Et rurſum, Arcades ambo, Et cantare pares. Certe Muſica particeps diſciplinæ eſt, Vt præclare docuit Ariſtoteles, Item ioci, et rationis otii degendi. At enim Cantores, & Citharœdos ſunt qui βαναύσους uocent, hoc eſt uiles, & opus illud non putent Viri, nec ſobrii, ſed Iocantis, argumento, quod Perſarum, Medorum q̃ Reges per alios id tractantes, Voluptatis fiũt participes. Præterea de Diis ita opinamur, ueluti Iupiter ipſe nuſquam cõcinat, aut Cithara utatur, ſecũdum poetas. Porrò, ut Plut. ſcientiſſime docuit, Contemplari optima ſemper debemus, ne contemplemur ſolum, ſed nutriamur quoq;. Hæc uero ſunt in operibus, quæ a Virtute proficiſcuntur, Quæ aſpectu ipſo æmulationem quandam, & ſtimulos ad imitandum iniiciunt, In reliquis uero etiamſi admiratio inſit, tamen ſæpe contrarium euenit. Operi nanq; afficimur, eius auctorem contemnimus, Vt in Vnguentorum, ac purpuræ ratione. His enim oblectamur, At infectores, & unguentarios ſordidos ducimus. Ex quo Sapiens id cenſetur Antiſthenis, Qui cum Iſmeniam optimum audiſſet haberi tibicinem, At homo neq; eſt, inquit, non enim, ſi probus foret, Tibicen eſſet. Et Philippus, cum accepiſſet, filium ſuauius quodam loco ceciniſſe, urbane eſt obiurgatus, non ne te pudet, inquiens, quod tam bene canere ſcias? Satis enim, ſuper q̃ eſt Principi Viro, canentibus aliis, audiendi ſupereſſe otium. Idem & in pleriſq; aliis obuenit, neq; enim quiſquam ingenuus Adoleſcens, cum Piſæ Iouem eſſet intuitus, Phidias fieri cõcupiuit. Aut Iunonem Argis, Polycletus. aut Anacreon, aut Philemon, aut Archilochus, etiamſi eorum opera ſumma ſit admiratione proſecutus. Verum enimuero his, quæ contra muſicam promũtur, occurrere facile eſt, Si Ariſtotele tradente, diſpiciamus acrius, quouſq; illi opa danda ſit ab iis, qui ad Ciuilẽ uirtutem erudiunt. Et quæ Melodiæ, q̃ue Rhythmi ſint perdiſcendi, qbus item inſtrumẽtis utẽdum. Nam in eo utiq; refert plurimũ, eſt q̃ in iis obiectionũ ſolutio. Clarum quippe eſt, nõ oportere diſciplinam eiuſmodi impedimẽto eſſe cæteris opationib⁹, neq; ad res bellicas, ciuiles q̃ corpus efficere inutile. Quod erit utiq;, ſi in illa nõ elaborabunt uſq; ad ꝓcertationẽ, neq; admirabilia ꝓſectabunt, & ſupflua, Sed eatenus, ut gaudere ualeant ꝓcẽtu probo, & Rhythmis. Vnde item percipi

licet, quæ ad Muſicam inſtitutionem recipienda organa. Cæterum in hac muſicæ pragmatia Lepidum ſuccurrit Stratonici Citharœdi ſcomma, quo Propin Rhodium proſcidit facetiſſime. Erat is Corpore procerus, arte Citharœdica non bonus, & Corpore inferior, ſcitãtibus uero nonnullis, cuius nam modi foret is, nullus inquit, malus, grandior, Piſcis. poſtremũ uero hoc adiectum ob infantiam hominis eſt. fuit quippe Stratonico ingeniũ aliqui in numerato ſemper, ducta uel hinc coniectura. Habuit is in Ludo nouẽ muſarum imagunculas, & Apollinis unã, Diſcipulos autem duos modo. Cum quæſiſſet ex eo quidã, quot ei forent diſcipuli? Cum Diis inquit, duodecim. Luſit idem in Citharœdum, qui diceretur Bos, Lyræ non peritum ualde, nam ubi id inaudiſſet, olim inquit, dicebatur ὄνος λύρας, nunc uero βοῦς λύρας.

¶ Cani remigibus ſolitum. De Chryſogono modulatore. Tranquilli locus explicatur. Quid Suffertum, & differtum. Intus canere, ac foris quid. Catieni qui ſint. Item quid Struthiſſare. Seruius explicatur de Titis Columbis. Caput XXIX.

c Icero in Verrem quodam loco ita ſcribit. Ab hac præfectus Antonii quidam Symphoniacos Seruos abducebat per iniuriam, quibus ſe in claſſe uti uelle dicebat. Quæri forte poteſt, quid ſibi parte hac Cicero uoluerit, pinde paucula ex Aſconio ſubnotauimus. Sciendũ inquit eſt, cani Remigibus per Symphoniacos ſolitum, & per aſſam uocem. i. ore prolatam, & ut in Argo nauip Citharam. Niſi inquit, quia in claſſe dixit, intelligere uelimus, Ad hoc Symphoniacos capi ſolere, ut in claſſe pugnantibus claſſicum canant. unde ipſi Tubæ Claſſici nomen impoſitum. Porro Ciceronis Senſum iuuat item plurimum, quod in græca lectũ hiſtoria eſt. Quippe refert Duris Samius, In Alcibiadis naui ab exilio redeuntis Chryſogonum fuiſſe quendam modulatorem, Qui tanta arte Remigum manus dirigebat, Vt cum illi remorum pulſum cum Chryſogoni cantu coniungerent, iucundam audientibus redderent harmoniam. Cæterum & in hac mentione muſicæ occurrit mihi Locus item Tranquilli in Nerone. Media inquit, in Orcheſtra frequenter populo epulatus, ſi paululum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tinniturum græco ſermone promiſit. In cuius nodi explicatione hæſit Lynceus Interpres, & in Soloeciſmum fœdiſſimum conieciſſe Auctorem latiniſſimum uidetur. Quod ſi Senecæ uerba uel aduertiſſet, uel expendiſſet exactius, facilis ei fuiſſet enarratio. Sic igitur naturalium primo ſcribit, Præterea cum dicitur tibi, Nubem ſole eſſe Suffertam, non dicit, colorem illum immixtum eſſe uelut duro corpori, ac ſtabili & manenti, ſed ut fluido & uago. Suffertam nubem hic accipio interfuſam, aut illuſtratam. Ex quo liquet, Tranquilli ſenſum eſſe illum, Cantaturum ſe clarius aliquid, aut quod græci dicunt, πυκνὸν, ideſt denſum quippiam, ac ſucci plenum. Nam & differtum pro pleno legimus tum apud Oratium, tum uero apud L. Florũ, Qui de Cleopatra ita ſcribit. Quod ubi deſperauit a principe, ſeruarí q; ſe triũpho uidit, incautiorẽ nacta cuſtodiã, in Mauſoleũ ſe (Regũ ſepulchra ſic uocãt) recipit. Ibi maximos, ut ſolebat, induta cultus, in differto odoribus ſolio iuxta ſuum ſe collo cauit Antonium. Sed & Seneca in Conſolatione ad Albinam, Iumentorum inquit, corpora differta, & coacta pingueſcere. Quin in Quæſtionibus rurſum, Erant. n. pinguia, & diſferta Corpora ex longiore otio. Erit ergo aliquid ſufferti, plenius paulo quippiam, & ſuccu lentius. Cæterum quia latius iam de muſica indagine uaria ſcrutati ſumus, iam commodũ eſt inde reſilire, ne Concinnitatis ſtudio, Inconcinna nimiũ, & abſurda prorſum iſta fiant, Quando erunt, qui opinentur, tam longis non fuiſſe incinendum tibiis. Quare ſi et paucula modo adiecero, coronidem apponam. Cum canant Citharíſtæ, manus utriuſq; officio pfungi, quippe plectro dextra utitur, & hoc eſt foris canere, Chordas uero ſiniſtræ carpunt digytis, quod uocant intus canere, Quoniam quæ ſiniſtra ſunt, ſæpius interiora dicunt, ut apud Virgilium, Dum pro ram ad ſaxa ſuburget Interior. Et apud Salluſtium, Introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt. Intus apud Plinium in terrarum ſitu loca ſtatuuntur, quæ in mediterraneis fere ſunt. Sciendum tamen, Comitem exteriorem uideri ab Oratio dictum, a Siniſtris aſſectantem, ſicuti etiam approbat Acron. Oratii Verſus hi ſunt.

Qui quãuis periurus erit, ſine gente, cruentus,

Sanguine

Sanguine fraterno, fugitiuus, ne tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.

In sanctis porro Literis adnotatū & illud, Dextrum dici uisum pro interiori. Sinistrum pro exteriori. Catienos postremo pro cantoribus usurpasse Oratium, scribit Porphyrio, a Cantore nobili appellatione deflexa, Catienis mille ducentis Mater te appello, clamantibus. Qui uero stridunt potius, quam canant, τρῳδίζειν græce dicūt, quod latine enuntiare licet, Struthissare, ex passerum uoce, qui Struthi uocantur, uerbo deflexo. Passerculi uero creduntur τιτίζειν, ideſt Titissare, ex quo Titis corriuatur, ut scribit Ælius Dionysius, auiculæ species, aut etiam auis quælibet minutior. Hinc arbitror illustrari egregie Seruiū in bucolico Ludicro interpretantem Titos dici Columbos non latine quidem, sed multorum authoritate tanquam latine. Titos uero Columbos dici interpretor ex passerum salacitate, qui solent τιτίζειν. nam & apud Persium pro Libidinosis Titos accipimus. Est & uerbum huic affine φίζειν. Sed est id uespertilionum proprium, nam φύζειν, uocem exprimit asperiuscula, unde & inflectitur Trygon. Inuenio Titigonion esse item animal paruum Cicadæ persimile. τιτυβίζειν, ut ne hoc quidem prætereamus, hoc est Titybissare, dicitur de perdicibus quibusdam, Sicut cæteri postea dicuntur κικκαβάζειν. unde apud Comicum κικκαβᾶν, aduerbium.

¶ Principum, priuatorum q; mollius sibi indulgentium exempla. Qui sint Blacæ. Item Blacénomion. De Apicio scitu digna. Caput XXX.

Maximos quandoq; duces haud ita reformidasse delitias, exemplis aliquot manifestum fit, Nam postulatus proditionis Chabrias cum Iphicrate, increpabatur ab eo, quod in tāto discrimine gymnasia nihilominus inuiseret, nec nō constitutis horis pransitaret. At is quid inquit, aliud, Te quidem squalidū, & cibi inopem, me uero pransum, unguentatum q; Athenienses periment. Hic uero est Chabrias is, quem dicere solitum, prodit historia, formidabiliorem uideri Ceruorum exercitum Leone duce, quam Leonum, ductante Ceruo. Item illos optime exercitum ductare, Qui res hostium bene, solicite q; exploratas habeant. Vitellii patina luxu notabilis est. Eam principatu suo sestertiis CC condidit. Sed faciendæ fornax in Campis exædificata est. Vnde Patinarum paludes obiectæ Vitellio a Consule Mutiano, graui probro. Nā quid Heliogabalum memorem? Cuius mores retegit abunde unum eius dictum, quo Rerum pretia Orexin esse Conuiuiorum pronūtiauit. Pingi se iussit, Vt Cupediarium, Seplasiarium, Popinarium, hic porro non nisi unguento nobili, aut croco piscinis infectis, natauit. Iam Domitius apher Nemausensis clarus Orator, Neronis temporibus ex Cibi redūdātia in quadam cœna, mox Spiritum effudit. Aristodemum tyrānum apud Cumas in romanis antiquitatibus Dionysius auctor est, Mollem fuisse cognominatum. i. μαλακόν. Id uero cur sic, uarie traditur. Sunt qui opinentur, inde irrepsisse cognomentum, quod quandoq; parum Vir fuisset, ac pudicitiam turpiter substrauisset. Alii uero ex miti natura. Nō desunt, qui ex hostili admiratione appellationem profluxisse uelint, Siquidem a Barbaris nuncupatum μαλακόν, quo uerbo intelligatur ἀνήπαυς. i. puber, quoniam id ætatis cū coætaneis etiamnum comantibus, Quos inde Coronistas uocant, in bello aduersum barbaros manu promptus apparuerit, & consilio, ac prudētia illustris, quibus is maximi principatus fundamenta iecerit. Persarum Rex Ver agebat Susis, hyemem in Babylonia, Æstatem in Media. Cuiusmodi uero in reliquis foret hic, Vt libera, ita facilis coniectatio est. propterea magnus Agesilaus regiam eleuans potentiam, quo inquit, maior me est is, si nō & iustior? Naratum Babylonis Satrapen æq; ac Sardanapalum deprimit Plut. de quo Arriani historia est. Iuxta Anchialum fuisse Sardanapali monumentum, ac statuam, manibus in speciē plaudentium coaptatis, eo titulo. Tu hospes bibe, uescere, Lude, nam cætera humana ne hoc quidem digna sunt. Hæc uero pronūtiare uidebatur ipse, uelut sonitum intuens, quem crepantes manus ederent. Hunc Græci πάναβρον dicunt, quod signat tota uita mollē, euiratū q; Alexandri uinolentiam nemo non nouit. Arrianus conat tueri. Q. Curtius approbat, Qui & Comessantis exercitus licentiam taxans præclaram adiecit sententiam, Eximiam gloriā sæpius Fortunæ, quam uirtutis esse beneficium, Quando ne epulantes quidem, & sopitos

mero aggredi ausus est hostis, haud secus bacchantium, eiulantium'q; fremitu perterritus, quàm si pręliantium clamor esset auditus. In Præceptis item sanitatis Plut. Vini in Alexandro nimietatem agnoscere uidetur. Hęc uero in præstantibus adnotata ingeniis minus miram faciunt Priuatorum, & prætenuis Fortunæ hominum fluxam, fractam'q; Vitam, Cuiusmodi fuisse memoratur Artemon, Cui delitiis lasciuienti etiam Periphoreti cognomen adoptatum, quod circũlatilem nobis indicat, quoniam lectica circũferretur, & ueluti è manibus hinc inde sustinentium penderet, de quo insuper memorabile est, quod proditũ Gręcis scio, Metu fractum, atq; stupidum tẽporis plurimum intra domus septa se ꝓtinuisse, duobus Seruis æreum scutum supra eius caput sustinentibus, nequid ex superioribus forte irrueret. Siquo autem casu egredi cogeretur, Lectica tecto adoperta gestabatur. Sũt qui hoc genus delicatos, molliculos'q; Blacas nuncupent, Quanquam & eo uocabulo fatui quoq; intelliguntur, à pisce prorsum inutili, ac Siluro persimili, dictione inflexa, quẽ ne Canis qdem attingat. Alii Blaciam propè Cumen esse regionẽ uolunt, Cuius etiã Aristoteli mentio fit. Erat item in Alexandria Vectigal, quod Astrologi persoluerent, Blacennomion nuncupatum, quoniam eos fatui modo adire soleant. Porro qui obeundis negotiis nimio plus desident, & quadam mollicie torpent, dicuntur Θλακοῦντ. Damascius, καὶ παροξυώντων τῷ λόγῳ τοὺς ἐν ἔργῳ θλακοῦντας. Eadem notione utitur Aristophanes Pluto, Enarratoribus quoq; astipulantibus. Sed in hac censura quem Apicio antefcremus? Huius pollucibiles cœnas supercilio Stoico conuellit Seneca. Sed & Gręci Opsophagi cognomento insigniunt. Auctores habeo, Traiano in Parthis agenti, cum multorum dierũ itinere abesset à mari, Ostrea recentia miro ingenio seruata Apicium summisisse. Hic in Cinturis Galliæ, uel apud Minturnas, ut scribit Athenæus, ni mendum exemplarium est, magnam pecuniæ uim profudit, dum Squillis auide uescitur, quæ illic habentur maximę. Sed & in Alexandria Astacos magna conquirens cura, cum audisset, in Libya Squillas quoq; capi prægrandes, ne diei quidem unius moram sustinens in Aphricam confestim trãsmisit. Quod ubi falsum comperit, execratus prouinciam, ita regredi instituit, ne unquam terras attingeret eas, Et de Apicio quidem ex Græcis hæc. Cæterum nequem fallam, quo nã pacto esse idem hic Apicius queat, quem etiam nepotum omnium altissimum gurgitẽ Plinius seueriſſime dixit? Certe in Consolatione ad Albinam, ut iam perfuncti fato meminit Seneca, Cuius & paulo plura subsignauimus uerba, tum quia iucundam complectuntur historiam, tum ad refellendã hac parte Græcorum insciti am, etiamsi Athenæus quoq; sentire id ipsum uidetur. Apicius inquit, nostra memoria uixit, qui in ea Vrbe, ex qua aliquando Philosophi uelut corruptores Iuuẽtutis abire iussi sunt, scientiam Popinæ professus, disciplina sua seculum infecit. Cuius exitum nosse, operæpretium est. Cum Sestertium millies in Culinam congessisset. Cum tot cõgiaria principum, & ingens Capitolii uectigal singulis cõmessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit, Superfuturum sibi Sestertium cẽties cõputauit, & uelut in ultima fame uicturus, in Sestertio centies si uixisset, Veneno uitã finiuit. Commeminit Apicii eiusdem Epistolarum XV idem Seneca, insimul & P. Octauii inter Gulæ proceres maxime insignis, & quod mirum imprimis est, ipso item Apicio in Muli licitatione, quem Cæsar Tiberius uendi iusserat, superior. unde inquit, inter suos ingentem est gloriam consecutus. Deniq; ab Apicio propagatum in Coquos cognomẽtum, ut Apiciani dicerentur, quadam philosophorum imagine, auctor est Septimius Florens.

¶ De Pandæsia, & Maza. Item de Amazonibus scitu dignum. Quæ, & quibus in locis Edulia haberent præstantissima. Lesbia farina. Gigartum. Fũgorum nomina. Mycenę unde. Ciboria, Colocasium. Caput XXXI.

Pandęsiam Græci uocant adiiciale conuiuium, ac ganeatum, dubium'q;, & omnifariam obsoniis differtissimum. Id nos Excuratum, Glisserum'q; dicere possumus, & Saliare. Sunt tamen qui eo nomine intelligi malint, ad quod, Vbi uescerẽtur publice, commeantes passim domo portionem quisq; ferrẽt, in medium tamen, quod attulissent, collaturi. meminit Aristophanes, ὡς περ inquit, μάζα, καὶ πανδαισία. ut maza, & Pãdęsia. Mazã uero eius poetæ Interpretes σφυρὸν ἄρτον exponunt,

ἄρτον exponunt, ideſt rigidum Panem, quo nomine quidam eum uolũt intelligi, qui uulgo nautico uſui maximo eſt, & biſcoctum nuncupat plebecula, fuiſſe tamen pręſtantioris edulii ſpeciem ex Adagio Græcis pertrito coniectare licet, τὸν μάζαν. Supra mazam, in eos, q diffluerent delitiis, apud Lucianum τὸν μαζᾶν uerbum inde flexum inuenio, quod eſt Luxurioſius agere, delicatius q, ac diuitiis abundare. Mazam putant ex farina, oleo, & aqua cõfici ſolitam. Sudas etiã ex Lacte, unde mox paulo nata & Mattya eſt, dicta q eo nomine pretioſa omnia edulia, ut ſcribit Athenæus. Theocriti interpres in ὁ λοιπόροις, Maza inquit, νεομάλακτον, καὶ νεοφύρατον ψῶμιον, ideſt bucella recens. Maddam pronuntiant Megarenſes. Eſt Mazæ ſpecies Athenæo dicta Cardamyle, etiamſi topicum quoq nomen id eſt. Amazones pro pauperioribus, tenuiori, promiſcuoq utentibus uictu apud Græcorum ſcientiſſimos reperias, ueluti, qui mazam non habeant. Sed & Amazones ipſæ poſſent uideri inde appellationem ducere. Quod nec Euſtathio diſplicet, quoniam Lacertis, ac teſtudinibus, & id genus feris alerentur. Quamobrem etiam Sauromatidas, ſiue Sauropatidas nuncupatas uolunt, quia σαῦρα, ideſt Lacertas conculcent, ac ueſcantur, quanquã alii quod in Sauromatica Scythia habitarent, dictas ita opinantur, quod Stephanus tradit. Sed & Euſtathius Sauromatas Amazonum connubio inſignes refert. Ex hoc uero dilucere poteſt, quo ſenſu prouerbium id enuntiarent Veteres, ἀμαζόνων ᾆσμα, ideſt Amazonum Cantilena, in quo non tam mulieres intelligo, quàm pauperes ſimpliciter, quibus mos eſt opulentiores frequenter conuellere, ac lautos præcipue, in neceſſariorum inopia ſæpe ipſi conſtituti. Mazã porro, ut a diuerticulo repetatur fabula, pro re tenui, uiliq uſurpare in moralibus uidetur Plut. καὶ ἐκ ἔστιν ἐν μάζῃ καὶ φακῇ τὸ ἥδιον. non eſt in maza, & Lente iucunditas. Legimus Sopatrum quandoq Eretriam Eubœę Ciuitatem appellaſſe λευκάλφιτον. i. candida inſignem farina, quoniam indidem Mazæ proferrentur præſtantiſſimæ. At Archeſtratus colore quodam poetico, inclytam ſcribit Leſbon ætherea niue candidiorem farinam ferre. Siq farina ueſcantur Dii, Illuc ad coemendam pergere Mercurium, quippe aliam omnem uideri prælla, uelut γίγαρτα. Signat id uerbum acinos uuæ, aut etiam punici mali. Ea uero conterentes Ruſtici cum Caricis uorabant, meminit Ariſtophanes. Rhombum, Pauonemq, ſiue etiam Pauum, inter delicatiſſima habuit edulia Veterum Luxus, id ſignificat ad Lucilium Seneca. Num inquit, eſuriens faſtidis omnia præter Pauonem, Rhombumq? ambitioſa non eſt fames, contenta deſinere eſt. Quo deſinat, non nimis curat. Inter delitias recenſet Plut. Sumen, & Italicos fungos. Placentam ſamiam. Niuem in Ægypto. Fungos Græci, ut obiter adſit inſititii aliquid, Mycetas uocant. i. μύκητας, Sed addunt etiam γηγενεῖς. i. exterra genitos, nuncupantur ab eiſdem Mycæ genere itẽ maſculino. Lucernarum fungi eodẽ intelliguntur nomine. Signat item Myces enſis manubrium, ſicuti apud Herodotũ liquet, unde & Mycænas nuncupari credunt, quod ibi a Perſeo ſint conditæ Mercurii præcepto, ubi excidit gladii manubrium. i. Myces. Fungum uero cõmunius Vocant Græci Amanitem. i. ἀμανίτην. fungi ſpeciem eo nomine Paulus accipit, cum ait βωλίται ἀβλαβέστεροι καὶ ἄπιοι καλῶς ἐψηθέντες. οἱ δὲ ἀμανίται λυτέροι εἰσὶ τάξεως. Murenã ex freto, & Tarteſiã in pretio fuiſſe prioribus, ſcribit Pollux. Placebat Thynnus tyrius. Ceſtreus ex Sciatho, Hœdus ex Melo. Aut ex Ambracia, uti eſt apud Gellium, Cõchæ uero pelorinæ. Vnde forte nomen indeptæ, quæ nunc uocantur Pelorides, Quas tamen a magnitudine dictas, putat Athenæus. Teutlon ex Aſcra. Mænides apud Liparã. Rapæ apud Mantineam. Ctenes autẽ Methymnæi. Galeus Rhodius. Pſetę eleuſiniæ. Apuæ phalericæ. Triglæ, ſiue Muli Ionici. Anguillæ ex Bœotia Copaides, quãquam in Ægypto grandioribus, quæ uocantur Baſilicæ. Sicut in Sicilia Plotæ, Raphanides thaſiæ, Caſeus cythnius, & Siculus, Sal tragaſæus. Eſt autem in Epiro locus Tragaſæ, ut inquit Stephanus. Ab Tragaſo quodam, Cuius honori Sal ibi ut haberetur, contribuit Neptunus, & inde Halſius cognominatur cãpus. Tragaſæum in Troade Salem intelligit Athenæus, Cui cum uectigal iniunxiſſet Lyſimachus, euanuit, mox dempto, ſuccreuit. Ciboria in Ægypto laudantur in Faba Ægyptia, quod in Georgicis ſcribit Nicander, Ægyptiæ fabæ radix Colocaſium dicitur, quãquam apud Sicyonem fuit Colocaſiæ Pallados templum. Eſt tamen Ciborium etiam poculi genus. Libro quinto Athenæus Ciboriorum folia nominat, & flores. Sed nos iam ab hoc genus indagine reſilire, optimum eſt, ne Gulæ mancipatis fomenta curioſius, ſolicitiusque con-

quiſiuiſſe uideamur, Qui terra paſcuntur, & mari, Quorum uentri, ut inquit Plinius, nauigatur ad Phaſim. Quo nomine, ut Seneca grauiſſime dixit, Animalium, non hominum habendi numero ſunt. Quidam uero abditi in Ganeis etiam mortuorum. Viuit enim is, qui multis uſui eſt, Viuit is, qui ſe utitur. Qui uero latitant, ac torpent, ſic in domo ſunt, ut in Conditorio.

¶ Documenta frugalitatis per exempla hiſtorica. Ventri mancipatos eſſe, uelut Antipodas, dicíq; Lychnobios. De Acilio Buta, & Deorum Cœnis. Opſartyci libri qui ſint, & Opſartyſia. Caput XXXII.

Nequeo temperare mihi, quin hoc potiſſimum loco ſubnectam, quæ mihi ad hoc ſpectantia maxime ex hiſtoria comperta ſunt, Lyſimachum memoriæ prodit, Cum fuiſſet in Thracia prælio uictus a Dromachete, ac ſiti fere enectus, ſe, exercitumq; hoſti permiſiſſet, iam ſiti expleta, ô Dii inquit, quam puſillæ uoluptatis gratia in ſeruitutem me ex tanto Rege conieci. Cato ſenior, cum Populi Romani luxum cenſorie coargueret, difficillimum eſſe dicebat, Verba uentri facere, qui aures non habet. Sed & illud parte hac memorabile, Dignum nota cenſoria eſſe uiſum Scipioni Aphr. iuniori Adoleſcẽtem, qui in Carthaginis oppugnatione cum ſumptuoſiorem inſtruxiſſet Cœnam, ſimul ex melle appoſuerat libum in Carthaginis formam concinnatũ, iuſſeratq; per luſum, ut facto impetu, perinde ac in præliis fieri aſſueuit, μελίπηκτον diriperent, ſic enim placentam uocabat, tanquam ex melle concretam, fermentatamq;. Quærenti autem eo, quod nam ob ſuum peccatum equus adimeretur, Quoniam inquit Scipio, me prior hoſtium Vrbem diripuiſti. Et magnus Ageſilaus Thaſiorum delitias reiiciẽs non decet inquit, fortia meditantes, Voluptates hoc genus admittere, Quæ enim ſeruile deliniũt ingenium, ab homine libero aliena ſunt. Eundem legimus a ſacietate, ac ebrietate ſemper æque abſtinuiſſe, Somno uſum, non ut domino, Sed ut gerendis rebus obnoxio. In caloribus uero, & frigoribus ita ſe geſſiſſe, Vt ſolus omnibus uteretur anni temporibus. Timotheum Cononis Legimus a Platone conuiuio exceptum concinne admodum, & frugaliter, et, ut inqt Ion, ἀφλεγμάντοις δαπέδοις, ideſt menſis non tumefacientibus, quas Somniq; ſequatur puri cum ſumma Corporis tranquillitate, ſolitum dicere, Eos, Quos Plato excipieret, & in diem inſequentem bene habere. At noſtris Antipodibus optime tranſmitti creditur Vita, ſi nec orientem Solem ſpectarint, nec occidentem. Quid enim aliud quam Antipodes ſunt ſaginæ mancipati, qui ad faces, & cereos uiuunt, dum inter pocula tranſigũtur noctes, Somno impenduntur Dies, Lucis, ac tenebrarum ordine peruerſo? de his putes Virgilium dixiſſe.

Hosq; ubi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.

Hos tu exiſtimas, inquit Seneca, ſcire, quemadmodum uiuendum ſit, qui neſciunt, quando? timent uero hi mortem, in quã ſe condiderunt? tam infauſti homines, quam nocturnæ aues ſunt. Licet in uino, unguentisq; tenebras ſuas exigant, non conuiuantur, ſed iuſta ſibi faciunt, mortuis certe interdiu parentatur, horum utiq; Corpora, qui ſe tenebris dicarunt, fœda uiſuntur. Quippe ſuſpectior illis, quam morbo pallẽtibus, color eſt, languidi, & emarcidi albent, & in uiuis Caro morticina eſt. Inter hoſce Lucifugas, & Lychnobios, ueluti ad lucernam modo uiuos, in reliquum mero, & ſomno ſepultos, Acilium accepimus Butam prætorium, cui poſt patrimonium ingens conſumptum Tiberius paupertatem confitenti ſero in quit, experrectus es. Prælautas uero, opiparasq; Cœnas Oratius Deorũ uocauit Cœnas illo uerſu, O noctes, Cœnæq; Deum, perinde ac non deſit ambroſia, non item nectar. Propterea M. Tullius ſumma laude dignos Viros ambroſia alendos pronuntiat. Opſartycos deniq; feliciores fingendis uerbis Græci Libros dicunt, quibus condiendi præcepta continentur. Sicuti artificium id genus Opſartyſiam, In qua plericq; Cenſus uel ampliores, uti Sphæras habent, hoc eſt pilas, Sicut dixit Alexis.

¶ De Voluptate, Lætitia, Gaudio, quibusq; diſtinguant finibus. Voluptatem non eſſe bonum. Qui maxime Voluptates amplexentur. Caput XXXIII.

Voluptatis

Oluptatis notionem eſſe duplicem a` Seneca accepimus, publicam unam, qua hilarem animi affectionem demonſtramus, Alteram, qua eſſe uitium colligitur. Sic & gaudium Sapienti modo contingere aſtruimus, Quando non aliud eſt fere`, q̃ animi elatio bonis ſuis, uiribus'q; fidentis. Vulgo tamẽ ita loqui inſueuimus, ut magno nos gaudio affectos dicamus amicorum literis. Itẽ dem & in rebus aliis, a` quibus tamen magnæ quandoq;, ac inexpectatæ proueniunt impro ſperitates, quo nomine gaudium nec eſt, nec debet dici, Quoniã gaudio adnexa ꝓpetuitas eſt, quæ contrarii neſcia eſt. Propterea cum ab omnium maximo Poeta dici audis, & mala mentis gaudia, ſcito id quidem diſerte enuntiatum, parum tamen proprie, Quando quod Gaudium eſt, omnino malum eſſe nequit, Poetæ tamẽ ſatis eſt uiſum, publica uocabuli notione, quod uolebat, explicare. Id autem erat, Homines rerum caligine circũfuſos malo ſuo lætari plerunq;. Cęteꝝ quo ꝓſpectius, exploratius'q; Voces iſtas ſuis occluſas finibus, ac uelu ti pomœriis internoſcamus, Lætitiã dico, Gaudiũ, ac Voluptatẽ. Attẽdẽdã magnopere arbitror Platonis diſtributionem, Qua Philoſophus is in mentem, Sẽſum'q; Animam diſparauit, Ac mẽti qdem Lætitiam aſcripſit, & Gaudiũ, Sẽſibus aũt Voluptatẽ mãcipauit, Prio ra illa duo etiam diſcerniculo quodã diſpeſcuit, Quod cũ laude ſemp ſit gaudiũ, At in uitium qñq; labat lætitia. Eſt enĩ hæc Animi elatio quædã boni cuiuſpiã preſentia, Quæ ſi moderationis menſus, limites'ue tranſiliat, reprehenſionis morſum nõ euadit, repreſſa uero, ac ſuis metita modulis laude nõ uacat. Gaudiũ aũt eſſe iucunditatẽ ſancit, quæ de contemplationis, aut Virtutis cuiuſpiã maieſtate profluat. Propterea in Libro de pulchritudine, cũ de cęleſti. i. uera diſſereret uita, ali animũ ſcribit cõtemplãdæ ueritatis uſu, & gaudere. Inde fit, ut apud eũdem gaudiũ mẽtis nũcupari alimoniã, obſeruarimus. Quin & ꝓtemplatiõis præmiũ eſſe illã ipſam poetico inuolucro ſępe ſignificatã Ambroſiã. At inde emanãs oĩbus abſolutũ numeris Gaudiũ Nectaris noĩe, quod & ipſum immortalitatẽ rõne etymologica exprimit, recte a` prudẽtioribus intelligi. Sed & ante Platonẽ Mercurius, homini a` Deo cõtributam autumat rõnem, ut eum ſuſpitionibus, acri'q; ꝓquiramus indagine, Sẽſum, ut cognoſcamus. Intelligentiã, ut cognoſcẽtes gaudeamus. Voluptas uero ita ab eodẽ Platone finit', Ceu titillans, preſuauis'q; in Senſib⁹ motio intelligi debeat, quã inde ꝓſurgere ſtatuit, ubi in digẽtię paria facias. Quippe neceſſitas appetẽtiam conciliat, ac ex abſentia dolorẽ. Satisfactio iucunditatem Senſibus inducit. Hanc uero uoluptatẽ omnib⁹ damnatã calculis ex bonoꝝ albo expungit, ſequeſtrat'q;, eo maxime argumẽto, Quod, ſicuti quæ calori admouent', incaleſcunt dubio, ꝓcul, Ita cui adſit, aſſiſtat'q; bonũ, ipſum itẽ euadere bonũ, ꝓſentaneũ eſt. Verũ enim uero Voluptatis preſentia in bonã frugẽ euadere neminẽ, ꝓſpicuũ fere` uideri, qñ & rõnis impotes ferę fuſius, uberius'q;, q̃ nos Voluptatibus titillent', laſciuiant'q;, Quarũ nullã tamẽ inde ꝓficere comperias. Adde quod, quo hebetior qſq; eſt, ac natura imbecillior, immo uero inſcitior, inſipiẽtior'q;, Eo amplius uoluptate perfruit'. At obſecro te, q̃ ab rõne diſſentaneũ, q̃ oĩno abſurdũ, ignauiſſimo cuiq; largius, q̃ frugi hominib⁹ qd bonũ ſit, obueniret? Hinc diuine, ut oĩa, ad Dionyſium Plato ſcribẽs, Voluptatẽ maximo eſſe hominibus detrimẽto ſtatuit, inſcitiã porro` parere, inqetudinẽ quoq;, ac ſtultitiã, & petulantiã. Propterea quod in ſenſib⁹ late pollet, dominatur'q;, Qui Satellitũ inſtar, ĩmo uero Subſeſſoꝝ aſſidue noſtꝝ captare uident' interitũ, in ꝓfunda Corporis aĩam, eius'q; rõnale lumen intrudentes, adobruẽtes'q;, Q ñ ſic affectæ nec auras ſuſpiciunt clauſę tenebris, & Carcere cæco. Animũ Voluptariũ, Emollitũ'q; delitiis, ac earũ delinimẽtis, ueluti unco tractũ, non Tarenti nus modo Architas, Sed & Plato ꝓtuſo, rimulento'q; ꝓſimilem Vaſi ꝓdidit, qm̃ craſſet' in infinitum ꝓcupiſcentia, nec explẽdi ulla ſeſe oſtentet rõ. Verũ alii etiã Euripi incõſtantiſſimis fluxibus, refluxibus'q;, ut Epicharmus & Socrates, qd uoluptariũ uenenũ immo effera tĩ tillantiũ rabies mõ reciprocantis undæ nullo fine affluat, refluat'q;. Illud uero Mercurii cuiuſnã modi eſt, q̃ ꝓpheticũ, ut ſic dicã, q̃ diuinũ? Qui mẽte uiuit, Immortalis Dei uitã agit, Qui uero Corpe, ac Senſibus, Beſtiaꝝ. O preclaꝝ, O plauſibile intellectus noſtri lumẽ, Si eius adminiculo, & claritate diuinitatis oĩa ineffabiliter ſupeminẽtis Æmulos nos facit. Rurſum o dirum, inauſpicatũ'q; teterrimi carceris cõmerciũ, Si ad caliginem denſiorem a` cæleſti ſplendore ſequeſtratos reuocat, in terrenam merſat naturam originis oblitos præcelſæ, deniq; brutũ circũponit Animæ infra lunã diuiniſſimæ omniũ. At inferat hic forte aliqs, nõ

omnes utiq; Voluptates uideri dignas, qbus nigrũ affigas theta, quando & honeſtæ aliquę ſunt, ac probę. Scribit utiq; Plut. in Commentariolo, An Seniori accedendũ ad Remp. eiuſ modi capeſſentes adminiſtrationem pulcherrimis, maximis'q; perfrui uoluptatibus, quibus compar eſt item, Deum aut ſolis, aut præcipuis lætari. Sunt autẽ hæ, quas ex honeſtis actio nibus prouenire, manifeſtum eſt, Quippe ſi pictor nobilis Nicias tantum artis ſuæ lætabat operibus, ut uelut ſui oblitus ex famulis ſcitaret ſubinde, an eſſet uſus balneo, itẽ'q; an foret pranſus. Si Archimedẽ tabulæ, geometricis'q; intentum figuris ui abductum pungebant fa muli, Et is in Ventre obuncto Schemata delineabat. Si Canus tibicen, dum uteretur arte, Longe maiorem ſibi afferri uoluptatẽ dictitabat, q̃ cæteris, quando & mercedis loco duce ret, quod audiendi patientiam præſtarent, An non aduertimus, quàm uberes, quam'q; non paruas ſibi ex Virtute, ac præclaris actionibus uoluptates comparẽt præſtantes Viri? Quo rum animæ non aureis Euripidis alis, Sed Platonicis potius, ac cæleſtibus auguſtiores, ela tiores'q; gaudio euadunt uberrimo. Interrogatus Epaminondas, quidnam ei iucundũ in ui ta maxime obtigiſſet, Quod inquit, parente utroq; ſuperſtite, Leuctricam rettulerim victo riam. Cæterum quæ in mente conſtituitur iucunditas, quę'q; de Virtutum promitur excel lentia, non Voluptatis nomenclatura, Sed Gaudii a Platone cenſetur. Peripatetici uero haſce itẽ recte dici Voluptates opinant, unde liquet, nominum ſæpe, non rei eſſe inter ma gni nominis Conditores diſceptationem. Quod ſi poſtremo ſolicitius exquirat quiſpiam, quo nomine tam uehementem Voluptatis pruritum Sẽſibus ingenerarit natura? Reſpõdẽ dum, Vt huius uelut fomento amplius ad uitæ neceſſaria munia excitemur, ac lubentia pro uehamur quadam. Sed cur nam expletam indigentiam conſequitur uel penitentis mœror, uel ſatietatis onus? Nempe, ut inde cõmoniti nõ ultra neceſſitatem quicq̃ admittamus, qđ naturę mox inferat nocumentũ. Iuuenes omnino ad Voluptatẽ propenſiores pernoſcunt, quoniam eorum præcipue augeſcit corpus, & ad ꝓgruã ſibi pfectionẽ toto tendit conatu, unde maximis, uehemẽtiſſimis'q; agitatur motibus, ac ꝙuellit, inde'q; ẽt maiori opus eſt me dicina, proinde remis, uelis'q; Voluptuoſa conſectant. Idipſum fere Melancholicis uſuue nire, cõpertiſſimum eſt, qa bilis atræ ui aſſidue contabeſcit corpus, & ex humoris eius ſicci tate uehemẽtiore arrodit, propterea'q; in Voluptates ferunt procliuius. Sed & cũctis ꝓpe hominibus inſitũ maxime, Voluptates amplexari, Quoniã ætatis exordio mente quodam modo ſopita, Senſibus tantum utimur, illis obſequmur, eos, ut ſic dicam, dictata amplexan tes. At hi Veritatis naturã, & inde ꝓfluens gaudiũ aſſeq nequeunt. Quia uero Senſuũ ſua uitas eius, quo mens alitur, Gaudii umbra eſt quædam, atq; imago, decepti ſimilitudine, illo procul relicto, hanc conſectamur, huic totis, quod aiũt, cuneis, hæremus affixi. Et q̃q̃ auctio ribus iam ingerat ſeſe rõnis lumen, nihilominus receptam, inueteratam'q; ſectamur conſue tudinem, diu nanq; Senſibus credere, & eorum motibus obſequi didicimus. Mos uero altis nixus radicibus, irroboratus'q;, aut uix, aut omnino exoleſcere nequit.

¶ Crates quo pacto repercuſſerit Voluptarii cuiuſdam dictũ. Cur Cibus deterior, ſi gra tus ſit, plus proſit, quàm probus, ſed ingratus. Caput XXXIIII.

f Viſſe quẽdã Plut. ſcribit, Qui Voluptatũ laqueis irretitus, ac delitiis adobru tus ita etiãnũ ſibi ſcribere permiſit, τωῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος τρόπον ἐπαθον. Quorum is ferme uerborum ſenſus eſt, ſibi deniq; reli qua fieri, quæ gulæ indulſiſſet, aut cõparaſſet per iniuriã, uel in amore ſuauia ꝓcepiſſet. Aduerſus uero hæc Philoſophũ Cratem ita reſcripſiſſe, τωῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μεσῶν σώμ' ἐδάκην. Quib° illa repercutiẽs innueret, ſupeſſe ſibi quæ uel ꝓdidiciſſet, uel cura, ſtudio'q; tractaſſet, ac cum muſis honeſta imbibiſſet. Cæte rum quia de Voluptate multus eſt nobis iam Sermo, Prius quàm inde ſtilum ſubducã, aut caſtra moueã cõclamatis uaſis, ſuccurrit breuis, q mos Scriptoris eſt, & abſoluta tamẽ Hip pocratis ſnía, nõ uſquequaq; ab inſtituto abiũcta. Ea uero ſic habet, Potus, & cib° paulo de terior, mõ ſuauior ſit, q̃ q melior, Sed inſuauior, anteponẽdus eſt. Eũ locũ accuratiſſim° in terpres Galen° enarrãs, nõ eſſe ob id ſolũ ita agẽdũ, Vt male habẽtiũ titillationi, & q̃ſi qbuſ dã laſciuiẽtis gulæ inuitamẽtis obſequamur, & illectationi ſubblãdiamur, Sed ẽt, qa futuꝝ ſit quàm maxime tum utile, tum ſalubre. Quicqd enim ſuauiter abligurimus, & pro delecta

mento habemus,

mento habemus, condere Venter, & ſtipare, necnon percoquere facile poteſt, contra defu gere, ac recuſare tetra, inſuauia q̃, Quippe quę aut nauſeas, inflationẽ ue, aut fluctuatiões p concinnent. Itaq; ſæpenumero accidit, ubi paulo deterior cibus ingeritur, ſed iucundus, & uoluptarius, & cuius ſubit prolubium eſitandi, ut non inſuper maneat deterior, Sed interdum probior euadat.

¶ De operis huius uarietate ex diuerſiſſimis cõcinnata. Scytham agere, quid ſit. Panis genera, & inſtrumenta. Megalartus. Megalomazus. Caput XXXV.

a Tqui erunt fortaſſe, quibus fœtura hæc noſtra monſtri cuiuſdam uideatur ſimilitudinem præferre, quando nũc ad Philoſophos diuertamus, nunc & medicos amplexemur, ſæpius noſtrates aduocemus ad partes, cum noſtrates dico, etiam Græcos intelligo, Qui humaniora hæc percoluere ſtudia. Ita profecto e^, ex diuerſiſſimis Artium bonarum Anteſignanis racemationem facere, ſiue Spicilegium, nobis propoſitum eſt, ſic tamen, ut qui in monſtris conuiſitur, nunc teter, & aſpernabilis, nunc ridicularius abſit aſpectus, nec citra cenſus, delectus q̃ noſtri ultimam manum. Varietatem confectamur maxime, qua Lectione multa elanguẽtis Lectoris detergatur faſtidium. Scythas interim putemur agere, πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μετοξαιτὰς μένας, ideſt ad lætiora pabula idẽtidem demigrantes. Vbicunq; ſe oſtentarit, quod cum iucunditate aliqua hoſce libellos inſtructiores, fertiliores q̃ ad nouam ſobolem, & frugem læ tam in ſtudioſorum ingeniis producendam ualeat efficere, præcerpemus. Vt ſit inoculatio num quoq; ueluti agmen non amœnum modo, ſed & gratum imprimis. Verum iam interfari deſinamus, agamus q̃, quod inſtat. Panis inuenio non unũ fuiſſe ueteribus genus. Quãdo ſunt imprimis, Quos Zymitas dicunt, quibus aduerſi ſint Azymi nuncupati. nam nomi nis etiam meminit Plato. Erant & panes nuncupati Obeliæ. Alii Cribanitæ, aut etiã Canchrydiæ, dicuntur aliqui Apiritæ. Panis bucellam nunc Pſomon uocant, nunc Entheſin. Nam Ariſtophanis interpres, Entheſin pſomon exponit, & ἄκολον, ideſt panis fruſtum. Pityrias uero panes uiliores intelligunt, uelut furfuraceos. Nam triticeos appellant Pyrinos. Inter quos habentur Sitanii ex quadrimeſtri tritico. Chariſium uero Placentæ putant ſpeciem. Apud Ægyptios in acutum conformati Panes Calliſtei uocabantur. Sicuti Orindam Æthiopes ex Orindio concinnatum dicunt, Seminis id in Æthiopia peculiare genus eſt, Seſamo perſimile, Orthoſtates autem ſacer intelligebatur panis. Fuere itẽ Naſti panes, Quos item Sactos uocãt, ex melle, ac uuis paſſis, & aromatis aliis confecti, cuiuſmodi ſunt, qs nũc in Natiuitatis feſto paſſim utimur. Sunt tamen qui eo nomine recentem intelligant, & calentem panem ex oleo, meminit Ariſtophanes Pluto. dictum uolũt, quia denſior ſit, conſtipatior q̃, nil prorſum leuitatis habens, aut inanitatis, ἀφ' τῦ νάσασθαι ἀρτύμασι. Lycophron πρὶν ἂν κρατῆσαι ναὸν θυόχῳ λίθῳ. A` Naſto uero dicti Naſtophagi, qui eius eſitandi prolubio tenentur. Sed & Naſtocopi ex eodem corriuãtur fonte, uidẽtur q̃ ita dici panis eius cõfectores. Sicuti apud Platonem in Gorgia Artocopi uocantur, Quos Artopœos nũcupant. Erant & Mazæ quædam ſacræ Amphiphones appellatæ, Quas Dianæ offerebant Munychiæ ardentes per ambitum faces affigentes. Sicut panes Obelias Dionyſio inferebant, quĩ ex hoc uocabantur Obeliaphori. Obeliæ uero dicti, quia Veruculis quibuſdam conſtiparentur, quos Obeliſcos uocant, uel aſſarent', aut quia obolo uẽderent'. Pelani uero communes erant Diis omnibus, ita a` figura nuncupati. Eſt enim Pelanos nunc apta ſacrificio Mola, nunc etiam circa os cõcretior Spuma, ut apud Euripidem in Oreſte. Sed & ſuccoſa Lachryma modo thuris gummi denſata. Eſt item eo nomine Obolus, Qui Vaticinantibus erogaretur. Fiebant Pelani ex pepale, ideſt tenuiſſima farina, quod Didymus ſcribit. Boues item iis adnumerant', ſic nuncupati, quod cornua haberent præfixa, inferebantur Apollini, Diænæ, Hecate, & Lunæ. Selenæ. i. σελήναι ſex erant, ſeptimus ſequebatur Bos. At quæ dicitur Melittuta, Trophonio. Digniſſimum uero ſcitu, mortuis hæc fere` ſolita tradi, Melittutam, quæ Cerbero obiiceret'. Obolum, quẽ caperet Charon, Coronã, quæ ſignificaret, Vitæ certamina exãclata. Myſtile, quẽ Canibus obiicerẽt, dicebat' panis, q̃q̃ & Myſtilẽ uocabãt ſorbitiõis gr̃a excauatũ panẽ. Collyra dicti minuti panes, q dari pueris ꝓſueuere. Alicubi tñ Collyria dicũt' Lalãgia. uñ & κολλυρίζειν uerbũ, quo in ſartagine Lalãgioꝝ ꝓcoctio ſignificat'. Sũt

qui ita etiamnum ſcribant, Ereſionem fuiſſe Oliuæ ramum lana coronatum, propendentibus omnifariam terræ fructibus, necnon placentis Collyris, quem uirens ætate ferret Puer, affigeretq; pro templo Apollinis in Pyanepſiis (feſtum id Apollini ſacrum). Fuere item Gaioli, & Lagunculi dulciarii panes a' Gaio, & Lagone pueris. Phacinus panis a' lente uidet dici, quã uocãt φακὴν, aut φακὸν, unde Phacoſſus Dęmon, & Bulbophace apud Chryſippum. Collabi panes dicebantur ſimilitudine quadam Collaborum in Cithara. Sunt autem Collabi fidium epitonia, ideſt Clauiculi, quibus circunnectuntur fides, quos etiam Collopas dicunt, quos ex colli corio confici ſolitos legimus, quam partem eodem nuncupabant uocabulo, quoniam inde fieret glutem, quod Collan græci uocant. Colix item panis, quem Subcinericium interpretantur qdam, Ariſtophanis tamen interpres in batrachis, ubi Poeta ait κόλικας, exponens inquit, ἢ ἄρτους, ἢ ἔντερα, ideſt aut panes, aut Interanea. Inde & Colicophagi dicti. Quos autem Græci Bomilios dicunt, ex latinis nonnulli Quadratos intelligunt, nam ſic ab Romanis dici, Auctor probat Athenæus. Blomon tamen apud illos reperio pro panis fragmento, unde & panem ὀκτάβλωμον dixit Heſiodus, uelut octo fragmentorum. Inter Mazas porrò Diis ſacras erat & Hygiea, ideſt ὑγίεια, quo nomine proprie ſignificatur Sanitas. Sunt & Mazæ plures uſibus modo humanis dicatæ, ut Anthema, Thridacine, Oenutta, quę ex uino ſubigebatur. Dandalis. Cardame. Placẽtarum item ſpecies comperio plures, Pyramunta ex tritico, Seſamunta ex Seſamo. Æglen inter Placentas fuiſſe, auctor Pauſanias ẽ, ꝓbat & Cratinꝰ. Eſt itẽ Ægle ſacrificiũ, qđ in Delphos mittebaꝫ. Quinẽt teſſerariꝰ iactꝰ. Fuit & Cotyliſcus, Thrymmatides quoq;. Nã Crepis ex melle ꝓficiꝫ, & farina. Itrion ex Seſamo placenta eſt, ac melle. Teganites in Sartagine coqꝫ ex oleo. Elaphus placẽta ẽ in Elapheboliis ꝓfici ſolita ex Seſamo, et farinę flore. Choria ex melle, ac lacte Cibaria fuere. Pęſſa apud Coos placẽtulę ſunt. Myllos inuenio Syracuſis ſubigi in Theſinophoriis ex Seſamo ſolitos, melleq;. Erant autem muliebria Ephebæa. Placẽtarum deniq; genera ſunt Tarentinum, Craſſianum, Siculum, Cluſtrum, Plicium, Guttatum. Montianũ, ſubigitur id ex uino, Caſeoq;. Cruſtum tabonianum. Muſtacia ex Oenomelite conficiebantur. Spira caſeo conſtabat. Habebantur & Tyrocoſcinon. Coptoplacus. Pãcarpia, Polton, Pyanion. Quia uero de Itrio facta mentio eſt, apud Galenum ita lego, Qui fumoſum ructũ percepit, fateatur, ſe a' Cœna placentam nidore plenam comediſſe, Quales ſunt, Quæ ex oleo, & Itriis, & Aliis huiuſmodi concinnantur. Probabantur & Samiæ placentæ. item Philoxeniæ a' Leucadio compertæ Philoxeno. Conos ex uuis fiebat paſſis, & Amygdalis. Echinus item inter placentas recẽſetur apud Athenæum. Sicut Eſcharites apud Rhodios, in panis & Placentæ meditullio. Cui grata eſt Placenta, nuncupatur Philoplacuntos. Poſtremo ſunt & in ſanctis nuncupati literis Panes propoſitionis, quia ſic ſuper mẽſam diſponerentur, inquit Nicolaus Theologus. In hebręo Panes uocantur facierum, ut ſic dicam, qa ut Rabi Salomon auctor eſt, figura erant quadrata, altera tamen parte longiore, cuius extremitates in ſurrectum replicarentur. Alii rotundos, globatosq; fuiſſe tradũt et imo dictos facierum, quia ex utraq; parte conſimiles forent, neq; enim in furno coquebantur, ſed in uaſis ad id peraccommodis. Dicebatur et Menſa propoſitionis. Sed cur ſic, ex Bedæ uerbis elici clarius põt, ſup exodi Cap. XXV. ubi ſcribit, & pones ſup mẽſam Panes ꝓpoſitiõis. Bene inqt Panes ꝓpoſitionis uocant, qa ſemp debet patere Sermo ſalutis cũctis fidelibꝰ, nec unq; deeſſe oportet in Eccleſia uerbũ ſolatii. Dicũtur & Panes primitiæ, Regum quarto. Thiagones in Ætolia dicũtur Deo panes dicati. Arcam Panariam uocat Ariſtophanes Sipyam. Inſtrumentum uero ſubigendæ farinæ concinnum apud eundem uocatur Mactra, Artopteum eſt coquendi panis officina, Item inſtrumẽtum ipſum, in quo percoquitur, quod & Artoptam uocant. Plathanos uocant, in quibus effingũtur Panes. Cardopum mactram intelligunt, quam & Magida dicunt. Aliis tamen Cardopos arcam ſignat panariam. Erat & Apomactra. Scytale, Cypros apud Cleonem Melopæum Libro ſecundo. Sicut apud Hipponactem Iamborum primo, Hemicypros. In hoc præterea uſu Codomeum, & Telia, & Scapha, necnon Creſera, & Creſerion. Apud Bœotiæ Scolum præſtantes fieri panes conſuetos, accepimus, unde & Cereris megalarti, & megalomazi Statua erecta colebatur. Cõ ſimiliter uero apud Meſapios in Iapigia, Vbi etiam fuiſſe Rex Artos dicit. Sed & feſta nomine Megalartia, de panis magnitudine appellatione ducta. Celebres erant & panes dicti

Agelæi, Apud

Agelæi. Apud Syracusios uero Ceres colebatur σιτὼ, ut scribit Athenæus, ob σίτου, idest frumenti curam, fertilitatem'ue. Quod ad placentas attinet, de quibus satis multa, Vehemēter adnotanda est Matronis cuiusdam Parodia,

πῶς ἀν ἔπειτα πλακοῦντος ἐγὼ θείου ἀπεχοίμην,
οὐδ' εἴμοι δέκα μὲν χείλη, δέκα δὲ στόματ' εἴεν.
γαστὴρ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέμοι ἦτορ ἐνείη,

Idest quo nā pacto a' placenta ipse diuina abstineā? Non si mihi labia forent decem, decem item ora. Infrangibilis porro' Vēter, æneum quoq; inesset Cor.

¶ Panem ex omnibus difficilis esse percoctionis, Carnem non ita. Cap. XXXVI.

P Ostea uero q̄ affatim panis genera executi sumus, q̄tum nostra paruitas tulit, ex multiiuga græcoꝝ auctorū lectione, Auicennæ placita subnotare, nō incōcinnum omnino fuerit, nec ut iidem dicunt Græci, ἀπροσδιόνυσον. Igitur secunda primi, Panis inquit, impedimentum, ubi non percoquat Venter, maximum cēseri debet, Carnis uero non ita. Ex hoc inquit Interpres, id passiuū inaudimus, Differtionem utiq; omnem esse incommodam. Verum quę ex pane fiat, pessimam. In Stomacho quippe residet diu, onere imprimis molesto, quod si non concoctus satis, deniq; dilapsus fuerit, Hepar præfarcit, ac Meseraicas. Caro autem maiorem ducit cum humano Corpore similitudinem, proinde ex ea minus prouenit nocumenti, & Hepatis, aut Meseraicarum præfartio leuior, ac curationi minus, minus'q; obsistens, imbibētibus membris longe procliuius ob cognationem quandam, Carnis succum, q̄ panis. Tatiani hæretici de Carnis abstinentia dicti sunt Eucratici. Vnde Eucraticæ apud Hieronymum.

¶ Felicitatis humanæ inconstantia. Timothei historia ad id. Ciceronis obscuritas illustratur, ex Epi. ad Atticum. Caput XXXVII.

f Elicitas inquit Seneca, res est inquieta, ipsa se exagitat, mouet Cerebrum nō uno genere. Alios in aliud irritat, hos ad impotentiam, illos in Luxuriam, hos inflat, illos mollit, & totos resoluit. Quinimmo si uerum facere iudicium uolumus, ac repudiata omni Fortunæ ambitione decernere, mortalium, ut inqt Euripides, nemo est felix. Proinde, ut ex Plinio uerba mutuemur, abūde, atq; indulgēter Fortuna deciditur cum eo, Qui iure dici non infelix potest. Suppetūt in hoc exēpla mille. Illud hic apposuisse, operæpretium fuerit, tum quia scitu iucundum, tum quia insimul nodus ex Sexto Epistolarum ad Atticum explicabit', ni fallimur, egregie. quem, cum Patauii eum librum Prouincialibus auditoribus meis interpretarer, ut conniuens, transilueram, testatus tamen, nusquam me, quod ad eam historiam pertineret, comperisse. Nunc ex Vlpiani græci Rhetoris monumentis loci eius enarrationem aucupabimur, Simul & Humanæ leuitatis tumorem reprimemus, edocentes, quo tandem spes nostras deceat collimare, ne a' Scopo seiuncti, uelut umbrę uagemur. Igitur ut a' Cicerone ordiamur primum, eo quem præsignauimus, loco ita græce scriptum reperias τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ κόνωνος πατρὶ μηδὲν ὁλοσχώρως πεφροντικέναι, hoc est, Libertum autē eius, Cononis cognominem patri nihil omnino curasse. In hūc scopulum impactus est Lembus. In eo qd aliis obuenerit, non statuo, neq; enim Cuminum serimus, Vt maledictis, & Linguæ procacitate lætiores prouentus hisce nostris lucubratiunculis cōquiramus, ne improbe item faciamus, si in alienis subinde ostentare ingenium uelimus, lacerando, cōuellendo'q;, quāquam id publico bono nō reiicimus quandoq;. Verum ne diutius legētiū desyderia distineamus, Is ita refert, cuius testimonium pauloante aduocauimus, Timotheus Atheniēsiū Dux fuit, Cononis pater, initio uel fortunatissimus, siquis alius, memoriæ siquidem ꝓditur, ad quodcunque mitteretur bellum, facilem, ac perinde certam rettulisse uictoriam. Vnde factum est, Vt a' Pictoribus non aliter per Picturam exprimeretur, quam ut dormiens, assistente ei muliere, quam Fortunam intelligi uolebāt, quæ retia ferret, & id genus instrumenta alia, Venationibus accommoda, hoc figmento prudentioribus insinuantes, pro eo fortunā omnia

peregisse, ipsum uero nil prorsum aliud, quam dormitasse. Cæterum ubi is grauius hęc, molestius'q; ferre cœpit, asserens audacius, suæ ipsius Virtuti, & ingenio perspicaci Victorias omnes acceptas referri, par esse, procul Fortunæ aura sequestrata, Indignata Dea dicti tumore, nũquam postea Timotheum ex hoste potitum uictoria. Plutarchus parte quadam ipsa hæc item comprobat iis fere'. Timotheus inquit, fortunatus habebat' Imperator, Quo nomine extimulati quidam non citra liuorem Ciuitates expingebant, sponte se in Cyrtum insinuantes. Vas est id piscatorium, illo altius consopito. Ad quæ Timotheus eludẽs, Si tãta inquit uel dormiens conficio, Quid excitatum me facturum putatis? Scribunt nonnulli ex Græcis amplius, in Paupertatem eum recidisse. Quin dum secundiore uteretur Dea, solitam se illi Fortunam subinde offerre. Timotheum deniq; Cononis patrem cõmostrat Pausanias quoq;, ne refrectarius aliquis aduersum ire meditetur. Timothei turrim celebrat Aristophanes Pluto. Hæc nimirum grauius commonent, quotquot ex Voto cogitata omnia citra pulueris tactum conficiunt, ne nimium sibi fidant, Sed uolubilem felicitatis humanæ inconstantiam ante oculos proponant, Scientes eiusdem esse numinis utranq; paginam facere, uel potius nostra omnia esse in motu, nil solidum, nil, quod eodem diu permaneat gradu, quoniam usq; ad ludibria, Mundi pars non uilis, homines quatimur Fortunæ salo, nulla'q; non hora occurrant, Qui Lethargum patiantur, communem, ut ille ait, delusarum mẽtium morbum. Quid, quod omnis uita suppliciũ est. In hoc profundius, inquietius'q; proiecti mare alternis æstibus reciprocum nunquam stabili consistimus loco, pendemus, & fluctuamur, & alter in alterum allidimur.

¶ Felicitatem ueram ex Deo esse. Opinionem de Deo esse omnibus insitã. Triplici calle conscendi ad Dei cognitionem. De Prophetis, item de Christo scitu digna.

Caput XXXVIII.

PRoinde altius, generosius'q; esse excitandum animum, ni undiq; inscitiæ caligine circunfusi lapsitamus, liquet opinor, quærẽdum'q;, quod sit homini ꝓprium bonum, ne, quod historicus inquit, Vitam sicuti peregrinantes transeamus, sit'q; pręter naturam Corpus uoluptati, Anima uero oneri, Siqdem bono suo constant omnia. Vitem cõmendabilẽ fertilitas facit, Sapor Vinũ, Velocitas Ceruũ, Iumenta dorso fortia sunt, quia illorũ unus hic usus est, Sarcinas ferre. In Cane sagacitas prima est, si peruestigare debeat feras, Cursus, si consequi, Audacia, si mordere. In homine uero quid optimum est? Nempe inquit Seneca, Ratio, hac antecedit animalia, Deum sequitur, hæc recta, & consumata felicitatẽ hominis impleuit, Quam Erichthonium illum, mirandæ Vetustatis Viꝝ, Dardani ex Batea filium, ne suspicatũ qdem esse, cõtenderim. Eum tamen omniũ hominũ fortunatissimum antiquissimi ex Gręcis ꝓnuntiant. Consumata rõ Deum habet scopum, in quem cogitationes omnes, & actus dirigat, quãdo illuc tendit noster conatus omnis. Ab illo seiuncti bulla euadimus, & siquid bulla compertum imbecillius est. Natura humana inquit Iamblichus, nec rõnem qdem, Orationem'ue de deo suscipere potest sine Deo, nedum diuina opera absq; illo ualeat implere. Est quippe imbecillis adeo, et hebes prorsum, ut nullum nullitatis suæ remediũ habeat, nisi quandam diuini luminis portionem, desuper influẽtem, absq; ea nil omnino a' nobis diuini perfici potest, Deus est omnia, potest omnia, implet omnia semetipso. Nos autem ad diuinitatem uelut Ludus, Quod si in Deo bonorum omnium essentia, perfectio'q; continet', ac prima potestas, primum'q; bonorum principium illic est, merito Sacerdotes soli. Et qui similiter Superis se dediderint, atq; legitime unionẽ ad illum fuerint consecuti, bonorũ omnium principium, atq; finem studiose ꝓsequunt'. In hoc utiq; statu & ueritatis contemplatio adest, & intellectualis scientiæ consumatio, Atq; una' cũ Dei cognitione cõuersio quoq; ad nos ipsos, nostri'q; agnitio comitatur. Quãobrem Idea felicitatis est, ipsum cognoscere bonum, Sicuti Idea malorum, est utiq; ipsa Boni obliuio, & fallacia circa malum. Hinc Platonici ductor agminis Plotinus Malum inquit, animæ est, alienis. i. caducis hærere, bonum uero domesticis, atq; cognatis, ex hoc item illud est, Mihi uero adhęrere deo, bonum est. Propterea scienter Mercurius, Est inqt, hominis mensura ante omnes Religio, quam sequit' bonitas, eademum tunc uidet' esse perfecta, si etiã cupiditatem omnium alienarum rerũ despectui habeat Virtute

beat Virtute munita. Vnuſquiſq; pietate, religione, prudentia, cultu, & ueneratione Dei clareſcit, quaſi oculis uera ratiõe perſpecta, & fiducia credulitatis ſuæ eatenus inter homines præſtans, quatenus aſtra reliqua Sol luminis maieſtate agnoſcit̃ prȩcellere. Adiicit his calculum quoq; grauiſſima, & plauſibilis maxime Pythagoræ ſententia, quem dicere ſolitum accepim⁹, ὅτι βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τὰς θεὰς ϛαλίζοντες. i. accedẽdo ad Deũ effici unũquẽq; optimum. Adde publicum humanæ Reip. conſenſum. Ex tot inquit M. Tullius, generibus nullum eſt animal, præter hominem, quod habeat notitiam aliquã Dei. Ipſis porro in hominibus nulla Gens eſt, neq; tam fera, nec tam immanſueta, quæ non, etiamſi ignoret, qualem Deum haberi deceat, tamen habendum ſciat, ex quo efficit̃, ut is Deum agnoſcat. Quiunde ortus ſit, quaſi recordet̃. Sed & alibi idem Cicero, q̃q̃ ſub aliena perſona, Quæ gens inquit, eſt, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationẽ quandam Deorum: quam appellat Epicurus Prolepſin? Equidem quantum coniectare licet, triplici nos calle potiſſimum ad tantæ duci pietatis cultum animaduerto, primo quidem naturali hac, quam diximus, ſagacitate, quam immenſa illa nobis prouidentia infudit. Poſtea uero etiam rõnibus Philoſophicis, ex ipſo ædificii ordine, Architecti prouidentiã comprobantibus. Propheticis demum Verbis, atq; miraculis. Hæc uero Chriſtianæ Veritatis conſectatoribus aſſunt munifice, deſunt Gentibus, Veterũ ſupſtitionibus, aut erroribus potius animam in euidens præcipitium trahentibus, irretitis, obuolutis'q;. Taceo uetuſtiora, taceo & noua: quæ utraq; Virorum maieſtate præcellentiũ in diuinis rebus coruſcant latiſſime, quorum commonitionibus, minis, exhortationibus, miraculis perſonant omniũ aures, quando præpotens ille Spiritus diuinus animas illas ſanctiores in noſtra emolumenta prouexit altius, & illarum enuntiatione rex excellentiũ ſtupẽda reſerauit arcana. Quid uerbis humanis ineffabilem, immo nec mẽte quidem cõprehenſibilem Chriſtum hic memorem? aut Chriſtianorum ingerã auribus? Aliorum ſit munus hoc tam amplum, tam extra hominis captũ. Illud modo ſubtexamus, Ipſum hunc, quem Lapſæ naturæ reſtitutorem, Dei filium præpotentis, Deum ipſum agnoſcimus, Veneramur, colimus, quibuſdam ueluti lineamẽtis a Platone prius, mox & a Platonicis præſignatum, ac obſcurius delineatum, Prophetam igitur Legis latorem qdem, ſed diuinum Platonici putant, Qui ut habeat̃ talis, oporteat eum manifeſtis qbuſdam miraculis ad homines diuina prouidentia mitti, Quẽ ſane Prophetã humani generis ducem diuinum Plato, & Auicenna cognominant. Nam huc demum tendit Platonicum illud in Libro de regno, Sicuti Beſtiæ nequeunt a beſtiis feliciter ſine homine duci, Ita neq; homines ab homine ſine Deo. Probat inſuper Auicenna, Animam quidem prophetica lege, uirtute'q; imbutam a diuina ſolum prouidentia mitti. Corpus autẽ ad Animam Prophetæ ſuſcipiendam idoneum diſponi a Deo, non tantum proxime, ſed per Animas Cælorum motrices, tanquam per miniſtras, ac etiam per Cælos ipſos, quaſi per inſtrumenta Dei. Sed nunquid reticebimus, quod quarto Legum Plato diuiniſſime uidetur Vaticinatus. Deus inquit, omnium nobis eſt menſura, multo'q; magis, ſiquis, ut ferunt, homo eſt, quod exponens Platonicus nobilis, Si Deus aliquis homo eſt. i. Siquando fiat homo, ut ferunt, Oracula. ſ. Prophetarum. Cæterum quo riſu, qua'ue exibilatione excipienda eſt ſceleſtiſſima Luciani impietas, Qui nos irridens ægerrime fert, qui Græcorum Deos abnegemus, & ἀνεσκολοπισμένον Σοφιστὴν προσκυνῶμεν, ideſt cruci ſuffixum Sophiſtem adoremus, & ex illius præſcripto uiuamus. Nec a Trinitatis diuinæ infanda alibi abſtinet ſupploſiõe. Sed abunde Græca natio, quid de eo ſentiendum foret, ſanxiſſe uidetur, Blaſphemi conflato cognomine. Vex exitus eo amplius, quoniam a Canibus fertur conſciſſus, homo fœdiſſimus, loquentiæ multæ, at Sapientiæ minimæ. Quanto pium magis, quanto religioſius ita ſtatuere, ut ſciamus, primum eſſe Dei cultum, Deum credere, deinde maieſtatem illi ſuam reddere, & cum maieſtate bonitatem, ſine qua nulla maieſtas eſt. Scire illum eſſe, qui præſidet mundo, qui uniuerſa, ut ſua temperat, Qui humani generis tutelam gerit, Qui coercet, caſtigat, pœnas pro noxa irrogat. Iuſtis prȩmia elargitur æterna. Vis Deum propiciari, inquit Seneca, bonus eſto, ſatis illũ coluit, qui imitatus eſt. Porro quod uides omne, quo cæleſtia, & humana concluſa ſunt, Vnum eſt, membra ſumus Corporis magni. Natura nos cognatos edidit. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit, ex illius ꝓſtitutione miſerius eſt nocere, quàm lædi. Iſte uerſus in ore ſit perpetuo, ſed & in pectore. Homo ſum,

humani nihil à me alienum puto.

¶ Salutis rõnem eſſe in Religione tantum. Cecropis inuenta, Religiones falſas, & ſuperſtitiones omnes ex Aſtrologia, & Syderibus profluxiſſe. Lucretii locus declaratur.

Caput XXXIX.

q Vamobrem reiecta omni ueſica, Sic cum Aurelio Auguſtino cludamus partem hanc, Religionem eſſe eam, quæ uniuerſalem continet Viam animæ liberandæ, quoniam nulla niſi hac liberari poteſt. Hoc eſt Canonicum iter, qđ unum ducit ad regnum non temporali ueſtigio nutabũdum, Sed æternitatis firmitate ſecurum. Hoc inquam auguſtiſſimum iter doctiſſimus ille Porphyrius quæſiuit qdem, Sed nõ repperit, nõ reppererũt, & alii, q̃tumuis rerũ naturę capaces Viri, quos priſca tulit ætas, etiamſi ſingulari ſtudio, & ſolertia inenarrabili iſta conſectarent, Chriſti pretioſiſſimus Sanguis effuſus reſerauit. Et credẽtibus incõparabiles theſauros, Patrum noſtrorum memoria incognitos, etiam' q̃ infantili ſimplicitati patefecit. Comparetur nunc Chriſtiano ſtatui Principis Auguſti illa paſſim, certatim' q̃ ab auctoribus celebrata felicitas, q̃tula demum deprehendet? q̃ puſilla, q̃ nulla prorſum? Ipſe ſibi tamen nimis placebat in ea, plauſibiliter ſibi abblandiebatur, Siqdem cum Caium ex filia nepotem in Armeniam mitteret, cõprecatum ferunt a' Diis, Comitẽ illi Pompeii beneuolentiã. Alexandri audaciam, ſuam uero ipſius fortunã. At Cecropa Veterũ pleriq̃ mirant', Quod oĩum primus Iouẽ appellarit. Simulacra repperit, aram ſtatuerit, Victimas immolarit, cũ ante illũ nemo iſta inter Græcos ppetraſſet, aut agnouiſſet oĩno. ℥ tempo℞ Conditionẽ miſeram, ℥ ineptã uanitatẽ, ſtultitiæ dux, ignorantiæ magiſter a' doctiſſimo quoq̃ plauſu excipit' feſto, Auctor uitæ rideť. Sed quoniã de religione agimus, Illud ſciendum amplius, Religionũ exortũ, & uarietatẽ, eſſe q̃ Syderibus acceptam referant, quæ urbibus, & ꝓuinciis ꝓpria, peculiari' q̃ poteſtate pręſideant. Ex re℞ uero cæleſtiũ ſtudioſis pleriq̃ ad eas, quas uocant ꝯiunctiones magnas Planetarũ ſuperio℞, referre maluerũt. Saturni præſertim, atq̃ Iouis. In qua ſententia eſſe Arabas animaduerto, & Latino℞ itẽ multos, Qui illorum ꝯſectati ueſtigia ſunt. Ptolemæus uero Apoteleſmaton Libro ſecundo, Aſiaticos ſcribit, q̃ exortum ſpectent, ac Meridiem, Veneri, Saturno' q̃ rem diuinam facere, qm̃ trigono ſubſint aridæ qualitatis, hoc eſt Virgini, Tauro, Capricorno, qbus dominent' Venus, & Saturnus. Rurſus' q̃ qui inter meridiem habitẽt, & occaſum, Venerẽ ſumme, ac Martem colere, quoniam humectę ſubiiciant' triplicitati, cuius cum Marte Mercuriũ, ac Venerẽ pręſides fecit. Atq̃ ita deinceps reliqua ſubtexuntur. Iam uero & Manichęorũ hęreſis, quæ liberũ excutit arbitriũ, nõ aliunde initia ducit, q̃ ab Aſtrologo℞ fata aſtruentibus diſertationibus. Ex Aſtronomiæ porro' ſinu profluxiſſe Superſtitionum omnium uanitates, locupletiſſimus auctor Varro teſtat'. Geomantiam Aſtrologiæ itidem adoptãt, q̃ eiuſmodi doctrinã profitent'. Iam et Magiæ clauis cõmoratur Aſtrologia. Nã qd de Chiromanticis dicemus? A' qbus excogitatos ſcimus in manuum Volis montiũ ſupcilia ſeptẽ, quæ cæleſtes pręferant Planetas. Cęte℞ hæc omnia eſſe acuta potius delyramẽta, & Vaniſſimas uanitates, q̃ documenta Vitæ uſibus concinnata, nemini non arbitror liquere. Nos tamen eo imprimis cõſilio recenſuimus, Vt Lucretii locũ aperiremus, Qui libro de natura primo, Religionẽ deſtruere uolens ita ſcribit.

Humana ante oculos fœde cum Vita iaceret,
In terris oppreſſa graui ſub Relligione.
Quæ Caput a' Cæli regionibus oſtendebat.
Horribili ſuper aſpectu mortalibus inſtans.
Primum Graius homo mortalis tollere contra
Eſt oculos auſus.

¶ Hominum pectora debuiſſe feneſtrata fieri ex Apologo. Hominum prauitas. Et cur traditum, Animas tranſire in beſtias.

Caput XL.

f Abulas, quarum nomen falſi profeſſionem indicat, aut tantum conciliandæ auribus uoluptatis, aut adhortationis ad bonam frugem gratia, repertas eſſe, legimus. In hoc genere, quod poſterius eſt, multas ſæpe, ac periucundas altero, quod dicitur, oculo percurrimus. Sed eam, in quam proxime recidimus, dum iſta cõmentaremur, nullo modo præterire poſſumus, quod inſtituto noſtro belliſſime

ſtro belliſſime cõgruat, ferunt ergo Mythologi, Mineruam, Neptunum, Vulcanum de Artis peritia inter ſe amplius diſceptare cœpiſſe. Atq; inibi quidem Neptunũ periclitandi cauſa effinxiſſe taurum. Mineruam uero Domum ſubſtruere adortam, A' Vulcano eſſe expreſſum hominem. Eius Certaminis arbiter erat Momus, Is diligenter ſingula cõſpicatus, quid in quoq; uitio uerterit, operæ nõ eſt referre, in homine utiq; id accuſauit, debuiſſe architectũ Vulcanum pectus eius effingere feneſtratum, ut ſic eo plane' recluſo, ac patenti, omnibus perſpicuum fieri poſſet, quid ſibi uellet, quid meditaretur, Vera'ne promerentur, an ſecus. Fabellæ autem huius lepidiſſime cõcinnatæ documentũ illud mihi præmonſtrare uidet' ſcitiſſime, quod eſt a' M. Tullio poſitum in quadam ad Q. Fratrem Epiſtola, Multis inquit, Simulationum inuolucris tegitur, & quaſi uelis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſq; natura, frons oculi, Vultus perſæpe mentiuntur, Oratio uero ſæpiſſime. Sententiam eãdem Socrates item comprobauit de Feneſtrato pectore, puto ex id genus Apologo, ne inquit, occultiores deliteſcerent Senſus, Sed ad conſyderandum paterent, Quoniam hominum effigies habent ferarum animos, ut inquit Seneca. An non hercule, ſicuti Plinius ſcribit, ex homine homini plurima ſunt mala? Cætera animantia in ſuo genere probe degunt. At diuinũ hoc animal, & miraculum quoq;, quod ſæpe repetimus, & ſuo probatum loco eſt, ueneran dum, atq; adorandum, nunc apta ui, ſępius fraude mutuo arietare, ut ſic dicam, non ceſſat. Nec homini tantum homo lupus eſt, cum qui ſit, nõ nouit, Vt Plauti uerbis abutamur, Sed & quanto notior, tanto etiã ſæuior, & immanior. Cuius abſurditatis quam eſſe aliam rationem opinemur, qua'm quæ ex Ariſtotelis oraculo promit'? Homo inquit, Vt perfectione ſuſcepta, animantium cunctarum optimus eſt, Sic a' lege, ac Iuſtitia ſeiunctus, omnium efficit' peſſimus. Dedit quidem optimus ille Parens rerum Animis noſtris igniculos quoſdam, & quaſi ſcintillulas ad omnem uirtutem percipiendam. Cæterum igniculos eos malis moribus, opinionibus'q; deprauatis, Vt M. Tullius auctor eſt, ſic extinguimus, ut nuſquã lumen ingenitum appareat, quod ſi eos adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam uitam natura perduceret. Nunc uero, ſimulatq; in lucem editi, & ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauitate, et in ſumma opinionum peruerſitate uerſamur, ut pene' cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideamur, Vt merito Lucretianum illud poſſit comprobari,

O miſeras hominum mentes, O pectora cæca,
Qualibus in tenebris Vitæ, quantis'q; periclis
Degitur hoc æui, quodcunque eſt.

Porro' ex hac hominum ferina in alterum rabie ſæuiendi, atq; item omnifaria male uiuendi libidine prorſus bruta, natam opinor infamen illam de animarum tranſitu poſitionem. Quoniam Timæus pythagoricus nobiliſſimus in Libro, quẽ de Mundo, & Anima ſcripſit, quem poſtea imitatus eſt Plato, Migrationem in beſtias inquit, induci falſo' ad terrorem hominum impiorum, Vt pœnę ſaltem formidine, & ſpecie abſurda, immani'q; a' uitiis, inqnamentis'q;, quibus candori Animæ labes inuritur, retraherẽtur, proficerent'q; in bonam frugem. Sed & Pythagoras, a' cuius placitis hæc imprimis uidentur inualuiſſe, id ipſum ita ſignificauit. Si depoſito inquit, Corpore, liberum aſcenderis ætherẽ, eris immortalis Deus, non ultra mortalis. Orpheus quoq; in ipſo Mercurii terreſtris hymno, κωκύτου ναίων ἀνυπόστροφον οἴμον ἀνάγκης, ideſt Cocyti habitans irremeabilem neceſſitatis uiam. Sed nec Aegyptiorum Sacerdotum ſcientia omnino comprobari re uera demigrationem animarum eiuſmodi tetram, formidoloſam'q;. Quinimmo ad ferinum, uel heroicum Animæ habitum referendam, opinantur, quando apud eos hominis nuncupatione Animus modo intelligatur, Quod aperuit Mercurius Ægyptiorum Pontifex maximus, Qui, cum emigrationẽ eiuſmodi ritu poetico deſcripſiſſet, adnexuit, Legem diuinam nõ permittere Animi humani in beſtias tranſitum. Quinimmo pœnas ſtatuit ſempiternas impiis animis in mundi huius infimis elementorum gradibus. Agit quoq; gratias Deo, quod bonos Viros æternitati conſecrarit. Item dicit uſqueadeo coniungi mentem Deo, ut erroribus ex eo non implicet' amplius. Zoroaſter quoq; in Libro, cui titulus, μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ ζωροάστρου μάγων, Zoroaſter in quam, abs quo omnis ueterum Theologorum ſapientia manaſſe creditur, inquit, σὸν γὰρ ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσι, hoc eſt tuum, Vas habitabunt beſtię terræ, Quod ſi intra nos beſtiæ ſunt, intra quoq;, non extra de homine in beſtiam, ac ex beſtia remigramus in hominẽ.

Cæterũ nec deſunt, Qui iſta ſic interpretẽtur, Vt Animarum, quæ ſimilem brutis duxerint uitam, aliæ inter alias beſtiarum turbas diuerſentur, Quod ipſum Platonis doctrinæ ualde ꝓſentaneum putat Olympiodorus, Quoniã Plato animas purgatiſſimas inter deos cẽſuerit uerſari, Impuras aũt inter ſepulchra reuolui, quo fiat, ut Vmbris qñq; terreamur, quippe cũ Corporei quippiam circa ſe contraxerint, ſicut & in ſe. Vnde fieri Plato uult, ut uideri qñq; poſſint. Ex priore autẽ ſenſu ſi habitum intelligamus, nõ ſpeciẽ. Arbor erit apud Platonẽ, q nutritioni deditus, die, noctu'q; torpebit. Miluus, qui raptu uiuet per concupiſcentiam. Leo, qui egregie militabit. Draco, qui crudeliter in genus humanum debacchabit'. Homo, qui ciuiliter uiuet. Heros, qui naturalia ſcrutabitur. Dæmon, qui mathematica. Angelus, q diuina, talis enim fit animus, qualem induit habitum. Ex quo in Phædro Socrates, Ego inquit cõſydero, utrum ipſe ſim beſtia Typhone multiplicior, an diuinius animal. Porro` quid in iis Aurelius Auguſtinus ſenſerit, Quid'ue Porphyrius, Qui ſcire cupit, legat Ciuitatis diuinę librum decimum. Plato autem figurate metamorphoſes iſtas in Timęi parte poſtrema ſub Pythagorica perſona poetico quodam excurſu ꝓſequit'. Iamblichum certe rõnalem animam puduit in Brutum præcipitare. Quanto cauſatius nos Chriſtianæ Veritatis cultores hoc genus nugamenta retundemus, illius ꝓphetici memores ꝓpetuo, In circuitu impii ambulabunt, ueluti ita dicat', impietatis anquiri oportere, ſiqs ambitus eiuſmodi, & demigrationes enixius tueri contendat. In quam decuriam alioqui philoſophus nobilis, & inter Platonicę Sapientiæ ſectatores facile princeps Plotinus tranſcribi ſe neſcio quo modo patitur, dignus qui cum Timæo potius ſtipendia faceret, ac ubiq; Triariũ ageret, nec Rorariũ qñq.

¶ Fidei cõmendatio præcipua. Qui dicant' Palimboli. Theſſala perfidia, Thaſſalæ alę, Theſſalus Equitatus. Rhombus qd. Trapezia. Theſſalica portio quid. Capanica, Capane. Pharſalorum, & Bœotiorum uoracitas. Caput XLI.

n Vmam Pompilium memoriæ proditum eſt, cum Romanæ Iuuentutis belli coſos, acres'q; ſpiritus, & ferociẽtes, ut ſic dicam, animos, incuſſo Deorum metu remollire, ac retundere cuperet, Oĩum primum Fidei templum ꝓſtituiſſe, illam'q; Romanis, Plut. auctore, maximum eſſe iuſiurandum demonſtraſſe. Proinde cum ad id ſacrarium flamines bigis, curru arcuato. i. obtecto deſuper, ac uelut fornicato uehi iuſſiſſet, manu quoq; ad digytos uſq; inuoluta rẽ diuinam facere uoluiſſe, ſignificantes ſymbolice fidem tutandam eſſe, ac eius ſedem in dextris eſſe ſacratam. Quod Plinius ſcribit, & Ariſtophanes quoq; in fabula, cui titulus, Nephelę, ſignificauit, Sed & Plethon Gemiſtus rerum Græcarum Libro II Manus porrectio μεγίστη παρὰ πέρσαις πίστις. i. maxima inter Perſas cenſetur fides. Quin & M. Tullius nullam rem ſcribit, uehementius continere Remp. q̃ fidem, Quoniam, ut alibi ait idem, eſt iuſtitiæ fundamentum fides, Iuſtorũ Corda inquit Ambroſius, meditant' fidem. hæc porro`, tradente Seneca, ſanctiſſimũ humani pectoris bonum eſt, quod nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur prẽmio, Vre inquit, occide, nõ prodam. Sed quo magis ſecreta quæret dolor, hæc illa condet altius. Eſt autem, ut Cicero finit, fides dictorum, cõuentorum'q; ꝓſtantia, & Veritas. Propterea Plato inqt, fidẽ eſſe in reddẽdis pecuniis depoſitis, uel in Sepulchris erigendis Iuſtitiam. Silius item Italicus præconio poetico ſic fidem commẽdat, Iuſtitiæ cõſors, tacitum'q; in pectore numen. Hæc tamen quãuis præcellens, quãuis Ciuilis Societatis glutinamentum firmiſſimum, & ferruminatio, ut ita dicam, inuicta, nonnullis, immo uero plurimis, bonum'q;, ſi non omnibus ita prorſum fluxa eſt, ita cenſetur nulla, ut nil rarius ſit reperire, quàm incorruptæ Veritatis hominem. Inde in Plauti Bacchidibus Adoleſcens ille, Satin, ut quem tu fidelem habeas, aut cui credas, neſcias? Sed & rurſum Poeta idem, atq; adeo Fabula eadem, graphice ſubſultantem amicorum ſynceritatẽ effingit hiſce uerſiculis.

Multi more iſto, atq; exemplo uiuunt, quos cum cenſeas
Tibi amicos, reperiuntur falſi teſtimoniis,
Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide.

Subleſtam uero fidem Marcellus friuolã intelligit, ac leuem. Cuiuſmodi uiſitur in iis, quos παλιμβόλους Græci uocant, & in cõmentariolo de Liberorum inſtitutione meminit Plut.

Sicuti

Sicuti παλιμβολίαν Agathias posuit in libris. Dicuntur autem eo nomine inconstantes, & perfidi, unde tritum illud apud Græcos, Scytharum est, palimbolum se præstare. Homerus ἀλλοπρόσαλλον uocat. i. nũc huic, nũc illi inhærentem. Quales ferme coarguuntur Thessali, nec id utiq; in latinis literis, quod risu forte exciperẽt Græci, Supercilii studiosiores, Sed ob seruatum id meminimus apud Demosthenem imprimis, In cuius clynthiaca prima ita scriptum inuenio, ἆρα, τῶν Θετταλῶν, ταῦτα γαὺρ ἅπασα μὲν ἦν δύσφυσι, καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. Postea inquit Thessalica. Hæc enim infida qdem erant natura, & semper utiq; omnibus hominibus. Conabar, q̃tum mihi uaria lectione suggeritur, tam fœdę, tam'q; ꝓbrosæ inustionis causam proruere. Demum ex Vlpiani Rhetoris monumentis ita ferme commoniti sumus, Thessalos ut infidos, antiquitus sugillatos, aut ob Medeæ historiam: quã ab Iasone circunscriptam, q Thessalus erat, Poetæ tradunt, Vel quia tempore Peloponnesiaci Belli in ipsa acie ab Athenienſibus ad Lacedæmonios ordinibus mutatis, Thessali transfugerunt. Sicuti Thucydides quoq; auctor est. unde natum Prouerbium, ut Thessala fides de uana dicatur, & fluxa, Quæ in ratione uirtutis nihil omnino habeat pensi. Quod Euripides item innuit, πολλοί γαὺρ εἰσιν, ἀλλ' ἄπιστοι Θετταλοὶ, hoc est multi qdẽ erant, Sed infidi Thessali. Quin Aristophanis item astipulatu id ipsum comprobari posse uidetur, a' quo amplius ἀνδραποδίζειν appellãtur, Quo nomine signari animaduertunt' Plagiarii, qui liberos homines in Seruitutem redigunt, & distrahunt. Thessalorum deniq; improbitatẽ nõ tacuit historiæ parẽs Herodotus, Qui Libro IX. ita refert, Thessalos adeo nõ pœnitebat eorum, quæ hactenus egerant, ut ẽt multo studiosius Persam inducerent. E' quibus Thorax Larissęus, & Xerxem fugientem deduxerat, & tunc Mardoniũ propalam inducebat in Græciam. A' Philostrato quoq; taxãtur egregie Thessali in Critia Sophiste, Similis inqt Thessalis euasit, apud quos ἀγερωχίαι, καὶ ἀκρασίαι, καὶ τυραννικὰ ἐν οἴνῳ συνδιάξονται. Qui tamen inquit, Sapientiam nõ negligebant. Sed ἐγοργίαζον, ideſt Leontinum Gorgiam amplexabantur. Eodem modo & Æoles ut fraudulenti infamabantur, quod Idillio primo adnotauit Theocriti Interpres, unde factum opinat', ut αἰολίζειν signet decipere, ut apud Hieroclem, μὴ δ' αἰόλιζε αὐτὸν, ne circũscripseris ipsam. Sed redeo ad diuerticulum. Illud ad mores pertinet nihil, quod Thessalicas alas inuenimus dictas in antiquis auctoribus, de Chlamydibus, quibus uterent' Thessali, nam utrinq; Anguli proiecti eminebãt quadam alarum similitudine, Quales fere nũc habentur Gallicæ uestes. Vnde Eupolis in Maryca ἐνΘετταλίσμεθα, ideſt Thessalice circunuestiti sumus. Cæterum ne in totum uidear Thessalos insectari, operæpretium fore opinatus sum, quod ex diuersis captauimus, apponere. Igitur Q. Curtius gestorũ Alexandri Libro tertio, Thessalos Equites, Arcananas, & Ætolos inuictã esse dicit bello manũ. Et in Menone Plato Thessalos scribit inter Græcos fuisse illustres tum equitatu, tum diuitiis. Polybius quoq; auctor grauis Thessalicos Eqtes conferto prelio insuperabiles esse ꝓfirmat. Quos tamẽ si per partes attentaueris, lacerare, carpere'q; facillimum sit. Legimus præterea, Acie bus ad Rhombi similitudinem formatis Thessalos primos esse usos. Iasone, ut ferũt, auctore, Vt quæ sint ad omnes usus accõmodatiores, Equites enim hac Forma constituti uertere sese in quẽuis ꝓspectum possunt, minime'q; uel a' tergo, uel a' latere capi. Est uero Rhombus quadrilatera figura, quæ tamen rectiangula non est. Sicut Rhomboides, quod in cõtrarium collocatas lineas, atq; angulos habet æquales, non autem rectis angulis, neq; lateribus æquis continetur. Prẽter hæc uero omnes quadrilaterę figuræ Trapezia, hoc est mensulæ nũcupantur. Insuper apud Theocritum esse magicum instrumentũ uidetur Rhombus. Corymbum ab Athenienſibus quidam putant dici, Apollonii Interpres Rhombum esse rotulam dicit, quam Loris diuerberantes circumagunt, atq; ita sonum inde eliciunt. Quidam etiam Didymon uocant Rhombum dimidiatum, in re militari, etiã transformatum in triquetrum, Cuneum, seu Rostrum uocamus. Acie cuneata Scythæ utunt', & Thraces, Quin & Macedonas usos inuenio, Philippo suadẽte. Inustam porro Thessalis animaduerto Voracitatis notam. propterea in Lamia Crates, τεμπήχη Θετταλικῶς τετμημένα, ideſt trium longitudine Cubitorum incisa Thessalico more. Nam Carnium portiones facere grandiores, Gentis eius erat proprium. Quando & carnẽ Θετταλότμητον, ideſt thessalice incisam, Phileterus dixit in Lampadophoris, Quin & Thessalicam Entheſin de magna pronũtiabant. Capanica uero Aristophanes, uelut amaxiæa dixit, ideſt plaustralia. Q ĩ Currus Thessali

καπάνα dicunt. Quanq̃ eſt item in Curru uirga quædam dicta Capane. In Gymnaſio Cylabare apud Argos, de Stheneli filio ſic nuncupato, uiſebatur Palladis Simulacrum, inquit Pauſanias, quæ Capania dicitur, ideſt καπανία. Pharſali inter hos inceſſebantur præcipue, quod ſignificat Mneſimachus, τῶν φαρσαλίων ἥκει τὶς, ἵνα τὰς ζαπέζας καταφάγοι, ideſt Pharſalorum uenit aliquis, ut menſas uoret ipſas. Turpitudinis eiuſdem infamantur Labe in græcia item Bœotii, ut auctor comprobat Polybius hiſtoriarum uiceſimo, Et qui eos, uelut Vaſa dixit, Quæ ſortita uocem non aliud eloquantur prorſum, ni quantum capiant ſingula.

¶ Magiæ ſpecies eſſe plures, quo'ue diſparentur diſcerniculo. Item Pharmacia quæ intelligatur. Magiæ nomen unde fluxerit. Virg. Locus explicatur.

Caput XLII.

Q Vi accuratius introſpicere iſta enixi ſunt, Magiæ Species duas deprehenderunt. Altera infamis eſt, ac immundorum ſpirituum commerciis inauſpicata. Reliquam ſi penſitatius explores, diſpicias'ue, nõ fere aliud eſt, quàm naturalis philoſophiæ apex. Priorem illam non magnopere Magiam, ſed Goetiam uocant Græci, incantationibus, & carminibus nefariæ curioſitatis arte compoſitis concinnatam, quam honeſtiore uocabulo etiam Theurgiam nuncupare audẽt, Sed diſcerniculo tamen quodam, Vt illicitis artibus deditos, Cuiuſmodi excogitaſſe Zabulus memorat, Alteros intelligi damnabiles uelint, Quos & maleficos appellant uulgo, horum enim eſſe Goetiam proprie dicunt, de qua concinnantur Libri, quos improbatæ lectionis appellat iureconſultus Vlpianus, protinus'q; eſſe corrumpendos ſtatuit. In quod forte genus ueniunt Pictaciolæ ad ægritudinem conſcriptę quamlibet. Laudabiles uero Alteros, quibus Theurgiam deputant, quamuis utrique ritibus ſint Dæmonum fallacibus obſtricti, ſub Angelorum nominibus. Nam & Porphyrius quandam quaſi purgationem animæ per Theurgiam, cunctanter tamen, & pudibunda quodammodo diſputatione promittit, reditum uero ad Deum hac arte præſtari cuiquam, infi ciatur omnino. Quibuſdam uero conſecrationibus theurgicis, quas Teletas uocant, idoneam fieri, atq; aptam ſuſceptionem Spiritum, & Angelorum ad uidendos Deos: arbitratur. Quæ uero proprie Magia nuncupatur, perfecta creditur, & ſumma ſcientiæ poteſtas, Quando Perſarum lingua eſt Magus, nõ fere alius, quàm diuinorum interpres, & cultor. Goetiam omnium placita legum extermi nant, execrantur'q;. Magiam feſto plauſu Sapientiſſimus quiſq; excipit, ueneratur, & colit, ut quæ altior ſit, ſanctior'q; Philoſophia, ex qua præſignis profluat literarũ claritas. Pythagoram, Empedoclem, Democritum, Platonem quoq; hanc Equis, uelis'q; cõquiſiuiſſe, nauigatione ſuſcepta non longiore modo, Sed & periculoſa, conſtans opinio eſt. Huius uelu ti Parentes celebrant, Zamolxidem, quem poſtea ſit imitatus Abbaris hyperboreus, Zoroaſtrem, nõ quem uulgaris recipit opinio, Sed Oromaſi filium. Plato certe in Alcibiade apertius teſtatur, non aliud ſibi uideri Zoroaſtris Magiam, quàm diuinorum ſcientiam, atq; cultum, qua imbuantur Perſarum Regum filii, ut ad mundanæ Reip. imaginem, ſuam & ipſi Remp. adminiſtrare, diſtribuere'q; cõdiſcant. Propterea M. Tullius in diuinationibus, Neminem apud Perſas regio potiri faſtigio ſcribit, qui prius magicam non imbiberit ſcientiã. Hæc naturalium conſenſum, quem ſignificantiſſime Græci συμπάθειαν uocant, indagine ſcrupuloſa dum rimatur exploratius, interſparſas mundo poteſtates rerum, alioqui qua ſi illatebratas, in naturæ'q; quodam modo ſanctariis reconditas in apertum ita producit, ut per illecebras mutuas, Quæ Magorum ἴυγγες nuncupantur, & cognationem quandã miracula conſurgant maxime mira, non utiq; Magia ipſa artifice, Sed natura potius, Cui ſe hæc mutuos copulando apte conſenſus miniſtram exhibet, Quibus diſparatis, diſiectis'q;, ac, ut ſic dicam, diuaricatis ceſſant illa, & ueluti in Sinu, maieſtate'q; parentis iuterquieſcũt, donec cõciliator, excitator'q; acceſſerit opportunus. Quem non aliũ deprehenderis, quàm Magum, reconditiſſima quæq; diuinorum operum exactiſſime Speculantẽ, promentem'q; illa in actum ſcientiæ auguſtioris profunditate, cuius ignarum uulgus pullatum, Carpit, qđ neſcit, conuellit, quod ſingulari dignum ueneratione cenſetur. Quando eccleſiaſticos doctores plures

ctores plures hanc nouimus amplexatos. Hanc denique Magnus Albertus ita approbaſſe cõperitur, ut ſequeretur, & periclitando multa ſe deprehendiſſe, non erubeſcat non inficiari. Goetia maxime probantur inſignes Ægyptii, quod præcipue Dæmonum ibi uiguerit cultus. Magia uero præcellunt Æthiopes, & Indi, quia ea mundi portio herbis, aliis q; ad eum uſum peraccommodis maxime ſcateat. Porro hanc Magiæ diſtinctionẽ ab Hieronymo itẽ ſignificatã, coniectare licet, ubi ad Paulinum ſcribens, Apollonium ait, Tyaneum fuiſſe magum, ſicuti Vulgus, ſiue Philoſophum, ut aſtruebant Pythagorici. Denique ad inuiſendum, adorãdum q; Chriſtum uciſſe Magos, Veritas teſtatur Euangelica, Eos opinor, impium fuerit, omnium ſuffragio damnatis illis adieciſſe, Quando & Interpres quidam non maleficos ibi, ſed Chaldæorum Philoſophos monuit intelligi oportere. De Goetia ſuſpicor in Libro de myſteriis Iamblichum intellexiſſe, Vbi ait. Quæ faſcinati imaginamur, præter imaginamenta nullam habent actionis, & eſſentiæ ueritatem. Eiuſmodi nanq; magicę finis eſt, non facere ſimpliciter, ſed uſq; ad apparentiam imaginamenta porrigere. Quorum mox nec uola, quod dicitur, compareat, nec ueſtigium. Goetiam inuenio ab incantationibus dici quoque ἐπῳδήν, ideſt Epodem, quaſi tu Excantatricem nuncupes. Nam & quæ cauſarios excantat pueros, ſolet appellari Epodos. Polybius Epodes, & Goetiæ iuniorem commeminit. Apud Græcos hanc tradi nominum diſparationem obſeruauimus. Eſſe quidem μαγείαν boni ad bonum aliquod dęmonis aduocationem, Cuiuſmodi fuerint Tyanei Apollonii Vaticinia. γοητείαν uero mortuos excitare, unde etiam a' luctibus ſit nuncupata, ideſt ἀπὸ τῶν γόων, Qui ad ſepulchra edi aſſueuiſſent. Pharmaciam autem, hoc eſt φαρμακείαν, ubi philtra porriguntur eſu haurienda, uel potu. Quæ omnia ex Medis ſint comperta, & Perſis, unde & Magiæ nomen uideri conflatum poteſt. Perſas nanq; Maguſæos nuncupant, Sed μαγῶν indigenæ pronuntiãt. Cæterum ut parte hac, ueluti arbiter honorarius inter diſſultantes ſententias, iudicium meum proferam, Theurgiam ab Auguſtino reiectam, animaduerto a' naturali magia non diſcrepare admodum, Quando in diuinationibus Cicero ſcribit, In Perſis augurari Magos, & diuinare, congregari q; in fano cõmentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi. Et quod grauius multo eſt, in Libro de Sacrificio, & Magia Proclus, dum hanc naturaliũ Sympathiã, cognationem q;, & ut interim Cõpaſſionem dicam, latiſſime monſtraret, etiam numinum aduocatione uti ſolitos Magos per huiuſmodi rerum conſenſum, tradit, ex quo Artis liquet infamia, quod numinis appellatione prætenta, ad Dæmonum uaframenta reclinata impeditiſſimis & ipſa erroribus obretita minus perſpicaces præcipitaret in interitum. Proditur literis a' Græcorum pleriſq;, fuiſſe Paſetem quendam inter magicæ uanitatis conſectatores primæ notæ, Eum tradunt excantaminum potentia conſueuiſſe differtiſſimum repente Cõuiuium diſcubituris pręmonſtrare, mox ubi collibitum fuiſſet, omnibus euaneſcẽtibus ita, ut omnino parati uiderentur nihil. Siquid pretio comparaſſet, id agebat, ut erogati numi in ſuis comparerent loculis, eluſo Venditore. Numam quoq; Pompilium eiuſmodi præſtigiis quandoque operatum legimus. Sed & Pythagoram item illum doctiſſimum id ridiculum factitaſſe, ut quæ collibuiſſet, ſanguine perſcriberet in Speculo, Mox q; literis ad Lunam Orbis pleni obuerſis, ſtanti a' tergo, ut in Lunæ exaratas diſco, commonſtraret. Sunt item qui ſcribant, Epheſios habuiſſe notas quaſdam, & magicas uoces, quibus adhibitis, ſemper fierent Voti compotes, quicquid attentaſſent. iis quoque uſum eſſe in rogo Crœſum, auctor Euſtathius ſcribit. Illud ſciendum denique, non naturalia ſolum recondita ſcrutari Magos, uti eſt id, quod ſiquem Succinea indueris ueſte, Alterum uero paleari, ilico mutuis copulabuntur nexibus. Verum & Verba, quæ uim inſitam profundentia trahere ualeant. Multa etiam, quæ ab his trahi poſſint. Et illa quidem Viro, hæc autem fœminæ clàm adhibentes fœminam ad Virum rapiunt, admotis quandoque & quæ ſeiungere ualeant, Velut Nautæ ita ferrum cum magnete ſuſpenſum librant, Vt rapiatur ad Vrſam. Rurſum q; allio inficientes raptum dirimunt eiuſmodi. Verbis porro præeſſe Mercurium uolunt, Cantibus Phœbum, Excantationibus Mercurium, & Phœbum ſimul. Hæc uero copioſius non inargute, aut incallide conſectati ſumus. Sed Vt Maroni lucem inferremus aliquam Libro quarto.

Hæc ſe Carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas uelit, Aſt aliis duras immittere curas.

Qui ſint habiti p̃oribꝰ forma p̃ſignes. de Phaone pluſcula. Itẽ de Sappho pauca. Ca. XLIII

E Pulchritudine alias ex Platonicis muſeis ampliter, Nunc ex hiſtoria quę in
gerunt ſeſe haud queo pręteriſſe. Forma imprimis apud Græcos uiſenda, et
d amabili fuiſſe Alcibiadem ferunt, Inter Romanos uero Scipionẽ, Demetriũ
cognomento πολιορκητὴν, boni quoq; huius plurimũ uendicaſſe ſibi. Alexan
drum fuiſſe formoſum traditur, Sed ἀπραγμόνως. Cæterum & formidabile
q̃ddam formę inerat eius. At pluchros arguere Homerus uolens arboribus aſſimilat fere',
ὅσσ' ἀνέσβαμεν ἔρνεϊ ἶσος. Hominũ quoq; pulcherrimũ fuiſſe prædicant Phaona, Quem inter
Lactucas occultarit Venus. Sunt qui prodant Portitorẽ fuiſſe hunc, eo' q; ſe fouiſſe artificio.
Ad hunc tranſmiſſura Venus cum appuliſſet q̃q; grate excepta ab eo eſt, etiãſi, quæ nam
foret, prorſum inſcio. Tranſportata uero, quo' uellet, Dea Homini Alabaſtrũ unguẽti obtu
lit, Quo is cum ſe obliuiſſet, Omnium euaſit formoſiſſimus. Atq; eo nomine a' Mitylenæo
rum mulieribus ardẽter appetebat'. Vñ factũ, ut adulter demũ deprehẽſus iugulare'. Ama
tum a' Sappho, ſciũt Omnes. Quæ Poetria fuerit Scamãdronymi filia. Cuius ſapientiã ad
miretur etiã Plato. Fuit & in Leſbo Sappho altera, Veȝ meretrix, haud Poetria.

¶ Æginetica potentia, primum' q; in ea Inſula numos uideri cuſos. Cap. XLIIII.

Eginetas inter Greçę Gentis Principes q̃q; fuiſſe pręcõſpicuos, proditũ mo
a numẽtis eſt, felici quadã tempoȝ feracitate, opportuna, cõmoda' q; indepti
multa. Nam & Nauali potẽtia uiguere plurimũ. Omnino' q; maximi cenſebã
tur, Quin & in Perſicis rebus, p̃priã oſtentarunt Virtutẽ. Quo noſe pręmiis
quoq;, ἀριστεῖα quę uocant Græci, ornati egregie ſunt. Omniũ uero principes numũ cudere
adorti ſunt. Nã & ab eis νόμισμα nũcupat' αἰγναῖον. Illud adiiciamus amplius ex Pauſaniæ
Theſauris, Aſopi filias a' Phliaſiis tradi Corcyram, Æginam, Theben, & a' Corcyra qdẽ,
ac Ægina Inſulas nuncupatas, Quæ prius Scheria dicerentur, & Oenone. i. οἰνώνη A' The
be autem, Quæ ſub Cadmea eſt, Ciuitatem indeptam nomen.

¶ Qui nã fuerit in Veteri hiſtoria Maris, Qui' q; Equum inſcenderit primus. Italiæ
frequentia. Caput XLV.

Taliam omniũ principes inhabitaſſe ferunt' Auſones indigenę, ſeu αὐτόχθο
i νες. At Vetuſtiſſimũ fuiſſe Marin quẽdã noſe, Cuius Antica Corporis huma
na prorſum uideretur, Poſtica uero Eqna omnino. Nã & Nomen ipſum idẽ
p̃pemodũ pollere, quod apud Greços ἱππομιγής, ideſt Equo immixtus. Vide
ri aũt poteſt, Equũ inſcendiſſe primus, & freno inhibuiſſe, atq; argumẽto eiuſmodi δίφυὴς
creditus, Eũdẽ qn ẽt uixiſſe fabulant' annos cẽtum ac tres & uiginti, Ter itẽ mortuũ reuixi
ſe ter. Sed enim ſimile ueri mihi haud fit, in Varia hiſtoria inqt Ælianus. Italiã porro' terrã
Gẽtes incoluiſſe plures, q̃ regionẽ q̃uis aliã, Idem p̃dit Auctor. Cuius rõ promat' ex tempe
raturæ pręſtantia, Regionis uirtute, Aquaȝ copia, & oĩa ferẽdi poteſtate, Q d' παμφόρον ſi
gnificãter dicit'. Necnõ Paſcua facilitate, Quã βόσιμον appellant. Adiacẽte porro' Maris bo
nitate præſigni. Portuũ quoq; numero ſuppetẽte, hinc inde fluminũ magna ui interluente.
Qua rerum maieſtate tantũ nõ diuina, recẽſeri q̃q; in Italia ſolitas inuenio Ciuitates mille
centum Sexagintaſex.

¶ Luſu nec abſtinuiſſe Viros q̃q; laude multa præſignes. Cap. XLVI.

Erculem Virum, ut fere' creditur, multę uirtutis, nec gloriæ minoris, traditum
Veteribus eſt, Intentiſſimam Certaminibus obeundis curam, ſtudium' q; luſi
h bus, quadam' q; animi quaſi feriatiõe ſolitũ laxare, remittere' q;. Nec Iouis, &
Alcmenę filium puduiſſe cum puerulis colludere, & quidem ſæpius, Quod
amplius inſinuat Euripides, apud quẽ Ipſe hic Deus, Sicuti Veteribus eſt uiſum, ita pronun
tiat, παίζω, μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ, dicere uero hęc animaduertit' aſſiſtentẽ habẽs pue
rũ. Sed & ab Alcibiade q̃q; deprehẽſus Socrates eſt cũ Lamprocle ẽtnũ infante colludẽs.
At Magnus Ageſilaus cũ filio arũdinem, Qui puerulis ſuus eſt mos, uelut Eqtaturus inſcẽ
debat, Cum' q; a' Quopiã rideret', Renidens Tu inqt, ſile nũc qdẽ, factus uero Pater Patribꝰ
itidẽ enũtiato. Sed Greçe ſic, νῦν μὲν σιώπα, ὅταν δὲ γένῃ πατὴρ, αὐτὸς τότε ἐξαγορεύσεις πρὸς
τὸς πατέρας. Cęterũ uel p̃cipue Ciuilis, Philoſophus' q; Vir Tarẽtinus Archytas cũ pueris
de famulitio luſus agitabat. plurimũ uero iis, dũ Cõuiuia agitaret, oblectari aſſueuerat.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD MAGNIFICVM BARTHOLOMAEVM PAGELLAM VINCENTINVM, EQVITEM CLARISS. PRAEFATIO SEXTA.

Vm multis iã annis Vincẽtiã forte appuliſſem, ac nõnullos ꝓſilio, & ꝑcibus Pli-
c niũ M. Tullii Oratiõem pro Milone, ac Homer quoq; ꝓfiteri eſſem auſpicatus, poſt quotidianas enarratiões, uti aſſolet, plurimus erat inter Ciues tuos adꝑme doctos, atq; ita, ut admirationẽ parerẽt, de mãſuetiorib⁹ muſis ſermo. De rõne dicẽdi, cui ꝑcipue uidebant affici, Quæſtiones ꝓpẽdebant haud ſomniculoſe, Quæ ſua ſunt Loci acumina, Inſerebant & Phyſica interdũ, ac miſcellæ ꝓrſum fiebant diſſertationes. Verũ ſicubi de Poetica ageretur excellentia, Eſſe quidem in Ciuitate tua non paucos, qui in Carminum ratione ſumme placerent, aſſeuerabant plerique, Ac uerum ipſe experiebar, Sed te unum in eo ita eminere, ut Ingenii aptitudine, ad id quodãmodo facti, & rerum etiam reconditarum ſcientia, accedente etiamnum incredibili ſtudio, Veterum quoq; pauciſſimis cederes. Hæc cum audirem, ineundę tecum familiaritatis ardore quodam corripi ſum uiſus, Mox' q; omnium compos, uti es benignus imprimis, ac magnificus uere, poſteaq̃ de ſtudiorũ ratione diu fabulati ſumus, iam digrediens, atq; admirationis plenus, Plinii Cæcilii inſuſurraui illud mihi, Magna Iſæum fama præceſſit, maior inuentus eſt. Quãobrem ex eo te ſum egregie ſemper ueneratus. Cæterum ubi Venetias appuli, Chalcographis Noſtra hæc, qualiacunq; typis ducẽda traditur⁹, Atq; in Diui Marci ueſtibulo mihi forte occurriſſes, integrata mox uetus neceſſitudo eſt, ac multorum dierũ ꝓgreſſibus iucundiſſimis auctior facta, Vt deniq; morum ſuauitate demulctus illuc proruperim, Vt te Virum utiq; in omni Vitæ uſu eminentiſſimum in partes laborum meor aduocandũ cẽſuerim. Quod & facturum me, tibi ſum pollicitus, cum Animum periclitarer tuũ, Et re nũc ipſa præſto, Vt iam hinc ſcias, ſi uſuuenerit, omnem meam operam, & quicquid deniq; ſum, eſſe ornamentis tuis omnibus dicatiſſimũ, Quod cum Virtutes tuæ præcellentes exprimũt, tum ſingularis, qua me ꝓſequ ideris, bene uolentia. Cui qd' poſſumus, id demũ repẽdimus, haud ignari, eã ſplẽdeſcere in Aĩo tuo ſimplicitatẽ, ut non tam muneris amplitudinem ſpectes, q̃ egregiã ꝓtribuẽtis uolũtatẽ. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANQVARVM LIBER VNVS, QVI SEXTVS.

¶ Hebręor doctrinã triplici calle incedere, Talmutico Philoſophico, Cabaliſtico. de Cabala ſcitu digna. Cardinaliũ in noſtra religione ratio. Scapi Cardinales qui. Cap. I.

Æterum, poſteaq̃ de Magia, q̃tum ſat eſſe adiudicauimus, perſcriptum nobis eſt, nõ abſonũ fuerit, hic potiſſimũ de Cabala Hebręorum aliquid ſubc nectere, quãdo & undecunq; doctiſſimus Picus in noſtris literis aliqd de ea ꝓmere adortus eſt oĩum princeps. Obſeruauimus igit' triplici calle Hæbræor doctrinam incedere, Quippe aut ad Talmuticos recurrunt, aut ad Philoſophos, aut ad Cabaliſtas. Talmutica hæreſis initia ducere animad-uertit' non uetuſta admodũ, ut quæ annis paulominus ducẽ. ꝓſt Chriſtũ ab Hebræis ad-uerſum nos cõſarcinata deprehendatur. Qui uero Philoſophicis rõnibus Bibliæ arcana explicare adorti ſunt, principe inter eos Ægyptio Moſe, Auerrois tempora nõ præcedunt, a` Cuius interitu aguntur plus minus ann ecenti, ac triginta. Tertia ſupereſt Cabala oĩum uetuſtiſſima, & Verax imprimis, Quãdo ab optimo max. Deo M. yſi inſinuatam, conſtans opinio eſt. Aliis mox ipſum Moyſem idoneis maxime pateſeciſſe. Initio ſiquidem in monte accepiſſe legẽ duplicem, Literalẽ, Spiritalẽ q;. Priorẽ ex Dei mãdato cõſcripſiſſe, eam' q; populo eſſe impertitũ. Alteram uero minime, Sed Sapientibus mõ ſeptuaginta numero cõmunicaſſe. A` quibus poſtea cæteris ad id itẽ deſtinatis uo itum ſit tradita. Vnde & Cabalæ nomẽ exortũ, quod gẽtis illi⁹ uocabulo Rec ionẽ ſignat, qa per ſucceſſionũ gradus citra literarũ omnino monumenta ulla ſeruaretur incolumis. Sequẽti tamẽ tempeſtate & hæc ipſa ſunt libris cõprehẽſa myſteria, in qbus pleraq; omnia fere` haud noſtrę fidei diſſentanea cõperiunt': qm̃ ante Chriſtũ concinnati tradunt', liberis ab oĩ affectiõe animis. Porro` qa iter arcana Cabalę ſciẽtia uetuſtis tpibus hẽbat', Inde apud hebręos inoleuit, ut qcqd minus extritũ, paſſiuũ q; ſit, Cabalę noĩe ſanciat', In uniuerſũ tñ Sciẽtias duas eo uocabulo honeſtaſſe animaduertunt'. Cõbinandi artem, quã Alphab ariã uocant reuolutionem. Alteram uero, qua Rerum ſuperiorum uires explicantur, Quæ & Magiæ naturalis pars uidetur

suprema. Sed & tota res perturbata mox apud Hebręos est, emergentibus nonnullis, a' maleficis nihil admodum disparatis, Qui Calibastarum nomen sibi uendicēt præcipue, ac Dei nomina tenere se imprimis prædicent arcana, Virtutibus'q; pollere quibus in Dæmonas ius habeant, & miracula item ualeant perficere, immo & Christum r[illegible]ia ratione, quàm qua ipsi utantur, tam admiranda sæpe fecisse. Astruunt insuper ueram, genuinam'q; esse Cabalam hanc, quæ Moysi dicatur a' Deo tradita. Quod uero magno illi Prophetę Deus summus mysteria retexerit, quæ continerent' lege, astipulari uidentur multa, Sed imprimis illud Esdrę propheticum. Apud quem de Moyse Dominus loquēs, Enarraui inquit, ei mirabilia multa, & ostendi temporum secreta, & finem, pręcepi ei, alia palàm faceret, alia apud se haberet in[illegible]anis. Porro' & Magnus Origenes explicans illud Apostoli Pauli, Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei, Consyderandum inquit, quia non dixerit Literas esse creditas, Sed eloquia Dei, unde percipi licet, Aliud esse pr[illegible]r literis comprehensam legem Iudęis contributum, quæ Dei eloquia nuncupet Paulus, Quæ prorsus non aliud dixeris, quàm Cabalam ipsam, idest Verissima legis in[illegible]retamenta, de ore diuino emanātia. Seniores autem LXX quibus arcana Solis communicabantur, Consiliarios mirabiles nūcupat Origenes, Locum quorum habere putant in nostra religione Ca[illegible]ales. Postremo Secreta id genus Esdræ temporibus in libr[illegible]ptuaginta pro Doctorum numero redacta comperio, [illegible] restitutionem a' Babylonica, ut fertur, captiuitate per Cyrum, Verito Esdra, ne perirent, dilapsa, disiecta'q; Hebręorum, ut assolet, gente. Illud uero ex grammatica ratione adiecisse nil obfuerit, dici Cardinales, quia quicquid est in re qualibet pręcipuum eo nomine nuncupatur rectissime, nam & in foribus Scapi dicuntur Cardinales, quibus sustinentur, reguntur'q; imprimis. Scapoꝝ meminit Vitruuius, Inter duos inqt, Scapos Tympana sint. Impagibus distributiones ita fient.

¶ Species numorum plures, ex gręcis, Latinis'q; cogestę auctoribus. Chelonia, quid. De Obolis, seu Obelis. quid Obolostates. ἀρ' τιάζειν, Statera, Thematismus, Cibdela, Cibdelia. Sacelliū qd. Trapezitarum Thema. Caput II

d Vm curiosius gręcorum quæpiam uersaremus monumenta, in numorum genera quædam incidimus, Quę quia Latinis auribus parum frequētia sunt uisa, pergratum me studiosis facturum opinatus sum, Si hisce Commentationibus inseruissem, addendo etiamnum ex latinis non nihil, ne hac parte mutilæ, ac quasi asymbolæ uideantur. Igitur Lego imprimis Peloponensium numum fuisse quendam ab incusa animalis forma, Chelonem. i. Testudinē nuncupatum. Nā Obolum Eupolis Callichelonum appellauit, ueluti testudinem dicas pulchram. Hinc emanauit illud, τὰν ἀρετὰν, καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελώναι, quod est, Virtutem, ac Sapientiam testudo superat. Chelonia uero sunt in ratione tollendorum onerum, quæ in quadris tignoꝝ, quo loci diuaricant', figi solent, ut in ea coniiciant' Sucularum capita, ut uersentur facilius, proxime capita uectibus infixis. Apud Athenienses uero numus erat bouis scalptura, & nomine insignis, a' Theseo institutus primum, Plut. tradente, uel ob Marathoniū taurum, uel ob Minois ducem, uel quod ad Agricolationem perlicere uellet Ciues. Eius ab Homero itē fieri mentionem putāt, cū ἑκατόμβην dicit ἐννεαβοῖον, idest nouem boum. In Draconis legibus mulcta irrogabatur ita, ut soluerent decabœum, Et in Delo præconem ita pronuntiare in theoriis solitum, tradit', Tot boues datum iri. Vnde ꝯiectatū à plerisq;, Bouē Deliorum esse numū uerius, q̄ Atheniensium, Vtcunq;, certe hinc iactatū nouimus, ut qcunq; pecunia corrupti causam silentio ꝓdant, quod fecisse tū oratores alios, tum uero Demosthenē, subnotauit historia, dicamus, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν, idest Bos linguam inscendit. Ex qua loquendi figura facetissime Aristophanes, στόμ' ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων, idest os Rhetorum obturans stipe. Nūcupabant porro' Numorum species quasdam Atheniēses Triobolum, & Dyobolum. Sed Dyobolis Noctuæ signum erat cum Iouis facie. Nam Tetrobolum duas habuisse noctuas, compertissimū est. Hemiobolium uero dimidium oboli erat, unde & Hemioboliæa dicunt', quæ id pretium non transcendunt, ut in Batrachis auctor Aristophanes est. Obolum etiam Phollem dici animaduerto, nā Pholides squammæ sunt tam in piscibus, q̄ etiā anguibus, unde & Pholidotū squammatum dicunt. Apud Homerum Eustathio

merum Euſtathio aſtipulante, Obolus & Obelus pro eodem accipi uidentur, ideſt coquinario inſtrumento, quod in ſummo ſit exacuminatum, & ſagittæ modo, quę βέλος dicitur, inferre plagam ualeat. Propterea ſunt qui Obelos Sublas interpretentur. Photius patriarcha monumentis prodit, Obolum inde nuncupatum, quod uetus Athenienſium ex ære numus obeliſci imaginem præferret. Quoniam uero Oboli ſex manum implebant, ut ſcribit Euſtathius, ideſt τὴν ὁράκα, inde Drachmam nuncupamus, etiam ſi nunc manum non impleant Oboli ſex. Ab Obolo deniq; Oboloſtatem dicimus minutulum fœneratorem. Erāt et quadrantes Obolorum, quæ alii Dichalca, nonnulli Trichalca dicunt. Apud Ariſtotelē in Caſei mentione Trophalidas legimus Oboliæas. Sunt autē Trophalides Theodoro formagines. Sciendum uero, Mnam, ideſt Minam eſſe tum libræ, tum Numi nomen, cuius dimidium appellet Hemimnæum. Herodotus Libro V Pentadimnū protulit. Sicuti Lyſias Icoſimnum. Stater aureus mnam æquabat. Itaq; cum Pentaſtaterum legimus, pentamnū intelligimus. Eſt & numiſma Stater apud Ariſtophanem Pluto, ςτατῆρσι δ' οἱ διεράποντες ἠρίζομεν, hoc eſt, Stateribus Serui ludebamus par, impar. Hoc enim obiter ἀρτιάζειν dicūt Græci, cum manu aſtragalos, ſiue Talos occultantes, aut nuces, aut pecuniā Colluſoris uaticinium requirimus. Quidam tamen eo uerbo pilæ luſum accipiunt, uel, ut in conſuetudine dicitur, ξυγὸν, καὶ ἄζυγα. Dicitur & Statera, præter notionem publicā, lignum, unde uincto fune, & alligata mula currus trahebatur, ex ſimilitudine quadam, quippe Stateræ præfert imaginem. Erant & Darici Stateres, Sicut Philippei, & Alexandrei, Qui omnes fului erant, hoc eſt aurei. Philippeorum etiam Liuius meminit, Ab V. C. Libro triceſimo, & triceſimo nono, Sed & Oratius, Rettulit acceptos regale numiſma Philippos, necnon in Bacchidibus Plautus, Ducentos numos aūreos Philippeos dabin? Daricos ſcribunt adæquaſſe pretium eius, Qui ab Athenienſibus dicebatur, Chryſos, ideſt Aureus. Alii drachmas argēti habere uiginti, prodidere, ut Darici quinq; Mnam faciant argēti. Dicti uero Darici nō a Xerxis patre Dario, Sed ab antiquiore altero. Aurea numiſmata uetera, uel etiam argētea gemmarum uicem implere, Pomponius ſcribit. Atheniēſium præterea Numiſma erat Core. Id Euripides Parthenon uocauit, ideſt Virginem, quod Palladis imagine foret inſcalptum. Vnde Eubulus in Anchiſe Palladis polon nuncupat, ideſt pullum. Etiam ſi eſſet itē Corinthiorum numus Polos, Pegaſi habens inſigne. A Partheno numo eleganter feſtiuū effingitur Adagium de poſcimumiis Scortillis, Vt Parthenon amare dicant. Dignū uero ſcitu eſt, Rhetorem Dionyſium, poetam q; cum Athenienſibus ſuadere ret adortus, ęneo uteret numo, χαλκῷν, ideſt æneum cognominari cœpiſſe, atq; ita Veteribus aduocari. Fuit & minutuli ſpecies numiſmatis Comma, proinde facetiſſimus Comicus Sycophantam fel le conſpergens ait, εἶναι τὸ γνησίᾳ κόμματος, quaſi tu dicas monetæ non probæ, cuiuſmodī loquendi figura Vulgo Rhodigini mei utuntur. Danacem uocabāt item nomiſmation, qd Charonti porrigerent paludem Stygiam tranſmiſſuri. Cuius etiam ſit mentio in charonte apud Luciannm, meminerit in Pſyches fabella Apuleius, atq; item in Collectaneis Plut. Byzantiorum numus ferreus erat, Sicut & Spartæ, Cuius pondus magnum quidem erat, pretium fere nullum, aceto inſuper ui hebetata. Vnde numum Spartanū per Paroemiam enūciamus de re conatus magni, emolumenti nullius. Numi ferrei meminit Ariſtoteles œconomicon. II. necnon Stannei, & Ænei, Dionyſius Siciliæ tyrannus, Syracuſanos perpulit etiā Stanneo uti. Ariſtoteles item in Tarentinoꝝ politia, Illos ſcribit, uſos numo, in quo Taras eſſet Neptuni filius, Delphino uehens. Et in Agrigentinorum itē Rep. cuidā irrogatā mulctam Litrarum triginta, pdidit. habet uero Litra Oboli Æginæi pretiū. Decalitron Stater erat Corinthius, obolorum decem. Tetracina attica legimus apud T. Liuium duobus locis. Qui etiā Ciſtophoros nominat. Quorum antea meminerat pro domo ſua M. Tullius. Sed & in epiſtolis ad Atticū, An Ciſtophoro inquit, pompeiano iaceamus? Sunt q digeſtorum Libro XVI. Titulo depoſiti, lege Publia, Ciſtophoros putēt reponēdos, ubi mendoſe leganť mō Coſtrophinati. Illd quoq; nō ptermiſerim, Phedona argiuū ſignaſſe numos pmū, a qbuſdā tradi. Q d Libro octauo ſcribit itē Strabo. Alii Erichthoniū Atheniēſib⁹, et Lyciis, Xenophanes Lydis hoc attribuit. Naxiis uero Agloſthenes. At in Apologetico Septimi⁹ Florēs Saturnū principē numos ſignaſſe, pdit, atq; ideo Ærarii præſidē creditū. Mitylenæi Sapphus imaginē numis inſcalpebāt. At Homeꝝ Chii, a quo et num⁹ nomē accepit. Sicuti

Strabo docuit. Aſis uero puer Delphini inſidentem, Dardanis Gallor pugnam. Aſpendii paleſtas. Rheginileporẽ, Cephallenes Equũ, Thaſii Perſen, Argiui murem, Trœzenii tridentem, quia illic religioſiſſime Neptunus colitur, Plut. tradente. In qbuſdam Græcorum monumentis ita inuenio, Pompiliũ Numã ex ferro, & ære primũ cudiſſe numiſmata, Quę ex proprio Auctoris nomine ſint Numia appellata, cum ante illum ſcortea, & oſtracina pecunia impleret uſum. Quod a' Tranquillo fuiſſe literis traditum, iidem produnt Græci. Legimus tamen alicubi, Populo a' Numa Congiarium datum, Aſſes ligneos, & Scorteos. Numi ſcortei meminit item Hieronymus. Sed & Donatus ad hunc ſenſum illud enarrat Virgilianum, Taurino quantum poſſent circundare tergo. Scribunt tamen græcæ linguæ ſcientiſſimi, Numum non eſſe Romanæ pecunię nomen, Sed gręcum, eorum, qui ſunt in Italiæ, ac Sicilię collimitio, Quoniam Epicharmus in Chytris uerbi eius mentionem faciat. Et Ariſtoteles Tarentinorum numiſma proprie dici Numum tradidit. Adulterina numiſmata reperio dici Paratypa, Et Paracharagmata. Qui uero id cudunt genus, uocari Paracharactas, Paraſemos item numos notæ appellari eiuſdem, ex oratione contra Ariſtocratem liquet. Sic uero nuncupatos ferunt, quod a' Numulariis ita ſubſignarentur, Vt improbitas fieret manifeſta. Hinc apud Demoſthenẽ pro Cteſiphonte Rhetor figurate dicit' Paraſemus. Argentum factum in hiſtoriis fæpicule lectitamus, id eſſe uidetur, paratũ, non rude, ſed elaboratum, cælatum'q; nam quę abſoluta, parata'q; ſunt, facta eruditioribus dici ſolent, Sicuti apud Martialem, Tu factam tibi rem ſtatim putaſti, diſtinguit' tamen a' Signato, quod ex Seneca cognoſcimus de beneficiis primo, Libentius donabo argentũ factũ, q̃ ſignatũ. T. Liuius Ab V. C. Libro XXXIIII. Cautum erat, quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti, ac æris domi haberemus. Apud eundem ęrario illatum infectum argentum quandoq; obſeruauimus. Apud Paulum. Octauenus ita diffinit, Infectæ materiæ pondus, Sgnatæ uero numerum, factæ autem ſpeciem dici oportet. Aſſaria pro obolis poſita'legimus, nam & Aſſem pro re minima apud Ciceronẽ pro Quintio adnotauimus. Aſſem inquit, ſeſe negat daturũ, niſi prius de rebus, rationibus'q; omnibus Societatis deciditſet. hinc illud parœmiodes in Carmine obſcœno. Non aſſis faciunt, eunt'q; recta. Cui conſimile illud Catullianum, Non pili faciunt Cohortem. Eleganter item Seneca, Emas, non qd' opus eſt, ſed quod neceſſe eſt, quod non opus eſt, aſſe carum eſt. Scribit Alicarnaſeus Dionyſius in Menenii mulcta, aſſem fuiſſe æneum numiſma libralis ponderis. Plut. quindecim milliũ aſſium mulctam Camillo irrogatam refert, qui numerus inquit, ad argenti rationem mille, ac quingentas conſtituit drachmas. Nam Aſſis argenteus erat, & hic ex decem æreis Denarius uocabatur. Libræ pondus æris inquit Plinius, imminutum bello punico primo, cum impenſis Reſp. non ſufficeret, conſtitutum'q; ut Aſſes ſextantario pondere ferirentur. i. duarum unciarum, pretio tamen libræ unius ſeruato. Sicut Annibale urgente, Vnciales facti, & Semunciales lege Papyriana. Sextantarios Aſſes non tacuit item Feſtus. Sextiuum denariũ dici, Lectũ eſt, quia in ſex uncias, hoc eſt ſex obolos, ut ait Celſus, diuiditur drachma, quæ latine uocetur Denarius. Sed quod Plinius ait, in Aſſe ſextantario quinq; partes lucrifactas. Ita intelligendum, ex aſſe uno librario ſex fuiſſe factos, qui tantundem ualerent, Dipondiũ item aſſem, ideſt duarum librarum quandoq; fuiſſe appenſum, ſcimus. Caiani aſſes uidentur dici a' Caiis inſcriptis. Inuenio alicubi apud Græcos nuncupari νοθεῖα χρήματα, ideſt nothias pecunias, hæ uero ſui generis non ſunt, Sed ita appellantur, quæ ex paternis bonis contribuuntur Nothis, ideſt Spuriis. Erant uero drachmæ ad ſummum mille, meminit contra Ariſtocratem Demoſthenes. Sed & apud Ariſtophanem uideor Legiſſe quippiam. Sic & Hyphoniæ pecuniæ uocantur Domeſticis interfecti alicuius erogatæ a' cædis auctore, ne ſuum perſequantur ius, meminit Legum ſextodecimo Theophraſtus. Porro' nec omittendum uidetur. Numum, ac Denarium exigui admodum fuiſſe pretii. Quod Varro Terentius oſtendit apertiſſime, Vbi Columborum par Coloris boni, boni'q; ſeminis uulgo uenire ſolitũ ducẽtis numis, aut etiã q̃dringẽtis denariis, ſcribit. Obſeruauim⁹ apud eruditiſſimos, Sagittariũ dici numiſma Perſicum, a' notæ genere ita nuncupatum, hi autem non alii erant, quam Darici, auctore in Apoththegmatis Plut. Ex quo celebre manauit in poſteros Ageſilai dictũ, ſe ex Aſia pulſum trigíta millibus Sagittariorꝝ. Cũ Perſarꝝ Rex ea numorꝝ ſumma corruptis p Timocratẽ Atheniẽſibus, effeciſſet, Vt is de quincia decederet, qd' & in puerbiũ

uenit, de iis,

uenit, de iis, qui pecunia de gradu deiiciunt, qua nil non expugnat. Nam Macedonũ Rex Philippus dicere ſolebat, nullã prorſus uideri inexpugnabilem arcem, in quam onuſtus auro Aſellus ſummitti poſſet. In Germania ſcribit Tacitus, Serram fuiſſe numi notam, unde & Serrati dicebantur. Illud præterea ſciendum, numis quãdoq; apponi ſolitum numerum, quo colligeret pretium, quam notam Æram uocabant. Lucilius hæc eſt rõ peruerſa, Æra numeri eſt ſubducta improbe. Nec me fallit, Aſtrologos non recentiores modo, Sed Veteres quoq;, ut Ptolemęum, & Theona, tẽporis initiũ, quale foret natiuitatis Chriſti, uel aliud illuſtre principium, quo ſupputationes incipiunt, Aeram item uocare. Tenedius numus in ueteribus memoriis uel celeberrimus eſt, Quoniã Tenedius Rex olim ſanxiſſet lege, ut Mœchis utriſq;, ſi deprehenderentur, caput ſecuri præcideret. quã legem in filio quoq; rigi de ſeruarit. Quare in numo illic percuſſo cuſtoditũ, Vt a` parte una Securis, ab altera facies duæ ex Ceruice una prodeuntes ſignarent. Illud uero ſuppondii loco adieciſſe, non obfuerit. Sacellium capi pro marſupio, quod & Balãtium uocant Græci, Vnde & Balantiotomĩ apud Ariſtophanem, Qui de Zona propendentes crumenas præcidunt. Ab Sacellio Sacellarios inflecti animaduertimus. Trapezitarum Thema in Plut. moralibus nõ ſemel inuenio dici de pecunia apud Numularios depoſita. Nam & Thematiſmũ in Architectandi rõne poſitum, Stationem intcipretantur, quæ decorem operibus parit. Veluti cum Ioui, fulguri, Soli, Lunæ, Cælo hypæthra. i. ſubdialia conſtitui debere templa proponimus, At Mineruæ, Marti, Herculi dorica ſeueritate, nullis admodũ delitiis. Veneri, Florę, Proſerpinæ, fontium nymphis laſciua Corinthiorum, florida'q; exornatione cum foliis, Volutis'q;. Iunoni, Dianę, Libero patri Ionica mediocritate. Epithema uero additamentum ſignat. Theſis autẽ eſt Præſtantis in philoſophia Viri παράδοξος ὑπόληψις. i. opinio admirabilis, Sicuti Antiſthenis illa, ὅτι ἀκέστην ἀντιλέγειν. Quæ ſi obrepat in plures non inurbanos, Iam αἵρεσις. i. Secta nuncupatur. Sed inter pullatos, Gregales'q; κοινὴ ἔννοια. Cibdela item uocant numiſmata obleſa, & adulterata, dicuntur ſic, quaſi ἀπὸ τῶν χίων δεδηλημένα. i. a` Chiis corrupta, uitiata'q;, per literæ ſoni pinguioris demutationem in exilem. Cibdeliam etiam argẽti ſordes nuncupant, figurate uero etiam impoſturam, ſicut κιβδηλεύειν impoſturam facere. Æris appellatione Aurum item cõtineri, Vlpiano credimus. Policam numiſmatũ artem eſſe, tradit Plato, unde Numiſmatopolica res dicitur quandoq;.

¶ Symbolica Simulacrorum additamenta enarrãtur. Senectus anguiũ, ſiue Leberis, aut Syphar. de Teſtudinis Carne. Epicrotos quid. Caput III.

Teſtudinem nõ modo Numiſmatũ fuiſſe notã, quod pauloante aſtruebamus, Verũ etiã Secreti, ac Silentii Symbolum, ex ueteri nobis lectione, tanquã cela quadã proma affatim ſuggerit. Hoc enim argumẽto Heliẽſib⁹ Phidias Vẽnerẽ fecit, quæ teſtudinẽ calcaret, opertius, implicatius'q; cõmonſtrans, Eſſe muliebris decoris, ædes cuſtodire, ac Silentium. Vxoriũ qppe ornamẽtũ eſt, aut cũ marito, aut p maritũ loq. Nam & Ægyptiis mulieribus inde uti calceis, nõ fuit patrii moris, ut ita domi ſe ꝓtinere, quodãmodo cogerent. Cæteꝝ Phidiæ ſolertem prudentiam indicat illud quoq;, Quod Pallados Simulacris Draconẽ apponere ꝓſueuerat, ueluti ambage tacita innueret, Virgũculas ꝓuigili cura indigere, ut pudor caſtus ſeruet, illibatus'q;. Per uulgatum aũt, Ædiũ, Adytoꝝ, Oraculoꝝ, nec nõ Theſaurorũ cuſtodiæ præfici Dracones. Sed & Salutis, Æſculapii'q; ſimulacris id ipſum ſubiiciebat animal, Vt in Sympoſiacis Macrobius ſcribit, Solis argumento, & Lunę, quo ſalubri temperamẽto humanis præſtat Corporibus, ut uelut infirmitatis pelle depoſita, ad priſtinum reuireſcant uigorem, ſicut reuireſcere Dracones uiſunt, pelle ſequeſtrata, quã nũc Seniũ, nũc Senectutẽ appellat Plinius. Leberida græci. Callimachus in Hecale ẽt Syphar. Symbolica uero id genus multa in Veteribus imaginibus curioſus deprehẽdat lector. Nã in Creta Iouis ſimulacrũ ꝓfingi, exculpi'ue, aut ex ære duci ſolitũ accepimus, μηδὲν ὦπα, hoc eſt aurib⁹ nullis. Quãdo Principẽ Viꝝ, & oĩbus late dominantẽ audire addecet neminẽ, Sed id demũ pſeq, qđ dictat rõnis examẽ, & iuſtitiæ nuſquam præflorata integritas. Adiiciamus porro`, quod ſit Capiti huic auctarium, Obſeruatum nobis de teſtudine illud etiamnum quinto halieuticon ex Oppiani Interprete, Teſtudine inquit, ſiquis ueſcatur, deglutiat'ue πολυσμίως, multum inde iuuari. Si uero πρὸς κόρον, læſionem fieri manifeſtam, enata inde Paroemia, χελώνης κρέας ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φα-

γεῶν. Teſtudinea carne aut ueſcendum, aut non omnino ueſcendum. Paucitas Strophos facere narrat, ideſt Tormines. Copia uero detergere, atq; expurgare. Illud obiter adiecerim, Epicroton dici pauitam, & complanatam terram, ubi incubet Teſtudo.

¶ De M. Euangeliſta, & Antonio Anachorita. Vatieni hiſtoria, qui ſiniſtræ manus digytos abſciderat. Scuti geſtatio. Inſertorium quid, & quid Telamon. Item Hoſtorium. Pliniana Lectio aſſeritur. Item de Porpace, & Ochano. Nicię ſcutum. Pelta amazonica.

Caput IIII

Marcum Euangeliſtam Dei electum poſt fidem, Hieronymus ſcribit, pollicem ſibi amputaſſe, ut Sacerdotio reprobus efficeretur. Sed & Antonium Anachoritam, ne allegeretur Epiſcopus, Læuam ſibi auriculam ferro præſecuiſſe legimus, nata inde theologis quæſtione ambagioſa, Liceat'ne cui ſeipſum admutilare. At in literis noſtris Cn. Vatienum prodit hiſtoria, Qui ſiniſtræ manus digytos, ne bello italico militaret, abſciderat, bonis publicatis, æternis uinculis puniendum, Senatuſconſulto eſſe ſancitum. Vſu uero ſcuti eo facto is ſe priuaſſe uidebat', quod ſiniſtra manu capi ſolitum, Ælianus teſtis eſt, Qui ait, Scipionē oſtentanti affabre ſcutum militi dixiſſe, non in Læua, Sed in dextra homini romano ſpem ponendam. Cleomenem uero Spartanorum Regem docuiſſe tradunt, Clypeum non ex annulo ſuſpenſum, Sed Brachio inſertum geſtare. Et Plinius Libro triceſimotertio, Qui annuli uſum primus inſtituit, cunctanter id fecit, Læuis'q; manibus, ac latentibus induit, cū ſi honos ſecurus fuiſſet, dextra fuerit oſtentandus. Quod ſi impedimentum potuit in ea aliquod intelligi, etiā inſertorii uſu argumentum eſt, maius in læua fuiſſe, qua ſcutum rapitur, hactenus ex Plinio. Hermoleos tamen undecunq; Vir doctiſſimus eum locum ita reſtituendum opinatur, Vt nunc Conſertoris uſu, nunc Sertoris reponat, lectione publica (Quam tamen nō ut Idiographā ſemper probamus) expuncta, & uerbo eo bellatorem intelligat, ut in iure manu conſertum apud Ciceronē, & Gellium, nam & Deſertores a' Scuti reiectione Rhipſaſpides græce nominantur. Sed qd ſi in Plinio luxandum, mutandum'ue eſt nihil? Vt Inſertoriū accipiamus Scuti lorum annuli uice, inter quod, & ipſum ſcutum inſertamus manum. Vnde apud Virgilium, Clypeo'q; ſiniſtram inſertabam aptans, Vt ea ſit Vocis huius deſinentia, quæ in hoſtorio eſt, & Amatorio. Signat autem Hoſtorium radium, ſiue inſtrumentum, quo radun'tur menſuræ, unde etiam prouerbium, Sine radio cumulare, ſeu abſq; hoſtorio, quod eſt affluenter, & ultra menſuram congerere, Plautus, Dii, Deæ'q; omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia ſine radio cumuletis. Inſertorium Græci Telamona uocant. Vt apud Homerum Iliados ſecundo, ἱδρώσει μέντοι τελαμὼν ἀμφὶ στήθεσφι ἀΐσσων ἀμφιβρότης, quāquam uidetur Poeta idem operis eiuſdem Libro XXIII. Enſis Lorum etiam appellaſſe Telamona. Vt ſic, unde propendet Scutū, etiam dicatur Telamon. Sed & Linamenta ꝯcerpta Vulneribus peraccommoda Herodoto dicuntur Telamones, uel faſciolæ potius, quibus oblæſa membra obligari ſolent. Nam Vitruuio Imagines hominum columnas ædium fulcientes, aut ipſa ædificia, Atlantes dicuntur græca uoce, Latina uero Telamones, Nam Seruius Grammaticus ſcribit, Nilum latine Melonem dici, Atlantem Telamonem. Id cur ita, ignorare ſe, Vitruuius ingenue fatetur. Omnino duplex in ſcuto uiſimus nunc Lorum, altero pēdet ab humeris, Alteri inſertat' manus, de priore apud Homeꝝ forte rectius intellexeris. Nā & Iamblichus ita ſcribit, τοὺς βαλὼν δὲ τοὺς χεῖρας αὐτῶν τελαμῶνας προσέθηκε τῇ κλίνῃ. Certe Euſtathius in Homeri enarratione, Telamon inqt, eſt Latius Lorum, quo ferē ſcutū. unde & Ἀναφορεύς dicit'. i. Anaphoreus, ἀπὸ τῆς ἀναφέρεσθαι. Iulius Pollux Onomaſtici ſeptimo, Sindon inqt, ægyptia qdem eſt, ſignat autem opertorium, quod nunc Dicroſſum dicimus. Eſt & alicubi Telamon Sindonites. Idem libro quinto Telamoniam uocat Latius Lorum clauis ſuffixum, quo Venatorii Canis Latera pręmuniuntur. Sciendum porro Inſertorium ipſum dici item Porpaca, ſiue is foret annulus, ſiue annulo quid ſimile, quod Homeri tempora non nouerant, nam etiam Porpax annulus uocatur. Sed non qui digytis geſtetur. Præfert hoc Epaminondæ hiſtoria, Qui Campeſtrem, planam'q; regionem belli eſſe dicebat Orcheſtram, quam nemo quiret obtinere, ni manum porpaci inſertaſſet. Vocatur item Ochanos, quo circūagi in orbē Scutū poſſet, propterea templis quandoq; dicata

ſine Ochanis

ſine Ochanis ſcuta legimus, ne ad belli uſus detraherentur. Nam & Euſtathius Ochanon τὸ τῆς ἀσπίδος κράτημα interpretatur, ἀπὸ τοῦ ἔχειν, alibi Ochanum cum Porpace idem facit. A Caribus Ochana uidentur excogitata primum, Nam Carica dicuntur, unde eſt Anacreontis illud, καρικοπρῳρὸς ὀχάνου. Sicuti Caricas dixit Criſtas Alcæus. Fuit quoq; ueteribus ſcutum Læſeium, quod Anaphorea non habebat, Sed in meditullio Iugum. Sunt qui eo nomine ſcutum intelligant oblongum, Aut breue, corioq; confectum crudo, & proinde piloſum, ex quo ſit etiam nomen, quaſi λάσιον. Sed addit Herodianus, tegumenta corporis omnia, quæ manu ſuſtineantur Læua, dici Læſeia. Illud obiter dictum hoc loco ſit, Niciæ ſcutum ab auctoribus celebrari, quod eſſet auro, & purpura ſplendidum. Amazonicam pelta Xenophon ſcribit, hederæ folio fuiſſe conſimilem, Sed & Coracinum in Nilo piſcem dici quoque Peltam inuenio.

¶ De Gemoniis Gradibus, Et cur ſic dicantur. Item de Gradibus Caſtoris, & Aureliis. Locus Ciceronis explicatur. Suppliciorum genera plura. Cap. V.

Gemonios gradus diritate ſupplicii in Romana hiſtoria infames, ex paulo elegantioribus, neminem puto latere. Nam M. Claudium, quod fœdam cũ Corſis pacem feciſſet, hoſtibus deditum primo accepimus, factumq; eius reſciſſum, libertatem ademptam, mox et Spiritum extinctum. Corpus contumelia Carceris, & deteſtãda Gemoniarum Scalarum nota fœdatum. Dicti Gemonii gradus, quod locus eſſet genitus, & Calamitatum. Nam quod aliqui augurantur de Gemonio auctore, parum comperi. Gemonios gradus apud Plinium inuenies libro octauo. Cornelius item Tacitus, tunc inquit, confoſſum, collaceratum q, & abſciſſo capite trũcum Corpus Sabini in Gemonias trahunt. Gradus, uel Scalæ dicebantur, quantum coniectura ducor, quod ſurrectus foret locus, ac gradibus quibuſdam conſcenderet? Sicuti apud Græcoſtaſin Gradus erant, de quibus ad Q. Fratrem Cicero, Deinde inquit, eius operæ repente a Græcoſtaſi, & Gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerũt. Eum locum Patauii Prouincialibus Scholaſticis cum explicarem, dixi, mihi intelligẽdum uideri de Gradibus Caſtoris, auctoritate Ciceronis maxime, Apud quem in oratiõe pro domo ſua ſic legimus. Cum uero inquit, gradus Caſtoris conuelliſti, ac remouiſti, tum ut modeſte tibi agere liceret, homines audaces ab eius templi aditu, atq; aſcenſu repuliſti? Aedem uero Caſtoris, ſiue Caſtorum, fuiſſe in foro, ex Plinio liquet, ac cæteris. Videntur tamen & in foro Gradus Aurelii fuiſſe, ut ex oratione pro Flacco eſſe manifeſtum poteſt. Hoc nimirum eſt illud, quod nõ longe a gradibus aureliis hæc cauſa dicitur. ob hoc crimen hic locus abs te Læli, atq; illa turba quæſita eſt. Sed & pro Cluentio apertius, Gradus illi Aurelii tum noui, quaſi pro theatro illi Iudicio ædificati uidebantur, quos ubi accuſator concitatis hominibus complerat, non modo dicendi ab Reo, Sed ne ſurgendi quidem poteſtas erat. Verum ut ad alia pergamus, ſcribit Plutarchus Galbæ caput multifariam cæſum, & omni contumelia affectum, fuiſſe, poſtremo in eum locum abiectum, in quo eos necant, quos Cæſares ſupplicio dedunt. Vocatur inquit, locus Sextritium. In Græcis tamen Codicibus ſcriptum inuenio, σησέρτιον, quod non aliter latine inaudias, quàm Seſtertium. Tarpeia inquit idem Plutarchus, uocat Capitolii ſaxum, è quo deturbari Sontes, moris eſt. Hinc Oratius Sermonum primo,

Tu'ne Syri Damæ, aut Dionyſi filius audes
Deiicere e ſaxo Ciues? aut tradere Cadmo?

Eum uero locum exponens Porphyrio, Tribuni pl. inqt, damnatos de ſaxo Capitolii præcipitabant, adiicitq; fuiſſe Cadmum notæ crudelitatis Carnificem. Etiamſi Camo legunt alii, uinculi genus eo intelligentes uocabulo. Quanquam multiplex eſt in græcorum doctrina eius uerbi notio. inter alias ea maxime arridet, quod ſic dicebatur reticulatum Cadiſcorum operculum Coli imagine quadam, deſuper latum. infra anguſtius, ne immiſſa ſuffragia dilaberentur. Metellum Plinius ſcribit, a Catinio Labeone, tribuno pl. ad Tarpeium eſſe raptum, ut præcipitaretur, meminit & Lucretius.

Carcer, & horribilis de Saxo iactus eorum.
Verbera, Carnifices, robur, Pix, Lamina, tedæ.

Quo in loco etiam Tunicam ſignare uidetur, quam dicunt moleſtam, quia ignium alimentis illita, & intexta, ut Seneca docuit, ac mox ſuccēſa cruciabiliter obuolutos nocētes amburebat. Vngula item tormenti genus erat. Cuius meminit Cyprian⁹, Euſebius, atq; item Tertullian⁹. Apud quem Aſcias, & Runcinas inter inſtrumenta ſæuitiæ diligens lector inueniet. Rotæ tormentum Germanorū fere peculiare cenſetur, Ita tamen, ut eius meminerit Ariſtophanes Pluto, ἐπὶ τὸν τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ τρεχλούμενον ἀπεῖν, ἃ πεπανούργηκας. Rota torqueri te illic, neceſſe eſt, ut exculpatur, quod perperam feciſti. Inibi Interpretes adnotarunt, Seruile id fuiſſe ſupplicium. Alioqui Rotæ inferuntur noxii, & membratim rotarum conuulſi radiis lentitudine mortis maximo cruciatu perimuntur. Cētronas inuenio poſitos pro furibus manifeſtariis, Quoniam, dum in quæſtione haberentur, ſtimulos, quæ uocant Centra, illis admouere mos fuit, unde Centrotypi uocantur, qui ſtimulis equos exagitant, Aurigæ. Quanquam eſt & Centron Straguli genus ex diuerſis conſarcinatum, quod Iumētis iniicitur, ex quo item ex diuerſis coaptata, concinnata'q; compoſitio Centron nuncupatur, quod genus ſunt Homerocentra. Nos Centonem dicimus, ſimplex plebecula Celonē, dictione paululum modo luxata. Sunt qui Centronis nomine Conuiciatorem intelligant, quod ſit ueluti Centrotypos, Auctor Ariſtophanis Interpres in nebulis. Fidiculas accipiunt pro tormento, quo ab tortore Sōtes funibus, alligatis manibus a tergo, torquentur uulgo. Eius certatim meminerūt omnes, Seneca, Fabius, Cæteri. ἀγχονισμὸς a græcis dicitur genus id cruciamenti, aut compar. Saxis adobruere, Macedonici moris erat. Apud quos item Coniuratorum cognati omnes deuotis capitibus, ad ultimum petebantur ſupplicium. In Perſide Nocentum ueſtimenta, & Tiaras auellunt, cædunt'q;. Illi uero ubertim flentes apprecantur, deſinant. Hyſtrichis item erat inter inſtrumenta, quibus diſcuterentur nocentes, uidetur ex ſetis ſuillis flagellum fuiſſe, unde & conflatum eſt nomen, quaſi ex ὑείων τειχῶν. Duo imprimis ſupplicii genera fuiſſe apud antiquos Romanos inuenimus. Aut enim pūiebantur more maiorum, qui capitalem fraudem admiſiſſent, hoc eſt pendentes furca nudis corporibus, & ad mortem uirgis cæſi, ut interpretatur Tranquillus in Nerōe, aut ad ſcalas Gemonias trahebantur, hoc eſt inſerto Gutturi unco producebantur in harenā, ubi poſtea pendentium crūra frangebantur, & igni iniecto ardebāt. Sicuti in Claudio Suetonius commemorat, Et Nero exercuit in Chriſtianos. Quibus ardētibus in uſum luminis eſt uſus. Domitianus etiam faces per obſcœna immitti iubebat. Cæterum id ampli⁹ animaduerſiōe dignum, Supplicium more maiorum a Cicerone in Piſonem intelligi, cum ſecuri Caput præciditur. Morem autem uerberandi, & de condemnatis ſummum ſuppliciū ſumendi, e Græcia manaſſe ad Romanos, Auctores habemus certiſſimos. mox uero Porcia lata lex eſt, ſicuti Cicero in quadam quoq; oratione innuit, Et leges item aliæ paratæ, quibus exilium dānatis permittebatur. Verberaſſe, aut neceſſe Romanum Ciuem, impium cenſebatur. Nam & pro Q. Ligario M. Tullius ſignificat, Externorum eſſe, morte damnare. hinc celebres hiſtorici ſcribunt, Syllam primum Romanorum eſſe inuentum, Qui morte mulctaret. Sunt qui in metallum damnantur, Qui'q; in opus metalli. Interſtitium modo in uinculis eſt, Nam qui in metallum damnantur, grauioribus premuntur uinculis, inquit Vlpianus, item'q; refugæ ex opere metalli in metallum damnantur. Ex metallo grauius coercentur. In Calcariam quoq;, & Sulphurariam damnantur aliqui. Verum pœnæ hoc genus metalli item ſunt. In miniſterium metallicorum fœminæ damnari ſolent in perpetuum, uel ad tempus. eodem modo & in Salinas, & ſiquidem in perpetuum, quaſi Seruę conſtituuntur pœnæ. Sunt & qui in ludum damnentur uenatorium. Vltimum ſupplicium mortem ſolam interpretamur, inquit Celſus. Caſtigatiōem fuſtium, Virgarum'q; ſupplicium inuenio docte, ſcite'q; Fuſtuarium dici. meminit eius uocabuli Serui⁹ Aeneidos ſexto. T. item Liuius Ab V.C. libro quinto, fuſtuarium inquit, meretur, Qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Polybius auctor eſt, in libro de tribus politiis, duo imprimis Suppliciorum genera fuiſſe in militiæ diſciplina, Decimatiōem, & Fuſtuarium. Fuſtuarium quidam fuſtigationem interpretantur. Modeſtinus quoq; Iureconſultus inter pœnas militares fuſtium caſtigationem recēſet. Fuit qui fuſtuarium apud Ciceronem interpretaretur pro eo, qui flagris cædit. Sed id quàm recte, uiderit ipſe. Hūc utiq; Virgatorem a Plauto dici, legimus. Calliſtratus Iureconſultus, digeſtis de pœnis, inter ea, quæ corporis coertionem continent, fuſtium ammonitionem,

nem, flagellorum recenſet caſtigationem, uinculorũ uerberationẽ. Marcellus ſentire uidet, Liberum cædi fuſtibus, flagellis Seruum. Scopare in fuſtium, uirgarum q; ammonitione uſurpat ſimplex Vulgus, Quo tamen etiam ſcientiſſimus, ac eloquentiſſimus utitur Hieronymus, cum in Eſaię tralatione ita ſcribit, Scopabo Babylonem in Scopa terẽs, dicit Dominus exercituum. Dignum uero ſcitu eſt, Scopam dici a` Græcis κόρημα. i. Corema, ἀπὸ τοῦ κορεῖν, quod Scopare, ornare q; nobis indicat. Vnde illud apud Ariſtophanem elegantiſſimum, μὴ κόρει τὴν ἐλπίδα, ne ſcopes Græciam, ideſt ne in deſolationem redigas, Sic enim loquebantur antiquiores Græci, ubi imprecatione acrius uti uellẽt. Sicuti apud Menandrũ, ἐκκορηθείης σύγε, ideſt ample pereas, deſtruaris q. congruit aptiſſime cum Hieronymi tralatione. Porro` Cratis item ſupplicium inuenio apud priores. Id fere` erat, cum qs deiectus in aquã, crate ſuperne iniecta, ſaxis q congeſtis mergebatur. Anchoram item ferream ſcribit Plut. ſolitum fuiſſe Pauſaniam ceruicibus eoꝝ, quos crudelius caſtigaret, ſubnectere, ac totum diem ludibrio ſtare coegiſſe. In puteum præterea demergi cõſueuiſſe, qui cruciabiliter punirentur, ex Plautino penu licet agnoſcere, In quo & Laminas ardentes adnotauimus, Quarum etiam Gellius meminit, & Euſebius. Neruũ appellabant ferreũ uinculum, quo impedirentur Pedes. Plautus eo quoq; Ceruices uinciri ait. Hinc apud Gellium Catonis feſtiuum adagium. Priuatorum fures in neruo, & Compedibus ætatem agunt. Publici in auro, & purpura uiſuntur. Icrion Græci inſtrumentum uocant, quo cruciabantur Martyres, q̃q̃ pro patibulo item poſitum inuenio. Cæterum illud memoria dignum, quod eſt apud Thucydidem obſeruatũ, Conſueuiſſe Athenienſes Cenotaphiis eorũ, q infeliciter decubuerãt, q̃ q in Attica ſepulti non erant, Icrion apponere. Sunt q ea uoce ſignificari tabulata putent, aut etiam ſurrecta omnia, atq; etymi ratione aſpirationem addant. Vnde Icriopœi dicunt, q circa forum tabulata compingũt. Paratilmos ſupplicii genus erat, quod pauperioribus in adulterio deprehenſis irrogabat, ſiqdem ditiores pecunia ſe redimebant. Inopi expilabat ſedes. unde & nomen, nam παρατίλλεσθαι euelli ſignat. Erat eorundem Aporaphanidoſis quoq;, cum in anum intruderent Rhaphani, aut qd eiuſmodi, ut eſt apud Catullũ. Tympana in Ariſtophanis Pluto, Ligna ſunt, qbus cæderent nocentes. Vbi etiam Cyphon nominat. Id uero ligneum erat uinculũ, ſiue, ut nũc, etiam ferreum. Vulgus Berlinam uocat. Quidam etiam κλοιὸν dicunt, aut Calion. Vnde improbis quoque Cyphonis adhæſit nomen. Et Cyphoniſm⁹ pro ſupplicio. Quanq̃ eſt item in curru pars dicta Cyphon. Velut ſub ea Virgæ Hypocyphonia uocant, & Cyllobantes. dicit Cyphon ἀπὸ τοῦ κύφειν, ideſt a` Capitis proclinatione, nam & incuruati dicunt Cyphalei. Sed Cyphella nubes appellant ab occultandi poteſtate, quia cæli adimant aſpectum, quaſi Crypella παρὰ τὸ κρύπτειν. Apud quoſdam ita cautum animaduerto, Vt qsqs per audaciam legum placita riſui habuiſſet, diebus uiginti in Archiuo uinctus Cyphone perſeueraret nudus, melle, ac Lacte delibutus, Vt apibus, muſcis q eſſet pabulũ. dilapſis uero iis, muliebri indut⁹ ueſte deturbaret in præceps. Aulam uero dicebant Locum, quo ducerent damnati. Quem mox Iuniores ἀρχεῖον, ideſt Archiuũ appellare cœperint. At ſiqs mortem ſibi admouiſſet, moris Athenienſiũ fuit, manum, quæ hoc peregiſſet, abſcindere, ac ſeiunctim a` Corpore humo contegere. Abigeos Vlpianus ſcribit, cum duriſſime puniuntur, ad gladium damnari ſolere.

¶ Furum ſupplicia diuerſa. De Dracone Legũlatore. Furũ ſpecies aliquot. De Lãce, ac Licio. Item de Laro. Larco, & Saccullariis, & Balantiotomis. Cap. VI.

Q Voniam uero in digytos quodammodo Supplicĩorum, quibus uſos ueteres comperimus, genera mittere eſt uiſum, non inſcitum, improſperum q; fortaſſe fuerit, etiam conſtitutas furibus pœnas exequi, quas pro morum conſuetudine diuerſis in locis fuiſſe uarias accepimus. Siqdem Draco, quem ſanguine, non atramento leges conſcripſiſſe, proditum eſt, Qui q; omniũ Princeps Athenienſi populo tuliſſe eaſdem memorat, Qualecũq; admiſſum foret furtum, mortis pœnam irrogauit Auctori. Hũc ferũt in Theatro apud Aeginam præfocatũ, ſepultum q, petaſos, ueſtes q omnifariam coniicientib⁹ in eũ uniuerſis. Mox & leges antiquatas, abolitas q non qdem decretis ullis, uerũ tacito, illiterato q cõſenſu. Solon factus & ipſe Legumlator,

mitioribus pœnis adortus morum emendationem, Dupli pœna uindicandum, sanxit. Decemuiri pro furtorum imparitate dispariles induxerunt Suppliciorum metus. Quippe manifestarium furem, quod & Caius repetit digestis ad legem Aquiliam, tum demum necari indulserunt, Sed clamoris tamen testificatiõe, ut Caius inquit, si tenebrarum beneficio sese in facinus insinuasset, aut Luce quoq; Si telo se tueri ausus foret, quo euaderet. Cæteros id genus, si liberi forent, uerberibus subiecerunt. addictos ei, unde furtum factum foret. Si Serui, a' Verberibus etiam de saxo dari in præceps permiserunt. Pueros impuberes Ad Prætoris arbitria reiiecerunt, Qui & factam noxam sanciret. Erant uero furta, quæ per lancem, Licium'q; concipi dicebantur. Puto, quia Qui in alienam domum expilandi proposito ingrederetur, Sicut Qui Magistratibus præministrabant, Lictores, Licio præcingebatur, Lancẽ'q; ante oculos obtẽdebat, propter matrum familias, aut uirginum præsentiam. Liciis uti in ueneficio, ueteris fuisse moris, abunde Maronis ex bucolico ludicro Carmen comprobarit, implicandæ, obturbandæ'q; mentis gratia, sicuti Liciis implicatur Stamẽ. In hoc furum genus perinde uindicatũ, ac in manifesti furti reos. Cæterum & hæc mutata cũ temporibus, interpolata'q; pœnarũ sanctio, Quoniam in manifestariũ furem Quadrupli constituta est actio. Manifestum furtum intelligi uoluere priores, ut auctor Massurius scribit, quod deprehenderetur, dum perpetraretur, hoc est, ut Græce dicam, ἐπ' αὐτοφώρῳ, siue ἐπ' αὐτόπτῳ, idest in furto ipso, & in oculis. Sic enim reponendum apud Vlpianum digestis de furtis, ubi temporum inscitia dictio græca obliterata pernoscitur. Faciendi furti finis intelligitur, cum perlatum est, quo' ferri cœperat. Furti concepti, item oblati pœna tripli est. Scitu digna sunt, quæ Vlpianus scribit, Si Vxor inquit, alicuius furi opem tulerit, furti non tenebitur, sed rerum ammotarum. Quia uero non esse unum tantum modo genus furꝝ, liquet, Inueni, Qui aris clam assidentes, ut oblata suffurentur, Bomolochos appellari tradant, quasi περὶ τοὺς βωμοὺς λοχῶντας, idest circa altaria delitescentes, insidiantes'ue. Quanquam & eo nomine dicuntur mendicabula in templis suppliciter corrogantia stipem, atq; item Tibicines, & Vates rebus diuinis adhibiti. Sed & Scurræ Bomolochi figurate dicũtur, Qui'ue despicabiles, uilissimi'q; possunt Lucelli causa etiamnum illa pati, quæ nec Sarmẽtus iniquas Cæsaris ad Mensas. Laron Comici pro furacissimo usurpant quandoq;, nam est auis Laros uoracis naturæ, rapacis'q; Sunt qui fulicam eo nomine accipiant, ut inde etiam Larius nuncupet' Lacus de Auitii eius copia. Larum Theodorus Gauiam interpretatur, Cui sit Color σπονδοειδὴς, idest cinereus, ut scribit Aristoteles, qui etiam Laron nuncupat λευκὸν, idest album. At Cepphum, idest κέπφον fulicam reddit Theodorus idem. Larcos autẽ Vas intelligit'. in quo feruntur Carbones. Depeculatores hoc est, qui publica interuertunt, Vocant iidem Molgos, & Amolgos a' mulgendi consuetudine, quod dicitur ἀμέλγειν. proinde ex aphæresi curare, facete dicti. Sunt in hoc genere & qui Balantiotomi græce nuncupantur, uelut Marsupiorum incisores. meminit contra Ctesiphontem Aeschines. Adducẽt inquit illum, ueneficum Balantiotomũ, q Rẽp. incidit. Hos forte Saccularios recte dixeris, ex Asconio.

¶ T. Liuii locus emendatur ex primo, ubi legitur, Lex horrẽdi criminis erat. Item locus Plinii enarratur, de arbore suspendio eligenda. Cap. VII.

Sed enim quia de Suppliciis copiosius agere collibuit, fraudi non erit, opinor, Si ad Lacteos T. Liuii fontes diuerterimus, uitiatis, interpellatis'q; codicibus laturi opem pro uirili. In primo siqdem Ab V. C. sic ferme' scriptum reperias. Lex horrendi criminis erat, Duumuiri perduellionem iudicent. Quam lectionem sciolis, ac male feriatis plerisq;, quorum min⁹ intercutanea eruditio superficiaria modo rimatur, ac discutit, plausibilem uisum iri, nõ ambigo. Arridet enim pullato circulo demum, quod obuium, quod'q;, ut dicitur, ex triuio est. Atqui pensiculatius expendenti loco uerbi, criminis, reponendum uidebitur Carminis. quod resipit uetustatem, & eruditionem habet classicam. Legum siquidem dicebantur carmina, nõ crimina. Quod ut constet, ad anchoras recurrendum, hoc est Veterum auctoritas aduocanda, qua maxime aduersus peruicaces stemus. M. igitur Tullius in Oratione pro Rabirio Posthumo ad hũc modum scribit. Nãq; hæc tua, quæ te hominem dementem, popularem'q; delectant. I, Lictor, colliga

ctor, colliga manus, quæ non modo huius Libertatis, manſuetudinis'q; nō ſunt, Sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii. Tarquinii ſuperbiſſimi, ac crudeliſſimi Regis iſta ſunt cruciatus Carmina, Quæ tu homo leuis, ac popularis libentiſſime commemoras. Caput obnubito, Arbori infelici ſuſpēdito. hactenus Cicero, qua in parte ne obrepere qdem ſuſpicio poteſt, quātumuis in utranq; aurem dormias, Legendum eſſe criminis. Sed & de Oratore primo libro ita exaratum adnotauimus. Vt totum illud, uti lingua nuncupaſſet, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, Sed in Magiſtri carmine ſcriptū uideretur. hoc uero loco Carmen ſignare præſcriptum, aut ſententiam, ſiue præceptum coniectamus. In quam notionem reperias item de lege Agraria libro ſecundo. Sed & T. Liuius, Ab. V. C. libro XXXIX. Concione aduocata, ſolēne Carmen precationis fari prius quàm populum alloquantur, Magiſtratus ſolere, auctor eſt, Sed & libro primo, Sua item Carmina Albani, ſuum'q; iuſiurandum per ſuum Dictatorem, ſuos'q; Sacerdotes peregerunt. Et pauloante, Quæ longo effata carmine non opę eſt referre. Sed utiq; de Carmine nō eſſe mīrandum, Aſconius Pædianus facit, qui Verſiculum pro uerbo, quod inſolētius eſt, uſurpaſſe deprehenditur, cum ita ſcribit, tribus uerſiculis enim ait, Accepi, dedi, reliqui, neqs uero mendum putet exemplarium, Id ex Cicerone eſt, Verrinarum tertio. Audiſtis quæſtoriam rationem tribus uerſiculis relatam. In Epiſtolis uero ad Brutum, ſic refert, Breues tuæ literæ, breues dico? immo nullæ, tribus'ne uerſiculis his temporibus Brutus ad me? Cæterum quia in Suſpendio Arborem infelicem nuncupat Veteris Carmē legis apud Liuium, & Ciceronem, Ad eam alluſiſſe Plinius apertiſſime mihi uidetur, cum in præfatione naturalis hiſtoriæ dicit, Ceu uero neſciam, aduerſus Theophraſtum, hominem in eloquentia tantum, ut nomen diuinum inde inuenerit, ſcripſiſſe etiam fœminam, & Prouerbium inde natum, Suſpendio arborem eligendā. In nodi huius explicatione cæcutire multos, palàm eſt, etiam ſi non inſint Platonici numeri, aut Bœotia ænigmata, nec ex Vulturum nidis expoſitio petenda foret. Siqui ergo hactenus exudarunt in eo, iam opinor, deſinent Saxum uoluere. felices autem Arbores, ne hoc relinquamus inenarratum, Cato dixit, quæ fructum ferunt, Infelices, quæ non ferunt. Plinius auctor eſt, Infelices exiſtimari, damnatas'q; religione, quæ neq; ſeruntur unquam, neq; fructum ferunt. At Veranius de Verbis Pontificalibus, felices inquit, Arbores putantur, Quercus, Aeſculus, Ilex, Sapinus, Fagus, Corylus, Sorbus, Ficus alba, pyrus, malus, Vitis, Prunus, Cornus, Lotus. Tarquinius uero priſcus in Oſtentario arborario ſic ait. Arborum, quæ inferum Deorum, auertentium'q; in tutela ſunt, eas infelices nominant, Vt quæ baccam nigram, nigros'q; fructus ferunt. Cæterum nequid omnino diſſimulem, poteſt ex Plinio ipſo item Prouerbii ratio erui. Quoniam apud eum ita legimus, In Aulocrene Platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſia uictus ab Apolline, Quæ iam tum magnitudine electa eſt, Sed in eadem naturali hiſtoria legimus, Canes ſupplicia annua pependiſſe, inter ædem Iuuentutis, & Sūmani in furcas Sambucea arbore fixos. Quin & alibi idem auctor Pyrrhi legatum facete luſiſſe ſcribit, in auſteriore guſtu Vini, merito matrē eius pendere in tam alta cruce. Adiiciamus uero & damnandi ritum, de quo ſic breuiter Seneca, Aſcendit Prætor tribunal. noxiæ poſt terga ligantur manus. fit a' Præcone Silētium. Adhibentur deinde legitima uerba, canitur ex altera parte claſſicum.

¶ Plautini loci expoſitio de litera longa, quam Suſpendioſi faciant. Cruciarii q, & Cruciantes, item Crucium. De Cruce ſcitu digna. Cap. VIII.

Porro in hac ſuſpendioſorum mentione non parergon fortaſſe fuerit, amplius aperuiſſe Plautinum Scirpum, in quem ueluti Latitans aquis ſaxum plerosq; iam impactos ſcio. Sic uero Staphyla anus inquit, Neq; quicquam melius eſt mihi, ut opinor, quàm ex me ut unam faciam literam longam, Laqueo collum mihi quando obſtrinxero. Scitum hoc uideri adagium poteſt, & apertum ſatis in eos, qui præpoſtere commoriuntur, præcluſo, ut inquit Plini⁹, ſpiritu, cui quæreretur exitus. Cæterum ſunt, Qui eius rationem parum, ni fallor, & ſcienter, & explorate introſpexerint. Literam enim longam. L. dici uolunt, Sed hebeti prorſum iudicatu. Dicant enim Viri doctiſſimi, quo probent argumento, pendētem hominem amplius, quàm ubi ſuis

conſtat ueſtigiis, eam exhibere figuram. mihi utiq; parum liquet, niſi forte caligamus in ſole. Quin doctius fuerit interpretamentum, ac perſpicatius, Si ad T, literam græcam Plautinos Sales retulerimus, Quoniam qui pendet eam plane reddit imaginem, Suſpendioſi defuncto obtinente uicem lineæ ex ſuperiori parte in imam productæ. Trabes uero, unde laqueus deſtinatur, tranſuerſam Elementi portionem fingere uidetur. Id ut ad hunc modum conjectemus, doctiſſimus facit Lucianus. Qui in libello, cui titulus eſt, δίκη φωνήεντων, ideſt Iudicium uocalium, ad diſquiſitionem literam hanc uocatam a Sigmate, ita coargui fingit, ut quæ furatrinam exerceret, & aliena uiolenter inuaderet, ex pleriſq; dictionibus pulſa litera. σ. in cuius locum ipſa ſe nullis comitiis ſuffecerit. proinde uideri dignam, quæ in id cõ tolleretur ſupplicium, quod ipſius exprimeret figura. Ea uero eſt crux, ac furca, Nam & Tau gallicum poſitum inuenies pro cruce apud celeberrimos auctores, quam ad eum conſtruere modum Galli conſueuerant, Et Hieronymus ſuper Marcum Tau inquit, litera ſalutis ſignũ demonſtrat, & crucis. Immo uero & Crucis nomen Græcum, quod eſt σταυρὸς, non alĩ unde uidetur appellationem duxiſſe, quãquam Grammaticis aliud uideatur. Video inquit Seneca, iſtic Cruces non unius quidem generis, Sed aliter ab aliis fabricatas. Sunt qui capite in terram conuerſo ſuſpendant. Alii per obſcœna ſtipitem agunt. Alii brachia patibulo explicuerunt. Cruciarios uero idem uocat Seneca, qui tolluntur in Crucem, Sicut Cruciarĩ as pœnas Sidonius Apollinaris. Cruciarios facetiſſime Plautus diſcipulos crucis appellat, Qui & Patibulati dicuntur. Sed Crucium uinum inſuaue nominatur, & nimio plus auſterum, aut aſperum. Cruciantes equi apud Poetas creduntur fere, Qui tortores ab Grammaticis, & uulgo dicuntur. Scitu dignum illud quoq; eſt, Didymon Xylon a Græcis exponi eo, quod Romani furcam uocant, ueluti ex duobus modo lignis conſtaret, nam Didymon geminum dicunt. Præterea Supplicii huius Vlpianus commeminit, digeſtis ad legem Iuliam, de Sacrilegiis, Sed & Calliſtratus digeſtis de pœnis, Summum inquit, Supplicium eſſe uidetur ad furcam damnatio, item uiui concrematio. Porro quia de Cruce mentio eſt, non grauemur promere hic, quæ imprimis Studioſorum digna auribus arbitramur, ex monumentis excerpta clariſſimis. Siquidem traditum ab Arabibus eſt, Crucis figuram uideri cæteras, quotquot ſint, præſtare. Quoniam Superficies prima Cruce deſcribatur. Sic enim imprimis longitudinem habet, atq; latitudinem, prima q; hæc figura eſt, & omnium recta quam maxime, conſtans q; rectis angulis quatuor. Effectus uero Cæleſtium maxime per rectitudinem angulorum, radiorum q; reſultant. Tunc enim Stellarũ poteſtas præualet, quando Cæli quatuor habeant angulos, uel Cardines potius, Orientis uidelicet, Occidentis q; & medii utrinq; Cęli. Sic uero diſpoſitæ radios ita coniiciunt in ſe inuicem, ut Crucem inde conſtituant. Propterea eſſe Crucem Veteres dicebant, tum Stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis ſuſceptaculum. Ideo q; habere ſummam in Imaginibus poteſtatem, ac Vires, & ſpiritus ſuſcipere Planetarum. Quæ opinio ab Aegyptiis initia duxit, confirmata q; uel præcipue eſt, Inter quorum Characteres Crux erat inſignis, uitam eorum more futuram ſignificans. Proinde figuram eiuſmodi Serapidis pectori inſcalpebant. Adiicit Hieronymus, Aues in ſurrectum ſe attollentes crucis exprimere figuram, quod adorans homo, & natans item facit, Sed & nauis antemna cruci aſſimilata, ſufflatur. Scribit porro Sudas, Theodoſio Imperante, cum æquarentur Solo Græcorum templa, in Serapidis ſacrario Hieroglyphicas eſſe compertas Literas, Quæ Crucis præferrent formam. Cæterum qd ad Crucis pertinet excellẽtiam, apud Aegyptios ante Chriſtum humanę Salutis auctorem inenarrabilem, non tam muneris Stellarum teſtimonium fuiſſe contenderim, quam Virtutis præſagium, quam a diuiniſſimo Corpore fuerat acceptura. Nec illud omiſerim, Diuina, ut equidem reor, agente ui, fuiſſe in adoratione ueterum Crucis item figuram ſumme religioſam, Quoniam in ueneratione ſupplici, dum ori dextram admouerent, Indicem ſuper pollicem reſidentem, quod & tempeſtate hac fere a pleriſq; fit, exoſculabantur. Quod Plinius quoq; ſignificaſſe uidetur. In adorando inquit, dextram ad oſculum referimus, totum q; corpus circumagimus. Et in Apologia item Apuleius. Si fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admouere. hinc factum opinantur, ut Hebræi iuxta linguæ ſuæ proprietatem Deoſculationem ponant pro ueneratione. Quod aduerſus Ruffinum Hieronymus teſtatum reliquit. Lego denique Chriſtianos quandoq; Sarmentitios, &

tios, & Semaſſios probroſe nuncupatos, quod ad ſtipitem dimidii aſſis reuincti Sarmentis circunie&tis amburerentur, quod in hac ſuppliciorum pragmatia compertum prę terire non fuit Conſilii.

¶ Elementa Virtutum eſſe duo, Spem honoris, Pœnæ metúm. De Inferorum ſuppliciis digna Scitu. Quo modo patiatur Anima, ex Platonicorum doctrina. Maronis Loca explicantur duo. Caput IX.

Vo uero eſſe ueluti Elementa Virtutis ab Philoſophiæ ſtudioſis traditum, ſcire uideor. Honoris Spem, ac Pœnę metum. Illa quippe ad honeſta ſtudia alacriores reddit. hic deprauatos impetº hebeſcere cogit, tardioresq; facit ad ea, quæ a' rationis libra uiſuntur ſemota. hinc ad terrorem increſcentis audaciæ pœnarum genera octo legibus ſanciri, M. Tullius ſcribit. Damnum, Vincula, Verbera, Talionem, Ignominiam, Exilium, Mortem, Seruitutem. At Summus ille Parens Deus, A' quo in hanc Mundi partem uniuerſitatis mediam emiſſi ſumus, Vt hinc inde rerũ ab eo productarum ordinem, excellẽtiamq; exactiſſime contemplati, humilem, debitumq; Venerationis cultum auctori exhiberemus, Aeternitatis præmiũ ex formula ſua uiuenti poſuit. Abeunti uero ad Brutorum immanitatem, & Senſibus mancipatam naturam formidabiles Inferorum cruciatus perpetuitatis diritati adglutinatos. Cæleſtis illa hilaritas quæ, quanta'ue cenſeri debeat, abunde Gregorius pauciſſimis uerbis inſinuaſſe pernoſcit, Vbi ait, Nec oculum uidiſſe, nec aſcendiſſe in Cor hominis, quæ diligentibus ſe præparauerit Deus. Inferorum uero ſupplicia quis uel audeat, uel queat omnino eloquentiæ, uel ingenii amplitudine pro meritis explicare? Mira eſt illic, Sed tamen uera pœnarum ratio, quod Auguſtinus inquit. Spiritus incorporeos Corporei ignis tormento conflictari, quæ nam ratio dabit naturalis? Niſi quod eadem, quæ noſtris corporibus certis numeris Animas adnexuit potentia, etiam ſpiritalem uim pœnis ignium indeficientibus alligare ineffabilibus poterit modis. Cæterum libet parte hac cum Veteribus Theologiæ ſtudioſis confabulari, Qui & ipſi ſuper iis aliqua ſibi prodenda cenſuere. A deunda uero præcipue Platonis arcana, in quibus ſtupenda ſæpe deprehendas. Animum intemperatum, dum etiamnum agit in corpore, talem eſſe Veteres ſanciunt, ut conſopitam in eo rationem intelligãt, uel affectui prorſum mancipatam, unde ineluibilis ad Corporea uergens concipiatur habitus, Qui in naturam euadat quodammodo. Proinde hunc graphice appingẽs Orpheus ita canit, ἄρρηκτοι τἀΐδαο πύλαι, καὶ δῖμος ὀνείρων. Frangi nequeunt Plutonis portæ. intus agit populus Somniorum. De animo ita affecto grauiſſima eſt ex ſeptimo de Rep. Platonis ſententia. Dormire illum in hac uita, & quidem profundius, ac prius quàm omnino expergefiat, demigrare. Poſt obitum uero etiamnum altiſſimo premi ſopore, Quin & Inſomniorum abſurdiſſima exterreri ſpecie, quam rem ſub Tartari nomine intelligi uoluit. Quam philoſophi ſentẽtiam aptiſſime Platonicus Poeta inuolucro, q̃uis obſcuriore, Aeneidos ſexto expreſſit, cum Inferorum Veſtibulum, ac ingreſſum primum deſcribens ita canit.

In medio ramos, annoſa'q; brachia pandit
Vlmus opaca ingens, quam ſedem Somnia uulgo
Vana tenere ferunt, foliis'q; ſub omnibus hærent.

Animus ergo hic nimio Corporis amore exardeſcit, propterea terreno hoc dilapſo, protinº alterum ſibi ex uaporibus itidem elementalis naturæ conflat, compingit'q;, Sed & ad ea reuoluitur, affectu perſeuerante, ad quæ procliuis ante ferebatur. Corpuſculi uero eius ea demũ eſt figura, quales fuerint mores, qua ratione fortaſſis intelligenda foret infamis illa quorundam in beſtias commigratio. Sicuti uero in uita Carnis ſenſerat paſſiones, ita & Corporis illius paſſiones animam ſentire, arbitratur idem Plato, Sed eo etiamnũ acriores, quo eſt id purius, Verum ratione non eadem. Sic etiam ex doctoribus noſtris aliqui haud ignobiles philoſophi, inueſtigare uolentes, quo modo incorporea anima igni poſſit affici corporeo, dicunt, poſtea quam carne ipſa exuta eſt, ſenſitiuas remanere potentias, & ut Auguſtinus inquit, omnes Senſus uiuaciter retentari. Aliorum ſententia eſt, ab Anima non formati Corpus eiuſmodi, nec per ipſum afformari Senſum, Sed diuina poteſtate ita ſanciente,

animam, quæ ſeſe prius corpore adobruerit, Aqueo elemento, uel Igneo ita deſtinari, alligari q̃, ut obnoxia, ſeruili q̃ conditione indignationis plurimum inde concipiat, ac dolore conuellatur. In Statu hoc comminiſcitur Orpheus furias tres, Ex quibus Tiſiphone Animam infeſtet ex Corpore. Megæra lancinet ex odio, imaginarii q̃ mali conflictatione formidoloſa. Allecto perurat propter imaginarii boni cupiditatem. Has porro furias excitari ab Vltoribus Dæmonibus, Vt atrocius, horribilius q̃ exagitetur Anima, Platonis ſententia eſt, Sed quam comprobet etiam Plotinus, ac antea conſtituerat Orpheus, a quo hymno proprio Dæmona ultorem magnum celebrari nouimus. Denique primas Intemperantis animæ perturbationes perſimiles uolunt Phrenet: corum tumultibus, aut bile atra exagitatorum, uel etiam dormientium turbulentis, formidoloſis q̃ ſomniis. Sed & eo amplius Impiis animis terribilium fallax occurſat imago, Quando alendi poteſtas nulla ibi eſt. Vacant externi Senſus. nullius omnino rei ſeſe ingerit diſtractio, nec lenimenta præſto ſunt ulla. Sola reliqua fit furens phantaſia, ut Plato uult, aut phantaſticæ rationis imperium. Cui inuſitatæ, formidabiles q̃ oſtentantur imagines, Vt ruentis quandoq; cæli ſpeciem concipiat, nunc dehiſcentis terræ uoragines tetras, ſe q̃ in ima barathri uiolenter merſari. Etiam flammantes ignium globos arrepentes, Aut feruentium ſcaturigines aquarum, uel Vaſtarum molium deuolutiones, ruinas q̃, quibus iamiam conterenda ſubiiciatur, Et, quod omnia excedit, a Dæmonibus truculenti, ſæui q̃ aſpectus raptari, ac paſſim diſcerpi. Cætera q̃, quæ Phantaſiæ furentis dictare impetus poteſt, Malus q̃ Dæmon, ut Mercurio placet. Adde, quod deliciarum, quibus in uſta intemperantius perfrui aſſueuerant, atrox habitus ſubiens exulcerat, excarnificat q̃, tum cupiditate, tum deſperatiõe potiendi. Hæc Sardanapalum muliere corruptiorem a pellicum amplexu reuellit ratio. diſpeſcit a menſarum luxu Tantalum, a congeſtitiis Midam retrudit opibus. Propterea in Gorgia Plato, Idem mihi uidetur circa Animam, cuncta enim in ea apparent, cum corpus exuerit. tam quæ ex natura, quàm quæ ex affectibus inerant, quæ ob rei cuiuſque ſtudium homo contraxit in animam. hinc ni fallor, aperitur egregie Platonici Maronis locus alter ex Sexto eodem. Quæ gratia currum,

Armorum q̃ fuit uiuis, quæ cura nitentis
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

Cæterum nequid relinquatur, quo legentium præpediri poſſit animus, Sciant, a Platonicis in ſeparatis animis Phantaſiam dici ſenſum intimum, quem in uehiculo æthereo, & Aereo conſtituunt, Sed cum perturbatione in Aereo proprie. Vel Peripatetico intelligamus more, præſertim Auicennæ ſecuti doctrinam, affectum, habitum q̃ potentiæ rationalis, quem Senſibus obſequendo contraxerit, ad corporeas reclinatum perturbationes, in materiam q̃ uergentem.

¶ An poſſit anima Ignibus torqueri. An Corpus amburi perpetuo, nec tamen interire. Laricis natura mirabilis. Item Salamandræ, & Carbonum, Palearum, & Formicæ.

Caput X.

Fed non deerunt fortaſſe, Qui argumentorum acuminibus diluere iſta conf nitantur omnino, quoniam probabile non fiat, Animam, ſi eſt immortalis, perpeti, aut ſentire dolorem poſſe, Quippe ſi ob merita punietur, non erit abſque doloris ſenſu, & proinde etiam morti obnoxia, Quod ſi morti non eſſe locum, colligas, illatio illa conſequi uidetur, Ergo nec dolori. propterea nec eſſe quidem patibilem. At Stoici aſtruent, Animas utiq; mortis interuentu aboleri nullatenus poſſe. Impias tamen quoniam uitiorum, ſcelerum q̃ inquinamentis labem contraxerint, euadere cuiuſdam naturæ mediæ inter mortalem, Immortalem q̃, & habere imbecillitatis quippiam ex Corporeo contactu, ex quo ineluibilem conceperint fucum, dum Senſuum Lenociniis obſequuntur uelut mancipatæ. inoleſcente itaq; labe miris modis, ut Poeta nobilis ait, eiuſmodi reddi animas, ut non extingui utiq; ualeant, quoniam ex Deo profluxerint. Cruciatibus tamen obnoxias fieri ob terrenam, quam ſibi affricuerint labem, quæ peccatorum inuſta illecebris, Senſum doloris attribuit. Quod ſi quærat quiſpiam, qualis omnino cenſendus ſit ille Ignis, qui miranda poteſtate Spiritalia, Corporea q̃ exitu uullo exurendi citra conſumptionem facultatem habeat. Reſpon-

detur,

detur, uideri talem, ut nullius indigus alimenti, nulla fumi permixtione in obſcuritatem quandam craſſeſcens uiuat perpetuo, uigeat'q; aquarum modo fluida ui. Cremet inſuper, acreficiat mirabiliter, Vt quantum ex corpore periturum æſtimes, mox repoſitum, inſtauratum'q; ineffabiliter, animaduertas. Vt perenne ſibi ſufficere pabulum uideatur. Quod poetica fabuloſitas ſuſpicata, Titii iecur Vulturi æterna ſuggerens alimenta confingit. Nec tamen in omne Corpus flammis eiuſmodi datum ius, aſſerere debemus, nam quos præcellens incoquit Virtus, & Iuſtitiæ maturitas in æthera purgat apertum, omnino cremantis potentiæ expertes cenſendi ſunt. Sed urgent nos, infeſtant'q; peruicaciores plerique. ceu naturæ conſonum haudquaquam ſit, Vri citra perniciem corpus aliquod, etiam ſi apud Ariſtotelem comperimus, eſſe animalia, quæ in ignibus uiuant. immo uero ſiquo caſu auolent, intermori protinus. Iam & feruentium aquarum ſcaturiginibus ita uermiculos innaſci plerunque, exploratiſſimum ſit, ut alibi ducere uitam nequeant, Sed male feriati adhæc inferunt, ſi maxime detur, rem ſic habere, non tamen iſta uiuere perpetuo, nec ullo interim exagitari dolore, quoniam indidem etiam uegetent. Mihi uero a naturæ rationibus abire longius uidetur, Vegetari, quam cruciari rebus eiuſmodi. Mira prorſum res eſt, igneis flammarum riuis obuolui, membra perpetim depaſcentibus, Et ſupereſſe tamen, ni mirabilius foret, ignium molibus adobruta uiuere, nec tamen inde dolere. Quod ſi impetrant iſta fidem, Cur non & illa? Certe miraculum naturæ eſt id quoque, Laricem non ſolum ex ſucci amaritate uehementi a Carie, tinea'q; non noceri, Verum nec flammam recipere, nec ardere per ſe, niſi, ut ſaxum in fornace ad incoquendam calcem, lignis uratur aliis, nec flammam ideo ſic quoque recipit, nec carbonem remittit, ſed ſpatio longiore uix comburitur, quod ſit minima ignis, & Aeris temperatura. Cognitum id ſumma Cæſaris admiratione apud Larignum opp. ex arboris copia nuncupatum, quando ignibus obuallata turris ſuperſuit citra nocumentum. Sed & Quadrigarii adnotatum annalibus eſt, oblitam alumine materiam, ſuccendi non poſſe, Quod eſſe uerum, a Sylla in Archelaum bellante comprobatum eſt. Nec illud argumentum alicuius fuerit momenti, Omne, quod dolet, etiam mori, Siquidem dolet anima Corporeutique maior, nec moritur tamen. Quare quod in hac colligimus nunc, reperietur tunc in Damnatorum Corporibus. Quid, quod Animæ proprium eſt dolere, non Corporis, etiam ſi ab corpore doloris emicent ſintillæ? Sicut enim Viuere, ac ſentire dicimus Corpora, quia Animæ potentia haſce influat uires, Ita & in dolendi ratione aſtruendum, quoniam Corporis dolor eſſe ab anima tantum poteſt. Quam ob rem ſi inde mors colligeretur futura, quia interueniat dolor, aduerſus animam efficacius multo ſic colligeretur, quia eius ſit dolere proprium. Quod Aurelius comprobat Auguſtinus, a quo etiam refelli Platonicos nouimus, Qui ex terrenis, moribundis'q; Corporibus aſſultare in animam perturbationum agmina colligunt, Cum tamen fateantur iidem, Animas ab omni Corporis labe repurgatas dira nihilominus agi cupiditate, qua rurſus incipiant in Corpora uelle reuerti. Poſſe uero humanum corpus æternis ſufficere cruciatibus, ut amburatur citra detrimentum, dolorat ſine interitu, non uideri impoſſibile prorſum debet, non Salamandræ modo argumento, quam Auctores eminentiſſimi in ignibus uictitare produnt, Eſſe'q; tum terreſtrem, tum marinam, ut ex Paulo didicimus. Sed & tot montium pleriſque in locis ab æuo ardentium, globos'q; flammarum ſubinde eructantium, quos tamen non deficere, animaduertimus. Carni uero humanæ uim præſtabit eandem ille ipſe, Qui tot, & tam miranda in rerum produxit natura. Qui Pauonis carnibus poteſtatem indidit occultiorem, qua putreant nunquam, quod ſe experimento didiciſſe, Auguſtinus ſcribit. Qui Carbones, rem fragilem adeo, ut nullo negotio conterantur in puluerem, difflentur'q;, tanta inſigniuit firmitate, ut nulla humectationis copia uitientur, aut annorum ſenticant damna. propterea'q; limitibus ita ſubſtratis, aduerſus rapacem, auidam'q; craſſantis Vicini fraudem. Expende rerum naturæ Sympathiam, Antipathiam nec ſpreueris. Non in multa te dimitto, Paleas ad libram reuoca, Illas inſita putes frigiditate Niuium rigorem ſeruare illiquefactum. Ni eiſdem præcelerem pomis coctura induci genuino calore, liquido perſpicias. Quis in formica tãtulo animali, ac tam nullo uaticinam expectatit præſenſionem? At qui Aelianus ingt, fame ingruente εἰσὶ φιλόπονοι πρὸς τὸ θησαυρίσαι.

¶ An Ignis Dãnatoꝝ ſuppliciis deſtinatus habeat aliqt intermicantis luminis. Cap. XI.

q Væritur porro, ſi tam atrox Impioꝝ cruciatibus deſtinatur Ignis, Sit'ne inibi lumen quoq; Quãdo id eſſe proprium elementi uidet', Quod ſi admittas, cõ ſequens erit, habere tamen Damnatos Spiritus, unde quadantenus tormentoꝝ leniant diritatem, Siquidem lux imprimis iucũda eſt, ac uitæ gratiſſima. Sed enim abſurdum omnino, & a' diuinæ ſanctionis integritate ſeiunctum, Vitæ adobrutos flagitiis, & bonis ſemp infeſtos, Deo nulla non hora rebelles poſt mortem læti qppiam ſortiri, quo ſceleratæ mẽtis æſtum, uel momẽto miteſcere ſentiant. Proinde uero ꝓpius fit, Siquod ibi interluceat lumẽ, Calamitatũ cumulo id accedere magis, q̃ lenimẽto, Nam lucis munus alioq; lætiſſimũ, ſæpe itẽ dolorem poteſt immẽſum parere, ſiqd aperiat, quod nolis uidere. Sic igitur ſtatuendum, teterrimas illas tenebras intermicare ingrati luminis qppiã, Quo pateſcant, quæ exulcerent uehementius. Propterea moraliũ ix. Gregorius illud Iob exponẽs, Vbi umbra mortis, & nullus ordo. Infern⁹ ignis inqt, ad lenimẽta nõ lucet, lucet aũt, ut magis torqueat. Nã Cõſectatores, cõplicesq; flagitioꝝ Improbi flãma illu ſtrãte uiſuri ſunt, quoꝝ gẽra ſeſe facinoꝝ prauitate adobruerũt. A' Nicolao itẽ Theologo ea dẽ fere ſtatuũt', atq; inde dici eẽ inibi tenebras exteriores, qñ in mẽte colligunt' eẽ ĩteriores.

¶ Inferi an ſint. Veteꝝ in eo diſceptantes ſentẽtiæ. Auguſtini mox decreta. Cap. XII.

e Sſe autem Inferos, cõſtanter aſſerit Chriſtiana Veritas, Ex Veteribus omnino pauci. Plinius qdem, ut in pleriſq; hęreſi deprauata, ſuſtuliſſe eos uidetur, Si ulli inqt, eſſent inferi, eos iam reſodiſſent auaritiæ manus. M. quoq; Tullius cũ alibi, tum in Oratione pro Cluentio, falſa eſſe, quæ de Inferis tradunt', indubitanter aſtruxit, Sed & in conſolatione ad Martiam Seneca, Illa inqt, quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula eſt. Lucretius libro de natura tertio non alibi eſſe Inferos ſtatuit, quàm in hac Vita, ſic enim ait,

Atqui Animarum etiam quæcunq; Acherunte profundo
Prodita ſunt eſſe, in uita ſunt omnia nobis. Sed & apud Ouidium Pythagoras.
Quid ſtyga, quid tenebras, & nomina uana timetis?

Plutarchus in libro de iis, Qui ſerius a' Deo puniunt', quẽdã ita narrãtẽ inducit, eſſe Adraſtiam Iouis, & Neceſſitatis filiam, Iniuſtoꝝ omnium pręſidem, ultricem'q;. Cui miniſtri adſint tres. A' qbus in Corpore qdem cruciẽt', puniantur'q; aliq. At q grauiora perpetrarint, hoſce poſt mortẽ iudicio tradi ab Dæmone. Qui uero ſceleſtiſſimi, atq; immedicabiles fuerint, Eos ab Erinnye ex miniſtris Adraſtię tertia, maxime fera, immiti'q; in obſcuꝝ quẽdã, et q reſerari nequeat, locũ intrudi. Socrates uero apud Xenocratẽ a' mago quodam Gobria ſe accepiſſe ait, Opin, & Hecaergon tabulas Aeneas ex hyperboreis attuliſſe, qbus cõtineret', in Corporis ſolutiõe, Animã in occultũ ſub terrã migrare locũ, in quo Iunonis ſit regia, haud Iouis anguſtior aula. Quippe cũ terra mũdi mediũ teneat. Veſtibula uero Plutonis, ꝓincię clauſtris, Aeneis'q; Catenis undiq; uinciri, Illũ q iſta reſeret, fluuiũ Acherõtẽ prius, mox Cocytum excipe, Quibus trãſcurſis, oporteat Ad Minoem, & Rhadamãtũ duci, in eã regionẽ, q Veritatis Cãpus cognominet'. Mercurius uero ſic ferme' ſcribit, Cũ fuerit Animæ a' Corpore facta diſceſſio tunc arbitriũ, examen'q; meriti eius trãſiliet in ſummi Dæmonis poteſtatẽ, Is'q;, ſi delictoꝝ illitã maculis, uitiis'q; oblitã uiderit, deſup ad ima deturbãs ꝓcellis, turbinibus'q; aeris, ignis, & Aquæ ſæpe diſcordantibus tradet, Atq; inter cælũ, & terrã mũdanis fluctibus in diuerſa ſemp æternis pœnis agitata raptabit', ut in hoc obſit animæ æternitas, qd' ſit immortali ſentẽtia ęterno iudicio ſubiugata. Ergo ne his implicemur, uerendũ tantũdem, cauẽdum'q; eſſe, cognoſce. Increduli. n. poſt delicta cogent' credere, non uerbis, Sed exemplis, nec minis, Sed ipſa paſſione pœnarum. hactenus Mercurius, Quem neqs forte irridẽdum cenſeat, quod in cæli, terræq; meditullio ſuppliciorum ſtatuere uideatur locum, Sciat, Inferorum regionem, & ignis æterni ſedem eſſe opinationis incertiſſimæ apud Chriſtianæ Veritatis aſſertores. Quãdo maximus Doctor Auguſtinus ita ſibi ſcribere permiſit. Iudicatis quippe iis, Qui ſcripti non ſunt in libro Vitæ, & in æternum ignem miſſis. Qui

ignis

ignis cuiuſmodi, & in qua mundi, uel rerum parte futurus ſit, hominem ſcire arbitror nemi nem. niſi forte cui diuinus Spiritus oſtendit. Tunc figura huius mundi conflagratione peri bit. Cæterum arrident uel maxime in hoc propoſito, quæ Geneſeos ſecundo Auguſtinus idem ſcienter adnexuit. Siquis putat inquit, Animas Corpore exutas locis corporalibus con tineri, cum ſint ſine corpore, non deerunt, qui faueant, & Diuitem ſitientem in loco corpo rali fuiſſe, contendant, Ipſam'q; animam omnino Corpoream, propter arentem linguam, & ſtillam de Lazari digyto cupitam. Sed melius eſt dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Diuitem in ſupplicio, pauperem in refrigerio eſſe, nõ dubito, Sed quo modo intel ligatur flamma Inferni, Sinus Abraæ, & huiuſmodi, Vix a' manſuetis, a' Contentioſis nun quam inueniť. Apud Eſaiam legimus prophetam, unicuiq; proprium, quo torqueatur, Ignẽ aſcribi. Ambulate inquit, in lumine ignis ueſtri, & in flamma, quam accendiſtis. At inquit, Origenes ſecundo περὶ ἀρχῶν, iis indicari plane' uidetur, Peccatorem ipſum ſibi proprii ignis flammam ſuccendere. Nec in incendium aliquod antea deſtinatum demergi. Eius ue ro materiam, eſcã'q;, ac pabulum peccata eſſe uidentur noſtra. Quæ ab Apoſtolo Paulo Li gna dicuntur, Item fœnum, & ſtipula. Cenſendum uero, ſicuti in Corporibus cibi exuperã tia, uel qualitate diuerſa febrium ſuſcitantur incendia pro fomitis modo, Ita & in Animis, ubi Vitiorum incentiua labem aggeſſerint altius, malorum efferueſcit cumulus, diram ſibi, tetram'q; ſupplicii progignens flammam. Cum admiſſorum facinorum hiſtoriam ante ocu los propoſitam intueantur. Et ipſa ſibi teſtis Cõſcientia propriis agitetur ſtimulis in pœnæ ardorem formidoloſæ. Mali acerbitas non ferenda uel hinc coniectari certius poteſt, quod plerunq; mori præſtat, q̃ diutius liuore macerari, ira identidem incendi, triſti mœrore conta beſcere. Illis uero, quæ Auguſtinus, ut cunctanter, ita & Sapienter aſtruit, adnecti poteſt ex Græca natum petulantia, Qui eiuſmodi rerum incertitudine ducti fabuloſa, quæ de inferis dicantur, arbitrati omnia. Mendacii cuiuſpiam uanitatem diluere uolentes incinunt, τὰ ἐν ᾅδᾳ, ideſt id fere' tale haberi, qualia quæ de Inferis iactentur. Certe magnus Plotinus pec cantes grauius animas Dæmonum cruciari præfectura tradit. Orpheus id ipſum confir mat, & Iamblichus.

¶ Platonis ſentẽtia mirabilis, euãgelicę ꝓſona ueritati, de Inferoꝝ pœnis. Cap. XIII.

Plato, quem cæteris omnibus Chriſtianæ ueritati facit propinquiorem Au relius Auguſtinus, Herum quendam Pamphilium reſurrexiſſe confingens, de Inferis illum multa, mirãda'q; explicantem inducit. Ac primo quidem, ut poſt Corporis interitum Anima cum pleriſque aliis in Dæmonicũ quen dam perueniſſet locum, In quo terræ duos agnouerit hiatus, totidem'q; ſuperne in Cæleſti regione exaduerſo. Inter hiatus uero eiuſmodi ſeden tes Iudices, Qui ubi Animas iudicaſſent, Iuſtos quidem ad dextram ſuperne per Cæ lum aſcendere iuſſerint, in anteriori parte ſigna eorum, quæ iudicata forent, ferentes. Iniu ſtos contra ad ſiniſtram inferius, Omnium in uita geſtorum a' tergo ſigna habentes ſuſpen ſa. Vidiſſe porro' per utranq; Cæli, terræ'q; portam Animas lata ſententia abeuntes. Per ali as item duas ex terra quidem aſcendentes animas puluere, ſqualore, macie'q; confectas. E' cælo autem alias nitidas deſcendentes, Videri'q; dixit, Animas undiq; uenientes, tanq̃ lon ga itineratione defatigatas libenter in prato, quod ibi eſt, tanq̃ celebri in conuẽtu recumbe re, ac ſe inuicẽ, quæcũq; mutuo ſe noſcitaſſent, ſalutare. Eſſe autẽ illud mille iter annorum. Quoſcũq; uero aliis iniuriam intuliſſe, conſtaret, pœnas ſigillatim pro quolibet decies reddi diſſe. hoc uero per quodlibet annoꝝ Centenariũ eſſe, quaſi hæc humanæ uitæ ſit meta. Vt animæ decuplam iniuriæ redderẽt pẽſionem. Rurſum'q; ſiq beneficia fuerint aliqua elargi ti, Iuſtitiam'q;, & pietatem coluerint, eadem penſione præmia reportare. Aiebat præterea, Ardieum ſe uidiſſe, ac tyrannos, ſed & priuatos nonnullos, q magna perpetraſſent ſcelera, quos aſcenſuros ſe propemodum confidentes hiatus ille minime permittebat, Sed horride mugiebat. Aderant illic Viri fortes aſpectu ignei, qui cum mugitum ſubito perpendiſſent, hos ſeorſum rapiebant, manibus'q; & pedibus, & ceruice deuinctis, proſternebãt, excarnifi cabant'q;, & ſecus uiam quãdam ad exteriorem partem raptatos tribulis lacerabant. Hæc

ex Platone uellicatim, ne longius abiremus, excerpta collibuit hic potiſſimum ſubnectere, quod inſint Euangelicæ ueritati pleraq; minime diſſentanea.

¶ Mentis æſtuatio grauior ne ſit, q̃ afflictio ex igneo ꝓueniens torm̃eto. Cap. XIIII.

f Olent Chriſtiani Patres Quæſtionem agitare, Vermis ne ſupplicium Animã grauius lancinet, conuellat q̃, An Ignis. nequem uero inſolens dicendi modus ſuſpenſum diutius habeat, Vermis appellatione putant Conſcientiæ remorſum, ac uellicationem quandam, perpetim nos infeſtantem, ac perpetrati facinoris cõmonentem, Quam ideo ſic nuncupandam cenſuerunt, Quod ex peccati putrilagine conſurgat, Sicuti computreſcẽte cadauere, ſuccreſcunt inde Vermiculi. Hunc uero mentis æſtum Ignis uſtionem longe exuperare, ſic ferme colligunt. Doloris inquit, acerbitas tribus maxime capitibus ꝓpenditur. Primum eſt, magnitudo adnexi mali. Sequẽs eſt, Potẽtia recte, apteq; parata, inſtructaq; ad eius mali patiẽtiam. Poſtremum eſt, arctus, uehemensq; cum potentia eiuſmodi affligentis, & exulcerantis mali nexus. Hic maximum, quo excarnificetur Anima, malũ eſt perfectionis priuatio, carentiaq;, ad quam erat apta, & nata. hanc uero damnata certiſſimã ꝓcipit Anima. Ea ſic apprehenſa, maxima euadit Calamitas, bonæ ipſius Animæ diſpoſitioni lõge infeſtior, q̃ ignis actio, Quãdo affectioni eiuſmodi paratior animaduertit, q̃ igneis torm̃etis, neq;. n. a natura aptitudinem habet Ignis, qua conflictet Spiritalis potẽtia, niſi ut diuinæ organum Sanctionis. At Spiritale malum affligere animam ꝑ ſe, & immediate poteſt. Coniunctio autẽ, ac nexus exuperantiam habent inſignem. Q m̃ ꝑ intellectum apprehenſio longe cooritur acrior, q̃ quæ ꝑ Senſum. Vermis porro hic Animæ præſentius ſeſe ingerit, q̃ ignis. Neq;. n. Corporea illabi animæ ſic queunt, Vt ſpiritalia. Quod uero illi eſt præſentius, quodq; cognoſcit ꝓfectius, acrius, ualidiusq; etiamnũ coniungi, cenſendum eſt. Proinde moralium qntodecimo Gregorius Clibanum intrinſecus ardere ſcribit, eiuſmodi mẽtis æſtuationẽ Clibani uocabulo ſignificans. Cuius ignis, utpote occluſus, flagrantior multo, & urẽs grauius intelligi debet. Adde quod Spiritalis iucũditas Corpoream longe excedere agnoſcit. Nam ſicuti Bernardus in Epiſtola ad proprios parentes ſcriptum reliqt, guſtato ſpiritu, neceſſe eſt deſipe carnem, affectanti cæleſtia terrena non ſapiunt, æternis inhianti faſtidio ſunt momentanea. Illa uero pœna grauior, infeſtiorq; eſt, Quæ maiori opponitur delectationi, proptrerea cum ſit Vermis Spiritale ſupplicium, amplius, odioſiusq; igneo tormento etiam colligi debet.

¶ Memoriæ excellẽtia. Item de Reminiſcẽtia. Memoriæ uel intenſę, uel remiſſæ ratio. Quint. & Maro declarantur. Cap. XV.

m Emoria, neceſſarium maxime uitæ bonũ, & Theſaurus eloquẽtiæ, ac tanquã lumẽ aliquod, res eſt ex omnibus partibus animi maxime delicata, & fragilis, in quam primũ Senectus incurrit, Sæpeq;, ut Plinius inqt, deficere tentat, & meditat, uel quieto corpore, ac ualido. Somno quoq; ſerpente computat, ut inanis mẽs quęrat, ubi ſit loci. Immo uero hinc Adagioni occaſio data, ut eũ, q̃ memoria ſit nulla, Sepulchra legiſſe dicamus, Nec Sepulchra legẽs, inqt apud Ciceronẽ Cato, Vereor, qd aiũt, ne ꝑdam memoriã. his. n. ipſis legẽdis redeo in memoriã mortuoꝝ. Eſt ꝓfecto huius potẽtiæ natura mirãda. Subito uetuſta ex lõgiore interuallo reuocata ingerunt ſeſe, atq; exhibẽt, interim ſpõte, interim id ipſum agẽtibus nobis, ac meditantib⁹, Sæpe & interqeſcentib⁹. Excidũt qñq; ꝓxima, inhærent affixa, quę uetuſta ſunt. heſternoꝝ obliti, acta puerit ę in digytos mittimus. Q d reqſieris, altius illatebrare ſe, atq; recõdere aiaduertit. mox aliud agenti reddit ſe, atq; offert. Nec manet ſemp memoria, Sed aliqñ ueluti poſtliminio redit. In qbuſdã aialiũ ꝓpe nulla. Ceruario q̃is in fame mandẽti, ſi reſpexerit, obliuionẽ cibi ſurrepe aiunt, digreſſumq; aliud quęrere. Inter nos uero qbuſdã tãta, ut nihil nõ iiſdem uerbis reddat auditũ. Hãc in ſe ipſo eatenus florenter excelluiſſe ſcribit Seneca, utnõ ad uſum modo ſufficeret, Sed in miraculũ uſq; ꝓcederet. Nã duo millia noĩum inqt, recita-

ta, quo ordine erãt dicta, referebã. Ducẽtos quoq; Verſus ab ultimo incipiẽs recitabã. Do-

cilitatis ꝓtes

cilitatis partes ſane, ut ex Græcis tradunt aliqui, tres uidentur, Anchinœa. i. Solertia, Memoria, Oxytes. Eſt autem memoria eorum, quæ quis didicit, conſeruatio. Oxytes mentis intelligitur celeritas. Anchinœa uero, ubi ex iis, quæ didicimus, etiam quæ non didicimus, uenamur, quam Fabius mentis agitationem uocauit. Ariſtoteles ſexto moraliũ Anchinœam ab Eubulia, ideſt cõſultandi præſtantia diuerſam facit, Quoniã ſit Anchinœa Euſtochia quædam, ideſt coniectandi excellentia. Memoriæ uim admiratus M. Tullius, inſigne putat diuinitatis argumentum. Quid eſt inquit, illud, quo meminimus, aut quam habet uim, aut unde naturam? nõ eſt certe nec cordis, nec ſanguinis, nec Cerebri, nec Atomorum. Anima ſit, Animus, ignis ue, neſcio. nec me pudet, ut iſtos, neſcire, quod neſciam. quicquid ſit, iurarẽ eſſe diuinũ. quid obſecro te, terra ne tibi, aut hoc nebuloſo, & caliginoſo cælo, aut ſata, aut concreta uidetur tanta uis memoriæ? An capacitatem aliquam in animo putamus eſſe, quo tanquam in aliquod uas, ea quæ meminimus, infundantur? abſurdum id quidem, qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi poteſt? aut quæ tanta omnino capacitas? An imprimi quaſi ceram animum putamus? & Memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente ueſtigia? Quæ poſſunt uerborum, quæ rerum ipſarum eſſe ueſtigia? Illud uero ex Philoſophorũ Scholis dignum relatu quoq; Memoriam eſſe aliud, & aliud Reminiſcentiam. Nam eſt & in Brutis memoria, unde & prudentiam quoq; habere, in philoſophia prima colligit Ariſtoteles, Verum imperfectam, ſicut & memoriam. In hominibus enim tantum eſt Reminiſcẽtia. Ea uero eſt diſcurſus rerum cum ratione ab uniuerſalibus ad particularia, & a remotis a Senſu. Vel indeptio, ac recenſio eorum, quæ in ſe memoria ſeruarit, memoriæ plerũq; uegetandæ gratia. Sexto naturalium Auicenna ſcribit, Cognoſcere aliqd ſibi fuiſſe, quod iam ſit abolitum, in homine tantum eſt, & in rationali uirtute. Memoriæ Virtus ex quorũdam ſententia duplex uidetur, facile ꝓcipere, diu retinere, illud ex humecta contingit natura. hoc ex ſicca. inde euenit, ut nonnulli facilius diſcant, q̃ percepta cuſtodiant. Alii uero ſecus, ut ad humiditatem uergunt, uel ad ſiccitatem. Et propterea Ariſtoteles, οὐ γαρ οἱ αὐτοὶ εἰσὶ μνημονικοὶ, καὶ ἀναμνηστικοί, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μνημονικώτεροι μὲν οἱ βραδεῖς· ἀναμνηστικώτεροι δὲ ὀξυτάχεις, καὶ εὐμαθεῖς. hoc eſt, non in eiſdem memoria uiget, ac reminiſcentia, Sed plurimũ ingenio tardi memoria ualẽt, Dociles autem reminiſcẽtia. Cuius ratio eſt, ut inqt Thomas, quia diuerſæ hominũ habitudines ad Animæ operatiões ex diuerſa proueniũt Corporis diſpoſitiõe. Videmus aũt ea, quæ difficulter, ac tarde impreſſionẽ recipiũt, ualide, perſeuerantẽr q̃ candẽ cuſtodire, ut eſt lapis. Quæ uero nullo admittant negotio, haud ꝓtinaciter retinere, ueꝛ tota facilitate remittere, ut cera, aut aqua. Et qa nil prorſum aliud memoria eſt, q̃ ꝓceptoꝛ retentio ꝓſtans, Inde eſt, quod hebetiũ adminiculatior, firmior q̃ memoria eſt. Acutoꝛ uero, ac Velocium imbecillior, ac magis lubrica. Cæteꝛ in iis Reminiſcentia longe præcellens. Galenus poſt Hippocratẽ ſummus Artis medicæ, in Microtechne, Cerebꝛ tenuitatis ꝓtempatæ eſſe Memoriæ fomitẽ, cauſam q̃ præcipuã arbitrat. Q̃m craſſiore parte illa, obrepat obliuio, Qua humectiore item hebeſcãt Sẽſus, Sicciore aũt euadant liqdiores. Porro Auicẽna itẽ ſexto naturaliũ tradente, egregia illis ſuppetit memoria, Quoꝛ Animæ multis non diſtrahunt motibus, nec ꝓquiet cogitatio. Quæ ratio plane efficit, ut Pueri, q̃uis humectioris ſint naturæ, ꝓtinaciter tñ retineãt, quæ imbiberint. Simul & ꝓpter motus uehementiã, ut adiicit Beatus Thomas. nã & quæ miramur, amplius memoriæ adglutinant, affi guntur q̃ admirant aũt ferẽ oĩa Pueri, ut qbus noua ſint, ac inſolita. Hoc uero eſt, quod ſignificat Quintilianus, ubi natura eſſe nos tenaciores ait eorum, quæ a teneris annis imbibimus. Contra uero in Senioribus, redundante humoris ui, contingit memoriam eſſe nullã. Sed & timentibus excutit memoria, propter frigiditatem humores congelantem, quibus coeũtibus, ꝓcreſcentibus q̃, nulla recipi impreſſio poteſt. Quod aũt Ariſtoteles ait, eſſe Memoriã prẽteritoꝛ tantũ, Q̃m quæ adſint, uel ſentire dicamur, uel ſcire, Aduertẽdũ eſt, id ad ꝓceptionẽ noſtrã referendũ uideri, q ſenſimus prius, uel ꝓcepimus, ſiue præſens id ſit, ſiue non. Etenim recordari poſſumus non eoꝛ modo, q iam naturæ ꝓceſſerint, Sed Supſtitum quoq;. Sicut & ſui ipſius meminiſſe aliqs dicit. Vnde illud eſt Virgilianũ, Nec talia paſſus Vlyſſes, Oblitus ue ſui eſt Ithacus diſcrimine tãto. Auguſtinus, ne hoc item tacitũ prætereamus, modo eſſe memoriã ſcribit Animũ, Modo Ventrem animi. Cuius Aula ſit ingens, & ꝓppidoquam admirabilis. Idẽ nũc Memoriæ cauernas nũcupat, nũc antra, uel etiã Sinus.

¶ Reminiſcentiam quibus rationibus induxerit Plato. Item de Memoria quæpiam. Caput XVI.

q Voniam præcedentis libri fine de memoria prolibauimus nonnulla, quæ legentibus futura & Voluptati rebamur, & emolumẽto, Reminiſcentiã quoq; breuiter attigimus. Quod uerbum ἀπῳδόηκλοι neſcio qui, ut culpatius, eſſe opinantur nouitatis duræ, ac illepidæ hac præſertim ſignificantia. Nũc ſubiit, facturum me non abſurde, Si Platonis eminentiſſimi Philoſophi ſententiam hiſce adnotamentis ſubtexuiſſem, Quam exagitant plurimum Peripateticæ Scholæ, explodunt & Chriſtiani Patres. Quibus nos & parte hac, & reliquis omnib⁹ calculum adiicimus noſtrum, id demum aſſerturi, quod ab illorum Scitis ne latum quidem unguem fuerit abiũctum. præfati tamen id, Siquis eius Philoſophi Senſa, rationes q; amplius libret, exploratũ us' q; , riſu haud quaq; uiſum iri dignas, quod ex triuio ſuſpicantur pleriq; philoſophiæ myſteriis ſemiinitiati, neq; hoc nomine condigni ſatis, Qui tantũ Virum Cenſuræ ſuæ ſupercilio tumenti, oneroſo' q; ſubiiciant. Verum reſectis iis, Videamus, Quid de Reminiſcẽtia apud illum aſtruat Socrates. In Philebo igitur, Motum cõmuni Corporis, & Animæ paſſione factum recte appellari Senſum putat. Senſus uero conſeruationẽ dici aptiſſime Memoriã. Verum ab hac diſcrepare Reminiſcentiã, eo qdem præcipue, qa quoties quæ cũ Corpore paſſa eſt Anima, eadẽ ſine corpe in ſe ipſa reſumens animaduertit, tũc reminiſci eã aſſeramus. Quin etiam quando memoriæ paſſa iacturã, deinde uel ſenſu, uel diſciplina monente eã iterum reuocat in ſe ipſa, Reminiſci putatur. Sed & in Phædro apertius paulo, Oportet inqt, hominẽ intelligere ſecundũ ſpeciẽ, ex multis procedentẽ Senſibus in unũ ratiocinatione cõceptum. hoc autem eſt, recordatio illoꝝ, quæ olim uidit anima noſtra cũ Deo perfecta, & illa deſpiciens, quæ nunc eſſe dicimus, & ad id, qd̃ uere eſt, ſurſum reflexa. In Phædone porro fuſius aſtruit, Diſciplinã noſtrã non eſſe aliud, q̃ Reminiſcentiã, Quia uixerint Animæ ante Corpus. Duabus uero pręcipue rõnibus dogma hoc corroborat'. Prius qdem, qa recte interroganti, ſæpe uera de iis, quæ nunq̃ didicimus, reſpondemus. nec uero fieri ullo modo poſſe, ut a` pueris tot reꝝ, atq; tantaꝝ inſitas, & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἐννοιαὸ uocant, haberemus, ni animus ante, quam Corpus intraret, in reꝝ cognitione uigu iſſet. Cũ Notionẽ dico, ſiue Prolepſin, intellige ex Boetio in topicis, Intellectũ quendã, & ſimplicem mentis conceptionẽ, quæ ad res plures pertineat a` ſe inuicẽ differentes. Deinde quoniã ex notitia eoꝝ, quæ ſentiunt', ſubita quadã abſtractione in notitiã aſcendimus Idearum, Ceu cognoſcẽdo hæc æqualia in ipſius æqualitatis cognitionẽ, Vbi cognoſcimus deficere hæc ab illis, atq; adniti ſimilia fieri, Cum' q; id agamus p oẽm uitam, neceſſe eſt, Ideam ipſam ante ortũ nos habuiſſe. neq; .n. perfectæ rei notitiã ſubito ex impfectis accepimus. Cæteꝝ adnectamus iis, Quæ Vir doctiſſimus aduerſus Platonis calũniatorẽ lib. iii. ingenioſe, apte' q; , ac, ut Græci dicunt, ἐμβόλως, ſcribit Beſſario, Vt intelligamus Philoſophũ hunc Reminiſcentiæ aſſertionẽ non fruſtra eſſe adortũ. Ratio inqt, reminiſcendi, aut recordandi illa Platonis p Generationẽ non contemnẽda eſt, ut aduerſarius putat. Quis. n. ímortalem, atq; æternã ſtatuens animã, & longe ante corpora præexiſtentem, negare poſſit, eam ſcientiæ plenã eſſe? & reꝝ omniũ intelligibilium ſpecies in ſeſe habere? obliuiſci autem eaꝝ, cum corpori unit', ob nimiũ materiæ fluxũ. Rurſum' q; doctrina, & ſtudio, atq; exercitatiõe remiſci, nec niſi puecta iam ætate fluxu materiæ uel ceſſante iam, uel potius refluente. Nã & philoſophus Arabs Auerrois Agentẽ intellectũ, quẽ unicũ omnibus, & immortalẽ tribuit, cenſet omniũ ſpecieꝝ ſemp pleniſſimũ eſſe, ſemper' q; adeptũ eſſe, Sed quatenus corpori cõiunctus eſt, per uaria phantaſmata uarie intelligere, qn etiam aliquando qdem intelligere, aliquando uero minime. Nec ſane` Ariſtoteles ipſe ab huiuſmodi opinione Reminiſcentiæ longius abeſſe uidetur. Quippe uerba illa ex ſeptimo phyſicoꝝ ad hunc etiam Senſum accommodari poſſunt. Vt. ſ. omnibus ſedatis paſſionibus, ſiue affectibus prauis, ſublatis' q; impedimentis incipiat Anima ſcire, & ſapere. Scientiæ primæ acquiſitio inquit, non eſt generatio. Scire enim, ſapere' q; dicimus eo, quod qeuerit, & conſtiterit Intellectus. ad quieſcendum autem nulla eſt generatio, nulla enim mutatio eſt. Tabulæ autem illa ſimilitudo non ad ſimpliciter eſſe Intellectus referenda eſt, Sed ad Corpoream operationem, ad quam

intellectus

intellectus perinde ſe habet, ac tabula, in qua nihil ſit ſcriptũ. nihil enim cognitionis phantaſmatarię poſſidet, ſed in potentia eſt ad cognoſcendum per phantaſmata. Aut ad Scientiæ primæ acquiſitionem per quietem, & conſtantiam Intellectus illa tabellæ ratio referri debet, Quam Reminiſcẽtiæ nomine Plato ſignificat. Nam reſpectu quidem ſpeciei ipſius refertus ſemper ſcientia eſt Intellectus, neq; aliter Ariſtoteles, quàm Plato hac de re ſentit, quod & Auerrois comprobat Commento quinto, ſuper tertio de Anima Libro. Porro uixiſſe ante corpus Animas, Origenis dogma eſt, cum ſæpe alias, tum περὶ ἀρχῶν tertio confirmatum. Platonici Decreti meminit & Boetius, Quod ſi inquit, Platonis muſa perſonat uerũ, Quod quiſq; diſcit, immemor recordatur. Sed & Hieronymus ſignificat, ubi ait, Phĩloſophorum ſcitis contineri, Diſcentias eſſe Reminiſcentias. Quin naturalium primo Macrobius, Si animæ inquit, memoriam rerum diuinarum, quarum in Cælo erant conſciæ, ad corpora uſque deferrent, nulla inter homines foret de diuinitate diſſenſio. Sed obliuionem qdem omnes deſcendendo hauriunt. aliæ uero magis, minus alię. Hinc eſt, quod quæ apud Latinos Lectio, apud Græcos ἀνάγνωσις uocatur, ideſt repetita cognitio, quia cum uera dĩ ſcimus, ea recognoſcimus, quæ naturaliter noueramus ante, quàm materialis influxio animas inebriaret. Ea nanq; non uidet Animus, cum repente in tam inſolitum, tam'q; perturbatum, ut Cicero inquit, domicilium immigrauit. Sed cum ſe collegit, atq; recreauit, tum agnoſcit ea reminiſcendo. Quoniam uero Platonis Reminiſcentiæ ſatiſſecimus, Adiiciamus de Memoria illud quoq; Pythagoreos tradi, uegetandæ, exercendæ'q; memoriæ gratia, quod quoque die dixiſſent, audiuiſſent, egiſſent, ueſpere ſolitos commemorare. Quod a' M. Tullio item relatum ſcio. Plutarchus uero in Commentariolo περὶ παίδων ἀγωγῆς, nil prius memoria exercendum in pueris, ſcribit, quod ea ſit eruditionis ταμεῖον, ideſt proma quædam cella, Theſaurus'q;. Quo argumento confictum Veteribus, Muſarum matrem dici Mnemoſynen.

¶ Puteal quid ſit apud Perſium, & Oratium. Statio dicta ἐν φρέατι. De Puticulis, Putearijs, Terræ Coriis. Perpenditur locus Senecæ in Thyeſte. Cap. XVII.

Vid ſit Puteal apud Perſium, & Oratium, non fere' uideo inter Grammaticos conſtare. immo commentitia a' pleriſq; afferri in album, & quæ ancho-
q ram ne ſacram quidem habeant, qua ſubſiſtant, & conuellentium reflatus cõtemnant. Nos quod ad eam rem indagine uaria uenati ſumus, iam hinc promemus. Si Poetarum prætexuerimus Verſiculos, & fluctuantes Interpretum ſententias. Perſius igitur ſic,

Si Puteal multa cautus Vibice flagellas. Alter uero ſic.

Forum, Puteal'q; Libonis, Mandabo ſiccis.

Audio quoſdam ſcribere, Puteal Prætoris tribunal, Subſellium'q; eſſe. Acron refert, eſſe locum, ad quem conuenirent fœneratores. Porphyrio ſedem fuiſſe Prætoris prope' Arcum fabianum, ita nuncupatum, quia a' Libone illud primum tribunal, & Subſellia collocata fuerint. Eſt qui interpretetur dici Puteal, quod ibi creditor debitori dans bona, tanquam in puteum mittit. Ego uero in Veterum libris comperio, In Comitio in gradibus ipſis ad Læuam curiæ fuiſſe Actii Nauii Statuam, Capite uelato, quo in loco is Cotem nouacula diſcinderit. Qui locus, inquit Dionyſius, uocatur a' Romanis Puteus. Vbi ara eſt ſubterranea. Cicero autem in diuinationibus, Cotem inquit, & illam nouaculam defoſſam in Comitio, ſupra'q; impoſitum Puteal accepimus. Eſt uero Puteal, Sicuti apud Iureconſultum obſeruauimus, Pomponium, digeſtis de actionibus Emp. & Vendi. quo putei operiuntur, hoc eſt ueluti umbella quædam, aut Petaſus, qualem pyramidibus impoſitum, Plinius ſcribit, Qualis'q; in Patauino uiſitur foro concinne faſtigatus, præter'q; plumbeis inductus tabellis. Inibi uero Iudicia exerceri ſolita, neminem puto latere, cum locus is in comitio foret, Quod inde appellatum Varro ſcribit, quod illuc coirent Comitiis curiatis, & Litium cauſæ. Puteal hoc non omiſit item Ouidius,

Si puteal, Ianum'q; times, celeres'q; calendas. Et Oratius item alibi,

Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad Puteal cras.

Inuenio in Græcorum Theſauris, fuiſſe in Attica iuri dicendo Stationem, ſiue Iudiciale forum, Quod diceretur ἐν φρέατι, ideſt in Puteo. In eo cauſæ Reorum agitabantur, qui Cædis inuoluntariæ ſemel accuſati, rurſum ſponte admiſſi facinoris iudicium ſubirent. Erat uero in mari locus is, & forma iudicii inuſitata. Naui illuc uectabatur Reus, ex qua etiam Cauſam dicebat Ita, ut nuſquam terram attingeret. Immo nec ullis Anchoris nauigiũ licebat infrenare, nec pontem mittere. In Exquiliis præterea, uel ultra potius, Vt Varroni placere, animaduerto, Romæ locus publicus erat, quem Puticũlos uocabant, quoniam illic eſſet Sepulchrum miſerę plebi. Quod in ſermonibus Oratius ſignificat, & Acron expoſuit, nam eo in loco Vſtrinas fuiſſe Publicas, ſcribit Porphyrio. Antiqua uero Sepulchra in puteorum morem ſolita excauari, non latuit Pomp. Feſtum, unde & inflexum Puticulorę nomen, liquet, ni coniectet quis, quod inibi computreſcerent Cadauera. Putearios uero a Plinio dici Puteorum excauatores, multos ſcire arbitror. Eos Græci φρεωρύχους uocant, aut etiã φρεωρύκτας. Phillylius Drama cõcinnauit, Cui titulus Phreorychi fuit. Apud quẽ obſeruatum eſt, Putearíorum inſtrumentum dici Tereuſin. Organon, quo ex puteo hauritur aqua, Ceſonium inuenio appellatũ. Ciconiam quidam latine dicunt. Puteos aperire, poſitũ elegãter apud Iureconſultos pro excauare. In puteorũ autem aperiendorum ratione Coria terrę obſeruari ſolere, præcipiunt Eruditiores, quo uerbo tectoria, & Statumina quędam craſſiora, quibus item alia, & alia ſubſunt, ſignificari, certum eſt. Nam in Parietum ſtructura Coria dicuntur Vitruuio, Quæ circulus pullatus plebeia uoce Curſus nuncupat. Poſtremo in hac Puteorum mentione adnotanda eſt Strabonis hiſtoria. Qui Danai filias ſcribit, ſumma ſolertia apud Argos adinueniſſe Puteos, Cũ Ciuitas ea in loco iaceret arido, teſtãte id ipſũ Græco uerſu, ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὰι θέσαν ἄργος ἔνυδρον. Argos aqs uacuũ Danaæ ſtruxere redundans. Hoc uero non ut reconditum huic loco impegimus, Sed ut opem Senecæ ferremus, Quem etiam in leuioribus, quæ uel infra plebeiam ſunt eruditionẽ, quod pudendum eſt, implicant potius, quam explicent quandoq; Interpretes. Eſt in Thyeſte uerſiculus hic, Timentq; ueterem nobiles Argi ſitim. Inibi Interpres, Veterem ſitim, ne iterum tanta ueniret ſiccitas, quanta fuit tempore Phaethontis. Ex errato tam futili coniectare iam quilibet poteſt, quid deniq; in eiuſmodi exchartabulis ſtudioſus lector ſperare poſſit, etiam ſi lactis gallinacei hauſtum ſubinde promittunt, & quoniam de puteis mentio eſt, tanquam ἀγαμεμνόνεια φρέατα.

¶ Ageſilaum recte legi apud Lactantium inter Plutonis cognomenta. De Orco, & Orcinianis, Horcinus. Cur Sũmanus. Item de Apolline, & Plutone plura. Agyieus columna. Agyiatides aræ, uel Therapnæ. Cap. XVIII.

Actantius inter Chriſtianæ Veritatis aſſertores eloquentia maxime illuſtris, diuinarum inſtitutionum primo ſic ſcriptum reliquit, Ergo illud in uero eſt, quod regnum orbis ita partiti, ſortitiq; ſunt, Vt orientis imperium Ioui cederet. Plutoni, cui cognomen Ageſilao fuit, ps occidentis obtingeret, Eo quod plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur, ſuperior, Occidentis autem inferior eſſe uideatur. Sic ueritatem mendacio uelauerunt, ut Veritas ipſa perſuaſioni publicæ nihil denegaret. De Neptuni ſorte, manifeſtum eſt, cuius regnum tale fuiſſe dicimus, quale M. Antonii, cui totius oræ maritimæ poteſtatem Senatus decreuerat. hactenus ex Lactãtio. In cuius uerbis nil nõ elegans, & excuſſum. Non deſunt tamẽ, de doctioribus loquor, Qui uitilitigent, interpellatamq; lectionem arbitrati, uelut munus fundi ſuburbani inſtar ſtudioſis allaturi. ubi ſcribit Auctor, Plutoni fuiſſe Ageſilao cognomen, diſpuncta prorſum nihili, ut ipſi cenſent, dictione, pro Ageſilao ſubſtituunt, reponuntq; Agathilyum, ueluti bona ſoluentem, Aut Agelaſtum, quod triſtem nobis indicat, ut qui rideat nunquã. Horum ego ſtudium in propaganda bonarum artium eruditione ita laudo, ut etiam admirer. Eiuſmodi curam ſi ſtudioſiſſimus quiſque ita affectaret, ut imitaretur, bene utiq; de literis barbarico aſſultu magna parte concuſſis, demutilatisq;, ſperãdũ foret. Modo id inſuſurrari paterent, Lynceo quidem minutiſſima quæq; expenderent, Verum penſiculatius ſuo uterentur iudicio, nec ita amarent, Vt ſi uſus, ac ratio ſic ferant, allidere nequeãt. Cæterum redeo ad Lactantium,

ſtantium, apud quem nil uideri interpolandum, aut Obelo confodiendum, mox liquebit. Sed aſteriſco illuſtrandum potius. Inter cognomenta igitur Plutonis etiam Ageſilaum fuiſſe, norunt, opinor, qui græca ſolertius paulo rimantur, nam necui in hac re aqua hæreat, & Tenediorum libertatem ſecuri præcidamus tenedia, apud Callimachum legitur, φοιτῶσι μεγάλῳ ἀγεσιλάῳ, hoc eſt ad magnum tendunt Ageſilaum. Quem locum exponẽtes Grã matici, & Methodius imprimis, etiam etymi ratione id comprobant, εἴρηται δὲ inquiunt, παρὰ τὸ ἄγειν τὸς λαοὺς· ἄρχει γὰρ τῶν θανόντων. ſic nũcupatur, quod populos ducat, eſt enim Mortuorum Imperator. Iam hæc apertius narrantur, quam ut hæſitationi locus omnino re liquus fiat, niſi quis optet εἰς οὐρανὸν τοξεύειν, quod eſt in Cælum ſagittas excutere, aut ex harena funiculum nectere. Verum adeo refractarios non arbitror, ut ordiantur, quod Plut. inquit τὴν σκιὰν ἡλιοπαμεῖσθαι, ideſt Vmbram metiri, Quãdo in dipnoſophiſtis Athenæus ab Aeſchylo Plutonem dici Ageſilaum ſcribit. Ad id porro inferni regis cognomentũ alluſiſſe uideri poteſt Attellanarum Poeta, ubi ait, Orcus uobis ducit pedes, quo ſignificat, admoueri iam lineas, & letifera ingruere pericula. Quod obliq; in Romanum Senatũ quãdoq; pronuntiatũ legimus, Cui Nero, tanq̃ Orcus, infeſtiſſimus erat, eum'q; ordinem ſublaturũ ſe quãdoq; de Rep. crebrius interminabatur. Orcum uero dici Plutonem, puto, neminẽ latet. Nam inde M. Tullius conſceleratiſſimum Verrem, omnis diuini, humani'q; iuris corruptorem, Qui ſacra publica, priuata'q; hoſtiliter deprędaretur, ac in omnem ætatem, & ſexũ indiſcriminatim debaccharetur, Orcum alterũ appellauit, Sed & Orcius Theſaurus ꝑ Catonio, hoc eſt inferno ab Eruditis dicitur, Sicuti Næuius epigrammate atteſtatur illo, quod ſibimet uiuens concinnarat, Itaq; poſtq̃ eſt Orcio traditus theſauro, Obliti ſunt Romæ latine loqer. Orci tamen legebat Minutianus Cæcilius in libro de Orthographia. Ex hac item doctrina Valerio Martiali Orciniana Sponda pro Sandapila ponitur, ſiue Pheretro. Sunt tamen, q non ab Orco. i. Plutone, Sed ab ἕρκος, quo Septum ſignificatur, Quod & Orcana dicitur, ab ἑρύκω, nomen id deducãt, & Capulũ, ſiue Thecam ex impolitioribus lignis, aut etiam uiminibus contextam, compactam'q; autument ſignare. Quod ſi eſt, aſpirabimus primæ. Martialis uerſus hi ſunt, Vocet beatos, clamiteq; felices, Orciniana qui ferunt Spõda. Orcinos libertos Iureconſulti ipſius teſtatoris interpretantur, Qui iam ſit in Orci familiam aſcriptus, & in peculio Proſerpinæ connumerandus. C. tamen Orcinius Rom. ciuis in oratione pro Cluentio eſt apud Ciceronem. Orcum ab Vrgendo dici, Pomp. Feſtus aſſeruit, quod in interitum omnia præcipitet. propterea de eo Claudianus, O maxime noctis
Arbiter, Vmbrarum'q; potens, cui noſtra laborant
Stamina, Qui finem cunctis, & Semina præbes. Sed & Papinius,
O cunctis finitor maxime rerum,
At mihi, Qui quondam cauſas, elementa'q; noram, Et Sator. Nam & Ouidius,
Tendimus huc omnes, hæc eſt domus ultima cunctis.
Sunt qui Thynnum iam grandiorem Horcinum uocent. maximũ uero Cete. ſcribit Archeſtratus prope Samum capi Thynnos uiſenda magnitudine, quos Horcinos uocent qdam. eſt autem Thynnus uelut marinus Sus, quando glandibus pingueſcit. laudantur in eo, quæ Hypogaſtria uocantur. Porro cum Plinius naturalis hiſtoriæ ſecundo ſcribit, diurna fulmina Ioui a Romanis aſcribi, Nocturna autem Summano, Sicuti & quarto Ciuitatis diuinæ comprobat Auguſtinus quoq;, Intellige item eo nomine Plutonem ex Martiãno de nuptiis Philologiæ libro ſecundo, quem ita nũcupant, quaſi ſummum Deorum manium. Summanum in faſtigio Iouis Opt. Max. de Cælo tactum fuiſſe, in diuinationibus Cicero ſcribit. At Plautinus ille Curculio, Quia inquit, Veſtimenta, Vbi obdormiuerim ebrius, ſummano, Ob eam rem me omnes Summanum uocant. Summanus quinam ſit Deus, addubitaſſe uidetur Ouidius, Cum faſtorum ſexto, XIII, Calendas Iulias templum illi ſacratum ſcribit.
Reddita, quiſquis is eſt, Summano templa feruntur
Tunc, cum Romanis Pyrrhe timendus eras.
Plutarchus in libro περὶ τοῦ εἶ ἐν Δελφοῖς, quod equidem ſcitu arbitror dignum, Apollinis nomine ſummum accipit Deum, Qui unus ſit, ac ſimplex, ac propterea dici Apollinẽ, quaſi multitudinis neſcium. Nobis enim aggregatio ex diuerſis, & omnifaria, ac uelut panegyrica, peculiaris eſt. Quod eſt, unum eſſe oportet. Proinde, Phœbum item nuncupant, uelut

purum, syncerum'q. hoc nanq Veteribus indicat Verbum id, unde & Thessali Sacerdotes diebus nephastis αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῶν ἐξώδια τρίβοντας φοιβονομεῖσθαι dicunt, idest ipsos exodia secum atterentes puritatem consequi. Vnum quippe syncerum est, mixtione autem unius cum altero pollutio consurgit. Esse porro immutabile, Quoniam mutabilitas, & Corruptio suum agnoscat Deum, uel Dæmona potius, Inter quos diuersitatem, nominum præcipue colligi argumento. Alter enim Apollo nũcupatur. Pluto reliquus, Ille Delius, hic Aidoneus. Ille Phœbus, hic uero Scotios. Apud illum Musæ, ac Mnemosyne, apud hunc Lethe, ac Silentium. Ille Theorios, & Phanæus, hic autem νυκτὸς αἰδίας, ἀεργηλοῖστε ὕπνου κοίρανος. noctis æternæ, ac inertis Somni dominus, Sed utriusq interstitium graphice Stesichorus hisce uersibus exprimit, quibus inuicem eatenus dispescuntur, diuaricantur'q. Quãtum Hypanis Veneto distat ab Eridano. Alterum enim lusus, cantus'q amare scribit. Alteri curas, & suspiria sorte obuenisse.

Μάλιστα παιγμοσύνας φιλεῖ μολπάστε ἀπόλλων.
Κήδεά τε στοναχάστε ἀΐδας ἔλαχε.

Apud Platonem Prouidentiam diuinam ad separatas animas præcipue pertinentem Plutonis nomine significari putant, Quæ puras animas bonorum suorum perpetuis illecebris rapiat adeo, peruinciat'q, ut nostra hæc haud repetant amplius. Probat autẽ Plato, Animas penes Plutonem ideo arctissimo, gordiano'q implicitas uinculo teneri, quoniam amatorio implicentur affectu, Quem esse cæteris omnibus potentiorem nodum, in Conuiuio, & legibus cõprobat Philosoph⁹ idem. Apollinẽ deniq, ut Alexicacũ, colere ante ianuã, ueteris fuit moris. Certe Agyieus Columna dicebat' inibi surrecta, fastigata'q, ei sacra deo. Sicuti arę quoq, quas Agyiatidas, quidam Therapnas nũcupãt. Est aũt Agyia, quæ cõmuni locutionis proprietate ῥύμη uocatur, idest Vicus. Scitu dignum illud quoque, apud Eleos cultum quandoq Apollinem Opsophagi cognomento, uelut Gulonem dicas. Eius meminit Polemo, in ea, quæ est ad Attalum, epistola.

¶ Quid sit apud Varronem Postulio. Cap. XIX.

Æterum illud obseruationis non utiq incuriosæ, Quod apud Varronem de lingua latina libro primo sunt, qui Postulionem dici Plutonẽ credant a' postulando. Varronis uerba, si qs requirat, apposui. In eo loco, dehisse terram, & Id ex Senatus consulto ad Aruspices relatum, esse responsum, Deum Maniũ Postulionem postulare, idest Ciuem fortissimum eodem mitti. hactenus undecunq doctissimus Varro. Qua in parte, quod bona uenia dictum uelim, Siquis amplius ab opinione ista standum putat, Ego utiq lõge aliter sentio. Neq enim expositio hæc ullis auctoritatum tibicinibus, ut ita dixerim, fulcitur, obfirmatur'q, ad eas uero, ut ad Anchorã sacram, in studiorum hoc genus ratione sæpe decurrimus. Sed ne sim lingua largior, quã re. Conabor a' paucissimis animaduersam difficultatem ita explicare, ut ne cæci quidem possint ab recto reuelli. Igitur apud Varronem libentius Postulationem legerim, quàm Postulionem, nisi quis per cõcisionem ita Veteribus solitum pronuntiari contendat. Nam quod aliqui Stulionem legere uidentur, ni mendum exemplarium est, ratione caret, nec absurdũ minus, quàm si Sambucam Caloni aptaueris. Est autem Postulatio piaculare sacrũ, quod fieri antiquitus consueuerat, ad aueruncandam Deorum iram, facto prodigio aliquo, quod expiandum, procurandum'q foret. Id, nequis ambigat, auctore M. Tullio comprobatur. Eo nanq uerbo in quadam oratione bis est usus, in ea, quam prætexuimus, notione, prius sic. Exauditus in agro propinquo, & suburbano est strepitus quidam reconditus, & horribilis fremitus armorum, de ea re scriptum est, Postulationes decretas esse Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, Diis cælestibus. Audio, quibus diis uiolatis expiatio debeatur, Sed hominum ob quæ delicta, quæro. Alibi uero idem Cicero sic, Mouet me etiam in hac caritate annonæ, sterilitate agrorum, inopia frugum Religio telluris, & eo magis, quod eodẽ ostento Telluri postulatio deberi dicit'. iis opinor, luce clarius patet, q sit Varronis sensus, quæ'q Lectio uera. degustent modo hæc, regustent'q bonarum literarum studiosi, tãtum adsit nasus aliquis, ut est apud Oratium, fatebuntur, nos recte odoratos. Nec nostra nos sine riuali

amare,

amare, aut plumbeo gladio aduerſarium adortos iugulare. Nam hiſtoriam comparem, ac uerbum pene idem in utroq; auctore omnis ambiguitatis nodum exoluere, Opinor, Omnibus & Lippis notum, & tonſoribus eſſe. Sed ut plenius legitime in literariam ſe palęſtram inſinuantibus fauentes promereamur, Addamus & grammaticam ratiõem, Quæ ipſa multum uidetur illatura lucis. Dicitur a Poſtulando Poſtulatio, Quoniã turbata Sacri cuiuſpiã, aut ludorum ratione, Vbi quid parum explorate, curioſe ue obiiſſent, aut in re diuina, quid omiſſum ex ritu foret, per oſtenta, quæ mox paulo inſequerentur, uidebatur numen honoris inſtaurationem poſtulare. Id ita habere, Feſti quoq; confirmatur doctrina, conſimilia fere tradentis, Fulgura inquit, trium generum ſunt, Poſtularia, Peſtifera, Peremptalia. Poſtularia uotorũ, aut Sacrificiorum ſpretam religionem deſyderant. Peſtifera mortem, aut exilium denuntiant. Peremptalia ſuperiorum fulgurum, portentorumq; ſignificationem perimunt. Cecinna quoq;, Seneca tradente, Poſtularia interpretatur fulmina, quibus Sacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetantur. Quod autem interpretari uidetur Varro, Poſtulionem eſſe Ciuem fortiſſimum, non ita accipiendum, tanquam hoc plane ſignificet Verbum id, quod abſurdum foret, Sed ea fuit Aruſpicum explicatio, a quibus reſpõſum erat, Deum Manium requirere expiatorium quidem ſacrum, quod eſt Poſtulatio. Inde adiectum, cuiuſmodi eſſet futurum id Sacrificii genus, qua ue hoſtia portentoſus foret hiatus procurãdus. Hęc ad obſcuriſſimi loci illuſtrationem excogitata nobis. Quod ſi ex politioribus quiſpiam exactiore fultus ingenio, lectione q; multipliciore inſtructior aduerſum hæc quod promat, excogitarit, dabo manus, gratias q; teſtabor. Sciolos autem ex triuio nil moror, quibus Myrothecia hoc genus putent. arrident amplius nugalia, & pſyrica. Sed nil mirum, Similem nanq; habent labra Lactucam.

¶ Opportunitatis in actionibus neceſſitas. Itẽ de cauſa agente, ac ſuſcipiente. Ingenioꝝ diuerſitas unde ſit. De Fortuna, & Fato. Item q; de Cleanthe, ac Xenocrate. Cap. XX.

f Ingulis actionibus inquit Proclus, aliud conuenit, aliud q; tempus ad hoc, uel illud perficiendum. Eiuſmodi uero tempus eſt actionis cuiuſlibet opportunitas, tanquam bonum, atq; finem agentibus afferens, & effectis. Quapropter Pythagorici primam quoq; cauſam, a qua omnibus bonum adeſt, opportunitatem nominauerũt. Quippe cũ omnibus, ut perfecta ſint, largiatur, Omnia deniq; ſic coaptantur, dum Cauſæ quidem Perficientes ad perficiendũ promptiſſimæ ſunt. Suſceptura uero ad participationem expergiſcuntur, & illę rurſum potentiã porrigunt perficientem, hæ autem potentiam aptitudinis a natura ſuſceperunt. Duplex enim potentia eſt, altera quidem agentis, Altera patientis, Et illa mater eſt Actionis. Hæc uero perfectionis eſt ſuſceptaculum. His uero exacte perſpectis ſoluitur actitata inter doctiores de Ingeniorum diuerſitate quæſtio. Vnde q; enaſcatur maior in uno, quam in alio profectus. Admirantur pleriq; eximiam in Platone ingenii fertilitatem, ac uim omnium capacem. Et recte illi quidem. Verum quæ nam tantæ felicitatis excogitari fomenta poſſunt? Primũ illa ipſa, quam dicebamus, Perficiens, Agens ue Cauſa. hæc autem ex ſummæ Sapientiæ profluit Præceptore. maxima hæc, & præcellens ad capeſſendum ingenii cultum opportunitas. præſto eſt & altera, Temporis fœcundiſſima in doctrinis felicitas, qua non fere alia feracior, ſiue excellentium Virorum copiam, ſiue monumentorum ſpectes. Cæterum Platonem ipſum necdum attingimus. In hoc præſtantis Ingenii triplex afferri cauſa poteſt. Humana, Naturalis, Diuina. Humana ex lege prouenit, educatione, conſuetudine. Quod ad educationem attinet, Pueros Impuberes, a Medicis certatim, & Philoſophis obſeruatum, ſi affatim diſtendantur cibis, nimium q; Somno indulgeant, hebetiores inde euadere, ac tardiores, Quin & Corpora fieri improcera, deteriusq; multo adoleſcere. Id quod Varroni adnotatum quoq; in Logiſtorico eſt, Quæ Capis inſcribitur, aut de Liberis educandis. Naturalem elementorum præſtat, Alimentorum q; diuerſitas. Attigit hanc & Proclus, ubi neceſſe ait, conſpiratu miro congruere naturam, Intellectum, Cauſas item diuinas. has uidet triplices intelligere, ex Deo, Dæmone, fato. Putat quidem Plato, ut a poſtremo ordiamur, Cæli diuerſa a diuerſis tum Stellis, tum Diis, ideſt Angelis regi. Sed & identidem

terras diuerſis ſubeſſe uel Dæmonibus, uel Angelis inferioribus. Quin & Cęleſtium rerum ſtudioſi Terræ plagas Cæli Zonis, Vrbes aſcendentibus accommodant ſignis. Propterea Ingenii uim ex Cælo item eſſe, ac Stellarum poſitu, & configuratione, colligunt. Spiritus uero ſuperiores noſtris influere Spiritibus, eo maxime probari argumento uidetur, Quod Corporum ſupernorum poteſtate, noſtra ſubinde euidenter agitentur. Quod ſi Spiritus illi in noſtros agunt, agunt inſuper & in Corpora. Corporis uero humani affectio, undecunq; fiat, eatenus redúdat in animam, quatenus tam comparato, qua'm naturali affectu ſeſe mergit in corpus. Porro' uim omnem, atq; Virtutem, ad nos demanãtem a' Superioribus in bõnum tendere, aſtruũt Eruditiores. Verum Complexionis, ſiue conſtitutionis, Naturæ, Educaciõis'q; uitio corrumpi. Hinc Saturni grauitatem in triſtitiam, parſimoniam, rigiditatẽ'q; labi. Martis magnanimitatem in audaciam temere ſeſe periculis obiectantem. Mercurialẽ induſtriam in uafricias, ac Vernilitates. Veneream charitatem in libidinem fœdam. Dæmonum uero rationes ita diſtinguunt, Vt Supremorum eſſe comprobent contemplãdi uirtutem. Medianorum actionis ſolertiam. Infimos ad concupiſcentiæ bonum nos allectare. Verum iis omnibus poſſe nos tum recte, tum perperam uti, & proinde conſequi mox uel bona, uel mala. Socrates inquit Proclus, cum Alcibiade opportune ad idem concurrit, huius opportuni congreſſus Dæmon bonus cauſa extitit, opportunitatem Socrati conueniendi determinans. Verum qui ad hæc cæleſtia parum adhibent, Quoniam ſub Cælo tanquam cauſa uniuerſali, & Bœotiæ ſues enaſcantur, atq; item Attici philoſophi, Proprias peculiares'q; in unoquoq; cauſas cenſent perpẽdẽdas, quibus ſingularis, & eminens acceptus referatur profectus. Et primum quidem quod Animam ſortitus ſit bonam, Sed non a' Cælo, quando immortalis eſt, ac incorporea, Sed a' Deo. Porro' nõ defuerit bene conſtitutũ Corpus, Quod ita affectæ Animæ ſubſeruiret, ac organa præſtaret artifici peraccommoda. Id a' Cælo tanquam communi cauſa prouenit quidem, peculiarius tamen a' Parentibus. Quod philoſophari, auditiones obire, meditari'q; propoſuerit Plato, ex animo, Corpore, arbitrio proprio id initia ducit. Quod magni fuerit profectus, induſtriæ imputãdum. Affulſit illi nõ benignius aſtrum, Sed ingeniũ fertilius, perſpicacius, tenacius, nec a' themate cæleſti, Sed ex Dei profluua largitate. Socrates Sapientia clarus, illud, quicquid eſſet, non natalitiis ſyderibus, Sed aſſiſtenti numini acceptum rettulit. Iſocrates, ſicuti produnt Græci, cum quidam ei Parens filium exhiberet, ſcitaretur'q;, quidnam ei neceſſum arbitraretur δεῖ ἔφη, γλαφίδος, καὶ νός, ideſt Penna, ſeu Stilo eſſe opus inquit, ac mente. Cæterum ſi locum hunc ex Platone, Platonicis'q;, Quos eſſe claſſicos adprime reor, aſſiduos'q;, peregerimus, forte nõ aberrarim[9]. Scribit Plato, Deum, & Fortunam, atq; Artem ſimul cum Deo humana omnia gubernare, Id ita interpretantur, Deus in omnibus per omnia mouet omnia. Mouet mũdi Sphæras, Quarum cõcurſus fatum alicubi, At quarto legum Fortuna nominatur. hinc Caſus uarii circa externa, corpora'q; contingunt. Mouet item Animas, Lumen inſpirando mentibus, unde Ars non ſpeculandi ſolum accendit', Sed agendi. Ab arte tandem diſpoſitio externorum, & Corporis proficiſcitur, quamobrem a' Deo cũcta dependent, Qui, ut apoſtolus Paulus aſſeruit, Omnia in omnibus operatur. Aduertendum uero illud, Quandocunq; illa cæleſtium cauſarum ratio ita digeritur, Vt artem exculcatam exuperet, dici a' Platonicis fatum. Vbi uero ſic, ut uincere inertem, deſidioſum'q; eualeat, rurſum a' Solerti, ſtrenuo'q; uinci, Fortunam. Vtrobiq; uero diuinam ſtatuunt prouidentiam, quæ ad finem agat ſibi ſoli notũ, quæ'q; uniuerſa modis contemperet occultioribus. Porro' illud Silentio haud quaquam inuoluendum, a' Platone in Timæo, atque in Menexeno quoque tradi, Regionem atticam eſſe ingeniorum fertilitati præcipue accommodam. Panætius eius rationem in aeris reiecit temperaturam. Longinus ex loci qualitate putat euenire, permixta ex multis, atque occulta. Origenes, Qui Timæum eſt interpretatus, Cæleſtibus aſcribit aſpectibus, atq; influxibus. Qm octauo de Rep. Plato ſcribat, Cæleſtes quoſdã circuitus eſſe cauſas fertilitatis, ac ſterilitatis tum Corpor, tum animarũ. Proculus uero, ac Porphyrius, Animam mundi putãt alibi alias Vires imprimere, ac peculiaria quædam uelut hoſpitia parare. Tum Deos Varios ea illuſtrare loca. Vbi ergo rationalis Anima propriam elegit Vitam, ſi forte locum ſortita fuerit, qui optatæ iam Vitæ diſſentaneus non ſit, tunc in ea ſummam contingere excellentiam. Quæ Martiam elegit Vitam, Si plagam a' Marte illuſtratam indipiſcat',

fortitudinis

fortitudinis fastigium consecuturam. Proinde in Timæo Platonem scribere, Atticam regionem a' Pallade afflatam Sapientiæ, ac magnanimitati congruere militari. Et quinto legum ait idem, Localium Deorum afflatum, atq; item Dæmonum maximi ad ingenii, morum'q; rationes esse momenti. Requiri uero & Aeris temperaturam, nequod præcipuę causæ impedimentum sese obiectet. Decrescere uero ingenia & miratur Seneca, & dolet. Nescio inquit, qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ, eloquentia se retro tulit. Quicquid romana facundia habet, quod insolenti Græcię aut opponat, aut pręferat, circa Ciceronē effloruit. in deterius quotidie data res est, siue luxu temporum. nihil enim tam mortiferum ingeniis, quā Luxuria, siue cū pręmia rei pulcherrimæ cessarint, tralatū est omne certamē ad turpia, multo honore, quæstu'q; uigentia, Siue fato quodam, Cuius maligna in omnibus perpetua'q; rebus lex est. Vt ad summum perducta rursus ad infimum uelocius etiam, quàm ascēderant, relabantur. In hac ingeniorum mētione, festiua se mihi ingerit historia ex Plutarchi commentariolo περὶ τοῦ ἀκούειν, Cleanthem, & Xenocratem, cū ex Scholasticis hebeti maxime uiserentur ingenio, nec tamen eo nomine relanguescente impetu, quo ad procinctum tendere semel adorti essent, ab Iocis in tarditatem suam non abstinuisse, Cum se persimiles dicerent ἀπείοιστε βραχυστόμοις, καὶ πινακίσι χαλκαῖς. hoc est Vasis angusti oris, ac æneis tabellis, quod uix quidem dictata perciperent, at retinerēt tenacius. Auctor uero Herodianus est, Ad Oriētem omnes fere' mortales esse ingeniis acerrimis. Multa porro' de iis Galenus. Sed nos uel plura forsan iusto congessimus.

¶ An in abiuncta Anima supersit memoria, uel Sensus. Cap. XXI.

Anima rationalis e' Corporeis uinculis auolās seruet'ne memoriam aliquam, uel quorum hic fuerat conscia, uel saltem suorum, Quæstione fuerit non indignum omnino. In ea puto non addubitaturos Peripateticos cum Aristotele suo, quin nullatenus reminiscatur. Verum decimo de Rep. Plato fateri liquido animaduertitur, Animas, quæ hic familiaritate, aut omnino cognitione aliqua iunctæ fuerint, rursum separatas sese recognoscere, mutua'q; consalutatione, ut sic dicam, amplexari. Sed & Auicenna in metaphysicis auctor est, Animas tam beatas, quàm miseras, ubi hinc demigrarint, non exolescente protinus, quem conceperant, habitu, posse per imaginationem eadem illa uersare, quæ amplius adnexæ Corpori imaginabantur. Rursum in epistolis, ac legibus Plato Abiunctis Animis rerum nostrarum sensum relinquit nōnullum, insuper & curam. Approbat idipsum in libro de Animorum immortalitate Plotinus, Sed ad temperamentum quoddam negotium reuocat. humanarum rerum illis superesse tantisper curam, dum ad corporea procliuis lubentia restincta penitus aboleatur. In eo quippe Statu Animam tanto ardore, ac ui rapi ad diuina, Vt nostra hæc illam prætereant, aut si uideat, nil aduertere minus, quàm id a' se agi. Id ipsum puto & a' Platonis non abiungi decretis. Nam quandoq; recordari animas probat, Quandoq; inter nos, illas'q; profluere Letheum facit. Inter Veterum Theologorum placita, & illud est, ab nostris item comprobatum, plerisq; animis non loco eodem diuersorum dispensationem prouidentia potius, quàm affectu esse a' Deo contributam. Plotinus adiicit, publice, ac frequenter uaticiniis, ac id genus beneficiis, plurimis hominibus fuisse adiumento. Verum enim uero, ut in philosophicas amplius excurramus amœnitates, non est omnino ambiguitatis minutæ. An in Sensitiua Anima potentiæ sensoriæ actus post Corporis interitum reliquus fiat. Nam quod est Animæ, ac Corpori cōmune, in abiuncta relinqui non ualet anima. Omnes autem Sensitiuæ potestates, uel potius earum operationes promiscuæ sunt Corpori, & animæ. Igitur consecutio manifesta. Id uero inde præcipue liquet, Quoniam potentia sensitiua in actum nulla promitur, nisi per organum corporeum. Porro' de Anima primo Aristoteles Animam, corpore in corruptionem abeūte, neq; reminisci scribit, neq; amare. Id uero & de aliis potestatum Sensoriarum actibus intelligendum, Quod si est, colligitur liquido, Sequestratam animam in potentiæ cuiuspiam sensitiuæ actum non prodire. Verum responderi potest, Sensitiuæ potentiæ actum esse duplicem. Exteriorem, qui non nisi per corpus promi potest, quem nō superesse in separata anima, liquet. Interiorem alterum, quem per se exer-

ceat anima, retineat'q; etiamnum abiuncta. Hoc autem uidetur potiſſimum dogma platonicum, In cuius myſteriis ſancitur, Corpori animam adnecti perinde ac perfectam ſubſtantiam, nulla in parte a` Corpore dependentem. Verum coniungi, ſicuti Motor mobili coniungatur. Quia uero nil mouet, niſi quod mouetur, Et principium mouẽs ſe ipſum mouet, In anima duplex agnoſcitur motus, Alter, quo mouetur ab ea Corpus. Alter, quo ſeipſam. qua ratione in anima apparet uidendi actus primus, prout ſeipſam mouet. Reliquus uero in corporeo organo. Ariſtoteles autem de anima primo iſta diluere nititur, probans, Animam haudquaquam ſeipſam mouere, Senſorias'q; poteſtates eſſe coniuncti ſolum. Quem ex Theologis Beatus Thomas ſecutus, Actus ſenſitiuæ potentiæ colligit nullo pacto in ſe queſtrata Anima reperiri, niſi forte ut in remotiore fonte. Cum uero in libro de Spiritu, & Anima, Auguſtinus dicit, Animam ex corpore demigrantem ex Imaginatione, concupiſcibili, Iraſcibili'q; poteſtate pro meritis dolore affici, uel oblectamento, negabunt ex Aurelii officina eum profluxiſſe Commentariolum. Vel ſi concedant maxime, Sic tamen explicari oportere, Veluti ex iis, quæ per imaginatiõem, & id genus facultates alias in Corpore admiſerit Anima mox eo exuta uel bono afficiatur, uel malo. Quod ad memoriam attinet, hanc duplicem tradunt. Quandoq; enim intelligi, Vt poſitionem Senſitiuæ partis, quę præteritum concernit tempus, qua ratione Memoriæ actus in anima non relinquitur. Ex hoc enim Ariſt. ait, corrupto corpore, Anima non reminiſcitur. Altero modo eſt Memoria imaginis pars ad intellectum pertinens, ut ab omni temporis abſtrahit differentia, cum nec præteritorum tantum ſit, ſed extantium quoq; inſtantium'q;, ſicuti Auguſtinus ſcribit. Hæc uero Memoriæ uis in animis etiamnum ſeparatis comperitur. Conſimiliter Amorem, Gaudium, triſtitiam bifariam diſpararunt. Sunt enim interdum Appetitus ſenſitiui affectiones, quæ in Anima non ſupererunt, quoniam abſq; certo Cordis motu perfici nequeunt. Interdum uero inaudiuntur, ut Voluntatis actus, quæ in parte eſt intellectus compote, quo modo ab anima demigrante minime ſecernuntur. Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis fatendum eſt inquit, neſcire quidem mortuos quid hic agatur, dum agitur utiq; poſtea tamen ab eis audire, qui hinc ad eos moriendo pergunt, nec prorſum Omnia, Sed quæ meminiſſe permittuntur etiam Iſti. Et quæ illos, quibus hæc indicantur, oportet audire. poſſunt & ab Angelis, qui rebus, quæ hic aguntur, præſto` ſunt, audire aliquid mortui. Ac ne quis ambigat, referuntur item hæc in Canonicis decretis, Cauſa XIII, Q. II.

¶ De Menta. Mintha Nympha. Mintho. Quæpiam aduerſus Hermolaum. Retrimenti tiæ feculentiæ nomina plura. Dyſcœlii qui ſint. Cap. XXII.

m

Entam, ſiue uti pronuntiant Græci, & ſcribunt, Mintham tradit Oppiani Interpres ἁλιευτικῶν tertio, a` Mintha, quæ nympha fuerit, appellatã uideri. Duas uero eſſe ſpecies, Sylueſtrem, & quam uocant Hedyoſmon. Cocyti uero filiam tradit fuiſſe Mintham, Quæ ubi inaudiſſet amari a` Plutone Proſerpinam, indignata eo nomine, conſtanter illi ſe præponere auſa eſt, dictitans, ſi inferos peteret, inimiciter infeſtaturam. Quo puellæ tumore commotior Ceres Perſephones mater Mintham exculcãs εἰς τὴν κοκκὶν βοτάνην ταύτην, ideſt in malam deformauit herbam huiuſmodi. Ex qua fabella Oppianus Mintham uocauit κωκυτίδα νύμφην de Inferno Cocyto. Plura apud Interpretem. Cõmeminit iis fere` Strabo quoq; octauo libro. Ad Orientem inquit, prope` Pylum mons eſt nobilis cognomento Minthes, Quam fuiſſe Plutonis pellicem, tradunt fabulæ. Eam cum dolo circumueniſſet Proſerpina, in hortenſem Mẽtam demutaſſe, quam plerique Hedyoſmon uocant. Itaq; iuxta montem extat Plutonis templũ, frequenter a` Maciſtiis cultum. Relatu non indigna ſunt, Quę Ariſtophanis Interpretes ab iis diſſita non longe commemorant ſuper eo poetæ Verſiculo,

μινθώσομεν θ', ὥσπερ φάγες, τὴν ῥῖνα, Ideſt Stercore linemus nares, perinde ac hirci.

Minthon inquiunt, Alii hedyoſmon, Alii uero Iyngа uocant. Vt comperimus in comica dictione. Putant nonnulli in Sterquiliniis enaſcentem florem dici Minthõ, quo mire afficiantur Hirci. Apud quoſdam inuenias, Caprarum retrimenta dici Minthon. Vbi uero frigoris uitio corripiantur Hirci, Pſygmon uocant. Conſueuere Paſtores excrementis id genus

ad ſternuta mentũ

ad sternutamentum eliciendum, nares oblinere. Odoris id aspernabilis ciet fœditas, & me detur malo. Sunt tamen Qui humanas ex cibis superfluitates eo nomine significari putent. In hæc eo libentius diuertimus, Vt Hermolai Barbari bilem educeremus, moleste ferentis, ausum fuisse quendam prodere, Minthon quandoq; uocatam Mintham, idest Mentam, cũ tamen id & a' Græcis subnotatum sit, Vt monstrauimus, nisi quis fœde uitiatũ putet exemplarium. Illud modo mirum, quid ita Oppiani Interpres Mentam dixerit κακὴν βοτάνην, idest herbam malam, cum scribat Plinius, Mentam grato mensas odore percurrere in rusticis dapibus. Nisi quod ante coitum mulieri appositam inhibere conceptionem, scribit Dioscо. Repperi inter Græcos, Qui Mintham accipiant θύμον. Quæ uox cepam nobis indicat syluestrem. meminit Aristophanes Pluto. ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταυτὸν θύμον φαγόντες. Est item Grammaticus, qui opinetur, Calaminthum nuncupari ἄγριον ἡδύοσμον, idest syluestrem mentam, quam cum mœsta Ceres uidisset, execrata sterilem fecit. Auctarium autem adiecero illud, quoniam Ciborum superfluitates attigimus, Hominis retrimenta dici Spatilen, quanquam & hoc nomine coriorum nuncupantur frustula, seu recisamenta, quę a' Coriariis, Sutoribus'ue abiiciuntur. Boum uero Boliton, Asini Onida, & Onthon. In bobus tamen intelligere Onthon Homerus maluit. Suis Hypeleuthron uocamus. Ouium Oiptoton. Caprarum etiam Spyrada, & Spyrathiam. Murum Mysceledra. Apud Paulum obseruauimus Discœlios, idest δυσκοιλίους uocari, quibus difficulter Aluus it.

¶ Otii, ut pernitiosi detestatio. Remissionem tamen aliquam uideri necessariam. Quibus otium sit utilius, quàm negotium. De Aug. L. Druso. Turanio, Seruilio Vatia. Quod sit honestum Otium. Caput XXIII.

a Ppium Claudium crebro memorare solitum accepimus, negotium populo Romano melius, quàm otium committi, non quia ignoraret, quàm iucũdus esset tranquillitatis Status, Sed quod animaduerteret, præpotentia imperia rerum agitatione ad Virtutem capescendam excitari, euibrari'q;, nimia quiete in desidiam, & uelut marcorem quẽdam relabi. Quo nomine' Strenuam, Agenoriam, Stimulam industriæ Deas excogitauit Priscorum sedulitas. Et sane' quamuis negotium & tetrum quiddam, & aspernabile uideatur, quod hominum fere' captus a' labore procliuis ad delinimenta sit, Ciuitatis romanæ disciplinam intra limites suos continuit. Blandæ appellationis quies, Illyricæ pacis argumento, calamitatibus immensis aditum reserauit, & tantum non corrasis, quibus tanti imperii increuerat moles, clarissimis moribus, Vitia obrepsere plurima. Qua ex causa proditum memoriæ est, deuicta Carthagine terrarum illa orbis æmula, cum qua toties ingenti discrimine dimicatum armis erat, adeo ut propiores periculo, quàm uicti, Victores fuerint quandoq;. Q. Metellum identidem dixisse, nescire se, illa uictoria boni plus, an mali Reip. intulisset, Quoniam ut omnia late pacando adiumenti habuisset plurimum. Ita reiiecto Annibale formidabili hoste, ad cuius nomen Romana pubes exhorresceret, tantarum memoria cladium, quæ obductum, senescens'q; refricaret malum, insigne nocumentum inflixisset. Eius quippe in Italiam transitu, superatis Alpium iunctis cælo iugis, relanguescentem, ac consopitam quodammodo Romani populi Virtutem excitatam, proinde'q; eximie uerendum, ne tam acris æmuli terrore liberata, in eundem relapsa somnum periclitaretur. Huic uero præsignis Viri bracteatæ sententiæ succinere illud Senecæ uidetur, Infirmis animis hostem esse Securitatem. Et Q. Curtius ait, Otii uitia negotio discuti. Idem alibi scribit, Otia esse rumoribus serendis aptissima, quæ ne aleret Alexander, mouisse in Indiam refert, semper bello, quàm comparata uictoria clariorem. Traditum quoque a' Philosophorum prudentissimis, ἀνύσιμον πρᾶγμα καὶ τελεσιουργὸν εἶναι ἐπιμέλειαν καὶ πόνον, idest curam, diligentiam'q;, ac laborem imprimis rem esse perefficacem, quæ'q; plurima ad exitum perducat. Propterea recte Thessalus quidam interrogatus, quinam in Thessalia censerentur abiectissimi, a' bello inquit, feriati. Qua ratione a' Romanis institutum, proditur memoriæ, ut Ciuilis diei initia a' noctis medio ducerentur, ut Solis exortus esset quidem

operis initium, tempus, quod præcedit, apparatui impenderetur. Quippe paratos, inſtructos'q; obire negotia oportet, non inter obeundum inſtrui, apparari'ue. Sicut Myſon Chiloni reſpondiſſe fertur, cum hyeme Thrinaca, ideſt uentilabrum pararet. Duces equidem multos, ac Reges bello fuiſſe illuſtriores accepimus, quàm pace. Attalum Eumenis fratrem otium ſoluit, & pax longior, adeo ut ſaginæ traditus Imperii onus in Philopœmenem ex familiaribus unum deriuaret, Ita ut feſtiuiter Romani ex Aſia uenientes ſubinde interrogarent, Ecquid gratia apud Philopœmenem Rex ualeret. Lucullo paucos reperias ductando illuſtriores. At ubi is in deſidiam abiit, nimis'q; inactuoſam uitam, & omnis expertem curæ, perinde ac Spongia, tranquillitate in tabem reſolutus, & ἐννεκρωθεὶς, ideſt mortificatus, Calliſtheni ex libertis uni omnium cura delegata, opinionem præbuit, uelut ab eo potionatus foret, ac magicis circumuentus excantationibus. Xerxis pater Darius rerum difficultate ſeipſo fieri prudentiorem dictitabat. Scytha uero Atmas ſiquando eſſet ab omni negotio feriatus, nil admodum ſe ab Hippocomis, hoc eſt Equiſonibus differre, aſſeuerabat. Senior Dionyſius à quodam interrogatus, ſupereſſet'ne otium, melius ominare inquit, nec ſuperſit unquam. Arcus utique frangi, ac diſſilire intenſior aſſuetus. At anima id ipſum patitur remiſſior. Nil æque apud Gymnoſophiſtas laudare ſe Apuleius ſcribit, quàm quod torporem animi, & otium oderunt, quin poſita menſa, prius quàm edulia apponantur, Conuenientes illuc Adoleſcentes prærogant Magiſtri, quod nam à lucis ortu ad id diei bonum fecerint. Quin & Ciceronis quoque teſtimonio liquet, nos ad agendum eſſe natos, Id'q; appetere animum ſemper, Vt qui nulla conditione quietem ſempiternam pati poſſit, quod in primis puerorum ætatulis manifeſtum fit. Excitatur tamen quandoq; Otio uigor, & omnis triſtitia, quæ continuatione pertinacis ſtudii adducitur, hilaritate diſcutitur, Si paulum demulceatur Animus, & iucundis, honeſtis'q; laxetur illectationibus, Etiam ſi Animi remiſſionem eſſe ueluti amiſſionem dicebat Muſonius. Nulli tamen inquit Seneca, intermiſſio manifeſtius proderat, quàm Latroni Portio, Quoties ex interuallo dixerat, multo acrius, uiolentius'q; dicebat. Ingenii laſſitudo non minor eſt, quàm Corporis, Sed occultior, Vt fertilibus agris non eſt imperandum, Cito enim exhauriret illos nunquam intermiſſa fœcunditas, Ita animorum impetus aſſiduus labor frangit. Legum conditores feſtos ad hoc ipſum inſtituiſſe uidentur dies. ueluti neceſſarium laboribus interponentes temperamentum. Magnos item Viros menſtruas ſibi diebus certis ferias dediſſe legimus. Aſinium Pollionem Oratorem nobilem nulla cura poſt decimam retinuit. Quidam medio die interuixerunt. Quin & apud Romanos, nouam relationem poſt horam decimam fieri uetabant. Poeta item Græcus cecinit, Aliquando & inſanire iucundum eſt. Sunt porro", quibus otium melius, quàm negotium committitur. Quoſdam reperias ita bile feruidos, ut iram in poteſtate minus habeant, & ad temeraria uerba qualibet indignatione prorumpant. Quidam Vrbanitatem non reprimentes lætiferis non parcunt Salibus. hiſce uero quies negotio longe optabilior. Auguſtus Cæſar, cui plura, quàm ulli unquam obueniſſe feliciter tradunt, non deſinebat quietem ſibi precari, & uacationem à Rep. petere. Identidem'q; repetebat, Aliquando ſe uicturum ſibi. Liuius Druſus, uir acer, & uehemens cum mala Gracchana mouiſſet, execratus inquietam à primordiis uitam dictitabat, uni ſibi, ne puero quidem unquam ferias contigiſſe. At ediuerſo nonnullos uideas, qui pati otium nequeunt. Turanius fuit exactæ diligentiæ Senex, Ei poſt annum nonageſimum procurationis uacationem ultro C. Cæſar indulſerat. At is moleſte ferens, componi ſe in lecto, & uelut exanimem à circunſtante familia plangi iuſſit. Lugebat domus otium Domini Senis, nec finiuit ante triſtitiam, quàm labor illi ſuus reſtitutus eſt. Cum tamen à quinquageſimo anno Lex militem non legat, A Sexageſimo Senatorem non citet. Qui uero in Conſumationem dignitatis per mille indignationes erumpunt, quid aliud, quàm in titulos Sepulchri laborant? Cæterum quod demum ſtatuimus honeſtum otium, quod'ue expetendum impriſis? Soli omnium inquit Seneca, Otioſi ſunt, qui Sapientiæ uacant. ſoli uiuunt, nec enim ſuam ætatem tantum bene tuentur. Omne æuum adiiciunt, niſi ingratiſſimi ſumus. Illi clariſſimi ſacrarum opinionum conditores nobis nati ſunt. Ita eſt, Otium ſine literis mors eſt, & hominis uiui Sepultura. Sed uidendum amplius, quales deniq; ſint hæ literæ, Quid

enim

enim ambigas, esse plerosque, Qui operose nihil agant, Quia inutilium literarum studiis detinentur? Hic uero Græcorum imprimis morbus est, ut subinde quærere pergant, quem numerum remigum Vlysses habuisset, ac id genus innumera alia. Pręclara, & ad hoc ipsum maxime spectans Fabiani sententia, qui addubitare se dicebat, an satius foret, nullis admo ueri studiis, quàm iis implicari. At qui uelut timidum animal, atque iners metu oblituit, Is sibi non uiuit, Sed quod est turpissimum, Ventri, Somno, Libidini. Vatia Seruilius diues prætorius, nulla alia re, quàm otio notus consenuit, quin ob id unum felix habebatur. Nam quoties aliquos Asinii Galli amicitia, quoties Seiani odium, inde amor merserat. Exclamabant homines, O Vatia solus scis uiuere. At is latere sciebat, non uiuere, dici'q; ab Villam prætereuntibus uere prorsum poterat, Vatia hic situs est. hactenus Seneca. Quanto autem dispicienti recte satius est, Anaxagoræ propositum in spectanda ueritate anxium, laboriosum'q;, uerbo, re'q; perpendisse. Id quod Epitymbium testatissimum facit, Quod & apposui, Nequid forsan Studiosorum desyderia remoremur.

ἐνθαδ' ὁ πλεῖστον ἀληθείας ἐπὶ τόλμα περάσας
οὐρανίου κόσμου, κεῖται ἀναξαγόρας.

Quin & aras illi dicatas nouimus, Quarum uiseretur inscriptio nunc quidem νοῦ, idest Mentis, Nunc uero ἀληθείας, idest Veritatis. Illustriora multo hæc, & Hominis propria omnino. Alias somnolentia marcescentes Brutum induimus. Quo quid fœdius diuinam pręsertim gestanti imaginem torpore sic turpiter collutilatam extra uitæ pręscriptum? Sed somniculosæ Aspidis uim sentimus pleriq; omnes, bonum'q;, si non & amamus.

¶ Cur olidum Veternum Catullus dixerit. De Veterno inibi, necnon de Cataphora, & Comate, ac Caro, Grauedine, Coryza, Catarrho, Brancho, Arterica Affectione. Item qui Arthrici. Elephantiasis. Cap. XXIIII.

P Ostea uero quàm ducente stilo, in male feriatorum torporem ignauum, ac turpiter desidentem producti sumus, succurrit, in re leuicula feramus opem Poetæ Catullo, calculis omnium docto, & emunctæ naris. Carmina explicatius enarranda sunt hæc.

Nunc eum uolo de tuo ponte mittere pronum.
Si potest olidum repente excitare ueternum,
Et Supinum animum in graui delinquere cœno.

Inactuosum hominem, ac marcore quodam languidum taxat liqui do illis uersibus Catullus, Sentiunt id Enarratores. Quando Maronianus Interpres Veterni nomine hydropisin intelligendam putat, quæ nimio plus homines redddit pigros, & ignauia marcescentes, unde & pro desidia quandoq; positum innenias. Probus etiam pro graui accipit Somno, quem Medicorum Scholæ uocant Lethargum, si marcor sit, ac, ut inquit Celsus, inexpugnabilis dormiendi necessitas. Nam Seneca Veternum animi erumnosi dixit ad Lucilium scribens. Vsurpauit & Ausonius elegantissime,

Pelle soporiferi Senium, nubem'q; Veterni.
Atque alacri mediam carpe uigore uiam.

Sed & Seneca item, Ego nec redigo ista ad legem dialecticam, & ad illos artificii ueternosissimi nodos. Sed ad Catullum, Sentiunt inquam hoc Interpretes, Sed cur olidum dixerit, parum attente obseruarunt, etiam si Delio natatore non indiget res, quam tota facilitate soluit Aristoteles, Vbi in Odorum ratione quærit, Cur Alæ omnium maxime partium nostri Corporis male oleant, & respondens posse fieri putat, quod omnium minime respirare possunt, nam locis eiusmodi odor malus contrahi maxime solet, quoniam putredo quiete interioris qualitatis consistit. Siue quod immobiles, inexercitatæ'q; habentur. hactenus Arist. Ex cuius uerbis perspicuum opinor, fit, Cur cessantem, ac torpidum hominem dixerit Olidum. Porro, ut excultius addamus quippiam, Veternum Græci Nothroteta uocant, ex humecta prouenire materia, inter medicorum placita est. Sicuti Caros, idest Sopor, & Lethargus fiant ex frigida. Si aliquando inquit Galenus quarto de Affectis locis, Tota anterior afficiatur Cerebri pars, Supremum ipsius Ventrem cōsentire,

neceſſarium eſt, atque Cogitandi etiamnum præpediri, uitiari'q; actiones. Proinde qui ita affectus eſt, neque Senſus, neque motionis munere fungitur. Spirandi tamen facultas haud quaquam lęditur, Vocatur'q; affectio hæc Caros, ideſt Sopor. Si uero adeo uehementer ſpirationem opprimat, Vt quis uel magno conatu uix ſpiret, Apoplexia nominatur. Eſt & ſua mox paulo morituris καταφορὰ, καὶ ἀναισθησία, ideſt in Somnum collapſus, & uellicantium inſenſibilitas. Cataphoricos ſomnos intelligere Paulus uidetur, βαθεῖς, ideſt profundos. Cataphoram tamen Galenus in libro de Comate in duas partitur ſpecies. Vtriuſque proprium, ut oculos ſurrigere nequeant, Sed grauentur mox, & collabantur in Somnum. Verum altera ſpecies profundum habet ſoporem, ac diuturnum. In altera uero Vigilia eſt, imaginatione frequenti obturbante, ac interpellante Somnum, ita tamen, ut ſurgere nequeant. Vtrunque dicitur Coma. Catochen recentiores Medici uigilantem dicunt Soporem. Catalepſis uero dicitur Occupatio. In his poſteriora Cerebri infeſtantur. Verum ut in Sopore clauduntur Palpebræ, Ita in Catalepſi apertæ perſeuerãt. Caros porro', de quo diximus, non Soporem modo ſignat, Sed pro Ebrietate item ponitur, & qualibet Capitis grauitate, etiam ex percuſſione, cum efficimur uelut attoniti. Quin eum, qui honoribus nimiis externatur quodammodo mente, ac ſtupet, κεκαρωμένον Græci uocant. Apollonius argonauticon. ii. Caron uidetur σκότωσιν, ideſt uertiginem intelligere, κάρος δ' ἔμπνειμφε κάλυμμα πορφύρεος, τοῖαν δὲ περὶξ ἐδόκησε φέρεσθαι. hoc eſt, Vertigo ipſum comprehendit nigra. terram uero putabat circunferri. Caroticas uenas appellat Galenus in libro de Iuuamento anhelitus, quæ in collo ſunt. eas ſiquis comprimat, corruit homo dormienti aſſimilis, Sequitur'q; Corporis totius immobilitas. Earum item mentionem Ariſtoteles facit, de animalium hiſtoriis libro tertio. Et qua ſcinduntur primum, Sphragitidas appellari ſcribit, ideſt Iugulares, ut Theodorus uertit. Cæterum de iis facta nobis alibi mentio eſt. Illud uero homericum, Τίω δ' ἔμμεν ἐν κακὸς αἴσιη, hoc eſt, æq;, ac Carem ipſum æſtimo, Sic enim quidam legunt, diuerſum ab hoc ſenſum habet. declarabitur tamẽ, Quid enim attulerit nocumenti? Tanti inquit, facio, quanti mercenarium. Primi ſiquidem mortalium Cares mercede cœperunt militare, ac proinde, ut uiliores, paſſim infamari cœpti. Porro' & compertam Mandragoræ Grauedinem alicubi leges pro torpore marcido, & Capitis grauitate ſomnolenta. Quod ipſum & Plinii comprobatur auctoritate, in Mandragoræ mentione libro XXV. Alias uero eſt Grauedo humoris e' Capite fluctio, unde Grauedinoſi dicantur. Coryzan Græci uocant, Paulo Aeginita interprete, libro tertio de Medicina, Si uiſcoſi, craſſi'q; humoris in nares uis decubuit. Catarrhũ, ſi φάρυγξ, ideſt fauces infeſtantur, ac Thorax, & Palatum. Vbi uero in Larynge, & Arteria ſeſe cauſatio oſtẽtat, & in gutture εἰς βρόγχον, ut inquit Galenus, Branchon nuncupant. Atque item Artericam affectionem, ut idẽ inquit Paulus, Nam Arthicum, Seu uerius Arthricum Cicero intelligit Articulorum, quæ ἄρθρα uocant Græci, morbo laborantem. Etenim apud Paulum libro tertio. Iſchias, ideſt ἰσχιὰς eſſe dicitur Arthritidis ſpecies. Ab eodem Podagrica nuncupatur affectio, & Arthritica. Exarthrema uero, ideſt ἐξάρθρημα dicitur ἔκπτωσις ἄρθρα ἀφ' τῆς οἰκείας κοιλότητος, ἐπὶ τὸ ἀσωμώτερς, ideſt Articuli a' cauitate propria dilapſus ad inſuetum locum, Vnde προαιρετικὴ παραποδίζεται κίνησις, ideſt propoſitus præpeditur motus. Cæterum Iſchias, & Arthritis, ac Podagra magnitudine modo diſtinguuntur. Cauſis uero, & locis πρωτοπαθῶσι Iidem ſunt morbi, Ex Pituita ſiquidem gignuntur plurimum, Neruos'q; afficiunt, quibus nectuntur Articuli, motum'q; indipiſcuntur. Iſchias tamen, ideſt ἰσχιὰς in Iſchio, ideſt Coxarum progignitur uertebro, Verum ad talos uſq; pertingit quandoq;, ſicut Elephãtiaſis ex pituita prouenit craſſa, & bile atra, quæ ἐλεννώδης maxime eſt. hi uero humores cutẽ reddunt ferinam, Quando & hinc nacta nomen Affectio eſt, Galeno tradẽte, Efficitur nãq; durior Cutis, craſſior'q;, Vt Elephanti corio prorſum uideatur aſſimilis. Verum de Affectionis huius ratione Paulus Aeginita libri quarti, cap. primo plura. Apud Galenum eſſe Corpus quoddam carthilagineum' ſecundum aſperam arteriam legimus, quod Bronchion appellatum tradit, alicubi etiam Bronchon. Porro' ubi ingens oborta eſt inflammatio, uel Eryſipelas, uel Abſceſſus, Arteriarum pulſum cum dolore ſentimus. Cum alioqui citra dolorem, pulſare, ad ſolas pertineat Arterias. An & hæc dici aliquo modo Arterica poſſit Affectio, diſceptabunt Medicæ Rei Periti.

Item de

¶ Item de ratione Otii pluſcula. Domus optima quæ nam ſit. Cap. XXV.

q Vamuis affatim pauloante de Otio tractarimus, congeſtis, quæ ad manum, ut dicitur, fuere, Adiici non inſcite tamen & iſta poſſunt, Draconem, cuius iã facta nobis mentio eſt, celebrem apud Athenas Latorem legum, eos, q Otii damnati forent, capite cenſuiſſe mulctandos, hinc factum reor, Vt illum Orator Demades non atramento, uerum ſanguine leges condidiſſe, dictaret. At in qbuſdam Gentibus Otium, non in ultimis habitum laudibus, inuenio. Siquidem auctor Herodotus eſt, Apud quoſdam Thracas Otioſum eſſe pro honeſtiſſimo iudicatum. Agrico latorem uero pro ꝓtemptiſſimo. Et amplius inquit, inter eos hi ſunt inſigniſſimi mores. Si cut item e᷑ bello, & rapto uiuere, pulcherrimũ, & punctas eſſe notis frontes, nobiliſſimũ cen ſebatur. Inſuper ex Lycurgi inſtitutis illud eximie laudat᷑, ut pulcherrima res, ac beatiſſima, Quod Ciuibus ſuis Otii copiam peperiſſet, & ubertatem. Cautũ enim ab eo eſt, neqs omnĩ no quicquam uulgarium artium attingeret. Proinde cum Athenis quidam iudiciis forte in tereſſet, audiſſet᷑q, Otii mulctæ obnoxium quẽdam mœſtum incedere, & ab amicis reduci. Qui & ipſi rem ægre, ac inique ferrẽt, Ex quopiã inſtitit quærere, Quinã foret is, Qui libe ralem ſubiiſſet mulctã? Cæteꝝ prius, quàm uela parte hac cõplicemus gradũ ad alia facturĩ, Plinii Cæcilii, ac Plutarchi ſentẽtias, uelut cõniuentes non tranſiliemus. Ex qbus prior Mi nutium quẽdam monẽs, longe præſtare uacuũ eſſe, quã ineptis implicari laboribus, Satius inqt, eſt, ut Attilius noſter eruditiſſime ſimul, & facetiſſime dixit, Otioſum eſſe, q̃ nihil age re, qualẽ ferme᷑ ſenſum expreſſit Val. Martialis, Eſt, nõ eſt, quod agas, Attale ſemper agis. Idem Plinius lib. V. Copioſum otiũ altius uocat, & pinguius. Plutarchus in ſeptem Sapiẽ tum Sympoſio, Iniectum ſcribit Sermonẽ, Quænã maxime felix dom⁹ foret. In eo uelut in ſymbolum, qſqꝫ quod ſentiret, protulit. Ac princeps Solon, Optimã ſibi domũ uideri pro nuntiauit, in qua pecuniæ forent bono cõparatæ modo, nec eaꝝ cuſtodes haberent᷑ infidĩ, nec erogatis, ſubſequeret᷑ pœnitentia. Bias eam cenſuit optimã, in qua ꝑ ſe Dominus exi ſtat talis, Cuiuſmodi extra eſt ex lege. Thales uero, ubi Otio pingui Dño perfrui licet. Cleo bulus, ſi plures multo ſint, q Dominũ ament, q̃ q reformident. Pittacus eã prætulit, quæ tũ neceſſariis, tũ redundantibus ſupflueret. Chilon adminiſtrationi regiæ domũ oportere eſſe aſſimilem ſtatuit. Nã Lycurgũ ferunt, cũ ſummonuiſſet qſpiã, Democratiã induceret, intu liſſe, hanc prius in domo ipſe conſtitueret. Illud poſtremo memoratu digniſſimũ, quod erit auctariũ, P. Scipionẽ, q prior Aphricanus eſt appellatus, dicere ſolitum, ſcripſit Cato, Quĩ fuit fere᷑ eius ęqualis, nunq̃ ſe min⁹ otioſum eſſe, q̃ cum otioſus, nec minus ſolum, q̃ cum ſo lus. Magnifica uero Vox inqt M. Tulli⁹, & magno Viro, & ſapiẽte digna, quæ declarat, illũ & in otio de negotiis cogitare, & in ſolitudine ſecũ loq ſolitũ, ut neqꝫ ceſſaret unq̃, & inter dũ colloqo alterius nõ egeret. Idẽ Cato dicere ſolebat, nõ min⁹ Otii, q̃ negotii claroꝝ uiroꝝ rõnẽ extare oportere. At ediuerſo Galba dictitabat, Neminẽ otii ſui rõnẽ reddere cogi.

¶ De Halyce, ſiue Hale, quam Pandiculationem latine dicamus, uel Anxitudinem, aut etiam Anxietatem. Gelliana reſtituitur lectio. Item de Oſcitandi ratione. Quæ dicantur Oſcitationes apud Papinium. Cap. XXVI.

c Vm a᷑ ſtudiis noſtratibus in Medicoꝝ Scholas nup diuertiſſem, in multa Sci endoꝝ congerie non defuit, quod excerpẽdum, bonis᷑q cõmunicandũ omnĩ bus ingereret ſeſe. Cuiuſmodi hoc, quod mox delineabimus. Eſſe tum in ſa nis, tum maxime in affectis, ac iam decumbentibus, Quam Halycen Hip pocrates uocauit, Plericꝫ uero etiam Halen, Latine Anxitudinem poſſumus interpretari. Sunt qui Pandiculationem malint. Ea uero eſt, cum quis toto corpore exten ditur. Inter ſanos igitur Halycen dicunt, Cum præſentia ſubinde ſtomachamur, ægre᷑q fe timus, & ab actione una, ac negotio ad negotium demigramus. Itidem Anxios eſſe ægros animaduertimus, qui accubitum non perferentes figuras euariant. Quia ſemper præ ſens aggrauat eos. Hoc uero illis obtingere potiſſimum, deprehenſum eſt, Quibus in ore Ventriculi, quod nos abutentes uocabulo ſæpe Stomachi nomenclatura conſueuimus in

signire, humoris aliqua propria qualitas continetur, Ventriculo infesta, Quæ tamen nec redundans est, nec in uentriculi fluitat cauitate, Sed tunicæ eam imbibere. Hinc a' Græcis ἀλύειν positum pro ἐν ἄλῃ δυσφορεῖν, idest anxitudine obturbari moleste, quamuis etiam lætari signet, ut apud Homerum. Et Sophocles ita scribit. ἐᾶτε μ' ὡδ' ἀλύειν. Quidã ita distinguunt, ut aspiremus primæ, ubi gaudium exprimas. Quod si molestiam, contraria obsignemus nota. In notione utraque psilen seruauit Didymus. Ex atticæ uero linguæ proprietate est, utrobiq; flatilem admittere. Ex hac mentione commonemur, ut Gellii codicem restituamus in integrum, deluxatum fœde, nec ab eruditorum quopiam animaduersum. Ita enim in peruulgatis exemplaribus enotatum libro XVI. inuenias. Cap. XII. Item halucinari factum scripsit Cloatius Verus, ex eo, quod dicitur græce ἀλύειν. Vnde Lucum quoque esse dictum putat. G. litera in. C. conuersa. Tu uero expuncta dictiõe nihili & cassa, quæ est Lucum, substitue, ac repone Elucum, ubi uero scribitur, mutari. G. in. C. Scribe, a in e, conuersa. Siquidem Elucum dicimus, qui illam sentit Animi tarditatem, & stuporem, qui halucinantibus plerunq; usu uenit. Id ita esse, ut astruimus, ex Pomp. Festi auctoritate liquet. In litera E. sic prodentis. Elucum significat languidum, ac Semisomnum, uel, ut alii uolunt, halucinatorem, & nugarum amatorem, siue alonem, idest externo uino languẽtem, quem Græci ἔωλον dicunt. Porrò, ut ab diuerticulo repetatur fabula, Primo Canonis apud Auicennam lego, Halycem contingere ob superfluitates, quæ in musculis coeant, ideo'q; a' Sono frequenter euenire. Quod si affluẽtior is fuerit humor, fieri inde horripilationem, ut interim sic appellem, putat, & tremorem. At si nimio plus redundarit, etiam induci febrem. Oscedinem quoq; esse affectionis huius speciem tradit, prouenire'q; in mandibularum musculis, & thoracis. Ea si recte ualenti imprimis citra causam acciderit, esse ait malum. præsertim si frequens fuerit, quia materiæ significatur exuberantia, & Corporis febricitatiõi propinqua dispositio. Oscitatio probatur, quæ a' digestione assueuit obuenire, inde enim superfluitatum in musculis aggregatarum expulsio significatur. Halyces interdum conciliat frigus, atque Oscitationes. Eo nanq; præfarciuntur Cutis pori, seu meatus, quæ ratio sub cute fumidos compescit Vapores, quos per Halycem, Oscitationem'q; protrudere satagit natura. Quamobrem etiam Cutis densitas id ipsum producit, quod frigus. Sed & resolutionis paucitas, Nec non excitatio a' Somno immatura. Galenus libro in sententias Hippocratis septimo, Oscitare inquit, sicuti & Pandiculari, contenta aliqua in musculis, per quos tales fiunt motus, quos Pandiculationes, ac Oscitationes nominamus, uel humiditate flatuosa, uel spiritu uaporoso fieri, est a' nobis demonstratum. Horror autem prauis humoribus per cutem currentibus accidit. Illud operæ leuioris fuerit, Oscitationes dici a' Papinio negligentes compositiones, & halucinantis animi partum. Quoniam fluxæ, atque apertæ securitatis, & uagi animi indicium sit Oscitatio. Sed & Cicero, Adde inscitiam pransi, poti, Oscitantis ducis. Oscitantes in Andria Terentii interpretatur Donatus, securos, nil prouidentes. Haliæ autem mulieres fuerunt, Quæ in Aegeo contra Argiuos, & Perseum cum Dionysio depugnarunt, mortuæ'q; in prælio, apud Argos tamen adeptæ monumentum feruntur, Quod dicitur γυναικῶν τάφος, a' quo non longe χάλκειον abest. Quod Veteris artificii Statuas sustinet. Fuit & Halica Ciuitas, unde Halica oratio in Epidauriorũ Stelis, Quibus Aesculapii continebantur medicamenta.

¶ An probabile sit, Labi e' Cælo Stellas. Cap. XXVII.

Væsitum sæpe non in plebe uulgaria modo, Sed inter classicos quoque, ac primæ notæ Conditores, Sit'ne, uti uidetur, Stellarum e' Cælo casus aliquis. quam rem adcredidisse Poetam nobilem suspicari possumus, dum Georgico primo ita canit,

Sæpe etiam Stellas, Vento impellente, uidebis
Præcipites Cælo labi, noctis'q; per Vmbras
Flammarum longos a' tergo albescere tractus.

Sed quod grauius multo est, Euangelica ueritas Mathæi XXIIII. Cadent de Cælo Stellæ. Ioannes item Theologus Apocalypseos sexto, Stellæ de Cælo ceciderunt super terram, sicut ficus

cut ficus emittit Groſſos ſuos, cum a' Vento mouetur. Cæterum abſurdiſſime dici iſta, & præter naturæ rationem, quis abnegat? Nam qui Philoſophiæ ſacraria ſaltem a' limine introſpexerit, Illud ignorare non poteſt, Copus cæleſte nullum, aut partem omnino aliquã prolabi e' Cælo poſſe. Quia ex Ariſtotelis aſtipulatu primo Cęli, Sublimia nec grauia ſunt, nec corruptioni obuia. Quælibet uero Stella aut eſt pars globi, in quo eſt, aut illi cognatum corpus, incluſum'q; in quo ſit Lucis accumulatio præſignis. Nam ſecundo Cæli ſic Sancit Philoſophus, Eſſe Stellas luminis aggregationem. Ex quibus colligi licet, uaniſſimum eſſe, Syderum admittere labem aliquam, aut Cæleſtibus interitum ingruere. fulgor ille immortalis eſt, ac inconcuſſus, ni deſtituimus naturæ capacium uirorum ueſtigia. Aeterna eſt inquit Plinius, cæleſtibus natura intexentibus mundum, intextu'q; concretis. Sunt qui opinentur, Eſſe ignis ætherei ἀποῤῥοὰς quaſdam, ideſt defluxus, qui obtingãt, ubi uehemẽtior Ventus ſcandat altius, & inde ſecum auferat, quod Stellarum præferat caſum, dicatur'q; Aſteroides. Aut, ſicut idem refert Plinius, ſi tamen creditur, Sydera nimio alimento tracti humoris igneam uim abundantia reddunt, cum decidere putantur, Vt apud nos quoq; luminibus accenſis liquore olei notamus accidere. Tropologicam eſſe putat Auguſtinus locutionem, cũ labi de Cælo Stellæ in Sanctis dicuntur literis. Nam inde dici interpretantur apud Euangeliſtam, quia lumine uidebuntur intimo priuari, ingerente ſeſe amplius coruſcante claritate alia. Sunt qui ad conflagrationem referant futuram, in qua Calore, ac ſiccitate præualentibus, ita igneſcent ſuperiora, ut ruentium de Cælo Stellarum ſpeciem ſint præbitura.

¶ Impoſtura non utẽdum. Glauci hiſtoria. Item de Glauco Caryſtio, de'q; Sciamachia, & Chironomia, & Sciagraphia, Coryco, & Scariphiſmo. Cap. XXVIII.

c Hryſippi illius Stoicorum olim maximi apophthegma celebertimũ eſt. Qui ſtadium cucurrerit, eniti, & contendere debere, quam maxime poſſit, ut uincat. ſupplantare eum, qui cum certet, aut manu, uel qualicunq; aſtu depellere, nullo modo debere. Sic & in uita ſibi quenq; petere, quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt. Alteri diripere, ius nõ eſt. At ſi amplius attendamus, quotum quenq; reperias, Qui philoſophi præclari placita ſanctiſſima fronte attrita non tranſiliat modo, Sed exculcet plane', ac proterat? Quot ſimulationum inuolucris tegit', & quaſi uelis quibuſdam obtendit' uniuſcuiuſq; natura? notiſſima eſt ad hoc præcipue ſpectans M. Tullii ſententia. Frons, oculi, Vultus perſæpe mentiuntur, Oratio autem ſæpiſſime. Nec tẽ peſtatis noſtræ prauitatem diſcutio nunc, qua omne in præcipiti uitium ſtetit. Vetera retexere lubet amplius, ut interim ab iis, quæ anxium exulcerant, auocetur animus. Scribit in commentatiõe de iis, qui ſero' a' numine puniuntur, Plut. ad hũc fere' modum, Qui autem in tyrannide, & coniurationibus homines immolarunt, ſicuti Apollodorus. Aut qui amicorum intercepere pecunias, Velut Glaucus Epicydis, puto, nulla ducebantur pœnitentia, nec ſe oderant, aut perpetrati facinoris conſcientia lancinabantur. Ego uero, ſi dicere licet, Nec hominis, nec Dei caſtigatione egere impios contenderim. Verum ſuppliciis ſufficere ipſorum Vitam, flagitiorum immanitate corruptam, labefactatam'q;, & turbulentam imprimis, ac fluctuantem. hactenus ex Plut. Qui uero fuerit Glaucus, quem hac parte conuellit, deformat'q; Philoſophus iſte, aut quo deniq; modo furti, ac mali doli ſe alligarit, facturum me operæpretium reor, ſi quantum ex Herodoti, ut aiunt, hiſtoriæ parentis lectione ſum uenatus, indagine certa fuero perſecutus. Fuit ergo Spartanus ciuis Glaucus hic, cum aliarum Virtutum laudibus præcellens, tum uero Iuſtitiæ imagine una uel præſtãtiſſimus, hac tam celebri, tam'q; conſtanti permotus fama Mileſius quidam pergere Spartam contendit, adiit'q; Glaucum protinus, inquiens ad eius ſe bonitatem fruendam contuliſſe, ſpectandam'q; Iuſtitiam, quæ uniuerſam peruagata Græciam, dilapſa item in Ioniam foret. Proinde apud animum ſuũ ita coniectaſſe ratiocinando. Ioniam qdem, uel præcipue diſcriminibus eſſe obiectã. Pelopõneſum mari undiq; conſtipatã, obuallatam'q; fere' tutiſſimã uideri, ac ab omnis piculi ꝓcella ſeiunctã, quo noſe ita cenſuiſſe, Cẽſus ſui dimidiũ in pecuniã redactũ numeratã, penes eũ deponere. Propterea tu inqt, haſce pecũias cape, ſimul'q; notã hãc. cũ qua ſiqs argentũ repetiturus aduenerit, tuę fuerit bonitatis, omnia cũ fide reſti-

tuere. Pecuniam ea ratione ſuſcipit Glaucus. Poſtea annis aliquot interfluentibus, Mileſii eius liberi enauigant Spartam, Glaucum adeunt, depoſitum repoſcunt. At is humani ingenii more, inficiari, atq; homines ſuperbius repellere, ac demum uolo inquit, amplius meditari, ſiquid accepi, bona reſtiturus fide. Sin minus, noſtris moribus lege agam. Itaq; quarto abhinc menſe huc reuertamini, cenſeo. Diſceſſere illi, ut qui pecuniam prorſum inuncatam opinarentur, ſe'q; actum agere. Interim petit Delphos Glaucus, deum conſulit, præſtet ne horco, hoc eſt iureiurando pecuniam interuertere. Pythiam uero hiſce propemodũ uerſibus reſponſum ex adyto contexuiſſe accepimus.

Glauce Epicydides, equidem expedit ad breue tempus.
Sic horco uiciſſe, interuertiſſe'q; numos.
Deiera, & Euorcum quoniam manet exitus idem.
Aſt horci natus, qui nomine, qui manibus, quî
Nullis eſt pedibus, rapide uenit, uſque adeo dum
Conuoluens omnem perdat prolem'q;, domum'q;
Cum ſobole Euorci. melius ſed poſtea agetur.

His uero auditis, Glaucus territ⁹, & expauidus inſtitit ueniã petere. Cui Pythia, idẽ pollere inqt, Deum tentare, & facere. Tum is Mileſiis integram pecuniã non qdem ſponte, aut inſita bonitate, Sed oraculi reſponſo atrociore compauidus reſtituit. Quod autem Vates fuerat interminata, prorſum euenit, nam Glauci domus ex Sparta radicitus eſt extrita. Inuenio in Græcorum monumentis, fuiſſe item Glaucum Caryſtium pyctam, hoc eſt pugilem, coronatum quinta & uiceſima Olympiade, Quem etiam Pythia ter uiciſſe ferunt, Iſthmia decies, toto corpore generoſum qppiam oſtentantem. Hic quando q; agrum coluit, cum'q; caſu eueniſſet, ut ab Aratro excideret Vomer, Is manu uice malei uſus Vomerem facile reſtituit. Id ubi conſpicatus eſt Pater, Illum ratus in certaminibus fore inuictum, Olympiam duce re perexit, in pugillatu decertaturum. Is uero, ut qui rerum eiuſmodi foret inſolẽs, ab aduerſariis conficiebat' plagis, iamiam'q; ſuccũbens deficiebat. Inclamauit profiliens pater, Percute, qua aratrum, hoc ille ut ſtimulo concitatus, irruens'q; uiolẽtius, ceu capto impeto, aduerſarium afflixit. Ei mox erecta Statua eſt habitu, figura'q; cum umbra pugnãtis. Quod ſoret Glaucus manuum agitatione, ac motu inſuperabilis, id græce ita enuntiatur, σκιαμαχῶντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται ῥᾶιμα. Nam apud Græce peritos Scia machia umbratilis dicit' pugna, quæ etiam in prouerbium abiit, ἐπὶ τῶν ἀλλωκάτων, hoc eſt de iis, quę fieri nequeũt. Sciamachia uero a' Galeno, & Paulo Medicinæ primo, inter exercitationũ genera recẽſet'. id & in præceptis Sanitatis comprobat Plutarchus, Qui σφαιρίζοντας nominat, ideſt pila ludentes, & σκιαμαχῶντας. Sed in libro de loquacitate ſcribẽdi ſtudium Sciamachiã elegan ter nuncupauit, quo etiam garriendi pruritum ſedari, exinaniri'q; poſſe putat. Sunt q Sciamachiam interpretentur eam armorum meditationem, quã dicat ſemidoctum uulgus, uerbo deluxato, Scrimiam, Et Sciamachi ſint, q eo modo ſe exerceant. Ad quod referri poteſt, quod de Glauci diximus ſtatua. Manifeſtum facit, quod aſtruim⁹, cum libro quarto de Monomachis in Conuiuio etiamnum decertantibus mentionem habet Athenæus. Celtæ inqt ex Poſidonio, ad menſam μονομαχῶσιν, in armis quippe exercitati σκιαμαχῶσι, & inuicem ἀκροχειρίζονται. quandoq; etiam uſq; ad uulnera progrediunt'. Inuẽtam a' Mantineis Monomachiam, eruditis placet. Sicuti Hoplomachiã quoq; nõ ita a' Sciamachia diſſidentem. Argumento eſſe, Stolam bellicam, & ueterem armaturam dici Mantinicam. Acrochiriſmum fere' pugilatum interpretantur, ita enim nuncupari creditur, quod ſummis exercerentur manibus, citra complexum. Nam & ſummum manus dicitur Acrochiris. Meminit in ratione exercitii Paulus libro primo, Qui & ὅλῳ τῷ κορύκῳ exercitium nominat. ſollem intelligunt aliqui. A' Sciamachia haud ita longe diſſitam uolunt Chironomiam, quam Tactici hoc eſt Laniſtæ doceant. cuius etiã meminerit Baſilius oratione quadam. Et Glaucũ, de quo diximus, Græci ſcribunt, fuiſſe, ἐπιτηδειότερον τῷ χειρονομεῖν. hoc eſt Chironomiæ cõmodiorem, Sed Fabius legem geſtus interpretatur Chironomiam libro primo, & manuũ quidem ea proprie dicitur, Sed per catachreſim & ad alia membra relationẽ habet, nam legimus, ἐχειρονόμησε τοῖς σκέλεσιν ὁ Ἱπποκλείδης, ideſt geſticulatus eſt pedibus Hippoclides, unde accuſatus inuulgatũ id, iactatum'q; ingeſſit, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

non curæ

non curæ eſt Hippoclidę, Sed urbanius longe illud Comici Antiphanis οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον ταῖς χερσὶ τὸν βάκιλλον. non'ne uides manibus ſaltantem Bacelũ? At abuſionem hoc genus mirari non decet, ut quæ ſit uel frequentiſſima, ut cum Chiropedas manuũ dicimus uincula, nam pedum proprie Peda eſt. Eſt & ſua Pictoribus Sciagraphia, uelut umbris modo cõſtans pictura, quod uocant σκιαφίνειν. nam & Apollodorũ ſciagraphum legi apud Græcos, & meminit Euſtathius. Veluti σκιαγράφον dicas. Nam & σκιαγραφίαν, ſunt q σκιαγραφίαν interpretentur. Hic porro Apollodorus Pileũ geſtabat rectum, pictura nobilis, Id quod ex operum dilucet inſcriptionibus, μᾶλλον, ἢ μιμήσεται. Auctarium deniq; ſit illud quoq;, Nam quia Philoſophorũ oratio tanquã umbra eſt, ac ænigma, hinc Scariphiſmos feſtiue dicitur ab Ariſtoph. nam Scariphos feſtucam ſignat, & Sarmentum, aut graphida potius.

¶ Impoſtorum hiſtoria complurium. De Dionyſio tyranno, Pythio, Galeno Imper. Cleomene, Lyſandro. Perſonati qui ſint, & Plani. De Phelo, & Maſthle. Locus Apuleĩ reſtituitur. Caput XXIX.

Voniã uero in Impoſtores incidimus, Quib⁹ fraus domeſtica eſt, ſcaturiũt'q; uberius doli hoc genus mali, lepide opinor, fecerimus, Si eorum aliquot dare nomina cogemus, ut cum adiumento iucundior lectio fiat. Ingerit uero ſe in hac cenſura omniũ primus Dionyſius tyrannus, a' quo feſtiuiter Citharœdo impoſitum fuiſſe, in cõmẽtariolo, περὶ τοῦ ἀκούειν, Plut. ſcribit. Cui mire gratio in ſpectaculis quibuſdam multa ſe elargiturũ Dionyſius eſt pollicitus, qui tamen ſequenti die erogauit nihil, ut q ſe abũde gratiã retuliſſe diceret. ὁ γὰρ ἔφη, χρόνον οὕτω ἡδέως ᾄσαντι, τοσοῦτον ἐχαιρες ἐλπίζων. quanto enim tempore oblectaſti canens, tanto etiã ſperans es⁹ oblectatus. factum hoc moraliũ [illegible]coteles prodit, cum is ceciniſſet in nuptiis ſcitiſſime. docet'q;, haud quaquã par pari [illegible]um, quoniam alter, quod uolebat, accepiſſet, Alter eo, quod ſperabat, eſſet fruſtratus. At Pythii uafriciam non'ne ſcita illa quidem, & lepida prorſus, uerum illiberalis, ac Ciuili Viro indigna? Eam Ciceronis uerbis recte exponemus. C. inqt Cãnius eques ro. nec inficetus, & ſatis literatus, cum ſe Syracuſas otiandi cauſa cõtuliſſet, dictabat, ſe hortulos aliquos uelle emere. Id cum ꝓcrebuiſſet, Pythius quidam, q argentariam faceret Syracuſis, dixit, uenales qdem ſe hortos non habere, Sed licere uti Cannio, ſi uellet, ut ſuis. Et ſimul ad Cœnã inuitauit in poſterũ diem. Cũ ille promiſiſſet, Tum Pythius, ut argentarius, q eſſet apud omnes ordines gratioſus, piſcatores ad ſe cõuocauit, ut ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur. Ad cœnam tempore uenit Cannius. opipare paratũ erat cõuiuium. Cymbaꝝ ante oculos multitudo. pro ſe qſq;, quod cœperat, afferebat. Ante pedes Pythii piſces abiiciebant'. Tum Cãnius quæſo inqt, qd eſt o Pythi, tantum'ne piſciũ, tantũ'ne Cymbarũ? Et ille qd mirum inqt, hoc loco eſt, qcqd Syracuſis eſt piſciũ. hic aquatio. hac uilla iſti carere non poſſunt. Incenſus Cãnius cupiditate, contendit a' Pythio, ut uenderet. Grauare ille primo. Quid multa? impetrat. emit homo cupidus, & locuples tãti, quanti uoluit Pythius, & emit inſtructos, nomina facit, negotiũ conficit, inuitat Cannius poſtera die familiares ſuos. Venit ipſe mature. Scalmũ nullum uidet. nullos ibi ſolere piſcari, audit. deluſum ſe recte aduertit. Stomachatur, Sed qd faceret? Nondũ Aqlius protulerat de dolo malo formulas. Eſt a[illegible]malus, cum aliud ſimulatur, aliud dicit'. hoc q faciunt, Omnes ꝓfidi, Improbi, malitio[illegible]nt. Hæc Cicero. Illud uero relatu admodũ iucũdũ, qd' in Galenĩ Impatoris lectum uita eſt, Gemmarius qdam Vitreas gẽmas, ut legitimas, ueras'q; Impatoris Vxori magno pretio uẽdiderat, mox diluceſcente fraude, irata mulier, ac indignatiõe furens hominẽ ad ſuppliciũ repoſcebat. Eum uero rapi iuſſit Impator, Vt cõſcindendũ Leonĩbus confeſtim obiecturus. Stabat miſer in collimitio mortis præpallidus, ac terrore ꝓfuſus, At is Caponẽ immitti mãdauit. cum'q; tam ridiculũ euentũ mirarent' omnes, Per Præconẽ edixit, Impoſturã fecit. Impoſturã eſt paſſus, atq; ita dimitti hominẽ iuſſit. Cleomenes Spartanus dieꝝ ſeptem inducias, quas ἀνοχὰς uocant, cum Argiuis inierat. mox conſopitos pactionum fiducia, nocte ab illis tertia inuadens alios quidem contrucidauit, alios captiuos abduxit. Cum perfidiæ inſimularetur, noctes iuriiurando minime additas, eſt ca-

uillatus. Quin & quicquid calamitatis hosti sit illatum, a' Diis, hominibus'q; comp obari, Sed enim hac factum impietate creditur, ut argiua excideret ciuitate, ob quam fœdera exculcarat, a' muliebri reiiectus turba armis instructa, quæ templis detraxerant. Mox uero & mente externatus gladiolo arrepto, semet dissecare cœpit ab imis orsus pedibus, & ad letalia progressus, ridens interim, ac gestiens. Lysander eorundem Rex Spartanorum, cum ut Cauillator, & Sophistes uaferrim⁹ dolo pleraq; obiret, atq; eo nomine male audiret, ut Hercule prorsum indignus, Ridens quo inquit, Leonis non ꝑtingat, Vulpis assuenda pellis est. hoc uero genus homines recte Personatos dixeris, q offuciis, sutelis'ue, aliud omnino, quàm sint, præferunt hominibus sublinentes ora. Qui'q;, ut Seneca eleganter ait, Personam malunt, quàm faciem. Sunt inter hos qui dicantur Plani. Gellius putat in M. Tullii oratione ꝓ Cluentio, Planos esse Sycophantas, sicuti apud Laberium quoq;. Alii Planos, non sycophãtas, delatores'ue accipiunt, Sed Scurras, nec hoc quidem simpliciter, Sed certos, & sui generis Impostores, Decollatores'q;, a' fallendo nominatos, ut docuit Athenæus. Inter hos maxime memorabilis Pantaleon, Qui decessurus utriq; filio imposuerit, seorsum iis prodẽdo, qua parte domus infodisset aurum, quod nusquam erat. Scurræ cuiusdam Plani in Epistolis lepide commeminit hisce uersibus Oratius.

Nec semel irrisus triuiis attollere curet
Lachryma, ꝑ sanctum dicat iuratus Osirim
Quære peregrinum uicinia tota reclamet.
Fracto crure Planum, licet illi plurima manet
Credite, non ludo. Crudeles tollite claudum.

Vsurpant Municipes, ut sic dicam, mei Phelum quandoq; pro malo, deceptore'q;. Id uero uetus uerbum est, ac Græcum, Siquidem apud Menandrum φῆλος exponitur ἀπατεὼν. i. impostor. Sed & apud Antiphontem Phelomata dicũtur fraudes. φήληξ apud Aristophanem ficum signat immaturã quidem, sed quæ maturitatis speciem præbeat. Cuiusmodi etiã Olynthum fere' dicunt, nostri Grossos multitudinis numero intelligunt, uti quibusdam placet, errore manifesto. Rursum qui nil firmum meditat', nil stabile, unum'q; dicit, mox aliud facit, Masthles nuncupatur. Sed & emollitum lorum eodem dicitur nomine, ac mox figurate id Mastigiæ quoq; conuenit cognomen, de quo fortasse Apuleius sensit in Magia, ubi uafricia insignes recensens ait, Quis Palamedes, qs Syphax, quis deniq; Eurybates, aut Phrynondas talem excogitasset? Omnes isti, quos nominaui, & siqui præterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac una Rufini fallacia contendantur, Masthlæ prorsus, & Buccones uidebuntur. Legitur tamen in peruulgatis codicibus Machi. Machli quidem apud Græcos impii appellantur, & perditi, quos ἀσώτους dicunt, quasi insaluabiles. Sed ad sensum Apul. nihil. Legimus in Græcorum commentariis, Schetlium recte dici eum, qui petitionibus adnuat quidem, uerum mox pręstet nihil. Sed eo item nomine intelliguntur natura infestiuiores, rigidiores'q;, & qui dicuntur αὐθέκαστοι. Verum & qui multa perpessus est, dici Schetlios ualet. Qui'q; nimio plus satagit, nec inhiberi potest, uidetur'q; ὁρμητίας, idest concitatus, & præferuidus extra quam oporteat. Cæterum scire conuenit, esse quandoq; fraudem bonã, quando Aeschylus ita inquit, ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός, idest fraude iusta non abstinet Deus. Succinit Herodotus quoq;. ἔνθα χρή τι ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω, idest Vbi dicere mendacium oportet, dicatur. Sic cum laude Vlysses fertur dolosus, uel, ut græce item δόλιος. Qui uero fraudibus expositi sunt, ac negotio prope' nullo, insita simplicitate decipiuntur, Oti a' Comicis uocantur, ex Auis natura, quæ cum imitatrix sit, inde ab Aucupibus facile capitur.

¶ Vrbana quorundam Vafricia. Exemplum ignoti Patris. De Asinario, & Pericle. Fraudum synonyma. Cap. XXX.

Sunt tamen nonnulli, Quos urbane Vafros potius dixeris, quàm perfidiosos, uel fallaces. Veluti Patrẽ, Cuius nõ prodit nomẽ historia, Qui ubi animaduertit filium nobilioris puellæ illaqueatum amoribus, ad eam uesana rabie ferri, lepido mendacio furentem repressit impetum, indulgentius Scorti uulgatioris concubitu illi permisso, quo euestigio restinctus ardor est prærabidus, & exhausta libido in Vetita crassandi deposuit conatum. Alexandro uero Macedoni cum reddita Sors

dita Sors eſſet, eum, qui primus occurriſſet, interimeret, Vbi quendam præ ſe agentem Aſellum uidit, arripi hominem ex oraculo confeſtim imperauit. At is iamiam iugulandus, intellecta mortis ratione, proclamauit, Anteambulonem ſuum, non ſe, peti ex reſponſo, Quando is obuiam latus eſſet prior. Proditur memoriæ, Periclem Athenienſium principem uim pecuniæ non paruam ſub proditionis conditione Cleandro, & Pliſtanacti Lacedæmoniorum Ephoris erogaſſe. mox cum adminiſtrationis rationem repeteret Ciuitas, nolens Vir prudẽtiſſimus ſe, ſimul & Lacedæmonios deformare, aſcripſit εἰς τὸ δέον ἀνήλωϲα, quo utiq; ſignificabat, bono publico erogatam pecuniam. Sciendum uero fraudes pluribus exprimi uocabulis apud Græcos, Strophas enim dicunt, Hypoſtrophas, Paralogiſmos, Paragogas, Phenaciſmos, Sophiſmata, Goetias, Paraphoras, Sceuorias.

¶ Conſilii rationem eſſe præſtantiſſimam. Eubulia, ideſt bona Conſultatio quid ſit.

Caput XXXI.

Onſilium apud Platonem Socrates in Theage, ſeu in libro de Sapiẽtia ἱερὸν eſſe dicit, hoc eſt ſacram rem. Polybius ab Euripide dictum ſapientiſſime ſcrī
c bit, Cõſilium magnam uincere militum manum. hoc eſt, ut Græce dicamus potius, σοφὸν ἐν βάλθυμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ. Et apud Homerum Agamemnon, ſi decem affuiſſent Neſtori ſimiles, facile ſe urbe hoſtica fuiſſe potiturum dicit. Nam & Domitius Corbulo Dolabra, ideſt ſenſu hoſtem uincendum dictitabat. Cæſar uero idem eſſe ſibi conſilium aduerſus hoſtem, quod Medicæ artis peritis cõtra Corporis uitia, morbos ue, fame potius, quam ferro ſuperandi. Eadem ratione Paulum cõmemorare ſolitum accepimus, Imperatorem Senem moribꝰ eſſe oportere. Cum innueret, prudentia craſſandum, & maturitate, ac moderatioribus ſemper inhærendum conſiliis. Nã Aphricani uox clariſſima, & quod dicendum ſit, Principis terrarum populi Imperatore digna. Cum eum, ut parum pugnacem quidam inceſſerent, Imperatorem inquit, me Mater, non bellatorem peperit. Fabius quoq; noſter rem eſſe in Oratione præcipuam, Conſilium ſcribit, quia uarie, ac ad rerum uertitur momenta. Quid enim ſi præcipias Imperatori, quoties aciem inſtruet, dirigat frontem, Cornua utrinq; promoueat, Equites utrinq; pro Cornibus locet? erit hæc quidem rectiſſima fortaſſe ratio, quoties licebit, Sed mutabitur natura loci. hinc dictum ſcientiſſime à Seneca eſt, Conſilia rebus aptantur. Res noſtræ ferunt, immo uoluuntur, ideo Conſilium naſci ſub die debet, Sed hoc quoq; tardum eſt nimis. Sub manu quoq;, quod aiunt, Conſilium naſcatur. Huc reſpexit, qui totidem ſibi Megabyzos optauit, quot eſſent τῆς ῥοιᾶς κόκκοι, ideſt in malo punico grana. Ariſtoteles uero moralium ſexto, Videndum inquit, eſt, εὐβουλία quid ſit. Vtrum Scientia aliqua, an opinio. An εὐστοχία. i. bona Coniectatio, Et ſcientia quidem non eſt, non enim quærunt homines, de quibus ſciunt, Qui uero conſulit, quærit, ac ratione diſcurrit. Sed nec Euſtochia, hæc enim ſine diſcurſu, & ſubito fit. Conſultatio uero longi temporis eſt, καί φαϲι, πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ βεβουλευμένα, βουλεύεϲθαι δὲ βραδέως. hoc eſt, longo quidem ſpatio conſultandum, at ubi conſulueris, mature facto opus eſſe. Rurſum aliud Anchinœa eſt, ſiue Solertia, aliud Eubulia. Eſt enim Coniectatio quædam Solertia ipſa. Neq; item Eubulia eſt dicenda opinio aliqua. At quoniam qui male conſulit, aberrat, Qui uero rectè, haudquaquam, patet, Eubuliam eſſe directionem quandam, non ſcientiæ, non opinionis, nam Scientiæ non eſt directio, cum abſit error, Opinionis uero directio Veritas eſt, Verum nec ſine ratione eſt Eubulia. Reliquum igitur eſt, ut ſit Cogitationis. hæc enim non dum aſſenſio eſt, Siquidem opinio non quæſtio eſt, Sed iam aſſenſio quædam eſt. Qui autem conſulit, dubio procul, ſeu bene id agat, ſeu perperam, quærit aliquid, & cogitat, Sed Eubulia eſt conſilii directio quædam. proinde quærendum prius, quid Conſilium ſit, & circa quid. Eſt uero Eubulia directio ſecundum utilitatem, & ſecundũ id, cuius opus eſt, & ut, & quando. Eubuliæ fines duo ſunt, ſimplex, ideſt felicitas, Et Particularis. Cum uero prudentũ ſit bene conſulere, erit utiq; Eubulia directio ſecundum utilitatem ad finem. Cuius prudentia Vera exiſtimatio eſt. Eubuliam uero latine quidam Cõſultationem bonam tranſferunt, Alii etiam Promptitudinem. De quibus autem Conſultatio fiat, plura Ethicorum tertio, atq; item magnorũ moraliũ. ii. Digna uero relatu Sophoclis ſententia eſt ex Electra, βαλῆς γὰρ οὐδὲν ἐϲτιν ἐχθίον κακῆς, Id

ſignificat, nil conſilio malo inimicitius. Putat Seneca, ubi quid fugiendum, quid'ue appetendum ſit, uelis ſcire, ad bonum ſummum, & propoſitum totius uitæ reſpiciendum. Illi enim conſentire debere, quicquid agas, neq; enim diſponet ſingula, niſi cui iam uitæ ſuæ propoſita eſt ſumma. Ideo peccamus, quia de partibus Vitæ omnes deliberamus, de tota autem nemo. Plutarchus ait, Tempus eſſe Conſiliorum datorem optimum. Scribit Euſtathius celebrem apud Græcos fuiſſe Paroemiam, ἐν νυκτὶ βελή, ideſt in nocte Conſilium, unde inqt Nox Euphrone nuncupatur. παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ, quod bene tunc ſapere contingat. propterea Euripides. νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ ἐφρόντισα, ideſt in longo noctis tempore cogitaui. Huc & iactatum Homeri ſpectat illud, non oportere conſulentem aliis Virum noctem dormire perpetem, quod is παννύχιον εὕδειν dicit.

¶ Qui ſint apud Senecam Ordinarii Gladiatores, & Poſtulatitii. Reſtituitur in Integrum Senecæ Lectio. Item de Proxenis, & Parariis, Aſtoxenis, Doryxenis. Cap. XXXII.

Seneca epiſtolarum ad Lucilium primo ita ſcribit, Nunc omiſſis nugis, mera homicidia ſunt. nihil habent, quo tegantur, ad ictum totis corporibus expoſiti, nunquam fruſtra manum mittunt, hoc pleriq; ordinariis paribus, & poſtulatitiis præferunt. Quid ni præferant? non Galea, nõ ſcuto repellitur ferrum. Omnia iſta mortis moræ ſunt. Hactenus Seneca, Quæſitum uero diu inter Eruditos, Quænam ſint hic Ordinaria paria, Et quæ Poſtulatitia. Sunt qui Ordinarios dici Gladiatores putent, Quia ſit, ut Feſtus inquit, Ordinarius homo, ſcurra, & improbus. Qui ſtet in ordine Prætorem adeuntium, uel quia minime ordine uiuit. Vlpianus Iureconſultus digeſtis de iniuria, & famoſis libellis, multum intereſt inquit, qualis Seruus ſit, bonæ frugi, Ordinarius, diſpenſator. An uero uulgaris, uel mediaſtinus. Poſtulatitios intelligunt Suppoſititios, Qui recentes feſſis ſubiiciebantur, de quibus Martialis, Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi. Sicut & Pararii hiſtriones, qui parabantur poſt mimos item feſſos. Ego uero amota ueſica omni, & ampullis, ſeſquipedalibus'q; uerbis ſequeſtratis, Ordinarios accipio Gladiatores gladiaturæ imprimis peritos, ſuo'q; apparatu, & ritu inſtructos, Qui digladiaturi producerentur Spectatorum uoluptati, Qui'q; ex conſtitutione, uel conſuetudine exhiberi ſoliti erant. Sicuti Ordinaria onera ſunt Iureconſultis, cum fundus quotannis tantum præſtare domino, uel Principi debet. Extraordinaria uero, quæ præter morem ex inopinato inducuntur. Et Seneca libro de Ira tertio, Dedit mihi præturam, Sed Conſulatũ ſperaueram, dedit duodecim faſces, Sed non fecit Ordinarium Conſulem. Sic ergo & Ordinarium Gladiatorum apparatum in hiſtoria quandoq; legimus. Nam & Iuſtum, ac lẽgitimum Gladiatorum Spectaculum appellauit in Claudio Suetonius ex formula, ritu'q; ordinario datum. Eſt & Iudex, qui Ordinarius dicitur, eum uero intelligunt, qui iure ſuo, uel Principis beneficio uniuerſaliter iuriſdictionem exercere poteſt. Item cui uniuerſitas Cauſarum commiſſa eſt, Et qui a' Collegio eligitur, & a' Superiore confirmatur. Eſt item Ordinarius legatus in prouincia ſuper decretum, Et hi duorũ ſunt generum, Quidam enim adminiſtrationem habent. Alii uero non habent, iudicant tamen. Poſtulatitios porro' Gladiatores intelligo, Qui poſtulante populo, præter Ordinarios, & conſuetos exhiberi Principis benignitate cõſueuerant. Id ſignificat Tranquillus in Domitiano, cum ita ſcribit, Præterea quæſtoriis muneribus, quæ olim omiſſa reuocauerat, ita ſemper interfuit, ut populo poteſtatem faceret, bina paria e' ſuo ludo poſtulãdi, quæ nouiſſima aulico apparatu induceret, Sed apertius, Extraordinarium Gladiatorum Spectaculum idem appellauit in Claudio, Sed & Martialis epigrammaton primo rem fere' totam ita expreſſit.

Dum peteret pars hæc Myrinum, Pars illa Triumphum,
Promiſit pariter Cæſar utraq; manu.

Porro' apud Senecam non Pararii lego, quod de Eruditorum decuria præcipit quidam, Sed paribus, ut uetus, & noua præfert lectio, & eſt perſpectius, Sic enim in hiſtoriis Gladiatorum memorantur paria. Sicuti ex proxima Tranquilli aduocatione liquet. Nam Pararii apud Senecam de beneficiis libro ſecundo, non fere' alii ſunt, quàm Proxenetæ, hoc eſt mediatores, ut Apuleii uerbo utamur, conciliatores, interceſſores'q; inter emptorem, uendi-

torem'q;

torem'q;. Quidam inquit, uolunt nomina ſecum fieri, nec interponi Pararios, nec Signatores aduocari, nec Chirographum dare. Et Controuerſiarum tertio, Vt dominicæ libidini pararium faceret. At qui uocantur Proxeni, quorum crebra eſt Græcis hiſtoricis mentio, nõ fere alii erant, quàm hoſpitibus excipiendis præfecti, Qui ex Ciuitatibus aduentarent. propterea Ciuitatum Proſtatæ dicuntur, & Phrontiſtæ. Proxenia uero nuncupat munus eiuſmodi. Proxeni appellationem poſt Homerum irrepſiſſe, Euſtathius ſcribit. Eligi porro ſolitos uel a populo, uel a Rege. Inde Herodotus tradit, Spartanis fuiſſe decorum Regibus, quem uoluiſſent, demonſtrare, Qui Proxeni functionem obiret. Sed amplius parte hac aduertendum, Obſeruatum eſſe apud Aelium Dionyſium, dici quidem Proxenos Ciuitatis hoſpites uniuerſę, ad quos diuertant Legati, ab eiſdem'q; ad populum producantur. Aſtoxenos uero, qui ex maioribus quidem oriundi ciuibus, peregrini habentur nihilominus, cuiuſmodi in Lydia Agamemnon. Doryxenos autem eſſe, qui belli occaſione aliquorum hoſpites fiunt. At ſunt & qui uocentur Idioxeni, hos intelligimus, qui priuatim, ac per ſe iura ſubeunt hoſpitalitatis. Idem fere, quod Aelius Dionyſius, de Aſtoxenis ſentit Pauſanias, Sed Glauci exemplum profert apud Corinthum. Doryxenum interpretatur ex hoſte Amicum, cuiuſmodi Glaucus & Diomedes, qui'q; Captiuis liberãdis Legati munere fungatur. Scien dum illud quoq;, metaphora pereleganti eum, qui cuiuſpiam uel boni, uel mali cauſam præbeat, dici Eius ipſius rei Proxenum, ueluti hoſpitio ſuſceptam ad alios mox tranſmiſerit.

¶ Cõſumati Gladiatores qui dicantur. Aperitur Plinii difficultas. Item qui Samius Gladiator apud Ciceronem, contra aliorum ſententiam. Item Gladiatorum petitiones, Compoſitiones, Commiſſiones. Cap. XXXIII.

IN hac uero Gladiatorum mentione non improbum fuerit, aperuiſſe Plinii nodum ex octauo naturalis hiſtoriæ, ubi de Elephantorum Spectaculis diſſerens deniq; ſic infert, Poſtea pugnauere ſinguli Principibus Claudio, & Neroni in conſumatione Gladiatorum. Quæ ſit Gladiatorum Conſumatio in auctore doctiſſimo, arbitror plurimos diu, & anxie quæſituros. Ipſe iis uerbis intelligo Gladiatores ueteranos, Qui iam artis uſu diuturno occaluiſſent, Vel ſi placet, Rudiarios etiam. Sic enim Priſciano Interprete, dicuntur, Qui Rude Donati gladiaturam deſinunt, & publice alimenta capiunt. Cicero in Philippicis, Tam bonus Gladiator Rudem tam cito accepiſti? Hos uero interdum ad ſanguinarias pugnas retrudi ſolitos, uel pretii inuitamento allici, Suetonius auctor eſt, Tiberium Cæſarem id factitaſſe, memorans. Conſumati uero Gladiatores dicebantur emeriti, Sicut milites Conſumatos appellari quandoq; animaduertimus. Iulius Frontinus Stratagematon quarto, Curius, cum uictis ab eo Sabinis, ex Senatuſconſulto ampliaretur ei modus agri, Quem Conſumati milites accipiebant, Gregalium portione contentus fuit, malum ciuem dicens, cui non eſſet id, quod cæteris, ſatis. Seneca uero in libro de breuitate uitæ, Quoſdam inquit, cum in Cõſumationem dignitatis per mille indignationes erupiſſent, miſera ſubit cogitatio, ipſos laboraſſe in titulum Sepulchri. Samium porro gladiatorem apud M. Tullium Thuſculana ſecunda Interpretantur Eruditi, Vt proprium Gladiatoris nomen, fortaſſis ab Inſula Samo nominatum, Vt Serui dicunt Cappadoces, Getæ, Daui. Cæteq; qui amplius Ciceronis uerba excuſſerit, liquido comperiet, doctius aliquid ab eo ſignificatum. Quo uero expendi liberius ſententia poſſit utraque, exſcripſimus indidem pluſcula. Quis inquit, mediocris Gladiator ingemuit? quis uultum mutauit unquam? quis non modo ſtetit, uerum etiam decubuit turpiter? Quis cum decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit? Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo ualet. Ergo hoc poterit Samius Spurcus homo, uita illa dignus, loco'q;, Vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione, & ratione corroboret? Hæc Cicero, In quibus neminem puto, etiam Leberide cæciorem, non coniectare ſubeſſe quippiam ſubcutaneæ, latentis'q; eruditionis. Ego igitur Samium arbitror appellatum frontis inuſtæ, ac, ut Plinius inquit, inſcriptæ, Vel certe uulneribus crebris conſciſſæ, ac cicatricoſæ, Quoniam Samiorum frontibus, Sicuti in Pericle docuit Plut. Athenienſes Stigmata inuſſere, Vnde & Samii dicti literati. Super qua re

affatim alibi a'me diſputatum, commemini. Niſi quod Samnis legendum uidetur potius, nam eſt id Lucilii Carmen ex quarto ſatyrarum, Vti a' Nonio aduocari ſcimus, in Verbo Spurcum. Id quod ne ceruicoſior quis cõminiſci me putet, in rem præſentẽ eũdũ protinus.

Eſerninus fuit flacco ore, una equidem
Samnis, Spurcus homo, uita illa dignus, loco'q;
Cum Pacidiano componier, optimus multo
Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

Meminit rurſum Cicero de optimo genere dicẽdi. Verum ut in aliqua quodammodo par erga excurramus, Inaudias quandoq; Gladiatorum Petitiones dici. Scito Impetus uerbo eo proprie gladiatorios dici. Cicero, Quod ergo tuas petitiões ita concitatas, ut uitari nullo modo poſſint, parua quadam declinatione defugi, & ut aiunt, corpore exceſſi. Compoſiti item Gladiatores dicuntur, ubi in harenam depugnaturi producuntur. Quintil. libro ſecundo, Quia ſæpe Gladiatores ſub eodem magiſtro eruditi inter ſe componuntur. Et Cicero ad Cælium, Quid tu, hoc tibi mandaſſe exiſtimas, ut mihi Gladiatorum compoſitiones, ut uadimonia dilata mitteres? Dicuntur & Commiſſiones. Nã & Oratorum quoq; ac Poetarum leguntur Commiſſiones, ubi in mutuum prodeunt certamen in Spectaculis. In Commiſſione poetica Papinium fuiſſe olim coronatum accepimus. Commiſſiones Prætorum pro editionibus ludorum intelligimus.

¶ Quinquennium Neronis unde duci in adagium ualeat. De Nerone pluſcula. Caput XXXIIII.

c Laudium Neronem, quem Plinius alteram facem generis humani uocat, Quem'q; pedibus genitum Parens eius prodidit Agrippina, Tranquillus ſcribit, a' pietate Imperii exordia feciſſe, Quoniam Claudium apparatiſſimo funere elatum laudauit, conſecrauit'q;. Memoriæ Domitii patris honores maximos habuit. Matri ſummam omnium rerum publicarum, priuatarum'q; permiſit. Primo etiam Imperii die excubanti Tribuno ſignum dedit, Optimam matrem. Ex Auguſti præſcripto Imperaturum ſe, profeſſus eſt, neq; liberalitatis, neque clementiæ, nec Comitatis exhibendæ ullam occaſionem omiſit. Senatorum nobiliſſimo cuiq;, Sed a' re familiari deſtituto annua ſalaria, & quibuſdam quingena conſtituit. Et cum de ſupplicio cuiuſdam Capite damnati, ut ex more ſe ſubſcriberet, admoneretur, quàm uellem inquit, neſcire literas. Agenti Senatui gratias reſpondit, cum meruero. Talem ſe initio principatus præbuit Nero, exiturus mox in prærabidam feritatem, & fæuitiem incomparabilem. Inde Traianum Imperatorem eminentiſſimum ſcribit Sex. Aurelius ſolitum dicere, Procul diſtare cunctos Principes Neronis quinquennio. hinc Prouerbii uice uſurpare eleganter hoc ipſum poſſumus, cum eos coarguere uolumus, Qui ſe a' principio mites quidem, & præter modum tractabiles præſtant, paulo'q; mox erupturi uidentur in barbaram truculentiam. Quod Neroni eueniſſe, cum celeberrimis monumentis teſtatiſſimum fecere Priſcorum ingenia, quæ nobis lucem peperere, Tum Alexander Aegeus, peripateticus philoſophus, & Neronis eiuſdem præceptor, dicto ueriſſimo comprobauit, Qui illum uideri pronuntiauit πηλὸν αἵματι πεφυρμένον, ideſt Lutum ſanguine ſubactum. Cui tamen ſententiæ lepide quidam ſuccinuit, κακῶν μαθητῶν κακίονες διδάσκαλοι, ideſt malis diſcipulis peiores Magiſtri. Auctores tamen ſunt, Nerone mortuo, non defuiſſe, Qui per longum tempus uernis, æſtiuiſq; floribus tumulum eius ornarent, ac modo imagines prætextatas in roſtris proferrent, modo edicta quaſi uiuentis, & breui magno inimicorum malo reuerſuri, Vnde irroboraſſe opinionem illorum contenderim, Qui Neronem reſurrecturum ſuſpicati ſunt, futurum'q; Antichriſtum. Alii uero putarunt nec occiſum quidẽ, Sed ſubtractum, ut putaretur occiſus, & uiuum occultari in ætatis uigore, qua fuit, cum crederetur extinctus, donec ſuo tempore reueletur, & reſtituatur in regnum. Sed hæc, ut Ialemo frigidiora, & quæ uel Thermas poſſint Neronianas refrigerare, ut Martialis abutamur Verſiculo. Ciuitatis diuinæ libro XX. irriſit Aurelius Auguſtinus. Seneca non ſine adulationis ſuſpicione, Neronem Cæſarem, ut aliarum uirtutum, ita ueritatis præcipue amantiſſimum, ad inueſtigandum Nili

caput

caput misisse, scribit. tam enim in eo mendacium est manifestarium, quàm in Plauti Comœdia Mœchus. Sed enim uetus est, ac paroemiodes, Gladiatorem, Cui in numerato ingenium sit, in harena Consilium capere.

¶ Hominum quorundam natura mirabilis. Senecæ locus perobscurus illustratur de Passieno. Caput XXXV.

Irari succurrit quandoq; quàm mira hominum ingenia effinxerit sæpe natura parens, nec ad fabulosa nunc respectamus, quæ copiosius persequunt Poetæ, nec nō ex historicis, Quos Poetis affines imprimis nouimus, Verum quæ Auctores grauissimi summa fide, quod inter cognitores uersarentur, prodenda censuere. Senetio inquit Seneca Suasoriarum primo, fuit Ingenii confusi, & turbulenti. Is cupiebat grandia dicere, adeo ut nouissime huius rei morbo & teneretur. & rideretur. Nam & Seruos nolebat habere, nisi grandes, & argentea uasa non nisi grandia. Eo demum peruenit illius insania, ut Calceos quoq; maiores sumeret. ficos non esset, nisi Marisсas. Concubinum quoque ingētis Staturæ haberet. Omnia demum grandia probabat, Vnde ei cognomen impositum. Senetio nanq; uocari Grandio cœpit. Nam & cum diceret, summis insistebat digytis, quo grandior uideretur. Ophioneum Messeniorum Vatem, Pausanias scribit, semper à natali statim die luminibus captum, & priuatim, & publice uaticinia peregisse. Id mirabilius multo, post uehementiorem Capitis dolorem uidere cœpisse, ac mox relapsum ad cæcitatem denuo. Iam uero & Latro Portius, quāquam Orator grauis, nec citra suauitatem, bone Deus, quàm fuit in omni re nimius. Quippe nec remittere studia sciebat, nec repetere. Vbi se ad scribendum concitasset, iungebantur noctibus dies, & sine interuallo grauius sibi instabat, nec desinebat, nisi deficeret. Rursus cum se remiserat, in omnes lusus, & iocos resoluebatur. Cum uero se Syluis, & montibus tradiderat, Omnes illos agrestes in syluis, ac montibus natos laboris patientia, ac uenandi solertia prouocabat, & in tantam sic uiuendi perueniebat cupiditatem, ut uix posset ad priorem consuetudinem retrahi. At cum se reuocasset, tantis uiribus incumbebat in studium, Vt non tantum nihil perdidisse, sed multum acquisiuisse desidia uideretur. Memoria huic Viro natura quidem felix, Sed plurimum adiuta etiam arte, nunquam illa, quæ dicturus erat, ediscendi causa relegebat. Edidicerat, cum scriberet. Dicebat ita, ut in nullo unquam uerbo eum memoria deceperit. Historiarum omnium summa notitia. Iubebat aliquem nominari Ducem, & statim illius gesta cursu reddebat. Adnotatum in Chronicis est, M. Portium Latronem duplicis quartanæ tędio manum sibi admouisse, atq; ita functum fato. Messala exactissimi Vir ingenii, & Latini sermonis obseruātissimus, cum audisset Latronem declamantem, dixit, sua lingua disertus est, quibus ingenium concedens sermonem obiicere illi uidebatur. Cum porro Latronis discipuli non audiri desyderarent, Sed audire modo contenti forent. Initio contumeliæ causa à deridentibus Auditores uocabantur. mox in usu esse uerbum cœpit, & promiscue pro Discipulo poni. In Aristotelis relatum monumentis inuenio, Vt de Mithridate taceam, à quo excogitata Antidotus Mithridatios dicitur, Puellam cœpisse initio paulatim uenenis innutriri, consuetudinem'q; in naturam abiisse, ut iis perinde uesceretur, aleretur'q;, ac consuetis cibis reliqui. Adiicit, fuisse puellæ Cor caloris inops. præterea meatus prætenues, ita ut digestionis ui insigniter demutaretur haustum uenenum prius, quàm Cor pertingeret. Ipsam uero educationis rōne uenenosam euasisse, ut Sputo, ac quouis humore alio perimeret appropinquantes, euestigio etiamnum expirantibus, Qui cum ea coissent. Vt iam miremur minus, Anates ponticas edundis uulgo uenenis uictitare, Scribit Auicenna, tempestate sua uixisse hominem, quem fugerent uenenata Omnia. morientibus omnibus, quæ forte mordicus eum apprehendissent, inde nil omnino læsum. Cum uero grandior admotus foret Serpens, bidui quidem induxisse febrem, cæterum defecisse ipsum. Auctor magnus Albertus est, in Colonia Agrippina puellam se uidisse, quæ in trimatu parietibus arreperet araneas uenatura, quas uoraret, Eo'q; cibi genere oblectata insigniter aleretur. Admirationem Græcis, Romanis'q; de se Matreas peperit, ex iis unus, qui dicuntur Plani. dicebat, feram à se nutriri, quæ ipsa semet uoraret, Vt uel nunc anxię

ſcrutentur multi τὸ μαζέου θηρίον τί ἐϛι, ideſt quæ nam ſit Matreæ fera. Sed illud mirabilius longe, quod monumentis Theophraſtus prodendum cenſuit, fuiſſe Philinum quendam, tota uita, qui nullo ſit uſus potu, uel cibo, præterquam lactis. Nã Anchimolus, & Moſchus apud Helidem Sophiſtæ tota uita hydropotæ perhibentur fuiſſe, ac ficis tantummodo Ventris deſyderio ſatiſſeciſſe, nec ea tamen re quoquã imbecilliores, niſi quod ab eis tertio adeo profundebatur odor inter deſudationem, ut in balneis ab omnibus magno ſtudio declinarentur. Affuit Druſo Tiberii filio Medicus uini capaciſſimus, cum id admirarentur uniuerſi, deprehenſus eſt ante potum Amygdalas præmandere amaras quinque, aut ſex. Quod agere prohibitus ne minimo quidem ſuffecit potui. Gallus Vibius tam magnæ fuiſſe eloquentiæ narratur, quã poſtea inſaniæ. Cui hoc accidit uni, ut in Inſaniam non caſu incideret, Sed iudicio perueniret. Nam dum Inſanos imitatur, dum Lenocinium ingenii furorem putat, quod aſſimulabat, ad uerum redegit. In Labieno tanta, & tam impromiſcua memoratur libertas, ut libertatis nomen excederet, & quia paſſim omnes lacerabat, Rabies uocabatur. In hunc primum excogitata eſt noua pœna, Effectum enim eſt per inimicos, ut omnes eius libri comburerẽtur. Quæ res inuſitata fuit, & prorſus mira, ſupplicium de ſtudiis ſumi. Eam contumeliã Labienus non tulit, nec ſuperſtes ingenio ſuo eſſe uoluit, Sed in monumenta maiorum ſuorum ſe ferri iuſſit, atque ita includi, ueritus credo, ne Ignis, qui nomini ſubiectus erat, ſibi negaretur, nec tantum finiuit ipſe ſe, ſed ſepeliuit. Caſſius Seuerus Labieni amiciſſimus, cum ex Senatuſconſulto libri eius cõburerentur, nunc inquit, me uiuũ uri oportet, qui illos edidici. Seuerum Imperatorem Herodianus ſcribit, iter facere ſolitum ſine intermiſſione, neq; feſtos dies, neq; labores ullos magnopere curaſſe, algoris, atq; æſtus iuxta patientem. Sæpe etiam per altiſſimos montes hyeme ſæua, niuibus e cœlo ingruentibus, iuiſſe aperto capite, ut milites ad alacritatem, patientiam q; laborum re ipſa cohortaret. Quãquam hic ipſe omnium item princeps duritiam, atq; aſperitatem uictus, tolerantiam q; laborum, diſciplinam q; omnem, ac Ducum reuerentiam ſubuertit, inhiare pecuniis, & mũditias colere militibus inſuefactis. Ipſe uero auaritia ſupra omnes Imperatores maxime inſignis eſt habitus. Zenonem Athenæus ſcribit, ingenio amarulẽtum fuiſſe, & aduerſus familiares præiracundum, quod ſi hilarius ſe inuitaſſet, mitis euadebat, blandus q; cum ſuauitate. Quodam uero diuerſitatem admirante, ſibi, quod Lupinis, euenire, reſpondit. Qui aqua præmolliti, edulcati q; amarore ſecreto, ſuaues efficiantur. Ediuerſo quoſdam inuenias hilares nimium, ac riſus amatores cuiuſmodi uocant Græci φιλογέλωϛ, qualem fuiſſe Syllam non tacuere Græci quoq;, quando mimis, & Gelotopœis multa eſt elargitus, quin & Satyricas concinnaſſe Comœdias fertur. Tirynthios uero uniuerſim Philogelos fuiſſe, ac grauioribus inutiles negotiis, Theophraſtus ſcribit. Meſſala Coruinus Orator ante biennium, quã moreretur, ita memoriam, ac ſenſum amiſit, ut uix pauca uerba coniungeret, ad extremum uero enato circa ſacrum os ulcere, inedia ſe cõfecit. Bithon, inquit Pauſanias, Taurum humeris geſtabat, qua admiratione ſtatua quoque apud Argos dignus eſt habitus. Nam Ladas mortales cunctos pedum celeritate eſt ſupergreſſus, unde & apud eoſdem ſtatua eſt ornatus in Veneris templo, Quam νικηφόρον dicunt, Id ab Hypermeſtra poſitum memorant iudicio liberata, Quod intenderat Danaus, quia ex præſcripto Lynceum non peremiſſet. pactum uero iudicium in regione, quam uocant κριτήριον. Aſconius Pædianus hiſtoriarum conditor, anno ætatis tertio, ac ſeptuageſimo captus luminibus, duodecim poſtea uixit annis, maxima apud omnes auctoritate. Sed nos in explicanda hominum natura, quæ menſum excedit publicum, recte opinor, fecerimus, ſi nodum apud Senecam Gordiano uel implicatiorem enodarimus. Sexto Controuerſiarum ita legimus, Oſcus non incommode dixit, Sed ipſe ſibi nocuit, dum nihil abſq; Schemate dicere cupit. Oratio eius non figurata erat, ſed praua. Itaq; non inurbane Pacatus Rhetor, cum illi Maſſiliæ mari occurriſſet, ſchemate illum ſalutauit, Poteram inquit, dicere, aue Oſce, ipſe ab Eloquentia multum aberat, natus ad Contumelias omnium ingeniis iniungendas. Nulli non impreſſit aliquid, quod effugere non poſſet. Ille Paſſieno, prima eius ſyllaba in Græcum mutata, obſcœnum nomen impoſuit, declamatori ſubtili, ſed arido. hactenus Seneca. quid uero hiſce innuatur uerbis, perobſcurum eſt. Coniectura ipſe ducor, Vt Phyſſienum putem appellatum, ueluti eſſet mentulatus follis. Nam phyſan dici follẽ norunt omnes, Sinos uero mentula eſt, quod

Ariſtophanis

Aristophanis docet Interpres, unde Sileni deflexum nomen est, Et σιναμωρουμένη dicitur, quæ cum Viro congreditur. Smindyrides Sybarita luxu, & felicitate diffluēs annis plus minus uiginti, nec orientem se uidisse Solem dicebat, nec occidentem. At ipsum hoc syncerius tota fere uita sibi contigisse Ponticus prædicabat Hestieus, dum eruditioni incumberet auidius. Citharœdus Stratonicus interrogante quodam, qui in Pamphilia omnium forent pessimi, Phaselitas respondit, At cunctorum hominum Sidetas, idest σιδήτας. Philetas Cous in poetica nominis non postremi Corpore adeo uesco, imbecillo'q; fuisse narratur, ut pedibus plumbeas adnecteret pilas, necubi a' Vento percelleretur. Lynceum, & Idā fuisse Apharei filios, Pausanias scribit, Sed Lynceum iuniorem. Hunc Pindarus ea fuisse uidendi excellentia scribit, ὡς καὶ διὰ στελέχους θεᾶσθαι δρυῶν, idest ut etiā p Quercuū stipites spectaret.

¶ An Cato solus quater, & quadragies causam dixerit semper absolut⁹. De Archilochi poetæ interfectoribus. Plinii locus declaratur. Cap. XXXVII.

p Linius naturalis historiæ septimo singulari grauitate nobilem Græcæ, Romanæ'q; Gentis censuram peragens, Inter bona alia, quę summo in omni usu Viro Catoni primo affulsere, Eius fuisse proprium scribit, quater & quadragies causam dixisse, nec quēquā sæpius postulatum, & semper absolutum. Nobis uero infra classem tam excellentis Auctoris placita pro lege quidem sunt, fuerunt'q; perpetuo, iure enim tanto nomini assurgimus, sine quo fluctuabunt literæ, ueluti infesto mari Ventis pulsata nauis. Quod tamen uaria lectitando compertum nobis est, promimus in album, non obstrigilandi ratione, Sed iuuandi. Scribit in celeberrima oratione, quæ in Demosthenem dicta est, Aeschines, Aristophontem apud Atheniēses quandoq; ausum gloriari, quod nonagies quinquies accusatus semper euasisset, At nō Cephalus ille antiquus, qui maxime popularis est habitus. Sed contra gloriabatur, quod cum plura decreta, quàm quis sui temporis Orator scripsisset, nunquā fuisset accusatus, quod contra leges decreuisset. hæc Aeschines. Quod uero & infra paulo idem scribit Plinius, Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis, Quæsituros arbitror Plinianæ lectionis studiosos, Quos nam significet hac parte Auctor breuissimus. Nobis autem exploratum est, Oenomaum inter Græcos scriptorem non ignobilem, Eusebio referente, ita ferme prodidisse. Quare qui Archilochum occidit Archias, a' templo quasi scelestus, exire ab Apolline iussus est, musarum enim amicum occiderat. Sunt ex Græcis Qui a' Calonda interemptum Archilochum prodant, cui cognomentum fuerit Corax. Id'q; in bello, ubi Mars est communis, perpetratum. Quem cum reiiceret Pythia, suppliciter apprecatum, ignosceret, quando hæ sint bellorum sortes. adiecisse porrò, ad id se difficultatis redactum, ut uel facere, uel pati, necesse fuerit, proinde obsecrare, ne sibi uitio uerteretur, si suo ipsius Dæmone uiueret, esse'q;, quod se amplius execraretur, quia uiueret, quàm quod illum peremisset. Super iis commotus miseratione Deus hominem petere Tænarum iussit, Vbi τέττιγος, idest Cicadę Sepulchrum uiseretur. Atq; inibi Thelesiclię pueri placare manes. Quę omnia cum rite is obisset, Dei reclinauit Iram. Fuit uero Archilochus præcellens quidem Poeta, siquis auferat αἰσχροπρεπὲς καὶ τὸ κακοῤῥῆμον, idest obscœnitatem, ac uerborum uirulentiam. Inde apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum, amarulenta, felle'q; conspersa multo, immo defricta, Edicta uocantur Archilochia.

¶ Exemplum ignotum cuiusdam, Qui plagis feruentior cooriebatur in concubitum. Caput XXXVIII.

h Ominum naturam extra reliquorum modum admirantibus succurrit exemplum raro alias auditi euentus. Siquidem non multis abhinc annis Vixisse quendam in Veneriis ingenii stupendi maxime, quod'q; uix impetret fidem, ex adiuratissimis compertum est, Qui quo pluribus affectus fuisset plagis, eo impetuosius, ardentius'q; in concubitum ferebatur præceps. fuit omnino mira res, nescires, utrum affectaret auidius uerbera, an coitum, nisi quod illorum mensu libidinis Voluptas constabat. proinde extentis se precibus difflagellari exposcebat, pridie, quàm

id pateretur, flagello aceti asperitate obdurato, quod si Cõuerberator lentius agere foret ui/ sus, uelut extimulante rabie, conuitiis incessebat, nec factum sibi satis arbitrabatur, ni inter cædendum sanguis sese ostendisset. Vnus opinor, mortalium inuentus, qui eodem impetu in supplicium ferretur, ac delitias. Qui q; inter tormenta Sensuum titillationes, ac æstuan/ tem pruritum uel expleret, uel incenderet. Quod q; nec mirum minus est, non latebat ho/ minem flagitii inusitata species, se q; in eo execrabatur, ac sibi ipsi erat infestus. Cæterum consuetudine deprauata amplius prævalente, utebatur uitio, & improbabat. Irroborarat uero ea, radices q; egerat altius, quod ita foret assuetus puer, communicata stupri fœdita/ te inter æquales plagarum allectatione. Documento inde præsigni, quantum moribus ino/ lescendis educationis ratio possit.

¶ Arcem facere ex Cloaca, Lapidem e' Sepulchro uenerari pro Deo, quid sit. De Me/ necrate medico, & Callipide. Dicelictas quid, & Dicelon. Itẽ Empusa, & Hecatæa. Quid item Bolitos. Calopodes qui. Callipædas cur dicant Senes. Item uocabula plura, de Cal lia scitu non indigna. Cap. XXXVIII.

a Rcem facere ex Cloaca per prouerbium illi dicuntur, Qui rem haud ita ma/ gnam plurimi faciunt, amplexantur, in oculis ferunt, ac mirantur. Cui con/ simile adagium alterum, Lapidem e' Sepulchro uenerari pro Deo. Vtrunque positum apud M. Tullium in Oratione pro Plautio. Nunc uenio inquit, ad illud extremum, quod dixisti, dum Plautii in me uerbis meritum extollerem, me arcem facere ex Cloaca, Lapidem e' Sepulchro uenerari pro Deo. Succurrunt exempla ex historiis plurima eorum, Qui in id genus uitii reciderunt. Menecrates medicus, cum af/ fectos quosdam, ac pene' conclamatos, uel casu, uel arte in integrum restituisset, proinde q; a' nonnullis subblandiẽtibus Iupiter cognominaretur, Elatior iam is hoc nomine, sibi q; ni mio plus placens eodem cognomento insolentius ipse quoq; uti cœpit, in id q; tumoris est productus, Vt ad Agesilaum illum magnum, & Spartæ Regem sic quandoq; sibi scribe/ re permiserit, Menecrates Iupiter Regi Agesilao salutem dicit. Qui reliquis haudquaquam perlectis, Sed hominis leuitate protinus irrisa, ita propemodum rescribi iussit. Rex Ages/ laus Menecrati sanitatem dicit. Sunt ex Græcis, qui prodant, Siquos morbo sacro labo/ rantes curaturus adiret, iureiurando prius adigere solitum, Incolumitati restitutos ipsum Seruorum uice secuturos. Et sequebantur illi quidem, Verum Herculis habitu alius. Ali/ us uero Mercurii. Hominis uanitate animaduersa, uocari ad cœnam, cum Diis propriis Phi lippus Macedo iussit, ac uenienti altiorem, augustiorem q; mensam apponi, in qua esset ere ctior ara, proinde cum inferrentur fercula, suffumigationes multæ, ac Libationes fiebant. donec Iupiter nouus ludibrium aduertens, magno omnium risu inde se proriperet. The/ mison quoque Cyprius Antiochi Regis delitiæ, Hercules dici uolebat, eo q; nomine rem sibi diuinam fieri patiebatur, aderat q; ipse Leonis pelle instratus, Arcum item ferens Scy/ thicum, & Clauam. Huic quod de Menecrate diximus, affine illud quoque Agesilai eius/ dem, quo Vrbanius Callipidis illius gesticularii celebrati tumorem repercussit, ac inso/ lens depressit Supercilium. Erat is Callipides Tragœdiarum histrio, non mediocriter qui/ dem uelut etiam saltatricula Dionysia, inter Græcos homines clarus. Verum ipse ea re pluri mum se mirabatur. Itaq; ubi primum Agesilao Regi occurrit, arrogantius aliquanto saluta uit, & subinde illi se ostentabat, inter astantes sese intrudens, arbitratus fore, ut comiter, ac benigne a' Rege exciperetur. Verum, cum is grauioribus intenderet, ac ne' Callipidem respe ctaret quidem, Non admodum inquit, nosse me uideris o' Rex, nec qui sim, inaudisse? Tũc renidens Agesilaus, an non es inquit, Callipides ille Dicelictas? hoc autem nomine Mimos uocant Lacedæmonii, nam δείκελον Idolum signat, siue Simulacrum, aut etiam imitamẽ tum, Vt in epigrammate ἐείκης πυργοφόρου δείκελον ἐισορόων. Putãt quidam id uerbum de Iouis statua dici proprie, quasi δὶ ἔικελον, Sed per abusum de aliis itidem. Nonnulli quod ad incutiendum terrorem immittitur, Dicelon appellari credunt. Verum hoc genus terricu lamenta dici a' Græcis Hecatæa nouimus, quod ab Hecate immittantur, Sicuti produnt Apollonii Interpretes, quam inde a' formidinis incussu etiam uocant βριμώ. Nominantur item

item Empuſæ a' Dionyſio, ubi de Iaſpide inquit, ἐχθρὰν ἐμπούσῃσι, καὶ ἄλλοις εἰδώλοισι, hoc eſt contrariam Empuſis, & Idolis aliis. Eſſe uero phantaſma dæmoniodes, quod ſeſe infelicibus ingerat, multifariam'q; demutet formam, ac ſe meridie plurimum oſtentet, cum inferis parentat'. Sunt qui eaſdem cum Hecate ſtatuant, id quod ἐν παγηνίσαις ſignificat Ariſtophanes. Nominis ratio eſt, ut Euſtathio placet, quia uno incedant pede. Verum nec deſunt, qui alterum interpretentur habere æneum pedem, & inde appellatam Empuſam. Quod in Batrachis Ariſtophanes expreſſit, ubi de Empuſa Xanthus ita pronuntiat, πυρὶ γοῦν λάμπεται ἅπαν τὸ πρόσωπον, καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει. hoc eſt, igne micat tota facies, & crus æneum habet. Cui reſpondens Dionyſius, νὴ τὸν ποσειδῶ, καὶ τὸν ἕτερον βολίτινον, ideſt per Neptunum, & alterum Aſininum. Inibi Interpres inquit, Ex hoc quidam Onocolon uocant, Nam Bolitinon aſininum ſignat. Boliton enim aſellorum proprie dici retrimẽta putant. Sed & Boum ſuperfluitates ita uocantur. Quod uero Boliton ꝓnuntiant Attici, Reliqua Græcia Bolbiton. Agnoſcunt Vocem Latini quoq;. Siquidem Pomp. Feſtus inde inflexum uerbum Bulbitare putat, quod ſignet puerili ſtercore inquinare. Callipidis porro' in libro de Poetica meminit Ariſtoteles, ubi etiam prodit, appellatum quandoq; Simia geſticuloſiorem, quamobrem pronuntiatio ea tam elegans, & arguta, tam'q; omnibus Artis abſoluta numeris eum proculdubio tardiorem, & gradus quodam modo teſtudinei reddebat, ac longi, ut ita dicam, ſubſellii, & multarum uelut nundinarum. quæ res Prouerbio locum fecit, quod eo libẽtius relatum a' nobis eſt, Quoniam Viros alioqui eruditos cunctanter id audio interpretari. Fuerunt & Callipidæ populi ultra Boryſthenem, quorũ libro duo decimo meminit Strabo. Eos ad Hypanim Herodotus ſtatuit. Callipędas fieri Senes, eſt apud Lucianum, quod Senes quidem puerum ſapiant, Sed in conuiuiis pluſculum ſe inuitantes, ac facti hilariores etiam pulchri pueri ſibi uideantur. Calopodas deniq; dicimus non nunquam boni, felicis'q; pedis homines, & Seruos præcipue, quos & interdum καλοιωνίσους uocamus, ueluti proſperioris augurii. Quod uero ad Callipidem etiamnum attinet, Auctor eſt Duris Samius, Illum in Alcibiadis naui fuiſſe, qua is ab exilio reueheba-tur, enſe, haſta, cæteris'q; armis, quibus uti in certaminibus ſolent, peregregie inſtructum. Vex enim uero, ut cœpimus, Corollaria non deſtituamus, appingentes, qbus auctior abeat harum ſtudioſus Lectionum, in quibus malumus Vbertatem nimiam, q̃ inopię exuccã aridi tatem. Calidia. i. καλίδια inuenio eſſe Cypriis inteſtina. Nam Calidya barbaricum eſt indumentum. καλιοὺς Græci uiliores dicunt domos. καλιον uero, accentiuncula primam uendicante, Catellum indicat, & bacillum, Sed & Carcerem comperi κάλικν nuncupari, Quin etiam Lignum uinciendis nocentibus. Callæi, ſiue κάλλαικοι dicuntur Gallinaceorum barbæ, & præterea πὰν πορφυρειδὲς χρῶμα, ideſt Quicunq; Purpuræ aſſimilis color. Sunt, qui Varia eo malint uerbo intelligere. Apud Aegyptios legimus etiam χρῶμα καλαΐνόν. Inferæ lanæ interdum καλλαὶ nuncupantur. Quod uero in Græcoꝝ literis lectũ eſt, καλλίσο. περοῤῥυεῖ. i. Calliæ defluũt pẽnæ, In Calliã pronũtiatur quẽdam, Meretricibus conſectandis paterna q dilapidauit omnia. Hinc facete dicebat' a' Scortillis deplumat°. Calliã quoq; ꝓ Sĩmia ĩuenio poſitũ, ex Attica loq̃ndi formula, Quę δυσχερῆ τῶν ὀνομάτων εὐφημότερον προφέρ.

¶ Parentum cultus. De Amphinomo, & Anapia. Tollitur ex Seneca obſcuritas. A' quibus uiolati Parentes. Cap. XXXIX.

X Platonicis adytis præter innumera alia, quibus homines proficiunt in dies cum in iis, quæ ad doctrinæ rationem ſpectant, tum uero ad mores, Illud
e quoque ſcitiſſimum, immo uero etiam ſanctiſſimum, nec a' Chriſtianę ueritatis placitis diſſentaneum, obſeruaſſe nos commeminimus. Vim nec parenti, nec Patriæ inferendam. Sunt enim, ſicuti ab Euripide proditum eſt, Parẽtum Anima filii, nec id in homine tantum, Sed & in animalibus cũctis, Vt Tyaneo placuit Apollonio. Nam in epiſtolis ad Atticum M. Tul. στόργην φυσικὴν εἶναι πρὸς τὰ τέκνα ſcribit, hoc eſt aduerſus Sobolem genuinam, naturalem'q; putari beneuolentiam. Verum quid uiciſſim parentibus debeatur a' bene inſtitutis filiis, in Brutis quoq; maximus ille Conditor rerum Deus inſignibus indiciis præmoñſtraſſe uidetur, Siqdem, ut Auctor Ambroſius eſt, Ciconia romano uſu pia uocat', quod Pulli parentibus iam Senio ꝓfectis, nec alimenta ſibi ꝓquirere ſatis ualẽtibus, in retributionem mutuã, tacita qdem, Sed alta naturę ui in id ꝓpel-

lente neceſſaria ſummo ſtudio, quod in homine rarum eſt, ſuggerunt. Veruntamen inter nos quoque affectus is adeo ſacer, adeo imprimis Opt. Max. Deo nonnunquam cenſetur requiſitus, gratus'q; Vt in Græcorum monumentis perpetuo Siculorum Iuuenum Pietas celebrata efflorescat. Hi uero ſunt Amphinomus, & Anapias, A' quibus, Riuos ignium uo mente Aetna in Agrum Catanenſem, Parentes humeris elatos, & incolumitati redditos, conſtans inter Græcos opinio eſt, ac Strabonis aſtipulatur auctoritas, de quibus obſcure Se necam in Libro de beneficiis tertio mentionem facere arbitror, Vicere inquit, Siculi Iuue nes, cũ Aetna maiore ui peragitata in urbes, in agros, in magnam Inſulæ partem effudiſſet incendium, uexerunt parentes ſuos, diſceſſiſſe creditum eſt, ignes, & utrinque flamma rece dente, limitem adapertum, per quem tranſcurrerent Iuuenes digniſſimi, qui magna tuto auderent. Meminit & libro ſexto, ſed eadem obſcuritate, hoc eſt citra ullam nomenclatu ram. Nam quæ de Aenea ſuo prodidit maximus Vates, ne ficta indoctioribus uideantur, ab eodẽ comprobantur Seneca, & inter hiſtoricos cum alii rettuliſſe inueniuntur, tum Ap pianus Alexandrinus, Abs quo & illud traditum ſcio, Oppium ex Senectute debilem in fæ uo triumuiralis proſcriptionis turbine, Cum, ut manere liceret, filium deprecaretur, humeris ab eo elatum, donec extra portam tutum ſiſteret, ac poſtremo nunc agendo, nunc deferen do in Siciliam peruexiſſe incolumem. Antigonus, cum ingenti prælio ſuperaſſet hoſtem, præ mium belli ad Patrem tranſtulit, & imperium illi tradidit Cypri. Hoc eſt plane Regnum, & quidem præpotens, nolle regnare, cum poſſis. Eſt profecto ſacra Parentum maieſtas, & omnino proxima Deo. Propterea moralium octauo ita ueriſſime Ariſtoteles tradit. τὸ ἀμωστὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν· οὐ δὲ γὰρ ἐστιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς, καὶ γονεῖς, οὐδεὶς γὰρ τὴν ἀξίαν ποτ' ἂν ἀποδοίη. hoc eſt, Quod fieri po teſt, amicitia requirit, non quæ ex dignitate, cui in omnibus paria facere nequimus, Sicuti in Dei, ac Parentum honore, quibus pro meritis nemo unquam retribueret. Quid uero po tiſſimum tanti beneficii ratione deuinctus filius, & plane' auctoratus parentibus debeat con tribuere, Idem Philoſophus eminentiſſimus ita finit, eiuſdem ſcientiæ libro nono. Videtur quoque Parentibus alimenta maxime ſuggerenda, ueluti hoc debeamus, cum'q; ut ſimus, ipſi argumentum præſtiterint, honeſtius quoque, ea re illis mutuas operas reddere, quàm nobis ipſis allaborare. honor item impendendus eis, quemadmodum Deo. Comprobat ex parte Lex uetus, qua ſancitur, Vt Liberi Parentes alant, aut uinciantur. Sed & Homerus ita canens, οὐδὲ τοκῆσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυωθάδιος δὲ οἱ αἰών. Nec nutricationis ui ces reſoluit Parentibus caris. breuis autem factus eſt æui. Extat & Græcus ad id Senarius. ἡκιστ' ὦν βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. Viues diu, ſi uergentes in Senium parentes connu trieris. Paternæ dignitatis indicium quoque id uel maximum, Quod literarum parens Ho merus idem Iouem, quem Deorum intelligi principem uolebat, Patrem nũncupat, tan quam conſimiliter afficiatur in filium pater, ac ſummus ille, & ueriſſimus parens Deus in humanum genus. Et pro Sylla M. Tullius Parentibus grauitatem contribuit, filiis uero ſua uitatem. Quanquam, quod perabſurdum eſt, Perſarum gentes legimus, perinde ac Ser uis, abuti ſolitas filiis. Charitatis paternæ illud equidem ſignum eſt euidens, Quoniam, ut Politicorum tertio Ariſtoteles ſcribit, Patrem filiis regnum non relinquere, ſi poſſit, ar duum eſt. καὶ μείζονος ἀρετῆς, ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν, ideſt eminentioris Virtutis, quàm pro hominum captu. At Deiotarus, cum plures ſuſcepiſſet liberos, omnes, excepto tantum uno, iugulauit, quo, qui ſuperfuturus erat, potentior fieret, & maieſtatis auguſtioris. ra tione impia, & barbara, immo plane' Galatica. Solon e' ſeptem Sapientibus unus, ſiquis Parentes non enutriſſet, Eum cenſeri ignobilem ſtatuit, & Obſcurum. Nam, ut Cicero quadam oratione ſcriptum reliquit, cum ſit Pietas uirtutum fundamentum, Patrem Fili us, ut Deum uereri debet, & colere, neque enim multo ſecus Parens liberis eſt. Quod ſi audiatur, filium patri cauſam necis præſtitiſſe, quis id ferendum putet? Portentum, atque monſtrum eſt certiſſimum, eſſe aliquem humana ſpecie, ac figura, Qui tantum immani tate beſtias uicerit, ut propter quos hanc ſuauiſſimam Lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce priuarit. Cum etiam feras inter ſeſe partus educatio, & natura ipſa cõciliet. Inde in De clamationibus Quint. Maximum omnium ſcelus uocat, Paricidiũ, Quod nomina ſacra pol luit. Illud uero Romuli præcellens inſtitutum laudari eximie ſolet, Qui cum paricidæ nullã

ſtatuiſſet

ſtatuiſſet Pœnam, homicidium tamen omne Paricidium nuncupari uoluit. Quod hoc impium, atq; nefarium, Illud autem impoſſibile eſſe duceret. fieri tamen poſſe, poſt conditam Vrbem annis ſexcentis L. Oſtius portentoſi ingenii homo, & proruptæ audaciæ docuit. Qui omniũ primus patrem necaſſe narratur. Annalim prætorem, tonantibus bellis ciuilibus, cum is proſcriptus apud clientulũ ſecure lateret, prodidit filius, Et, nequid deſit, eo nomine a' ſanguinariis Triumuiris Patris bona accepit, prętereq; Aedilitatem arripuit. Verum diuino iudicio agente, ab eiſdem, quos immiſerat patri, cum uinolentus domum repeteret, eſt peremptus. Ardieum Pamphiliæ tyrannũ annis iam feſſum parentem, & inſuper natu maiorem fratrem occidiſſe, libro de Rep. X. Plato auctor eſt. Narratur & Perrhæborũ Rex Triopas tam efferatæ crudelitatis, ut ne filius quidem Carnabas eam facile concoqueret. quinimmo necato parente, acceptiſq; tyrannoctoniæ, ideſt tyrannicidii præmiis, in Troadem ſeceſſerit, atq; inibi a' Troe expurgatus Zeliam condiderit. Succurrit Paricidii exemplum, cui comparari non poſſit aliud. Artaxerxi Perſarum Regi ex Pellicibus centum quindecim fuere filii, tres iuſto matrimonio ſuſcepti, Darius, Ariarates, Ochus. Ex iis Dariũ extra Perſicum morem, ubi Rex tantum morte mutatur, per indulgentiã Pater Regem uiuus fecit. Cæterum Darius poſt noua pietatis paternæ exempla, nouum & ipſe aliquid, immo inauditum auſurus, interficiendi patris conſiliũ cepit, Sed audi, quod omnem excedat admirationem, Cõmunicato tam nefario propoſito cum quinquaginta fratribus, non eſt inuentus, qui aduerſum ire conaretur. Cauſa paricidii, uel ipſo tamẽ paricidio ſceleſtior, Aſpaſiam Vxorem habebat Artaxerxes. Ea quoq; ut ſibi cederet, efflagitauerat Darius, promiſerat indulgentiſſimus Pater, Sed mox pœnitentia ductus, Solis Sacerdotem illam legit, quia perpetua ibi caſtitas foret neceſſaria. Hinc filii irritatur impietas. In patrẽ cooritur, Sed auerſantibus, credo, Diis flagitii magnitudinem, fruſtratus euẽtu, pœnas paricidii inauſpicatiſſimi cum complicibus numini, paternæ maieſtatis ultori, dedit. reuocatis ad ſuppliciũ quoq; infelicibus Liberis, & Vxoribus. ne tam abominandi ſceleris ullum prorſus ueſtigium extaret. Trogus item ſcribit, Theſſalonicem ab Antipatro filio, cum uitam per ubera materna deprecaretur, fuiſſe occiſam per ſummam immanitatem. Ab Euandro item occiſum fuiſſe patrem, quidam prodiderunt. Ptolemæum certe Polybius ſcribit, Philopatera cognominatum ex facinoris crimine, quod Patrem uita exuiſſet. Adeo multi non ingratitudine ſolum, quod eſt maximũ omnium uitiorum, ut inquit Fabius, nomen illud ſacrum uiolare non uerentur, Sed etiam ſanguine, omnium poſt deum maxime ſacro, animam ſuam fœdare non compaueſcunt. Fuit & Ptolemæus cognomento φιλομήτωρ ut Pauſanias ſcribit, ἐπὶ χλιάσμῳ, ideſt ludibrii cauſa, quod eum inſigniter odiſſet Mater, adeo ut, quamuis natu grandiorem, principatu prohiberet.

¶ Apud gentes aliquas cædi ex more Parentes, ac mox uerti in Cibum. Platonis ſcita de Parentum cultu. Cap. XL.

f Ed quid ſingulos miramur? Mos quarũdam Gentium celeberrimus eſt, Vt Senio iã confectos Patres Filii perimant, Et quod omnem ſupergreditur feritatem, eorũ item Carnibus ueſcantur. Fingere nos fortaſſe putet aliquis. Id tamen hiſtorię parẽs Herodotus de Indis rettulit, ac Maſſagetis. Quam uero a' Veterum Romanorũ inſtitutis tam impium facinus eſt diſſentaneũ? apud quos cautum ſcimus, Vt qui ſacramento non tenerentur, hoſtem prælio uti ne lacеſſerent. Quod & Catonis epiſtola cõprobatur ad filium, Veluti præmonſtrarent, ne hoſtem quidẽ interfici oportere, ni adigat ſumma, & ea legitima neceſſitas. Propterea & Chryſantam collaudauit Cyrus, quod hoſtem interfecturus iam elatũ in cædem gladium reuocaſſet, quia ἀνακλητικὸν. i. receptui cani interim inaudiſſet. Sed infauſtis, & pollutiſſimis animis ſuo ſceleri relictis, ad iucundiora relatu ueniamus, Subtexamusq; piis pectoribus diuini Platonis ſuper patria ueneratione placita ſanctiſſima, ex libris legum repetita. Ergo inquit, fas eſt, Parentibus prima, & maxima debita, omnium antiquiſſima debitorum perſoluere. Putare enim quiſq; debet, omnia, quæ poſſidet, eorum eſſe, qui genuerunt, & educarunt, ita ut illis hæc omnia pro uiribus miniſtrare debeat, primũ quidẽ externa bona, deinde etiam Cor-

poris. poſtremo, quæ ad animum pertinent. Verbis quin etiam per totam uitam parentes maxime uenerari decet. Leuium enim, uolatilium'q; Verborum grauiſſima imminet pœna. Nam omnibus præpoſita eſt Nemeſis, Iudicii Angelus, huiuſcemodi inſpector omnium. Oportet itaq; iratis, animum'q; explentibus cedere, ſeu uerbis, ſeu rebus id faciant. Quod ſi iſta exactius ſeruarimus, digna a` Diis, Cæteris'q; natura noſtra ſuperioribus præmia referemus, plurimum bona cum ſpe uiuẽtes. Hæc Philoſophi placita qui exploratius, certius'q; imbiberit, in eam opinor, ſententiam pedibus ibit, ni Galatam altius hauſerit, Lemnio etiamnum ſcelere imbutus, Nulla eloquii facultate, nulla præſtantis ingenii ſolertia exprimi poſſe, quàm laudabile, quàm omni excipiendum plauſu, feſtis'q; uocibus, ſiquem inaudias Parentibus obſequentiſſimum filium, & in eo uno contumacem, ne beneficiis uincatur. Quod eſſe certamen omnium ſpecioſiſſimum, quis ambigat? in quo feſſis, etiam ſi ad triarios res redeat, ſubinde tamen reſtituenda ſit acies, ſucclamandum'q;, felices, qui uicerint, felices, qui uincentur.

¶ Nemeſis & Leda diuerſæ ſint, an una, eadem'q;. Quid Nemeſis apud Ariſtotelem, Quid item apud Platonem. Nemeſea feſta, Adraſtia. Cap. XLI.

Olent inquit diuinarum inſtitutionum primo Lactantius, mortuis conſecratis nomina immutari, credo, nequis putet eos homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, & Leda Nemeſis, & Circe Marica, Et Ino poſteaquam ſe præcipitauit, Leucothea, Mater'q; matuta, & Melicertes filius eius, Palæmon, atq; Portũnus. In iis apertiſſime comprobat auctor hic, Nemeſin a' Leda minime uideri diuerſam. Auſonius tamen quodã tetraſticho diſparauit,

Iſtos tergemino naſci quos cernis ab Ouo,
Patribus ambiguis, & matribus aſſeueratos.
Hos genuit Nemeſis, Sed Leda puerpera fouit.
Tyndareus pater his, & Iuppiter, hic putat, hic ſcit.

Fabellæ ratio, quia paulo obſcurior eſt, ad hunc fere` modum habet, tametſi alieno, quod aiunt, Choro memet uideor inſerere, quãdo nil tam ab inſtituto, ac in quẽ collimamus, Scopo diſſentaneum, diſſitum'q;, quàm fabuloſa conſectari. Cæterum nemo tam ſerius, nemo tam matutinus, ut non renideat quandoq;. Igitur Nemeſin cum deperiret Iupiter, ut a` puella admitteretur, nequibat impetrare. Ad dolos ergo amatorie conuerſus, Iuſſit Venerem in Aquilam deformari, Ipſe Olorem induit, mox'q;, ut qui Aquilam nimis metueret, raptim ſe proripere cœpit, ac uelut compauidus latebras quærens, in puellæ deuolat gremium. Quæ neſcia, quantus inſideret miſeræ Deus, illum placide, ac geſtiens excepit, Sed ui numinis eueſtigio in ſoporem uertitur, eam tum nimis opportune cõprimit Iupiter. Actis deniq; menſis parit illa Ouum, Quod auferens Mercurius Spartam detulit, ac ſedenti Ledę in gremium proiicit, ex quo nata fertur Helena, Quam Leda ut filiam habuerit, aluerit'q; materno confouens affectu. Hæc ipſa Quin etiam Pauſaniæ confirmantur auctoritate, Cuius uerba Latine facta hæc ſunt, Græcorũ inquit, opinio eſt, Nemeſin Helenæ matrem eſſe. Ledam Lac præbuiſſe, atq; educaſſe. Idem ſcribit, Nemeſin Coronam geſtare, in qua & Cornui, & Fortunæ parua inſignia contineantur, Sicut in manuum altera fraxineus erat ramus. In dextra uero Phiala, Aethiopibus inſculptis. Cuius rei rationem ſe minus tenere, Pauſanias item fatetur, tantum addit, Nemeſin fuiſſe Oceani filiam. Heſiodus uero in Theogonia de Nemeſi ſic cecinit,

Τίκτε δὲ καὶ νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι Νὺξ ὀλοή, ideſt

Etiam Nemeſin genuit mortalibus nocumentum hominibus Nox pernicioſa. Qui Carmina cõcinnauit Cypria, quiſquis is cenſeri debet, Helenæ quidem matrem fatetur Nemeſin. Sed dum eam conſectaretur Iupiter, in piſcem quoque deformatam prodit. Cæterum extra Oleas ſatis. Hiſce uero operæ leuioris in alienum reiectis forum, Ipſi ad noſtram conuertamur harenam, Protinus'q;, Quæ altius requirunt examen, hic appingamus. Scribit quodam loco Plutarchus, Ariſtotelicos putare, Vrbanas eſſe Perturbationes, ſiue Affectiones malis dicere, Nemeſin, & Miſericordiam. Siquidem nata indignatio ex

Improbo-

Improborum proſperiore ſucceſſu Nemeſis inquit, uocatur. Sicut Miſericordia eſt, cum boni extra rationem calamitatibus conflictari, & turbinibus atteri, interq; ſaxum, ac ſacrum aſtituti uidentur. Ariſtoteles uero moralium ſecũdo, ad uerbum fere ita ſcribit. Nemeſis autem, ideſt indignatio media eſt inter Inuidiam, & ἐπιχαιρεκακίαν, ideſt peruerſum gaudium. Verſantur utique circa uoluptatem, & dolorem, proueniẽtes ex iis, quæ proximis obueniunt, ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὐπραγοῦσι. hoc eſt, Nemeſeticus, ſiue Indignabundus, ut dicamus, quo modo poſſumus, moleſte fert, cum indigna alicui proſperitas eſt. Inuidus hunc excedens in cunctis turbatur, & moleſte fert. ὁ δ' ἐπιχαιρέκακος ὅσον οὔπω ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι, ὥς τι καὶ χαίρων. Epichærecacus autem tãtum abeſt, ut doleat, ut lætetur etiamnum. Eadem fere in primo quoq; magnorum moralium idem Philoſophus prodit, adnectitq; νεμεσητικὸν εἶναι ἐπαινετὸν, ideſt Indignabundum uideri laude dignum, & in ſecundo Rhetorico ait, ἀντίκειται δ' τῷ ἐλεεῖν, μάλιστα μὲν ὁ ἠλοῦσι νεμεσῶν, ideſt Miſericordiæ opponitur quidem maxime indignatio, angi quippe felicitate indigna quodammodo aduerſum eſt, Sed & affectio utraque ex bonis profluit moribus. Verum diuertamus parum ad Platonicæ Sapientiæ ſacraria, excerpturi inde, quod reconditum, nec in triuialium exchartabulis proculcatum ſtudioſis emolumẽtum, ſimul & Voluptatem allaturum opinamur. Diximus Capite præcedenti ex Platonis uerbis, Nemeſin eſſe diuini iudicii Angelum. Amplius, Hunc præeſſe nobis, uelut Iudicis ſuperioris Vicarium, Platonici tradunt, Qui a turpibus deterreat, honeſtorum, ac Virtutis conciliet amorem, obſequentesq;, nec contumaciter tacitis eius illectationibus aduerſum euntes blanda confoueat mentis tranquillitate. Obluctantes uero aſſiduis idem territet turbinibus, erigatq; flictibus, conuellat ſubinde, ac raptet. Angelus hic, ubi renidens arridet, Gratiæ nomen indipiſcitur in priſcæ Sapientiæ monumentis, Vbi uero formidabilis, infeſtusq; lancinat, diuexatq;, Furia nũcupatur. Vtranq; porro triplicem intelligunt temporis ratione, in tris abeuntis partes, quibus uel fœcunde lætamur, uel affligimur miſere, Quod fati complectitur modum, & Parcarum ordinem trifarium. Angelum hunc Orphei theologia præcipue, ubi Superbos infeſtius comprimit, obturbatq;, Nemeſeos cognomento inſigniendum putat, Quoniam ſummi Viri, & rerum naturæ capaces monſtraturi, Superbiæ malum eſſe maxime omnium bonitati diuinæ diſſentaneum, quæ utique Superbis obſiſtit, humilibus uero dat gratiam. Id genus hominum tumẽtium non ſolum diuina cenſura, ut uitia reliqua, Sed etiam indignatione puniri tradiderunt, proprium'q; ad id effinxere numen, Nemeſeos appellatione celebratum. Eius meminit & Demoſthenes, nam oratione quadam κατὰ σουνιέως Nemeſea nuncupat, ideſt νεμέσεια, feſtumq; id fuiſſe interpretantur, quo uita functis parentaretur. Quæ de Nemeſi protulimus, mire Poeticæ lectionis ſtudioſos iuuabunt. Nam ſæpe nugamenta uideas ab Interpretibus afferri non apud Græcos modo, ut in Heſiodi enarrationibus, Sed & apud Latinos, ut in Catulliano carmine,

Aut Tritonis hera, aut Rhamnuſia uirgo. Celebre eſt, & ad noſtra hæc præcipue ptinens Leonis Byzantii ſcõma, quod in Gibboſũ effudit, qui Oculorũ eius imbecillitatem fuerat cauillatus ἀνθρώπινον ἔφη, πάθος ὀνειδίζῃς, ἐπὶ τοῦ νώτου φέρων τὴν νέμεσιν. humanã inqt, affectionem obiicis, cum in tergo feras ipſe Nemeſin. Adraſtiam deniq;, ac Nemeſin pro eodẽ numine accipiunt quidam. Multi diuaricandas putant, inquit Pauſanias. Ab Adraſto infecti Adraſtiam credunt, qui ex ſeptem ſuperſtes ſolus, rurſum in Epigonis filium amiſit ſolus. Alii a Myſo deducunt Adraſto templi auctore primo. At melius eſt, inquit idem, quod nil prorſus eam euadit, ideſt ἀφοδιάζουσι.

¶ Iræ incontinentia cur damnanda minus, quàm Cupiditatum. De quibuſdã Patrem uerberantibus, raptantibusue. Cap. XLII.

a Riſtotelis ſummi in omni ſcientia Viri, libros, Qui de moribus ſunt, adire quandoq; ſolemus, & quidem uoluptate ſumma. mirifica in his ſciẽtia eſt, mirabilior, & ad bene uiuendum inſtitutio, Qui eſt illorum librorum præcipuus finis. Inter alia, quę maturam habẽt frugem, uel hoc nuper excerpſimus, οὐκ opinor, ἀνάφροδίσιον. Incontinẽtia inquit Iræ minus turpis eſt, q̃ cupiditatũ.

Nam quod rationem audit, minus turpe, quàm quod nullo modo audit. Ira uero talis eſt: Nam quemadmodum miniſtri, qui ueloces ſunt, prius q̃ expleatur imperium, excurrunt ad exequendum, Sed interim peccant. Canes quoq; ante quàm perſpexerint certius, ſit'ne amicus, qui uenit, modo ſtrepuerit, irruunt cum latratu. Sic & ira propter calorem, & uelocitatem naturæ audiens quidem, Sed non omnino exaudiens præceptum, properat ad ultionem. Ratio enim, ſeu phantaſia iniuriam, uel contumeliam oſtendit. Ira uero tanquam ratione concludens, quod repugnandum ſit, ſtatim inſurgit. Porro quæ cognationem cum natura quandam habent, proculdubio minus ſunt damnanda. Hoc uero habet Ira, ut manifeſtum fit ex generationis ſucceſſione à Parentibus accepta. Sic enim quidam ſe excuſabat, quod Patrem euerberaſſet. Nam & ipſe inquit, Patrem ſuum conuerberauit. Et ille rurſus ſuum, Quin & filium oſtendens, & hic inquit, ubi in Virum euaſerit, me quoq; flagris cædet. hoc enim gentile nobis eſt. Quidam præterea raptabatur à filio, cum'q; ad Ianuam perductus foret, πάυεσθαι ἐκέλευε, καὶ γὰρ αὐτὸς ἐλκύσθαι τὸν πατέρα μέχρις ἐν τούτῳ. hoc eſt, Deſine fili, nam & ego Patrem inquit, hactenus.

¶ Parentes eſſe Iouis Simulacra. Gentium quarundam truculentia in Parentes. Paricidarum ſupplicii ratio. Pas, Pappas, Ma, Mammia, Pappæus Iupiter, Papiſſare. Cap. XLIII.

q Vamuis à Veteribus proditum ſciamus, & à Proclo repetitum, eſſe Parentes ἀγάλματα τῶν πάντων πατρὸς θεὸς, hoc eſt Idola, Spectra'q; Patris omnium Iouis. Rurſum'q; Qui in Deorũ ſimulacra impios ſe præſtiterint, in Deos ipſos, quorum imagines ſint, impietatem regerere. Mira tamen ſunt, quæ de hac re prodit hiſtoria, etiã ſi non excidit, quid ad hæc pauloante elucubratum nobis ſit. Legimus ſiquidem Caſpios, gentem immanem, & feram, Parentes incluſos fame necare, cum iam ætatis annum ſeptuageſimum exceſſerint. tolerabile tamen id putãt nonnulli, quia ſit illorum moribus conueniens, cum Scythicum ſit. Sed multo etiamnum magis, quod Bactriani faciunt, Scythicum uidetur. Eos Oneſicritus ſcribit, Qui iam Senio, morbo'ue confecti ſint, uiuos Canibus apponere, ad hoc ipſum de induſtria enutritis. Quos illarum Gentium uocabulo Sepulchrales uocent. Bone Deus, quæ ſunt hæc hominum portenta, Quibus dulciſſima illa naturæ cõmemoratio deſpicatiſſima eſt? mores'ne dicere hos oportet, an uerius monſtra execrabilia, nec ſine cunctatione promenda? Rident male de literis meriti Plinium prodigioſas hominum figuras confectantem, Ceu non tam facile ſit Naturæ à præſcripto ſuo recedere, quàm Homini nulla non in parte ſubinde monſtrificum aliquid promenti, quod tum magnitudine, tum abſurditate uix inueniat fidem. Sapientiſſime inquit M. Tullius, noſtri maiores fecerunt, Qui, cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctũ, quod non aliquando uiolaret audacia, Supplicium in Paricidas ſingulare excogitauerunt, Vt quos natura ipſa continere in officio non potuiſſet, magnitudine pœnæ maleficio ſummouerentur. Inſui uoluerunt in culeum uiuos, atque ita in flumen deiici. Sic enim uolebãt eum hominem è natura auferre, atque eripere, ut repente Cælum, Solem, Aquam, Terram adimerent, Vt qui eum necaſſet, unde ipſe natus eſſet, & careret his rebus omnibus, ex quibus nata eſſe omnia dicuntur. Noluerunt feris corpus obiicere, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uterentur. non ſic nudos in flumen abiicere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera, quæ uiolata ſunt, expiari putantur. Cæterum quod de beſtiis hic, & flumine Cicero inquit, amplius perpendendum, Nam digeſtorum libro XLVIII. Ad legem Pompeiam de Paricidiis, Iureconſultus Modeſtus ita ſcribit, Pœna paricidii more maiorum hæc inſtituta eſt, Vt Paricida uirgis ſanguineis uerberatus, deinde Culeo inſutus cum Cane, Gallo gallinaceo, & Vipera, nec non etiam Simia in mare profundum proiiciatur, hoc ita, ſi Mare proximum ſit. Alioqui Beſtiis ſubiicitur, ſecundum Diui Adriani conſtitutionem. Martianus titulo eodem, ſupplicium ſtatuit Paricidis, quo teneantur dãnati lege Cornelia de Sicariis. Id erat, ut Marcellus inquit, In inſulam deportatio, & omnium bonorum ademptio. Sed ſolent inquit, hodie Capite puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, quàm ut pœnam ſuſtineant, humiliores enim ſolent uel Beſtiis ſubiici, Altiores in Inſulã deportant. De Culeo Paricidarũ Imperator Inſtitutionũ quarto,

de publicis

de publicis Iudiciis fere cum Cicerone ſentit, niſi quod & ipſe ferales uocat anguſtias, tormentum incluſarum beſtiarum, ſiue ferarum, Sed nos Caput hoc ſi Sententiis grauioribus, & quibuſdã præterea pauculis cluſerimus, non admodum aberrabimus. Scribit facundiſſimus Sacrarum literarum Doctor Hieronymus, Parẽtibus neminẽ poſſe reddere, quod debeatur. Humilitatem eiuſmodi oblatam hominibus uiuendi ſpatia prorogare. Parentũ nomen ab opt. max. Deo eatenus diligi, ut ſe ipſum Patrẽ iuſſerit dici. Salomonis ſententia nobilis eſt, Contumeliis afficiens patrem, & contemnens Senectam matris, confundetur, & in opprobriis erit filius derelinquẽs paternæ diſciplinæ cuſtodiam. Maledicenti Patrẽ, & Matrem extinguetur Lumen, Et pupillæ oculorum eius tenebras uidebunt. Machabæus filius Matri mortẽ ſuadenti ſeruiuit, & durum imperiũ gratanter excepit, uno tantũ uoto, ne Genitricem offenderet. Sed inter diuina dei lege educatos hoc quid mirũ? Illud ex gentium hiſtoria nõ ſine ſtupore narrat, Antigoni ſecũdi Demetrius parens a Seleuco iure belli abductus fuerat captiu⁹, miſit interim ad filiũ is, uti ſuis ne crederet ullis literis, qm̃ foret a Seleuco cõpulſus ſcribere. Cæteꝝ firmo præſidio Ciuitates teneret. At ſingulari pietate filius, his nil admodũ intendens, ad Seleucũ exarauit ipſe, Illi ſe libenter regno ceſſurũ, præterq; obſidẽ futurum ſe, modo Patrem abire liberum iuberet. At Imperator Hẽricus dehoneſtus, decul patus q; ſcelere nefando Henricum Patrem ad Vitæ ultimũ fœdo macerauit Carcere. Poſtea uero quam de Parentibus abunde multa congeſſimus, quæ hinc inde ſumus aucupati, adnectamus ex Grãmaticorum ſacellis aliquid, quod Iunioribus uſui ſit legiſſe. πᾶς inquiunt, infantili allocutione Pater nuncupat, qui mox p Anadiplaſiaſmũ factus ſit πάππας. Sicuti μᾶ dicitur mater, unde & Mãmia. Scribit in Bithyniacis Arrianus, conſueuiſſe Bithynos montium cacumina conſcendere, ac Iouem Pappam ꝓſalutare, atq; item Attin. Auctor quoq; Herodotus eſt, a Scythis Pappæum Iouem dici. Ex quibus elicitur omnibus, ineſſe uerbo diuini qppiam. Pappazin. i. παππάζειν, ut eſt apud Homeꝝ, uel Pappiſſare. i. παππίζειν, quod Comicis arridet amplius, eſt infantium more, blandeq; Patrẽ appellare.

¶ Ciceronis nodus explicatur, tradentis, Mari, quæ uiolata ſunt, expiari. Enarratur & Catullianum Carmen. Cap. XLIIII.

Vod autem pauloante ex Cicerone rettulimus, Mari cætera, quę uiolata ſunt, expiari putantur, ambiguitatem puto, habet, nec contemnendam, Scioq; nõ
q paucos in eo corrugaturos frõtem. Quid ergo ad eius obſcuritatis illuſtrationem prominus? An doctiſſimum credimus Oratorem ad id alluſiſſe, quod ſcribit Ariſtophanis Interpres ſuper eo Comici uerſiculo,

Ῥᾷστον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν, ἔπειτ' ἐλοῦμεν.

Hoc eſt, primo quidem ad mare ipſum produximus, mox & lauimus. Mos erat inquit, Veteribus illic καθαίρειν τοὺς ἀφοσιομένους, ideſt expiare pollutos. Homerus, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον, ideſt & in mare ſordes reiiciebant. Quin Platonem item ferunt, in Aegyptum ad Sacerdotes, & Prophetas ſe conferentem, ut illorum Sapientiæ placita perdiſceret, Secum habuiſſe Euripidem quoque, Quem morbo implicitum, poſteaquam eſt maris aqua incolumitati reſtitutus, Sacerdotum opera, Mox id uerbis ita teſtatum, θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά, Cuncta mortalium mala prorſus abluit mare. Verum ut addubitatio eximatur omnis, ſiqua etiamnum reliqua fit, Ad purificatiõem ſcribit Proclus, Sulphur adhiberi, & maris aquam. Meminit Iliados primo Euſtathius Euripidis ſentẽtiæ, cuius uſum non peruidit Vir meo iudicio alias eruditus, nam fluctuantibus uerbis Poetæ Senſum perlicit, nec aſſequitur tamen, ut qui in lubrico ſiſtere nitatur gradum. Ex iis, quæ prompſimus, liquere amplius poteſt. Sed & opera eadem enarratur Catullianum Carmen ad Gellium, de profano quodam, & inceſto, quod inſcite nimis, ac oſcitanter aut prætereunt Interpretes, aut neſciunt.

Quid facit is, Patruum qui non ſinit eſſe maritum?
Ecquid ſcis, quantum ſuſcipiat Sceleris?
Suſcipit o Gelli, quantum non ultima Tethys,
Nec genitor nympharum abluit Oceanus.

¶ Deus ſummus qua colendus ratione. Itẽ Dei filii, Ac Cæleſtes Dii. Dæmones quoq;. Cur Numeris indita Deorum nomina. Cap. XLV.

p Orphyrius philoſophus ſingularis libro ſecundo de Sacrificiis, & Diis, atq; Dæmonibus, Sapienti eſſe notiſſimum, ſcribit, malos quidem Dæmonas animalium oblectari uictimis, in'q; eis futura portendere. Deum autem id genus ſacrificio haud quaquam egere. Qui ſane' adorantium perpendit mores, id præcipuum, maxime'q; omnium ſibi gratum ſacrificium exiſtimans, rectum, inconcuſſum'q; de ipſo iudicium, & rebus aliis. Apud cæleſtem, diuinam'q; naturam eximia oblatio eſt, Mens pura, & a' perturbationibus ſeiunctus, diſparatus'q; animus. Ne quod Ariſtoteles inquit, illis cõuulſi, lancinati'q; Carmina proferamus Empedoclis. Hinc Plato, addecere bonum Virum ait, rem diuinam obire, atq; intereſſe ſacris, in quibus rurſum malos inaniter allaborare teſtatur. Idem Porphyrius alibi, Deum ſummum ſilentio puro, puris'q; de ipſo intelligentiis rite colendum, præcipit. oportere nanq; coniũctos, ſimiles'q; Deo iam effectos noſtram hanc ad Deum eleuationem, uelut ſacram uictimam Deo dicare. Filiis autem eius, Qui & intelligibiles Dii ſunt, Laudem iam ex ipſo quoq; ſermone putat adhibendam. Scitu uero præcipue dignum eſt, Veteres illos, Sanctos'q; plane' Viros uelut primitias numinibus ex contemplatione quoq; ipſa dedicaſſe, ceu atteſtarentur, illam nobis ſuperna contributam largitate. Cuius uſus ad ſalutem uerã ſit omnino neceſſarius. Proinde Pythagorici, cum in Numerorum, Linearum'q; ſciẽtia plurimum uerſarentur, ex iis aliqua etiam eſſe Diis dicanda cenſuerunt. Et ex Numeris alium quidem Palladem, Alium uero Dianã, Alium Apollinem, Rurſus alium Iuſtitiam, alium Temperantiam, ac ſimiliter in figuris. Porro' Diis, quos intra cælum conſtitutos cernimus, ſiue ii ſint errantes, ſiue nullo ferantur errore, Inter quos Solem, Lunam'q; ueneramur Principes, commode ſacrari Ignem poſſe, arbitratur idem Porphyrius. ueluti rem cognatam, Quæ uero mandet Theologus, magnopere cenſet ſeruãda, ut animatũ omnino Diis immolemus nullũ, Sed uſq; ad farinã, & mel, terræ'q; fructus, atq; flores. Animata uero Dæmonibus congruere, ſiue boni ſint ii, ſiue mali. Cæterum quàm attente, quàm religioſe, quam'q; ex deſtinato Deum comprecari addecet, optime omnium monſtraſſe Pythagoras uidetur, Cum ueneris inquit, in templum, adora, neque aliquid interim, quod ad uictum pertineat, aut dicas, aut agas. Ex itinere præter propoſitum non eſt ingrediendum templum, neque orandum, neque etiam ſi prope' ueſtibulum ipſum tranſiueris, Nudis pedibus ſacrifica, & adora.

¶ De Hippolyto quædam haud ingrata. Quis Pythia inſtituerit primus. ῥάχης στεπτὸς quid. Item Rhachia. Cap. XLVI

d E Hippolyto Theſei filio in ueteribus memoriis pleraq; tũ fabuloſa, tum Veritatis haud inſcia cõperit, opinor, uel paulũ modo literis imbutus, Quæ mihi ſe de Græco penu ingeſſere nup, iã hinc pgam cęteris cõmunicatũ. Lego igit', apud Trœzenios huic fuiſſe dicatũ lucum, & in eo templũ non abſq; Simulacro, & qdem uetuſto, Ad Diomedẽ referri oĩa hęc Qui, & princeps Hippolyto rẽ diuinã obierit. In Trœzene aũt Sacerdos eſt Hippolytus, cũ Vita progat' Sacerdotiũ, & anniuerſaria celebrant' Sacra. Moris eſt illud quoq;, ut ante nuptias puellę reſectos illi oſferant crines. Necatum, Eqs diſtrahẽtibus, nõ arbitrant'. Cæleſtem Heniochũ, nec aliũ putant. Id qd' honoris gra illi ab Immortalibus ꝓtributũ uolunt. Quin a' Diomede aſtruũt eodem Apollinis templũ ἐπιδαπτηρίᾳ inibi eſſe dicatũ, quod in reditu ab Ilio euaſiſſet tempeſtatẽ, qua Græcoꝝ afflictæ ſunt opes. Principẽ quoq; Pythia inſtituiſſe certamina. Eſt in Trœzenio agro ad mare pgentibus κότινος. i. oleaſter, ῥάχης στεπτὸς ab illis nuncupatus. Siqdem quæcũq; ſterilia dicunt Trœzenii Rhacha. στεπτὸν uero cognominant, Qm̃ implicitis eo habenis, euerſus ſit Hippolyti currus. Alioq στεπτὸς dicũt Græci ῥᾳμεταβόλους. i. facile mutabiles, Sed & Torques, & in Manibus Pſellia. Vbi uero Lucianus ait, ἢ ἐλπίζω κάνδυν πορφυρᾶν, καὶ στεπτὸν χρυσᾶν. i. uel Candyn ſperat purpureũ, & Streptũ aureũ, fuit q annulum interpretaretur. Rhachia aũt dicit' petroſus locus, præcipue litus.

Super Gorgia

¶ Super Gorgia & Protagora paucis adnotata quæpiam. De opinione dignum relatu. Caput XLVII.

E Gorgia Leontino, & Sophiſte Protagora in Veteribus memoriis pleraq; obſeruata nō incurioſe, adnotauimus, Vex ea nūc trāſponere, nō eſt cōſiliū.
d Sunt enim pertrita pleriſq;, & in nulla nō diatriba recantata ſæpius. Quod tamen Æliani monumēta pxime uoluēti ſe ingeſſit, ad Ceritū tabulas reiecis ſe nequeo, aut tanq̄ νόθον, diſpunctum cōfodere. Qui mos in Carminis Homerici perpenſione Veteribus Criticis fuit, Vt quos nō probarent Verſus, de familia tanq̄ diminutos capite, ſummouerent. Igitur olim inquit, Inter Græcos opinione, ac gloria celebres habiti Leontinus Gorgias, & Protagoras, Cæterū a' Sapientia plane' aberāt tātum, A' Viris q̄tum deficere aduertimus Pueros. Proinde dilucet, arbitror, ſæpius opinionē nec accurate introſpicere, neq; item audire. Ex quo falli eam crebriter, uſuuenit, Et nunc qdem ad gratiam dicere, uel facere, nūc etiam mentiri. Sed hanc partem græce ſic Ælianus, ἔοικε γάρ πως ἡ δόξα μὴ πάνυ τὶ ἀκριβὲς μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν. ἐνδέχεται καὶ πολλὰ σφάλλεται, καὶ τὰ μὲν καταχαρίζεται, τὰ δὲ ψεύδεται.

¶ De Suadelæ ſacello apud Sicyonios, de'q; Apollinis templo ibidem. Ægiale, quæ & Sicyon, unde nominis indepta rationē. Diana πειθώ. De Lyceo, & Hypermeſtra. Pyrſos, & deriuata. Caput XLVIII

Actatum prouerbii modo inter Græcos animaduerto, ἀκέστι πειθῦς ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγος, eo fere' ſenſu, Præter Orationem non eſſe Perſuaſionis Sacellū
i aliud. Ad hæc, quæ nobis ex Greçorum Viretis floridioribus prçcerpta, ut ſe inter legendum obtulere, non cenſui differenda. Sunt uero hęc, Apud Sicyonios πειθῦς Sacellum cauſa eiuſmodi fuiſſe excitatum, etiāſi nullum uiſeret Simulacrum, Cum Pythonem Apollo, & Diana peremiſſent, Ægialeam petere inſtiterūt, καθαρσίων ἕνεκα, ideſt ut expiarentur. Cæterum ubi inter eundum exterriti forent uehementius, eo fere' loco, Quem ex euentu φόβον dixere, hoc eſt Terriculum, In Cretam diuerterunt ad Carmænora. Mox autem in Ægialenſes craſſari morbus cœpit, Cōſulti cecinere Vates, placari oportere Apollinem, Dianam'q;. At illi Pueros ſeptem, ac fœminei ſexus totidē Virgines ad fluuiū emiſere Sytham ſuppliciter Deum, Deam'q; apprecantes, Qui leniti iis Acropolin, quæ tunc erat, ferunt repetiſſe, Locus'q;, ad quem adiere primum, Suadelæ Sacellum habuit. Inſequentibus quoq; annis idem ſeruatus ſupplicandi ritus, In Apollinis feſto flumen Sytham petentibus pueris, Deos'q; ad πειθῦς acellum adducentibus, mox uero reducentibus ad Apollinis templum, Quod in foro uiſitatum quandoq; fuiſſe, Auctor Pauſanias eſt. Vetuſtum uero a' Prœto extructum fabulantur, Quod inibi puellæ furorē deſierint. Memorantur & hæc, Lanceam, qua Suem confeciſſet, inibi a' Meleagro dicatam. Vbi etiam Marſiæ tibias appenſas tradunt. Verum incendio poſtea orto, cōſumpta periere oīa. Sed mox templum cum Statua reparauit Pythocles. Quæ uero antiquitus Aegiale nuncupabatur Ciuitas ab Aegialeo, Qui Autochthon comparuit ibidem primus, Sicuti memorāt Sicyonii, & eſt a' Pauſania repetitum, tempeſtate inſecuta Sicyon dici cœpit de Regis nomine, Quem ex Attica aſcitum Lamedon ſibi Generum adoptarat, filia illi Zeuxippe tradita. Fuit apud Argiuos ad Regionem, quam uocant δίλτα, Dianæ ſacellum cognomento πειθῦς. Id ab Hypermeſtra excitatum, proditur memoriæ, cum in Iudicio Patrē reiieciſſet, a' quo illi faceſſebatur negotium, quod Lynceo peperciſſet, extra quam propoſuiſſet is. Viſebatur inibi Æneæ quoq; Statua Ænea. Nec longe aberat Hypermeſtræ ipſius, ac Lyncei monumētum. Sed & Hypermneſtræ Amphiarai matris. In hac uero mentione dignum relatu, Quod Poetarum Enarratoribus obfuerit nil, Ab Argiuis quotannis feſtum agi, quod πυρσὸν uocent, ideſt facem, Quoniam emenſi periculum a' Danao Lynceus, & Hypermeſtra facibus conſecutæ ſalutis e' longinquis ſpeculis ſigna prætulerint. A' Lynceo item Lyncea Regio nuncupata, Quam mox Lyrco incolente Abantis filio notho, Lyrceam quoque nominarint. Pyrſon uero, nequid prorſum, quod frontem contrahat, reliquum fiat, nūc facem dicunt, nunc quæ facibus dantur ſigna, uel Ignibus quo uis modo. Sunt etiam Nymphæ, Pyrſanides quæ dicuntur, ideſt πυρφανίδες, Pyrſophorum Vas nuncupant grandius,

Cui ſuccenſa imponerent ligna. Signat & λαμπαδοφόρον. Pyrolophos. i. πυρωλόφος Lora uocant ab uſtulatis reciſa coriis.

¶ Lampadum feſta Athenis. Qui ſint Lamprophori, & Lampimones. Lampias. De Lampria, & Panathenæis. Caput XLIX.

1 Ampadum, ſiue facum Certamina fuiſſe Atheniẽſibus tria, uideor obſeruaſſe in Libris, tribus dicata feſtis, Quorum ſunt nomina, Panathenæa, Hephæſtia, Promethea. Scribit uero Iſter, Atheniẽſes primum faces Vulcano feciſſe, ignis primitus reperti ratione, ac mortalibus communicati. De Prometheo id comperi amplius, Quod obſeruauit Pauſanias quoq; Eſſe utiq; in Academia dicatam illi aram, Vnde Lampada ſuccenſam geſtantes currendi in Vrbem initia auſpicentur. Certaminis lex eſt toto curſu inextinctam ſeruaſſe facem, Siquidem cum flamma perit Primo & Victoriæ ſpes. Præſto autem ſecundus eſt, Cui ſi itidem extinguatur, eo reiecto, ſubit tertio ac deinceps. Nemini prſum Victoria relicta, Si oĩb⁹ Lampadũ interextincta euanuerit flamma. Hęc breuiter pręfloraſſe ex ueteribus memoriis, nullum fuerit diſpendium operæ, Quando iis non parum Senſa iuuant Poetarum. Quorum non uulgaria eruditio ſæpe Carminibus inſerit, Quæ haud facile aſſequare, ni librariam ſupellectilem diurna uerſaris manu, nec nocturna minus, uel ultra ſatietatem, Vt ſcias Elementarios, uel ἀνακλφαβήτους quoq; nullo poſſe concoqui ſtomacho, dum ſibi Herculis Cothurnos inducunt ſubinde, & in harena haudquaquam ſua colludunt. Verum ut ſuperpondii non deſit aliquid, Apud Ariſtophanem λαμπροφόρους animaduerto dici λυχνοφορῶντας, ideſt Lychnum geſtãtes, Ita enim ſcribit, οἱ γαὰρ ἄνδρες ὥσπερ λαμπροφόροι ὄντες, ἀπεκεκύφαμεν. Lamprias Plutarchi Cheronei filius πίνακα conſcripſit, ideſt Indicem eorum, quæ literis mandata a Patre forent in Græca, & latina hiſtoria. Lampias uero nunc Sol dicitur, nunc Lumẽ. Lampromon, ideſt λαμπρέμων ſplendide indutum ſignificat. Sed illud forte rettuliſſe pręſtiterit, Panathenæorum celebritatem ab Erichthonio Vulcani inductam primo, Cum uicatim diſiectum Athenienſem populum in Ciuitatem euocaſſet, Quod inſequẽtibus annis amplius impleuerit Theſeus. Dicta prius ferunt Athenæa, duobus generibus, Erant ſiqdem, quę celebrarentur δι' πεντατηρίδος, ideſt quinto quoq; anno, Quæ etiam Magna nuncupabantur. Erant & quæ quotannis repeterentur.

¶ Quo pacto Thebanus Iſmenias Perſarum Regem adierit Legatus, nec adorauerit tamen. Quibus muneribus affici aſſuerint ab eodem Legati. Dorophoria quid. Caput L.

1 Smeniæ Thebani factum, Vt ſapiens, & prorſus græcum circunfertur imprimis, & laudatur. Legatione fungebatur is pro Patria ad Perſarum Regẽ. Eo ubi uentum, Vt admitteretur enixius operam dabat. Thrauſtes erat militum Tribunus, ſimul & admiſſionum Magiſter, Qui ad Iſmeniam intuens, acrenidens uultu per interpretem Nobis inquit, ὦ Hoſpes patria Lex eſt, Vt Regis congreſſum affectans non prius confabulandi fiat compos, quàm illi cultũ exhibeat adorationis. Quod ſi per te ipſum grata tibi functio eſt, opportunum, accommodum q; eſt, iam te legi ſatisfacere, Id ſi recuſas, mea licet opera utare, Et tibi, etiam ſi adorationem aſpernare, negotium omne effectum dabo. Quinimmo inquit Iſmenias, ducas me, percupio. Vbi uero ad conſpectum Regis peruentum, mox annulum detrahẽs ſibi, ad illius clàm proiecit pedes, ac inde celeriter proclinatus adorantis ſpecie, illum arripuit. Atq; ita Cõſilii uafricia & Regi paria facere eſt uiſus, Et ſuæ Gentis inſtituta trangreſſus minime eſt, dedecus eiuſmodi haudquaquam ferẽtis. Quo factum, ut omnium abiret Compos, quorum nomine uenerat Legatus, Immo eſt de more quoq; donatus ampliſſime, Siquidem undecunq; adeſſent Legati, muneribus affici a Rege aſſuerant. Ea uero fere genus hoc erant, Vnicuiq; Argẽti ſignati, Quod ἐπίσημον nuncupant Græci, babylonium Talentum, Phialæ argenteæ talentorum duorum indicatura. His accedebant Pſellia item cum Acinace, ac Torque στρεπτὸν uocant. Nec Medica deerat Stola. i. μηδικὴ στολή, Quam dicunt Dorophoriam.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD VENERANDVM BAPTISTAM IGNATIVM, VENETVM ORATOREM CLARISS. PRAEFATIO SEPTIMA.

Vm forem Chalcographis mox paulo libellos noſtros Antiquarm Lectionũ iam affectos, formis excudendos traditurus, necdum Venetias appuliſſem, e Vix'q; te, Vir doctiſſime uiſum alias ſemel, aut bis omnino, de facie noſſem, fama tamen celeberrimi nominis permotus mecum ipſe conceperam, per Epiſtolam Operi iam ad Vmbilicos perducto, mittendo'q; manu inſertam tuæ beneuolentiæ auſpicia captare, Vt q eſſes eiſdem, quibus nos, initiatus Literarũ ſacris, nec liuidulę mentis labecula, uti aſſolet, ac cecinit Heſiodus, uel minima litus dicereris obſcurior. Quo ſane argumento rem mihi, quod dicitur, prorſus factam, non difficilis erat Coniectatio. Sedenim poſtea quàm tecum in ampliſſimo Diui Marci foro ſum congreſſus, Eam tibi adeſſe interiorum literarum Scientiam animaduerti, Eam, quod egregie ſum admiratus, quando nil rarius, Animi tui ſynceritatem, & minime in aliena gloria corrugatam frontem, & quod ſequens eſt, probitatem, præſigni iunctam diuinorum curæ perſpexi, Vt quod niſu haud ita magno petebam prius, & opera, ut ſic dicam, parerga, nũc ὅλῳ τῷ ποδί, immo & animi tota ui putem uendicandum. Quin etiam meum hoc inſtitutum abs te digrediens retexi ſtatim, ac tu, quo ſoles, Vultu liquide ſereno mihi adnuere es uiſus. Accipe igitur mi Baptiſta Lodouici tui munuſculum, non pſyricum omnino, Quoniam pro uirili tuæ Virtutis gloriam circunferimus, in'q; æuum protollimus, ac bonarum artium ſtudioſis uidemur oſtenſuri, eſſe, quod noſtris gratulentur temporibus, Quæ Viro multa in literis claritate, & moribus exactiſſimis fuerint cælitus inſignita. Momenti nec minimi, aut tralatitii illud quoq;, Viſum iri me, dum priuatim operis mei partem tibi nuncupo, dico'q;, ac ad legendum laceſſo, ex Doctorum decuriis neminem unum reiieciſſe, etiamſi Perſius eſt is. Nec prorſum, quod ille fecit, Tarentinis, uel Conſentinis ſcripſiſſe. Quod & Lucubrationum noſtrarum initio ſum uiſus abunde, prolixe'q; teſtari. Sed Accio idem quod Titio ius ſit apud me. Ipſe uero ſic ſtatuas uelim, Eſſe me tibi tam deditum, quàm qui maxime, proinde ſiqua in re tuis rationibus opera noſtra fieri melius poteſt, Omnem me ſubiturũ aleã uel ſumma alacritate, iam hinc certius tibi pollicearis, licet. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANTIQVARVM LIBER VNVS, QVI SEPTIMVS.

CVeterum ſacrificia cuiuſmodi fuerint. Quid proprie Thyſia. Lucos colendi, & arbores quæ ſit ratio. Qui immolarit animalia primus. Semnæ Deæ. Victimarum probatio. Molæ ratio, ſeu Prothymatis. Paraſiti qui. Epiſition, Epiſion, Chernips. Callimachi Ætia. Vocabula plura ad rem diuinam pertinentia. Ritus ſacrorum uarii. Hippades quid, & Appiades. Plinii locus diſcutitur. Caput Primum.

Oſtea uero quàm in ſacrificulos ritus uolentes incidimus, rem latius exequemur, flores modo rerum, quod & in cæteris facere conſilium eſt, præcerpentes. Thyſiam putat Porphyrius, dici proprie, quæ ex p herbis fiat Diis, litationem, Siquidem initio rerum, quæ Cæleſtibus oblata ſint ſacra, non myrrhas ait fuiſſe, non Caſias, non item Crocum, Sed herbam uirentem, ueluti terrenæ potentiæ progerminantis primitias quaſdam, manibus offerebant. Quippe Arbores ante animalia fuiſſe a' terra productas. Herbas uero etiãnum ante Arbores ipſas. Igit' Ex herbis integras quaſdã ſumentes cum foliis, & radicibus, ac fructu ſimul ꝓcremabãt, ea'q; exha-

latione, ac fumo Diis litabant. Quamobrem ab ea, quam facerẽt, exhalatione, Quam Thymiaſin Græci dicunt, Thyſia quoq; deflexa eſt. Proinde ſanguinarium cultum non recte ea nuncupatione cenſeri. Ex iis porro fontibus propagatum contenderim, Vt Arbores quoq; ueluti numinum cenſerentur templa. Et ſimplicia rura priſco ritu Deo præcellentem arborem dicarent, nec auro, uel ebore fulgentia Simulacra uenerarẽtur magis, q̃ lucos, In quibus & ſilentia adorarent ipſa. puto, quia Summatem Deum ſilentio, ut prætexuimus, adorandum priſca cenſuit Theologia. Eò certe progreſſa res eſt, ut tum numinibus ſuis dicatæ arbores perpetuo ſeruarẽtur. tum alicubi, ut apud Indorum pleroſq; numinum colerentur uice. Quin & Syluanos, Faunoſq;, & id genus numina alia Syluis perinde ac Cęlo attribuerẽt. Apud Atheniẽſes quoq; aram fuiſſe, Pauſanias ſcribit, quã uocabant διὸς ὑπάτου. i. Iouis eximii, ubi animatũ ſacrificabat nihil. Sed πέμματα mõ. i. bellaria apponẽtes, Vino prſum abſtinebãt. Hic uero ipſe cultus, quo cælites Victimaq; cruore placatos uolumus, hominum putat iniquitate poſt multo irrepſiſſe. Miſerationem, Lachrymas, atq; luctum, germinibus terræ defloreſcentibus, offerre diu Veteris fuit inſtituti. Meliſſea Cretenſium Regẽ Didymus ſcribit, omnium principem Diis ſacrificaſſe, ac ritus nouos, ſacrorum q; introduxiſſe pompas. Cuius filiæ Amalthea, & Meliſſa Iouem puerum Caprino lacte ꝓfouerint, ac melle, unde datus fabulæ locus. Meliſſa uero prima Sacerdos Matri magnæ a Patre ꝓſtituta, effecit, ut eiuſdem Sacerdotes ſemper Meliſſæ nũcuparentur. Proditum uero a noſtris eſt, Animal occiſum primo a Martis filio Hyperbio, Bouem a Prometheo. Hinc, uti aſſolet, Victimarum enata ſuperſtitio, & ſuæ ſacrificãtibus dictæ leges. Vitulum probari, ſi articulum ſuffraginis cauda contingat, breuiore non litari. Vitulos item ad aras humeris hominum allatos non fere litare, Sicuti nec claudicante, nec aliena hoſtia Deos placari, nec trahente ſe ab Aris. Cæſarem uero Tranquillus ſcribit, religionem huiuſmodi contempſiſſe, ac proripiente ſe Victima, nihilominus proſpere pugnaſſe. Vlceroſam uictimam ſacris non adhibebant, nam nec de cælo ſeruabant ulceroſi Augures, Quod ſit ulcus diminutio corporis quę piam, atq; pollutio. Greci moris erat, Tauros qdem explorare farina appoſita, Capros uero ciceribus. Nam ſi guſtare abnuiſſent, concipiebant inde, haud ualere ſatis. Capras uero etiã frigida aqua. Nec omnino ſecundum naturæ modum ſe habere, quod inter libandum iacere t, uelut immobile. Græcũ fuit id quoq;, ſi cælitibus rem obirent diuinam, ſic hoſtiæ collũ refringere, ut Cælum ſpectare cogeretur. Quod ſi ad inferos ſacra ſpectarent, terram inſpiciẽs immolabat, quod priore diximus loco, nũcupat αὖ ἐρύειν. i. retro trahere. Coxas porro cum inguinibus, Cniſſa, quam & Cniſſarion dicunt. i. pinguedine operientes comburebant, cenſebatur enim pars hæc pretioſa imprimis, tum inceſſus ratione, tum quia indidẽ ſe promit genitale ſemen. Apud Delphos nullum reddebatur oracul um, ni ab imo tota prſum uictima contremuiſſet, atq; inter immolationis ritum membra omnia uibratius forent agitata, neq; enim, ut in aliis, ſufficere Capitis commotionem, Sed omnibus oportere partibus quati cum tremore, ac criſpante ſono. Animalia ſacris non incõgrua Vocant Greci Artia, & Atoma. i. integra, inſecta q;, item μὴ ἔμπηρα, ideſt non decurtata, immutilata ue. Solon uero ἔμπηρα nuncupauit ἀφελῆ. Sacrificiorum autẽ alia (Vt nec hoc prętereamus) dicebãtur Epitheta, quod relatu equidem cenſui dignum, Quæ patria non erant, Sicut item feſta Epitheta, uelut dicas adiecta, appoſita q;. meminit in Areopagitico Iſocrates, nam & quæ Areopagitæ iudicabant, ac patria non erant, eodem cenſebantur nomine, quod ex Lyſia manifeſtum fit, Qui etiam Epiſtolas nuncupat epithetas in oratione contra Thraſybulum. Sed non alias intelligit, quam quæ cuipiam dentur ad alium perferendæ, nam dicere moris erat, ἐπέθηκεν ἐπιστολήν, ideſt dedit, ut apud Demoſthenem. Sed ad rem. Alia Doropho rica nuncupabantur. Alia Apolytrotica. Alia Dialectica. Item quædam Apopleſtica. Sũt et quæ Athyta uocantur, ideſt ἄνευ θυσιῶν, ideſt ſine ſacrificiis. Ad quæ Plautinum illud reſpicit, Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimam. Quæ uero ante ſacrificium fieri conſueuere, Prothymata uocantur, Vt eſt Vaporatio Thuris, aut id genus primitiæ quæcunque, ut Siligo, uel etiam Placentulæ. Prothymata dicunt ἀλοχύτας, ideſt ordeũ ſale conſperſum, qd ante ſacrificium aris infundebat. Erat aũt auguriũ futuræ frugum fertilitatis, uel ut diuinæ bonitati gratos ſe oſtẽderent, qd deſitis glandium cibis ad mitiorẽ peruenirent uictũ. In quo uſui deſeruiſſe primo ordeũ, Vetus opinio eſt. Vnde illi nomẽ apud

Græcos,

Græcos.nã dicit' Crithe, παρὰ τὸ ὅλα κρίνειν, qđ eo comperto a' Brutis diſcerni homines, ac ſequeſtrari ſint uiſi. Dicebant' ordea item Olæ, unde & Vlę, qa integrę uorarent', necdũ molendi uſu cõperto. Inſpergebat' quoq; Sal nõ ꝓpter naturalẽ modo fertilitatẽ, & repeti/tam in alimoniis gratiã, Sed amplius, qa ſit amicitiæ ſymbolum, unde & hoſpitibus appo/nitur añ cibos alios, quo innuit' amicitiæ firmitas, etenim durationis cauſa corporũ pleriſq; pernoſcit' Sal. Aut qa uelut ex Aqs Sal multis, & fuſilibus coit ſolidum qddam, & unũ. Sic ex diuerſo cõuenientes coaleſcant animis. Libabat' & uinum, qm̃ & ipſum clementioris ini/tium habet uictus. Id erat merum, ut ſignificet' mẽtis integritas a' dolo, & mendacio ſeiun/genda. Sacrificium plenũ, perfectum'q; ex Sue putabat' cõſtare Tauro, Hirco, Ariete, Vo catur'q; Trittys, Sed Athenienſibus Sue tantum ꝓſtabat, Ariete, Hirco, Sicuti apud Roma nos Solitaurilia ex Sue, Oue, Tauro. Proſodia dicebant, quæ adducerentur Diis ſacrificia, aut Pompam etiã, ἀπὸ τῶν προσόδων, ideſt a' Proucntibus. Sed & eo nomine Poemata intel ligunt' a' Lyricis concinnata, quæ in Deorũ Panagyres dicerent'. Hypeccauſtria uero apud Solos Palladis erat Sacerdos, Sic nũcupata, quod pleraq; auertendis malis ſacra obiret. Hy peccaumata igniũ uocãt alimenta, necnon Perturbationũ fomites παρὰ τὸ ὑπαυκαίειν, a' ſuburendo. Crithologos apud Opuntios inuenimus appellatos, quia in ueterum ſacris plu/rimus erat Ordei uſus, quod Crithen dicunt. proinde colligendis ſacrificiorum huiuſmodi primitiis præfectum ſic nominare inſtituerũt. Erant porro' ibidẽ Sacerdotes duo, alter quo rum, quæ ad Deos, Alter quæ ad Dæmonas pertinerent, obire ſolitus. Apud Delphos Ho ſiotera uocabant, q hoſtiã immolaret. Sunt uero ibi quinq; Quos Hoſios dicunt. i. Sanctos pios'ue, ii per omne tempus cũ Prophetis perficere multa cõſueuerant. Phaſelitas in Pam/philia Legimus, piſciculis ſale ꝓditis placare Deos conſueuiſſe. Imprimis uero Cabro Deo ſalſamentis item diuinã rem peregiſſe. Scribit Demetrius Phalereus in cõmentatione ὡδὴ ὑμηναίου, Ægyptiorum eſſe moris, Septem uocalium modulata enũtiatione Deos collauda re, hoc'q; eſſe illis Tibiarum, ac Citharæ loco. Ioannes Crãmaticus in Heſiodi commenta/rio σπονδὴ, ideſt Libatio inquit, eſt Vini affuſio in id, quod immolat', Thyos aũt intelligitur thymiama, quo nomine Aromata nuncupant'. Ea Thucydides ἀγνὰ θύματα uocat. i. ſacri/ficia pura, cuiuſmodi Thus, Myrrha, Veluti impura cenſeant', quæ ſanguinariã habent effu ſionẽ cum animalium cęde. Prope' Aſopum Dearum uiſebatur tẽplum, Quas σεμνὰς dicũt Athenienſes, Sicyonii Eumenidas, Quarũ diem feſtum annis ſingulis agunt die una, Oues īmolant utero geſtantes, mulſo libant, & floribus utũtur pro Coronis, Pauſanias auctor. Vi ctimarum Carnes Theothyta dici inuenio, id ualet, Deo immolata. Moris autem fuit ex le/gis præſcripto, ut a' re diuina redeuntes domeſticis ex ſacrificio portiunculam proferrent. Qui colligendo pręficiebantur ſacro frumento, ut prodidit Crates, Paraſiti antiquitus ſunt nũcupati. Hinc et Locus, in quo id recõderet', Paraſition dictũ, Vt uero nunc Paraſitus ap pellatur, prodiiſſe primum ab Alexide, putat Caryſtius Pergamenus. Sed & apd' Epichar/mum mentio eſt. Quin ante omnes Paraſitum induxiſſe Homerus animaduertit', quem appellaſſe φίλον ἑλαπιναστὴν uidet'. i. Amicum menſalem. Veteres Poetæ Paraſitos dixere Colacas. i. Adulatores. Alexis duo Paraſitorum genera facit. Commune unum, alterum ue ro Semnoparaſitum dicit, ex Satrapis, ducibus'q; Vtrisq; tamen unum incumbere Adulan di ſtudium. At Sinopeus Diodorus facete admodum Artes reliquas non a' Diis, Sed a' ſa/pientibus excogitatas Viris dicit, Verum Paraſiticam eſſe Philii Iouis inuentum. Sunt quī Paraſitos item Epiſitios nuncupent, dicũtur aũt eo nomine, Qui cibi modo gratia ſubſeruī/unt, laborant'ue, nam & Epiſitia uocamus, quæ in alimoniam dantur. Epiſion uero eſt mu liebre pudendum. οἰκόσιτον appellant, q citra ullam mercedem Ciuitati operam præſtat. Sicuti Sitocuros inutilis intelligitur, ac fruſtra connutritus. Ad Sacrorum porro' morẽ per/tinet illud quoq; Expurgari ſolitos adeuntes inſperſionibus aquæ, in quam Torrem ex al/tari, ubi rem diuinã obiiſſent, prius reſtinxiſſent, Quæ'q; Chernips diceretur. Orgeones di/cuntur, qui deorum honori, aut Heroum cõueniunt, nam ὀργιάζειν ſacrificare eſt. Vel quia ὀρέγεσι τῷ χεῖρε, ideſt protendunt manus, uel etiam quia in Orgadibus, & nemoribus ſacra obirent. Sunt aũt Orgades montanæ regiones, et incultæ. Hippadas legimus quandoque dicta ſacrificia Athenis, quæ mitterent, qui uocabantur ἱππεῖς, ideſt Equites. Nam Athenienſis populi tres erant partes, Pentacoſiomedimni ab agrorum, quos colerent, mẽ/

ſu ita nuncupati. Equites potentia inferiores, ſic dicti, quod, ſi uſus ita ferret, equos alere ſin guli poſſent. Thetes autem. i. θῆτες tertium tenebant ordinem, qui ad magiſtratus non ad mittebantur quidem, a` Iudiciis tamen, & concionibus non reiiciebantur, ut nō deeſſet o/mnino, unde ali poſſent. Illud monitos hac parte rei Latinæ ſtudioſos uolumus, expendant Lynceo, quod dicitur, an huc retorqueri Plinianum illud ex XXXVI. Libro poſſit, Entochi Appiades, & Hermerotes. Quid Appiades ſint, nec dum ſibi compertum, ingenue fatetur Hermolaus. Hippiadas uero eſſe Statuas mulierum Equeſtres, Cuiuſmodi Amazonū fuerint, quæ mortalium primæ ſcandere equos ſint auſæ, ſicuti Orator ꝓdidit Lyſias. Quid uero ſi Hippadas legendum aſtruas, & illam ſacrorum pompam ab Entocho pictura expreſſam intelligas? Appiadas Deas apud Ouidium Legimus Libro de arte amandi tertio.

His Venus e`templis multo radiantibus auro,

Læta uidet Lites, Appiades q̃ Deæ. Et rurſum De Remedio amoris Libro ſecundo.

Turpe Vir & mulier iuncti modo, protinus hoſtes.

Non iſtas Lites Appias ipſa probat.

Appiadas dici Deas interpretantur Grammatici, Venerem, Pallada, Pacem, Concordiam, Veſtā, prope` Cæſaris forum erectis earum templis, nūcupari uero ſic ab Aqua Appia, quæ in idem deducta forum eſſet. Nam epiſtol. familiarium tertio M. Tullius per iocum ad Appium ſcribens, id q̃ me inquit, quoniam tu ita uis, puto non inuita Minerua eſſe facturum, quam quidem ego ſi forte de tuis ſumpſero, non ſolum Pallada, Sed etiam Appiada nominabo. Hippardium uero fera eſt, ab equo nomen ſortita. Deniq;, ut nimio plus tumeſcēs re/percutiamus Caput, paucula adiiciamus modo. Philothytas uocari interdum Superſtitioſos aliquos, nullo non tempore diuinis rebus incumbentes, ut hac ratione fiant citra nocumentum. Magnam fecit iacturā Græcia, magnam & nos poſt illam, interceptis aut uetuſta te, aut temporum incuria Callimachi Ætiis, quo opere is multorum, quæ ad ſacra pertinerent, ac id genus aliorū cauſas ingenioſe rimabatur, quod ex Veterum aduocationibus liquet amplius, Sed quod eſt apud Varronem, Vetuſtas pauca non deprauat, multa etiā tollit. Addamus illud quoq; Vlochytas accipi a` nonnullis non prothymata, q̃d diximus, Sed ipſa potius uaſa, ex quibus Vlæ fundebantur. Vlas uero a` partis nomine, quod adnotauit etiam Dion, miſcellam intelligunt ex ordeo, & Sale materiam.

¶ Sacrificia eſſe uelut medicamenta. An Deo contingat affectio aliqua, nobis adorantibus. An neceſſaria ſit eius, quem colas, cognitio. Quam partem Spectare adorantes debeant. Mutilatos a` ſacris arceri. Plinius illuſtratur. Telos quid, & Teletę. Ebrietas in ſacris ꝓmiſſa, unde dicatur μεθύειν. Teleſphorus. Engaſtrimythus. Caput II.

Sacrificia Heraclitus inter Philoſophos ueteres non incelebris, medicamenta nuncupare ſolebat, quoniam præpotentis pharmaci uice a` morbis animā ex
s purgent, in hac generatione concretis. Sed ingerit ſe quęſtio theologumena tractantibus, An res diuinas obeuntibus ſnobis, Deo cōtingat affectio aliqua, Porphyrius q̃dem ſuſpicabatur, nō Dæmones modo, Sed Deos quoq; paſſione affici nonnulla, quoniam inuocationibus moueantur. Iamblichus arbitratur, Deos, non quia inuocentur, moueri ad impertienda hominibus bona, Sed ſponte nos ad bonum pro/uocare, nobis q̃ inuocādo cōuerſis occurrere ultro quippiā monſtrantes, elargiētes q̃. Supplicationes porro` Animū Diuino aptū influxui efficere, Qui tum ultro, tū facile pueniat, ꝓpter diuinā amicitiā oīa cōnectentē. Quod ſi a` benefica Deoꝝ cura, ceu a` clariſſimo Solis lumine, abeamus longius, denſioribus nos ſtatim tenebris circunfundi, tunc q̃ iratior dicit nobis Deus, Quē tunc demum credimur remollire, ſi ſuppliciter ad eundem conuertamur. Lenimentum id genus Deo affectionem infert nullā, Immo a` perturbationibus ſequeſtrat animum. At enim inferat aliquis, Quid ſi, quod colis, ignores? Porphyrii, quem iam aduocamus ſæpe, ſententia eſt, Diuinorum cognitionem, perſpicientiam q̃ rem cenſeri procul dubio ſacram. Inſcitiam uero, atq; caliginem prorſus prophanam. Putat hæc propemodū uera Iamblichus item. Verum operationem religioſam longe arbitratur intelligentiæ anteponendam. Quippe ſolam hanc cenſeri perefficacē ad comparandam animæ cum diuina

natura Dei

natura Deificam unitatem. Siquidem Sacrorum, quæ recte, ritéq; præſtentur, eam eſſe potentiam, Vt etiamſi minus ea noueris, pio tamen perſequaris affectu, nihilominus efficaciſſima fieri. Neque enim per intelligentiæ claritatem connecti nos Deo. Alias nemo nō philoſophiæ imbutus myſteriis diuinę, ac deificæ compos fieret Vnionis. Iam illud Veteris fuerit Superſtitionis, quod in Aſclepio Mercurius ſcribit, Deum adorātes, ſi medius affulſerit Dies, debere in Auſtrum conuerti. Si uero dies ſit occiduus, in occaſum. Si ſe tunc primum promat Sol, Exortiua eſſe Spectanda. Magorum plures uitæ præſentis uelut mancipia, bonisq; inhiantes corporeis, Corporea excogitarunt ſacrificia, uotaq; uiuis Stellarum corporibus, Viuoq; mundi Corpori accommoda, conſecuturi inde, quæ expetcrent præcipue. Platonici Mundanis Diis ſacra obeūt corporea. Superioribus ſegregatam putant dicandā eſſe ſanctimoniam. Principi uero ſegregatiſſimam. Quod & Appollonio Tyaneo comprobatū ſcimus. Quo autem ritu, quaue mentis pietate adorationem obire legitimam in gratiarum deceat actione, is operis eiuſdem fine exequitur uenuſtiſſime. Et Libro Enneadis qntæ primo Platonicus Plotinus. Verum adiiciamus Superpondii aliquid, prius quàm ab hiſce digrediamur, ac Plinii locum illuſtremus, Quando Libro naturalis hiſtoriæ ſeptimo M. Sergium ſcribit, de rebus ſtrenue a` ſe geſtis orationem habuiſſe, cum a` Sacris arceretur, ut debilis. Quippe in noſtra item religione magnopere ſeruatum, ſciunt omnes, citra Superioris laxationem mutilatos, deminutosq; Corpore Sacris non facile admoueri. Id ipſum & Veteribus cautum, monet declamationum quarto Seneca, Vbi de Metello inquit, Sacerdos integer ſit. Metellus Pontifex, cum arderet Veſtæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdit, Sacerdotium illi negatur. Et mox contra Metellum, Sacerdos non integri corporis qua ſi mali ominis res uocanda eſt. Hoc in Victimis notat, quanto magis in Sacerdotibus? Sed & Libro antiquitatum ſecūdo Alicarnaſeus Dionyſius Sacerdotes a` Romulo Lectos ſcribit, genere excellentes, ſimul & Virtute prętantes, nec tamen inopes, aut Corpore ulla ex parte trunco. Illud porro` nec omittendum in mentione iſta, Cuius auctor Herodotus eſt, Libyci potiſſimum fuiſſe moris, in templis ululare, quod tamen proprium fuiſſe mulierum opus, innuit Idem, ab illis uero in Græciam ppagatum. Amplius item, largiusq; rei diuinę cauſa inuitare ſe, credebatur fas, unde & μεθύειν inflexum Ariſtoteles putat, quod ebrii fierent μετὰ τὸ θύειν, ideſt poſt ſacrificium. Quin Dapes, & Conuiuia dictitabant θοίνας, ab θεὸς, & οἶνος, uelut deorum gratia uino amplius indulgendum foret. Telos item pro ſacrificio poſitum inuenimus. Teletas uero tum myſtica, tum maiora dici feſta nouimus, quoniā non citra grandiorem impenſam fierent, τελεῖν nanque impendere eſt, unde & qui multa profundunt, dicti Polyteles, qui pauca, Euteles. Teleſphorus autē ad Teletas pertinet nihil, Colebatur a` Pergamenis, ut Deus, ἐκ τῆς μαντεύματος ſic nuncupatus, Quem inquit Pauſanias, Aceſion dicunt Epidaurii, Euameriona Sicyonii. Sunt qui τελεσφόρον Vatem interpretentur perfectum, Aut etiā Engaſtrimython, de quo alibi plura, dici & Teleſphorus uaſet opportune fruges producens.

¶ Lachrymarum ratio. Plinii Locus declaratur. De Oculorum Cāthis, & Thalamo eorundem. Item Metopa quid. Caput III

1 Lachrymæ in hominis ratione non apud ſimplex modo uulgus, & pullatum circulum, Sed apud eruditiſſimum quenq; ſingularis ſunt admiratiōis. Nam Plinius ille doctiſſimus, de quo perſuaſiſſimum eſt, Indoctos eſſe, quibus ille non ſapit, cum de oculis ageret, ita prodendum putauit. Hinc illæ miſericordiæ lachrymæ, hinc fletus, & rigantes ora riui. Quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus, & paratus, Aut ubi reliquo tempore? Proinde non abſurde fecerimus. Si in Medicorum diuerticula, ut ſæpe alias, parte quadam deflexerimus, non altiore modo doctrina, Sed & Varietate, ut alibi interfati ſumus, legentiū animis plurimum allatura iucunditatis. Cum igitur conſtet propemodum, non eſſe aliud lachrymas, quàm aquoſum humorem ab oculis profluentem, quam habeat is rationem, amplius ſcrutandum. Sic autem cōperimus. In ſecunda, tertia, & quarta digeſtione humoris ſupfluitates aquoſas ſecerni ſemper, Siquidem in hepate concoctionis ſecundæ poteſtate Aquoſitas gignitur. Eius magna

pars contruditur per emulgentes Venas ad Rhenes. Percolata inde a' ſanguine, ac ſeque/ſtrata per meatus, Qui Vritides nuncupantur, in Veſicam delabitur, ac egeritur denique. Quicquid uero ſubſtitit cum ſanguine, ut ſit eius uehiculum, fertur cum eodem ad Vena/rum extrema, quæ oculos pertingunt, & inde eſt Lachrymarũ materia. Contingit id ipſum & Cibi perfectione tertia, cum ſanguis conuertitur in humiditatem primam de ſecundis, ſit & in poſtrema, cum humiditas prima de ſecundis tranſmutatur in ſecundam, & tertiam. Obiter tamen ſciendum, in concoctione ultima duplicem ſecerni ſuperfluitatem. Altera quarum craſſior ſit, unde proueniant, quæ in corporis ſuperficie uiſuntur, Sordes. Et inſu/per narium mucus, Aurium quoq; marmorata, Subtilis altera, Quæ quandoque in Vapo/rem, in Sudorem alias modicum, tenuem'q; dilapſa commutatur, nec non oculos ſcandẽs lachrymis argumentum præbet. Semitas uero duas Anatomici deprehendere, per quas ad oculos Lachrymæ ſurrigantur. Priore loco Venas ſtatuunt, quæ in fronte ſunt, & tempori bus ad oculos productæ. Deinde eſſe inteſtinos meatus, qui eodem protendãtur, quanquã monſtratur & callis tertius, Quia profluẽs humiditas in nares per Oſſium foramina in ocu los deſinentia, corriuatur in illos. Verum, ut hæc liquidius percipiantur, Sciẽdum eſt, duos eſſe in Oculis angulos, Quos in Medicorum Iſagogico Canthos nũcupat Galenus. Et Pau lus Æginita in Oculorum uitiis Libro tertio. Auicenna Almacheni, Tempeſtate noſtra Me dicæ artis ſtudioſi Lachrymalia. De iis primo de Animalium hiſtoriis Ariſtoteles ita ſcri/bit, κοινὸν δὲ τῆς βλεφαρίδος μέρος τῆς ἄνω καὶ κάτω, καινθοὶ, δύω μὲν πρὸς τῇ ῥινὶ, δύω δὲ πρὸς τοῖς κροτάφοις, ideſt Pars communis ſuperioris, Inferioris'q; palpebræ Canthus eſt, quem duplicem uterq; habet Oculus. Alterum iuxta naſum. Iuxta tempora alterum. Canthorum uero radices inuenio Encanthidas dici, uel Epicanthidas. Cæterum qui prope' naſum adia cent, Rhanteres nuncupantur, ab humoris inſperſione, aut πηγαὶ, ideſt Pagę, uelut lachry marum fontes quidam, Canthos domeſticos Medici uocant. Anguli uero in tempora uer/gentes Sylueſtres a' Neotericis dicuntur, Paropiæ a' Græcis, aut uerius Parotiæ, quod ad aures proclinentur. Nam Paropia nuncupari nouimus, quæ oculos equorum ambiunt Co/ria. Sunt præterea in Palpebris iuxta hoſce angulos foramina quædam, Vtilitas quorum in ter cætera eſt, humectare palpebras, indicio eſt humectatio ibi perpetua. Porro', ut quarto de Vtilitate partium ſcribit Galenus, per foramina, & meatus Naſi, qui in Cãthis ſunt, egre diuntur ſuperfluitates, ab Oculo ad nares effuſæ. Illis uero Spiramentis ſuperiecta eſt neruo ſa Caro, quam uocant Medicorum Scholæ Lachrymarum frenum, Quoniam eo, uelut obi ce, ab exitu repellitur, ac uelut ſuffrenatur humoris illuc deflua redundantia, cogitur'que in nares delabi. Quod ſi abſcindatur, aut caſu aliquo minuatur, perennis fit Lachrymarum fluxus. Palpebram græci βλέφαρον uocant, Vt ſcribit Oppiani Interpres, ideſt ὀμματόφυλλον, uelut dicas oculare folium, παρὰ τὸ φάρος, καλύμμάτιον εἶναι τῦ βλέπειν, quod ocu/li indumentum ſit. Tarſos uocant, unde ſe promunt Pili, dicti Blepharides, & ubi coeunt Palpebræ, Cauitatem, qua coniacet Oculus, Thalamum appellari tradit, metaphora hone ſta de thalamo domeſtico, quem hoc ſtatuũt ordine, ut primo habeatur loco Septum, ideſt Hercos, ubi locantur Portæ, mox Aula eſt, inde Aethuſa, quæ eſt porticus periſtylos, Soli expoſita, unde & nomẽ, poſtea eſt Prodomus, mox Domus, & Thalamus. Spatium, quod inter iacet oculis ratione conſimili Metopa nuncupari ualet. Quando Opas Græci Tigno/rum, & aſſerum cubilia uocant. Noſtri Caua, & Columbaria, Sicut quod inter duas opas eſt, Intertignium, id Metopam dicunt illi.

¶ Quæſita non illepida ſuper Lachrymarum item ratione. Miſcelli hiſtoria. Myria quę dicantur. Caput IIII

Æterum hac parte curioſior forte quiſpiam quærat, Cur a' domeſtico angu/lo pot.ſſimum Lachrymæ fluant? Ratio uero non alia eſt, quàm in poris, ſi/
c ue meatibus, qui illuc frequentiores feruntur, & latiores. Verum enim uero non omiſerim hac parte illorum ſentẽtiam, Qui audacius aſtruxere, Lachry/mas in angulis quidem ſe oſtendere, prorumpere tamen ex ſpiramentis duo bus in fine pilorum, qui è Palpebris ꝓmicant, Quorum unum in ſuperiore ſit gena. In infe riore alterum prope' domeſticum angulum. Hinc arguta in medium ꝓſilit aſſertio, Lachry mas ex ira, aut triſtitia, uel huiuſmodi ægritudine alia per inferius redundare Spiramẽtum,

Quia Cordis

Quia Cordis ea ſint accidentia. Quæ uero alia profluant ratione, ſuperiorem habere meatum, quia euentus cauſa ſit de Cerebro. Ex iis uero, quæ iam copioſius aſtruximus, Alexandri quæſtio faciliorem recipit intellectum. Cur inquit, mœrentes, & lætius ridentes lachrymantur? Mœrentes utiq; meatuum, ſiue pororum denſitate extrudunt, quod in ipſis eſt, humectum, ἡ γὰρ λύπη φύξιν καὶ πύκνωσιν ὀργάζεται τῶν πόρων, hoc eſt, triſtitia enim frigiditatem facit, & pororum denſitatem. Gaudentes uero ratione diuerſa, raritate, atq; laxitate eorundem humida effundunt. Quod ſi Spiramẽta fuerint perangusta, nec lætitia, nec mœror ciere lachrymas poteſt. Expoſitor uero noni Libri Almanſoris, Lachrymas quaſdam eſſe uoluntarias dicit, aut ex Triſtitia, dum fit Cerebri conſtrictio, & inde humecti a quoſi expreſſio. Aut ex Lætitia, per quam fit Cerebri laxatio, & meatuum, inde'q; humoris effuſio, dum uidelicet circũfunditur calor ad totius circunferentiam, & potiſſimum Cerebrum ſcandit. Sunt tamen inquit, ẽt Lachrymæ quædam ultimam conſequentes debilitatem omnium Oculi uirtutum, & Cerebri, ac omnino Corporis reliq. Sed propinquis morti hæ plurimum eueniunt, ac deploratis, nec ab expellente profluunt Virtute, Verum ab humoris grauitate ad inferiora nutu ſuo uergentis, detentoria etiamnum facultate labefacta, ut Galenus interpretat' apud Hippoc. De his crebra mẽtio in Prognoſticis, & Aphoriſmis, ſiue Sententiis Hippocratis, & in Libro de Regimine acutorum. Porrò a' Curioſis itẽ quẽritur, Quidnam ſit cauſæ, Quod qui Equo currunt, quo contentius curſum arripit Equus, eo procliuius lachrymas fundunt. Et qui pedibus item, eo magis, quo ſe uehementius intẽderint. Huius uero ratio euidẽs eſt, Aer nanq; occurſans frigidus eſt, frigus aũt Lachrymas mouet, Quippe ꝓtrahendo, conſtipando'q; Carnẽ, exprimit humorẽ. Niſi qs id aſtruat amplius. Calor ſudorẽ elicit, τὸ δὲ δάκρυον inquit Ariſtoteles, ἱδρώς τίς ἐστι, διὸ καὶ γίνονται ἐκ τοῦ θερμαίνεσθαι ἄμφω ταῦτα, καὶ ἁλυκόν ἐστιν ὁμοίως, hoc eſt, Lachryma autem Sudor quidam eſt, quapropter a' concalefactione utrunq; mouet' & Sudor, & Lachryma, Salſa'q; pariter amboſentiuntur. Calorẽ uero motus ſine dubio efficit. Dicat aliqs, hoc item ictus rõne ꝓuenire. Vt. n. aduerſi flatus oculos ꝓturbant, Ita ẽt q ſe obiectat Aer, quo qs ꝓtentius equũ agitat, aut currit ipſe, eo magis ictu quodã molli euerberat, ac ferit, quo, ut Lachrymæ ꝓmant', effici meatibus oculoꝝ laxatis appulſu eiuſmodi. Omnis. n. ictus uim aut ſecãdi habet, aut colligendi, & ꝓtundendi, Alyattem Regem ferunt quãdoq; Biantẽ ex ſeptẽ Sapiẽtibus unum accerſiuiſſe. At is philoſophico ſupcilio tumẽs, & Regiã fortunã tantũ nõ deſpicatui habẽs, ἐκῶ φησὶν ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν. Ego inqt, Alyatti mando Cepas comedere, quibus illi fletum eſſe imperatũ, interpretant' Eruditi, Nam & apud Ariſtophanẽ quẽrit ille ex Dionyſio Τί δῆτα κλαύσῃ, cur fies? Reſpondet is κρομμύων ὀσφραίνομαι .i. Cepas olfacto. Cepas uero acriter mordere oculos, & ciere lachrymas, notiſſimũ, nã & Crõmyon inde apud Grẽcos nomẽ habet, ὡς τὴν κόρην ποιεῖν συμμύειν, quod pupillam cõprimi cogat. Huius uero rõ eſt, inquit Peripateticoꝝ ꝓnceps, quia quod Lachrymas moueat, mordax eſſe debet, humidũ quoq;, & lentũ, quas ob res ẽt Oleũ lachrymas excutit, q̃uis Leniter mordeat, Subiens. n. irreptans'q; ſuam ob lentitiam, atq; tenuitatẽ dolorẽ mouet, ac perinde humorẽ tabificat. Cepe uim eiuſmodi ſane' habet, ut quod & humore, & uapore ſit calido, tenui, & lento. Itaq; admotũ eo, quod Vapor eiuſmodi eſt, humor'q; tenuis cõmeat, Lachrymas mouet. Cum'q; edit' tranſmiſſa reſpiratione, itidẽ facere põt. Allium uero calidũ qdẽ eſt, & acre, et humoris aliqd ꝓtinẽs, Sed Lentũ nõ eſt. Itaq; Lachrymã mouere nõ põt. In rõne Lachrymaꝝ obſeruatũ illud quoq; eſt, Quas ex mœſtitia ꝓfundimus, fere' calidas eſſe, Quas uero ex oculorũ morbo, frigidas. Quippe quod incoctũ, crudum'q; eſt, frigidum ſit, neceſſariũ propemodũ eſt. Calidũ uero, qd' cõcoctũ. Langorẽ uero omnẽ ex cruditate ꝓficiſci, nullũ dubiũ eſt, Q d' cũ Lachryma cruda in iis ſit, Qui ualitudine oculoꝝ laborãt, nõ immerito frigida eſt. Hinc Medici Sudorẽ frigidũ argumẽtũ eſſe grauioris morbi ꝓiectãt. Calidũ cõtra decretoriũ eſſe, & ſalutarẽ. Cũ. n. uacans materia multa eſt, ſatis a' calore intimo ꝓcoq non põt. Itaq; frigidã eſſe, neceſſariũ. Cũ uero pauca eſt, plene a' calore uicta ꝓcoqtur. Morbos aũt uacãtis materię copia ꝓuenire, manifeſtum eſt. Præterea neqd per incuriam, qd' ad rõnem hanc ſpectet, tranſiliam, Id quoq; in Literis inuenio, In timore Lachrymas non fieri, Quia repente humores, ac Spiritus retrahantur ad Cor. prorumpere autem in Ira iam augeſcente ex agitatione uehementi, & commotione, ac humorum expanſione ad exteriora, cum magis, ma-

gis'q; diffunditur Calor. Porrò ubi inconniuentibus oculis quippiã contuemur, hæremus'q; in uno fixi obtutu, plerunq; sese promunt Lachrymæ, oculo, ut credũt, intentione nimia debilitato, & nõ nihil tum a' Lumine, tum ab obiecto læsa acie, deniq; musculis diu ita fixis, atq; protensis, facilior est humori exitus. Ridentium deinde lachrymæ frigidæ uidentur, qa Calor tum maxime per faciem diffunditur, prorumpentes uero lachrymæ, cum aliquanto minus habeant caliditatis, dum manant, frigidæ omnino uidentur. Vinolentorum Lachrymas iucunditatis afferre plurimum, liquet, ratione maxime illa, quod euidens Ebriis fit lenimentum, si copiosius effundant redundantem in capite humorem, Cerebrum quippe Vini oppletur uaporibus, ac eo nomine molesto item grauatur onere, quod profusis Lachrymis, fit subinde leuius, & inde Voluptas in fletu uinolentis iucunda. Ad Lachrymarum rationem non nihil spectat illud quoq; ex historia, Quæ de Miscello est, Cui redditam ferunt ex Adytis sortem, Conditurum eum Ciuitatem, ubi in Serenitate ipsum excepisset Pluuia. Id nunquam futurum, coniectatum ab eo est, ob rei absurditatem, Cum tamẽ in Italiam appulisset, ac maxima euentus fluctuaret incertitudine, assedisse illi pellicem uberius flentem, mœstam'q;. Id conspicatus Miscellus, finem habere oraculum suspicatus, Ciuitatem condere adortus est. Illud postremo auctarium fuerit ex Eustathii thesauris, quæ digna luctu sint, dici a' nonnullis μυρία, si penultima accentiunculam seruet, ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι, quod Lugere est, unde μορμύρειν, quo Aquarum signetur strepitus, & inde Clauthmyrismus.

¶ Oculi Vitia. Cur in Occipitio non sint oculi constituti, nec Collum nobis datum uersatile. Aulopi qui sint. Aula item. Auli, Aulones, Pseudaula, Opuntii qui. Pthisis in Oculo qd, & Atrophia, & Mydriasis, Amaurosis, Amblyopia, & Alia id genus. Bulbus oculi. Distichiasis. Coracinus unde. De Aprorum, Ceruorum'q; Lachrymis. Cap. V.

Q Vanquam de oculorum ratione alibi copiose, ac nunc quoq; uellicatim disseruimus, nihilominus ubi se dignum obseruatiõe quippiam, dum mutos cõsalutamus magistros, ostentat, quin id publico bono mox excerpamus, facere nequimus. Sicut & hoc Imprimis, Esse Tuniculæ oculi, Quæ dicitur Rhagoides, Vitium, Quod Proptosin. i. πρόπτωσιν uocant, tanquam Procidentiam, erosione proueniens, aut scissura Ceratoidis. Id si minutum sit, ac Muscæ Capiti persimile μυοκέφαλον καλεῖται, idest nuncupatur Myiocephalon. Si maius paulo, Acini Vuæ amplitudine, σταφύλωμα. Si maximum, Vt uel Palpebræ super excidant, μῆλον, idest Malum. Quod si obdurescat calli imagine, tunc uero etiã ἧλος cognominatur, idest Clauus. Sed nec illud contemnendum, ex Auicennæ Interprete primo Canonis. Ambiguitatem inquit, forte moueat studiosius rerum naturam expendẽtibus, Cur nostri Corporis Artifex in occipite itidem Oculos non censuerit collocandos, Vel saltem Collum attribuerit uersatile, quod in Grue uisitur, ac Ciconia. Cæterum hæc uix effici potuisse, ex partium proprietate conniici potest, Siquidem Oculi naturam esse humectam, Vidẽdi exigebat ratio, & ꝓinde neruos itidem ipsius a' parte Cerebri præmolli initia ducere, necessarium fuit, his uero aduersa Capitis esse rationis contrariæ, nemini ambiguum. Dura siqdem esse oportuit, ꝓpter Nucam, & Neruos motibus destinatos indidem oriẽtes, quamobrẽ colligi manifesto, Opticos inde neruos duci, minus potuisse. In Colli uero circũactu nõ parum discriminis affuturum, amplius perpendenti patet, minimo momento uertebra luxata. Propterea firmitatis consilium in Artificis mente uim habuisse maiorem. Id ipsum duodecimo de utilitate particularum significat & Galenus. Sunt & ad Oculos pertinentia, quæ citra rationes physicas de Grãmaticis mutuemur. Oppianus halieuticon primo Piscium quosdam αὐλωπούς, idest Aulopus nuncupat. Interpres exponit, ἔχοντας ἀπιμήκεις ὀφθαλμοὺς δίκην αὐλῶν, idest oculos habentes oblongos quadam tibiarum imagine. Cuiusmodi Pagurorum Oculi sint, nec non Astacorum, quibus proprium est, forinsecus oculos obtrudere inspectandi causa. Verum est, quod adnotemus parte hac fusius, ut quæ astruuntur, ampliter, ubertim'q; percipiant, qui modo non sint Analphabeti, sicuti dicere consuerunt Græci, Aulam nuncupari animaduerto primo Locum, qui perflatum habeat. nam hoc nomine semper apud Homerum Hypæthra, idest subdialia intelliguntur. Vbi esset Hercei Iouis ara. Aulos uero dicitur

Tibia, per

Tibia, per quam item commeat Spiritus. Sed & figura quęlibet in rectitudinem productior uti eſt ſtadium, & Sanguinis e᾽naribus torrẽs. Fuere Athenis quoq; ſacri quidam Aulones, meminit cum Philochoro Thucydides Libro quarto. Aulas porrò nũc pro Regiis uſurpamus, quod ante ſe loca habeant ſubdialia, & ampla. Pſeudaula, quæ ueram mentitur aulam, Sicuti Pſeudoportus ſunt, uelut cæci quidam portus. Ratione eadem nũcupant᾽ Pſeudoporticus. Et omnia demum, quæ ad imitationem fiunt, ac temporarium præbent uſum, non principalem, id ſibi cognomẽtum aſciſcunt, quod ex Vitruuii liquet Architectura. Ex eodem uero Oppiani Interprete illud item eſt, Coracinum piſcem dici παρὰ τὸ κηρὸν τὸ μέλαν, i. a᾽ uocabulo nigredinem ſignificãte, unde etiam trahatur Corax, ideſt Coruus, Qui tamen ætatis initio minus nigricans eſt, cum cæleſti rore paſcitur, ut ſcribit Caſſiodorus, & propheticus perdocet pſalmus. Vel ἀπὸ τῆ κινεῖν τὰς κόρας, ideſt ab Aſſiduo pupillæ motu. Cæterum illud grauioris operæ fuerit, quod dum iſta commentaremur, ex Plutarcho ingeſſit ſe nobis ex Libello, in quo euentuum nonnullorum rõnes promũtur naturales, Vnde inquit, fieri putandum eſt, Quod Aprorum Lachryma dulcis agnoſcitur, Ceruorum autem amarulenta, ſalſa'q; An in calore, ac frigiditate cauſa ſtatuet᾽? frigidæ utiq; naturæ Ceruus eſt, calidæ uero Aper, & Igneæ, proinde fugæ mandat ille præſidiũ, in Inuadentes ruit hic præceps, quo præcipue tempore fundit Lachrymam, plurimo nanq; feruore raptim ſeſe ad oculos promente, hinc dulceſcit humor inde profuſus. Empedocles uero, ſanguine turbato lachrymam extrudi ait, ut ex Lacte ſerum. Quoniam uero innati caloris ui Aprorum ſanguis nigricans eſt, aſper'q;, Ceruorum autem tenuis, & aquoſus, congrue, quod in ira, aut pauore ſecernitur, in utriſq; uiſitur tale. Opuntios facete poſitos inueni pro monoculis, aut etiam cæcis, ab Opuntio quodam prauitatis notæ, quem ita affectum ferunt. Digna uero, quæ non prætereantur, ab Æginita Paulo Medicinæ tertio monumẽtis prodita, Phthiſis inquit, eſt Pupillæ affectio, anguſtioris factæ, debilioris'q;, ac etiam rugoſioris. In qua paulo maiora ſeſe oſtentant obiecta. Ratio autem ex condenſatione eſt ob ſiccitatem proueniente. Differt ab ea, Quæ nuncupatur Atrophia, Siquidem arctat pupillam Phthiſis, Aſt Oculum totum Atrophia tum minorem præſtat, tum humiliorem. Quod ſi latior multo naturali habitu euadat Pupilla, præpediat'q; omnino uidendi actũ, aut parte plurima, Vt minora etiam uiſantur obiecta, Mydriaſis appellatur mali genus. Cauſa eius eſt, πολυπλοκὴ ὑγρότης, ideſt redundans humectatio, ἀμαύρωσις eſt perfectum fere᾽ Viſus impedimentum, citra oculi affectionem manifeſtam, ἀμβλυώπια eſt Viſus hebetudo, ex Latente proueniens cauſa. Habet᾽ in Oculis malum item, Quod χάλαζιον uocant, Cooritur id, Cum inflammatione nimia Palpebrarum utraq; ita conuertitur, Vt uix integatur Oculus, Album'q; nigro fit ſurrectius, ac rubet. Inuenio & Pſorophthalmiam, ideſt ψωροφθαλμίαν, Quæ dicit᾽ κνησμώδης τῆ βλεφάρε ψωρίασις, ideſt pruriens Palpebræ affectio ſcabioſa. Prouenit ea ex ſalſo, ni-ſo'q; humore. Nam Sclerophthalmia eſt durities Oculi, ac δυσκινησία, ideſt difficilis motus. Chalazion. i. χαλάζιον in palpebra ἀργὸς ὑγρᾶς σύστασις. i. otioſi humoris multitudo, uelut grando parua, Madaroſin. i. μαδάρωσιν uocant, ubi ex Palpebris defluunt pili. Milphoſis. i. μίλφωσις eadem dicitur Affectio, Quam Smegmata tollunt Calliblephara. Encanthida nuncupant, cum maioris anguli, ſeu Canthi caruncula excreſcit iuſto amplius. At ubi deminuitur, Rhyada uocant. Præterea eſt Strabiſmus. i. στραβισμὸς Oculorum uitium in iis, Qui Strabones dicuntur, Id ita finitur, στασιμώδης τῶν κινόντων τὸν βολβὸν μυῶν διάθεσις, ideſt Muſculorum affectus ex Conuulſione, Bulbum mouentium. De Bulbo autem, alibi ita lego, ὅταν αἱ κατὰ φύσιν τρίχες τὸν βολβὸν ἐπινύτ̃ωσι. i. Vbi naturales palpebrarum pili Bulbũ puncgãt. Fit autem huius rei apud Paulum mentio, ubi de Diſtichiaſi agitur, Quæ dicitur piloſæ ſuccretio præter naturam in palpebris. Nec ſane᾽ mirari oportet dici in oculo Phthiſin, qđ attigimus pauloante, Cum ſit in Pulmone uerius affectio hæc, & Thorace ἀπὸ τῶν ἐμπυημάτων. Sed ab Hippocrate dicitur item ἰσχνὴ ὄψις φθίσις, Quæ prope᾽ ſacrum concipitur os. Appellatur quandoq; νεφριτικὴ item φθίσις.

¶ Adnotatur error Interpretis Plut. Super Piræi Lema. Inibi quid Lema, quid Gramiæ, Glamon. Cronica Lema cur, præter Græcoꝝ ſententiam. Cur Athenienſes Tetti-gophori. Diipolia. Buphonia. Cronium mare cur Libadium. Caput VI

1 Egebamus nuper Plutarchi apophthegmata, ideſt Sententias perbreuis Regum, Ducumq; præcellẽtium, Inter alios de Pericle ita ibidem enotatum aduertimus. ἐκέλευσε δὲ τὰς Ἀθηναίας τὴν Αἴγιναν, ὥσπερ λήμνην ἀφαιρεῖν τῷ πράμῳ ideſt Athenienſes iuſſit a' Pireo Æginam eximere, perinde ac lippiditudinẽ. Ita nanq; græci Codices præferunt, λήμνην. Interpres autẽ eius libri, aut in locum impactus uitiatum, aut inſcitia uocabuli deceptus, λιμένα legit, & interpretatur, nec ἀφαιρεῖν, Sed ἐφορᾶν, ita enim transfert. Iuſſerat autem Athenienſes Æginam quaſi Pirei portum exiſtimarent, ac tuerent'. Quam ſententiam ne ſomniaſſe quidem unq̃ Plut. reor, Enatam arbitror uiro non indocto ex uerbo non admodum trito difficultatem, proinde'q; inſyncerum arbitratum codicem, ita interpolandum cenſuiſſe, ut non Leman, ſed Limena legeremus, quo certe coarguitur, Lema plane' cronica, ut Græci dicunt, eius oculos fuiſſe præpeditos, Nam & in Dipnoſophiſtis Athenęus Demadem oratorem ſcribit, ſolitum dicere Æginam eſſe Pirei Lemam, Samũ autẽ Ciuitatis ἀπώρυγα. Quid uero Lema ſit, iam hinc ordiar explicare, quo uerior noſtra poſſit cenſeri ſententia. Eſt igitur Lema τὸ πιπηγὸς δάκρυον, ὅ ὥσπερ ἐστηκὸς θλίβον βλάπτει τὰς ὀφθαλμὰς, ideſt concreta Lachryma, quæ inſidens, oculum oblædit, Senum lachryma craſſior exiſtens Lemas grandiores facit. Quidã eo nomine lippiditudinem accipiũt, & oculorum ſordes. Vnde uerbum λημᾶν, quod ſignificat oculis laborare, quãquam Heraclides Soranus λημᾶν dicit τὸ ἀπολουσικῶς βλέπειν, hoc eſt uoluptarie intueri, & uelut oculis deglutire, Sunt qui ita finiant, Lema cõcretum eſt in oculo album humidum, quod hebetudini præuium eſt. Quidam ex recẽtioribus grana parua interpretantur, ſicca, dura'q;, in oculis quæ uiſantur, Quas Gramias etiam uocemus, fieri'q; ex arefacta lippitudine. De Gramiis ita in Põp. Feſti monumẽtis inuenias, Gramię oculorum ſunt uitia, quas alii Glamas uocant. hinc Glamon, qui Lema uitiatos oculos habet, & Glamyros apud Sophoclem, Gramioſi item apud Nonium Oculi. Sed & uulgo Gramum pro mœſto inaudias. Illud obſeruandum amplius, Sudam, & Ariſtophanis Interpretes Cronicas Lemas putare dici de antiquis, Quoniam Cronia nuncupentur uetuſtate præ rancida, & inſipida, prorſum'q; fatua, a' Croniis. i. Saturnalibus, feſto perantiquo. Qua loquendi figura utitur Ariſtophanes plerunq;, Vt cum ait, ἀρχαῖαν καὶ διιπολιώδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα, καὶ κηκείδα βυφονίων Antiqua, & Diipoliode, & Cicadarum plena, & Cecidæ buphoniorum. Nam Diipolia ſunt Iouis feſta, quæ & Diaſia uocãtur, Sic & Buphonia intellige feſtum uetus, quod poſt myſteria celebrare' per bouis immolationẽ, unde & nomenclatura. Sed & Iouis Poliei ſacerdos, inquit Pauſanias, Buphonus eſt nũcupat⁹. i. βυφόνος. Bupharum uero terram dicunt, quæ arari facile poteſt. Nam pharos aratio eſt, Sed & Bouis Epitheton. Quod ad Buphonum attinet, Inuenio in Literis, Erechtheo imperãte Athenis, primum ab eo in Iouis Poliei ara immolatum bouem, quo peracto, ſecuri relicta, mox ſe e' regione Buphonus proripuit. At in iudicium uocata Securis eſt, ac abſoluta, Id'q; quotannis ut fieret, ſeruatum traditur. Quod uero Cicadarum plena ait, intellige item, Sapere uetuſtatem, quoniam Athenienſium Vetuſtiſſimi capillis adhiberent implicandis τέττιγας. i. Cicadas aureas, Vt eo argumento Autochthones eſſe ſe probarent, Sicuti creduntur Cicadæ. Meminit Thucydides. Inde & Tettigophori nominantur quandoq;, quaſi Cicadiferi. Sed ut ad Lemas cronicas redeamus, Quid ſi eo uerbo non antiquas interpretere, ut uelle uidentur Græci, Sed congelatas, concretas'q;. Sicut Cronium in Septẽtrionibus mare dicitur, puto, non quia antiquum, quid enim inſulſius? Sed concretum, auctore Plinio, a' frigoris argumento. Cuius præſidem Saturnum faciunt cęleſtium rerum ſtudioſi. Apollonius argonauticon quarto Adriacum mare Cronium dicit. Sed a' Crono. i. Saturno, ut inquit Interpres, quem habitaſſe Italiam, Omnibus & Lippis notum, & tonſoribus. Sunt tamen, q̃ non Cronium apud hunc Poetam, Sed Chronium putent ſcribendum, per ch. ab Inſula, quæ uocetur Chronia. Cronii maris & Euſtathius meminit, Poſt Scythas inquit, qui mari Cronio uicini Caſpium accolunt, Vnni ſunt, quos Simocatus hiſtoriarum conditor a' Perſis uocari Turcos exiſtimat, ad orientem Vernum ſpectantes. Cæterum parte hac non tam quid ſentiam, profero, q̃ ſtudioſorum ingenia prouoco, ne aliorum fiducia in utranuis aurẽ ſibi dormire permittant, Sed noua excogitent ſemper, nec ingeniorum fertilitatem ęuo ceu ſeneſcenti deeſſe putent, Sed multo ſæpius curã. Cronos certe pro ineptiis, fatuitatibus'q;

uſurpari

uſurpari græcis notum eſt. Limon uero aliud eſt, q̃ Lema, nam eo nomine dicitur humectus locus, herboſus'q; .i. pratum, quod communis Lingua Libadium uocat. Quod autem Pirę Lema diceretur Aegina, facit id nobilitas Inſulæ, quæ maris imperio potita eſt, & cũ Athenienſibus æmulatione certauit. Inibi primo ſignatum a' Phidone argentum tradunt. Quin Rhopon. i. miſcellam negotiationem Æginęam dicimus mercaturam.

¶ Faſcibus, iunctis Securibus, uſos Conſules extra Vrbem modo. Submittere faſces qd. Caput VII

q Voniam moderationem eſſe animi uirtutem ſaluberrimam, fere' conſtat, qd' mentes noſtras impotentię, ac temeritatis incurſu tranſuerſas ferri non patitur, unde laus oritur egregia, Neq; enim gloria exigua eſt, aut cuiuſlibet operæ, felicitatẽ fortiter ferre, Hinc Valerium publ. tradunt hiſtorici, Plebi Ro. gratificaturum, libertatis'q; tunc primum auſpicantis ſolidiora iacturum fundamenta, abſtuliſſe a' faſcibus ſecures, & futuris poſt ſe conſulibus morem tradidiſſe, q multis cuſtoditus annis eſt, ac ad tempora ſua ſeruatum, Dionyſius ſcribit, Vt cum extra urbem eſſent Conſules, uterentur ſecuribus, intus uero faſcibus modo ornarentur, qd' Max. quoq; Val. intelligi uoluit, inuidioſum ſcribens Magiſtratus faſtigium ad tolerabilem habitum eẽ deductum, dum faſces ſecuribus uacuefecit. Porro' T. Liuius refert, eundem, cum prodiiſſet in Cõcionem, faſces ſummiſiſſe populo, quod ipſum Oratoriarum inſtitutionũ tertio Quintilianus repetit. Ex quo elegans prorepſit adagium, ut cum manum damus, & herbam quodammodo porrigimus, uinci'q; nos plane' fatemur, Summittere faſces dicamur, Aſtipulante M. Tullii teſtimonio, quo lumine uel uno illuſtrant' noſtra omnia, Sic enim ſcribit in Bruto, Cum enim in maximis Cauſis uerſatus eſſes, & cũ tibi ætas noſtra iam cederet, faſces'q; ſummitteret, ſubito in Ciuitate cum alia ceciderunt, tum etiam ea ipſa, de qua diſputare ordimur, eloquentia obmutuit. Quod ſiquis ambigat, qd omnino ſit, faſces ſummittere, Ipſe ita interpretor, non ſurrectos tenere, ut ſolebant prius Lictores, ut uiſendos eos pręberent, oſtentarent'q; ad terrorem increſcentis audaciæ, Sed deprimere, & ante pedes quodãmodo deiicere. Significant id uerba Liuii ſequẽtia. Gratum id inquit, multitudini ſpectaculum fuit, Summiſſa ſibi eſſe Imperii inſignia, con[illegible]ionem'q; factam, populi q̃ Cõſulis maieſtatem, uim'q; maiorem eſſe. Summittere ſigna legiõis deiicere eſt, ac tollere. Iulius Frontinus Stratagematon quarto de M. Curione, & ſeditioſa legione, Nullis precibus ab eo impetrari potuit, ne ſigna eius ſummitteret, nomen'q; aboleret, milites autem in ſupplementũ Legionum diſtribueret. Summittere arma item apud Senecam in Libro de Vitæ breuitate, Vtrum'ne ſtatim percuſſus arma ſummiſeris, an in ſtatu, & in gradu ſteteris. Ad hoc pertinent uerba item Plinii naturalis hiſtoriæ ſeptimo. Cn. Pomp. inquit, confecto mithridatico bello, intraturus Poſidonii Sapientiæ profeſſione clari domum, fores percuti de more a' Lictore uetuit, & faſces Lictorios Ianuæ ſummiſit is, cui ſe Oriens, Occidens'q; ſummiſerat.

¶ Maiorem Conſulem apud Plinium quem intelligamus. Itẽ qui Prætor maior. Et maiores Flamines. Balbum ſolum ex peregrinis non triumphaſſe. Caput VIII.

p Linius Libro naturalis hiſtorię ſeptimo, Fuit inquit, & Balbus Cornelius maior Conſul, Sed accuſatus, atq; de iure uirgarum in Iudicum Conſilium miſſus, primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum uſus illo honore, Quem maiores Latio quoq; negauerunt. Res eſt Leuicula in auctore nobiliſſimo, Quẽ deniq; Maiorem dicamus Conſulem. Nequis tamen tyrocinium uix dum profeſſus impingat, aut ex inſcitia Boliti, ut dicitur, pœnam debeat, hiſce libellis inſeremus & hoc. Maiorem igitur Cõſulem dici ſolitum, enotauimus, penes quem faſces forent. Hi uero in anteceſſum Seniori cõtribuebãtur, Vt Plut. & Max. quoq; Valerius prodidere. Lex tamen Iulia priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtatem faciebat, Cui plures forent liberi, quod ſi par numerus fuiſſet utriq;, tum præferebatur maritus, quod ſi in eo quoq; inuenirentur compares, Annorum utiq; ui legis eiuſdem ratio inibatur. Solitos tamẽ audio, Quod diximus, qui lege potiores eſſent, menſis primi faſces collegis concedere na

tu grandioribus, aut nobilioribus, uel ſi alterum inirent conſulatum. Aut certe Conſul maior, qui priore loco renuntiatus eſſet, nam & Liuius Ab V.C.XXIX. Libro Scip. priorem Conſulem a Centuriis omnibus dictum ſcribit. Et Cicero in Piſonem, Me cũcta Italia, Me omnes ordines, me uniuerſa Ciuitas non prius tabella, quam Voce priorem Conſulem declarauit. Quem uero nunc Maiorem, nũc priorem nuncupamus Conſulem, Virg. etiam inſignem dixit, Vt q nullius ſit doctrinę inſcius, & uetuſtatis uſq; ad anxietatem obſeruator.

Ipſe Quirinali trabea, cinctu'q; Gabino
Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul.

Prętorem quoq; maiorẽ in Romana hiſtoria ſolitum dici, accuratus Lector inueniet. Iſuero Vrbanus intelligi debet, nam cæteri minores erant, Quos tum peregrinos, tum Prouinciarum Prætores appellatos ſcimus, ſicuti Digeſtis de origine Iuris latius edocuit Pomponius. In quem ſenſum accipio illud ex oratione pro lege Manilia. Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus centuriis cunctis renuntiatus ſum, facile intellexi Quirites, quid de me iudicaretis. Erant & Flamines maiores Patritii generis, Minores autẽ Plebeii. Cæterum, ut de Balbo quippiam leuiter, ac quod de Cane dicitur in Ægypto, guſtemus modo, protinus'q; ad alia ſtilum proripiamus, hic eſt Balbus, quem Coſmographiæ tertio Triumphalem uocat Strabo. de Quibus uero triumpharit, Plinius non tacuit Libro quinto. Cap. V. quod uero inibi ſcribit, unum omnium curru externo triumphaſſe, & iure Quiritium donatum, Scire conuenit, M. Perpennam natione Græcum, Romæ Conſulatũ eſſe adeptum, ac de Ariſtonico rege triumphaſſe. propterea eum inſectatus Val. M. Perpennæ inquit, nomen adumbratum, falſus conſulatus. Caliginis ſimile imperium, caducus triumphus aliena in urbe improbe peregrinatus eſt. Sed & Ventidium Baſſum Picentem genere, loco humili de Parthis, quos tribus ſuderat pręliis, primum omnium triumphaſſe, auctor Tranquillus eſt, Sed & in noctibus atticis repetit Gellius.

¶ Duodecima hora ædificare, quid. Horarũ ratio. Hori annales. Lucianus declaratur. Horoſcopa. Heliotropia. Gnomon, uel Vmbilicus. Diopi, Diopteres. Gnomonice apud Gellium qd. Aſtrologię partes. Dioptrę quid. Aſtrolobii inuentio, & partes eiuſdem. Apoteleſmata.

Caput IX.

Erum quia in Parthos incidimus, non differemus, quod nunc uel iucundum ſcitu ex hiſtoria ſeſe nobis obiectat. M. Craſſus Parthicis inhians opibus, exercitu inſtructiſſimo aduerſus eos mouens, cum per Galatiam duceret, Deiotarum Regem extrema iam Senectute confectum, nouam tamẽ ædificare urbẽ comperit. Quod cum mirari ſatis nequiret, ſcommate in illum ita luſit, Quid hoc inquit rei eſt, duodecima iam tibi tantum non inſtat hora, & nouam nihilominus Vrbẽ ædificare pergis? Ad ea renidens Deiotarus nec tu inquit, Imperator ſatis matutinus, ut res habet, in Parthos moues, Annum ſiquidem ſexageſimum tunc agebat Craſſus, grandiorẽ tamen præ ſe ætatem ferebat. Ex hac hiſtoria ſcitior ęcinnari Adagio poteſt, Vt qſqs Acherontius, ut ille ait, & in peculio Proſerpinæ iamiam connumerandus, quid magnificum, & præcellẽs ſtruit, duodecima illum hora ędificare, commoliri'ue facetoſo ſale dictitemus. Vt qui iam ad Vitæ peruenerit umbilicum, admotis omnino lineis, de futuro tamen, quod ſallaciſſimum eſt, multa ſibi pergat polliceri, etiamſi diuerticulo uti eodem poteſt, quo agricolas ueteres uſos, commeminimus, Qui interrogati, quibus ſererent, non dubitabant reſpondere, Diis immortalibus. Porro quod ad horas attinet, ut tollatur, ſiquis ineſt apud incultiores nodus, aut griphus, Duodecima intelligitur Diei ultima. Sicut naturalis hiſtorię ſecundo, Vndecima hora eſt, quæ nũc diceretur tertia, & uiceſima. Sic enim Plinius ſcribit, Auguſti uerba referens de Sydere crinito. Id oriebat inquit, circa undecimam horam diei, clarum'q;, & omnibus terris conſpicuum fuit. Etenim Solaria apud Antiquos in horas tam diei, quam noctis temporales, non Æquinoctiales diuiſa proponebantur, ut ſinguli dies, noctes'q; horis continerentur duodecim. Vnde apud Coſmographos, Sextam horam pro meridie poſitã inuenies. Hinc Vitruuius Architectus Solſtitiales horas uocat in Cancri ſigno, ampliſſimas intelligens, Sicut ediuerſo Brumales appellat horarum breuitates. Cum uero æqualia ſunt Spatia in Ariete, ac Libra, Æquinoctiales. Ex qua ratione Val. quoq; Martialis

Epigrammaton

Epigrammaton XII Æſtiuam horam pro longiſſima poſuit, etiam ſi Domitius Æſtiuam accipit, datam relaxationi animi, & uoluptatis plenam.

Otia priſce breui poteris donare libello.
Hora nec æſtiua eſt, nec tibi tota perit.

Plautus uero in Pſeudolo hybernã horam pro breuiſſima ponit. Sic enim apud illum Simo ait, Credo equidem poteſſe te Scelus, Maſſici montis uberrimos fructus quatuor ebibere in hora una, Pſeudolus uero reſpondens ait, hyberna addito. Horas autẽ has ſic inæquales uocant Græci καιρικὰς, Nos Temporales, ſeu Vulgares, de quibus Ptolemæus plura, & Theon. Sunt, ex recentioribus præſertim, qui Planetarias etiam nuncupent, Quoniam ſinguli planetæ dominantes inferiora hæc diſponant ſingulis horis inęqualibus. Qua ex cauſa & Naturales poſſe dici arbitrantur. Alterum uero horarum genus Aequinoctiales uocant, hoc eſt, ut Græci dicunt, ἰσημερινὰς, A quibuſdam ẽt horologii nuncupatur hora, uigeſima quarta pars diei naturalis, Quæ in ſexaginta diſtinguatur minuta. Ab ęquabili uero Aequinoctialis motu dictæ ſunt Aequinoctiales horæ, Nam ſingulis hoc genus ſpatiis Aequinoctialis gradus quindecim emergunt, ex qua obſeruatione horarum huiuſmodi prodiit argumentum. Quam rem noſtræ tempeſtatis notis, & interuallis graphice præmonſtrari in horologiis uidemus. Inueni tamen inter noſtratium literarum non omnino poſtremos profeſſores, qui monumentis ſuis prodere ſint auſi, in ſex horas lucem, & in totidem ſolitos noctem diſtribuere ueteres, arbitror in errorẽ lapſos, Quia Higinus Aſtronomicon quarto ita ſcriptum reliquit. Priores inquit, Aſtrologi, cum omnes res ad duodecim partes reuocarẽt, Vt menſes, & horas, & latitudinem ſignorum, ita & ſigna, per quæ res omnes ſignificãtur, duodecim eſſe uoluerunt. Cæterum auctoritate iſta, quæ hoc non probat, tam facile in tenuiculam, ſiue tenus, ut Plautus ait, collabi, parum fuit perſpicacis, & diligentiæ ſupinioris. neq. n. uerbis illis reuincitur, de naturali potius, quam de artificiali intelligendum die. Illud quoq; parte hac, ut conniuens, minime tranſiluerim, Ad horas porro Iunii, ac Iulii longiſſimas referri illud Virgilianum poſſe ex Georgicis, An ne nouum tardis Sydus te menſibus addas, Aureliũ quoq; Macrobiũ ſcribere ſcimus, Solẽ ab Aegyptiis Horum dici, unde ẽt horarum nomenclatura defluxerit, cum ex illius motu orbes moderante reliquos temporum diſtinguantur interualla. Eſt tamen Horus annus quoq;, quia horas continet, ideſt conuerſiones. Ex quo dictæ Horographiæ, Quæ deſcriptiones ſunt quotannis factæ eorũ, qui in Ciuitatibus ſunt. Verum quid eſſe dicemus illud Luciani? Cyrus inqt, antiquus Perſarum Rex, ὡς δηλοῦσιν οἱ περσῶν καὶ ἀσσυρίων ὧροι, hoc eſt ut monſtrant Perſarum, & Aſſyriorum Hori. Inuenio in Libris euigilate concinnatis, nec dilutæ, aut uulgariæ auctoritatis, Horum quendã trimeſtrem Annũ inſtituiſſe, eo'q; Ver, Æſtatem, Autumnum, Hyemẽ, Horas, & annũ Horum dici. Et Græcos annales Horos. Eorum Scriptores Horographos. In Trœzeniorũ hiſtoriis narratur illud quoq;, Horum apud eos natum primo, ac regnaſſe, Terram ab eius ẽt nomine Horęam dici cœptam. Mihi, inquit Pauſanias, eſſe Ægyptium nomen uidetur Horus, nec Græcum omnino. Althepum Neptuni filium regnaſſe poſt Horum memorant, a quo & Althepia ſit Terra cognominata. Quin & imperante eo, diſceptatum de regione a Neptuno, & Pallade, re autem ambagioſa, promiſcue ut illam haberent, Iouem imperaſſe. Quo nomine Palladem colunt Poliada cognomento, & Stheniada. Sicuti Neptunũ βασιλέα. Sed & Numi fuſcinam habent, & Pallados faciem. Hemiorion inuenio apud Græcos pro horæ dimidio. i. ἡμιώριον, Sicut Hemipharium Veſtis dimidium ſignat. Hemithoracium eadem dicitur figura. Hemicranici uero ſunt, qui dimidia capitis parte laborant. Cypron legimus mẽſurę genus apud Alcæum, cuius dimidium Hemicypron dixit Hipponax. Porro in noctibus atticis Horã reperias pro Dea Quirino iuncta, Quã Herſiliam Ouidius intelligat metamorphoſeos quartodecimo, cum ita canit.

Hanc manibus notis Romanæ conditor Vrbis
Excipit, & priſcum pariter cum Corpore nomen
Mutat, Horam'q; uocat, Quæ nunc Dea iuncta Quirino eſt.

In Veterum monumentis obſeruatum & illud, Vaſa dici Horoſcopa, quibus commonſtrãtur horæ, Quæ & Heliotropia uocitata interim comperiuntur. Si Solis & umbrarum ratione conſtent. Porro notationem genitalis horæ Horoſcopon quoq; uocãt. Quod quinto ci

uitatis diuinæ Aurelius Augustinus scribit. Vnde illud prodiit Persianum, Geminos Horoscope Varo producis Genio. Et uerbum Horoscopare, quo utatur Manilius, & signa Horoscopantia apud Firmicum. Solis uero Vmbilicus est, quem Gnomonem item appellamus, & Sciatheran, Cuius umbra internoscuntur horæ, unde & ipsa umbrarum rō Gnomonice dicta, ab Anaximene Milesio inuenta. Qui item primus Sciathericum excogitatum ostendit Lacedæmone, uel, ut Alii, Anaximander. Hinc Architecturæ partes ita concipit Eruditorum Schola, Vt una dicatur Ædificatio, Altera Gnomonice, Postrema uero machinatio. Est & Canonium mechanicum Gnomon, & Geometrica figura, & Dioptrici organi pars, & Astronomici. Erant & Athenis Magistratus dicti Gnomones. Quin & accuratæ diligētiæ homines, ac prudentiæ dicti Gnomones, ἀχὸ τοῦ γνῶναι. Nam inde etiam Scientes dicūtur Gnomici & Gnostici, At Doxasticus Opinator dici ualet, qui et falli plerūq; potest. Sed illud ne utiq; prætereundum, dici ab Aristotele Gnomonas dentes, quibus Iumentorum internoscitur Ætas. Hinc & Aboli nuncupati Equini pulli, qui nec dum id genus dentes miserunt. Apud eundem de historiis animalium sexto, Sic Lipognomones dicuntur, quorū anni dentium ratione mitti in digytos amplius non possunt. Qui & Agnomones dicuntur Iulio Polluci, quod iam exciderit Gnomon. Ex iis ferme' arbitror innotescere, Quid sit illud Gellii ex primo noctium Atticarum, Quoniam inquit, Geometriam, Gnomonicam, Musicam, cæteras'q; item disciplinas altiores μαθήματα Veteres appellabant. Id ut fiat itē planius, Astrologiæ pars est Gnomonice, quę Solariorum discriminatis umbris horas Veruto, siue Gnomone pernotat, Sicut alia pars Meteoroscopice, quę eleuationū differētias, Astrorum'q; exquirit distantias, nec non multa, uaria'q; alia ad Astrologiæ inspectionem tendentia perdocet. Tertia pars Dioptrice nominatur, Solis, & Lunæ, cæterorum'q; astrorū distantias huiusmodi internoscens instrumentis, Inter quæ Astrolabii est inuentio, quam Ptolemæo Synesius attribuit. Cuius partes, Vagina ipsa continens tympana, in quibus Æquinoctialis, Tropici'q; describuntur Circi, Qui'q; alternis Orizonti sunt Anaphorici, tum supra tympana, quæ uocatur Aranea, designatur, in qua Zodiacus, & clara quædam Sydera cernuntur, ut per noctem quota sit hora, quotum'q; temporis momētum, reperiamus. Hæc eo item fusius, uberius'q; persecuti sumus, ut intelligeretur Plinii Locus ex secundo naturalis historiæ. Mediam esse mundi totius terram haud dubiis constat argumētis, nam nisi in medio esset, æquales dies, noctes'q; habere non posse, deprehenderunt & Dioptræ. Præterea Dioptris librant' aquæ, nec non turrium elonginquo concipitur altitudo. At Diopteres dici speculatores uidētur, qui & Prophylaces uocantur, est itē Diopter Oeconomus. At Diopos dicitur Enoptes. i. Curator nauis & inspector, nam Diopas inter Aurium ornamēta recenseri nouimus. Deniq; Veteres umbris enotasse diurnas horas in Gallo item comprobat Lucianus, συνεχὼς ἐπισκοπῶν ὁ ποσάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη. hoc est, perpetuo adnotans quot deniq; pedum foret Linea. Illud hic obiter adnotandum succurrit, Astrologorum responsa dici Apotelesmata. Sed & libri circunferuntur Ptolemæi Apotelesmaton, quos modo Quadripartitos uocāt. Eustathius in Iliados primum, Apotelesmaticæ Sapientiæ curiositatem nil reliquisse scribit, quod Planetarum non subiecerit potestati. Idem alibi Concionis appellat Apotelesma. Sed & illud obseruauimus iactatum uulgo, non oportere prorsum res diiudicare ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων.

¶ Tria uideri necessaria Genethliacis. Horoscopi enotationem pene' haberi impossibilem. Caput X.

g Enethliacos, seu Mathematicos, ut pleriq;, dicere malis, uel Æruscatores ueri⁹ qui aures uerbis alienas ditant, suos ut loculos distēdant numis, traditū in eorum libris est, si cælestiū rerum scientia præcinere debeant futura, Tria impēsissime obseruare oportere. Primum, horam illam initialem, qua se in lucem uitalem e' bulga matris prompsit infans. Vel quiduis aliud, super quo Vaticinium concinnandum, fieri sit cœptum. Mox Cæli statum, Syderum'q; positum, ad ipsam illam horam subtiliter applicitum. Postremo quid eiusmodi ratio Cælestis, Syderea'q; meditetur, agat'ue, argumentis inerrantibus, aut experimenti certitudine perinde ac ungues norint suos.

rint ſuos, neceſſarium præcipue eſt, Duo hæc, ultimo poſita loco in diſqſitionẽ non reuoca bimus, alterius loci id, ac temporis. Quoniam uero pauloante de Horoſcopo item facta no bis mentio eſt, q̃ incertus hic, & fluctuans, nec ullis probioribus fixus radicibus, paucis hinc retegam. Et illud in confeſſo fere eſt, Genethliacũ minus poſſe ipſum illud, quo qs naſcẽ momẽtũ, tenere, Primũ quia neceſſarium foret, prodeunti infanti præſto eſſe Aſtrologum Aſtrolabio recte inſtructum, quo cæleſtis eueſtigio ꝓcipiatur menſus, hoc uero ne fiat, plu ra obturbant. Sæpe tenebræ nocumentũ, & interpellatio. Quãdoq; Cælum nubilũ, inter dum & hominis inopia, abſentia'ue. Sed demus, horum nil officere, ni Aſtrolabium ipſum tanta fuerit arte, peritia'ue cõfabricatũ, ut nuſquam ſubſultet, ac ne in minimo quidẽ fallax cõperiatur, Voti eſſe neqt compos Aſtrologus. Organũ uero id genus omnibus abſolutum numeris aut raro, aut nunquã inuentum. Proinde'q; ratio partilis horoſcopi inconſtans ſit, fere neceſſariũ. Adde quod exponenti horam, qua ſibi natũ putat filium, adeo fidendũ nõ opinatur Mathematicus, ut apud eum eiuſcemodi tẽpus Æſtimatũ dicat', aut Suſpectũ, qm̃ uidelicet cõiecturis ſuſpicionibus'ue agendum, ubi certi nihil afferatur. Quid, q d'horologia, Solaria'q; ſæpe ueritati non reſponſant, quod ſi maxime faciãt, Media tñ horæ momenta nõ tã aperire nequeũt Cõſulẽtes, q̃ neſciunt. Nec illud omiſeris, Mathematica ratio ſub So lis demerſum horas auſpicatur. Vulgus tenebris ſeſe intendentibus, quod euenit ſæpe, pri dem Sole Orizontem tranſgreſſo, præſertim ſi eum ſigna geſtent obliqua, Quę cũ moram in occaſu trahant longiorem, ꝓius quàm denſius coeant tenebræ, nõnunquam noctis inte gra hora abſoluitur.

¶ Sacrare caput cum bonis qd. Enatrat' T. Liuius. Zoanas qd uocemus, aut Xoana. Item quid Zanes.

Caput XI.

Narrabamus nuper T. Liuii ſummi hiſtorici librum Ab V. C. ſecundũ, incidi mus'q; in eum locũ, Qui eſt de Valerio Publ. Ante omnes inquit, de prouoca
e tione legem tulit aduerſus Magiſtratus, ad populum, ſacrando'q; cũ bonis Ca pite eius, q regni occupandi Conſilia iniiſſet. Scrutabamur, quid eſſet, Sacra re cum bonis caput. Si. n. eruditiorem ſenſum ex recondita hiſtoria proruen dum non putes, frigidior Platonis legibus fiet eminentiſſimi auctoris ſentẽtia. Quis. n. Cõ ſecrationis metu a Regni affectatione deterreat'? Aliud ergo ſcitius, doctius'q; quęrendum. Comperimus igitur, omnem, ut aiunt, lapidem mouentes, apud Alicarnaſeum Dionyſium de Clientum, & Patronorum iure ad hunc modum Libro romanarum antiquitatum ſecun do. Communiter inquit, Vtriſq; neq; pium, neq; fas erat, accuſare ſe inuicem, nec contra te ſtimonium dicere, nec ſuffragium aduerſum ferre, nec cum inimicis adnumerari, quod ſi quid horum quis feciſſe argueretur, lege proditionis tenebatur, quam Romulus ſanxerat, deprehenſum autem ſiquis uellet occidere, pium erat, tanq̃ Iouis inferni hoſtiã. Inde enim Romani, quos uellẽt hac pœna mori, Eorũ Corpora Deoꝝ cuipiã, præcipue'q; manibus di cabant. hæc Dionyſius. Quod ſi curioſior aliquis, & amplius introſpiciendã, excutiendã'q; putet hiſtoriam hanc, & noſſe cupiat, Quid ita, Diis dicatos occidẽdi, cuiuſlibet pontificiũ foret, Id utiq; ex Dionyſio perlici neqt. Nos aũt ita obſeruauimus. Cætera qdẽ ſacra uiola ri fuiſſe nefas, Hoïem uero ſacrum occidere fas. Eius ratio hæc. Veteribus is erat Deoꝝ me tus, & obſeruãtia, Vt illis ſacrũ, dicatum'q; animal prorſus in ſuis finibus eẽ, haud paterent'. Sed ad Deoꝝ abigerẽt loca, qbus id ſacrũ foret. Animas uero huiuſmodi ſacratorũ hoïum. Quos ζόανα Greci uocãt, Diis debitas oïno exiſtimabãt. Sed eas in Cęlũ mitti a ſe poſſe, & ad Deos, ad quos iam ꝓtinerẽt, alia rõne nulla uidebant, niſi corpe uiduatas. Igit' primo quoq; tpe, ut irent, Eiuſmodi hoïem interficiẽdi cuilibet erat arbitrium. Morem hunc uetu ſtatis prudentiſſimus Maro expreſſit in Haleſo, de quo paulo mox oppetituro ita ſcribit, In iecere manum Parcę, teliſ'q; ſacrarũt Euandri, In quo item diuini, humani'q; iuris proprie tatem eſſe executum, adnotauit Macrobius. Quippe ex manus iniectione mancipium deſi gnauit. Et Sacrationis uocabulo diuini Iuris obſeruantiã impleuit. Ritum præterea hũc Sa cratarum legum nomen inſinuat, Quas inde nuncupatas Pompeio Feſto credimus, quod ſiquis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui Deorũ eſſet cũ familia, pecunia'q;. Sacratæ legis mẽ tio eſt apud T. Liuiũ in Tribunoꝝ creatione Libro ſecũdo. Sed idẽ Libro quarto, legem ſa cratam apud Volſcos, & Equos uim fuiſſe maximam ſcribit cogẽdę militiæ. meminit & no

no Libro. Cæterum qa paulo ante Zoanas dici hoſce homines ſignificauimus, Prætereundum illud minime duximus, Seruium Æneidos Commentario quarto ita prodere. Delubrum inquit, etiam ligneum ſimulacrum dicimus, A' libro. i. raſo ligno, quod græce ξόανον dicit'. Alii Xoana malunt ſcribere, ſicut Apollonius argonauticon quarto, ἢ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥ'ἐνὶ ἱδρώοντα αἵματι. hoc eſt, uel quando Automata Simulacra fluant exudantia cruorem. Et Sudas Xoanon Statuam interpretatur, & Idolũ, ἀπὸ τοῦ ξέω, ut inqt Euſtathius, atq; Zodion. i. animal paruũ. Xanion inter coqnaria eſt inſtrumẽta Polluci. Nã philoſopho Platoni ars ſilandi Xãtice uocat'. Fuere in Olympia Iouis ſimulacra, Quæ ab Indigenis uocarẽtur ξᾶνες, forte qa ξαῦ dicit' Iupiter. Excitata uero tradunt' ex mulctatitia pecunia, Quę foret Athletis irrogata, Qui largitione corruptis aduerſariis, aut quia intra pręſcriptum tẽpus, uel, ut Græci dicũt, κατὰ προθεσμίαν, nõ aduenijſſent, Agonẽ olympicũ ῥtumeliæ habuiſſe uiſi forẽt. Eupolũ Theſſalum ferũt primũ Subiiſſe mulctã, quod aduerſarios pyctas erogatis de liniuiſſet numis. Dãnati & q pecunias accepiſſent.

Sacri epithetõ uarie adiici reb⁹. De Sacro piſce. Gellii codex emaculat', & explicat'. Ca. XII

q Via uero de Sacri uocabulo mentio nobis eſt, Id cõmonẽdi ſumus, qd' Apollonii Interpretes memoriæ mãdarunt, ſuper argonauticoꝝ primo, in eo Poetæ uerſiculo, ἱερὴ δὲ φαΐζεται, ἦλθ' ἐπὶ πέτρη, ideſt Sacra etiamnum dicit' Petra hæc, p Euphemiſmũ inquiunt. Magnæ ſiqdem affectiones ἱεραὶ καὶ καλαὶ. i. ſacrę, pulchręq; nũcupant'. Sicut Erinnyas Eumenidas dicũt, & peſtilentem Lepram Sacrũ morbũ. Vt apud Callimachũ, ψαυόμενοι δ' ἱερὰν φυμίζομεν. Vñ & in noſtris literis apud Maronem Sacrã dici famẽ, ꝓiectamus, Sic & Tripodas ſacros p magnis, de græca dicendi figura, nã & ἱερὸν ἰχθύν, magnũ piſcẽ interpretant' Gloſſographi, uti Iliados rhapſodia decima, pdit Euſtathius, Et auctor comprobat Athenæus, q̃uis Pompilũ qdam ẽt intellexerint. Plutarchus in Cõmentariolo, quo ſtudioſe quærit', Vtris maior inſit prudentia, terreſtribus, an aquaticis, Anthiam piſcem inqt, Homerus, ἱερὸν ἰχθὺν dixit, & magnũ qdẽ intelligunt nõnulli, Veluti Sacrum os magnũ intelligimus, ac ſacram uim Alcinoi. Epilepſiam grauem morbũ, ἱερὰν uocant. Aliis uero magis placet cõi rõne τὸν ἄφετον, καὶ ἱέμενον interpretari, tanq̃ emeritum dicas, dimiſſum'q; ſicut ſacrũ dicimus Bouẽ. Quidã Ellopa malunt accipe, inuentu. n. rarus eſt, nec capi facilis, apparere aũt circa Pamphyliã ſæpe. Plures de Anthia dici uolũt, quod ubi cõpertus is fuerit, nulla ibi inueniat' beſtia malefica, quo nomine innatare ſecuros Spongotheras. i. Spongiatores, ſiue Vrinantes, hæc Plutarchus, a' quo nõ diſſultat de animalium hiſtoriis nono Ariſtoteles. Plinius uero, Certiſſima eſt inqt, ſecuritas uidiſſe planos piſces, quia nũquã ſunt, ubi maleficæ beſtiæ. Qua de cauſa Vrinãtes ſacros appellant eos. Verſus aũt Homeri de ſacro piſce, quos aduocauit Plut. Legũtur Iliados ſextodecimo, ὡς ὅτε τις φῶς

ῥέῃσι ἀδὴ προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθὺν
ἐκ πόντοιο θύραξε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ, ὡς ἔβαλε.

Auctor Athenęus eſt. In Telchiniaca hiſtoria, qſqs eius fuerit Conditor, Sacros dici piſces Delphina, & Pompilũ. Eſſe uero hũc Eroticũ animal, Vt qd' ex Vranio cruore ſimul cũ Venere credat' natũ, Nõ Neptuno modo caꝝ, Sed & Samothracũ diis, quo argumẽto, Epopeus piſcator, cũ ab huius piſcitii captura, eſitatione'q; abſtinuiſſet minus, ab itruẽte Ceto deuoratus periit. Extat Corinnæ Poemation, quod tamen an ex eius officina ꝓdierit, ambigunt multi, in quo Põpili mẽtio eſt, Qui Nautis cẽſeat' felix. Sũt q ex hoíe deformatũ piſcẽ Pompilũ opinent', qd' ſcribit Apollonius Rhodius. In Berenice Theocritus Leucum piſcẽ Sacrũ dicit. At in Galathea Callimachus Chryſophryn. Cæteꝝ in hac ſacri piſcis mẽtione, ſuccurrit, reſtituamus Auli Gelli codicẽ ex ſecũdo noctiũ Atticarum, Vbi de aſpirationis rõne diſſerẽs, Atq; inqt, id uident' feciſſe ſtudio, & exẽplo linguæ atticę, ſatis notũ eſt, Atticos ἰχθὺν ἧρον. i. piſcẽ pauperẽ, multa itidẽ alia, citra morẽ gẽtium gręcię cæterarum, inſpirãtis primæ literæ dixiſſe. Ego malim hac parte ἰχθὺν ἱερὸν. i. piſcẽ ſacrũ legere, ex iis quæ adnotauimus hactenus, nam nequis inde diuerſum aucupetur argumẽtum, tralatio illa nihili prorſum facienda eſt, neque ex Gellii officina eſt, Sicuti neque item aliæ. Additam uero ſacri piſcis appellationi flatilem potiſſimum coniecto. Vt uocis firmitate, ac robore ipſam rei exprimerent excellentiam, quando & inde ſacri adiectio facta eſt, ut præmonuimus, ex nonnulloꝝ

ſententia,

ſententia, ſic & Anchoram dicebant ſacram, ut præcellentẽ, peropportunã q. cuius eſt mẽtio frequens Luciano. Piſcis ſacri meminit item Euſtathius, ubi ait, adnotatum grammaticis, hierea corripere primam, at cũ dicimus ἱερὸν ἰχθύν produci. Aut ſi ad ſtomachum Lynceis minus hoc facit, Suppungendo diſparate Legas, ἰχθὺν, ἴερον. Vt duorum exempla nomium appoſita intelligamus, Quæ a Græcis aliis pſilem admittentia, apud atticos craſſiorem agnoſcant notam. Irus autem ex Carmine homerico inopia notiſſimus. Eſt ſententia quoq; tertia, quæ & arridet amplius, ut Verior, cõgruentior q, Vt legamus ἰχθυήρόν, & ſtatilem recipiat η. Cui ante ῥ poſitæ inſpirant fere Græci. Signat autem id uerbum piſcarium. nam & Ariſtophanes σικακίσκας τὰς ἰχθυήρὰς, ideſt Scutellas appellat piſcarias. Conſimiliter πάὼς Spiritum admittit inter α & ω. De quo more mentio eſt Athenæo quoq;. Illa uero Gellii uerba, Inſpirantis primæ literæ, non ad Atticos refero, Sed ad Græciam potius, Quæ dictionũ initiis aſpirare conſueuit, mediis rarenter, proinde aſpiratio dicitur ab illis φίλαρχος. De Sacro autem oſſe in hominis ratione dicta a nobis plura ſunt. Illud adiiciam nunc, Eſſe qui coniectent, non tam de magnitudine fluxiſſe nuncupationem, quàm quod Diis offerri ſoleret. Ex quo & Menãder, οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύσαντες. Quod de morbo ſacro attulimus, nil eſt, quod diſſultantes miremur ſententias, Quando nec deſunt, qui appellatione eiuſmodi ſacrum intelligant ignem. Heraclitus uero Arrogantiam ſacrum nũcupauit morbum, Vel quia præſtantiſſimus quiſq; ea imprimis peſte implicetur, Vel qa ultima rerum linea, mors afferre medelam ualeat. Sacra uia Athenis, ideſt ἱερὰ ὁδὸς, cuius in Apologia meminit Iſæus, Vt Pauſaniã præteream, Erat, ut inquit Harpocratio, qua Myſtę pergebant Athenis Eleuſina. Polemo integrum concinnarat librum de Via ſacra, Cuius ẽt Cratinus mentionem habet. Romæ item Sacra fuit Via, ut Liuius quoq; notatum reliquit, Caput eius erat a Sereniæ ſacello, ducebat q; in arcem. Sacra quotquot mẽſibus ea illuc ferebantur, per q; eam Augures ex arce profecti ſolebant inaugurare. Pomp. tamẽ Feſtus immo ſacram dici putauit, quod in ea ictum fœdus ſit inter Romulũ & Tatiũ, Quod & Dionyſius fere comprobat. Sacrã quidem dixit Homerus Theben. Sed nec ea magis, q Ciuitas quælibet appoſito eiuſmodi ualet ornari, quod intus qui ſunt, cuſtodiat, quæ res cenſeri diuina debet. proinde Homerus Eos, qui noctu excubẽt in caſtris, ἱερὸν τέλος φυλάκων nuncupat, & alibi ſacros dicit muros. Sic & in Odyſſea, Sacram dici Troię ciuitatẽ adnotauimus, & ſacrã terrã apud Sophoclẽ. i. χθὼν ἱερὰ, Quin & Sacrilegi loco cenſet, qui ſtruendæ cauſa domus, Ciuitatis mœnia ſit demolitus. Sacrum diem poſitũ apud græcos legimus p parte ea, quæ a matutino tempore porrigitur ad meridiem, quo tempore Diis cæleſtibus rem diuinam obire, uetuſtiſſimi moris fuit. Manibus operabantur, Sole iã uergente in occaſum. Sacram Triremẽ Demoſthenes philippica nuncupat quarta, cum ait, καὶ τὴν ἱερὰν ἀφ' τῆς χώρας ὥχετο ἔχων ζημίαν. Gloſſographi Paralum intelligunt. Lego Sacras triremes pluribus diſtinctas cognominibus. Paralon. Salaminiam. Antigonida. Demetriadem. mittebantur ad Imperatores hæ, & ad id genus uſus cæteros. Cæterũ quia ſcribit Thucydides, Ad Alcibiadẽ miſſam ab Athenienſibus Salaminiam, Videt nauis hæc ſolita ducere, qui accerſerẽtur ad iudicium. Paralus aũt Sacris deſtinabat, de qua forte intellexit ẽt Plato in Phedonis principio. Vtranq; harũ & bello nauali paccommodã ſignificat Thucydides idẽ, Libro tertio. Aſalaminiũ facete nũcupat in Batrachis Ariſtophanes ἀθαλάττωτον. i. maris Imperitũ, uel a naui hac, uel a prælio circa Salaminẽ geſto. Sed & Triremẽ ſacrã Smyrnæi menſe nouembri mittebant εἰς ἀγοράν, ut in Polemone Philoſtratus inquit. Eam Dionyſii Sacerdos ſoluentem dirigebat, gubernatoris uice. Sacrũ quoq; bellũ reperias in ueteribus memoriis, & apud Euſtathiũ, in ſecũdam Iliados rhapſodiã. Id uero nõ dicit, qa magnũ, uel execrabile, ut Impolitiores fortaſſe aliq, & uetuſtatis infrequẽtes cẽſuerint, Sed quia pro delphico geſtum oraculo a Lacedæmoniis aduerſum Phocenſes eſt, q id ſibi uẽdicare ſatagebant, Athenienſibus quoq; ad partes uocatis. Meminit hiſtoria prima Thucydides, λακεδαιμόνιοι δὲ μετὰ ταῦτα τὸν ἱερὸν καλούμενον πόλεμον ἐξεφόβησαν, καὶ κρατήσαντες τῷ ἐν δελφοῖς ἱερῷ, παρέδοσαν δελφοῖς. Eius uero belli quæ fuerit origo, docebit quinto Politicorum Ariſtoteles. Geſſerant tamen Athenienſes iidem alterum prius bellum, quod & ipſum Sacri cognomento eſt inſignitum, contra Bœotios pro Phocenſibus. Quibus illi Oraculi ius auferre nitebantur. Vnde & πόλεμος φοινικὸς dicebatur, ut in Meſſeniacis rebus Pau-

ſanias ſcribit. Hiſtoriam uero ſacri belli qui noſſe plenius cupit, Plethonẽ adeat, Is enim hiſtoriarum ſecũdo id explicat copioſe, meminit & in Libro declaris mulieribus Plutarchus. Sed enim quia non ſemel aduocationem nobis præſtitit Thucydides. Quid eſt, quod Conditor nobiliſſimus Terram quandam uocat ſacram, & Aoriſton libri primi fine? Obſeruauimus ex Græco penu, Terram inter Megara, & Athenas antiquis dictam fuiſſe Sacram, qđ Deabus, quas Eleuſinias uocabant, foret dicata, quam etiam, quod inculta prorſus iaceret, ἀόριστον appellat Hiſtoricus, Vt quæ nullis foret diſtincta collimitiis, ἀόριστος. n. eſt μὴ ἔχων ὅρους, μὴ δὲ ἀπειρομένη, ἡ γὰρ ἀπειρομένη ὅρους ἔχει, ἅπερ ὅσα μεμερισμένη, hoc eſt, Aoriſtus uocatur terminos non habens, nec ſata, Quæ enim ſeritur, limites agnoſcit ſuos, ut quæ confuſanea non ſit, Sed partiliter diſtributa. Sacerdos uero dicitur quidem græce Hiereus, ideſt ἱερεύς, ut apud Homerum χρύσης ἱερεὺς ἀπόλλωνος. Sed & eo nomine intelligitur quandoq; is, qui extorum inſpectione futura uaticinatur, ut apud eundem, ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα. Sacra uero decreta cum dici audis, Amphictyonica intellige. Nam & ſacrũ conſeſſum non temere dici alium obſeruauimus, q̃ Amphictyonum, de quibus Strabo multa. Quoniã uero de Sacris diu iam commeminimus, non tranſiliamus Scitu, ac obſeruatione dignum; Eiſdem initiatos ſacris ſcite admodum, atq; concinne dici cõſueſſe, Qui unanimiter, & conſpiranter ad ſcopum nituntur eundem, ac umbilicum. apertius hoc fiet, Si T. Liuii uerba ſubiecero ex XXII. Conditæ Vrbis. Nam Plebeios inquit, nobiles iam eiſdem initiatos ſacris eſſe, & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint a' Patribus, cœpiſſe. Ilios ſacra, præter id, quod aſtruximus, etiam dici creditur ob ſacrificiorum frequentiam. Argumẽto eſſe poſſunt feſta quoq; inibi celebrata olim, Iliea. i. τὰ Ἰλίεια. Ex calamitatũ uero crebritate profluxit religionis nexus, dictante prouerbio ἀεὶ Ἰλίῳ πακῷ, Ilio adſunt ſemper mala.

¶ Helenes, & Eriphyles Segmenta dominis fuiſſe exitialia, perinde ac Equus fuerit Seianus. Caput XIII

Elphici oraculi nobilitatem in terra Cręcia nemo non nouit, opulentiſſimũ id erat, quando illuc confertim a' Regibus & populis præpotentibus congerebantur dona, unde Delphici Theſauri Auctoribus celebrati. Lateres aureos centum & uiginti a' Crœſo dicatos, ibidem uiſitarii ſolitos, ſcribit Plethon. Sed & Antiquæ nobilitatis fœminas Helenam, atq; Eriphylem pretioſa Segmenta eidem affixiſſe templo, compertum habemus, ſiue Alcmæon fuerit, ac Menelaus, ſicuti auctor Athenęus eſt. Quæ quia ſacrilegas admouentibus manus, aut omnino auſis geſtare peſſimum peperere exitium, Prouerbii ſibi locum uendicant, non ſecus ac Toloſanũ aurum, item'q; Seianus Equus apud Gellium. Hiſtoria uero ita habet, ſicuti nos perdocet Plethon. Bello ſacro Delphica pecunia, & quicquid ibi pretioſius erat, magna parte ceſſit in prædam. Inter reliqua uero ipſa hæc, de quis diximus, Segmenta, Quæ duorum ex Phocenſibus Ducum, Qui id bellum gerebant, Vxores, ut eſt muliebre ingenium, auide oblata arripuere, protinus'q; collo, circundedere, ut ipſis tum eſt uiſum, ornamenta præſignia, Vt mox docuit euentus, interitum exitialem. Ea ſiquidem, Cui Helenes monile obuenit, turpiter pſtituto Corpore, pudicitiæ iactura, & famæ diſpendio, quæ bene ſentiẽtibus uita quoq; comparatur, pœnas facinoris perpetrati luiſſe fertur. Alteram uero crudelior excepit pernicies, Nam furẽtis filii uecordia tectis iniecto igni, uiua exuſta eſt, Plutarchus in Sermone de iis, Qui ſerius a' numine caſtigantur, Ariſtonem fuiſſe appellatum ſcribit, cui obtigerit Eriphyles ornamentum, Tyrannis contribuentibus. Item'q; fuiſſe Oetæum, & Xenagogum. i. peregrini, mercenarii'q; militis ducem, Cuius deinde filius aduerſus matrem indignatione concepta, domum ſuccenderit, omnibus, qui intus agerent, incendio conſumptis. Monilis a' Vulcano Veneris delitiis concinnati, Hermione mox traditi, deinde Thebanis Reginis, quæ omnes peſſime interierint, & Poſtremo ad Eriphylem peruenerit, Thebaidos ſecũdo fabellam concinit Papinius.

Ornatus Argia geris, dirum'q; monile,
Hermiones, longa eſt ſeries, Sed nota malorum
Proſequar, unde nouis tam ſæua potentia donis.

¶ De Auibus,

¶ De Auibus, quæ dicantur Scopes, obſeruata quæpiam ex Græcorum monumentis.
Caput XIIII.

Copes inquit Plinius, nominantur ab Homero, Auium genus, harum ſatyri-
cos motus, cum inſident, pleriſq; memoratos non facile conceperim mente.
s Neq; ipſę iam aues naſcuntur. Carmen Homeri, qđ ſignificat Plinius, Odyſ-
ſeæ quinto ſic habet.

σκῶπες ἴ ρηκές τε, ταινυγλωσσοίτε κορῶναι.

Iactatum tamen Athenæus ſcribit, Auem hanc ſaltandi ſtudio capi, nam & inde Saltatio-
nis genus dicitur Scops. Duo eſſe genera inuenio, nam alii nuncupantur Scopes. Alii Ai-
ſcopes. Sunt qui apud Homerum Copas legere malint, q̃ Scopas, & Ariſtotelem ſic nũcu-
paſſe. Comparere autem hos ꝑpetuo, nec eſſe eſui. At qui ſe Autumno diebus oſtẽdũt duo-
bus, aut uno, in menſam uenire. Sunt ex Græcis, qui Scopas Bubones interpretẽter. Sudas
nocturnam eſſe Auem dicit. Alexander, ſicuti Theocriti Interpres inquit, τὸς σκῶπας ſcri-
pſit, ἀπὸ ἐπιτροπῆς εἶναι τῇ φωνῇ, quod eſt, Scopas eſſe uoce inamœna, inſuaui q̃, propte-
rea q̃ apud Homerum recte ſcribi σκῶπες ἴ ρηκές τε. Hanc auem Callimachus ſcribit, uocẽ
edere, perinde ac ἐπισκώπτειν, ideſt cauillantem, laceſſentem q̃, unde & Aui eſſe factum
nomen, Niſi ab Aue potius effingi uerbum malimus, quod certe comprobat Athenęus. Ty
rannion uero eſſe Scopas ꝑdidit Nycticoracas, dici q̃ tanq̃ σκιόπας, ἐν σκιᾷ ἔχοντας τὴν ὄ ψιν,
quod in tenebris utcunq; canant. Scopas Theodorus Aſiones interpretatur, ſicut ἀεισκῶ-
πας Semperaſiones.

¶ Quid ſint apud Græcos Scolia. Inibi adnotatur lapſus Interpretis Ariſtophanis.
Caput XV

Colia Græci interpretantur συμποτικὰ ἄσματα, ideſt Conuiuales cantilenas,
quarum meminerit Sympoſiacon tertio Didymus, Atq; item Horus. Sic ue-
s ro nuncupari Etymologici tradũt, quod uinolenti iam, καὶ σκολιῶς ἔχοντες τὰ
αἰσθητήρια ἄδωσι, ideſt, tortuoſis, hebetibus q̃, ac retuſis ſenſibus ea concinãt.
Nonnulli ex aduerſo fieri nomenclaturam coniectãt, ſiue per oblocutionem,
quam dicunt ἀνὶ ἰφρασιν, quod minus obliqua forent, aut tortuoſa, quod Scolii uocabulũ
indicat, Sed facilia, Vt quæ in conuiuiis canerentur. Id reprehendens Ariſtophanis Inter-
pres in Veſpis, Poetæ Comœdia, Quæ mali ſint nominis, inquit, uerti quidem ad δύφημό-
τερον, ideſt ad ꝑſperiorem appellationem, Sed non ediuerſo. Hoc uero, quod græci homi-
nis pace dictum uelim, nec probe traditum ab eo eſt, & liquido falſum deprehenditur, Siq-
dem in Ipſius literis eſt, Holoſteon dici herbam, quaſi totam oſſeam, cum tamen præmol-
lis ſit, ac omni prorſum duritia carens, de qua qui plura noſſe cupit, adeat XXVII. natu-
ralis hiſtoriæ Plinii. Et Hieronymus Parcas dici, quod nequaquam parcant, auctor eſt, ad-
dit Eumenidas appellari, quod non ſint benignæ, nam & uulgo Aethiopas uocamus Argẽ
teos, Verum Interpreti calculum adiecerint hæc. Scolia uero Meliti celebrantur ab Erudi-
tis, Quæ Carica haberent aulemata hoc eſt incentiones flebiles. Tyrannion commentariũ
concinnauit de Scolio metro, Caio Cæſare rogante. Libuit paucula ſubſcribere ex Timo-
creontis Scolio, quod is in Plutum. i. Diuitiarum Deũ effudit, exordio tali, ὄ φελες ὦ τυφλὲ
πλάτε ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτε ἐν ἠπείρῳ φανήμεναι, ἀλλὰ τάρταρόντε ναίειν, ἵ ἀχέροντα, ὅθ' σὺ
γὰρ πάντ' ἀνθρώποις κακός. i. Vtinam ὦ Cæce Plute nec in terra, nec in mari, nec incontinen
te apparuiſſes unquam, Sed Tartari perpetuus fuiſſes incola, & Acherontis. Ex te nãq; oĩa
hominibus mala. Scitu uero dignum eſt, ad Scolii huius imaginem cõpoſitum a Pericle in
Megarenſes decretum, μεγαρέας μήτ' ἀγορᾶς, μήτε θαλάττης, μήτ' ἠπείρου μετέχειν. Scoliorũ me
minit Sympoſiacon primo Plutarchus. Sed & Admeti Scolion Athenis celebratum, in Le
xico Pauſanias ſcribit. Id q̃ ab Alcęo cõcinnatum, alios tradere, quoſdam uero a Sappho.
Fuiſſe qnetiam, q Praxillæ Sicyoniæ eſſe opus crederent. Eius uero Scolii initium erat hoc,
Ἄδμητε λόγον ὃν ἐπεύρες μαθὼν, τὸς ἀγαθὸς φίλει.
Τῶν δειλῶν δ' ἀπέχε, γνοὺς, ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.
Admeti o Amice ratione percognita, bonos, & generoſos ama. Timidos autem miſſos fa-
cias, ſciens optime, Exiguam eſſe timidorum gratiam. Reſpicit uero Scolion Alceſtin gene
roſam mariti fata ſubeuntem, Admeti autem patrem obire prorſum recuſantem.

¶ Emaculatur, exponitur'q; Ciceronis locus in Epist. ad Fab. Gallum de Cepio. Item cur ibidem Sardinia pestilens dicatur. Aquarioli qui sint. de Salacone plura. Caput XVI.

Icero ad Fabium Gallum septimo familiarium Epistolarum scribens, Amo inquit, uoluntatem, Sed pauca de re, citius opinor, olim non omnibus dormio, Sic ego non omnibus mi Galle seruio. hæc Cicero. In cuius Loci enarratione Deus bone, in quæ delyramenta procurrunt, qui locum mendosum, ne suspicantur quidem, nec omnino remotiorem uidentur odorati historiã, quamuis a' Grammaticis quadantenus illustratam. Igitur meo periculo, fremant licet nostrates Lyncei, Ciceronis studiosi sic legent, atq; interpretabuntur. Amo uoluntatem, Sed pauca de re. Cepius, opinor, olim non omnibus dormio, Sic ego non omnibus seruio. Sensus autem hic, Cepius inquit, nisi memoria labor, olim dicebat, non omnibus dormio. Nam Pomp. Festus ad Verbum fere' ita scribit. Nõ omnibus dormio, natum uidet' a' Cepio quodam, Qui Pararhenchon dictus est, quod dormiẽtem simularet, quo impunitius Vxor mœcharetur. Cuius etiam Lucilius meminerit. Ad quem sensum illud satyricum interpretãtur Grammatici, Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso. In quo tamen loco sunt, qui Vigilantem nasum pro sonanti, & rhonchis obstrepero accipiant, nulla huius historiæ habita ratione, Quoniam in milite Plautus quoq; festiuiter, & scite admodum ita scribat, An dormit Sceledrus intus? non naso quidem, nam eo magnum clamat. Legimus uero & in Græco penu pertinẽtem ad hoc ipsum historiam. Quippe Mœcenatẽ conuiuio exceperat Cabbas quidam, ut uidetur, ridicularius, procedente potu, ubi ex nutibus, renutibus'q; in Vxorculæ amorem prolapsum uidit Mœcenatem, ad'q; illam procliuius adlubescere, Caput, ceu dormiturus proclinauit. Accedente uero imprudentius Seruo, ac Vinum Sustollente, placide insusurrauit is κακόδαιμον, οὐκ οἶσθα, ὅτι μόνῳ μοικήνᾳ καθεύδω. i. Infelix, an ignoras, qa Soli Mœcenati dormio. Porro' Aquariolos inuenio dici, qui Vxoris stupra æquo animo patiũtur. Apuleius in Magia, Hisce auditis, Exacerbatus Aquariolus iste Vxoris suæ, ita ira extumuit, ita exarsit furore, ut in fœminam sanctissimam digna cubiculo suo diceret. Aquarioli autem Festo dicuntur mulierum impudicarum sordidi adseclæ. Aqualiculum uero de Ventre dici, indicat illud Hieronymi, Alius tumenti aqualiculo mortem parturit. Quod autem Tigellium Epistola eadem patria sua pestilẽtiorem dicit Cicero, Ad Sardiniam quidem referendum putant, Sed pestilentem intelligunt propter Salpugam formicæ genus uenenatum, & Sardoniam herbam. Ego ad aerem noxium referri oportere contenderim, quod ut credam, facit L. Florus, cum ait, Sardiniam pestilentem sortitus. Sed & Val. Martialis eleganti epigrammate hoc ipsum comprobat apertissime.

Nullo fata loco possis excludere, Cum mors
Venerit, in medio tybure Sardinia est.

Sed & Silius Italicus etiamnum apertius, ut hæsitasse iam pudeat.

Serpentum tellus pura, ac uiduata ueneno,
Sed tristis cælo, & multa uitiata palude.

Ad ea uero, quæ de Salacone dicuntur epistola eadem, amplius sciendum, Salaconem fuisse Autolyci Patrem, molliculum quendam, & delitiis diffluentem, propterea in Vespis Aristophanes, τρυφερόντι διασαλακώνιζον. Sed & in quadam epistola Menander ad Glyceram, οἶσθα γὰρ μουτὰς συνήθεις ἀσθενείας, ἃς οἱ μὴ φιλοῦντες μετρυφὰς, καὶ σαλακωνίας καλεῖν εἰώθασιν, hoc est, consuetam mihi imbecillitatem nosti, Quam qui me minus amant, delitias uocant, & Salaconias. Aristoteles in Rhetoricis a' delicato disparare Salaconem uidetur, nam Diuitum mores exprimens, Eos esse ait Trypheros, idest delitiosos, & Salaconas. Et trypheros quidem ob delitias & felicitatis ostentationem, Salaconas autem & Solœcos, quia insueuerint omnes circa id, quod amant, immorari, quod'q; admirantur, ac putare eisdem cæteros affici, quibus ipsi. Quidam porro' deflexum inde Verbum σαλακωνίζειν exponunt τὸν πρωκτὸν αἰσχρῶς κινεῖν, idest Sedem parum decore agitare, quod nos Ceuere dicimus. Id & σαυλοπρωκτιᾶν dicere Aristophanes uidetur, σαῦλον enim dicunt uitiosum; fluxum'q;.

Insequentis

¶ Insequentis ad Gallum Epistolæ enarratio. Magistrum pro Dictatore inibi positum. Caput XVII.

T quia in Ciceronis Epistolas peruenimus, in quibus pleraq; reconditam habent doctrinam, proinde'q; illotis, quod dicitur, non adeunda pedibus, subtexemus insequentium Literarum obscuriora nonnulla, Quæ Delium requirere natatorem imperitioribus forte uident', lucem'q; pro uirili inferemus. Sed heus tu inquit, manum de tabula. Magister adest citius, quàm putaramus. Desinamus inquit, Cæsarem lacessere, discriminis haud parũ ingruit ab eo, qui præterq̃ fueramus opinati, Et præcinctura monere uidebatur, dictaturam arripuit. Vnus deniq; est omnia, is'q; est sine prouocatione magistratus, nec usquam præsidii spes, nisi in cura parendi. Sum Veritus ne si libere, ac Catonis more mentem nostram regerc perexerimus, in Catonium contrudamur, ideſt in euidens prȩcipitemur exitium. Id ipsum scripserat ad Ciceronem Gallus, ut stilo parceret, nec Cæsarem irritaret. Hoc etenim illa uerba significant. Videris enim mihi uereri, ne, si istum habuerimus, sic enim Legendum est, ideſt, Si Cæsarem prosciderimus, & Epistolarum argumentum ab eo duxerimus, rideamus γέλωτα σαρδώνιον, ideſt dum illum ridemus, ipsi pereamus. Quod uero Magistrum pro Dictatore accipiamus, forte ridiculum Sciolis haud ita multa uersantibus uideatur. Cæterum scribit Seneca, Eum, quem modo Dictatorem dicimus, & in historiis ita nominari lectitamus, apud Antiquos Magistrum Populi uocatum, & id in Libris adnotatum auguralibus, præterea esse argumento, quod qui ab illo nominabatur, Magister Equitum erat, & dicebatur. Porro T. quoque Liuius Dictatorem refert moderatorem, atque magistrum Consulibus appositum. Sed de finibus item tertio Libro de Sapiente, Rectius inquit appellabitur Magister populi, is enim est, Dictator, quàm Sylla, qui trium pestiferorum uitiorum, Luxuriæ, Auaritiæ, Crudelitatis magister fuit. Recte ergo Cicero ait, Sed heus tu, manum de tabula, magister adest. Quod eum habet Sensum, ne hoc quidem fortassis recte scribo, non esse distringendum Stilum in Cæsarem, nam si hoc feciſſe, significarimus, Verendum est, ne libertas nimia fraudi sit, ac in mortem trudat. Siquidem Catonium pro inferis recte poni, ex Laberio comprobauit Gellius, noctium atticarum Libro sextodecimo, etiam si inter sordida, obsoleta'q;, ac maculãtia, id esse uocabulum putat. Nec eo uerbo esset usus Orator, nisi de industria ex obscuritate iocum captasset. Quod uero est in Epistolæ calce, ita legendum est, Vrgeo igitur, nec transuersum unguem, quod aiunt, a` Stilo, is enim est dicendi opifex, atque equidem aliquantum iam etiam noctis assumo. Ego inquit, ad syntaxin, & compositionem totum me dedi, festino'q; ita, ut mihi ipse otium negem, A` Stilo. n. ideſt a` scribendo, & de ingenii fertilitate quippiam promendo ne minimũ quidem reuellor, quando assiduitas exercitationis dicendi copiam maximam parit. Confirmatur Sententia hæc Ciceronis præcepto ex primo de Oratore, Caput autem est inquit, quod, ut uere dicam, minime facimus, est enim magni laboris, quem pleriq; fugimus, quam plurimum scribere, Stilus optimus, & præstantissimus dicendi effector, atq; Magister. Quę omnia repetens Fabius Libro decimo. Vt laboris inquit, sic utilitatis etiam longe plurimũ affert Stilus. Nec immerito M. Tullius hunc optimum effectorem, ac magistrum dicendi uocat. Cui sententię personam L. Crassi in disputationibus, quę sunt de Oratore assignando, iudicium suum cum illius auctoritate coniunxit. Quod uero ad Cæsarem ista referunt Enarratores, plane` ridiculum est. Illud uero, nec transuersum unguem, intellige, nec minimum quidem a` scribendo recedo, sequestror'q;, ut ne unguis quidem, aut digyti latitudinem excedam, Frequentissima inter eruditos dicendi figura. Plautus in Aulularia, Si hercle tu ex isto loco digytum transuersum, aut unguem latum excesseris. Cicero in Epistolis ad Atticum, A` recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere. neque est a` marmorariis facta tralatio. Sunt enim hæc uelut ægri Somnia. Cæterum de iis satis, super'q;. Cum enim leuicula sint, & mediocris forsan uel ingenii, uel Doctrinæ, abunde studiosis satisfactum poterat uideri, digyto ista commonstrasse. Sunt grauiora multo in Epistolis familiaribus, Quæ squalore obsita iacent. Ea nitori suo pro tempore conabimur restituere.

¶ Diætæ notio multiplex. Echinus quid. Diætarum cognonima Varia. Itẽ quid Zeta. & Zetetæ. Defenditur a` Calumnia Hermolaus. Sigma quid, & unde. St, ſyllaba Silẽtii nota, Trigon.

Caput. XVIII.

d Iætam pro uiuendi modo, ac lege capi, cum alia multa indicio ſunt, tum id, qđ auctore Celſo, Diætetice medicina inde eſt appellata, & Medicorũ Schole uulgo regulam uictus Diætam uocant. Notio alioqui dictionis eius Græcis non una eſt, Siquidem dicitur ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ζοφὴ, ideſt dierum ſingulorum alimentum, Diarium latine dici ualet. Diæta item, Iudicium, ut τὴν τῶν ἐγκλημάτων δίαιταν ἐπίτρεψον ἄλλοις. Criminum diętam aliis permitte. Diętetę tamen ab iis differebant, qui dicebantur Dicaſtæ, hoc eſt Iudices. Nam arbitros quidã putant recte Diætetas appellari, de iis plura Pollux Libro VIII. Horum erat Echinus, nunc æneus, nunc & opere figlino, in quem teſtium dicta coniiciebantur, quanquam & interna uentris eo dicũtur nomine, ut inquit Euſtathius. Sed & freni pars quædã uocatur Echinus, ſicut quod circa mentum eſt nuncupatur Pſellium. quod ori inſeritur, Chalinus. Cuius medium eſt Henium, poſt in ambitu Dactylii. Echini. Triboli, quos mandit Equus. Sunt itẽ Echini circa manus carpum ornamenta, Sicut Pericarpia, & item Pſellia, ac Bubalia. Inuenio Echinum itẽ recte dici partem in Capitulo Doricæ Columnæ, Craſſitudo quippe eius trifariã diſtribuitur. Vna enim portio eſt Plinthus cum Cymatio. Altera Echinus cum ãnulis. Tertia hypotrachelio contrahitur Columnæ. Sed redeo, unde ſum digreſſus. Eſt & Diæta locus domi, ubi tantum uerſamur, nullo negotio, aut uſu. Alii cœnationem etiam eo nomine accipiunt, unde & Diætarii miniſtri dicantur Diætæ deſeruientes. Vt apud Iureconſultum Vlpianũ de fundo inſtructo, Quamuis ſint & ea appellatione fures, Qui aliena cœnacula furãdi gratia penetrant. Diætis, quod equidem ſcitu dignum arbitror, nomina uaria imponi a` Veteribus ſolita, obſeruauimus. Nam Tranquillus Hermeum appellatam fuiſſe Diętam pronuntiat in Claudio. Alexander Rom. Imperator, Vt auctor Lampridius eſt, in Palatio Diætas ſtruxit nomine Mammeas, quas inquit, imperitum uulgus hodie ad Mammam uocat. Lucullus, Plutarcho tradente, Diætam habuit Apollinis cognomento celebratam. Vbi ſummo impendio parabantur Conuiuia. Inde illa eius Vox cantatiſſima, Cœnatur in Apolline. Sed enim & Diæta dicitur locus, in quem arbitri conueniunt, Qui, ut notauimus, dicuntur Diætetæ. Sicut Zeta dici ualet locus, in quo Zetetæ obuerſantur. Erant enim eo nomine Athenis Magiſtratus quidam, ad quos referebantur, Qui reip. aliquid deberent, nec ſoluerent. Cæterum haud ſatis mirari ualeo doctiſſimorum quorundam iſtitutum, Qui Theonino dente irruentes in Hermolaum Barbarum, per quem barbaricas uitiligines ſibi deterſit nobiliss. hiſtoriæ naturalis Conditor, Zetæ uocabulum petulanti cachino explodere pergunt, aucupantes neſcio quid indictum, inſcitumq; ex Priſciano. Proinde pro Zeta, & Zetecula Diętam, & Diæteculam reponere ſibi permittunt. Sed rogo uos optimi Viri an excidit, Lampridium, & Apollinarem Sidonium, & alios præterea eadem uſos uoce? Illorũ recenſere uerba non eſt Conſilium, Sed rogo inquam, quid uos denique in nomine iſto adeo exagitat? An quod Zeta eſt nomen literæ, nec aliud, ut Veteranus ueſter putat, ſignificare creditur fere? Miſſos facio reliquos, tecum ſigna confero Vir doctiſſime, neq; enim nati ad uenena ſumus, neque hoc nomine uendibiliorem me facio, aut gloriolæ flatum capto. Zeta inquis, litera eſt, ergo nil ſignat aliud? male colligis amice. An nõ Diætetem recte a` Diæta flecti confiteris? ſi inficiaris, uide quæſo, ne tui in te agminatim impetum Græci dent. Si annuis. Cur non rõne compari Zetetem a` Zeta inclinari concedis? Si uocabulum forte nõ agnoſcis, Et reum peregrinitatis faciendum putas, lege quæſo Iulium Pollucem, Qui ueluti inquiſitores quoſdam ζητητὰς facit, quoniam τὰ λανθάνοντα ἀνεζήτησν, ideſt quæ latitarẽt, ſcrutabantur. Lege item Sudam. Sed condonamus iſta. Audi alia. Sigma an non eſt literæ? eſt. Signat ne aliud? Si hęres ipſe ſubiiciam. Lego non ſemel apud Lampridium Sigma pro Dięta poſitũ, ſiue Stibadio, ſiue Cœnatiõe, unde ſuſpicant Eruditi Legẽdũ apud Martialẽ. Accipe lunata ſcriptum teſtudine Sigma.

Octo capit, ueniat quiſquis amicus erit. Et alibi.
Septem Sigma capit, Sex ſumus, adde Lupum.

Porro` unde

Porro unde nam coniectamus appellationem eam profluxisse? Erunt ex Politioribus, Qui a Græci elementi figura dici putent, nec forte ab umbilico aberrarint multum. Consimiliter & Zeta uideri potest appellata, Si quæ Hermolaus scribit, minus appetentiam ꝓciliant, quæ tamen mihi summe probãtur. Verum si de Zetetarum Loco sit mentio, a Polluce nõ reuellar, & ab inquirendi uocabulo produci Zetam fatebor, unde mox & Zetetes. Nisi qs cœnationem quoq; ab huius imagine dici, suspicari malit. In fragmentis Cæcilii Minutiani Apuleii de Orthographia, nequid dissimulem, Diætam cõperi etiam Ziætam dici. Sed dum ista commentaremur, etymon Sigmatis alterum subiit animum. Et pro ingenii captu Sigma dici posse uidebam ab eius Elementi titulo, Qui foribus superpositus foret, qua nota discubituris silentium indici uidebatur, Vt a Conuiuio surgentes, Siquid forte licentius oblocutus foret quispiam, uolentes obliuiscerẽtur. Notissima est Plinii censoria querela ex quartodecimo naturalis historiæ, Alii inquit, mortifera loquuntur, redituras'q; per iugulũ uoces non cõtinent, quàm multis ita interemptis? Vulgo'q; Veritas iam attributa uino est. Val. item Martialis odisse scribit memorem cõpotorẽ. Quod & Lucianus, Plut.q; in Symposiacis rettulere, μισῶ inquit, μνήμονα συμπότην. Sed de tota re alibi sic.

Accedent sine felle ioci, nec mane timenda
Libertas, & nil, quod tacuisse uelis.
De Prasino Conuiua meus, Veneto'q; loquatur,
Nec faciant quẽquam pocula nostra reum.

S. uero literam habere Silentii notam, ne pluribus quidem probandum reor, Quando taciturnitatem impetrare cupientes lingua sonum eiusmodi, uelut sibilum, afformamus, Quę & ab hoc ipso græce Sigma creditur appellata παρὰ τὸ σίζειν. Veteres tamen Latini. s. & .t. simul agglutinantes effingebant St, syllabam, quæ sola, ut Verrius inquit, sine uocali compacta uidetur, qua & in Phormione Terentius sit usus. Non is obsecro es, quem te semper dicunt? St, quid has metuis fores? Ianuis autem illices, ut sic dixerim, inscriptiones appingi solitas, Ex Seneca uidemur obseruasse, cum ait, Vbi Audierint ista. Audient istic hortulos, & inscriptum hortulis, Hospes hic bene manebis. Quod si loca huiusmodi de positu, de'q; figura dici, plausibilius uidet', Siquidem in suo, cuiusq; luco, ac Fano est, sequi, quod amplius arriserit. Scire conuenit, Veteres in ædificando uaria figurarum scitamenta captasse. Quod ut non miremur, Trigon facit. Qui locus triquetro. i. triangulo schemate strui consueuerat. In quo item Pilæ lusus exercebatur, inde quoq; trigonalis nuncupatæ. Iulius uero Pollux, Trigonum esse Dicasterium dicit, cum ait, Celebrata Dicasteria, Heliæa, Trigonum, Cuius meminit Diarchus. Medium Parabystum, & maius Parabystum. Porro Trigoni mentionem faciens Grammaticus quidam, Trigonum inquit, dicasterium est, forte quia Schemate foret triangulari. In hæc diuertisse fertilitatis causa, nõ stomachabitur Lector candidus, Quippe in id omni incumbimus pede, ut nostra hæc, si aliud nõ sit, exucca, infructuosa'q;, & quod dicitur, Agrippo infœcundiora saltem non deprehendantur.

¶ Olearum species aliquot. Emblemata quid. Iudicium in Areopago primum. Tollitur ex Plinio obscuritas. Thalysia, Syncomisteria, Haloa, Thalos quid, & Thalophori. Lactantii grammatici Locus restituitur. Trophæa prima ex olea. Agrippeum quid. Cap. XI.

Grippum uero, nequis uerbi insolentia motus, Caput protinus scabat, Sudas
a sylueſtrem oleam apud Laconas ait significare. Eam Græcoꝝ alii nũc Agrie
læam uocant, nunc Cotinum, Et Gadira Insulam quoq; inde Cotinusam dici
inuenimus, quod hisce arboribus abundet locus is, quã rem Cosmographus
docuit. Nam ciuitatum pleræq; ex causis huiusmodi cognomẽta traxere, Vt
in Attica Myrrhinus a Myrtorum, quas Myrrhinas dicunt, frequentia. Rhamnus item a
Rhamnis, Cerasus quoq; in Ponto eadem est ratione nuncupata. Si uero sylueſtri oleæ domestica inseratur, fient, quæ uocantur Cotinades. In quo obiter scitu dignum, Vrbana omnia sylueſtribus insita dici Emblemata. Apud Vlpianum, digestis ad exhibendum, Emblema phialæ omnino aliud est, meminit Plinius quoq;. Sacram oleam legimus appellari Moriam, nomine inde ducto, quod esset Palladi consecrata, ex qua oleum etiam daret' uin/)

centibus Panathenæa. Nam a' cæde Morias dixere, quam Moron nuncupant, perempto Halirrhothio, quem necasset Mars, Neptuni filium, quod uim intulisset Alcippe, Vt scribit Pausanias, quam ex Agraulo Cecropis ipse filia sustulerat. Id'q; in Areopago Iudicium Capitis primum narratur peractum. Eius meminit historia prima Hellanicus. Id & Plinius significauit Libro septimo. Sed, ut solet, breuitatis inuoluit tenebris. Insequentibus item temporibus ex materna cęde subiisse iudicium Orestem ferunt, absolutum'q;, Pallados ἀρείας excitasse aram. Dignum relatu, fuisse, in quibus Rei, Accusatores'ue consisterent, argẽteos lapides, Vnum ὕβρεως dicunt, ἀναιδείας alterum, idest iniurię, Impudentiæ'q;. In propinquo sacellum erat Dearum, quas Athenienses σεμνὰς dicunt, Erinnyas Hesiodus in Theogonia. Quibus esse in Capite cum crinibus Dracones, Aeschylus commẽtus est princeps. Sunt Qui ita distinguãt, Vt priuatas Oleas dicamus Elęas, publicas uero Morias. σηκὸν idem cum Moria putant. Alii Moriæ stipitem σηκὸν dici uolunt, quod & similius uero est, quia ita scribit Rhetor, οὔτε τι ἰδίαν ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκὸν παραλαβών. Saci uero huius in Apologia commeminit Lysias. Porro' oleæ quædam Callistephani dicebant', quod cum Suda scribit Aristophanis Interpres, Cuius ramis coronarentur in Olympia Victores, sicuti astipulatur Theocriti Interpres ὁδοιπόροις, non autem Cotino, idest Oleastro, ut quidam interpretati sunt. Quanquã eius sententię est etiam Plinius, necnon ex doctis item pleriq;. Est enim proprii generis Callistephanos, de qua Aristoteles ita ad uerbum fere' in Pantheo. Olea est inquit, uocatur Callistephanos, huius folia contrario modo se habent, quam in aliis, extra siquidem, non intus albent. Ramos mittit, ut Myrtus, ad Coronas peraccommodos. Eam in Olympia plantasse Hercules memoratur, unde Athletis dent' Coronę. Est apud Hilissum fluuium stadiis. ξ. circumuallata muro, magna'q; ꝯtingentibus instituta multa. Scribunt Græci, Herculis clauam fuisse ex Oleastro, quam apud Sardonidem is repperisset, Quinetiam depositam in Troezene apud Mercurii statuam, quem πολύγιον uocant, progerminasse denuo, ac superfuisse tempestate sua oleastrum, prodit Pausanias. Sunt & apud Pollucem olearum genera hæc, Drypetes, Halmades, Nectrides, Cotinadas Trambelos uocauit Pherecrates, dicebantur & Phauliæ, Quas uero nunc Thlastas nuncupant, Comici Pyrenas dicunt, Thlastas tamen etiam apud Aristophanem comperias ἐν νήσαις. Thalos inquit Theocriti Interpres, apud antiquos dicebat' omne germinans, Archilochus, ἔχουσα θαλὸν μυῤῥίνης ἐτέρπετο, & Homerus, θαλόντ' ἀρίφοισι φορῆναι. Athenienses autẽ per exochen quandam de Olea dixere. Sunt & in Cepis Thali apud Agricolatiõis Magistros, quo nomine stipites, folliculos'q; intelligunt, quibus Semen continetur. Thalophoros dicebant, qui in Panathenæis oleæ ramos gestarent. Quod munus proprium erat Senum, & inde comicis Salibus nulli rei utiles, præterq̃ ferendis Thalis, Thalophori item festiuiter nũcupati. Meminit eius moris Cratinus, nec tacuit Pherecrates. Dicæarchus in Panathenaico id munus etiam uetulas obiisse scribit. Thalysia uero primitiæ dicebantur, quas subuectis iam fructibus ex agris, persoluerent Diis, ut denuo uirescerent, progerminarẽt'q; in campis omnia, quod uocant θάλλειν, Eas Rhetorum pleriq; etiam Syncomisteria a' comportatis frugibus nũcuparunt. Agebatur item festum tempore eodem Cereri sacrum, & Dionysio, uti Pausaniæ testatum monumentis est, dicebatur Haloa, idest ἁλώα, Vt putat Philochorus, quia tum in Areis præcipue moras ducant homines, quas dicunt ἅλως. Erat Panis quoque Thalysius, qui ex nouis frugibus conficeretur primum. Sed ad institutum redeo. Quæ remanent, pressis Oliuis, uocant Stemphyla. Sicut in uuis dicuntur Peripysmata. Sed uerborum sæpe proprietas auctoritate turbatur. In hac Olearum mentione succurrit, opem ferre Lactantio grammatico in Librum Thebaidos duodecimum, super illis Poetæ uersiculis,

Mite nemus circa, cultu'q; insigne uerendo,
Vittatæ laurus, & supplicis arbor Oliuæ.

Supplicis arbor Oliuæ, inquit, per quam pax petit' supplicando, & in secundo diximus, hãc ab Athenienſibus Resionem dici, a' Græcis autem reliquis Diriteron. Portenta uerborum plane' sunt hęc, quæ si excitetur a' Sedibus suis Lactantius. nec agnoscat, nec percipiat, Ipse ita emendo. Eresionem dici ab Athenienſibus, A' græcis autem reliquis Hiceteriam. Et. n. Eresione, idest εἰρεσιώνη ramus Oleæ Lana implexus, arborum fructibus, quæ Acrodrya uocant, circumpẽdentibus, ante Ianuas ædium poni erat solitus in honorẽ Apollinis. Eius

historiam

hiſtoriam pluribus exequitur in Equitibus Ariſtophanis Interpres, & qui ab eo mutuãtur, alii plures. Hunc item ramum a' ſupplicationis uſu Hiceteriam uocabant, hinc in Pluto Ariſtophanes, Video in ara ſedentem quempiam ἱκετηρίαν ἔχοντα μετὰ τῶν παιδίων, Hiceteriam tenentem cum puerulis. Scribit in Artibus Dionyſius, in Oleæ laudibus illud merito recenſeri, non modo quia ſit Palladi ſacra, Sed quod Veteribus ex ea conſtituebantur Trophęa, quod'q; ſit Victoriæ ſymbolum. Nam & Neptuno ſuperato, hac primum Dea eſt coronata. Ad ea porro', quę de Moriis Oleis pauloante concinnauimus. hoc item ĩdagine uaria ex Græcorum numeroſiore ſylua ſum uenatus. Fuiſſe in Arce Oleas Athenis Palladi ſacras, quæ dicerentur Moriæ. Ferunt autem Halirrhothium Neptuni filium eas adortum excidere, quoniam inuẽta Olea, Vrbs Mineruæ fuiſſet adiudicata. inter cædendum uero aberraſſe, ac ſecurim ſibimet impegiſſe, atq; inde decubuiſſe. Ex quo argumento adoptatum Oleis cognomentum. Vel quia quiſquis Oleas poſſideret, portionem, quam μέρος uocant, Panathenæis inferret. Quando Ceramum Olei capiebãt Victores. Agrippeum uero in Ceramico Theatrum, in Alexandro Sophiſta apud Philoſtratum, ad Agrippum arbitror attinere omnino nihil. Olearum ptoma. i. πτῶμα legimus apud Lyſiam, intelligunt Eruditi fructuum dilapſum, uel arboris caſum.

¶ Nexorum ſtatus. Qui dicerentur Nexi, & qui Obærati. Nectendi ratio. Interibi Iuſti dies qui ſint. De Athenienſium Siſachthea, & nouis tabulis Caput XX.

Vi apud Veteres romanos æs alienum feciſſet. Id'q; cumulatum uſuris foret, abducebatur a' Creditore, non in ſeruitium, ut ſæpe, Sed in Ergaſtulum quodammodo, & Carnificinam. Et, quod grauius multo eſt, abducebantur item filii, immo etiãnum Nepotes, quod Dionyſius ſcribit, & obſcure ſignificat Liuius. Siquid contradicerent, ſeruiliter euerberabantur, obſita erat ſqualore neſtis, fœdior Corporis habitus, pallore, ac macie perempti. Ad hęc fere' prolixa barba, Capilli'q; efferabant ſpeciem oris, uix ut noſcitarent' in tãta deformitate. Hi ſunt, quos in hiſtoria Nexos ſæpe dici audimus. Nam qui conflaſſent quidem æs alienum, nec tamen a' Creditoribus in uincula eſſent abducti, Obærati modo dicebantur. Necti uero dicebantur, qui Creditoribus traderentur. Liuius, Deinceps & qui ante nexi fuerant, Creditoribus tradebãtur, & nectebantur alii. Et alibi. Nexu uincti, ſoluti'q; ſe undiq; in publicum proripiunt. implorant Quiritium fidem. Cæterũ peropportune opinor, ac putiliter fecerimus, ſi hac parte amplius temporum illorum mores fuerimus executi, Quando, ut uidetur, non in reponẽdis modo officiis, Sed & in cæteris quoq; uitæ, ac negotiorum partibus, præſertim, quæ ad mutui rationem ſpectant, plurimi eſſe faciendam fidẽ, Veteres ſanxere, proinde'q; perfidioſius tergiuerſanti Debitori, ac ſæpius fraude agenti, eludenti'q; non mediocris irrogata pœna. Exigendæ igitur mutuatitiæ pecuniæ hęc ferme' inibatur ratio. Confeſſi, ac debiti Iudicatis triginta dies dabantur, conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſoluerent. Eos uero Dies Iuſtos appellare, Decemuiris collibuit, uelut Iuſtitium quoddam ideſt iuris inter eos interſtitionem quandam, & ceſſationem, Sicuti Gellius eleganter interpretatur. Quanquam & in ratione belli Iuſti dies dicebantur continui triginta, quibus exercitu imperato, uexillũ ruſt coloris in arce ponebatur, quod Feſtus, & Macrobius adnotarunt. Deinde, niſi diſſoluerent, ad Prætorem trahebantur, & ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur. Neruo quoq;, aut compedibus uinciebantur. Hæc enim ferme' uerba legis erant. Aeris confeſſi, rebus'q; iure iudicatis XXX. dies Iuſti ſunto. poſt deinde manus iniectio eſto. in ius ducito. ni iudicatum facit, ſecum ducito. uincito aut neruo, aut compedibus, quindecim pondo. nõ minore, aut, ſi uolet, maiore uincito. Si uolet, ſuo uiuito. ni ſuo uiuit. Qui eo uinctum habebit, libras farris in dies dato. Si uolet, plus dato. Erat autem interea ius paciſcendi. Ac niſi pacti forent, habebantur in uinculis dies ſexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur, quantæ'q; pecuniæ iudicati forent, pronuntiabatur. tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tyberim peregre uenum ibãt. Id porro' horrendum, & ab omni prorſum humanitate, & Romanorum mitiore ingenio ſequeſtratum. Quod & Septimius Florẽs memorat in Apologetico. Etenim ſi plures fo-

rent, quibus reus eſſet iudicatus. ſecare, ſi uellent, atq; partiri corpus addicti ſibi hominis permittebantur. Ipſa legis uerba cenſui apponenda. Tertiis inquit, nundinis partis ſecanto, ſi plus, minus'ue ſecuerint, ſine fraude eſto. Ex hac uero alieni æris ratione, quo perſæpe in opes adobruebantur, uſura multiplici omnia arrodente, ac uelut tabe peſtifera ad corpus item correpente, naſcebantur quandoq; Nouarum tabularum decreta per ſummam, inexu perabilem'q; neceſſitatem, ac Diomedeam quodammodo, ut dicitur, expreſſa Patribus. Ea proinde M. Tullius labefactationem fundamentorum Reip. uocat. Cum pecuniæ creditæ obæratis condonantur, & nouæ mox cooriuntur Tabulę, quibus nomina contineantur nouа. Et alibi Cicero, Tabulę nouę quid habent argumenti, niſi ut tu emas mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Et Seneca appellat rem perniciosiſſimã beneficiorum nouas tabulas. Fit item in Epiſtolis ad Atticum mentio rei huius. Luceius inquit, M. Fabii queritur apud me per literas, ſummum eſſe periculum, ne culpa Senatus his decretis res ad tabulas nouas perueniat. Ridicula eſt Grãmaticorum Vanitas, apud Salluſtium Tabulas nouas pro picturis accipientium, quo nil abſurdius nec dici, nec fingi poteſt. Cæterum haud quaquam diſſimulandum, Ciuitates maximas quandoq; hoc æris alieni laxamentum, ac remiſſionem non uſquequaq; horruiſſe. Athenienſes Solone ſtatuente, hoc ipſum admiſiſſe, Sciunt paulo Eruditiores. Legem'q;, qua ſtatutum id eſt, dictam Siſachtheam, hoc eſt, σεισάχθειαν. quod ſignificat, illius linguæ uocabulo, oneris leuationem. Nã Siſachtheam ſunt, qui cribrum interpretentur, quo in frumentis uacantia ſecernuntur. παρὰ τὸ σείω, quod eſt concutio, ut Chœroboſcus. Sed eam legem ad Aegyptiorum imitationẽ Diodorus inſtitutam ſcribit, apud quos ſancitum erat, Vt eorum corpora, Qui Ciuitatibus bellico uſu addicti forent, a' Creditorum uiolentia libera eſſent. In bona tantum illi ius haberent. Eodem inquit, modo ſanxit Solon, ne ob uſuras Corpora Ciuium necterentur. plurimi enim per ſummam inopiam fœneratoribus, inquit Laertius, corpora ſua exponebant, ac ſuper his fœnerabantur. Siſachthea hæc Chreocopia item dicitur, quaſi debitorum abſciſſio. Ex quo Solonis amici quidam Chreocopidæ ex debiti retẽtione ſunt appellati. Cũ enim ii Solonis mentem percepiſſent, præoccupantes multas pecunias fœnori acceperunt, agrum'q; ex iis maximum aſtute compararunt. Ex quo & Solon nõ minima eſt aſperſus infamia, uelut iniuriæ particeps. Mox tamen tanquam eo nomine diis gratias agerent, inſtitutum ſacrificium Siſachtheam item appellarunt.

¶ Tabulæ, & Codices accepti, & Expenſi. Aduerſaria quæ ſint. Iuuenalis locus declaratur. Apocha quid, & Antipocha. Item de Nexis. Cic. locus explicatur. Prytanea, ſiue Sportulę quid. Caput XXI.

Tabulas, de quibus pauloante facta a' nobis mẽtio eſt, Cicero pro Roſcio Comœdo accepti, & expenſi appellatione diſtinguit, Si tabulas inquit, C. Fannius accepti, & expenſi profert ſuas in ſuam rem ſuo arbitratu conſcriptas, quo minus ſecũdum illas iudicetis, non recuſo. Apud eundem, atque adeo eodem loco Codex accepti, & expenſi nominatur. Sed id aduertendum amplius, Quæ apud eundem Ciceronem dicantur Aduerſaria. Hæc uero non aliud fere uidentur, q̃ Libelli, in quibus negotiantes per ſingulos dies ſcribimus, quod damus, uel accipimus, relaturi poſtea in Codices accepti, expenſi'q;, aut in tabulas. Significant hoc Ciceronis uerba. Nimium cito ait, me indagare de tabulis, Non habere ſe hoc nomẽ in codice accepti, & expenſi relatum, confitetur. Sed in aduerſariis patere ꝓtendit, uſque eo'ne te diligis, & magnifice circunſpicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, Sed aduerſariis petas? Aduerſaria dici arbitror, quod aduerſa parte etiã ſcriptis implerentur, & per tranſuerſum quoq;, nam negligẽter admodum conficiebantur, quia delebantur ſtatim. Etenim menſtrua erant. Tabulæ uero æternæ, Aduerſaria deniq; parui temporis memoriam. Tabulæ perpetuæ exiſtimationis fidem, & religionem amplectebantur. Hęc ſunt deiecta, Illæ in ordinem confectæ, In iudicium Aduerſaria protulit nemo, Codicem protulit, Tabulas recitauit. Aduerſaria huiuſmodi a' Satyro nobili ſignificata intelligo, Verſu illo, Et Longi relegit trãſuerſa diurni. Quod Interpretes nõ uiderunt. Morem hũc ex tranſuerſo quandoq; ſubnotãdi in Epiſtolis etiam

ſeruatum

ſeruatum Cicero Ad Atticum Libro quinto præmonſtrat. Nunc uero inquit, uenio ad trāſuerſum illum Epiſtolæ tuæ uerſiculum, in quo me admones de ſorore, quæ res ſe ſic habet. Aduerſaria fere ac Calendaria idem accipimus, quando & in iis ſingulorum menſium rationes referebantur, dicta ſic, quod ſingularum Calendarum nomina præſcriberentur, meminit Scæuola digeſtis de Statu liberis. Item Seneca, Calendariū uerſat, fit ex Domino ꝓcurator. Calendario præpoſitum, inuenies apud Aphricanum Iureconſultum, Calendarium uero Sacrificium, quod Calendis obire, moris fuit, dici legimus in ueteribus memoriis. Sed & rōnariū inuenias pro Libro, in quo uel ꝓtractuū, uel geſtarū rex rōnes cōprehēdant, ex quo & apud Marcellinū Rōnarius apparitor, Qui rōnariū ꝓficit, ac rōnibus preeſt, Quē Rōcinatorem nuncupauit Columella. Rationibus inferre apud latine, ac ex formula loquētes, eſt in Rationario perſcribere, quid cui ſit erogatum. Dignum uero ſcitu, eſſe in hoc itē uſu, quas uocant Apochas, quæ fiunt, ut iis probetur ſolutio, ſatente creditore, ſibi ſatiſfactum. Ideoq; debitori traduntur, Interſtitium fit tamen, Vt ſcribit Vlpianus, inter Acceptilationem, & Apocham, quoniam Acceptilatione omni modo liberatio contingit, etiamſi non ſit perſoluta pecunia. Apocha uero non alias, ni ea ſit erogata. Antapochā ſunt qui chirographum interpretentur, quod Creditori conficit Debitor, fatendo a ſe quid ſit perſolutum. Antapocham intelligunt alii, Chirographum, quo ſe obligat aliquis, ac ſe debere fatetur. Apocham Græci ἀποχὴν dicunt, quo nomine quandoq; ſignificatur Receptio. Quod uero ad Nexos item attinet, Inuenio, obligationem omnem apud Veteres, quæcunq; per æs & Libram fieret, Nexum fuiſſe nuncupatam. Idq; necti ſolitum dici, quod eo modo obligaretur. Innuit hoc & in topicis M. Tullius, ubi ait, Abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio. Nexus inquit Boetius, eſt quædam Iuris ſolennitas, quæ fiebat eo modo, quo in inſtitutionibus Caius exponit. Ad hoc ipſum reſpicit Ciceronis illud de Oratore Libro primo, Nexorum iura in Cauſis uerſantur Centumuiralibus. In cuius tamen Loci enarratione mira proferri delyramenta, Sciunt, qui huiuſcemodi elegantiarum non ſunt omnino imperiti. Nexum quoq; æs uocat pecunia, quæ per nexum obligatur, Dicitur et Laqueus nexilis Apuleio. Sed & Nexilis item ueſtis, Cuius fuit uſus ante textilium inuentionem, ut apud Lucretium non Somniculoſus obſeruabit Lector.

Nexilis ante fuit Veſtis, quàm textile tegmen.

Cæterum doctioribus hæc forte operæ uidebuntur leuioris, proinde ne γῆς ἐντερα, ideſt terræ interanea ſtudioſius uidear conſectari, ſtilum reprimam, illud modo adieciſſe contētus, Pecuniam apud Græcos ab Actore, ac Reo conſtituendi gratia Iudicii contributam, depoſitamq; Prytanea nuncupari, Quæ a Romanis Sportulæ ſignatur nomine. Cæterum, qui ſuccubuiſſet, omnia reſoluebat, Ea uero in publicum cedebant, aut Iudicum mercedem. ex quo & ipſas iuris dicundi Stationes Theſes quandoq; appellatas, legimus. Prytaneorū meminit Iſocrates ad Callimachum.

¶ Explicatur Quintilianus de Oris multiplici uitio. Anaſtomoſis quid. De Bato. & Battologia. De Ouidio ſcitu digna. Item de Chærephonte. Et Eretrienſibus, ac Alcibiade. Fringultire quid. Caput XXII.

IMprimis, inquit Oratoriarū inſtitutionum primo Quintilianus, Vitia, ſiqua ſunt, Oris emendet, ut expreſſa ſint uerba, ut ſuis quæq; literæ ſonis enuntiētur. Quarūdam enim exilitate, uel pinguitudine nimia laboramus. quaſdam, uelut acriores, parum efficimus, & aliis non diſſimilibus, ſed quaſi hebetioribus permutamus. Quippe ϱ, literæ, qua Demoſthenes quoque laborauit, Lambda ſuccedit. hæc Fabius. Scimus uero duo eſſe imprimis Oris uitia, quorū altero peccantes, Iſchnotetas uocat alibi Fabius, cum gracilis eſt nimium, & tenuis literæ enuntiatio, Alterum uitium Plateaſmum appellauit idem a uocis, ut opinor, pinguitudine. Quo modo qui loquitur, & Curioſius gutture utitur, λαρυγγίζειν græce dicitur. meminit pro Cteſiphōte Demoſthenes. Verum ut luculentior, expreſſiorq; fiat eminentiſſimi auctoris enarratio, ad Ariſtotelis uireta diuertendum, Abs quo lingua peccantium, turbideq;, & adhæſe loquentium tres fieri ſpecies animaduerto, ἰσχνοφώνας, βαυλὰς, καὶ ψελλὰς, hoc eſt, Iſchno-

phonos. Traulos. Pſellos. Eſt utiq; Traulus, ſiue Blæſus, qui literam aliquam exprimere nõ poteſt, eam'q; non quanlibet, Sed certam. Pſellus, ſiue Balbus, qui in enuntiando, literam præterit, aut ſyllabam. Iſchnophonum ſunt, qui latine dicant Hæſitantem. Vitium eſt inquit, ἀφ' τὸ μὴ δύνασθαι ταχὺ σωάλλαι τὴν ἑτέραν συλλαβὴν πρὸς τὴν ἑτέραν, ideſt ex eo, quod cito ſyllabæ ſyllabam cõnectere minus poſſit. Quæ utiq; omnia ex imbecillitate proueniãt, neq; enim intelligentiæ ſumminiſtrare lingua poteſt. Cum uero quaſi in receſſu oris uox auditur, Cœloſtomia nuncupatur. Anaſtomoſis autem ad præſens negotiũ ſpectat nihil, ideſt ἀνάστομωσις, Eſt autem eo uocabulo Medicis adapertio, Vt cum Venarum ora recluduntur. Sed a' Diuerticulo fabulam repetamus. Remotis autem uitiis, emendata cum ſuauitate uocum explanatio ὀρθοέπεια uocatur. Et quoniam cum Quintiliano nobis res eſt, ne id quidem amplius explicare grauemur, Quod ait, eſſe per ſonos uitia oris, quæ ſcripto monſtrari non poſſunt, Vt eſt Iotaciſmus, & Lambdaciſmus. Scribit Diomedes, eſſe Iotaciſmum, cũ I, litera ultra iuſtum decorem enuntiatur. Idem & in Lambdaciſmo intelligit, cum L. ſono profertur pleniore. Inuenimus tamen aliter a' Martiano Libro qnto uitia hæc finiri. Eſſe quippe Metaciſmum, cum uerborum coniunctio M. literæ aſſiduitate colliditur, ut ſi dicas, Mammam ipſam amo, quaſi meam animam. Lambdaciſmum uero, ubi L. plurimum diſſonat, ut ſi dicas, Sol, & Luna lucent luce alba, Lactea. Iotaciſmum, uti ſi enũties, Iunio Iuno Iouis iure iraſcitur. Polyſigma uero eſt, ubi S. Litera crebrius geminatur, Soſia in Solario ſoleas ſarciebat ſuas. Inter eos, qui in memoriis ueteribus lingua fuiſſe præpedita memorant, Legimus & Batum, a' quo Cyrænas in Aphrica conditas ferunt, quem adeo fuiſſe iſchnophonum tradunt, ut ab eo defluxerit uerbum βατταρίζειν, quod inſigne pnuntiandi ſignat impedimentum in iis, qui uocis uix ſint compotes, niſi a' ſono malimus conformatum id, Vt βαρβαρίζειν, ποππύζειν, Vt uerius de Vitio ſit homini enatum cognomẽtum. Quanquã eſt & Batus, ſiue Batis mollioris piſciculi, delicatioris ue ſpecies, unde Batidoſcopi appellati Opſophagi, & Gulones. Fuit & Poeta Batus ineptior, qui dũ Simulacra, & Statuas ueribus, ac hymnis celebraret, menſum excedebat legitimum, eandem'q; ſæpicule cantilenam recinebat, Quod iterationis uitium, & nimietatis inde etiam Batologia nuncupatur. Quo & Ouidium laboraſſe, Seneca ſcribit. Propterea Montanum declamatorem, ſententias ſuas repetendo corrumpentem, dum non eſt cõtentus unam rem ſemel bene dicere, Scaurus inter Oratores Ouidium uocare ſolebat. Qui & ipſe neſciat, quod bene ceſſit, relinquere. Cum Polyxena eſſet adducta tumulo Achillis ĩmolanda, Hecuba dixit, Cinis ipſe Sepulti In genus hoc pugnat. Poterat eſſe contentus, adiecit, Tumulo quoq; ſenſimus hoſtem, neq; hoc contentus addidit item, Æacidæ fœcunda fui. Aiebat Scaurus, nõ minus magnam Virtutem eſſe, ſcire deſinere, quàm ſcire dicere. Et quoniam de Ouidio agimus, aduertendum item, in quo ab eodem taxetur Seneca in naturalium quęſtionum libris, Vbi Diluuii excutit ratio. Illud inquit, Poetarum ingenioſiſſimus egregie pro magnitudine rei dixit. Oĩa Pontus erat, deerant quoq; littora Ponto, niſi tantum impetum ingenii, & materiæ ad pueriles ineptias reduxiſſet. Nat Lupus inter Oues, ſuluos uehit unda Leones. Non eſt res ſatis ſobria, laſciuire, deuorato orbe terrarum. Et nequis parum apte agglutinata hæc a' nobis putet, Ad ea Quintilianum reſpexiſſe contenderim, dum Libro decimo, laſciuire in heroicis ſuis Ouidium ſcribit, & eſſe nimium ingenii ſui amatorem. Simul quia frigida eſt, & pueriliſ in Scolis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat aliquam utiq; ſententiam, & huius uelut præſtigiæ plauſum petat, a' quo non abſtinet Poeta hic, quem tamen neceſſitas forte excuſarit, res diuerſiſſimas in ſpeciem unius corporis colligentem. Illud obiter adnotarim, In Cæcilii Minutiani Apulei fragmentis obſeruatum, Annis ſeptem in exilio conſumptis, functum eſſe fato Ouidium, Cal. Ian. qua die T. quoque Liuius deceſſerit. Structum item illi a' Barbaris per multas lachrymas Tymbon ante Ianuam. Auctor Idem Minutianus eſt, Coruinum ab Ouidio appellatum fuiſſe Ibin ex Auis fœditate, cui uentrem roſtro purgare, inſitum ſit, et hoc ex Callimachi imitatione, pulſum quoq; in exilium, quod Aug. inceſtum uidiſſet. Sed ut a' diuerticulo redeam⁹ ad fabulam, Chærophontem lego Socratis perfamiliarẽ fuiſſe ἰσχνόφωνον, & quia ſimul nigricantis erat coloris, interfuſo pallore, Nycterida cognominatum, quæ uox nobis Veſpertilionem indicat, atque item pyxinon. ideſt buxeũ. Hic uero eſt Chærephon is, cui reſpondiſſe Pythiam ferunt, Ϛοφὸς σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' εὐριπίδης, ἀνθρώπων δὲ πάντων σωκράτης

τῶν σωκράτης σωφόκλης, ideſt Sapiens quidem Sophocles, Sapientior uero Euripides, At omnium ſapientiſſimus Socrates. Eretrienſes porro inceſſuntur apud Eruditos, quod Literam ρ, crebrius, aſperiusq; inculcarent, Sicuti in Alcibiade Lambdaciſmum adnotatũ ſcimus. Hic eſt, de quo iactatum legitur, Alcibiades duos non tulerunt Athenæ, neq; item Lyſandros duos Sparta. Arrius apud Catullum, mirifico uelut pruritu, flatilem tum uocalibus, tum conſonantibus inſerebat, quod Poetæ teſtatur epigramma nobile. Poſtremo Fringultire ex Apuleii doctrina præpedite eſt, ac obſcurius uerba enuntiare. Nam in Magia ſic adnotauimus ſcriptum. Qui eloquentiæ patrocinium uulgo profitetur, etiã honeſta dictu ſordide blaterat, ſæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultit, uel omnino obmuteſcit. Et iterum, Audiſti priuignum meum uix ſingulas ſyllabas fringultientem. A fringilla uerbum deflecti, putat Feſtus. Eius uero auis querula eſſe uidetur uox. Nam & Martialis ait. Nunc ſturnos inopes, fringillarumq; querelas Audit.

¶ Bambalio qui dicatur. Item quid Catapeplaſmenon. quid Apodos, Alcibiadis Balbuties. Lamyri notiones. Blæſi qui dicantur, & Arguti. Caput XXIII.

Erum quia in linguæ uitia, ſtilo ducente, recidimus, ante, quam inde digrediamur, ſummonere cũ alia, tum illud quoq; non eſt uiſum omnino incurioſum;
u Quod ex M. Tullii officina eſt. Nam is philippica tertia M. fundum neſcio quem, nullo numero, & prorſus contemptibilem cognominatum ſcribit Bãbalionem ab hæſitantia linguæ, & ſtupore cordis. Sed & Franciſcus Philelphus Vir certe non poſtremæ literaturæ, Ac tum græce, tum latine perpolitus, Poggium his fere inſectatur. Audio tamen eſſe inquit, quoſdam Hermaphroditos, qui & pueri ſint, & puellæ. Eosq; non ſolum ita gigni naturæ ſolertia, Sed etiam arte hominum. id qđ de Poggio Bambalione, ac de aliis nonnullis accepi. Appellationis uero ignominioſæ hinc profluxiſſe ratio uidetur, quoniam denſiorem mutarum in uerbis concurſum deteſtantur græci, propter eum, quem uocant ipſi Pſelliſmum, ut in meſo paracimeno δίδυκα. Sic & in uerbo πέφμπα ueriti Cacophoniam, ab uſu id tempus abdicarunt, quia βομβώδη κόμπον efficiat, ideſt bombo perſimilem ſtridoris ſonum. In quem luſit facetiſſime Comicus βομβαλοβομβαξ, ideſt Bombalobombax, unde factum Bambalioni nomen opinamur. Eſt & Linguæ uitium quoddam dictum Catapeplaſmenon, Cum ſimplicis uocis naturã pleniore quodam ſono circumlinimus, Quoniam ſic appellatur Cantus tibiarum, quæ præcluſis, quib⁹ clareſcunt, foraminibus, recto modo exitu grauiorem ſpiritum reddunt. Cæterum, quod ait Libro undecimo Fabius, quale nam eſt? Vox inquit, ultra uires urgenda non eſt, nam & ſuffocata ſæpe, & maiore niſu minus clara eſt, & interim eliſa in illum ſonum erũpit, Cui Græci nomen ab immaturo Gallorum cantu dederunt. Interrogatus olim uir græce, latineq; ſcientiſſimus Politianus, quæ nam foret ea uox apud græcos, reſpondit, ἀπωδόν. Eſt enim inquit, Apodos uox etiam ea, quæ neq; choro, neq; fidibus cõcordat. Sed hoc profecto uix cohæret. Eſt enim, Apodos communis uox cantibus omnibus abſonis. Sic enim lego in Græcorum monumẽtis, ἀπωδὸν μέλος τὸ μὴ ἀρέσκον, τὸ τῆς ᾠδῆς ἀλλόφιον, hoc eſt, Apodon melos eſt, quod non placet, & a cantu eſt abiunctum, alienumq;. Veruntamen dicitur etiã Apodon τὸ κακόηχον, ideſt ſoni mali. Quiddam igitur necdũ intellectũ, & magis propriũ uidetur Fabius innuere. Nã neq; Cloſmos ſatiffacit omnino, quãuis ea ſit Gallinacea uox. Quamobrem amplius quærendum cenſeo. Illud uero Euripidis nequaquam prętereundũ hic eſt, ſcribentis, quandam Alcibiadi in dicendo balbutiem fuiſſe, quæ uoci illius ſplendorem, & Sermoni gratiam afferre uidebatur. Ariſtophanes quoq; comica feſtiuitate ſic illũ in comœdia balbutientem inducit, Celnis Theolum caput adulatoris habentem. Porro ſcitu dignum & illud, Quibuſdam non ex balbutie tantum, Sed etiam ex mordacitate quadã cognomenta eſſe facta, Sicuti Antigonum legimus appellatum Doſonem, Ptolemæum uero Lamyrum. Eſt ſiquidem Lamyrus loquax, & ſine ratione audax. Lamyrum quoq; mare appellari inuenimus, ueluti dicas, multum, & denſum. Lamyrum item facetum dicunt, & amœnum, unde illud, λαμυροῖς ὄμμασι πυκνὰ γελᾶ. Sed & quæ ſtuporem quendam iniiciũt, Lamyra dicuntur, nam Propinationes Lamyras nuncupatas ſcimus. Cæterum quia Lucu-

bratione præcedenti Traulum interpretati latine ſumus Blæſum, nequis argutior imperitiæ forſan eo nomine coarguere nos tētet, Ceu neſciamus plane, quid Blæſus ſit, Auctores præterea habemus, Blæſum a' pleriſq; paralyticum dici. Alii Blæſum accipiunt, cui in exteriora ſunt obuerſa crura, & prorſum aſſimilantia. λ. literā, quo ex uitio Lambda dicta Eetionis Vxór, Cypſeli Corinthii mater, dicitur'q; Blæſus ὁ βεβλαμμένος τὸ ἴσον τῶν σκελῶν. Rhæbus autem denominatur, cui modo contrario ſe habent crura, introrſum uidelicet obuerſa, de iis aliqua item apud Pollucem. Argutos intelligit Probus, qui præpide, multum'q; loquantur.

¶ Balbutiei ratio ex Galeni doctrina. Incontinens lingua apud Hippocratem quæ ſit. Itē qui dicantur ab eodem Muti. Caput XXIIII

m

Irantur opinor, pleriq;, unde nam ſpueniant euentus huiuſmodi, miratus ſum aliquandiu & ipſe, nec prius deſii animo, ut īterim ſic loquar, fluctuare, quàm multa hinc inde uerſando, cum Galeni ſacraria introſpicere adortus eſſem, Voti compos aliquo modo fieri ſum uiſus. Quæ uero ex lectione id genus cō perta mihi, iam hinc promere pergam in hoc album. Sicuti inquit, ψελλίζεσθαι, ideſt balbutire, linguæ uitium eſt, non uocis, Sic & φαυλίζειν, Si non queat illas articulate uoculas lingua, quæ per t, & r, literas efferunt', enuntiare, q̄lis eſt ipſa hæc Trauloſis, & affines aliæ, Trechi, Tribi, Trachy, Trochos, Trypheros, & id genus complures, In eiuſmodi quippe Lingua primoribus dentibus obfirmetur, & amplificetur, oportet. Si uero infirmior eſt, connititur deterius, proinde'q; t, & r, Literas nequit dearticulare. Sed in t, & l, deflectit. Cæterum uſuuenire poteſt ipſum item hoc, quia ſit aliquo modo breuior. tunc enim non queant dentes primores concentu ſuo linguæ breuioris ictum excipere, ac ſtructuræ ſeriem conformare. Verum hoc rarenter contingit. Illud frequentius, Vt humectior, ac mollior lingua non libere in uerba prorumpat. Quæ temperatura pueris Balbutiē inducit. Id'q; parte iſta contingit, quod & in Ambulandi uſu. nam aut nullo pacto ingrediū tur, aut titubante, & uacillante gradu, non plene abſoluitur inceſſus integritas, Siquidē crura teneriora, molliora'q; ſunt. quo nomine obfirmari, conniti'q; ualide nequeūt. Id ipſum & adultioribus cuenit quandoq;, Vt ſi ſermocinando laborauerint, balbutiant, uelut ii, qui tibiam diutile animauerint. Et quibus uires ex morbo ſint debilitatæ. Sicut & quibuſdā, quibus lingua eſt uehementer exiccata. Verum ſiccitas tanta nulli ineſſe poteſt, qui habitū ſeruet naturalem, atq; ideo ſolius humiditatis immodicæ eſt caſus in iis, qui natura balbutiūt, id linguæ detrimentum, cum eius muſculi firmiter nequeant ſtabiliri. quod eis poteſt accidere uel propter ſuam, uel propter neruorum imbecillitatem. quos uidelicet a' Cerebro ſuſcipit. Quare & Ebrii aliquando balbutiunt, tum quia multa humiditate perfunditur Cerebrum, tum etiam quia ab ipſius multitudine lingua pergrauatur. Cōtingit igitur iis, q ſunt balbi natura, alterum horum, aut Cerebrum habere humectum, uel linguam, uel utrunque. Porro' & illud non ignorandum, Incontinentem dici ab Hippocrate Linguam, quæ infirma eſt, ita ut non poſſit integre uocem dearticulare. Aut immobilem, & omnino reſolutā. Ex eiuſdem doctrina hoc quoq; excerpſimus, Mutos quandoq; ab uno accidēte notiſſimo, quæ eſt uocis interceptio, appellari eos, Qui nullum alium motum ſeruant ſecundum electionem, uel nihil omnino ſentiunt. Iacent autem eodē modo, quo Apoplectici ſine ſenſu pariter, & motu. Hippocratis uerba id ipſum aſtruentia ex Sententiarum ſeptimo ſubieci. Quibus Cerebrum aliqua ex cauſa concuſſum fuerit, neceſſe eſt, ſtatim mutos fieri.

¶ Vocabula plura ad Linguam pertinentia. Gloſſematicum qd, & Gloſſematarii. Dio medes explicatur. Quintilianus ſuo reſtituitur nitori. Scholia, Scholiaſtæ, Soleniſtæ. Lingulati tubuli. Caput XXV.

l

Inguam Græci uocant γλῶτταν, Aglotton apud Ariſtophanem, loqui non ualentem interpretantur, uelut Elinguem dicas. Sophocles tamen eo nomine Barbarum appellauit. Epiglottis, inqt Pollux, ſimplicis uocis eſt organū, Lingua autem articulatæ. Siqui uero linguam habeant, nec loquantur tamē,

Epiglottidis

Epiglottidis uitio id putatur obuenire. Si uero perperam, ac difficulter loquātur, oblæsa lingua est. Turbinatior linguæ pars uocatur Proglossis. Caruncula uero, qua connectitur inferiori parti oris, nuncupat' Hypoglossis. Qua gustus potentia inest, Cephaline. Vtrosq; autē linguæ sinus, & Cauitates Cheramos appellant. Quidam etiam Parasyra, Glossogasteras Comici lingua sibi uictum comparantes dicunt. In tibiis item Glotta est. γλῶσσαν ταπεινὴν dicere uidetur Eustathius fere' uulgarem, uernaculam'ue, ubi ait, ex iis cōfinxit sibi ταπεινὴ γλῶσσα Paramacheron, dixerat enim antea Paraxiphida signare Enchiridion. i. Gladiolū, qui adiacet Ensi, unde etiam uel Homero interprete, nuncupat' Paraxiphis, qm̄ παρ' ξίφεος μέγα κυλεὸν αἰὲν ἄωρτο. Glottocomion uas est linguis recondendis peraccommodum. Glossocomon tamen pro loculis, & Marsupio apud Plutarchum obseruauimus. Sed et ligneam thecam reliquiis aptam reponendis eodem dicūt nomine. Est et sua Calciamentis Glotta, ut apud Isæum Socraticum, Sed & Poeticas uoces Glottas dicebant, unde Aristophanes, πρὸς ταῦτα λέξον, ὁ μήρυ γλώττᾳ τὶ καλεῖται κόρυμβος. Aristoteles in Libro de Poetica. Oē inquit, nomē aut proprium est, aut Glotta, aut Metaphora, Aut ornatus, aut factitium. Aut extensum, aut sublatum, aut permutatum. Et proprium quidem dico, quo utantur singuli. Glottam uero, quo cæteri, proinde liquet, posse idem nomen esse proprium, & glottā, uerum non in eisdem. Quippe Syginon apud Cyprios proprium est, nobis autem est Glotta. Et mox paulo idem Aristoteles, Nomina inquit, dupla Dithyrambis præcipue congruere. Glottas autem Heroicis. Dionysius in artibus Thucydidem scribit, propriū in conscribenda historia characterem excogitasse, non pedestrem omnino, neq; item metricum, Sed ex utrisq; concinnatum. Ac in uerborum delectu tropicam, & glottematicam, ac priscam asciuisse dictionē pro cōmuni, consueta'q;. Et mox, Glossematica inquit, Et prisca, ac obscuriora multis sunt fere', ἀκρεφνὲς, καὶ ὁ περιλογισμὸς, καὶ ἡ περιωπὴ, & consimilia. Inde Glossographi nuncupati. Sicuti cōmeminit Eustathius, ubi ait, Hippotes. i. eques capitur quandoq; ꝓ Exule, ac profugo, ut Glossographi sentiunt. Hi uoces id genus obscuriores enarrant. Latini Glossularios, atq; item Glossematarios dixere. Quo fit, ut Glossematicus Fulgētius aduocetur a' Grammaticis. Et Diomedes genera locutionum quinq; facit. Rationale, Artificiale, Historicum. Glossematicum, Cōmune. Glossemata Quintilianus minus usitatas interpretatur uoces, in quibus Grammatici non postremam requirit diligentiā, Nec me fallit, eū locum a' quibusdam aliter & legi, & enarrari. Sed ipse Dionysii præcipue cōmunitus auctoritate, ita reponendum censeo, quod & in plerisq; Codicibus adnotatur. Sed & alibi primo Libro Quint. Posse a' Puero interpretationem linguę secretioris. i. quas Gręci γλώσσας uocāt, dum aliud agitur, edisci, tradit. Hinc propagatum opinor, ut pleriq; etiā ex politioribus, Glossas pro interpretatione qualibet accipiant. Scholia item sunt interpretamēta, unde & Scholiastę inflectuntur, qui in eo scribendi genere exercentur, uulgus Postillatores dicit, ab otio deflecti uidetur Vox. Nūcupātur iidem uel Hypomnematistæ. Homericos Scholiastas Legisse apud Eustathium uidemur. Ex figura sunt eadem Solenistæ. Sed ii sunt, qui Solenes (genus id Ostreorū est) uenantur, colligunt'q;. Nam Philoxenū quendam nuncupatum animaduertimus Solenistem, idest σωληνιστὴν, Quod primo Solenotheras fuisset, piscator'q;, mox Demagogus, postremo etiam Tyrannus. A' lingua deniq; Lingulam dici, deflecti'q;, non fere' latet, hinc, quod scitu dignum est, Lingulatos legimus tubulos ex parte altera, ut alius in alium inire, cōuenire'q; possint, Veluti Linguæ præferentes Schema.

¶ Ex Lingua propagari plerunq; bona, sæpe etiam mala. Silentii, & Sermonis præparcilaus præcipua. Loquacitatis epodos. Heracliti factum scitu dignum. Item de Zenone. Piscitio cur abstinuerint Pythagorei. Ellopes unde. Caput XXVI.

a Egyptiorum Regem periclitandi gratia, cuiusmodi foret in Pittaco prudentia, proditum memoriæ est. Integri animalis Carnes ad eum transmisisse, petentem, secerneret inde, quod optimum censeret, rursum'q; quod pessimum. At is unam modo linguam eximens ad eum referri iussit symbolice innuens, atq; operte, In ea Corporis portione ingentium sæpe bonorum latere fomites, nec deesse tamen, si prodiga sit, & infrenis, maximarum cladium organum. Hinc apud

Euripidem Ino audacius aſtruit, Tenere ſe tacendi tempora, atq; item loquendi. Sed & qui generoſe, inſigniterq;, ac omnino regie imbuunt, tacere diſcũt prius, mox uero loqui. Proinde Antigonum Regem ferunt, ſcitante filio ex eo, Quando conclamari uaſa iuberet, non aliud reſpondiſſe, quàm Veritus ne es, ſolus, canentem tubam ne audias? Ita cui Principatũ relicturus erat, Secretum cõmittere nõ eſt auſus. Solum monuit, in procinctu foret, ac tacitus expectaret Imperium. Idem fere & Metellus Senex, inſtante ſiquidem quopiã, et eiuſmodi quid efflagitante, Si inquit, tunicam huius arcani conſciam arbitrarer, eueſtigio exutus concremarem. Equidem ſicuti Monas, ideſt Vnitas ſuos minime limites egreditur, Sed omnino unum perſeuerat, manetq;, unde & Monadi nomen inditum, Dyas uero. i. dualitas principium eſt differentiæ indefinitum, ſtatim enim a ſe deficit, duplicatione in multitudinem abiens. Conſimili ratione Sermo ab uno, primoq; non recedẽs uere Arcanus eſt, ac dicitur. At ſi alteri communicetur, iam famæ ordinem ſubit. Nam Poeta nobilis ἔπεα πτερόεντα. i. uerba eſſe dixit alata, uolantiaq;. Nauem quidem uentis abreptam anchoris infrenamus ad rapiditatis hebetandam uim. Sermo ex ore, uelut portu excurrens, Stationẽ nanciſcitur nullam, neq; ut græci dicunt, ἀγκυροβόλειον. i. anchoræ iactũ. fruſtra ſuccinueris Cõmunem futilium Locutorum ἐπωδὸν, dum uerbis humidis, & lapſantibus defluunt, Hæc nemini dixeris. Sile, apud te ſint iſta. Sacris Silentii myſteriis initiari pręſtiterit, ac altius cõtemplari, quanto maiore proſequamur admiratione, amplius q; amemus, Sapientiores arbitrati, Verbis parcentes, &, ut Græci expreſſius dicunt, ψογγώλας, καὶ ῥαχυλόγας, q̃ hoſce effrenes, quos raptari temere uideas, dum Senſuum effutiunt inuolucra, & Verborum inſtrepunt uoluminibus, ac Vocum turba. At illorum præparcus, ſubſtrictusq; ſermo Verbis eſt modicus, Senſu late ſeſe fundit, & expatiatur, hoſce admirans Plato ita laudat, Vt acerrimis eſſe iaculatoribus perſimiles dicat, ἕλκη καὶ πυκνὰ, καὶ σωρηδὸν ἀμμένα φθεγγομένας, hac ratione Spartanos ſuos Lycurgus a pueris Silentio inſueſcere cogebat, Hinc laus celeberrima, Sicuti ferrum attemperãt Celtiberes, ubi in terram defoderint, ac redundãs, terreſtreq; abſterſerint, Ita & Laconicum ſermonem nullis opertum corticibus, omnibusq;, quæ ſupfluant, reſectis, eam habere temperaturam, ut rerum modo uim efficacius perſequatur, exprimatq;. Adde quod Pythii Apollinis templo non Iliada, non Odyſſeã, non Pindari pęanas inſcripſere Amphictyones, Sed cognoſce te ipſum. Nihil nimis. Fideiuſſioni præſto eſt nocumentum. An non & Apollo ipſe in reſponſis affectator erat breuitatis? inde certe additum Loxiæ. i. obliq cognomentum putant, quod loquacitatem, & uerborum colluuionẽ tota ui reclinaret, magis, q̃ ex obſcuritate. Immo uero & qui Symbolice, nullo prorſum uocis uſu, quæ res depoſcat, enuntiat, præſigni laude proſequimur, & admiratione. Sicuti qd ab Heraclito quandoq; factitatum accepimus. Cum enim extentis eum precibus rogarent Ciues, Sententiam ſuam proferret de Concordia, inſcendens eminentiorem locum Aquæ frigidæ calicem ſibi protinus afferri iuſſit, in quem ubi farinæ aliquantulum inſperſiſſet, permiſcere amplius Glachone (Species herbæ eſt) cœpit, moxq; hauriens, ne uerbo quidem facto, inde ſe proripuit, prudentibus intelligendum relinquens, Si uilioribus, ac obuiis acquieſcerent, nec omnino gliſcera, ſumptusq; affectarent immodicos, pacem habituros inter ſe, atq; concordiam. Silentii uero ex Zenonis dicto laus itẽ pręclara eſt. Regios Legatos Athenis conuiuio exceperat quidam, adhibitis etiamnum Philoſophorum pleriſq;. Cum autem, ut aſſolet, multa hinc inde dicerẽtur, Zeno interim tacitus ſingula obſeruabat. Tum Legati feſtiuiter ſubblandientes, atq; propinantes etiamnum, de te uero inquiunt, Regi quid renũtiari iubes? At is recte inquit, Senem a uobis perſpectum Athenis, Qui inter pocula ſeruare ſilentium poſſit. Vnde eſt illud, Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, Qui incõſyderate loquitur, ſentiet mala, Loquendi temeritatem nõ cordis modo peruigili cura, Sed & Dentium excubiis in ore collocatis circunſcripſit natura, obſepſitq;. Laudi eſt facundia, inanis uerborum ſonitus, nulla ſubiecta ſententia, nec ſcientia, uitio non caret uel maximo. nam ἀχαλινὸν στόμα, ideſt oris effreni poſtremum infelicitas occupat. Anacharſis in Conuiuio apud Solonẽ conſopitus ita decubuerat, Vt ſiniſtra cõprimi pudenda uiderentur, Os autem dextra, quod freno ualentiore indigere linguam opinaretur, recte utiq; coniectans. Quando non facile tot recenſueris homines, Qui Venereorum intemperantia calamitates ſibi contraxerint, Quot Ciuitates, Principatusq; arcanorum deſolauit enuntiatio. Hinc a

Sapientibus

Sapientibus coniectatum, dicendi quidem homines esse nobis magistros, Tacendi autem Deum nos habere pręceptorem. Quando in sacris, mysteriis'q; fauere linguis iubemur. Proinde Simonidis sententiæ firmiter inhærendum, quem dicere solitum accepimus, ὅτι λαλήσας μὲν, πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ οὐδέποτε .i. locutum esse pœnituit sæpe, tacuisse nunquam. Hinc & Pythagoricos Athenæus scribit, Animantes quidem reliquas attigisse, uerũ moderate, quasdam etiam immolasse. Pisces autem nec gustasse omnino Echemythiæ. i. silentii ratione. Quippe Silentium esse opinantur diuinum quiddã. Pisces uero prorsum sine uoce animaduertuntur, uel parœmia suffragante apud Lucianum, cæteros'q;. Quin eiusdẽ argumento rei Ellopas dicere pisces poetis mos irroborauit, ueluti Illopas, nam ἴλλεσθαι prohiberi, exui'q; signat, Ops uero significantiam habet uocis. Sunt uero Ellopes Theodoro Accipenseres.

¶ Pudicitiæ commendatio. Patauinarum laus. De Cornelio Sacerdote Patauino. Hyperoum quid. Caput XXVII

d Octissimi Viri sententiam esse, Hieronymus scribit, Pudicitiam imprimis eẽ retinendam, quoniam ea amissa, omnis ruat uirtus, & in ea decoris muliebris enitescat principatus. Hęc pauperem commendabilem facit, Diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram. Viros quidem cõsulatus illustrat, effert in æternum nomen Eloquentiæ claritas. Militaris gloria, & ex deuictis gentibus Arreptus triumphus parem quodammodo Deo facit. Multa porro' sunt, quæ ingeniorum fertilitati nobilitatem adoptent præsignem. Perpropria mulieris Virtus Pudicitia censetur. Hæc Lucretiam Bruto æquauit, nescias, an etiam prætulerit, quoniam Brutus non posse seruitutem pati, a' fœmina commonitus edidicit. Hæc æquauit Corneliam Graccho, hæc parem alteri Bruto Portiam fecit. Notior est Marito suo Tanaquil. Hierophantas quoq; Atheniensium Cicutæ sorbitione castrari solitos legimus. Et postquã surrecti in Pontificum amplitudinem fuerant, Viros esse desisse. At nullis cicutis Antiochus tertius Virũ tamen agere nõ sustinuit. Qui conspicatus Dianæ Sacerdotem forma præcellentem, confestim Epheso abiit, ne sensuum illecebrosa uiolentia transuersum raperet, quippiã exprimẽs, quod castum minus, minus'q; sanctum foret. Cęterum inter Virtutis huiusce claritates adeo præsignis, adeo'q; gemmis, & omni auro pretiosioris, etiamsi in plerisque enituit, Quas tamen Veteribus præferas, Patauinis, inuenias haud sane' multas. Castitas Loci, & Seueritas tantum non incomparabilis abiit in prouerbium etiã Antiquis. Quis enim non legit uel illud Val. Martialis ex XI. Epig.

Tu quoq; nequitias nostri, Lusus'q; libelli
Vda puella leges, sis patauina licet,

Quod siquis inuide nimium solers est, ac lepidissimo poetæ credendum minus opinat', Is quæso Plinii Cæcilii ex primo Epistolarum astipulationem audiat, Qui, ubi uniuersam trãspadanæ Italiæ partem, ut multum uerecundiæ, ac frugalitatis antiquæ retinẽtem collaudauit, deniq; ait de puella quadam, Habet Auiam maternam, Serranam Proculam e' Municipio patauino, nosti loci mores. Serrana tamen Patauinis quoque Seueritatis exemplum est. Durant etiamnum in Virginibus priscæ castitatis uestigia, quando non nisi operta facie prodeunt uisendæ in publicum, uelut dictent subinde illud Hieronymi, Illa tibi sit pulchra, illa amabilis, quæ procedens in publicum uix uno oculo, qui uiæ necessarius est, patẽte ingreditur. In hoc scitu dignum illud occurrit, quod in Græcorum obseruatum historia est, Siquidem apud Spartanos diu obtinuisse legimus, Vt aperta facie uirgo, at conuelata nuptæ in propatulo uiserentur. Cuius eam Charilaus reddebat rationem, ὅτι τὰς μὲν κόρας ἄνεπτας εὐρεῖν δεῖ, τὰς δὲ γυναίκας σώζειν τοὺς ἔχοντας, idest Quoniam Virginibus Viros sibi ꝓspicere, necessarium sit, Mulieribus autem, quos compararint, custodire. Obseruatum & illud, Chalcedonias mulieres eum seruasse morem, ut si in alienos uiros, & magistratus potissimum inciderent, dimidium retegerent faciei, Quæ a' Viduis coorta consuetudo prorepsit & in eas, quæ iunctæ uiris forent. Sed nec in fœminis modo se patauinæ Virtutis extulit altitudo. Nam ut Thraseæ patauini philosophi sanctam morũ grauitatẽ Cornelio Ta-

cito, Martiali, Cæteris'q; celebratam omiſerim, Ac ſumma præcellentes doctrina, & eloquẽ tia Viros pręteream. Scribunt Platonici ſcientiſſimi, Eſſe quãdam Animi Vacationẽ, Quæ ab admiratione fiat, qua Sibyllæ, ac Pythiæ Sacerdotes, cum Iouis, aut Apollinis intimum irrupiſſent Specu, ac prorſum eſſe ibi cæleſte numen, animo conſtanter concepiſſent, in eũ abire Stuporem ſolitas diuinæ maieſtatis ueneratione, Vt Senſuũ, ac Phantaſiæ, rationis'q; omnino conticeſcente ui, tota mens in Deum uiſa conſurgere, inde'q; auguſtior, futurorum ſcientia inſtrueretur ampliſſime. Quamobrem Cornelium Patauinum Sacerdotẽ, loco no bilem, religione uenerandum, Vitæ caſtitate perſanctum, repente altius mẽte ſurrecta, pro/ clamaſſe, in mutuam cędem Exercitus coorientes ꝓſpicari ſe, pugnari'q; mox, ac deinde ali/ os cædere, alios urgere, cædem, fugam, tela uolantia, prælii inſtaurationem, gemitus, Vul/ nera, perinde ac in re præſenti uerſaretur ipſe, deniq; uociferatum, uiciſſe Cæſarem. Ita affe ctos fuiſſe Corybantas, Orpheus ſcribit. Eodem & Vaticinii genere præcelluiſſe Carthagi nenſem Albigerium legimus, Quem ſcimus, quicquid egiſſet quiſque, aut omnino cogita/ uiſſet, Dæmonibus afflantibus, reſpondiſſe. Id quod uix impetraret fidẽ, ni eiuſmodi ſe ua/ ticiniis interfuiſſe pluries, grauis auctor Auguſtinus teſtatum uoluiſſet. Hæc de Ciuitate no biliſſima prolibaſſe nos, haud mirari cõuenit. Illi, quicquid ſumus in literaria quaſi negotia tione, poſt Deum opt. Max. & parentum curam acceptum ingenue referimus, Illic bonam ætatis partem educati, imbuti'q; tum græce, tum latine. Mox uero & Prouincialium ſtipẽ/ diis profitendi munere perfuncti. Quin & haſce, qualeſcunq;, Lucubrationes noſtras ibidẽ in Fortunæ domo, ſiquid & hoc ad rem facit, condere auſpicati ſumus, quas & diu iam ab ſolutas materiam feciſſemus publicam, ni bellorum intonante grauius fragore, Studiorum curam interpellatam uehementius retudiſſet dimicatio de Capite, ac librorum ſupellectile toties ſubeunda. Proinde ἀντιπλαργῶμεν, ideſt uicem rependimus, ut poſſumus. Certe lo ci memoria dulciſſima æſtuationem mentis lenit ſępiſſime. Hyperoum deniq; Thalamum, Vt paucis diuerticulum repetamus, Græci interpretantur δίστεγα, Virginibus deſtinari a' Veteribus ſolitum, ut cuſtodirentur tutius.

¶ Chiorum caſtitas eximia. De filiabus Erechthei. Ciceronis locus illuſtratur. Leocoræ puellæ quæ ſint. Item Macaria. Caput XXVII.

1 Egimus uero in Græcorum monumentis, maximum quoq; temperantiæ mu liebris argumentum prodiiſſe ex Chio, Quoniam neq; adulterium, neq; ille/ gitimum concubitum, ſi credimus, ullum ibi accidiſſe unquam fere', proditũ memoriæ eſt. Mos præterea inoleuerat ibidẽ uetus, Vt Virgines ſacrorũ ſtatu tis temporibus in unum omnes coactæ per aliquot dies una' uerſarent', Quas earundem amatores facto item agmine inſequebantur, quo ludentes eas inter ſe, ac ſaltan/ tes conſpicerent, noctu autem eodem agmine ſingularum domos ingreſſi, Parentibus, fra/ tribus'q;, quæcunq; facto opus eſſet, adminiſtrabant. Eueniebat uero ſæpius, Vt eandẽ plu/ res amarent, Sed amore tam ſancto, atq; modeſto, ut cum primum tradita Viro puella fo/ ret, repente omnes inde reſilirent. Illud deniq; proditum monumentis duodecimo philip/ picorum a' Theopompo eſt, conſueuiſſe Athenienſes inter ſacrificandum Chiis, & ſibi p/ ſpera comprecari a' Diis. Sed de Chio item Eupolis hæc, αὖτη χίος καλὴ πόλις. Cæterum ut racematio hęc quippiam uariantis habeat amœnitatis, explicemus interim M. Tullii no/ dum ex primo Thuſculanarum quæſtionum, in quem impactus Interpres cõniuet. Item'q; ex Oratione pro Seſtio, in qua ſic ferme' legimus. Mortem, quam etiam Virgines Athenis, Regis Erechthei filiæ pro patria contempſiſſe dicuntur. Ego uir conſularis, tantis rebus ge ſtis, timerem? Meminit & de finibus quinto, uerum ſub eodem obſcuritatis inuolucro. In/ uenio igitur Erechthei filias primum per quandam Exochen παρθένους, hoc eſt Virgines nuncupatas, & ſex fuiſſe numero, Protogeniam. Pandoram. Procrin. Creuſam. Orithyiã, Chthoniam. Ex iis Protogenia, & Pandora pro Regionis ſalute iugulandas ſe obtulerunt, ingruente Bœotio bello, immolatas uero ferũt in pago hyacintho, unde & Virgines hya/ cinthides ſunt cognominatæ, Sicuti Phanodemus teſtatum reliquit, atq; item Phrynichus non prætermiſit. Sunt ex Græcis, qui ex Apolline, ac Creuſa Iouem memorent natum, quę ra

tio effeciſſe

tio effeciſſe traditur, Vt Athenis Apollo coleretur Patrous. ueluti Progenitorum unus. Si/cuti Iupiter, item eodem colebatur cognomento, ſed cauſa diuerſa. Nunc illud obiter adno tatu dignum, Erechtheum hunc ex terra editum præbuiſſe argumentum, Vt Athenienſes, quibus is imperitarit, terra item geniti cenſerentur, ac nominarentur αὐτόχθονες, Sicuti docuit etiam Plato, proinde & eius rei ſymbolum, τέττιγας, ideſt Cicadas aureas ſolitos ge/ſtare, dictos & eo nomine Tettigophoros. Etenim eiuſmodi tradit animalis eius origo. Cu/ius rei teſtis quoq; locupletiſſimus extat Thucydides hiſtoria prima. Et nos antea comme/minimus. Demoſthenes in funebri oratione mẽtionem puellarum habet, Hyacinthidas, ut prætexuimus, docens cognominatas. Et quia ibidem Leocoræ, item nominãtur, Amplius ſciendum, in græca hiſtoria Sacellum Leocorium nominari frequenter. Eius memorabilis ratio traditur, Quodam tempore ingens annonæ caritas Atticam uehemẽtius premere cœ pit. Conſulta oracula cecinere, malorum finem non defuturũ, Si immolaretur puella. Tunc publico bono permotus Leos quidam, Orphei filius, Sicuti nonnulli interpretantur, filias Ciuitati immolandas exhibuit, Phaſithean, Siue ea ſit Praxithea, ut eſt apud Ælianũ, Theo pen, Eubulen, Quæ tanto beneficio inopiæ nacta exitum, Pietatem Patris Puellarum con/ſecrationis honore putauit rependendam, ſtructo ſacello, quod ab ipſius nomine, necnon a' Puellis, quas Græci κόρας dicunt, Leocorium eſt appellatum, meminit Strabo, Thucy/dides, Cicero de natura Deorum tertio. Demoſthenes, Audierunt inquit, Leontidæ fabu/lis celebres Leocoras, ut eas obtulerint σφάγιον τοῖς πολίταις ὑπὲρ τῆς χώρας. Cicero, quod ad Erechtheum ſpectat, Illum ſcribit cum filiabus numinum uice coli. Sunt qui id pu tent factum, quod diximus antea, bellante aduerſus Eumolpum Erechtheo, qui cum ſe futu rum uictoriæ compotem accepiſſet, ſi filiam immolaſſet prius, Communicata re cum Praxi thea uxore, illam mactauit, Cuius in Erechtheo meminit Euripides. Erechtheum, & Erich/thonium Libro temporum pro eodem accipit Euſebius, Quem etiam ſcribit, primum Qua drigas iunxiſſe, Sed in Græcia tantum, nam apud gentes alias iam tum fuiſſe, certiſſimis p/bari argumentis poteſt. Propterea Virgilius.

Primus Eichthonius Currus, & quattuor auſus Iungere Equos.

Macariam quoq; Herculis filiam pro incolumitate publica ſe deuouentem magnifice ab A/thenienſibus eiſdem funeratam accepimus. Eius in Hippia ſic commeminit Plato, Maca/riæ Herculis filiæ ad expiandum ſcelus ſacra facito. profanæ enim ſunt o Socrates huiuſmo di quęſtiones.

¶ De Leonibus non indigna relatu adnotata quæpiam. Leoni mortuo barbam uelle/re, quid. Martialis Locus exponit. Diomedis filiæ cur dicerentur Equæ. Charopi oculi, & Raui, qui ſint, Atq; item Helicopes. Alcæa quid. Prouerbia ex Leonibus conformata. Caput XXVIII.

Leonem animal notiſſimum, inueni inter grammaticos græcos, qui dicerent, a' uidendi potentia nomen eſſe adeptum, παρὰ τὸ λάω, τὸ θεωρῶ, quod ſit
1 fera uiſus acutiſſimi. Sicut in Libro, quem ad Herodotum ſcripſit, Manethon tradit, nec unquam omnino admittat Soporem. Sed hoc aliis uidetur perab/ſurdum, neq; enim eſſe aliquod animal, cui perpetua ſit uigilia. Quod ipſum Ariſtotelis doctrina prorſum comprobatur. Forte inquiunt, ut Dorcades, apertis oculis Leo conquieſcit. unde irrepſit ſententia, illum nunquam dormire. Leonis oculus, utiq; perma/gnus eſt. At incumbens oculo pellis longe minor, quàm, ut oculum totum ualeat obtegere. unde fit, ut oculis apertis, ſomno frui uideatur. Ab hoc animali formatum adagiũ, ſcribunt Græci, Sed & Latini certatim λέοντα ξυρεῖς, hoc eſt, Leonem radis, de iis, qui factu impoſſi bilia tentant, aut non citra periculum. Propterea Plato, ſicuti commeminit etiam Philoſtra tus, idem eſſe dixit, Leonem radere, & Thraſymachum συκοφαντεῖν, hoc eſt, calumniis cir/cumuenire, ad quod alluſerit Epigrammatum decimo Martialis illis uerſiculis.

Quid uellis uetulum Ligella Cunnum.
Quid buſti cineres tui laceſſis?
Quare, ſi pudor eſt, Ligella noli
Barbam uellere mortuo Leoni.

Cæterum cur deniq; Poeta doctiſſimus partem in muliere, quæ honeſte nominari haud poteſt, Leonem cẽſuerit appellandam, quod erat explicandum imprimis, aut non tradit', Aut ineptiæ ſiculis gerris, ac diphthera uaniores proferuntur. Quas ex Diametro a' ſenſu legitimo diſparari contenderis. Sunt enim qui ideo dici opinentur, quia mirum in modum Leoni fœtet Anima, quod Plinius, & Ariſtoteles ſcribunt, Vel inquit Domitius, quod placet, Prouerbium eſt, cum uolumus aliquem excitare, qui moueri non poteſt. Sed boni conſulãt Eruditi, Siquid pręter opinionem acutiſſimi Interpretis in medium protulero. neq; enim bibliotaphi ſumus, Sed quicquid Lectione uaria compertum nobis eſt, gratiſſimo animo in literas mittimus publico ſtudioſorum emolumento, Iudicent uolentes, Sed citra Liuorem. Nec Suffenum agere me putent, prius, quàm rem amplius introſpexerint. Legimus in Nicandri theriacis ad hunc modum.

Δύεις κεγχρήναο δολιχὸν τέρας, ὅντε λέοντα
Ἄϊολον αὐθάξαντα πδρίσκιον φολίδεσσι.

Eum Locum doctiſſimus Interpres enarrans inquit, ad uerbum fere' tralata ſententia. Eſt Cenchrenas oblongus ſerpens, maculoſus, quem etiam dici Leonem, aſſerit Nicander, uel ex uariantibus ſquammis, aut ex generoſitate, aut quia rectam geſtat caudam, & ſe ea diffla gellando excitat in pugnam. Vel quia mordet, et hominis ſanguinem exorbet. Quæ ipſa & Leo facit. Ex iis animaduerto, acutiſſimum, ſimul & doctiſſimum Poetam muliebre pudendum Leonis nomine feſtiuiter appellaſſe, quoniam & ipſum coitus auidum, Sit honor auribus audientium, ſubinde maſculorum ſanguinem exugere non deſinit. Vrinam ſiquidem genitalem eſſe concoctum ſanguinem, plures tradidere. Et Satyrus innuit.

Accipiat ſane' mercedem ſanguinis, & ſic
Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem.

Mortuum uero dixit, quoniam ætate iam uideretur emeritum, & ad uenereos uſus hebes, ac frigidum. Hæc porro' tetra libido Diomedis filias in Thracia Equarum nomine celebres facit, ut quæ turpiſſimæ aduentantes uoraſſe ſint dictæ, quanquam interimi a' Patre ſolitos, intelligere maluerit Euſtathius. Verum, ut ad inſtitutum redeamus, Scribit in phyſiognomia Ariſtoteles, Leonem inter alias animantes Maris ideam eſſe ſortitum optimã. Os enim habere magnitudinis iuſtæ, faciem autem, Vt ſic interim appellem, magis quadratam, non oſſeam ualde. Superiorem maxillam non prominentem, Sed inferiori comparem, χαροπὸς ὀφθαλμὸς, ἐγκοίλους, ἀ σφόδρα πδριφδρεῖς· ὅτε ἄγαν προμήκεις, ideſt Charopos oculos, concauos, non ualde rotundos, neque admodum proiectos, Glaucos oculos ſplendeſcentes dici, hoc eſt Charopos, Apollonii Interpres ꝓbat, Theodorus Charopos in Ariſtotele, Libro primo fuluos interpretat'. Rauam lupam apud Oratium de oculorum colore dictam interpretantur, quia Rauus Color fuluus ſit, ſed nigroris habẽs aliquid. Proinde Rauos oculos Charopos recte dixeris, quando & Porphyrio Rauum eſſe fuluũ dicit. Adnotãdum uero illud etiamnum, Helicopida puellam dici ab Homero, quæ ſit μελανόφθαλμος, ideſt oculis nigricantibus, quam etiam Helicoblepharon dicimus, quod autem Helicon nigrum ſignificet, comprobat Euſtathius, Et qui Aeſepi fluminis aquã dixit, helicotaton hydor. Sed & apud Homerum Helicopes nuncupantur Græci, quod uarie pro ingeniorum captu interpretantur. Sunt qui ad nauigandi peritiam referant, Vt ſint ἑλίσσοντες πὰς κώπας, ideſt Circunflectentes remos. Vel quod Helicem inter nauigãdum obſeruẽt. Putant alii dictos Helicopas, uelut Axiotheatos, ideſt ſpectaculo dignos, & qui hominum ora in ſe conuertant. Sunt qui ad oculorum referant celeritatem, qui frequenter, prout neceſſe fuerit, huc illuc conuertantur. Et quia de oculis multa regeſſimus in hoſce libellos, Addamus, & Lepidum Pontani Iocum, Qui facetiſſime Domunculam uerius Democulam dici a' Macronilla ſolitam fingit, quod qua die primum eſt ingreſſus quidam, oculum amiſit. Verum hæc in parerga excurrentis ſunt, Illuc redeo, unde diuerti. Quoniam uero Plinius ſcribit, Leonem conuerberando ſe cauda, ſtimulando'q; in pręlium excitari, Sciendum eſt, ex hoc facto dici eam ab Eruditiſſimis Alcæam. ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς εἰς ἀλκὴν ῥέπεσθαι, quod eius incitamento ad fortitudinem exuſcitetur. Homerus, ἀρὴ μὲν πολυρρὰς τε, καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαίεται. Callimachus abſurde etiam in Muſca Alcæam poſuit. Vra uero ẽt pro cauda dicitur, παρὰ τὸ ὀρεῖν, quod cuſtodire eſt. Vel ὅλως τὸ ὀρίνειν ἑαυτὸ τοῦ ζῶου τῇ οὐρᾷ,

quia parte

Quia parte ea se concitent animalia, ut Leo, Taurus, Canis. In Comico Lexico non in Leo nemō intelligitur Alcæa, Sed in Equo itē, & Boue, & id genus aliis, quę, ut adiutorio, utūtur cauda. Scribit Nicephorus in Astrolabi structura, Cor cælestis Leonis dici Basiliscum. Qui uero in Caueis Leonum curam gerunt, Leontocomi appellantur. Ex ungue Leonem describere, per adagium dicimus, cum certioribus argumētis quippiam demonstrari significamus, aut a' proprietate apertissima. Plut. in Libro de Oraculis, quæ defecerant, Admirantibus uero qui aderant, Demetrio autem ridiculum statuēte, a' tam minutis rebus adeo magna uenari, nec iuxta Alcæum, ex ungue Leonem describere, Cleombrotus ait. Leonem bracteatum Seneca intelligit, peregrinis excultum ornamentis, & naturali destitutum generositate. Quoniam gloriari nemo, nisi suo debet. Apud eūdem adagium subnotauimus alterum, quod quia perelegans est uisum, apposuimus. Magnis telis magna portenta feriūtur. Subula Leonem non excipit. Iam uero illud notius, quàm ut a' me explicetur pluribus, Bembinetem apud Poetas Leonem dici Nemieum, a' Bembina Nemeæ uico. Panyasis, δέρματε θήρειον βεμβινήταο λέοντος.

¶ Chimæram allegorice tres indicare Rhetoricæ partes, Vel item Vitiorum multiformem uim. Echidna item quid. Caput XXIX

i Ncidimus nuper in Hesiodicæ Theogoniæ Interpretes. Scitu digna pleraq; ingesserunt se nobis. Ergo & inde Spicilegium fecimus, ne nobis tantum, & musis, quod dicitur, incineremus, atque hisce commentationibus conspersimus, Vt quisque exegit Locus. Nunc illud enotamus, Chimæram sensu allegorico tres Rhetoricæ partes indicare, Dicanicum, siue Iudiciale. Panegyricum, seu Demonstratiuum. Symbuleuticum, uel Deliberatiuum, Vt Leo Dicanicum pręferat genus, quod exterret, ac elingues quodammodo exaduersum dicentes constituit. Chimæra uero, idest Capra Panegyrici obtineat typū, quia lasciuiat lætius tum qui dicit, tum etiamnum, qui audit. Symbuleuticum genus Draconis esse aiunt, quod Varium imprimis sit, ac πολύστροφον, idest multarum conuersionum, & longiore ad persuadendum orationis tractu utatur. Monstri uero mater ab Hesiodo dicitur Echidna, quam non esse aliud uolunt, quàm ποικίλλον νοῦν, καὶ πολυειδῆ, idest uariam, multiformem'q; mentis uim, Aut longiorem, & πολυέλικτον, idest multiplicibus implicitam spiris artem, Chimæræ instar ignis euomentem globos. Cæterum pro ingeniorum tamen captu, sunt qui uarie admodum Chimærę figmentum ad ueritatem reuocent, nam, ut missa faciamus alia, Est qui ἠθικῶς esse Chimæram putet uitiorum quandam uarietatem, ac multiformem, perinde ac Chimæra est, uim, quam perimit Bellerophon, idest Vir bonus, prudens'q;, qui Bellerophon nuncupatur, uelut malorum occisor, nam ex dialecto, bellera uocantur mala, idest τὰ βέλλερα. Rhetorices initia ex Corace propagata, Sciunt Omnes. Hic præpotens fuerat apud tyrannum Hieronem. Quo uita functo, cum eandem requireret potentiam Corax, uideret'q; populum ἀστάθμητον, καὶ ἄτακτον, nec Tyrannidem ulterius pati, In Concione orationis artificiosæ rudimenta deprompsit.

¶ Prudens Simonidæ commonitio. Pausaniæ Lacedæmonii tumor. Caput XXX.

c Oierant forte in Symposium idem Ceus Simonides, & Lacedæmonius Pausanias, Institit a' Simonide is efflagitare, Quippiam promeret graue, & quod omnino Sapientiam resiperet, Qui ridens μέμνησο inquit, ἄνθρωπος ὤν, idest Esse te hominē, ne exciderit tibi. Spreuit id euestigio Pausanias, esse'q; prorsum nihil, est opinatus, tumidior iam, in'q; Medicos procliuiter degenerans mores. Ac sibi nimium placens, & altiora meditans, Quod Regi foret hospitio iunctus. Forsan & Vino satis permulctus. Verum posteaquam omnium inops in Chalciœco se occlusum animaduertit, fame, quod miserimum est, mori-

turus paulomox, Tunc demum resipiscens, Simonidæ dictum perpendere amplius cœpit, Sed ita, ut inter æstuantis animi conuulsiones ter in eam prorumperet uocem, ὦ ξένε κεῖε μέγα τί ἄρα ἦν χρῆμα ὁ λόγος σοῦ, ἐπὶ δὲ ὑπ' ἀνοίας οὐδὲν αὐτὸν ὤμην εἶναι, idest ὦ Cee Hospes magnum igitur quiddam Oratio erat tua, Sed præ amentia esse nil, ipse opinabar. Cæterum hominis non ferendam Græcis, & Spartæ imprimis elationem retegit abunde parum prudens eiusdem factum, Quippe fusis Persarum copiis apud Platæas, Apollini Tripoda dicaturus Carmen addi iussit, Cuius ea ferè Sententia est, Gręcorum se ducem, extrito Barbarorum exercitu, Tripoda Deo tali nomine obtulisse. Sed græce sic,

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε μήδων
Παυσανίας, φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε

Pausaniæ tamen continentiam in mulierem Coam, ad suos remissam prorsus inuiolatam, admirari se, ac laudare, in Laconicis rebus Pausanias fatetur. Simul quod a' contumeliis in Mardonii defunctum temperarit.

¶ Agrigentinorum Luxus, & Terētinorū, necnō de Cyreneis paucula. Vini apud Gręcos species. De Myrite, ac Polio imprimis. Vinū cur Græcis dicat' οἶνος. Vini utilitas. Oenisteria quæ intelligant'. Oenopipas qd, & Parthenopipas. Caput XXXI.

a Grigentinos Plato uitæ medicus, & ductor longe clarissimus cum intueretur Sustructiones, ut plane' dicam, insanas impendio excitare magnifico, ac compari modo gliscera, & adipata instruere cōuiuia, dixit, τοὺς ἀκραγαντίνους οἰκοδομεῖν μὲν, ὡς ἀεὶ βιωσομένους, δεῖπνεῖν δὲ, ὡς ἀεὶ τεθνηξομένους, idest perinde Agrigentinos ædificare, ac si uicturi perpetuo forent, Item'q; conuiuari, uelut semper morituri. Eosdem Timæus prodit, Lecythis quoq; & Xystris usos argenteis, etiam'q; Lecticas ex ebore habuisse totas. Tarentinis inueterati fuit moris matutinis se poculis ita inuitare, Vt iam frequentiore foro, temulenti plane' uiserent'. In tantum porro' delitiarū producti Cyrenæi sunt, Vt Legum conditorem habere Platonem concupierint, Qui tamen illoꝝ admiratus ignauiam, & ῥαθυμίαν, indignos habuit, quibus obsequeretur. Calculum adiicit iis in Marica Eupolis quoq;. Verum ne Græcos qdem a' delitiis fuisse procul, dilucet argumento uel uno, mixtum quippe unguento uinum bibere non erubescebant. Dicebatur autē id Myrites. Cuius & Comicus meminit Philippides. Vina apud eos præcipue celebrata fere habentur hæc, Pramnium, quod Cereri fuit Sacrum. Chium, Thasium, Lesbium. Erat in iis, quod a' re γλυκὺ nuncupabatur. Creticum, Et apud Syracusanos Polium, Coum, & deniq; Rhodium. Id non prætereundum utiq;, Grammaticæ uideri assertionis, Poliū. i. πολιὸν nuncupari uinum album. Accentiunculam reuocat ad penultimam Aelianus, & πόλιον scribit, Quin appellatum sic opinatur ab indigenæ Regis nomine. Et quia in Vini mentionē incidimus, etiamsi alibi forte profluentius Veterum scita rimabimur, non sepositis Medicę Scientiæ professoribus, Interim adiiciamus Illud Platonis ex Cratylo, dici a' Græcis Vinū οἶνον, διὰ τὸ οἰήσεως τὸν νοῦν ἐμπιμπλᾶν, Quod existimatione, ac opinionū uanitate mētem oppleat. Vel ἀπὸ τῆς ὀνήσεως. i. ab emolumēto. Quod illud cōprobat Homericum, ὀνήσεαι αἴκε πίησθα. i. Iuuamen senties, si biberis. Nam & cibaria dici ὀνείατα nouimus eadem etymi ratione. Iis calculum adiicit Poeta Cyprius,

οἶνόν τοι μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
θνητοῖς ἀνθρώποισιν, ἀπόσκε δάσαι μελεδῶνας,

Vinū ὦ Menelae fecerūt Dii, curis dissipādis uel p̄stātissimū. Pergit deinde, Bene sentientibus inqt, tria tantū ꝓpino pocula, Sanitati primum, Amori alterum, ac Voluptati. Tertium deniq; Somno. Quod ubi hauserint Sapientes Vocati, mox domuitionem capessunt. Quartum non utiq; nostrum opinor, Sed iniurię. Cęterum addatur & id auctarium, οἰνιστήρια, idest Oenisteria fuisse Libationis genus iamiam pubescentibus perfamiliare Athenis, Siquidem prius qua'm τὸν μαλλὸν, idest demissiorē præciderent comam, Vini mēsura in Herculis templum illata, prolibantes, conuenientibus potum exhibebant. οἰνοπίπας pro temulēto dicitur Græcis, παρὰ τὸ πιπίζειν, Quod sugere signat. Sic & apud Homerum dicitur προθενοπίπας, Virginū spectator, uel etiam deceptor.

¶ Absurdus quorundam amor aduersum inanimata. Quos amauerint Bruta. Caput XXXII.

Amorem

Morem esse utiq; rem præcipue miram, & a` maioribus ductam initiis, q̃ suspi
cetur omnino, uel sciat Plebs uulgaria, profluētius alicubi monstrabitur a` no
a bis, Interim, quæ in hoc proposito ingerunt se absurda, & quę nequeas mira
ri satis, transposuisse, ab re omnino haud est uisum, Quando suis nō contēta
limitibus affectio hæc, uelut effrenis, longius rapitur aliquāto, uel usq; in stu
porē. Ostentat uero in censura pręsenti oīum princeps, & quidē Rex, terrę etiamnū, ac ma
ri grauis Xerxes, a` quo insigniter amatam Platanū, Multorum literis proditum, nō me fal
lit. Sed Adolescentis honesto loco Athenis nati amor longe clarior. Erat prope` Prytaneū
Simulacrū ἀγαθῆς τύχης, idest Fortunæ bonę. Id amare feruentius ille cœpit, Mox'q; in affe
ctionii id genus familiarem ita erupit uesaniam, ut amplexaretur arctius, ac blandius sauia
retur. Demum desyderio extabescens, ac uelut œstro concitus, & plane` furens, In Sena
tum pergit ire, atq; inibi extentis precibus rogat, fieret sibi Statuæ potestas, uim pecuniæ
grandem uicissim paratus erogare. Consultus uero ita Senatus decernit, non uideri e` ciui
tatis dignitate negotiationem illiusmodi. Adolescens rei atrocioris ictus grauitate, ad Sta
tuam, ubi uinculis cupidinis distinebatur Animus, celeriter se proripit, Illam tæniis mul
tis perornat, Corona quoq; iniecta, & cultu item alio indicaturæ non paruæ circumposi
to, ac re mox diuina obita, desyderium, uti uidetur, non ferens manum sibi inter affluen
tius manantis Lachrymarum riuos admouit. Illa uero irrationalis naturæ miracula sunt.
Quippe Glaucen Cytharistriam adamauit Canis, Siue is fuerit, Quod arridet aliis, Ari
es, aut etiam Anser. Apud Ciliciæ Solos Xenophontis puerū dilexit Canis item, forma prę
cellentem. Sparte Adolescentē Graculus, Quē κηλοιὸν dicūt Greci, Sed Monedulā Theodo
rus rettulit. Hęc uberius hoc recēsuisse Loco uolui, Vt Plinio assertor uenirē, Cuius aucto
ritatē dilui audio a` Superciliosis nescio qbus, ac bñ pransis, etiā'q; unguēto delibutis, dū Scri
ptori nobilissimo, ut mēdacioꝛ parenti, sic.n. dicere pmittūt sibi, subinde Colaphū ducūt.

¶ Vestium delitias, & simulatum contemptū uideri Superbiæ indicia. Diogenis ad id
& Socratis auctoritas. Quid pręstet Philosophia. Caput XXXIII

Nter cætera, Quę scienter admodū ꝓtulit, nec citra Salis gustū, apophtheg
mata Diogenes, recenseri apte possunt illa quoq; prę sertim quia Vitæ docu
i mēta suggerūt, Quę sui oblita sæpius, inani tumescit opinione, nec suo se me
tiri modulo ita ībuta, ita'q; auctior facta unq̃ fere` ualet Is inq̃ Diogenes, egre
gius, ut uidet, humani ingenii æstimator, cum Adolescētulos ꝓspexisset Rho
dios sumptuose admodū ꝓuestitos, & delicate, Ridēs τύφος ἐφη τοῦτό ἐστιν, Supbię ꝓrsum in
dicia inqt sunt hęc. Mox, cū & Lacedęmoniis forte occurrisset, Quibus substrictior tunica,
citra'q; humeros desistens, cuiusmodi ἐξομίδα uocant Greci, ꝓfamiliaris est, nec uilior mō,
Verum & sordēs multo sępius, ἄλλος ἐστιν οὗτος τύφος, Altera inqt, Supbię species ista. Cæ
terū nec a` Diogene modo fœde ꝓscissa Hominum nimio plus ostētatio frequēs, & interim
excipiēda risu, Sed & Vanitatē id genus retexit graui supcilio Socrates, Cui insolētior est uī
sus Antisthenes, Qui rōne inusitata, sed nō sine uafricia Lacerā induměti portionē uisentī
bus nunq̃ nō ingerebat, Captans indidē pręcelsi animi, & quę mortaliū pleriq; oēs uel ad
stuporē mirantur, despicātis opīonē, Proinde morū Cēsor grauissimus, ὦ παῖ οὐκ ἐγκαλλωπί
ζόμενος ἡμῖν, Nō desines inqt, amplius te nobis, curiosius'q; ornare? Quāto ꝑstabilius id,
Quanto'q; exosculandū magis, Quod de Eretriensi lectum Adolescētulo est, Qui diu Ze
none usus pręceptore, cū in patriam, uelut postliminio rediret, scitante uehementius Patre,
Quid demū ex Sapiētię hausisset fontibus, cōmonstrabo inqt, At Pater indignabūdus hoc
noīe, ueluti opa plane` periisset, ac impēsa, cū intentaret plagas, clementer filius, & qete in
solētiā ferens, Ipsum hoc inqt, ex Pbię rettuli ꝓtubernio, ut Parētis Irā possem ꝓcoquere.

¶ Ouis monstrificus partus, Quo Leo est natus. Caput XXXIIII.

N Co insula, rarum dictu, apud Veterē auctorē, fidei integrę, & grauitatis nō di
i lutę legimus, mōstrifica, & ideo mira præcipue, ut Vix nō ficta uideat, & de In
genioꝛ Greciæ afflatu producta, ratione, de Grege Nicippi Ouem, nō ritu na
turę Agnū, Sed Leonē peperisse. Prodigiale id, ut erat, uisum multis, Siqdē Nici
po tyrannidē portēdit, Quā mox is est cōsecutus. Cū edito mōstro priuatū adhuc ageret.

¶ De Galete formoso quidem, Sed moribus adprime probis. Caput XXXV.

r Egi Ptolemæo, ueteri, ac etiamnum Platonico more, Gratissimum fuisse adolescentulum Galetem nomine, ex Græcorum nouimus historia. Erat is forma speciosus, decens'q; cumprimis, Sed enim animi ꝓposito, ac sensu speciosior multo, decentior'q;. Quod & Ptolemæi elogio testatius etiã factum est, Qui eximiam illius admiratus probitatem dictitabat subinde, ὦ ἀγαθὴ κεφαλὴ κακοῦ μὲν οὐδὲ πόπωτε οὐδενὶ γέγονας αἴτιος, ὦ Amicum Caput ex te quidem nullum quandoq; malum in quempiam est profectum. Sed Bona utique multis, & multa conciliasti. Contigit forte, Adolescentẽ cum Rege in Equo expatiari, Qui quosdam procul ad supplicium duci cum foret intuitus, Non insuper habens illorum calamitatem, ad Ptolemęum conuersus ὦ Rex inquit, Ex quo, Dæmone miserorum bono, Equis uehentes huc producti simus, Age si uolenti est tibi, subditis calcaribus aduolemus euestigio, Infelicibus futuri, Velut Dioscuri, ac Soteres, & Parastatæ, Sicuti nuncupari illos nouimus, Vt Qui salutem impertiantur, & in Calamitate salutari præsidio sint. At Ptolemæus probitatem exosculatus, et misericordem animum, ac eo nomine lætior. Illos dimitti protinus imperauit, Et re hac, tanquam philtro delinitus, in Adolescentis amorem multo factus propensior est.

¶ Munuscula haud spernenda. Persarum Regis mos in iis. Horæa. Troximi. Horæ, Prodici Liber. Horapollo, Oratius. Caput XXXVI.

e Sse animi præcelsi, ac prorsum Regii, munuscula, uel ab infimæ fortunæ hominibus collata, communicata'ue, non aspernari, Verum erugata, & renidenti fronte potius excipere, cum plerisq; Sapientium documentis, tum exemplo ingenti abũde instruimur, commonemur'q;. Lectum quippe est, Lege apud Persas esse sancitum, seruatum quoque pertinacissime, Vt quã docunque in Persas pergat Rex, Pro facultate Vnusquisque cum muneribus salutatum eat. Ferunt autem, Vt qui Agricolationi ferme intendant, Nec laboris uicarios sibi quærant, Cuiusmodi αὐτουργοὺς nuncupant signanter Græci, nil pretii grandioris, Qualia multa plerunq; per iniuriam cõparantur, & cõtumeliam, Sed Bouem hic, Alius Oues, Sunt qui frumentum, aut Vinum. Dicuntur uero Hæc Dona. Quod siquem, uti assolet, amplius premat penuria, Lac profert, aut palmas, Caseum quoque, uel id genus primitias alias, ut τρωκτὰ ὡραῖα, idest maturas fruges. Nam & Troximos Vuas intelligimus, Quæ esui sunt. Horæa uarie accipiunt Græci. Sic enim nuncupant interdum tempore suo collectos fructus. Nam & quæ uigẽnt, ac pulchritudine non carent, sic item dicũtur. Sed & Sacra Horæa sunt καθ' ὥραν συντελούμενα, idest opportune obita. Tamen ὡραῖα θύειν, est frugum offerre primitias. Dies quoq; festus eadem dicitur appellatione. Non temere prætereundum illud, Prodici librum nobilem fuisse ueteribus, Cui foret titulus ὧραι. In quo Herculi occurrisse comminiscebatur Virtutem, & κακίαν, idest Vitiositatem, Quarum utraq; illum allectaret ad se, Qui tamen illius cum laude perpetua sudores censuerit antiquiores, quàm huius inanem ad tempus Voluptatum fruitionem. Horapollo Grammaticus ex Ægypto nobilis fuit, arte clarissimus, nec ullo ueterum Theodosii tempestate gloria inferior. At Leuioris operæ illud, Oratium a' Græcis scribi ὠράτιον. neque enim aspirant primæ.

¶ Olympici Certaminis in Græcia, Quæ tradantur initia. Item ad id spectantia pluscula. Hellanodicæ qui. Caput XXXVII.

o Lympica Certamina fuisse Veteribus Gręcis celeberrima, nemo a' studiis feriatus adeo est, Vt eum ista possint latere. Quæ uero tradantur initia, & uelut incunabula rei clarissimę forte nec omnibus tritum. Propterea Quæ mihi cõperta ex Libris sunt, huic protinus parti impingam, ne uidear ἀκοινώνητος. Cũ ex Saturno, & Rhea natus foret Iupiter, Idæis Dactylis, Qui iidem & Curetes sunt,

tes ſunt, Infantis commendata cura eſt. Ex Cretę uero Ida Veniſſe in Olympiã eos, conſtãs tenet fama, Herculem uidelicet, Peonæũ, Epimedem, Iaſium, Idam. Interim Herculẽ, Vt qui foret omnium natu maximus, colludentem ad Currendi certamen fratres prouocaſſe, ac Victorem ex eis Coronaſſe κοτίνῳ κλάδῳ, ideſt oleaſtri ramo, etiamſi non excidit, quid à me alibi ſit perſcriptum. Arboris uero eiuſmodi ſuppetebat copia, Vt folia quoq; ad cubandum ſubſternerent ſibi. Ad Græcos autem ex Hyperboreis uſq; ab Hercule Oleaſtri arborem tralatam memorant, Qui dicantur ultra Boream habitare. Ita ergo ad Idæum Herculem ſacri huius Agonis primæ referuntur origines, Quæ & ab eo ſint Olympia nũcupata. Quinto autem quoq; anno celebrari inſtituiſſe, Quod fratres quinq; numero forent. Sunt & qui eodem in Loco Iouem de principatu cum Saturno memorent decertaſſe. Poſt Oxylum Regem, cum defeciſſent Olympia, demum ab Iphito inſtaurata traduntur. Ac Currẽdi certamen propoſitum primo, In'q; eo Heleum Coræbum uiciſſe. Olympiade mox quarta & decima acceſſit & Diauli agon, Et Piſæus Hypenus eſt coronatus. Octaua & decima Pentathli & Paleſtræ reſtituta memoria eſt. Tertia uero & uiceſima Pyctis, ideſt Pugilibus propoſita præmia. Olympias quinta & uiceſima Equorum uidit curſum, Quos τελείους, ideſt perfectos adultos'ue dicunt, ac curru Victor pronuntiatus Pagondas eſt Thebanus. Ab hac porro', Olympiade octaua, Pancratiaſtæ in puluerem prodiere, Ac item Equi κέλητες. Pueris curſus, & Paleſtræ propoſita comperio præmia Olympiade ſeptima & triceſima. Quin & iidem Pyctæ Quadrageſima primum Olympiade creduntur admiſſi. Poſtea bellicæ meditationis gratia, armatorum, Qui uocantur ὁπλῖται, probata concertatio quinta & ſexageſima Olympiade. Synoris, ideſt συνωρίς, quæ duos habet Equos τελείους, admiſſa fertur tertia & nonageſima Olympiade. Mox nona & nonageſima Curruĩ admotis etiam pullis Equis, placuit certare. Concinnata poſterius item Pullorum Synoris, nec diſplicuit κέλης pullus. Ad Pancratium deniq; etiam Pueris admiſſis. Fuit Apenes, ideſt ἀπήνης item curſus, Sed & Calpes. Hæc uero Equam habebat, Sed ita, ut extremum curſum Anabatæ, hoc eſt Seſſores ipſi deſiliendo, apprehẽſis manu habenis, ut docuit Pauſanias, perficerent. Quod inquit, uel ad mea ſeruatum tempora eſt. Apene autem ἡμιόνους ἀντὶ ἵππων εἶχε, ideſt Mulas Equorum loco iungebat. De Agonothetis uero, ac Certaminum præſidibus ſic ferme' uideor obſeruaſſe. Iphitum utiq; ſolum Agonẽ poſuiſſe. Olympiade uero quinquageſima Sorte capti duo Viri ſunt ex Heleis, Quibus Olympiorum iuncta eſt cura. Diu numerus hic ſeruatus. Poſtea Hellanodicas habere placuit, Quorum tribus Equorum curſus incumbebat cura. Totidem Pentathli erant ἐπόπται, ideſt Inſpectores. Certamina uero alia ꝓcurabant reliqui. Adiectus non multo poſt & decimus Agonothetes. Denique duodecim facti Hellanodicæ, quod Heleorum totidem forent Tribus. Sed parte agri Arcadico amiſſa bello, Tribuum imminuto numero, ad Octo relapſi ſunt. Rurſum'q; ad denarium aucti perſeuerarunt. Lucus Ioui ſacer Altis nuncupatur. Nam & Pindarus Olympionicem Virum celebrans locum uocat Altin. Structum uero Iouis templum, ac Simulacrum de manubiis, bello Piſæis ſuperatis. Simulacri auctor Phidias, teſtante idipſum Epigrammate, pedibus adſcripto, Φειδίας' χαλμίδος υἱὸς, ἀθηναῖος μ' ἐπόησεν. Templum ſtruxit Libon indigena. Tegula non utique coctilis eſt, Sed ei perſimilis, Cuius inuentor Byzes fertur Naxius. Perfecto Simulacro, dicitur Phidias Deum comprecatus, Sĩ abſolutum ex animo uideretur opus, Signo id quopiam aperiret, confeſtim'q; de Cælo tactum pauimentũ eſt. Quod uero in paluſtri loco ſitum eſt templum, Simulacro ꝓferre eburneo oleum tradunt, qd' & infundunt. At in Acropoli, quæ in ſupcilio eſt, & ꝓinde parida, Pallados, quã Parthenon uocant, eburneæ Statuę ꝓdeſſe multũ crediť, Aquæ inſperſionẽ. Memoriæ porro' traditur, Populneis modo Lignis in Olympici Iouis ſacris uti, fas putaſſe Heleos. Nam in Græciam Hercules ex Theſprotide, ubi apud Acherontem fluuium naſcitur plurima, attuliſſe creditur primus, atq; lignis eiſdem Iouis obiſſe ſacra. Ex hiſtoria porro' hac uidetur Homerus λαύκην nuncupaſſe ἀχερωΐδα. Fuit apud Aram Olympici Iouis ἀγνώστων θεῶν item ara. i. Deorum ignotorum. Sed & in locis eiſdem agnoſcebatur Mercurii Enagonii ara, & καιρός. i. occaſionis. Quãdo & ab Ione Chio concinnatus eſt καιρῷ hymnus, Quẽ fingit natu minimum filiorum Iouis. Erat & Locus, Quẽ uocant Gæũ. i. γαῖον, in quo & γῆς, hoc eſt Terræ ara. Quanquam & antiquitus fuit etiam γῆς μαντεῖον, Quem in

telligimus Vaticinandi locum. Et quoniam Oleaſtri & hic, & alibi facta nobis mentio eſt, Amplius aduertendum, Pauſaniam ſcribere, in Olympia fuiſſe Cotinon. i. Oleaſtrũ, Quæ diceretur ἐλαία καλλιστέφανος, unde darentur Coronę Olympia uincentibus, Nymphis'q; adoptatum cognomen Calliſtephanis, Quarum uiſeretur inibi ara, Sicuti in Carceribus Iouis, quem uocant μοιραγέτην, Quod norit omnia, Quæ contribuant Parcæ, Quę'q; nõ permittãtur ex fato. Videtur & Hippodromi pars inibi nuncupata Embolus, ubi ſteterit Martis Hippii. i. Equeſtris ara. Sed & Pallados Hippiæ. Nam alicubi Iuno item dicitur Hippia. Embolum inueni ẽt pro pudendo poſitum. ἐμβόλιμα ἔπη eleganter admodum pro nothis, reiectis'q; carminibus, ac uelut inſititiis accipiunt Grammatici, Quoniam & Menſes, ac Dies Embolimos nuncupamus intercalares. Apud Heleos in Prytaneo Heſtiatorium fuit, ſiue Cœnaculum, Vbi Olympionicas conuiuio excipere, moris fuit. Intra Altin fuiſſe item Pœcile porticus dicitur, Quæ & ἠχὼ nuncupetur, Quoniam clamanti ſepties reſponſet Vox.

¶ Dentes'ne, an Cornua dici in Elephantis debeant. De Alce fera, & Æthiopicis Tauris. Caput XXXVIII.

q Væ in Elephante Cornua fere' nuncupantur, Auctores eminentiſſimi dicere malunt Dentes. Sed enim quia, quæ in literis comperta mihi, non ſuſtineo in ſanctaria intrudere, non temperabo hac parte, Quin tralatam Pauſaniæ doctiſſimi hominis ſententiam artium bonarum ſectatoribus mox proferã, Qui argumentis aliquot peruincere connititur, Cornua rectiſſime profecto nuncupari, Dentes minime. Primum inquit, aſtruentibus diuerſam opinionem perpendenda diligentius Gallicæ feræ natura, Quam uocant Alcen. Spectãdi & Tauri Æthiopici. Alcis utiq; in ſuperciliis adnaſcuntur Cornua, Sed Maribus modo, Nam fœminæ prorſum eo carent adiumento. Æthiopici uero Tauri e' naribus cornua proferunt. Quæ cum ita ſint, Cui nam fiat admiratio inſignis, Cum ex Animalis ore, pmi Cornua uideat, audiat'ue? Sed ſuppetunt & argumenta hæc. Cornua utiq; per annorum periodos corrupta decidunt, Acrurſum ſuccreſcunt, protuberant'q;. Probant id Cerui, probant & Dorcades. Verum Elephãtis itidem contingit. Dens uero adultiori præſertim excuſſus quãdo ſuboriatur? Aut ubi nã renaſci compertum? Vel ſi Dentes ſunt qui ex ore proferuntur, non cornua, qua nam rõne progerminant denuo? Adde quod ignibus indomiti ferme' habentur dentes. At Boum & Elephantorum cornua in re hac ſequacis maxime ſunt naturæ. Nam ignis ui, utcunq; colliburit, afformantur. Hippopotamis, Suibus'q; ex inferiore mala Dentes prorumpũt exerti, Quos χαυλιόδοντας appellant. Ex malis item ſeſe promentia ſpectamus Cornua. Elephãti ſcito itaq; ex temporibus proſilire cornua, atq; ita extrorſum reflecti. Id quod non qa audierim, commemoro, Sed in Campania in Dianæ ſacello Elephantis craneũ pro arbitrio ſum contemplatus. Id ita comperi. Nec ſane' mirandum, nam & in aliis Elephas a' reliquorum natura inſigniter diſparatus animaduerti poteſt, tum forma, tum menſu.

¶ Quæ ſit ratio Prouerbii, Leo riſit. De Thucydide non ingrata quæpiã. Item de Leonibus paucula, & de Ammone. Ecphraſis quo a' Diegemate differat. Caput XXXIX.

e St in græca facundia celebre Adagium in omnes, Qui rũgatioris frontis, & Catoniana ſeueritate, quandoq; tamen matutinam exporrigũt grauitatem, ac comes ſe præſtant, ſolito hilarius agentes, ἐγέλασεν ὁ λέων, ideſt riſit Leo. Pronuntiatum id in Cõditorem nobiliſſimum Thucydidem. Qui Cyloniũ ſcelus explicaturus, conſueto apertius, & intellectu nemini non obuio narrationem contexuit. Quo nomine Technographus illam mirari non deſinit, ediſcendam'q; ſumma cura Iunioribus præcipit, Vt facilitatem eandem, ſiue, ut Græci dicunt, σαφήνειαν ſtilo ualeant exprimere. Scribit Aphthonius, Nihil quidẽ in rebus eſſe Oratione præſtantius, rurſum in Oratione nil Thucydide ſapientius. Siquidem Herodotus in hiſtoria Voluptatem habet,

tem habet, uelut Scopum, inde fabulator homo dicitur quandoque, Hic autem ueritatem, Quæ quantum ipſam præcellit gratiam, tanto Thucydides Herodoto præſtantior. Verum, ut propemodum Marcellino credimus, cum homericam æmulari inſtituiſſet Oeconomiam, Pindari uero ſublimitatem, atque magnificentiam, ex induſtria obſcuritatem affectauit, ἵνα μὴ πᾶσιν εἰη βατὸς, ideſt ne cuilibet foret peruius, indeq; uilior fieret, ſi omnes in poteſtate illius hiſtoriam haberent. Antiquius longe Viro fuit, prudentiori bus modo comprobari. Certe συγγραφέα nuncupatum nouimus κατ᾽ ἐξαίρετον, Sicuti Poetam Hom. Q̃n uero in p̃cedentibus p̃ ingenii captu, de Leonibus facta nobis mentio eſt, & de eiſdē capite hoc agere exorſi ſumus, adiiciamus, quod ex quarto Sympoſiacon Plut. comperimus, Leonem propterea dici Solare animal, quod inter Quadrupedia unguibus aduncis, quæ γαμψώνυχα uocant, Catulos ſola uidentes parit Leæna, minimum porrò dormit, ſublucentq; quieſcētis oculi. In templo quodam Pauſanias ſcribit, in Agamemnonis ſcuto formidinem fuiſſe expictam Capite Leonino, cum epigrāmate, ἔστος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁδὶ ἔχων ἀγαμέμνων. Idem Plutarchus in Libro, cui titulus πολιτικὰ παραγγέλματα, Annonem coactum ſcribit, uertere ſolum exilii cauſa, quod in expeditiōibus Leonem habere ret σκυφοφόρον, ideſt ſarcinas ferentem, Veluti eſſet id argumento, Eum τυραννικὰ φρονεῖν, ideſt ad Tyrannidem aſpirare. Meminit hiſtoriæ Plinius, Sed aliter. Prouerbio, qd̃ de Leonis riſu attexuimus, facilem uerba Plinii præſtiterint intellectū. Cauda inquit, immota Leoni placido, clemens, blandienti q̃ ſimilis, quod rarum eſt. Crebrior enim Iracūdia eius. Cōparem fere uim & illud habet, ἐγκλασιν ὀχάρων. Quoniam uero de Narratione facta mētio eſt, Illud ὁλὸν παράδρομον ſubtexuero, In Græcorum doctrina Ecphraſin διηγήματος διαφέρειν, hoc eſt, a Narratione diſtare. Quia Diegema nudam habeat rei expoſitionē. Ecphraſis tantum non etiam oculis Audientium ſubiiciat. Illud item καθόλου ἐξετάζει, ideſt uniuerſim inquirit, Sicuti in Athenienſes a Lacedæmoniis eſſe bellatum. Ecphraſis autē per partes, Vti quo genere belli, quibuſq; Machinarum tormentis.

¶ De Aquila excerpta pleraq; ex ueteribus memoriis. Inibi de Amphiarao, & Helena, necnon de Valeria Luperca. Quid item Aetos. Caput XL.

a Quilam Ariſtoteles, & Auicenna ſcribūt, quibus item ſuccinit Plinius, oppetere non ſenio, nec ægritudine, ſed fame, intantum ſuperiore accreſcente roſtro, ut aduncitas aperiri non queat. Cui data p̃tinus et fabula eſt, hoc ita uſu uenire huic Aui, quoniam cum homo foret, hoſpiti iniuriam intulerit. Verum ſuper Aquilæ ſenio, quid duo ſcientiſſimi, ac ſanctiſſimi Viri ſenſerint, nō abre fuerit, ſubnotaſſe. Scribit ergo ad hunc ferme modum Hieronymus. Aquilæ, ubi conſenuerit, grauantur pennæ, quærit illa fontem, erigitq; pennas, calorem in ſe colligit, eo modo ſanantur oculi, in fontem ſe ter mergit, atq; ad Iuuentutem redit. Vnde in Pſalmo, Renouabitur, ut Aquilæ, Iuuentus tua. Quo in loco Auguſtinus quoq;, Dicitur inquit, Aquila, dum ſenio grauatur, roſtri immodice creſcentis unco non poſſe Os aperire, nec cibum capere, unde langueſcens naturæ ui collidit roſtrum ad Petram. Cuius attritu excuſſo, quod redundabat, ad cibum redit, atq; ita reparatur, ut Iuueneſcat omnino. Sententiæ Ariſtotelicæ meminit in Libro περὶ ἑρμηνείας, Demetrius Phalereus, non uernaculæ, aut plebeiæ auctor Eruditionis, docens inſertam orationi fabellam, ſi opportune id facias, gratiæ plurimum afferre, ac uenuſtatis. Scribit Plut. Aquilam quandoque Amphiarai haſtā abreptā ſuſtuliſſe in altum, moxq; demiſiſſe, eam uero terræ impactam Lauri ſpeciem præbuiſſe ueram, inſequenti die hoſtibus acri prelio ibidem congredientibus, terrę hiatu repentino hauſtum cum curru, quod ἅρμα dicunt Græci, Amphiaraum periiſſe, cōditam ibi poſtea Vrbem, Harmatis cognomine fuiſſe inſignem. Cuius rei auctor ſit in tertio χίλιων Triſimachus. Refert idem Plut. Peſte olim Lacedæmona diuexante, redditum oraculum, mali uim ceſſaturam, ſi nobilem uirginem quot annis immolaſſent. Cum obtemperarēt Lacedæmonii, ac ſorte mactanda duceretur ſuo ornatu Helena, deuolans Aqla gladiū abreptum, et ad armenta, quæ βουκόλια uocant, delatum ſuper Iuuencam demiſit. Quo prodigio παρθενοκτόνιαν, ideſt Virginum immolationē deſiſſe, quod Ariſtodemus auctor tradit. Idem ob-

uenisse Romæ in Valeria, Luperca, ratione consimili, uolumine nono, & decimo italicarũ rerum Aristides prodidit. iis uero comparant fidem, quæ de prisco Tarquinio T. Liuius p/scribit. Aquilam autem dici a' Græcis ἀετὸν, sciunt omnes. Legimus tamen in templis no/minari ἀετούς. Id non aliud indicat, quàm tecta, quæ item Ptera uocant. Sed & Aetomata, Sicuti in Agamemnone auctor est Ion.

¶ Allegoria scitissima de Saturno filios uorante. Cur dicat' Cronos. De Sabbato paucula.

Caput XLI.

Saturnum Mythici filios deuorare solitum, tradunt, ac eosdem denuo euomere. Id interpretantur Prudẽtiores ad tempus referri oportere, Saturni nomine significatum, a' quo uicibus cuncta gignantur, & absumantur, quæ renascãtur denuo. nã & immo pulsum a' filio fingi, quia tempora senescentia ab iis, quæ post sunt nata, pelluntur. Vinctum etiam fabulantur, quod certa lege naturæ connexa sint tempora. Vel quod omnes fruges quibusdam uinculis, nodis'q; alternentur. Sed enim Platonicorum scientia diuinior altius scandens, & intima naturæ penetralia introspiciens, In ipsa secretiore, nimis'q; assidua contemplatiuæ mentis delectatione cauendum præcipit Saturnum. Illic enim frequenter filios ab eo deuorari. Nam quos sublimiorũ contemplationum suarum rapit illecebris, & illic agnoscit, ut suos, eos interim, si modo diutius ibi sistant, falce quadã e' terris amputat, terrenam'q; incautis uitam surripit, pro ea tamen cælestem reddens, atq; sempiternam. Vnde & Hebrei Saturnum Sabbath nomine qetis appellant. Saturnus græco nomine κρόνος est, ac, ut in Cratylo inquit Plato, puritatem, integritatem'q; mentis inuiolabilem comprehẽdit. Hinc alibi duo commemorat regna Iouis, & Saturni, Regnum'q; Saturni Regno Iouis tãquam felicius anteponit, Siquidem sub Ioue actio, uita'q; humana, Sub Saturno autem contemplatio diuinorum significatur. Hinc & Proclus Diadochus auream sub Saturno uitam καθαραὶ intelligit, καὶ ἄλυπον, καὶ ἀπαθῆ, idest puram, & tristitiæ, ac Perturbationum expertem, quod commostret aurum, sicuti docuit item Plato. id nanq; ἄδεκτον ἰοῦ, καὶ σήψεως, idest rubiginis, ac putrefactionis nesciũ est. quo nomine τῆς ἀπαθείας, idest imperturbati status, ac Lentitudinis quodãmodo typum habet. Saturnus porro' inquit, τῆς νοερᾶς ἐστι δωτὴρ ζωῆς, idest intellectualis est contributor uitæ. Vnde & Cronos dicitur κόρος ὢν τοῦ νοῦ, idest mentis saturitas, & pabulum. Aut potius κορὸς νοῦς, idest depurata mens. Quamobrem quisquis intellectu uiuit, Croniam, idest Saturniam agit Vitam. Orpheus tamen Ar[illegible]teo imperasse generi Saturnum canit, Siquidem eos, qui rationis puritate uiuerent, arg[illegible]teos nuncupauit. Quos Hesiodus ῥαθύμους dicat, hoc est Otiosos, faciles'q;, ut'q; physicam ducerent uitam, Cuiusmodi plantarũ, quæ caput sub terra occultarint, proinde homines eos dici ὑποχθονίους, idest subterraneos. Plotinus uero ille scientissimus, Intellectum inquit, esse purissimæ mentis appellatione dignũ, ac non aliunde q̃ ex primo nasci principio. Eum'q; genitum cuncta secũ simul entia genuisse, uniuersam Idearum pulchritudinem, intelligibiles deos omnes. Existimandum præterea ait, hunc esse plenum, quæ progenuit, omnium, & quasi genita protinus absorbentem, quoniam in se omnia complectatur, neq; in materiam labi sinat, neq; nutriri apud Rheam, sicuti mysteria, & fabulę de Diis fingunt. Mox uero cum Iouem dicitur generasse, Intelligẽdam monet animam, quam generat intellectus in perfectione constitutus. Quod autẽ Plato præsentem ait mundi circuitum ab Oriente ad occidentem esse Iouium, atq; fatalem, Verum fore qñq; alterum huic oppositum Sub Saturno ab occidẽte uicissim ad oriẽtẽ, in qu[illegible] sponte nascent' hoĩes, atq; a' Senio ꝓcedent in Iuuẽtutẽ. Iouẽ inqt Platonicus nobilis, A[illegible]mã mundi uocat, Cuius lege fatali manifestus hic manifesti mũdi ordo disponat'. Pręterea Animoꝝ uitã in Corporib⁹ elementalibus Iouiã esse uult, sensibus, actioni'q; deditam. Saturnũ uero supremũ ĩter Angelos intellectũ, Cuius radiis illustrent' ultra Angelos Animę, accendant'q;, & ad intellectualẽ uitã ꝯtinue pro uiribus erigant'. Quę quoties ad Vitã eiusmodi ꝯuertant', eatenus sub regno Saturni agere credunt'. Scribit. n. Plotinus, Sensum esse ueluti nuntiũ. Intellectũ uero Regem, Et mox Regnare nos ait, ubi secundũ illum agamus. In hac autem uita immo sponte regenerari dicimur, quia electione propria in melius reformamur, rursum iuuenescere in dies, idest in dies, si modo ibi dies sunt, magis, magis'q; florescere. Hinc

ſcere. Hinc illud Apoſtoli Pauli, Homo interior renouatur in dies. Orpheus uero Saturnũ cecinit ἀεὶ μελαίνας ἔχειν ἐπὶ τῶν γενείων τρίχας. i. nigricantes ſemper habere Barbitii pilos. In ſuper exactius intuenti ina- -nifeſtum fit, quibus adductus rationibus Moſes, Otiũ Sabbati mandarit Hebręis, niſi quis illud item adiiciendum putet, Saturni diem actionibus ciuilibus, bellicisq; ineptum, contemplationibus aptum, Eoq; die diuinum contra diſcrimina patrocinium obſecrandum. Quod quidem impetrari poſſe aduerſum Martis, & Saturni minas, Habraam, & Samuel, ac Hebręorum, Aſtrologi plures, eleuatione mentis in Deũ, uotisq; ac Sacrificiis confitentur, illud Ch -ęorum confirmantes præceptum. Si mentem ad Pietatis opus ardentem erexeris, Corpus quoq; caducum ſeruabis.

¶ Cur Sabbati loco Dominicum ipſi colamns Diem. Solem eſſe inuiſibilis Filii Dei uiſibilem imaginem. Cput XLII.

n Os uero iure optimo diem, Quem Mathematici Solis uocant, Domino aſcripſimus, dicauimusq; ac illius cultui totum mancipauimus, quoniã nulla magis re imaginari præpotentis, ac uniuerſa ſupereminentis Chriſti maieſtatem congruentius poſſumus, quam per ſplendidiſſimum Solis lumen. Nam legimus, & in Sole poſuit tabernaculum ſuum. Et exiit de tribu Iuda. Cuius ſignum Leo eſt, ſolare -imal. Sed & in Rep. Plato uiſibilem filium Dei Solẽ dicit, Quem nos intelligimus im- -iem inuiſibilis filii, Qui Lux uera, illuminans omnem mentem, expreſſius habet Simulacrum Solem hũc, Qui lux eſt imaginaria illuminans omne corpus. Verum nos, iis, quæ altius requirunt Contemplationis examen, nunc omiſſis, aut dilatis, redeamus ad inſtitutum. Si illud uelut conniuentes non tranſiluerimus, quod ſuper Pſalmos eſt ab Auguſtino traditum, Triplex haberi Sabbatum. Nam temporis dies ſeptimus eo cenſetur nomine, quo poſt ſex dierum opera conquieuiſſe dicitur Deus. Eſt & Sabbatum æterna requies, Cuius intuitu nunc allaborandum, connitendumq; nobis eſt. Deniq; trãquillæ mentis conſcientia Sabbatum item eſt, futuri ſpe ſurrecta, & præſentium inconcuſſa turbinibus. In Cordis Sabbato illud primum eſt, ut bona noſtra Deo cõtribuamus, mala nobis. At male diuinis imbuti, ac ſine Sabbato bona ſibi, mala uel Sathanę, tanquam coegerit, uel fato ex ſyderibus aſcribunt, ueluti Deum quoq; incuſare adorti.

¶ Plauti locus ex Amphitryone declaratur. De Saturni hoſtia. Saturni ſacrificiorum impietas. De Xenophane, Cineſia, & Gelone, item Saturnalium ritus. Coi cur dicerentur ſoli libere ſacrificare. Caput XLIII.

u Vlgare fuiſſe Græcię dictum, Ariſtoteles ſcribit, quod & a Plinio item repetitum ſcio, Aphricam ſemper noui aliquid afferre, Sit & latinorũ uulgare adagium, Plautum eſſe Aphricam alteram, Scatet in eo ſubinde quippiã, uel mẽdi uitio inexplicatũ, uel ex literis interioribus erutum, proindeq; ueluti monſtrificum quiddam Monitores, & Interpretes uel longius ſummouens, Aut in errorũ tendiculas ineſſugibiles præcipitanter intrudens. Verſiculi ex Amphitryone ſunt hi. Ex quibus ſpicuum, opinor, iam fiet, q̃ toto aberrarint Cælo, Qui inſolentius paulo in ære ſuo Plautum connumerare ſunt auſi. Sed hæc expendant uolentes.

Tun me mactes Carnifex? niſi formam Di hodię meam perdiunt,
Faxo, ut bubulis coriis onuſtus ſis Saturni hoſtia,

Sunt ex Eruditis, Qui nodum hunc Gordiano implicatiorẽ ſentiãt, Sed explicaturi ad Tertulliani infanticidiũ, tanquam magni Alexãdri gladiũ deuoluunt. Quod Saturno infantes mactare, Carthaginenſium ritus foret. Cuius inauſpicati ſacri Lactantius cõmeminit, & Silius. Id a Tyriis traditũ ad Vrbis excidiũ quoq; ſeruatũ, auctor Q. Curtius eſt. Quin Plato quoq; in Protagora, Neq; n. inqt, leges noſtrę hoſes ſacrificare pmittũt. Apud Carthaginẽſes aũt iuſtũ, ſanctumq; habet, adeo ut eos nõnulli Saturno ẽt filios ĩmolare ſibi permittãt. Sed Auguſtinus ẽt Iuuenes Saturno a Gallis ſolitos ſacrificari, tradit. Equidẽ omnino hi uiderunt aliquid. Eſt tamen quod amplius eruditis auribus, & mordaci lotis aceto quærẽdũ

uideatur. Quid enim ita doctiſſimus Poeta Seruum hominem, ut tum Amphitryoni eſt uiſum, Saturni hoſtiam uocauit? Si de infanticidio intelligendum ſimpliciter autumas, Vide ne parum apte, parum'q; cohærenter uile mācipium filiis nobilium cōparetur. Latet itaque reconditum omnino aliquid, quod in Eruditorum album necdum uenit. Nam quod ait q/dam, id a` Plauto poſitū ſimpliciter, quia pauloante dixerat Mercurius, Sacrufico, ego hūc tibi Iuppiter, immo'q; Amphitryo quaſi par pari rependens, Se illum Saturno immolatu/rum repromittit. Nil refert omnino. Nam totus in fermēto factus Amphitryo, ut plautinis & nos utamur Salibus, ac ira plane` furens, amarulētius quippiam, & quod nō felle modo litum, Sed plane` maceratū foret, intulit. Quod ut candidus Lector uerum ſciat, Hæc ex Li/bro Diodori uiceſimo ſubnotauimus, De Carthaginenſibus a` Siciliæ tyranno Agathocle poſt magni Alexandri interitum, primi Ptolemęi temporibus, obſeſſis. Dicebant autem in/quit, Saturnum illis iratum fuiſſe, Quoniam prius ipſi excellentiores ex filiis ſuis ſacrifica/bant. Poſtea uero clàm emptis infantibus, atq; educatis, Liberorū immolabāt loco. Cum'q; diligenti facta inquiſitione, multi ex ſuppoſitis inuenirent' ſacrificari, facile animos induxe runt, ut crederent ad obſidionem urbis hoſtes iccirco diuinitus miſſos fuiſſe, Quoniam pri/ſcos Deorum honores non ſeruarent. Itaq; Deos placare ſtudentes ducentos ex nobiliſſi/mis adoleſcentibus publice ſacrificarunt. Trecenti uero alii, quoniam ſuſpectos ſeſe uide/bāt, ſponte ſe tradiderunt. Erat autem apud eos ænea Saturni Statua, magnitudine mirabi lis, Cuius manus ad terram extenſæ ita erant in gyrum, ut qui peruenire ad eum adoleſcen tes cogebantur, in ingentem foueam igne repletam inciderent. Ex iis Diodori uerbis, quæ pluſcula ob hiſtoriæ notitiam cōſulto appoſuimus, luce clarius patere arbitror, Plautum ad emptos illos, & ſubdititios infantes reſpicientem, Soſiam, ut ipſe putabat Amphitryo, Sa/turni hoſtiam appellauiſſe, ueluti ad eum uſum comparatus foret, Vt mox Liberorum loco Saturno mactaretur. Plutarchus in Libro de Superſtitione in huius ipſius hiſtoriæ mentio/ne, Qui ſine liberis forēt omnino a` Pauperibus puerulos coemere ad hūc uſum ſolitos, ſcri bit, ueluti agnos, aut Auiū pullos. Quin et in more itē fuiſſe tradit, aſſiſteret Mater ἄτεγκτος καὶ ἀστένακτος. i. citra lachrymas, & gemitus. Quod ſi illachrymari, aut ducere ſuſpiria depre henderet', honore cenſebatur indigna. Puer nihilominus immolabat'. In Statuæ ambitu in cinentium tibiis, & tympana pulſantium modulis opplebant' omnia, nequa exaudiri Vox poſſet. Conducibilius porro` inquit, Carthaginenſibus fuerat, Critiam initio, aut Diagorā legum ſortiri latores, ac Deorum nullum arbitrari, aut Dæmonum, q̄ eiuſmodi obire ſacra. Præſtat. n. Deos nō credere, q̄ crudeles opinari, & ſanguinarios. Proinde Xenophanes phy ſicus, cum Ægyptios ſeſe cōuerberantes pro ſacrorum more, atq; lugentes eſſet intuitus, ſub monuit clementer, ne lugere pergerent, ſi crederent Deos. Quod ſi fuiſſe homines, cōper/tum foret, ne ſacrificarent. Plutonē ſcribit Plato, perhumanum, Sapientem, ac diuitem, ſua dela, & oratione animas apud ſe retinentem dici ἅδην. Amaſtris illi tamen Xerxis Vxor pro ſalute propria decem defodit uiuos homines. Athenis qñq; Timotheus Dianæ conci/nens hymnos cognominibus illā adornabat βυάδα nuncupans, φοιβάδα, μοιράδα, λυσα/δα. At melopœus Cineſias e` Spectatoribus conſurgens, eiuſmodi ſucclamauit, tibi contin gat filia. Legimus præterea in Plutarchi apophthegmatis, Gelonem Siciliæ tyrannum, ut debellaſſe Carthaginenſes eſt uiſus apud Himeram, ageretur'q; iam de conditionibus pa/cis, Illos coegiſſe, Legibus aſcribere, infanticidium deſituros. Quoniā uero Saturni feſto, ueteris fuit inſtituti apud Romanos, ut Seruis diſcūbētibus ſubſeruirent Domini, E` Græcia morem eum emanaſſe, liquere ex hiſtoria poteſt. Hermæa ſiquidem fuere Cretenſiū feſta, In quibus id factitatum quandoq; auctor probat Caryſtius, Idē & in panagyri apud Trœ/zenem. Quin primo rerum babylonicarum Beroſus prodidit, menſe, quem Loum uocant, agi feſtum conſueſſe Saceas nomine apud Babylonem diebus quinq;, quibus Dominis im perabant Serui, quorum unus Stolam ſumeret Regiæ perſimilē, diceretur'q; Zoganes. Cō tra uero Coi Rei diuinæ Iunonis honori operam dantes, a` Cōuiuio prorſum Seruos reiici unt, propterea dicti, hominum ſoli libere ſacrificare. Saturnalia porro` in Theſſalia item ce lebrabantur, Sed Peloria fuiſſe nuncupata, Græci ſcribūt, a` Peloro quodā, qui Pelaſgo nun tiaſſet primus, perruptis terræmotu montibus, effuſas ſtagnātes prius in Theſſalia aquas, renudatos'q; ſpatioſiſſimos Campos.

¶ Cur fameſcentibus

¶ Cur famescentibus crassescant Pedes. Item famis Euentus alii scitu periucundi. Plauti loca duo explicantur. Quæ sint Alima, & Adipsa pharmaca. Qui diu uixerint citra ullum omnino cibum. De Phlegmate Plura.

Caput XLIIII.

Esiodi Carmen in Ergis est, quo in fame plurimum crassescere, aut extumere pedes ait, sic enim scribit, quantum recolo.

h Μήσε κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ
Σὺν πενίῃ, λέπτῃ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.

Eum locum explicans Proclus Diadochus famescentium inquit, modi maioris pedes fiunt, reliquum uero attenuatur corpus, forte quia desideant otiosi, Sed & naturalis afferri ratio potest, ut Plutarchus ait. Siquidem cibo extrinseco intimus indiget calor, ut perseueret, Si uero priuetur, crassari in corpus non desinit, ex eo quippiam subinde auellens. Verum ex imbecillitate, quod sibi asciuerit, percoquere nequit, atque imperfectum, crudum'q; dimittit, quod uero incoctum est, ima petere, consentaneum est, atque inde pedibus crassitudinem inducere, Rursum'q; superna Corporum, quæ'q; in meditullio sunt, ubi redundantior uiget Caloris facultas, attenuari. In Quæstionibus encycliis comparia fere' Aristoteles tradit, Cur inquit, uel cibo uescentes uitioso, uel fame laborantes diutina pedibus intumescere soleant? An utrisque per tabem, consumptionem'q; hoc accidit? tabescunt enim & qui esuriunt, quia nullo penitus foueantur alimento, Et qui uitiose uescuntur, nam eo, quod assumpserint, perfrui nequeunt. Hippocrates uero Epidemiarum secundo, In oppido Aeno scribit, iis, qui ob famem leguminibus uescebantur, crura esse debilitata, quin & Eruo utentes poplitum fuisse exceptos dolore. Quia uero de fame agimus, ut alii eius aperiantur euentus, attendenda uehementer Senecæ uerba, Quibus inquit, Stomachus suspectus est, processuri ad res agendas maioris negotii, bilem cibo temperent, quam maxime mouet fatigatio, siue quia calorem inedia conuellit, ac nocet sanguini, cursum'q; eius, uenis laborantibus, sistit. Siue Corpus, quia attenuatum, & infirmum, incumbit animo. Certe ob eandem causam iracundiores sunt ualitudine, aut ætate fessi. Fames quoque, & sitis ex eisdem causis uitanda est. Exasperat enim, & incendit animos. Vetus dictum est. A' Lasso rixam quæri. Aeque autem & ab Esuriente, ac sitiente, & ab omni homine, quem aliqua res urit, nam ut ulcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt. Ita animus affectus minimis offenditur. Ex iis, quæ scienter profert Seneca, lux, opinor, Plautinis Salibus infertur non pauca, cum in Amphitryone ita scribitur, Vetust adagium, fames, & mora Bile nasum conciunt. Quod autem in Curculione Plautus idem hosce scientissime uersus apposuit,

Os amarum habeo, Dentes plenos. Lippiunt fauces fame.
Ita Cibi uacuitate uenio lassis lactibus.

Medicæ artis placita uelut aliud agens lepidissimus Poeta inseruit. Siquidem primo Canonis Auicenna scribit, cibo non esse dandam operam, nisi ubi quis optare cœperit, quod si inferbuerit auiditas, nec ea sit ex uitio, quod Temulentis euenit plerunque, aut fastidientibus, non esse comedendi differendum uotum. Quoniam famis patientia nõ puris opplet Stomachum humoribus. Idem fere' quarto Almansoris prodidit Rasis. Euentus autem ratio est, quia a' Meseraicis, & Venis Hepatis interim perliciuntur humores. Nam tertio naturalium facultatum Galenus, Si uenter inquit, esse inanis cogitur, a' Venis, quæ in Mesenterio habentur, ac Hepate, pabulum sibi deliget. Et mox. Proinde ante cibum laudatur Vomitus famem perpessis diuturnam, ne illatus cibus, ac putridis permixtus facile corrumpat'. Quod uero usuuenit Stomacho, id ipsum & in partibus aliis cõiectare licet, nam pabulo destitus Calor intimus hinc inde prolicit, unde ꝯfoueatur, regerente semp natura, quod minus cõmodum est. Illud nec omiserim hoc loco, quod est in Medicorũ Scholis iactatũ, & ab Auicẽna non neglectum. Si cibi cõcidat appetentia, aut ualidius inaugescat, ingruẽtem significari Causationẽ. Nã illud enectũ ꝓpe' Oris Stomachi Sensum indicat, propterea inanitatẽ nõ animaduerti, Vel qa mẽbra ex Stomachi ore nil admodum eliciant, uel qa a' Corpore non

fiat reſolutio. Super qua re ſexto morbi Galenus Capite XII. plura (ut ſolet) cõquirit acute. Orexis autem uelut Canina humectationes uehementius expreſſas indicat ab humore aceſcente in Stomachi ore, Aut nimiam Corporis reſolutionem, ex qua cibi continua exoritur neceſſitas, quod Galenus idem ſignificat Cap. eodem. Plutarchus in Sympoſio ſeptem Sapientum, ἄλιμα & ἄδιψα nuncupat pharmaca, Quæ famem obrepere, ac ſitim prohibeant. Nã eſt et Alimos herba, quam guſtantes fameſcere neſciunt. Illyrios ut famelicos inceſſuit Comœdia uetus, Vt qui aruo non ſtuderent, Sed piraticæ. Memorabile uero, quod in recentiore obſeruatum hiſtoria eſt, fuiſſe quendam, qui biennio continuo nil prorſum uel comederit, uel biberit. Probabiliora faciunt hæc, quod de Animalibus ſeptimo Albertus ſcriptum reliquit, fuiſſe fœminam, quæ ſine cibo dies quandoq; uiginti tranſmiſerit, Sæpe uero & triginta. Virum quoque Melancholicum ſe uidiſſe teſtatur, Qui ſine cibo ſeptem perſeuerarit hebdomadas, alternis tantum diebus aquam exorbentem. Adiuuat hoc ipſum Auicenna Phlegmatis argumento, quod ſi copioſius fuerit, poſſe effici putat, ut ſine cibis diutius agamus, quoniam ipſum alimenti ſubeat uicem. Hoc itẽ ſanis hominibus poſſe contingere, non abnuit. finit quoque, Eſſe Phlegma incoctum Sanguinem. De eo non prætermittam, quæ in Græcorum obſeruata Commentariis ſunt. φλέγμα inquiunt, οὐ λέγεται πρῶτον ἀφὸ χροφῆς, πρῶϑον γαρ ἀφὸ χροφῆς τὸ αἷμα, τὸ δὲ φλέγμα πρῶϑον τῶν ἀπέπτων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα ἄπεπτα. ἀφὸ γαρ φλέγματος, μεταβάλλεται ὀξὺς χυμὸς ϖοδὶ τὸν ϛόμαχον. ἔστιν οὖν οὐχ ἁϖλῶς πρῶτον, ἀλλὰ τῶν ἀπέπτων. Inueni quoque Phlegma, qui interpretentur φλέγα, ideſt flammam, παρὰ τὸ φλέγειν. A quo & Phlogomata uocentur etiam peruſtæ in panibus partes. Phlegmone autem, ſiue φλεγμονὴ definitur ὄγκος πυρώδης, συῤῥεύντων ἐπὶ τὸ ἀσθενῆσαν μέρος τῶν ὑγρῶν. καὶ τῇ παρὰ φύσιν θερμασίᾳ φλεγόντων τὸ πεπονθός. Quę uero φλεδονώδη nuncupant Græci, Ea plane nugalia intelliguntur. Verum flores modo rerum prolibantibus hactenus in hæc excurriſſe, ſatis ſuperq; fuerit, ne Iliada contexamus.

Melancholicũ quendam 7. hebdomadas ſine cibo uixiſſe.

Gulæ deteſtatio. Epaminundæ hiſtoria. Frugalitatis laus. De Spartanis. Aegyptiis, Magis, Gymnoſophiſtis. De Prophetis item in Creta, Diogene, Triptolemi præceptis, & Porphyrii, Philoxeno, & Gnathone, necnon de Philoſycis, Philobotryis, Philomelis, ac Melomachia. Cap. XLV.

h Ippocrates ille Medicorum longe clariſſimus in Sententiarum libro, quas Aphoriſmos Græci uocant, ueluti deteſtatus Gulam, meditatorium Latrinarum, Craſſa docet, ac obeſa Corpora, quæ creſcendi menſuram impleuerint, niſi cito ablatione ſanguinis minuantur, in Paralyſin, & peſſima morborum genera recidere, & proinde demptionem uideri neceſſariam, ut rurſum habeant, in quæ poſſint creſcere, Quando in eodem ſtatu natura Corporum manere nequit, Sed creſcat ſemper, aut decreſcat, neceſſe eſt, nec uiuere animal, niſi creſcendi capax. Galenus porro Hippocratis eiuſdem doctiſſimus Interpres, Sicuti Hieronymus item commeminit. Athletas, quorum uita, & ars Sagina eſt, in exhortatione medicinæ, nec diu inquit, poſſe uiuere, nec ſanos eſſe, Animasq; eorum ita nimio ſanguine, ac Adipibus quaſi Luto inuolutas, nihil tenue, nihil cæleſte, Sed ſemper de Carnibus, & uictu, & Ventris ingluuie cogitare. Quinimmo auctor idem Galenus apud Hippocratem eſt, farta concepta cula potione, cibatu'ue dehiſcere quandoq; aut uernaculum atq; intimum calorem præfocari abundantia, atque extingui, ac conſileſcere, Sicuti arguunt immortui derepente Athletarum nonnulli, Qui ad immodicam Saginæ menſuram peruenerant. Epaminundam legimus Corpulentioribus, & adipoſis adeo ſe præſtitiſſe infeſtum, ut quendam eiuſmodi protenſo Aqualiculo ab exercitu ſummouendum cenſuerit, ratione quoque addita, quod eius uenter uix tribus, aut eo pluribus obtegi ſcutis ualeret, adeoq; promineret, ut pudenda oculis ſubiicere nequiret. Ipſe uero adeo prætenui, ac præparco fuiſſe uictu narratur, Vt a Vicino ad Cœnam uocatus, ubi bellariorum cum obſoniis ganeatis, & unguentis conſpexit apparatum, abiens Ego te inquit, rei diuinæ operam dare opinabar, non de contumelia cogitare. Hinc celebrata Veteribus Menſa neceſſaria, quam tenuem,

& frugi

& frugi uolebant intelligi, & quæ naturæ modo expleret deſyderia, quam ad panem, & aquam Seneca produxit, Vt nil ſit neceſſe Saliaribus diſtendi epulis, nec tantum uorare, quantum uix alterius diei nox percoquat. Quando nil prorſus ita animum adobruit, ut oppletus Venter, atque exæſtuans, huc, illuc'q; ſe uertens, & in ructus, uel crepitus uentorum efflatione reſpirans. Legimus quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes proſcriptione bonorum, ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe. Sed & Diogenes tyrannos, & ſubuerſiones Vrbium, bella'q; uel hoſtilia, uel ciuilia nõ pro ſimplici uictu olerum, pomorum'q;, Sed pro carnibus, & Epularum delitiis aſſerit excitari. Quippe incini audias paſſim, ἐὰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ λέπνου, ideſt Vnum augurium optimum, Cœnæ opem tuliſſe, nec Euripidis illud aduertimus, ἐν πολυμονήτοι κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὐ, ideſt Sacietati præſto Venus eſt, fameſcenti haudquaquam. Nam antea dixerat Achæus, πεινῶσι γὰρ ἡ κύπρις πικρὰ, ideſt amarulenta fameſcentibus Venus eſt. Cæterum, quod utiq; mirari me plurimum fateor, Ille Voluptatis aſſertor Epicurus omnes libros ſuos repleuit oleribus, & pomis, uilibus'q; cibis aſtruit eſſe uiuendum. Vetus ſententia eſt, difficile eſſe, immo impoſſibile, delitiis, & uoluptatibus affluentes non ea cogitare, quæ gerimus. Contra naturam eſt, copiis uoluptatum ſine uoluptate perfrui. Platonici, & Stoici in templorum lucis, & porticibus uerſabantur, Vt admoniti auguſtioris habitaculi ſanctitate, nihil aliud, quàm de Virtutibus cogitarent. Scribit Xenophon in libro de Rep. Lacedæmoniorum, Lycurgum cibi tantum maſculo habẽdum cenſuiſſe, ut nunquam grauaretur crapula, & indigentiam ferre expertus ſciret. Quinetiam ad ſalubrius degendũ, & ad ſtatus proceritatem magis id alimenti cõducere, arbitratum eſſe, quod gracilia corpora, quàm quod lita cibo efficeret. Ex obſoniis porro apud Spartanos Ius nigrum maxime probatum eſt, Cuius gratia quendam ex Ponti regibus, memoriæ proditum eſt, Coquum emiſſe laconicum. Inde iure guſtato, cum eſſet offenſus, placide ſubintulit is, o Rex, hoc certe iure homines in Eurota loti utuntur obſonio. Qui, ubi modice biberunt, domum abeunt abſque facula. Iam inquit Hieronymus item, ex quo multa in Caput trãſpoſuimus hoc, necui delicatior noſtra uideatur doctrina, ut qui pugnanti ictus de muro uideamur dictare, Ægyptiorum quoque Sacerdotum mores præparci in uictu, & contemplationi dedita mens in ſtuporem uſque a Chæremone Stoico narrantur. Eos enim ſcribit, negotiis omnibus, curis'q; reiectis, ſemper in templo fuiſſe, & rerum naturas, cauſas'q;, ac rationes ſyderum eſſe contemplatos, mulieribus nunquam ſe miſcuiſſe, nunquam cognatos, & propinquos, ne liberos quidem uidiſſe, ex eo tempore, quo cœpiſſent diuino cultui deſeruire. Carnibus item, & uino ſemper abſtinuiſſe, immo uero etiam pane raro ueſci ſolitos, ne onerarent Stomachum, Quod ſiquando comederent, tonſum pariter hyſſopum ſumebant, ut eſcam grauiorem illius calore decoquerent, Oleum tantum in oleribus nouerant. Quid loquar inquit, de uolatilibus, cum Ouum quoque pro carnibus uitauerint, & Lacte? Quorum alterum Carnes liquidas, Alterum ſanguinem eſſe dicebant, colore mutato. Cubile eiſdem ex foliis palmarum, quas Baias uocant, bidui, tridui'q; inediam ſuſtinebant. Sunt qui monumentis prodant, Aetate, qua Pygmalion regno potiebatur in Oriente, necdum Carnes in Epulas fuiſſe admiſſas. In ſanctis literis Carnium eſus, & Piſcium poſt diluuiũ modo uidetur cœpiſſe. poſt id nanq; ita præcipitur, omne, quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum. Porro ex tribus Magorum generibus apud Perſas, Primos, qui etiam doctrina, & eloquentia præcellant, præter farinam, & olera aliud nihil prorſus in cibum recepiſſe memorant. Gymnoſophiſtarum apud Indos duo produntur genera, auctore Porphyrio, Alterum Brachmanas dicunt. Samaneos alterum. Quos adeo continentiæ ſtudioſos prædicãt. Vt pomis modo, modo Oryza, aut farina tantum alantur. Additur rei miraculum, Vbi eos adierit Rex, Veneratur, ut Deos, illorum precibus pacem regno conciliari opinatus. Digna porro relatu, quæ inſuper de Samaneis idem ſcribit Porphyrius, Eos huius Vitæ tempus, tanquam neceſſariam quandã Seruitutem naturæ miniſtrantem, inuitos tuliſſe, ſtuduiſſe'q;, Animas a Corporibus ſoluere, ac cum proſpere corpus ſe habere, ſentirent, ſæpe nihilo ad hoc urgente, e uita ſolitos egredi, Hos domeſtici obitu beatos exiſtimabant, qui'q; illis ſupereſſent, deflebant, ut infelices. Euripidis teſtatum monumentis eſt, Quos uocant Iouis Prophetas in Creta, non carnibus modo, Sed & coctis omnino abſtinuiſſe cibis.

A Xenocrate tria celebrantur Triptolemi præcepta in Eleuſinæ Templo. Honorandos parentes. Venerandos Deos. Carnibus abſtinendum. Quid hic Diogenem amplius memorem, quem Græcia ἡμερόβιον dictitabat, perinde ac tu dicas, Diarii uictus, quod de Craſtino minus penderet, & in præſentem modo horam ſibi corrogaret cibum? Illud ſcimus omnes, a Porphyrio illo ſcientiſſimo concinnatum eſſe librum aduerſus edentes Carnes. Hic eſt, qui mentem ſanctam, & Animam perturbationis expertem optimas Deo eſſe primitias, pronuntiauit. Item corpus pinguefactum Animam quoque in eſuritionem cogere a Vita prolapſam felici. redditam etiamnum corpoream, ad id q, quod diuerſum eſt, deflexam. Iam uero inquit, Si ne minimis quidem alimentis indigeremus, tanto feliciores eſſemus, quanto magis & immortales. nunc uero in hoc mortali uiuentes, Adhuc etiam nos, ut ita dicam, mortaliores latenter efficimus, dum Corpus adaugemus, atque, ut Theophraſtus inquit, dum ἐνοίκιον, ideſt plurimum neceſſitudinis animus cum corpore contrahit. Democrates ait, uiuere imprudenter, intemperanter, impie, non tam male uiuere eſt, quàm diu mori. Prodit hiſtoria, & meminit in libro περὶ ἀφροφαγίας Plutarchus, Aegyptios Ventrem mortuorum eximere, atque mox in Sole aperire, ut omnium peccatorum cauſam. Bœotios non alia magis ratione fatuos, pingues, ac rudes, & ἀναισθήτους, ideſt Brutos ab Athenienſibus dici, quàm propter ἀδηφαγίαν, ideſt edendi inexplebilem auiditatem. Philoxenum Eryxidis, & Gnathonem ſiculum, Plutar. ſcribit, Gulæ proceres, immo uero extremos, ac perditos homunciones, cupediuoros q infamari literis, quod conuiuiis adhibiti emungere ſe in Paropſides, ſiue pultaria ſoliti eſſent, ut abſtinētibus cæteris, ſoli epulis ampliter fruerentur, uel ad diſtenſionem obfarcirentur uerius. Philoxenum uocāt nonnulli Philichthyn. Ariſtoteles etiam Philodipnō. Quod de Gruis collo in Philoxenum refertur, Melanthio Clearchus contribuit. Sunt qui Cytherium ſcribant Philoxenum Poetices non ignarum cœnaſſe quandoq; apud Dionyſium, ac, ut illi animaduertit Mulum apponi magnitudine uiſenda, ſibi uero minutulum neſcio quem, arreptum protinus admouit auribus. mirante Dionyſio, In manibus inquit, Galathea eſt, uolui quæpiam de hoc ſcitari, At is iuniorem ſe reſpondit, quàm ut ſcire quippiam poſſet. Verum, quia ſit iam magno natu, ſcire multa, qui ſit appoſitus tibi. Qua urbanitate ſolutus in riſum Dionyſi?, mulcet ſit illi. Philoxeni paraſiti meminit Athenæus, Pternocopida cognominatum prodens. Qui cœna quadam ubi atriorem inferri panem animaduertit, ne multum inquit, appoſueris, ne tenebras forte inducas. Porro ſicut Philoxenus Philichthys eſt cognominatus, ita nec deſunt, qui Platonem quoque Philoſycon nuncupent, quod ficis grate ueſceretur. Nam & quidam dictus Philobotrys eſt, quoniam Vuis afficeretur inſigniter. Velut Philippus, & Alexander Philomeli uocantur, a Pomis, quæ auide eſitarent. Quin inuentis propè Babylonem optimis, edita ab Alexandro Melomachia eſt, onuſtis nauibus.

¶ De Tyrorarícho apud Ciceronem quid ſentiendum. Quid Tarichopoleum, & Tarichopola. Quid Cremathra, Et Epiſodia. Saperda. Cap. XLVI.

Cicero in quadam ad Pætum epiſtola, Quam mihi inquit, Tyrotarichi patinam narras? facilitate mea iſta ferebantur antea. Nunc mutata res eſt. Quæri ſcio inter eloquentiæ Ciceronis candidatos, quid uerbum non admodum frequens apud latinos ſibi uelit, tam hic, quam in Epiſtolis ad Atticum. Inuenio apud Græcos dici quidem Tarichos Salſamentum. Sudas tamen Carnem intelligere mauult ſale conſperſam, addito etiamnum etymo, παρὰ τὸ εἰς γάρον ἐξιχωρίζεσθαι, quod eliquetur inde tabes Gari modo, nam Ichor tabes eſt, ac cruor. Id fuiſſe annonæ uilioris, ut credam, facit Ariſtophanis Interpres, Cum in Comœdia, cui titulus eſt, ἱππεῖς, ideſt Equites, ita ſcribat. ὅσου τὸ ταριχοπωλεῖον, αὐλὶ τῶ ὅσου τὰ βύτιλ' πωλεῖται. Vbi inquit eſt Tarichopoleum. Hoc eſt, ubi tenuia uenduntur. Tarichos phrygium, & Gadiricum eſt apud Eupolin in Marica. Iulius Pollux Ægyptia addit, & Sardoa quoque. Sed & Tilti Tarichos dicitur ab eodem, & λεπισθωτὸν, Quod ſquammatum intelligit. Quod ſeruile cibarium fuiſſe, monſtrat Comicus Plato, καὶ περιτῶν ἅμα, πίλτου ταρίχης ἐπιθυμῶν τοῖς οἰκέταις. Ex iis ducor coniectura non tam, ut Monitorum pleriſq; eſt uiſum, a

Caſeo

Caſeo duci Tyrotarichum, quàm a' loco, ubi conficeretur, mox'q; Romam ſubuectaretur, uti ex Hiſpania, & locis aliis. Nec me fallit, Apicium ſcribere, quiſquis is eſt, Patellam Tyrotaricham ex quocunq; ſalſo uolueris, coques ex Oleo. exoſſabis & Cerebella cocta, pul pas piſcium, Iecuſcula pullorum, Caſeum mollem excaldatum, hæc omnia calefacies in pa tella. Apud Philippidem, Euſtathio referente, legitur, τυροῦ, καὶ ταρίχους, Vbi auctor idem probare nititur, Tarichos neutro dici genere, ut apud Menandrum ἐπέπασα ἐπὶ τὸ πάριχος ἅλας, ideſt Sale inſperſi tarichos, & maſculino apud Ariſtophanem. πάριχον τοῦ ἰχθυωλώου, ideſt Tarichum abluens hunc. Horæum tarichos inueni apud Pollucem libro ſeptimo, ſiue Horatarichos, Sicuti etiam Tarichopolas, Quos latine Salarios dixit Martialis, hoc eſt qui Salſamenta uendunt. Philotarichos legitur quandoq;, & Zomotarichos, ſicut Elephantinum tarichos. necnõ Homotarichus. Quia uero Obſonia attingimus, id opera parerga nil obfuerit appoſuiſſe, Cremathram dici Vas, in quo Obſoniorum reliquiæ condantur, dictam, quia ſuſpenſa in alto habeatur. Eam Ariſtophanes etiam Talarum uocauit, quanquam eo nomine Calathus intelligitur ruſticanus, ex ſalignis uirgis contexi ſolitus. Adiiciamus ex abundanti poſtremo & illa, Eorum, quę ad menſæ uſum parantur, Alia quidem ordinem habere neceſſarium, Vti Vinum eſt, Panes, Obſonia, Stragula item Veſtis, ac menſæ. Alia uero ἐπεισόδια dicuntur, ideſt Introducta Voluptatis gratia, Vti Cantilenæ, Gelotopœi, hoc eſt riſum mouentes, & id genus alia complura, Quæ ſi affluant, obleſtant utique, Si non adſint, nec ualde quidem deſyderaris. Saperdam eſſe ponticum obſonium, Athenæus libro tertio ſcribit, unde innoteſcit amplius, cur a' Perſio dicatur, Saperdam aduehe ponto. paulo poſt idem tradit, a' quibuſdam Coracinum dici Saperdam, quĩ in Mæotide habeatur optimus. meminit Saperdæ Ariſtophanes quoq; in Holcadibus.

¶ Niuem perfuſam mulſo quid appellarit Domitianus. Capillorum colores unde ſint. Caniciei ratio. Caput XLVII.

Omitianum Imperatorem inauſpicatiſſimum, quem libidine furentem ſcribit Sextus Aurelius, eiuſmodi fœdum exercitium Græcorum uocabulo Cli-
d nopalen dixiſſe, memoriæ proditum eſt, Sermonis tamen nec inelegantis fuiſſe, nec non dictorum notabilium. Vellem inquit, tam formoſus eſſe, quàm Metius ſibi uidetur. Et cuiuſdam caput uarietate capilli ſubrutilum, & incanum perfuſam niuem mulſo dixit. Quod feſtiuiter admodum, & urbane in eum eſt prolatum, qui iam ætatis grauioris ianuam pulſaret, & inde caneſceret, liquore uitali longæuitate, ut interim hoc utamur uerbo, ſiccato, humore autem uitioſo, ex'q; frigore procreato, exuberantius emergente, quo fit, ut inalbeſcant Cani, quoniam colorem humoris imitentur, unde alimenta trahunt. Quippe, ſicuti ſcienter primo Canonis docuit Auicenna, Capilli nigrorem caliditati acceptum referimus. Ex aduſtis enim humoribus nigricans conſurgit Vapor, eandem in pilis exprimens qualitatem. Subalbidus color frigiditatis indicium eſt. in eum enim colorem frigoris opera uergit humor, & quĩ contolluntur inde Vapores, albicant. At Citrinitas, & rubedo æqualitatem præferre uidentur imprimis, ideſt temperatam conſtitutionem inter adurentem calorem, ac frigus. Albedo autem frigiditatem indicat, ac humiditatem immodicam, Sicuti Canicies, Aut uehementiorem ſiccitatis uim. Veluti Vegetabilibus obtingere, deprehenſum eſt, ubi exareſcant. ex nigredine ſiquidem, aut uirore in albedinem emigrant. Ipſum uero hoc uſuuenire homini nequit, niſi in exitu perſicantium ægritudinum. Etenim Pili ſubſtantia attenuatur, rareſcit'q; eius humidum uiſcoſum, unde peruius redditur, & tranſparens. Cæterum quidnã eſſe cauſæ dicamus, cur inter animantes adeo numeroſas, adeo'q; diſcretas hominem ſolum caneſcere, cernamus? quanquam non ignoro, Plinium ſcribere, id etiam in Equis uiſum. Rerum naturalium peracutĩ conſectatores ita ferme' aſtruunt, Animantium plerisq; ἐνιαύσια τὴν φύσιν, ideſt deciduum quotannis eſſe pilum, Vt Equo, & Boui. Nonnulla uero hoc quidem non habere, Sed eſſe βραχύβια, ideſt breuis temporis, ut Oues, & alia quædam, Quorum pilus, utpote non ſene ſcens, caneſcere nequit. At homo nec deciduum gerit pilum. Et μακρόβιος eſt, ſeu lõgęuus. Propterea cõſeneſcit, καὶ ὑπὸ τῶ χρόνου πολιοῦται, ideſt ætate canicię trahit. Inſup & cętera

animalia parum cerebri, id'q; minus humidum habent, ut calor ad concoquẽdum ſufficiat. Scribunt tamen Phyſiologorum nonnulli, uiſum quandoq; hominem, cui ex toto Capilli defluxerãt, Cauſam febre amplius præſtante, exiccãdi poteſtate, nec reddita ſanitate omnino, ſuccreuerunt pili, quod poros, ac meatus pilorum occupaſſet frigiditas, quibus præfactis, obſtipatis'q;, Capillo non patuit exitus. Argumentum huius erat prælucida cutis inſtar ſpeculi nitentis. Qua ratiõe nec in locis a' Pſora occupatis, promere ſe pilus ualet, quoniam arefcente putrido humecto, meatus præcluduntur, frigore craſſante. Verum ne uideamur Plinium inſectati, auctorem in noſtris literis eminẽtiſſimum, Illud non negligendũ, Equos caneſcere, comprobari Ariſtotelis doctrina tertio de animalium hiſtoriis, & quinto de Generatione. Cæterum quia Canicies illa rarior eſt, minus'q; propria, nec clara admodũ, ideo ſolum hominem caneſcere, traditum eſt. In Equis tamẽ etiam ratio afferri poteſt, quod os, in quo cerebrum, tenuius, quàm cætera, pro magnitudine habent. Argumentum eſt, quod ictus in eo loco periculoſus eſt. Vnde illud homericum, ἰνάπτε φίλης ἵππων κραναίῳ ἐμπεφύασι, μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι. hoc eſt, qua Setæ hærent capiti, letale'q; uulnus præcipue fit equis. Cum igitur præ tenuitate oſſis affluat humor, & per ætatem calor deficiat. pili iſti caneſcũt. Ruffi uero celerius, quàm nigri. Nam & Ruffitas, hoc eſt, πυῤῥότης, quaſi imbecillitas pili eſt. Imbecillimum autem quod'q; ſeneſcit celerius. Sunt qui putent, Ariſtoteles inquit, Caniciem eſſe ariditatem quandam, Sed hoc perperam eſſe traditum, indicio eſt, quod pili, q pileo, uel integumento quouis operiuntur alio, celerius caneſcunt. Flatus enim putredinem prohibent. Operimentum autem flatus arcet. Porrò pilum, ut herbam, exiccatam non albeſcere, argumento id eſt, quod pili nonnullis cani ilico oriũtur. at nullum oritur aridum. Multi etiam in extremitate albeſcunt, in ultimis enim, ac tenuiſſimis calor minimus habetur. Cæteris uero animalibus, quibus pili progignuntur albi, natura, nõ affectu id euenit. In iis enim cauſa coloris cutis eſt. Alborum enim alba cutis eſt, nigrorum nigra. Variorum, permixtorum'q; partim nigra eſſe cõſpicit', partim alba. At in homine cutis nulla cauſa eſt. Qui enim ſunt albi, admodum nigros habent Capillos. Ratio uero eſt, quod homo omnium maxime tenuem cutem habet pro magnitudine. Itaq; nihil ad pilo⁊ mutationem cutis ualet. immo præ ſua imbecillitate ipſa mutatur, & uel a' Sole, uel a' flatu redditur nigrior, nec pili tamen mutantur. Cæterum nec prætereunda parte iſta Grammaticorum diligẽtia, Qui Xantham ſiue flauam in Achille comam Caloris, & Iracundiæ argumentum habent, quoniã eiuſmodi fere' ſint Xanthocholi, ideſt quibus dominatur bilis flaua. Verum & flauus dicitur Menelaus, quem tamen haudquaquã Acrocholum intelligunt, ſed mitem, ſuauem'q;, ac proinde mollem bellatorem. Xantham porro' Comam etiam Pyrrham dici, palàm eſt, Vnde infectatur Pyrrhichus. Dicitur & Pyrſa. Item Aetha, ideſt αἰθὴ, ab Aethos, quod ardentem ſignat. unde apud Lycophronem Comætho, ideſt κομαιθώ. Xanthi tamen Capilli Solare quidam habent, Pyrrhi uero flammeum. Sciendum tamẽ eſt, Caniciem, quæ morbo cõtingat, non ſenio, effici ratione cutis. Nam eo uitio Corporis, quod Leuca dicitur, ſiue Vitiligo, pili efficiuntur albi. Cuius cauſa eſt, quod è' cute exeunt pili. Si uero ægrotat cutis, extenuata'q; eſt, pilus quoq; ægreſcit. Aegritudo autem pili canicies eſt. Aetatis uero illa canicies eſt ex inopia, & exilitate caloris. Omnis enim ætas labitur in frigiditatem. Quibus uero hominibus natura pilorum parum calida eſt, plus'q; humoris ſubit, calor proprius nequit cõ coquere, atq; ita putreſcit humor calore aeris ambeuntis. fit enim putredo ex calore, Sed nõ ſuo, natiuo'q;. putredo autem et aquæ, & terræ, & quorumuis eiuſmodi corporum fieri poteſt, quamobrem etiam terreni uaporis putredinem nouimus, Quæ ὕρως, ideſt Situs uocatur. Etenim Situs caries terreni uaporis eſt. Itaq; in pilis quoq; alimentum tale ubi nõ conquitur, putreſcit, atque ita efficitur ea, quæ Canicies appellatur, quæ alba propterea eſt, ex Ariſtotelis doctrina, quod & ſitus carioſorum fere' albus eſt. Cuius rei cauſa eſt, quod multum aeris continet. Omnis enim uapor terrenus uim habet aeris craſſioris. Situs enim quaſi reſpondens pruinæ exiſtimatur. nam ſi Vapor ſe efferens cõcreſcit, pruina eſt, ſin putreſcit, Situs. Quamobrem appoſite admodum per tralationem in Comœdiis Poetæ cum morſu ita enuntiant, ut τὰς πολιὰς γήρως ὑρῶντα, καὶ πάχνην, ideſt Caniciem Senectutis ſitum, atq; pruinam uocent. Porro' argumentum illud euidens, quod pleriſq; per ægritudinem pili canuerint, mox Valetudini reſtitutis nigruerint, quod ipſum Auicẽna item docuit

ſecunda

ſecunda quarti, tractatu. ii. de conualeſcentibus. Recte utiq; dixerimus, Morbum eſſe aduentitiam Senectutem. Senectutem uero eſſe morbum naturalem, quare morborum nonnulli idem faciunt, quod Senectus. Sed nec ægritudine ſolum incaneſcere hominem contingit, uerũ etiam repentino mortis diſcrimine, quod eueniſſe compertum eſt cuidam è rupe pendenti, dum accipitrũ pullos ſcrutaretur, interim q; funes, quibus ſuſtinebatur, diſſiluiſſent. Contingit præterea & diuturno mœrore. Sed & Canos item prudentiæ nomine quoſdam dicimus, uti adnotauit Euſtathius. proinde inquit, tyrrhenus Tarcon, & Cycnus Troianus ætatis primordio ſtatim memorantur cani.

¶ Cur ab Homero Senes dicantur Poliocrotaphi. Crotaphos quid. Suturarum Capitis ratio. De Caluicie præterea, & Canicie. Rhaphides quid. Cap. XLVIII.

q Værit Alexander Aphrodiſeus, peripateticorum ſcientiſſimus, qua ex cauſa Homerus ſummo ingenio, ſumma q; doctrina Vates τοὺς ἀνθρώπους πολιοκροτάφους ἐκάλεσεν, hoc eſt, homines dixit Poliocrotaphos, quod ſignificat, in temporibus Canos. Hoc autem inquit, ex eo credimus prouenire, quia ut plurimum inde Canicies exoritur, quandoquidem primores Capitis partes poſterioribus ſunt humectiores, καὶ φλεγματικώτεραι, ideſt longe magis pituitoſæ. Crotaphon intelligit Ariſtoteles partem oculos interiacẽtem, aures q;, & uerticem. dicitur Crotaphos, quod & inſtitutum adiuuat, quoniam κηρύσσει τὸν τάφον, uelut mortis ſit prænuntia. hinc Theocritus, ἀφ' ἑκατόφων τετελόμεθα πάντες γηραλέοι, ideſt ex temporibus omnes ſumus Senes. Sed inquit Macrobius, Si pars anterior humidior eſt, cur Caluitium patitur, quod non niſi ſiccitate contingit? ratio eſt, quia partes priores Capitis fecit natura rariores, ut quicquid ſuperflui, aut fumei flatus circa cerebrũ fuerit, euaneſcat per plures meatus, unde uidemus in ſiccis defunctorum Capitibus uelut quaſdam Suturas, quibus Hemiſphæria, ut ita dixerim, Capitis illigantur. Eas uero ut doctius teneamus, Sciendum eſt, totum quidem Capitis Os dici à Græcis Cytos, conſtare uero id commiſſuris, quas iidem ῥαφὰς uocent, ideſt Suturas, quæ Serratæ ſunt. Aliqui etiam Stephanitidas, aut Rhabdoides, & Lepidoides. Sunt autem Commiſſuræ Cranei Interceptæ numero, ut ferè creditur, quinq;. Ex quibus nonnullas intelligi ueras uolunt, certas q;, quoniam ab extimis ad intima directe producantur per integram oſſium ſpiſſitudinem, quod ſcribit Conciliator. Incertas uero nec ueras, aut fallaces, ut Conciliatoris eiuſdem utamur uerbo, accipiunt, non quia ad intima non perueniant, quod per errorem adcredidiſſe Mũdinus uidetur, nam in Craneo uehementer arefacto penetrare eas, liquido deprehenſum eſt. Sed quoniam, ut priores, directe non penetrent, nam quod extrinſecus ab imo exorditur, intus deſinit ſuperne, Veluti os ſubiecto incumbat Oſſi, atq; ita ferruminetur utrũq;. Nam & ſignificãtius nono de Vtilitate particularũ Galenus Agglutinationes uocauit. Primam uero ex legitimis, certis q; Coronalem uocant, quoniam in ambitum porrecta Coronæ præferat imaginem. Sequentem uero à figura ſagittam uocant. habet hæc Capitis mediana, initium ducens ab oſſe anteriori, pergens ad Os dictum Lãbdam, hoc modo —C. coronalem quippe contingit, pergit q; mox ad Verticem, Quod Auicenna ſcribit. Suturam tertiam Lambdæ uocant, à Græci elementi figura. Eſt q; in parte poſtrema, quam Puppim uocant. Subiacet ei Cerebri uentriculus poſterior. Porro Suturas non ueras eſſe duas ſtatuũt, inter oſſa Capitis lateralia, atq; præcipua, & Oſſa petroſa, quæ ſuperiacent eis, cohærent q; corticis imagine quadam. Eas Galenus etiam Squammoſas nuncupat, & eſſe Parallelas probat, ideſt à Sagitta æquidiſtantes. addunt nonnulli etiam à Coronali. Haſce Suturas quinque Medicorum Scholæ obſeruant præcipue. Adnotarunt & alias, ſed obſcuriores, quibus colligentur Oſſa Capitis omnia ſupra collum. Ita ut uniuerſæ fiant duodeuiginti. Sed enim parte hac uberius, fuſius q; magni Auctoris perſequamur placita. Oſſium inquit, compoſitio duplex, Aut enim ad motum eſt, dicitur q; ἄρθρον, Aut ad firmitatem, ac uocatur συνάρθρωσις. Huius ſpecies tres, ῥαφὴ, σύμφυσις, γόμφωσις. Et Oſſa quidem Capitis compacta Suturis ſunt. Inueniuntur hæ quinque plurimum, σφηνοειδὴς per Sinciput, ideſt διὰ τοῦ βρέγματος. Oboliæa per uerticem. λαμβοειδὴς, Quæ in Occipite, ideſt διὰ ἰνίου. Crotaphiæ, ſeu

temporales duæ. Cranii Ossa septem. Occipitis unum. Verticis duo. Temporum totidem. Frontis unum. Polymorphi item unum. Gomphosis dentium est, quia infiguntur. Symphysis uero aliorum. Pauciores esse Suturas in mulierum Capitibus, obseruatum est, Addunt & constipatiores haberi, qua ratione doloribus capitis amplius infestari. minus se egerentibus Cerebri superfluitatibus, Quæ præcipua est Suturarum utilitas, Vnde & Capitis osse pertuso, maniacos plerunq; Sanitati restitutos, legimus. In Platæensi strage persicum caput repertum, Herodotus scribit, nulla prorsus Suturarum commissura. Cui Aratus succinere uidetur, πολλαὶ δ' ἀῤῥαφέες κεφαλαὶ πάγεν ἀνθρώποισι, idest Capitum pleraq; hominibus citra Suturas compacta sunt. Arrianus Aethiopum Capita Suturis nullis esse laxa, prodidit. Sed ad rem, Quibus illi meatus fuerint ampliores, humorem siccitate mutant, & ideo tardius canescunt, Sed non caluitio carent. Occipitium etiamsi est siccius, nunquam tamẽ caluitio deformatur, Quoniam eius siccitas non ex uitio, Sed ex natura est. Ex ea uero siccitate Caluitium fit, quæ per malam temperiem, quam Græci ἀκρασίαν uocare solent, contingit, Vnde Capillo crispi, Qui ita temperati sunt, ut capite sicciore sint, tarde canescunt. cito in Caluiciem transeunt. Qui uero Capillo sunt rariore, non eo facile nudantur, nutriente humore, quod Phlegma uocitatur, Sed fit illis cita Canicies. Porro scitu dignum id quoque, Caluiciem quandoq; ex cognatione prouenire, quod Alexander scribit, Sicuti Podagra, & morbi alii ex nobis natos frequenter excipiunt. Ex eodem quoque illud non omiserim. Canos non solum albicare, Sed quandoq; fieri χρυσοειδεῖς, hoc est, fuluos, ὅταν συναναμιχθῇ ἡ λεκιθώδης χολὴ τῷ φλέγματι, idest ubi flaua bilis permixta Pituitæ fuerit. Sic enim Lecithodes transfertur, quando Lecithus est Oui Luteum. Quoniam uero dici a' Græcis Suturas diximus ῥαφὰς, Sciendum, Rhaphidas aliud esse omnino, nã sic pisces uocant, quos & Belonas dicunt, Vti tradit in Commentatione de piscibus Dorion, meminit Epicharm⁹ insigni distinguens apposito, nam Oxyrhynchos appellauit, idest exacuminati rostri.

¶ De Phalacro, & Phalantho. Quid Phalacræ, siue Calueta. De Caluitio plura. Item de Spadonibus. Caput XLIX.

c Aluum Græci Phalacrum dicunt, ueluti qui habeat τὸ ἄκρον φαλὸν, ὅ ἐστι λευκὸν, quod uerticem habeat albicantem. Phalũ enim albũ uocant, ἀπὸ τοῦ φάος, tanquam luminosum sit, multum'q; habeat claritatis. hinc & eundem Phalanthum appellarunt, quod albus Capillus ueluti flos sit. In Iulii Pollucis monumentis est, Anaphalantias quoq;, Sed hunc Anasilum interpretantur, hoc est, capite incompto. Nam inquiunt, Phala est ornatus quidam, a' Luce ita dictus, unde & Galeæ Phalus nuncupatur, pars ante frontem. Cui prænitentes claui affiguntur, ut speciem afferant, Caluitium ipsum Phalacroma uocant. Legimus in Thesauris Stephani, Phalacras inde dici uertices montis Idæ, ubi Planta nulla uisitur niuium magnitudine, ac Gelicidii. Quin inquit, montana omnia satis, fruticibus'q; nuda Phalacras recte dixeris. Latine dici Calueta possunt. Vel, ut Columellæ placere animaduerto, Glabreta. nam & Caluatam uineam lego apud Catonem, & Plinium, in qua uites quidem sint, Sed paucæ admodum, & raræ, ut in Caluitio capilli. Caluari quoque, & Caluescere in Columella posita inuenies, pro rarescere. Sed redeo ad Caluos. Est inquit Plinius, in Capillis aliqua terrarũ differentia. Quippe Myconii carentes eo gignuntur, unde & Caluos omnes Myconios dicimus, auctore Stephano, Sed commeminit & Strabo. Est uero Myconus Cycladum una, de Mycono nuncupata Aeneæ, ac Rhyus filio. Scribit Herodotus in Melpomene, siue historia quarta, inter Scythicas gentes esse quosdam, qui sub excelsorum montium radicibus incolant. Eos ab ipso natali Caluos esse, tam mares, quàm fœminas. Esse item simis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris sono, Scythicam gestantes uestem, ex Arbore uictitantes, Cui nomen sit, Ponticum. Cuius magnitudo eadem, quæ fico. fructum esse fabę per similem. Verum resectis iis, aliquid scitius promere pergamus. Quærunt Scientissimi, Quid ita Spadones Calui effici nequeant. Ratio autem duci uidetur inde, quod Cerebri multum obtineant, quam rem eis contingere, hinc manifestum est, quia rem ueneream nõ agunt, ἡ γὰρ γονή ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χορεῦσα. hoc est, Semen labi per spinam e' Cerebro

rebro uidetur. quam opinionem ſecutus item Hippocrates eſt, in libro de Aere, & Aqua. Nam præciſis uenis, quæ poſt aures ſunt, induci ſterilitatem credidit, quod Seminis materia plurimum a' Cerebro ſit. Quemadmodum uiceſima tertii ab Auicenna quoq; expoſitum ſcimus. Indicio eſt, membri illius, & oculorum quoq; ex coitu imbecillitas. Eadem ratione Boues Ectomiæ, ideſt execti cornua gerere maiora uiſuntur. Inſuper ob id quoq; Pueri, necnon mulieres Caluitium neſciunt. Sic autem ſancit de toto negotio Auicenna. Mulieres inquit, & Caſtrati non calueſcũt, Et Mulieres quidem, quia ſint humectæ plurimum. Caſtrati uero perfrigidi, Vt minor calore in eis fiat humiditatis reſolutio. Amplius in Euiratis quod tranſire in barbam debuerat, in Capronas abit, in Muliere barba non ſuccreſcit, pororum, ac meatuum anguſtia. Scribit Hippocrates ſententiarũ libro ſexto, Spadones nec podagra laborare, neq; caluos effici. Super cuius loci enarratione paucula Galeni doctiſſimi Interpretis uerba ſubſignare uoluimus, ut obiter moneamur inde, quàm euidẽs ſit morborum ratio in uictu parum ordinato. Spadones inquit, dempti teſtes ſimiles mulieribus reddunt. Igitur eæ quemadmodum non calueſcunt, Ita Spadones nil eiuſmodi ſentiunt. Cæterum ut podagra caſtratos non tentet, temporibus Hippocratis uerius erat. noſtris nõ inſuper ratum eſt, ob inertiſſimam deſidiam, & improbam ſacietatis laſciuiam. Collibuit porro' nec præterire, Quæ omnium in rebus naturalibus maximus exaranda ſibi cenſuit. Calui inquit, omnium maxime homines aperte efficiuntur, Quod genus affectionis generale quodammodo eſt. Nam & Plantarum aliæ ſemper frondent, Aliæ frondem amittũt. At Aues, quæ certo tempore ſe abdunt, & latent, pennas amittunt. qualis affectus in hominibus Caluitium eſt. Cum enim paulatim & frondes, & pennæ, & pili defluant, ubi uniuerſim, hic affectus euenerit, uocabula accipit hæc, Calueſcere, Defrondeſcere, Depenneſcere. Cauſa huius affectus inopia humoris calidi eſt, qualis præcipue eſt humor pinguis. Quare Plantæ, quæ pingues ſunt, fronde perpetua uirent. Præterea homines ſuis ætatibus hyemem, æſtatem'q; agunt, quamobrem nemo ante quàm coire incipiat, calueſcit. Sed a' Venereo coitu id potius euenit, ſcilicet iis, qui eo ſua natura ſint propẽſiores, quod Cerebrum per ſe utique frigidiſſimum, rei uenereæ uſu etiamnum frigidius fit. Cauſa uero ut quæ latent, rurſus pennas recipiant, quæ'q; frondem amiſerint, denuo frondeſcant, Caluis autem nunquam redeat pilus, quod anni tempora illis mutationem corporis magis afferunt. Itaq; pro temporum mutatione uiciſſitudo gignendi, amittendi'q; ſequitur, ut animalia pennas, pilos'q;, Plantæ frondes aut dimittant, aut recipiant. At uero hominibus per ætatem euenit, Ver, Aeſtas, Autumnus, hyems. Itaq; cum ipſæ ætates non permutentur, fit, ne affectus, qui ob eas accidunt, permutentur, quãquam ſimilis cauſa eſt. Porro' ſunt, qui putent, quibuſdam hominib⁹ Caluis quidem, ſi frequenter coeant, ſuccreſcere pilos. Cuius rationem affert Albertus de Animalibus tertio. In homine eiuſmodi calorem fuiſſe primo uelut ſopitum, & humido detentum uiſcoſo, Coitu uero humido 'areſcente, Calor uelut exolutus uinculis, fit inde potentior ad humorem reſoluendum, & pilum generandum. Verum ratio hæc parum forte propria auribus uidebitur excultis. Poſtremo impacturi pragmatiæ iſti coronidem adiiciamus illud Bionis perelegans, non minus moleſtum eſſe Caluis, quã Comatis pilos uelli. Nam, ut ſcienter Seneca inquit, Errat, qui putat animoſius detrimenta Diuites ferre. maximis, minimis'q; corporibus par eſt dolor uulneris.

¶ Pancratiaſtæ qui proprie dicantur. Quintiliani locus explicatur. Item plura de Certaminum generibus, & ad ea pertinentibus uocabulis Cap. L.

Vintilianus Oratoriarum inſtitutionum ſecundo ita ſcribit. Peritus non ſi docendum Pancratiaſtem ſuſceperit, pugno ferire, uel calce tantum, aut nexus modo, atque in his ictus aliquos docebit, Sed omnia, quæ ſunt eius certaminis. Mira, ut audio, inter Grammaticos diſceptatio eſt, Qui dicatur proprie Pancratiaſtes, quod'ue ſit Certaminis genus Pãcratium. Ego nuper In Ariſtotelis tres de Rhetorica libellos cum incidiſſem, ex eorum primo aucupari certiſſime ſum uiſus, quid in re ambagioſa ſtatuendum deniq; ſit. Adeo ut Philoſophi uerba appoſitiſſime Quintilianum interpretari uideantur. Agoniſtice inquit, ſiue Certatiua, Corporis

q

uirtus magnitudine conſtat, Vi, & celeritate. Celer nãq; robuſtus eſt. Qui uero pedibus diu ac citiſſime mouetur, Dromicus eſt, hoc eſt Curſor. Qui aduerſarium premere, ac retinere ualet, Palæſticus, ideſt Luctator. Qui uero plagas impingere poteſt, πληκτικὸς, ideſt Pugil, ac percuſſor. Qui duobus his præcellit, Pancratiaſticus. Qui his omnibus, Pentathlus. hactenus Ariſtoteles. Ex cuius uerbis luce opinor, clarius innoteſcit, Qui deniq; ex Fabio elici Senſus debeat, Sed καὶ τυφλῶ δῆλα. Iureconſulti uerba ad legem Aquiliam. Siquis inquit, in Colluctatione, uel in Pancratio, uel pugilatu, dum inter ſe exercentur, alius aliũ occiderit. Idem ferè & Gellius, cum ait, Diagoras filios tres habuit, unum pugilem, Alterum Pancratiaſtem, tertium Luctatorem. Idem alibi, Oportet animo eſſe intento, ut ſunt Athletarum, qui Pancratiæ uocantur, qui ad certandum uocati, proiectis alte brachiis, conſiſtunt, Caput q́, & Os ſuum manibus oppoſitis, quaſi uallo præmuniunt. Cæterum nec ſignificanter ex Verbis Gellii unquam deprehendas, quod quidam rentur, quid Pancratium ſit. Non ebullierunt iſta in Lynceorum, nedum Triuialium, & Apalæſtorum ad hoc genus commentariis. Verum quæ ingerunt ſe nobis, allidere, aut præfocare non ſuſtinemus, quantacunque inſtet inuidia, Quam plurimum allatraturam ſcio, Sed utinam nobis ſuperſtitibus, Vt Dentem dente arroſiſſe dolenter ſentiat, quando, ut dicitur, Carne opus eſt, ſi ſatur eſſe uelis. Sed nos ſcopas ſolutas ſuo linquamus Liuori, in doctrinis, quaſi in præſtigiis mirificas. Sudas intelligi Pancratiaſtas uoluit Athletas, Pyctas q́ χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦντας, ideſt manibus, pedibus q́ in pugilatu decertantes. Sunt enim Pyctæ qui & Pugiles, quos q́ Ariſtoteles, uti prænotauimus, & Pollux ab uſu percutiendi Plecticos uocant. Autolyci Pancratiaſtæ ſtatuam in Prytaneo ſtetiſſe, Auctor Pauſanias eſt. Pyctarum arma Pilæ ſunt, quas Sphæras dicunt, unde Sphæromachia nuncupata, & uerbum σφαιρομαχεῖν. Inter ea item ſunt & Myrmeces, & Lora. Nominatur & in hoc uſu Sciamachia, Sicut & Acrochiriſmus. Sicyonium Soſtratum, Pancratiaſtem, ſcribit Pauſanias, Acrocherſitem eſſe cognominatum, quoniam ſummis manibus correpto aduerſario, confringens non dimittebat prius, quàm deficientem ſenſiſſet. De Glauci ſtatua habitu σκιαμαχοῦντος, quoniam erat is, ut inquit Pauſanias, ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν, χειρονομήσαι πεφυκὼς, alibi plura. Sunt & qui uocantur Pammachi, Veluti Plato Euthydemum nũcupauit. Videntur eſſe, qui & Pancratiaſtæ, nam Pammachion pro Pancratio legimus quandoq;. In literis noſtris Pentathlum Feſtus interpretatur Quinquertium, Sicut Quinquertiones Pentathlos dicimus. Sed & Athletas Liuius Quinquertiones appellauit. Pentathlos uero intelligit Feſtus, qui ſe artibus quinque exercerent, Iactu diſci, Curſu, Saltu, Iaculatione, uel cæſtu, ut habent alii, & Luctatione. Paulus Iureconſultus digeſtis de Aleæ luſu, & Aleatoribus Senatuſconſultum inquit, uetuit in pecunia ludere, præter quam ſiquis certet haſta, uel pilo iaciendo, uel currendo, ſaliendo, luctando, uel pugnãdo, quod Virtutis cauſa fiat. Sunt apud Græcos, qui octo ſtatuant Certamina. Stadium, Diaulum, Dolichum, Hoplitem, Pygmen, ideſt pugilatum. Pancratium. Palen, ideſt Luctam, & Alma, ideſt Saltum. Quod ad hunc poſtremo loco poſitum attinet, Partem unde proſiliebant, βατῆρα uocant, ideſt Batera. Saltandi menſura dicebatur Canon. Terminum autem nuncupabant τὰ ἐσκαμμένα, id ualet, ac ſi effoſſa dicas, unde & in eos, qui metam tranſiliunt, concinnatus Adagio, πηλᾶν ὑπερ τὰ ἐσκαμμένα, ideſt ſaltu ſulcum tranſmittere. Pentathlorum iaculum dicebatur Apotomeus. Diaulum intelligebant, curſum duplicem, obeundi ſcilicet Stadium, ac mox regrediendi. proinde Ariſtophanis Interpres locum, qui Stadia contineat duo, nomine eo intelligit, aut menſuram cubitorum. σ. i. ducentorum. Dolichus uero ſæpius eſt repetitus curſus. Aut ubi ſeptem currunt. Nam Stadiodromi duo tantum erant. Hoplitem curſum intelligimus armatum. Addamus porrò ſuperpondii quippiam, quod linguæ ſupellectilem faciat inſtructiorem, cultiorem q́, Athletæ præmium rectè Athlon nuncupari, Sicut quæ Medico contribuuntur, Soſtra dixeris, & Soteria, ac Iatrea. Docẽti uero, Didaſcalia, Didactra. Militi, Ariſtea, Epinicia, Niceteria. Chirotechnæ autem, ideſt Artifici, Epichera. Nuntio, Euangelia, & Menyſtra. Quippiam ferenti, Comiſtra. Benefico Chariſteria. Altori Threptra. Palæſticam porrò Artem Theſeus excogitauit primus, Nam poſt eum coorti Paleſtræ Doctores. prius enim magnitudo tantum ſpectabatur, & robur, Quo Cercyon in Bœotia Hoſpites conficiebat in loco, quem παλαίστραν Κερκυώνος uocarunt.

Caluiſii

¶ Caluisii Sabini memoria propè nulla. Grammatici Analectæ qui sint. Item Analectides quid, & Analecta, & Apodectæ, uel Apodectæi. Cap. LI.

c Aluisium Sabinum hominem sanè diuitem, ita fuisse memoria nulla, scribit Seneca, ut illi modo Vlyssis nomen excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene nouerat, quam pædagogos nostros nouimus. Nihilominus eruditus uolebat uideri, Quamobrem Compendiarium excogitauit. Magna summa Seruos emit. Vnum, qui Homerum teneret. Alterum, qui Hesiodũ. Nouem pręterea Lyricis singulos assignauit. postquam uero hæc illi familia comparata est, cœpit conuiuas uexare. habebat ad pedes hos, a' quibus subinde cum peteret uersus, quos referret, Sæpe in medio uersu excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum arrosor, & quod sequitur, Arrisor, & quod duobus his annexum est, derisor, ut Grammaticos haberet Analectas. Erat enim in ea opinione, ut putaret se scire, quod quisquã in domo sua sciret. Et perinde etiam posset, Idem Satellius illum hortari cœpit, ut luctaretur, hominem ægrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respõdisset, & quo modo possum, uix uiuo. Noli obsecro inquit, dicere, non'ne uides, quàm multos Seruos ualentissimos habeas? hactenus Seneca. Apud quem siquis solicitius inquirat, Quos nam arbitremur dici Grãmaticos Analectas, Eos ita nuncupari contenderim, Qui lectione multa exercitati, memoria sint firmissima, & indubitata, ut quicquid unquam legerint, uel audierint, ferè habeant ad manum, & in numerato, quoniam ἀναλέγεσθαι significet Græce ἀναμφιβόλως ἔχειν, καὶ ἐννοεῖσθαι, idest firmiter tenere, ac concipere. Vel quia memoriæ subsidium, & ingenii domino essent futuri. Sicuti Analectides dicuntur, quibus ex Xylino Lino, uel quauis materia, tanquã puluillis constipant Scapulas prominentes puellæ, ut uideri habitiores possint. Quod Ouidianum carmen liquido comprobarit, quod ita habet.

Conueniunt tenues scapulis Analectides altis.
Angustum circa fascia pectus eat.

Analecta in Epigrãmatario poeta sunt reliqæ sub mensa, quæ qd' colligi debeãt, id sunt sortitæ nomẽ, q̃uis ẽt ꝓ instrumẽtis ad id ipsum destinatis, qdam interp̃tari maluerint. Martialis.

Colligere longa turpe nec pudet dextra
Analecta, & quicquid Canes reliquerunt. Et alibi.
Otia sed scopis nunc Analecta dabunt.

Erant Athenis Apodectæ, Qui tributis, Collationibus, & omnino uectigalibus præerant, quæ'q; in iis ambigua forent, iudicio discernebant. iis ab excipiendo inditum uidet' nomen. Sed & Apodectæos uocabant, qui frumenta metirentur. Hoc ideo non tacui, Si forte cui Apodectas dici grammaticos, Non Analectas, arrideat magis.

¶ A' quibus traditum, Polypos sua sibi brachia erodere. Quid Cotyledones, & unde. Item Acceptabula. Sepieum quid. Adulatorem esse Polypo similem. Quid Tholus, & Pritaneum. Caput LII.

p Olypum inquit Plinius, brachia sua rodere, falsa opinio est. Id enim a' Congris euenit ei. hoc ipsum et Athenæus scribit, a' quo relatum scio, Alcęũ quoq; ita tradidisse, ἔδωδ' ἐμαυτὸν, ὡς πολύπους. Id & Phærecrates sensit. Hæc uero siquis latius tractari expetat, Sciat primum quidem, a' Paguris Polypi brachia erodi, Aristotelem scribere. Inter eos uero, quorum sententiã reiicit Plinius, esse Poeta Hesiodus uidetur, Qui, ut Græci interpretantur, Eledonem Polypi genus eo uersu intellexerit, qui in Ergis legitur, ferè in fine. ὁτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει. dici'q; Eledonem uolunt. ἀχὸ τοῦ ἑαυτὴν ἔδειν, quod ipsa se rodat. Ita ut. λ. in nomine perinde, ac uacans legatur. Monocotylon eam dicit Aristoteles, idest simplici Acceptabulorũ ordine fultam. Sed & Oppianus in halieuticis Hesiodi comprobat sententiam, hyeme prodens suis uesci pedibus Polypos, illis uersibus,

Ἀλλ' οἵγε γλαφυρῇσιν ἐνεζόμενοι θαλάμῃσι
πτήξαντες δαίνυνται ἑοὺς πόδας, ἠύτε σάρκας Ἀλλοστρίας.

Colouopodas certe hinc polypos conſpici, Ioannes Grammaticus adnotauit. Auctor quoq; in uaria hiſtoria Aelianus, Polypos ad uorandum quæcunq; oblata, eſſe uehementes, inſuperabiles q; adeo ut paſtu mutuo ne abſtineant qdem, Et in maioris θήρας, ideſt laqueos, retia q; incurrens minor eius eſca fiat. Porro ut aliqua non incurioſe ad hoc pertinentia hinc inde præcerpamus, habet, inquit Aelianus idem, Polypus hic unam modo Cotyledona, Eſt q; ἑπτάπους, ideſt Septem pedum. Cotyledonas exponunt Eruditiores τὸ πολύ ποδὸς πλεκτάνας, ideſt Polypi Acceptabula, ſiue Cirrhos, aut, ut Ouidius, flagella.

Deprehenſum Polypus hoſtem
Continet, ex omni demiſſis parte flagellis.

A' Cotyles ſimilitudine, ut inquit Euſtathius, eſt autem genus Vaſis Cotyle, & manus cauitas, unde & luſus quidam dicebatur ἐν κοτύλῃ, ideſt in Cotyle. Cotila uero animalia dicuntur garrula, ideſt κωτίλα. Sicut Agrammata uocantur, quorum uox nullis exprimi literis ualet. Antiphilus Byzantius Helicas uocauit eo uerſiculo,

πλέξαθαι βρύγδην ὀκτατόνους ἕλικας.

Cotyledones dici uidentur, ut item inquit Oppiani Interpres, διὰ τὰς ἐπικειμένας τοῖς πλοκάμοις κοίλας, οἷον κοτύλας, quod Concaue capillis incumbant, uelut Cotylæ, Sed inquit Ariſtoteles de Animalium hiſtoriis quarto, ὁμοίως οὖν πολύπους καὶ ὡς ποσὶ, καὶ ὡς χερσὶ χρῆται ταῖς πλεκτάναις, Vtitur inquit, Polypus uice pedum, ac manuum Cirrhis, ſiue, ut Theodorus tranſtulit, Brachiis. Sciendum uero, Sepiæ, Lolligini, Lollio Capillamenta ineſſe quædam. Nam partes duræ, ac ſolidæ intus per dorſum, & corporis prona continentur, quas non eodem appellant nomine, nam in Sepiis Sepieum dicũt, In Lolliginibus Gladiolum, ſeu Xiphos. Acceptabula apud Plinium Trebius Niger in polyporum ratione accepiſſe uidetur pro caliculis Vrnalibus peluium modo. Vnde apud Senecam ſunt Præſtigiatorum Acceptabula, hoc eſt Vaſcula, ſeu Caliculi, quibus aſtantium oculos fallendo præſtringunt. Dicunt & Acceptabulum Heminæ quartam partem, ideſt drachmas quindecim. Sũt & in Corporibus Acceptabula pro Pyxidibus, ut Anatomici uocant, quibus Coxendices infiguntur, circa q; ea uertuntur Oſſa Coxarum. Hinc ſæpe in Plinio legimus, Oſſa ex Acceptabulis. ab Accipiendo uidentur Acceptabula dici, quæ, Græci ὀξύβαφα uocant, Quo nomine Vaſa ſunt Ariſtophani in auibus. Quidam uero Acetabulum ſcribunt, c, ſimplici, Sicut & Acetarium, ab accipiendo item dictum, pro horto, quoniam, ut inquit Plinius, expedita res, & parata ſemper foret. etiamſi non deſunt, qui pro herbis uirentibus, quas ex oleo Sale, ac aceto initio menſæ eſitare conſueuimus, id uerbum accipiant. Verum illud ſcitius paulo, ac remotius, Ora Vaſorum, ad uterum quę ueniunt, Aphoriſmorum quinto, ab Hippocrate Acceptabula nuncupari, ex quibus Secundæ pendent. nõ ſicuti arbitrantur plerique adnatas ipſis Carnes Adenoſas. Nam & de muliebribus paſſionibus primo, Si Acceptabula inquit, plena fuerint pituita, Menſtrua fiunt pauciora. Et de naturalibus primo Praxagoras, Acceptabula ſunt ora uenarum, & Arteriarum, quæ ferunt ad uterum, Sed redeo ad Polypos. Baſilius ille magnus in commentatione, quam de Gentilium librorum lectione concinnauit, ſcite admodum, & docte, Polypum uocat Adulatorem, Cuius uerba mollia feriũt interiora Ventris. Nam, ut inquit, Polypus ad ſpeciem ſubiecti ſoli colorem permutat, Conſimiliter & Aſſentator ad Voluptatem audientium uariabit ſententiam. Ariſtoteles Polypi atramentum uocauit Tholum, ſi dici tamen atramentum poteſt. Sed & in Sepia Tholus, dicitur, & in mollibus, in ea, quæ Mytis dicitur, ut Philoſophus idem ſcribit. Accentum recipit in ultima, quãquam enotatum aliter inuenies in Ariſtotelis codicibus. Nam Tholus ſi paroxytonon fuerit, Orbicularem ſignat domum, in qua epulari Prytanes conſucuerant. Prytaneum dicebatur proprie, quod in ea triticum ſeruaretur, quod dicunt Græci πυρὸν, quaſi πυροῦ ταμιεῖον. Dicitur uero Tholus ἀπὸ τοῦ πολεῖν, ideſt a circumcurrendo, Inflectitur q; ſub fœminino genere, de qua re & Pollux libro octauo. Tholia uero Ciſta eſt, operculum habens Tholoides, ſiue teſtudinatum, Ex Theſauris eiuſdem. Polypi tholum eſſe ſubrubrum Athenæus prodit in ea parte, quæ dicitur Mecon, ſupra uentrem.

¶ Pantheæ ſingularis Virtus, Muliebris ſexus commendatio. De Artemiſia, & Abato Rhodio q

Rhodiorum. Sparthanarum, Romanarum'q; laus. Item Gallicarum, ac Perſicarum. Item de Thracum fœminis, & funebribus mulierum orationibus. Cap. LIII.

Ieronymi ſanctiſſimi, ſimul et eloquentiſſimi uiri ſententia præclara eſt, Virtutes non ſexu, Sed animo æſtimari oportere. Id ſiqua in fœmina uerum iu-
h dicari & poteſt, & debet, Hæc Panthea eſt, Nec imprudenter me aliquis, aut parum pie cenſuram hanc peragere criminetur. Neq; enim nũc Chriſti ſacraria introſpicimus, in quibus eniteſcunt diuiniores animæ, & præfulget cæleſtis clementia. Meminerint modo legentes, uerſari nos in priſcorum literis, & inde præcerpere floſculos rerum amœniores, quibus uel fatigatos oculos blande retinere ualeamus. Ergo fuit Panthea hæc, Vt ſcribit Xenophon, & ex parte commeminit Hieronymus, Abradatæ Vxor, nobilis Viri, & in bellicis rebus periti, quod'q; maximum reor, Perſarum mox Regi Cyro imprimis cari. Ad Cuius manus uenerat Panthea Captiua, Caſtris Aſſyriorum expugnatis. Aberat tum Abradatas, Vt qui legatiõe fungeretur apud Bactrianorum Regem. Araſpæ Medo aſſeruanda interim tradita Panthea eſt, Qui ſingulare, ac præcipuum reddidit ei Pulchritudinis teſtimonium, ſimul et probitatis. Cum apud Cyrum affirmaſſet, nec dum eſſe ortam, aut omnino inuentam tota Aſia tantæ præſtantiæ mulierem, Sed ipſa prius reddiderat ſibi. Nam cum magno natu quidam, ut bono animo eſſet, hortaretur, quoniam etiam ſi pulchrum, præſignem'q; Virum antea habuiſſet, Nunc maximo Regi, Cui nec forma, non ſtata quidem, Sed præcellens, nec Virtus deeſſet, deſtinanda foret. id Vbi illa percepit, Scires ibi fœmineam ceſſare inconſtantiſſimam imbecillitatem, non regia fortuna erectior facta, non libidinis titillationibus delinita, profundius ſe in luctus dedit, Peplo'q; a' ſummo uſq; diſciſſo, miſerabiliter ſeipſam complorans, eiulans'q;, quod quem præcipue amabat, cui'q; uni ſe natam uolebat, eo foret caritura, conflictabatur. Cæterum affuit Virti fortuna, & Votis ſubſcripſit caſtiſſimis. Eam quippe tantam, talem'q; magno animo inui ſere neglexit Cyrus, ne interim a' gerendarum rerum cura muliebri uenuſtate mollitus auo caretur. Verum & ipſa mox Venientem Abradatam Virum illi conciliauit, Cum accerſito Cyri religionem, temperantiam quoq;, & in ipſam explicaret commiſerationem. Quibus permotus Abradatas, quid igitur inquit, mihi faciendum cenſes, quo & pro te, me'q; ipſo Principi eminentiſſimo ſatiſfaciam? Quid aliud inquit Panthea, niſi ut enitaris, ſimilem te illi præſtare? Ea perſpicue intelligens Abradatas, profecturus mox in Aciem, O Iupiter inquit, optime, maxime, da mihi, ut appareã & Vir dignus Pãthea, & dignus amicus Cyro. Cæteꝝ ubi acri cõmiſſo prælio, ſtrenue pugnãtem illũ occubuiſſe, audiuit Panthea, poſteaq; fleuit uberius, Quæ ſumma uirtute, & q̃tum ſexus is capit, ſumma prudentia ætatem tranſmiſerat, non expectanda ulterius Fortunæ ludibria cenſuit, Verum Acinace, quem diu paratum ad eos uſus habuerat, ſeipſam confecit, Capite ſuper Viri pectus recumbens, ut e' Iugulo profluens ſanguis Mariti uulneribus infunderetur. Quibus uirtutibus id eſt ad poſteros conſecuta nomen, ut clariſſimis monumentis ſubinde celebrata, in æuum ſeſe illuſtriſſime propagarit, Vt intelligamus, quamuis eius uideatur ſexus proprium, domi ſe continere, quod in quadam Declamatione Quintilianus ait, & Leuibus officiis affigi, Et paſſim ut animal indomitum, & impotentis naturæ, fœmina coarguatur, promere ſe tamen nonnunquã in ea imbecillitate tantam rerum excellẽtiam, Vt Viros quoq; quantumuis peregregios decere poſſit, Vt in Timoclia probat Ariſtobulus, & in Thiſbe Theopompus. Artemiſiam mirari non deſinunt Græci, Quæ irruentes Rhodios claſſe exuerit. Inſulam quoq; domuerit, erecta in urbe Rhodo Statua, quæ Ciuitati ſtigmata uideret' inurere, quẽ locũ obſeptũ mox Abaton dixere, quoniam trophęa mouiſſe, religio eſt. Romanarum quidem mulierum laus ea præſignis eſt, Quod illis Numa pudoris adiecit plurimum, curioſitatem remouit. Sobrietatem docuit. Tacere, ac abſtemias prorſus eſſe, neq; de neceſſariis rebus abſente uiro, quicquam eas loqui aſſuefecit. Nam cum mulier quandoq; propriam cauſam in foro dixiſſet, miſiſſe Senatum, memoriæ traditur, Deos conſultum, quidnam ea res Ciuitati portenderet. Quoniam Vlpiano tradente, A' Ciuilibus officiis, & publicis fœminæ remouentur. proinde Iudices eſſe non poſſe, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere. Idem alibi Corporalia inquit, munera fœminis ipſe ſex⁹ de-

negat. Calphurniæ improbitas Iudicibus permoleſta Edicto cauſam dedit, quo cauetur, ne poſtulare fœminę liceat. At ediuerſo Spartanę mulieres audaciores dicunt fuiſſe, in q̃ ipſos Viros imprimis uiriles, ut quæ domeſticis negotiis dominarentur, tum in publicis ſententiã dicerent de maximis rebus, & auctoritatem haberent. Nec me fallit, in politicis Ariſtotelem ſcribere, illas molliter uiuere ſolitas, ac fuiſſe in omnem licentiam diſſolutas. Itaq; inquit, ne ceſſarium in tali rep. diuitias haberi in pretio, præſertim cum fuerint Viri mulieribus obnoxii. Gallorum mulieres inter infeſtas Ciuilis furoris acies auſæ ſe immittere, nũc lachrymis, nũc precibus ita illoꝝ animos flexere, ut diſſenſiõe obliterata, pacem coirẽt, ac Societatem. Omnes q̃ citra ullam cædem ad propria reuerterentur, unde apud eos inoleuerat mos, diutiſſime ſeruatus, ut cum de pace, bello q̃ conſultaretur, mulieres item adhiberentur. Siqua præterea, ut fit, inter ſocios incidiſſet controuerſia, mulieres intererant arbitræ. Quamobrem dignum memoria id eſt, fœdus, quod cum Annibale Galli inierunt, in hanc ferme ſententiam percuſſum. Siquis Gallorum iniuria ſe a Carthaginenſium aliquo affectum queretur, Eius rei Carthaginenſium Magiſtratus, aut Imperatores, qui in Hiſpania fuerint, Iudices eſſe debere. Sin Carthaginenſium quiſquam ab ullo Gallorum iniuſti quippiam paſſus eſſet, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere. Porro in bello, quod contra Aſtyagem gerebatur, cum Perſarum Acies impreſſionem hoſtium ualidiorem ferre nequiret, iam q̃ loco cederet, Matres, & Vxores eorum obuiam ſeſe tulere, orãtes in prælium redirent. Cunctantibus, ſublata ueſte, obſcœna corporis ingeſſere, rogitantes, num in Vteros matrum, uel Vxorum irrumpere cogitarent? Hac illi caſtigatione repreſſi, ueluti denuo bellicum cecinisſent, aciem inſtaurarunt. Ob quod facinus præſigni uictoria potitus Cyrus, lege cauit, Vt ubi primum Perſarum Rex Vrbem ingrederetur, Mulieres quotquot adeſſent, ſingulos Auri numos a Rege acciperent, Sed Ochus Rex cum uitiis aliis, tum Auaritia præ cæteris inſignis, Vrbem ſæpius circumuectus, nunquam eandem inire uoluit, mulieribus ne cõgiarium moribus receptum impertiretur. At Macedo Alexãder bis eam Ciuitatem ingreſſus toties quoque mulieribus erogari numos iuſſit, nec contentus, prægnantibus duplicari munus imperauit. Apud Thracas nec fœminis quidem ſegnis eſt animus, ſuper mortuorum Corpora uirorum interfici, ſimul q̃ ſepeliri, uotum habuere eximium. Et quia plures ſimul ſingulis nubere, moris fuerat, Cuius id demũ foret decus, apud iudicaturos magno certamine diſceptabatur. moribus id contribuebant. inde lætitia ſingularis in uictoria. Huius præterea ſexus honori & illud Romana maieſtas imptita eſt, Vt in clariſſimarum funeribus Epitaphii dicerentur. Quod item ex Virtute natum, ac pietate eſt. Siquidem cum mittendum ad Delphicum Apollinem munus eſſet ex Camilli Voto, nec foret auri tantum in Vrbe, Mulieres ſponte corporis ornamenta contulere.

¶ Iunonis templum in Olympia. Agon, quem uocabant Heræa, ſiue Parthenarcæa. Diana, Laphria, Triclaria. ἡραῖα. Pallas Cap. LIIII.

INter alia memoranda præcipue, Quæ apud Helin Peloponneſi tum uetuſtam, tum nobilem Ciuitatem, fuiſſe narrantur, Non in poſtremis audio celebrari a Scriptorum adiuratiſſimis Templum Iunonis, Quod Scillũtii ex Triphylia ſtruxiſſe creduntur, octo fere annis poſterius, quàm Heleis imperare exorſus eſt Oxylus. Quinto quoq; anno Iunoni Peplum contexebant Mulieres decem ac ſex numero, Quæ ipſæ Agoni præficiebantur, quem dixere ἡραῖα. Currebãt Virgines ætatis utiq; non unius, Prodibant principes natu omnium minimæ, Sequebantur Grandiores paulo, poſtremis, quæ cæteras anteirent ætate. Currebãt uero ſic, Demittebat illis Coma. Tunica ſubſiſtebat paulum ſupra Genua. Dexter uſq; ad pectus retegebatur humerus. Stadium olympicum erat curſui deſtinatus locus, ſexta tamen parte dempta. Victoriæ præmium Oleagina fuit corolla, & Bouis portio Iunoni immolatæ. Certaminis uetuſtatem ad Hippodamiam producunt, Quæ Pelopis adepta coniugium, ſic Iunoni gratam ſe oſtenderit, Sex & decem allectis mulieribus, cum quibus ἡραῖα ſtatuerit prima. Tunc q̃ uiciſſe Chlorin Amphionis filiam. Afferuntur & alia, quæ huc prorſum ſpectant, Sed ambuſtis Græcorum codicibus, in lubrico haudquaquam luctabimur. Illud apertius omnino, ac certius,

ac certius. A' Mulieribus eiſdem duos eſſe conſtitutos Choros, Alter quorum Phyſcoæ di/catur, Hippodamiæ alter. Phyſcoam a' Dionyſio amatam memorant, natum'q; inde Nar/cæum, Qui bello clarus Palladis Narcææ templum excitauit. Nam ſæpe a' Templorum cõ ditoribus, uel iis, Qui ſimulacra erexiſſent, Diis ueterum adoptabantur cognomina. Sicutĩ in Arce Patrenſium Quę colebatur Diana, de Phocenſis Laphrii nomine, Statuæ auctoris, Laphriæ indepta cognomentum eſt apud Calydonios, Quod & apud Patrenſes obtinuit, illuc tralato Simulacro, Inde & λαφρία feſtum quoq; nuncupatum. Sunt, qui Deã ita ma/lint dictam, quod eius μάνιμα ἐς οἰνέα tandem Calydoniis factum foret ἐλαφρότερον. Fu/it in Achaia item Dianæ templum Triclariæ, cuius feſtum καὶ παννυχίς, ideſt Peruigilium celebrabat' quotannis, cum hominum immolatione, ex numinis indignatione enato ſacro/rum ritu, Quod in delubro Melanippus, & Comætho turpiter amore uicti coiſſent.

¶ De Thraſybulo Vate, Qui ex Cane primus Vaticinia conceperit, Quæ de Sue quoq; eliciant Cyprii. Caput LV.

i Nter Vatici ſpiritus Viros, Qui celebre apud Veteres ſint nomen indepti, Comperio in Heleorum hiſtoria Iamidas, de Iamo quodam nuncupatione propagata. Inter hos unus egregie memoratur Thraſybulus, prædicti onibus multis ſane' illuſtris, Quo nomine eſt Icone quoque in Olympia inſignitus, In quo Galeotes, ideſt Muſtella, quãquam alii felem interpretantur, ad dex trum' arrepere humerum aduertitur. Aſſiſtit & Canis, uerum interciſus, ac Iecur patefaci/ens. Quod ſane' quàm mirum eſt, Siquidem ex Hœdis addiuinatio, & Agnis, ac Vitulis eſ/ſe agnoſcitur utiq; perantiqua. Quin & Suillis item extis uaticinia cõcipere, Cypriorum pu tatur inuentum. Canibus ad id Qui utendum putarit, non fere', Pauſanias inquit, comper/tum ad hoc æui eſt. Videtur tamen Thraſybulus hic in eo item animali inſolens excogitaſſe quippiam, Quo Vatica multiplicior fieret, ac adminiculatior Sciẽtia. Iamum uero, de quo diximus, Apollinis fuiſſe filium tradunt, Cuius meminerit etiam Pindarus.

¶ Polydamantis robur prodigioſum, atq; eiuſdem interitus. Cap. LVI.

l Eonem in Nemea fuiſſe ab Hercule peremptum, poterat ſane' fabuloſum ui/deri, Sed præſto' ex hiſtoria Polydamas eſt, A' quo itidem in Olympo feram id genus magnitudine uiſenda, & robore, confectam, & quidem inermi pror ſum, inobſepto'q; prodidere ſyncериſſimi ex Græcis Conditoribus. Ad id ue ro prouectum audaciæ ferunt, Herculis modo æmulatione. Adiicitur quinim mo & miraculum alterum, Nam idem hic Leonis domitor Boum ingreſſus armentum, ini bi Taurum magnitudine inſignem, ac præcipue ferum conſpicatus, Ex poſterioribus alterũ arripuit pedem, retinens'q; pertinaciſſime, ferocientem, ac impetu prærabido proſilientem non dimiſit prius, quàm indignabundus, ac furens tandem in Polydamantis manu χιλὴν, ideſt Vugulam reliquit. Narratur & illud, Quadrigas tota ui concitatas conſtanter retinuiſ ſe, altera modo manu retro curru apprehenſo. Hac tanta fortitudinis fama perpulſus Perſa rum Rex Darius, Artaxerxis filius, ſed nothus, Virum Nuntiis crebris, ac pollicitationibus magnificis Suſa pellicuit. Quò is cum ueniſſet, mox de iis, Qui Immortales a' Perſis nuncu pantur, tres conſpiratu uno nitibundos ex prouocatione arma inaduerſum ferentes contru cidauit ſolus. Teſtatiſſima fiunt omnia hæc ex eius Statua cum Epigrammate in Olympia. Cæterum, Qui plerunq; Viribus nimium ſeſe efferentes exitus manet, Quem'q; eſt Vatici/natus in Carmine Homerus, & Polydamantem excepit. Siquidẽ, quod dicitur, ſuo eſt ipſi/us gladio iugulatus. Caſu quippe cum aliis Combibõibus quibuſdam in Specu æſtus ui fla/grantiſſima ſeſe commodum coniecerat, forte ita euenit, Dęmone non bono utiq;, Vt mon tis apex conuulſus haud dubiam inſpectantibus oſtentaret ruinam, & quidem proximam, Inde reliqui, cum malum ingruens, præſentiſſimum'q; præcepiſſent, eueſtigio fugæ præſi/dium mandantes, citatiſſimi ex mortis ſeſe faucibus proripiunt. At Polydamas, ut qui fato deſtinatum neſciret exitum reclinare, ſubſtitit ſolus, ac ruentis molem ſaxi manuum fultura

conatus reprimere, Ponderis uaſtitate mox oppreſſus, ac contritus interiit. Similis prorſum fiducia, & Crotoniatem perdidit Milonem, de quo, præter noſtros, plura Heliacorum ſecundo Pauſanias, Qui a Lupis eum ſcribit concerptum, Quod genus feræ apud Crotoniatas ſcateat uel maxime.

¶ Quo pacto Alcibiadem concionari metuentem Socrates excitarit. Cap. LVII.

q Vàm formidoloſum ſit, habendę Orationis cauſa in concionem prodire, multorum, opinor, exemplis abunde innotuiſſe, Quando Populi conſpectum nõ ferentes Plerique, metu perfuſi, ac rubore inexpugnabili, capite conuelato, raptim ſeſe proripientes inde, domeſticas petiere latebras. Nonnulli etiam perculſi uehemẽtius ſilentium ſibi indixere perpetuum. Propterea Alcibiadem ferunt meticuloſam adeo ſubiturum aleam, hæſitaſſe amplius, animi æſtuatione fluctuantem. Eum ita affectum cum intueretur Socrates, Adoleſcentis mentem ſurrigere altius cupiens, atq; excitare, Sic ex eo inſtitit quærere, An non inquit, ὦ Alcibiades σκυτότομον illum, ſiue Sutorem ducis contemnendum? Cum adnuiſſet, Rurſum An non & eum, Qui in cœtibus Præconino ſe conſouet munere? cum nec id inficiaretur, Non'ne & σκυτοδέψαφον ait Socrates, Qui pelles conſuit? fatente id quoque Alcibiade, Quid igitur An nõ ex iis conflatur omnibus Atheniẽſium Populus? Quos ergo ſingillatim deſpicabiles opinaris, ne coeuntes reformidaris quidem, Sed Græce ſic, καὶ ἑκάστων καθ' ἕνα καταφρονεῖς, καταφρονητέον ἄρα καὶ τῶν ἠθροισμένων μεγαλοφρόνως.

¶ Neminem unum poſſe in omnibus paria unicuiq; facere. Alexandri, & Equi ab Apelle expicti exemplum. Cap. LVIII.

n On poſſe Virum unum omni in re omnes implere numeros, & ad cuiuſq; animum reſpondere, nobili, & perinde memorando inſtruimur exemplo, Nam, cum apud Epheſum Macedo Alexãder ſuam ipſius eſſet intuitus imaginem, εἰκόνα Quam dicunt Græci, de filo corporis, pro uirili ab Apelle expreſſam, effigiatam'q;, οὐκ ἐπῄνεσε κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς γράμματος, ideſt pro picturæ nõ laudauit meritis. Forte uero interim Equo inducto, & ad pictum Equum mire adhinniente, tanquam uerum planè, ac ſpirantem, ὦ Rex inquit Apelles, ὁμοῦ ἵππος ἐοικέσου γραφικῶν τέρος, κατὰ πολύ, ideſt Equus, quàm tu, expreſſior multo eſt, ac Veritati ꝓximior. Fuit Apelles Colophonius quidem, Verum ἀθήναι, ideſt adoptione Epheſius, Pamphili Amphipolitæ diſcipulus, Sed antea Ephori etiam Epheſii, Pythii filius, Cteſiochi frater, Qui & ipſe pingendi artificio fertur nobilis. Coum fuiſſe Apellem, inter noſtrorum placita eſt.

¶ Quibus indiciis Perſaꝝ Magi ſanguinarium Ochi Regis ingenium deprehenderint. Caput LVIIII.

d E Perſaꝝ Magis, Quod & alibi cõmonuimus, exiſtimant Plerique, ut Sapiẽtibus planè, totq;, ac tanta ꝓfum tenentibus, Quot, & q̃ta ſcire, fas eſt. Quin & Vaticinii eſſe cõpotes, nõnullis, & qdem inſignibus cognitũ expimentis. Alioꝝ nunc obliuiſcor uolens, Quod de Ochi Perſaꝝ Regis ímiti, & ꝓinde ſanguinaria præſagiuere natura, haud quaq̃ cenſui differendum. Quando ratione quadã mira feritatẽ in Subditos agreſtem, ac, ut Græci ſignificanter dicunt, τὸ φονικὸν αὐτῷ. i. cędis auidum ipſius deprehẽdere ingeniũ ſunt uiſi. Siqdem Artaxerxe patre ex humanis emigrante, Vbi arripuit imperium Ochus, Ex Eunuchis Quẽpiam Regi præcipue familiarem, aſſiſtentem'q; propinquiſſime, Iuſſerunt Magi, amplius, accuratiusq; obſeruare, Mẽſa appoſita, Quid ex paratis apprehenderet primũ. Et is qdem, quod iuſſus erat, ſtrenue præſtabat, Regi intẽdens euigilate. Cõmodum ille iam decubuerat, Ac dextra qdẽ glandiolũ arripuit potiſſimũ. Altera uero Panẽ, Qui magnitudine fuit præcipua, Ei cũ Carnes impoſuiſſet, concidebat, ac ueſcebat' large, inceſſanter'q;. Ea ubi audiſſent Magi διὰ τούτων ἀποῤῥήτων συμβόλων, ideſt ꝑ ſecretiora id genus ſigna duo qdẽ prædixere, Anni temperiẽ, ac frugum copiam, Et multoꝝ cædem, exilia, & Damnationes, nil magnopere mentiti.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD DOCTISSIMVM MARCVM MVSVRVM CRETENSEM PRAEFATIO OCTAVA.

Vdio, quo me cunq; uertam, primæ notæ Viros tuis obſtrepentes laudibus, Quod & ſummam in te Nobiles, Infimi, Medii probitatem experiantur, nec
2 humanitate, iucũdiſſima omnibus, diſcluſa. Nam quod ad eruditionis penu multifariam cumulatum ſpectat, Ita demum celebraris, Ita'q; nulli non occurris admirabilis, Vt ſpectatam Gentibus uniuerſis Græciæ tuæ Sapientiã, & facundiæ dulciſſimam uim reuocare ab inferis præmortuam, & quæ omniũ uiciſſitudo eſt, quodam uelut fato pridem ita adobrutam, contumulatam'q;, Vt in terra Græcia diu quæſita uideatur Græcia ipſa, deniq; dicaris, atq; ingenii præſtantia eatenus confouere, id'q; in Italia noſtra, ut plures nunc cooriantur, Qui græce ſciant, quam luſtris centum proximis. Gratulor tibi doctiſſime Muſure, Gaudeo mihi. Eſt quod bene ſperemus. Opera tua uel exactiſſima Veterem πολυμαθίαν uideo breui ſuo nitori reſtitutum iri parte plurima. Vtinam uero τοιοῦτοι σοὶ δόκῳ συμφράδμονες εἶεν ἀχαιῶν, Vel momento, nimio plus coalita barbaries iſſet peſſum æquata ſolo. Properari paſſim ad te ſummo ſtudio etiam a' Veteranis in re literaria animaduerto plerisq;, editæ'q; iam ætatis, Quos ferunt motos, demulctos'q; eloquentiæ mira ubertate, ac reconditarum ſcientia rerum captos Te, uelut Calliſtratum, relicta etiamnum cum Platone ſuo Academia, magno profectu conſectari cœpiſſe, Sic'q; etiam te obſeruanter audire, ac celebrare, perinde ac cælo demiſſum aliquem Arbitrũ, Interpretem'q; Sibyllæ oraculorum. Id illis, opinor, non Scholica exprimunt nugalia, Sed remotior doctrina, ex intimis tuarum Gentium eruta Muſeis. Cui tradentis accedat illa χάρις ἀττική, omni gratior, cultior'q; Venere, Qua'q; una Athenæ magis atticæ fiunt, ac recaleſcunt, quæ cõſenuerant, Græciæ Vires ὥς περ τὴν λεβηρίδ' ἐκβαλοῦσαι. Nec abſit incomparabilis facilitas, qua ſcite ſic, & aſſeuerate, quod dicitur, præmandis, Vt ex te audita, tantum'q; non digeſta celeriter abeant in Corpus. Inde nimiæ Qui te dictantem audiunt, conſileſcunt extra modum uniuerſi, ac obſtupeſcunt attoniti, delinimentis aurium ad intima demanãtibus. Quapropter editurus iam elucubratos mihi prĩdem Antiquarum Lectionum libellos, In quibus forſan, non ut in decurſibus ludicris, & ſimulacris præliorum uoluptariis, diſtincta fuerint omnia, cõpta'q;, Veræ laborioſiſſime congeſta nõ deſunt, & pcurioſe, Vt ἐκθυμώτερον nil, aut ſubſultans, q̃tum Vnius hominis opera effici ualuit, efflueret, Nõ permiſi mihi inhonoratum te pertranſire, Cum tot, tanta'q; abs te in noſtrates proficiſcantur. Quo itaque plurimum poſſumus, ἀντιτελαργοῦμεν, tuum'q; nomen, q̃q̃ ex ſe, propriis quoq; monumẽtis celeberrimũ, in memoriã damus, ampliora multo preſtituri, Si δόκος afforet ἀγαθῶν. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI LECTIONVM ANTIQVARVM LIBER VNVS, QVI OCTAVVS.

¶ Mulieres in doctrinis celebres. De Corinna, Item Erinna, Nec non de aliis alio genere præſtantibus. Caput Primum

Ec intra hoſce uirtutum limites ſe continuit muliebre ingenium. Quin naturalium quoq; ſcrutatiõi ſe inſeruit. Ac Arete eatenus item progreſſa eſt,
n ut filium etiã inſtitueret. Qui inde appellatus eſt Ariſtippus cognomento μητροδίδακτος. Laſtheniam quoq; Mantineam, & Axiotheam Phliaſiam Platone uſas præceptore, proditum eſt, ornatu interim uirili auditorium ingredientes. quod Dicæarchus ſcribit. Iam uero Damæ, quam Pythagoræ filiam memorant, ingenium, & doctrinam in exponendis paternis ſententiarum inuolucris quis non nouit? Aſpaſiæ item nomen, ac Diotimæ, & Thargeliæ, ut ex Luciano comperimus, ſola illuſtrauit Philoſophia, Quando nec imbecillis alioqui ſexus ab ea eliminatus agnoſcitur. Quippe Plotinum Platonicum nobilem mulieres aliquot Sapientiæ ſtudio frequentaſſe memorantur. Corinnæ uero an obſcura eſſe gloria poteſt, quæ

&

in Lyrico certamine Pindarum quoq; nouem Lyricorum principem exuperaſſe tradatur. Eam fuiſſe Thebanam memorant. Sunt qui Tanagræam malint. Achelodori, & Procratiæ fuiſſe filiam conſtat, ac Myrtidis diſcipulam. Muſcam quoq; Lyricam fuiſſe cognominatã, non fere ambiguum eſt. Epigrammata item ſcripſiſſe, ac Lyricos nomos. Sed & Theſpiam Corinnam ueterum celebrant monumenta, & auctor Pauſanias nõ prætermiſit, quam alii Corinthiam credere malunt. Corinnæ, ut ſapientis in Poetica, meminit Euſtathius. Erinna Teia, uel, ut alii, Leſbia, aut Telia (eſt enim prope Cnidũ inſula parua Telos, ideſt τήλος, quod ex Euſtathio eſt) Carmine item illuſtris cenſetur, Scripſit Elacaten, hoc eſt ἠλακατήν æolica Lingua, & Dorica, uerſibus trecentis. Condidit epigrammata quoque. Decem & nouem annorum mortuam Virginem ferunt. Carmina eius homericam conſequi maieſtatem, traditum eſt. Sapphus cõtemporanea fuit, ac, ut nõnullis placere animaduerto, amica. meminit Euſtathius in nauium Catalogo apud Homerum. Repetit in temporibus Euſebius. In Erinnam elegans eſt apud Græcos Epigrãma, Cuius hi duo ſunt poſtremi Verſus.

Σαπφὼ δ' ἠρίννης ὅσσον μέλεσιν ἀμείνων
ἠρίννα σαπφοῦς τόσσον ἦν ἑξαμέτροις, Ideſt quanto Erinna in Lyricis Sappho præſtantior. Tanto Sapphus gloriam Erinna Hexametris præcellit. Vtriuſque Poetriæ mentio item Propertio eſt Elegiarum ſecundo.

Et ſua cum antiquæ committit ſcripta Corinnæ,
Carmina'q; Erinnes non putat æqua ſuis.

Fuit & Charixena Crumatum poetria, Cuius meminit uel Comicus Ariſtoph. fuit et Theano apud Locros in Lyricis præcellẽs. Celebratur item Mœro, ꝓdito in Neptunum hymno. Apud Athenęum eſt Agallis Corcyręa illuſtris arte grãmatica, quæ inuentionem pilæ aſcripſit Nauſicaæ, Sicyoniis alii, Quidam etiam Lacedæmoniis. Teleſillam cum in aliis, tum in Poetica illuſtrem celebrat Pauſanias, ut quæ apud Argos ante Veneris templum ſtatua ſit inſignis. Caſſandra uero Priami non doctrina quidem, Sed uaticinio, ut uidetur, illuſtris, etiam apud hoſtes in Lacedæmone templo fuit inſignita. Sed nec Romana Virtus ab hoc rerum decore abiungitur, quando Cornificiæ celebrantur Epigrãmata. Soror eius hæc Cornificii narratur, qui ſubinde fugientes milites, Galeatos lepores appellare conſueuerat. Quid hic referam pertinax quarundam propoſitum in ſeruando uirginitatis theſauro, uel quod non minus eſt, ulciſcendo uiolatum, præfloratum'q;? Mileſias Virgines ſeptem legimus, gallico furore cuncta uaſtante, nequid indecens ab hoſte paterentur, turpitudinem morte declinaſſe. Nicanor uictis Thebis, atque ſubuerſis, unius uirginis captiuæ ſuperatus amore eſt, Cuius expetens coniugium, & uoluntarios amplexus, Quod utique in illa fortuna debuerat Captiua habere inter optatiſſima, Senſit pudicis mentibus pluris uirginitatem eſſe, quàm regnum, & propria interfectam manu flens, & lugens amator tenuit. Auctores habemus, Aliam item Thebanã uirginem, quam hoſtis Macedo uiolarat, diſſimulaſſe paulìſper dolorem, & uiolatorem uirginitatis ſuæ mox iugulaſſe dormientem, præter'q; cum gaudio ſe quoque interemiſſe. Verum quod ad decus item hoc quodammodo pertinet, Apud Gymnoſophiſtas Indorum quaſi per manus huius opinionis auctoritas traditur. Buddam principem dogmatis eorum e latere ſuo uirginem generaſſe, Sed & Sapientiæ principem non aliter natum Platonem opinantur, quàm de Virginis partu, Perictione matre Apollinis oppreſſa phantaſmate. Cæterum nec imperiis abſtinuiſſe fœminas, Vetus teſtatur memoria. Gens fuit Indorum Pande ſola regnata fœminis. Vnàm Herculi ſexus eius genitam ferunt. ob id'q; gratiorem, regno donatam præcipuo. Ab ea deducentes originem imperitarunt trecentis oppidis. peditum CL. mil. Elephantis quingentis. Iam & apud Meroen quoq; fœminam Candacem nouimus regnaſſe, quod nomen mox & in Reginas alias propagatum. Quid, non'ne a Chronicis relatum ſcimus, Ioannam Anglicam ſolam a con dito æuo ſpecie Viri Pontificatum Romæ inuadere auſam? immo uero & unum ex familiaribus, Qui ſolus rem tenebat, ad Concubitum admiſiſſe, & inde grauidam etiam in ſummo dignitatis faſtigio peperiſſe. Factum hoc Salutis anno octingenteſimo quinquageſimo tertio. Fuit & in Thracia Mulierum portus ad Leoſthenem ſinum memorabili cauſa ita cognominatus. Nam Phedalia Byzantis uxor Stroebum uiri ſui fratrem, cum Ciues abeſſent, Vrbi ſtruentem inſidias, coacta fœminarum manu, ad eum uſque Locum inſectata fuderat.

ſuderat. A' ſimili Virtute denominata in Aegypto item γυναικόπολις, ideſt Muliebris Ciuitas, quod in monumentis Stephani ex Ariſtagora relatum eſt, qui Platone fuit haud ita iunior. Apud Telmeſſum Arrianus ſcribit, Mulierum, puerorum'q; uaticinia habita ueteribus præſtantiſſima. Sed & Dardanum ſcribit idem ex Samo profectum Teucrorum Regis filias duxiſſe uxores νησὼ, καὶ βάτειαν, ideſt Neſo, & Batiam, ex priore natam illi filiam uaticinam nomine Sibyllam, ex qua in uaticinatrices omnes ſit propagatum nomen, ob Theophoriæ cognationem quandam. Hypæpenas mulieres fuiſſe pulcherrimas, traditur, Eſt uero Vrbs Hypæpa, quæ a' Tmolo deſcendentibus occurrit, ad Caiſtri campeſtria, nomine impoſito, quia ſit ſub monte, qui Aepos nuncupetur, ſita, ac dicata Veneri. Meminit Ouidius de Arachne.

Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

Poſtremo, ut uela demum complicemus, Scribit quodam loco Plutarch⁹. Eandem eſſe Virtutem Virorum, mulierum'q. Leontius Gorgias putabat Mulieris non formam, Sed egregium nomen, atque famam debere apud quamplurimos eſſe uulgatam. Nec ſum neſcius Thucydidem ſcribere, Eam eſſe optimam, de cuius laude, ac uituperatione quamminimus apud exteros Sermo habeatur. Auctor eſt Ariſtoteles in Oeconomicis, nec ueſtimentorum nitorẽ, nec auri magnitudinem tantum habere momenti ad mulieris præconium, quãtum modeſtia ualeat, & approbati mores, Ex quo & Propertius Veteres laudans,

Non illis ſtudium uulgo conquirere amantes,
Illis ampla ſatis forma pudicitia.

¶ Frigidam ſuffundere, apud Plautum quid ſit. Lauare poſitum pro eo, quod eſt, probra ingerere. A' tergo uarii qui dicantur. Caput II.

Lauti ex Ciſtellaria uerſus hi ſunt. Ita noſtro ordini
Palàm blandiuntur. Clàm, ſi occaſio uſquam eſt, frigidam
p Subdole ſuffundunt. Viris cum ſuis nos ſolere prædicant.
Suas pellices eſſe aiunt, eunt depreſſum.

Quæritur a' Grammaticis non incurioſe, quid ſibi parte hac uelit Poeta doctiſſimus, cum ait, frigidam ſuffundunt, & nonnulli forſitan ad prouerbium referant, quod eſt, Hæret aqua. Verum hoc parum perſpicacis fuerit, immo uero ſemotius nihil poteſt uel dici, uel excogitari, quando a' Poetæ genuino, ut ſic dicam, ſenſu per diametrum, ut aiunt abiuncta ſunt iſta. Erit qui tralationem putet ab Equis factam, quos ut excitemus, frigida plerunque conſpergimus, de quibus mentio eſt Vlpiano, digeſtis de iis, qui notantur infamia. Cæterum, quia de frigida mentio eſt, parum calet ſententia hæc. Certe non ſuperficiaria eſt Poetæ huius eruditio, Sed intercutanea prorſus, & quæ uulgaria ſpecie ſæpiſſime fallat. Frigidam ſuffundere in Plauto dici accipio per Paroemiam, pro deſcribere, hoc eſt mordere, ut Ciceronis utar elegantia, & proſcindere. Vſurpat id pullatus, ac rudis, nec ſane' politus circulus noſter, Lauare pileum frequenter enuntians, pro fugillare, probroſis'q; uerbis inceſſere. Verum ne ridicula fiat anchora hæc, Si plebeia, caſſa'q; innitamur auctoritate, Vt ſacra ſit, & cenſeatur, Aduocandi ad partes ſunt ueteres Auctores, quibus uelut tibicinibus robuſtis noſtra nobis conſtet doctrina. Igitur Ariſtophanes Pluto, πολλῶν μετοίκων ἐν θοοῦτοις ἀνοράσιν, ideſt me inter tot homines proluens. Exponunt Grammatici, ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ αἰσχύνεις. hoc eſt probro me afficis, & dedecore, tot aſtantibus Viris. Sed amplius, Pollux Vniuocorum ſeptimo, πολλύειν, ideſt lauare, pro λοιδορεῖν, ideſt conuitiari exponit, & alterius nomen obtrectare. Quod uero dicitur. Id genus homines, Qui præſentibus arrident, blandiuntur, plauſibiliter efferunt laudibus, Abſentes autem perfidioſe conuellunt, & lancinant, appellari poſt tergum uarios, recte admodum dicitur, Quoniam ſit in Lexiphane apud Lucianum, ὁ κατὰ νώτου ποικίλος, quod prorſum ſignat, a' tergo uarium.

¶ Tres modo inuentos ex rationis præſcripto uiuentes. Hominem eſſe Scyllam. Quo-

rundam efferata libido. De Concubitus ratione. Caput III.

a Sclepiodorum, memoriæ proditum est, Athenis inita in Syriam peregrinatione, eo consilio plerasque adisse Ciuitates, ut mores hominum perspiceret. Cæterum in tota periodo illa tres modo comperisse, qui modeste, ac plane ex formula uiuerent, Ilapium apud Antiochiam philosophum. Laodiceæ uero Maren, omnium eius ætatis iustissimum. Item Philosophum Domninum. Scio, incredibilis uideretur historia, nisi Heracliti lachrymæ succurrerent, Qui in publicum prodiens ubertim flebat, cum uideret circa se tot millia male uiuentium, immo uero male pereuntium. Ita profecto est, Quotus quisque reperitur, quem titillatio Corporis non irretitum ducat? quem uoluptas, Vt de aliis nunc censura non peragatur, adobrutum, præfocatum'q; non comprimat, quamuis eam esse pecoris bonum, a' grauissimis traditum auctoribus sit? Ita inquam est. Homo Scylla est, de qua Vates celeberrimus ita cecinit.

Prima hominis facies, & pulchro pectore Virgo
Pube tenus. postrema immani corpore Pristis,
Delphinum caudas utero commissa Luporum.

Prima hominis pars rationalis Anima. huic committitur inutilis caro, & fluida, & receptandis tantum cibis habilis, ut ait Posidonius. Virtus illa diuina in lubricum desinit, & superioribus partibus uenerandis, atque cælestibus Animal iners, & marcidum attexitur. Quod'q; horribilius est, captiuam ducit rationem. Plurimis corpus uoluptati est, Anima oneri. Quanquam illud natura, ut quandam uestem, ac uelamentum circundedisset Animo. Ex hac Voluptuaria officina mirum est, quanta se promant fœditatum agmina, Quæ libidinum turpitudo. Nam, ut Antonium Caracallam cognomento præteream, efferati adeo pruritus, ut Nouercam Iuliam ducere Vxorem sit impulsus. Quàm uero etiam dictu absurdum, in quo tamen fuisse laudatum Diogenem, scribit Plutarchus? Quem publicitus solitum refert pudenda perfricare, cum diceret etiamnum, Vtinam pariter Ventris latratus possem atterere. Sed quid leuia consectamur? Hostius obscœnitatis princeps usque in Scenam productæ. Diues auarus, libidinis præferuidæ, Augusti temporibus, tam uirorum, quàm fœminarum auidus. Fecit quoque eius notæ specula, quæ imagines longe maiores redderent, Vt Digytus Brachii mensuram & longitudine, & crassitudine excederet. Ea ita disponebantur, ut cum Virum ipse pateretur, omnes admissarii sui motus in Speculo uideret, ac deinde falsa membri ipsius magnitudine, tanquam uera gauderet. Quin & in Balneis Draucorum habebat delectum, & apta mensura legebatur E masculator. In omnibus inquit Plutarchus, magnum, diuinum'q; illud Empedoclis sum arbitratus, τὸ νηστεῦσαι κακότητος, idest a' malignitate, uitio'q; esse ieiunum. Laudabam quoque ut non ingrata, nec ἀφιλόσοφα, idest a' philosophia seiuncta illorum uota, qui comprecarentur integrum, purum'q; a' Vino, & Venere annum transigere, ut sic temperantia, continentia'q; Deum uenerarentur. At Caui murini, Lastauri inexplebiles proculcata ratione, ac corporis mancipata proluuio nil in uotis grauius habent, aut frequentius, quàm ut se libidinum Venereis fœditatibus adobruant, quorum efferata rabies, ut ille ait, ne Capiti quidem parcit. Cæterum in hos plura fortassis alias, interim ex Veteribus memoriis, Et Aristotele imprimis proruamus aliquid, quod amplius ad procinctum tendentibus arrideat. Quippe agitatam scimus non inutilem omnino ambiguitatem, Quidnam sit causæ, quod bibendi, edendi'q;, aut id genus alia faciendi cupiditatem minus diffitemur. Concumbendi uero desyderia penitus occultamus, Siquidem perpensione dignum imprimis est. Sed enim profecto scimus, Rerum quidem plurimarum cupiditates esse necessarias, & nonnullas, ni expleantur, interimere ἡ δὲ τῶν ἀφροδισίων ἐκπεριουσίας ἐστὶ, id significat, rei ueneriæ libidinem superfluere, ac esse abundantiæ indicem. Nec me fallit præter Celsum Aeginitam Paulum Medicinæ primo, Concubitus pleraq; recensuisse emolumenta, Vt qui Saturitatem inaniat primum, Corpus alleuet, præstet'q; uirilius, Animi laxet rationem præpeditam, Iram molliat intemperantem, propterea'q; Melancholicos, Siquid aliud iuuare insigniter,

atque alio

atque alio furentes modo ad prudentiam reuocare, Ac deniq; pituitosis prodesse ægritudinibus. Cornelius Celsus Concubitus inquit, rarus etiam Corpus excitat, frequens soluit. Paulus sic, Coitus intemperans Corpus reddit ἀρωιότερον, ψυχρότερον, ξηρότερον, καὶ ἀσθενέστερον. Sed cur nam suauis adeo res est concubitus? Et necessitate ne impelluntur ad concumbendũ Animantes, An rei cuiuspiam gratia genus hoc libidinis datum est? Suauissime utique concumbimus, Vt interim Alberti rationes prætereamus, quoniam aut toto ex Corpore semen profluit, ut aliqui uolunt, Aut quia, quamuis non toto ex corpore, tamen per eam partem se promit, in quam meatus omnes, uenæq; omnes applicentur, & coeant in uas seminarium inuolutum. Cum igitur Voluptas similis in libidine, atque in prurigine sit, efficitur pariter, ut corpus gestiat uniuersum. Prurigo autem, uel, ut græce dicam, κνησμὸς ἡδύς ἐστιν ὑγροῦ ἔξοδος πνευματώδους, ἐγκατακεκλεισμένου παρὰ φύσιν, ideſt prurigo inquam iucunda est secessio humoris spiritosi, inclusi contra naturam. Genituram uero esse item secessionem eiusmodi ad rem naturalem, constat. Suauis autem tum ex necessitate, tum rei cuiuspiam gratia concubitus est. Ex necessitate inquam, quod uia omnis pertinens ad rem naturalem suauis est, Si modo a' Sensu percipi queat. Rei uero cuiuspiam gratia est, Vt ortus sit animantium perpetuus. Facit enim uoluptas, ut Animantes ad coitum ardentius excitentur. Oblectatio enim propria operationes corroborat, & diuturniores, ac meliores facit, ut quarto Ethicorum Aristoteles scribit, Et Auicenna uigesima tertii. Voluptas inquit, prouocat ad spermatis emissionem festinam. Quendam certe legimus libidine concitatum uehementius, illatum Mutoni uulnus ne minimum quidem sensisse. Sed quia in Auicennam incidimus, Repeto nunc memoria, quod nono de Animalibus idem prodit, Extensiue duplicari in fœmina cõcubitus Voluptatem, quia præter seminis motum, & Orificii Vuluæ, ut tralatis utamur uerbis, in fugendo nascitur quoque oblectatio, Vulua ipsa diuersimode mota. Quod & Galenus significat libro quarto de Accidenti, & morbo. In uulua uirtus appetendi fortis est, natura siquidem præpotens est in eiiciendo, & admittendo semine, nimio utique desyderio, & delectatione. Est & parte ista Gentium differentia non nulla. Auctores Græci sunt, Lesbios fuisse ueteribus infames, ut malos prorsum, quando ab iis & corriuatum est λεσβιάζειν uerbum, quod signet Oris inquinationem fœdam, utĩ Aelius scribit Dionysius, & meminit Octaua Iliados rhapsodia Eustathius. Esse herbas quasdam Theophrastus scribit, & repetit Athenæus, quæ uel ad septuagesimum coitum uim præstent, sed ita, ut demum secernatur sanguis. & Philarchus ab Indorum Rege missa Seleuco scribit, quæ mire coitum prouocarent, uel etiam sedarent.

¶ Cur Viri hyeme, Mulieres æstate Veneris sint auidiores. Item de Concubitu plura, & uocabulis ad eum spectantibus. Item de Oratio. Meretrices publicitus quis instituerit primus. Pandemus cur dicatur Venus. Hetærę meretrices cur. Hetæridia quæ dicantur. Halteres qua componerentur figura. De aue Erodio. Cap. IIII.

Viros Plinius scribit, auidiores Veneris hyeme, Fœminas æstate, ab Hesiodo proditum. Carmen Hesiodicum ad hoc pertinens, id esse arbitror, quod in Ergis, parte, quæ ad finem uergit, ad hunc modum legitur.

Θέρεος καματώδεος ὥρη
Μαχλόταται δὲ γυναῖκες· ἀφαυρόταται δέ τ' ἄνδρες
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα σείριος ἄζει.

Digna uero scitu, quæ Ioannes Grammaticus in eius loci enarrationem adnotanda censuit. Mulieres inquit, æstate omnino traduntur Lasciuiores, ac in Venerem prorsum lubentiores, quod cum sint perhumecta natura, & frigidiore multo, quàm Viri. Solis ui, & æstus rapiditate ad temperiem rediguntur, eliquato, digesto'q;, quod ex humectatione superfluebat. Quo fit, ut concubitus sint appetentiores, & ad id opus etiam temperatiores, Viris longe imbecillioribus, quippe quibus innata siccitas anni tempore plurimum augescat. At hyeme contraria omnia fiunt. Nam humectatione ad temperiem reuocantur, Mulieribus in affectionem diuersam abeuntibus. Quæ omnia etiam magnus comprobasse

Albertus uidetur. Ver autem Vtrisque Venereorum æquilibrium præstat. hoc est, ut Græci dicunt, ἰσομοιρίαν. Cæterum ita Isomœriam omnino intelligendam, ut sciamus, δεκαπλασίως, idest in decuplum amplius affectari a' fœmina concubitum, quam a' Maribus, præsertim si utero gestet, tunc enim conceptum semen neruos mouet, & inde confricationis ardor innascitur. Quin obuersis austro genitalib⁹ mire afficiuntur libidine. Cornelii Celsi ex primo de medicina sup tota re placita hæc sunt. Cōcubitus inquit, neq; nimis ꝯcupiscendus, neq; nimis pertimescendus est, Rarus corpus excitat, Frequens soluit. Cum autem frequens fuerit, non numero, Sed natura, ratione ætatis, corporis'q; scire licet, eum non inutilē esse, quem Corporis neq; languor, neq; dolor sequitur. Idem interdiu peior est, noctu tutior. Ita tamen, Si neque illum cibus, neque hunc cum uigilia labor statim sequitur. Item alibi, Tolerabilior per Autumnum concubitus, Aestate in totum, si fieri potest, abstinendum. Cliniam uero Pythagoricum dicere solitum accepimus, Tum adeundam mulierem concubitus causa, ubi nocumentis exponere te destinaris. Zopyrus medicus apud Plutarchum in Symposiacis Thaletis festiua utendum elusione tradit, quem cum importunius ad nuptias infestaret Mater, ita elusisse ferunt, οὔπω καιρὸς ὦ μῆτερ, necdum opportunum est o' Mater. Compari modo & ad Venerea inquit, affici debemus, Vt decubituri succinamus, necdum accommodum est. Itidem & a' somno excitati, οὐκέτι καιρὸς, iam effugit occasio. At respondens Soclarus, Athletica esse huiusmodi putat, & Cottabisin olere, ac Creophagiam. Sophocles uero senescens maxime lætabatur, quod eiusmodi euasisset Voluptatis allectationes, ὥσπερ ἄγριον, καὶ λυττῶντα δεσπότην, idest ut ferum, ac prærabidum dominum. Oratium Poetam alioqui nobilissimum libidine adeo præferuida fuisse ferunt, ut Cubiculo etiamnum uteretur Speculato, quo se coeuntem intueretur. Porro' ut a' Grammaticis aliquid interim mutuemur, Lasciuos Græci ὑγροὺς uocant, idest humidos, quoniam inquiunt, ex humecta natura consurgat coeundi auiditas, Vnde & Poetis occasionem datam, Venerem confingendi ex mari conceptam, ut Hesiodi Theogoniæ Interpres scribit, Vnde & Ausonius,

Orta salo. suscepta solo. patre edita Cælo,
Aeneadum genitrix hic habito alma Venus.

Misetiam iidem, idest μισητίαν, in Venereis intemperiem dicunt. Cui toto anni tempore quodammodo sufficere homo potest, ex complexionis caliditate, & alimentaria copia. Vti Physicis placet. Specloma inquit Aristophanis Interpres, sonus est, quem concubitus facit, nam & σπεκλοῦν coire dicunt, παρὰ τὸ πλέκεσθαι, idest a' complexu. Sunt qui ad Venerea procliuem etiam Læspodiam uocent, quanquam & eodem nomine fuit Atheniensium dux, Cuius meminit Thucydides quoque, Qui, quod uitiatis esset cruribus, Veste utebatur Talari. Quod fuisse Barbarorum proprium, scribunt Græci. Quoniā uero paulo ante ὑγροὺς pro lasciuis dici adnotauimus, Succurrit ad id amplius comprobandum, Epigramma apud Delphos positum,

ὑγρᾶς καὶ τρυφερᾶς βασιλεὺς ἄγις μ' ἀνέθηκεν,

Idest Lasciuæ, ac delicatæ Agis Rex me dedicauit. Quippe Agidis uxorē Timeam uitiasse Alcibiades ferebatur. In hac porro' libidinis pragmatia ingerendum stodiosis illud quoq; Solonem primum, ut scribit Philemon, Emptas Iuuentuti meretriculas comparasse, Vt effuso illic, egesto'q; libidinis impetu, quid turpius cogitare desisterent'. Quin Veneris', quam Pandemum uocant, primus item, Nicandro auctore, sustruxisse templum memoratur ex Prostitutarum Capturis, Vnde liquere Cognomenti rationem arbitror. Nec me fallit tamen, esse, qui Pandemi Veneris in Veteri foro sacellum putent constitutum, appellatione deflexa, quod illuc populus conflueret uniuersus. Fuit & Pandemus Meretriculæ nomen. Scortilla uero Hetæras uniuersim amicitiæ nomine Græci nuncuparunt, Vel quia sit id Veneris cognomen apud Athenienses, ut quæ amicos, amicas'q; socialiter congreget in unum. At cum in Magnesia celebrari Hetæridia legimus solita, non ad meretrices referendum, Sed quod princeps omnium, coeuntibus Argonautis, Iason Ioui Hetæridio sacra obiuit. Cæterum immolat Hetæridia Macedonum Rex quoque. Halteres uero, idest ἁλτῆρες, de quibus Martialis, Halteres agili rotat Lacerto, & meminit Aristoteles in Quæstionibus encyclicis, Aliud omnino sunt. Figura erat Circuli dimidium oblongioris, nec rotundatio

nis absolutæ

nis absolutæ, Ita prorsum afformabantur, Vt Manuum inseri possent Digyti, uelut per Scuti Ochana. Quod ad Pandemum attinet, de quo diximus, Sciendum, Auctore Paulo, Morbos dici Pandemos, ideſt πανδήμους, Qui in plures simul crassantur, Qui ut Communes sunt, Ita ex causa item proueniũt publica, ciborum, aut Potus prauitate. Item id genus aliis. Illud uero ab instituto non dissitum omnino est, Erodium esse auem, quæ in Coitu sanguinem exudet, qua ex causa argumentantur impositum nomen, ὅτι ἔαρ ἰδροῖ. Nam Ear quandoq; sanguinem dici. Ciconiam putat Sudas, aut Ciconiæ similem, dictam'q;, quod in paludibus uersetur, quasi Elodiõ. Fulicam trãsfert Augustinus. Ardeolam Theodorus, sicuti λευκερώδιον albam Ardeolam. Nec ignoro, Claudium philosophum aduersus Grammaticos aciem dirigere. Meminit Auis Iliados Rhapsodia decima Homerus. Eam uero insidias struentibus peraccommodam, scribit Hermon omine prospero. Verum in tam multis, Quæ de Veneriis commentamur, non prætereamus exemplum castigatæ libidinis. Quippe Iunior Dionysius, cum se in Locrensium Vrbem contulisset, per summam licentiam Ciuium Virgines puellas accersitas, uel ad satietatem constuprabat. Mox uero Vltoris ui numinis, cum foret excussus principatu Dionis opera, Tunc enimuero ira inflammati Locrenses Vxorem Dionysii, & filias prostituere arreptas primum, innumeris quidem affectas ludibriis ab iis præcipue, Quorum Virgines polluisset Pater. Postea uero quàm pro arbitrio illusere miseris, Inde, Acubus sub Vngues crudeliter impactis, peremere. Nec iis satis sibi factum arbitrati, Ossa quidem carnibus denudata in mortariis attriuere, Carnes uero omnibus propositas deglutiendas, diris in eos imprecationibus, Qui superfuissent. Reliquiis denique in mare disiectis.

¶ Cur Claudi salaciores. De eorundem uirtutibus. Item de Alexandro. Gellii locus excutitur. Caput V.

Quæsitum a naturalium ambiguitatum studiosis multum, diu'q;, quid nam sit, quod obseruatum fere est, Claudos esse salaciſſimos, ad'q; usus uenerios implendos præpotentes, Quod & Amazonum Reginam Antianiram respondisse ferunt, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ. optime Claudus init, Quod rettulit Theocriti Interpres. Sic autem peritissimos ratiocinari animaduerto. Quilibet ex hominibus densiore pilo, ut etiam Aues, ad uenereum usum promptior est, caloris, humoris'q; copia. Vtrunque enim ad concubitum perneceſſarium est. etenim calidum secernit, Humidum uero secernitur. Eadem uero ratione Claudi salaciores sunt. In eis quippe alimenti parum ad inferiora διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν σκελῶν, Hoc est, ex uitio crurum delabitur, ad superiora uero profertur plurimum, et in semen concernit. Theocriti Scholiographus inde natum in Claudos dicterium putat, quod domi tota die desidentes perpetuo fere uenereis intenti agant. Cæterum ne putet quis in Lasciuiam modo abire clauditatem, & nil prorsum uirtutis in id genus hominibus fieri reliquum, Androclidam Laconem legimus, debilem crure, ac inutilem, cum bellatoribus se immiscuisset, ac prę sto ibidem fuisset, qui prohibere niteretur, quod parum robustus uideretur, intulisse grauiter, ac animose, in aciem astitui oportere, Qui de prelio cogitet, non de fuga. At Mater Claudum filium mittens in prelium, τέκνον εἶπε κατὰ βῆμα ἀρετῆς μέμνησο. Fili inquit, per singulos gradus memento Virtutis. Et Romanus Cocles, cum ei Cruris uitium obiectaretur, per singulos inquit, gradus admoneor triumphi mei. digna uox Liberatore Principis terrarum Populi. Quippe pertinax occupatio Pontis aduersus hetruscam uim grauius assultantem, eam illi contraxerat calamitatem, cui tamen non defuit obtrectator. Idem fere in Patrem Philippum Alexander Magnus pronuntiasse memoratur. Nam cum in Triballis Coxa is esset debilior factus lanceæ percussu, ac eiusmodi angeretur incommodo, Confide inquit, Pater, ac prodi in apertum, ἵνα τῆς ἀρετῆς κατὰ βῆμα μνημονεύῃς, quod est, ut per gradus singulos in Virtutis memoriam redigaris. Hæc uero in Libro de Alexandri Fortuna plurimum laudibus efferens Plutarchus, philosophicæ mentis germina esse contendit, & quodam numinis afflatu ad honesta properantis, & supra corporis deminutiones sur-

recte. Quo in quit, pacto ipsum mox arbitramur propriis exultasse uulneribus singillatim, dum uictarum gentium reminisceretur, & captarum urbium, & in deditionem acceptorum Regum, Cum cicatrices haudquaquam occultaret, Sed ut Virtutis insculptas circunferret imagines? Obiter uero expende quæso candide Lector, ex pauculis his, de Plutarcho transpositis, quàm recte T. Castritius Apud Gellium atticarum noctium libro secundo, Salustium incessuerit. Qui Sertorium scribit, Corporis dehonestamento lætari maxime solitum, quod inde gloriæ quæstus, atque compendium profluxisset clarissimũ. Nã quod Historicũ nobilissimũ a' Demosthẽis æmulatiõe excidisse uideri uult, insulsissimũ est, ac hominis Atticissationem nimio plus ostentantis. Cur enim non ex propria dicamus sententia Salustium potius ea duxisse conscribenda, quàm Demosthenis imitatione? An sumus sub Rege, nec sibi se quis uendicat? An ad Græcorum præscripta & dicimus, & facimus? Quam Vanitatem in pluribus sequitur & Macrobius, dum Virgilianam uellicando claritatem, Græcos tanquam in sinu Mineruæ, ac Mercurii & natos, & educatos, miris effert præconiis. Ego uero, si modo libera cõiectatio est, nec cogitasse quidem historicum super eo Demosthenis loco contenderim, cum ea proderet, non quia Græce nesciret, qui fuit doctissimus, ut in illa ingeniorum fertilitate, ac felicissimo temporum statu, Sed quia proprii ingenii uiribus fere batur, & eminentissima, qua pollebat, Eloquentia, præsertim cũ & ipsa dictet ratio, ut Corpore deminuto non fere' quisquam simpliciter lætetur. Verũ exultet mirifice Virtutis imagine expressius insculpta. Quotus enim quisq; uel Gregarius miles non gestit passim suas uisentibus ostẽtare Cicatrices, ut inde Strenuus comprobetur, & fortis imprimis bellator?

¶ Apollonii castitas. Theodori placita absurdissima. De uoluptate gustus, & tactus. Sciatrophiæ qui. Cur Venereorum affectio adeo censeatur pudenda. Poliæ, Peolæ qui sint. Cur fictum, Passeribus subuectari Venerem. Veneris simulacrum triplex Thebis, Vraniæ, Pandemi, Apostrophiæ. Cap. VI.

a Pollonium Tyaneum, quem unice mirantur plerique, ac, quod dictu quoq; absurdissimum est, comparem Christo, siue mores contempleris, siue miracula, facere non compaueſcunt, laudibus efferunt celeberrimi auctores, Qui iuuenilibus quoque annis incentiua Venereorum, & titillationes subinde lancinantes, uellicantes'q; ita repressérit, contuderit'q;, ut præsignis in eo castitas noscitaretur, a' qua nunquam ab eo reclinatum, delictum'q; sit. At Theodorus, quem ideo nuncupatum esse Deum memorant, quod cum illum Stilpo percunctatus esset, putas'ne Theodore, te id esse, quod diceris? atque is adnuisset, Deus ergo inquit, es? id cum grate quoque accepisset, Subridens Stilpo, O fatue ratione compari & Cornicem te esse fateberis, Hic inquam Theodorus Furto inquit, & adulterio, sacrilegio quoque, cum tempestiuum erit, dabit operam Sapiens. nihil quippe horum turpe natura est. Sed, si auferatur uulgaris ex hisce opinio, quæ stultorum, imperitorum'q; plebeculæ conflata est, Sapientem publice absq; ullo deprehensionis rubore Scortis congressurum. Hæc sunt nobilia Philosophi huius placita, quibus quid inhonestius? quid spurcius ualeas excogitare? Hæc si audire animum induxerimus, Iam non homines, Sed Chimæræ omnes amb ulabimus. Siquidem libidinosus Iuuenis tanquam Leo furens non parcit matri, non parcit sororibus, & tanquam Capra humorem quendam fœtidum exudat, & a' facto, & a' conscientia' sceleris, tanquam a' Draconis cauda conuerberatur. Nec immerito Veteres illi sanctissimi Viri, Scires non iurasse in Epicuri uerba, aut Aristippi, Voluptatem omnem, quæ ex sensibus, quos ueluti Satellites a' natura datos Animæ, traditum est, quæ immodice capiatur, turpem atque improbam existimarunt. Sed enim quæ nimia ex gustu, atque tactu est, eam uero rerum omnium fœdissimam censuerunt. Eos'q;, qui duabus istis belluinis uoluptatibus sese dediderunt, grauissimi uitii uocabulis Græci appellant ἀκολάστους, ideſt Libidinosos, & intemperantes, uel ἀκρατεῖς, ideſt incontinentes, Sed & Sciatrophias, uelut in umbra delicatius connutritos, nam & Vmbratilis uita, mollis'q; Sciatrophia recte dicitur. Insuper Voluptates istæ duæ Gustus, atque tactus, hoc est Libidines in cibos, atque in Venerem prodigæ, solæ sunt hominibus cum Bestiis communes, immo'q; in pecudum, ferorum'q;

ferorum'q; animalium numero habetur, quisquis est hisce ferinis uoluptatibus peruinctus. Nam reliquæ humanæ naturæ creduntur propriæ. Quod Aristoteles doctissime sensit, & est a' Gellio eleganter repetitum. Sed & Augustinus, Quod inquit, Iræ opera, aliarum'q; affectionum, in quibusq; dictis, & factis non sic abscondit Verecundia, ut opera Libidinis, quæ fiunt genitalibus membris, quid causæ est? nisi quia in cæteris membra Corporis non ipsæ affectiones, Sed cum eis consenserit uoluntas, emouet, quæ in usu eorum omnino dominatur, Nam quisquis uerbum emittit iratus, uel etiam quenquam percutit, non posset hoc facere, nisi lingua, & manus, iubente quodammodo uoluntate, mouerentur, quæ membra etiam cum ira nulla est, mouentur nihilominus eadem uoluntate. At genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammodo mancipauit, ut moueri non ualeant, si ipsa defuerit, & nisi ipsa uel ultro, uel excitata surrexerit. hoc est, quod pudet, Hoc est, quod intuentium oculos erubescendo deuitat, 'magis'q; fert homo spectantium multitudinem, quando iniuste irascitur homini, quàm uel unius aspectum, quando iuste miscetur Vxori. Postremo qui ex intemperanti Veneris usu pereunt, dicuntur Peolæ, media producta, quia Peos signet pudendum, siue Veretrum, ut apud Aristophanem in nebulis, οὐδέν γε πλὴν ἢ τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ. Polia uero Iureconsultis esse uidetur equinum armentum. Extat & moribus congruum Plutarchi illius doctissimi apophthegma, non ita ab instituto dissitum, Quemadmodum inquit, Illorum semen, Qui se ad coitum intemperantes præstant, 'infœcundum, ut plurimum, & sine fructu est, Sic & loquendi intemperantia orationem inanem, atque stolidam reddit. Nec absonum est Distichon id, haud omnino inuenustum, quisquis fuerit auctor,

Balnea, Vina, Venus corrumpunt corpora nostra.
Sed Vitam faciunt Balnea, Vina, Venus.

Illa uelut auctaria adiecero, quia Sit Passer ὀχευτικὸν ζῶον, idest Libidinis animal efferatæ, quosdam ex Græcis adnotasse, Passeribus uescentes Epicataphoros, idest procliuiores in uenerem fieri. Ex historia utique passeribus subuehi deam, cecinit etiam Sappho. Passeres demum Elei Diritas uocant, idest δειρίτας. δειριᾶν apud Spartanos conuitiari signat, Nam & δειρέοι dicuntur Conuitiatores, Sed δειρὸς tumulus est, & accliuis locus. Apud Aeginitam Paulum Medicinæ primo, inter passeres inuenio πυργίτας. Sunt qui Pyrgitas dici Cretenses interpretentur, nam πυργήτις herbæ traditur species. In Trirembus pars quædam & Pyrgion nuncupatur. Vtique in Græcis auctoribus στρουθὸς finitur quandoque καταφερὴς, καὶ λάγνος. Cæterum in hac Spurcarum mentione libidinum scitu, ni fallor, dignissimum est, Apud Thebanos Veneris Simulacra fuisse uetustate miranda, Vt Quę ab Harmonia credantur dicata, Cognominibus etiamnum additis, Quę ut huic potissimum impingantur parti, Ordo rerum exigere imprimis uidetur. Vnam ergo Venerem Vraniæ honestauit insigni, Amoris ratione puri, synceri'q;, & a' Corporeis prorsum disparati. Pandemum uero dixit aliam, de qua pauloante, idest πάνδημον, ἐπὶ ταῖς μίξεσι, hoc est ob communem Generationi destinatum congressum. Tertiam denique ἀποστροφίαν uoluit cognominari, Velut plane' præpotentem apprecaretur Deam, ἐπιθυμίας τὸ ἀνόμου, καὶ ἔριων ἀνοσίων τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀποστρέφειν, idest ab impiis operibus, iniustis'q; desyderiis humanum auerteret genus.

¶ Corium pro Corio, quid sit. Item Ludere de alieno corio, unde ortum ducat, Necnon satisfacere de Corio. Cæstii historia. Plauti locus explicatur. Cap. VII.

c Orium pro Corio, Prouerbium est, quod ex sacra pagina excerpendum duximus, ex libro Iob. In cuius capite secundo ad uerbum ita legimus. Cui respondens Sathan, Pellem ait, pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Parœmia est, cum rei carissimæ parcentes, quod uilius est, Fortunæ subiicimus. Nam eum locũ ita explicat Nicolaus Theologus, Pellem pro pelle, idest Vitam alterius corpoream, ut suam ipsius tueatur, facile contemnet. Et alter Interpres. Sæpe inquit, dum ictus contra oculum uenit, manum opponimus, ut ea potius pereat, quàm pretiosissimum membrum lædatur. Commeminit eius

loci Hieronymus quoque ad Iulianum. Ex hoc uero loquendi more profluxiſſe arbitror Adagium alterum, Ludis de alieno Corio. Vtitur eo in græcanica, ſeu Mileſia fabula Madaurenſis Apul. etiam ſi non ignoro, aliorſum trahi dicti eius rationem a' doctiſſimis Hominibus, Vt eos taceam, qui diſciplinæ Grammaticæ inauditiunculas tum rudes, tum inchoatas obiectant modo, ac uelut puluerem inſpergunt. Eſt & Adagio tertius originis eiuſdem, De Corio ſatiſſacere, cum quis ob illatam iniuriam flagris conciditur. Quod ut perſpectius Lector ſtudioſus agnoſcat, pluſcula ex Seneca duximus ſubſcribenda, tum quia ad præſens negotium faciunt, tum ob doctrinam hiſtoricam. Cæſtius inquit, homo erat naſutiſſimus, Sed nullius ingenii, & Ciceroni etiam infeſtus, Quod illi non impune ceſſit. Nam cum M. Tullius Ciceronis filius Aſiam obtineret, homo, qui nihil ex paterno ingenio habuit, præter Vrbanitatem, Cœnabat apud eum Cæſtius. M. Tullio & natura memoriam dempſerat, & Ebrietas, ſiquid ex ea ſupererat, ſubducebat. ſubinde interrogabat, qui ille uocaretur, qui in imo recumberet, Et tamen compluries ſubiectum nomen Cæſtii excidiſſet, nouiſſime Seruus, ut aliqua nota memoriam eius faceret certiorem, interroganti Domino, quis ille eſſet, qui in imo recumberet, ait, hic eſt Cæſtius, qui patrem tuum negabat literas ſciſſe. Afferri protinus flagra iuſſit, & Ciceroni, ut oportuit, de Corio Cæſtii ſatiſſecit. Hactenus Seneca, Sed & ad eandem ſententiam Plautinus Epidicus Corium ſe perdidiſſe ait. Nam inquit, Vbi Senex ſenſerit, ſibi data eſſe uerba, Virgis dorſum deſpoliet meum. Cæterum in Amphitryone cum ſcribitur, Eius ornamenta, & corium uti conciderent, Corium accipiunt coriaceam perſonam. Ipſe malim fuſtigationem intelligere. Nam & alibi Plautus, Faciet tum corium maculoſum magis, quàm nutricis pallium.

¶ Prodigioſæ libidinis mulierum exempla. De Cyrene meretricula. Myonia quæ dicatur, & Myoxia, ac Ipos. Myuri pulſus. Item de Sphingibus, & Sphinctis. De Caſaluadibus, & Salauaccha, & Caſaluio. Celoſta quid, & Caſorides. De Tyrrhenorum Mulieribus. Nympha in genitalibus quid ſit. Caput VIII.

a Nnte annos plurimos, inquit Hieronymus, cum in Chartis eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ Vrbis Epiſcopum, & Orientis, atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſponderem, uidi duo inter ſe paria uiliſſimorum e' plebe hominum cõparata, Vnum, qui uiginti ſepeliſſet Vxores, Alteram, quæ uiceſimum ſecundum maritum habuiſſet. Et extremo ſibi, ut ipſi putabant, matrimonio copulatos, ſumma omnium expectatione Virorum pariter, ac fœminarum, poſt tot rudes uter utrum prius efferret. Vicit Maritus, Et totius Vrbis populo confluente coronatus, & palmam tenens, adorans'q; per ſingulos ſibi acclamantes, Vxoris multinubæ pheretrum præcedebat. Hæc Hieronymus. Verũ nec relatu iucunda minus fuerint, quæ alibi idem recenſuit. Audiui inquit, Domino teſte, non mẽtior, Quædam muliercula, cum infantẽ nutriret expoſitum, & ſtillaret cibos, ac Nutricis ſungeretur officio, cubaret'q; cum ea paruulus, Qui uſq; ad decimum annũ iam peruenerat, Accidit, ut plus quàm pudicitia patitur, ſe mero ingurgitauerit, accẽſa'q; libidine obſcœnis motibus infantem ad libidinem duxit. Prima ebrietas alterius noctis, & cæterarũ deinceps conſuetudinem fecit. necdum menſes duo fuerant euoluti, & ecce fœminæ intumuit Vterus. Mira utiq; iſta ſunt, & quæ uix impetrent fidem, ni a' Sanctiſſimo tradita Viro puderet non credere, Quando & Petronius Arbiter efferatam mulieris libidinem exequens, ac proſtituti pudoris, Eius ipſius ita uerba contexit. Iunonem meam iratam habeam, Si me unquam meminerim Virginem fuiſſe. Nam infans cum paribus inquinata ſum, & ſubinde, prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Porro' in Sudæ relatum monumẽtis inuenio, Et apud Ariſtophanis Interpretem, nec deſunt Subſcriptores alii, Approbatores'q;, fuiſſe Scortum quoddam nomine Cyrenem, Cui factum cognomen ſit, δωδεκαμηχάνου. tanquam tu dicas, machinamentorum duodecim, quoniam in Venereo uſu duodecim excogitaſſet modos, quibus Inſcenſori iucundius redderetur libidinis proluuium. Sed & Aſtra quandoq; dodecamechana item cognominata, obſeruauimus. Auctor Aelianus eſt, mulierem libidinis portentoſæ ab Epicrate dictam eſſe Myoniam, de notiſſima

notiſſima muris ſalacitate, qui dicatur μῦς, unde & Murum loca uocant Myopias, ut in uaria hiſtoria Aelianus, & Myoxias. Sed eorundem laqueus dicitur Ipos, ut prodit Euſtathius, a nocumenti ratione, nam ἴπτω Lędo ſignat. Sunt inter Pulſus, qui μυουρίζοντες uocantur, & Myuri, de figurarum ratione, quæ in acutum deſinunt, tralato nomine. Ex iis uero, qui perpetim minuuntur, nec deſinunt, ad immobilitatem prorſus recidunt denique. Hoc autem genus ἐκλείποντας nuncupant μυούρους. Qui uero deſinunt, duplex habent interſtitium, Aut enim initam ſemel paruitatem ſeruant perpetuo, Aut increſcunt denuo in priori æqualem magnitudinem, uel minorem, uel maiorem quoque. Hoſce uero παλινδρομοῦντας dicunt μυούρους, ideſt recurrentes Myuros. Arbitrantur nonnulli, poſſe Myuros dici, ex ſimilitudine Caudæ Muris, ideſt τῆς μυὸς, Vel μειούρους ἐκ τῆς μειοῦσθαι δίκην οὐρᾶς. Sicut Inter pulſus, qui uocantur κυματώδεις, ideſt Vndoſi, Qui minuuntur, σκωληκίζοντες nuncupari ſolent, ideſt Vermiculantes, σκώληκος πορείαν προσεικάζοντες, ideſt Vermiculari ſimiles inceſſui, Quem excipere ſolet ὁ μυρμηκίζων, ideſt formiculans, Quo non eſt minor alius. Sed redeo, Vnde ſum digreſſus. Fuere item Scortilla, quæ Sphinges nuncuparentur, nam & molles Sphinctæ appellantur, quod prodit Sudas. Sunt & Meretriculæ Caſaluades cognominatæ hoc argumento, quod abſentes ſibi aduocent. reiiciãt præſentes Amatores. Sedẽt uero aſſidue in domicilio, & uolentibus faciles ſe præſtãt. Meminit Eius uocabuli in Equitibus Ariſtophanes. Suſpicor a Municipibus, ut ſic dicam, meis, uerbo paululum deluxato, haſce Caſalinas dictitari nunc, quo tamen nomine intelliguntur minore turpitudine Corpus in uulgus dantes. Nec mirari utique oportet, allinuntur ſeculis plerunque neſcientibus ab ultima uetuſtate repetita uocabula, quod in aliis compro batum a me, ſcio. Nam, quod paſſim Scortilla Vacchas nuncupamus omnes, non ne ex antiquitatis profluxit ſinu? In Comœdiis quippe Ariſtophaniis non incurioſus Lector compe riet, fuiſſe Athenis celebres præcipue, ac, ut Græco utamur uocabulo, θαυμαζομίνας, & forma exuperanti meretriculas, Cynnam, & Salauaccham. Caſaurium etiam, ſiue Caſalium pro impudicarum loco inuenimus, Qui Athenis fuerat in Ceramico. Sed & apud Lycophronem κηλῶσα, ideſt Celoſta pro lupanaribus poſita inuenimus. Sunt qui ab indecoro ornatu meretriculas dici Læcaſtrias opinentur, quippe λᾶς, intendit, κάζειν uero ornare eſt, qua ratione dicuntur item Caſorides, & apud Antiphanem Caſoritæ. Ab eodem uerbo inuenimus, qui & Caſaluada inflecti putent. Certe inde κακαλβάζειν conuitiari eſt. Ex Lege Theopompus refert, ut ſcribit Athenæus, Tyrrhenis mulieres fuiſſe communes, quæ corpori ſtuderent impenſius, exercerentur'q; cum Viris nudæ, neque enim illis turpe cenſebatur hoc. Cœnaſſe uero cum iis, in quos incidiſſent, propinando item pro arbitrio, fuiſſe quoque Vini capaciſſimas, Sed & forma conſpicuas. Porro prominent è mulieribri interfœmineo caruncula, quam uocant Nympham, Ea excreſcit plerunque ad turpitudinem uſque, ut nonnullæ arrigant etiam, quod dicunt ὀρθιάζειν, ad coitum'q;, ut Paulus inquit, incitentur, uelut mares. Aegyptiorum eſſe morem Galenus ſcribit, caruncula eiuſmodi in Virginibus præcidere, διὰ τὸ προκύπτειν ἐπὶ πολύ.

¶ Dierum obſeruatio apud Romanos. Qui dies Poſtriduani. Heſiodica ratio de diebus felicibus. Item Aſtrologorum placita, & Chriſtianorum. Interibi cur Menſis dicatur Bos, aut Vitulus. Cæleſtia obſeruantes maxime fuiſſe infelices.

Caput IX.

INTER ſuperſtitiones alias, quibus deluſa tenebatur Gentilitas, Dierum rationem non fuiſſe obſeruationis ſopitæ apud Romanos quoque, animad uertimus. Quibus Electionis maxima incumbebat cura, ſi aliis ipſi inferrent bellum. Nam illatum propulſare, ſalutem, ac dignitatem tueri, quacũq; die ius, fas'q; arbitrabantur. quo enim pacto obſerues, ubi nec Electionis facultas ſuperſit ulla? Ergo Dies poſtriduanos, ut ad omnia infauſtos, ominoſos'q; pręcipue reclinãdos, Veteres putauere. Hos uero ab ominis diritate etiã Atros fuiſſe nuncupatos, poſt alios & Macrobius prodit. Sunt qui etiam Cõmunes uocent, uelut ad molliendam uocabuli diritatem. Noſtrates Plebeii, Quibus ſępe allinit aliquid uetuſtas

deluxato uerbo, Aegyptiacos etiam nũcupant, ab Aegypti, opinor, uanitate proclinato nomine. Eorum Auguſtinus meminit, & in Canonicis decretis non eſt prætermiſſum. ἀποφράδας Græci nuncupant, perinde ac ſi nefandos dicas. Ex quo & feſtiue Lucianus Apophradi ſimilem poſſe dici hominem inſinuat, moribus ferum, Corpore non integrum, mollem, periurum, nullis non adobrutum flagitiis, ac tanquam occurſaculum abominandum, atque aueruncandum. Quid ita uero hi cenſerentur nimis improſperi, atque, ut ſic dicam, inactuoſi, Inominales q̃, infelicibus pugnis referri acceptum oportere, idem innuit Lucianus. Quod ipſum & Gellius annalium libro quintodecimo, & Caſſius Hemina teſtatum reliquerunt, prodentes Senatum iuſſiſſe, ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur. Pontifices q̃ ſtatuiſſe, Dies poſtridie Calendas. Nonas. Idus atros habendos, Vt dies hi neque præliares, neque puri, neque Comitiales eſſent. Cæterum nec atro die parentare, fas arbitrabantur, quia tunc quoque Ianum, Iouem q̃ præfari, neceſſe eſt, quos nominari atro die non oportet. Ante diem quoque quartum Calendas, uel nonas, uel Idus tanquam inominalem plerique uitabant. Certe ante diem quartum nonas Sextilis clade Romana Cannas eſſe nobilitatas, conſtat. Sunt & ſui Nauticis ſuſpecti dies, Martii Primus, Septimus, Quintusdecimus, Septimusdecimus. Decimusnonus, & Viceſimusquntus. Aprilis, Quintus. Sextus. Duodecimus. Viceſimus. Februarii, Sextus, Duodecimus, Quintusdecimus, Decimuſeptimus. Decimusnonus. Et uiceſimus. Et hos quidem inuariabiliter obſeruant. Aſtruunt q̃ hiſce fere diebus maximas in mari mutationes contingere, uel ad tranquillitatem, uel ad tempeſtatem, proinde in re ambagioſa, ac incertitudinis multæ, tutius arbitrantur nauigationi ſuperſedere. Cæterum extat Poetæ Heſiodi lucubratiuncula, qua is pro ratione temporum, & Superſtitionis inuolutæ, Dierum alios comprobat, amplexatur q̃. Reiicit alios, ac uelut emortuos tranſilit. Quartas omnes laudat. reprobat quintas, in quibus uagari furias adcredidit, Et periuros depoſcere ad ſupplicium, inſinuat, Quod numerus is Iuſtitiæ ſit proprius, Quod Pythagoreorum contineri arcanis nouimus. Tres uero ſunt, Quibus Iouis adoptat nomen, Vt Menſis principi. Quarto item ac Septimo. Sic enim profecto ſcribit.

Αἶδε γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς πάρα μητιόεντος,
Πρῶτον ἔνην, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ.

Et ἔννη quidem, ut inquit Proclus, uocat Numeniam, ideſt diem primam, quam & principe ſtatuit loco, ueluti Arithmeticæ congruam. Et eſt numerorum princeps Monas, ideſt unitas. Et omne principium eſſe, ac cenſeri diuinum, inter Platonis placita ſancitur. Quartum amplexatur porro, ut qui muſicas complectatur rationes, Eam ſcilicet, quæ uocatur διὰ τεσσάρων, & Epitritos, tribus nanque ſi adiicias unum, quaternarius conſurgit. Item quam διὰ πασῶν uocant, ſiue Diplaſion. Duo nanque geminata quaternarium conflant. Necnon quæ δὶς διὰ πασῶν nuncupatur, quando duplicata quaternitas octonarium conficit. Septimum uero, quia ex ſola cooriatur unitate, nec duplicatus intra decada progignere numerum poſſit. Porro & hunc præcipue laudat Heſiodus ex Procli ſententia, ueluti Apollinis Genethlion, quod eo crederetur natus die, ex quo ab Athenienſibus item colebatur laurum geſtantibus. Sciendum uero, Menſem principis diei ratione ab Orpheo nuncupari μονοκέρωτα μόσχον, ideſt Vnicornem Vitulum. Cuius rei meminit ſuper Iliados primum Euſtathius. Siquidem menſis ſimpliciter, ut generationis effector, Bos appellatur. Quod uero habeat tunc primam ſubſtantiæ domeſticæ ἐκφανσιν, Moſchos, ideſt Vitulus, uel, ut inquit Euſtathius, διὰ τὸ νεάζειν ἀεὶ ἐφοῖς ποιεῖ. Cæterum ratione compari ab Heſiodo totus peragitur menſis ad trigeſimum uſq; diem, quem ab eo laudari, Proclus inquit, quia ſit in eo Lunæ coitus, Quem Veritatis arbitrabantur imaginem. Cui Vnitas conſecretur. Sicuti mendacio multiplicitas. Propterea inſinuat Poeta, eſſe tunc operum inſpectionem opportunam, Sed & familiæ, tum Cibaria contribui debere. Quam rem Latini nuncupare Demenſum ſolent. Tunc ceſſabant ab opere, Sicuti & formicam tempore eodem feriari, obſeruatum fere eſt. Nobis cætera perſequi, tum ſuperuacaneum eſt uiſum, tum etiam uerboſius. At Qui Chaldæi, olim nuncupabantur, & Genethliaci, Auguſtini temporibus, Sicuti ſcribit ipſe libro de doctrina Chriſtiana primo, & Confeſſionum quarto, & in libello de natura Dæmonum. Mathematici, &

tici, & Planetarii, nunc Aſtrologi paſſim uocantur, Quandoq; & in ſacris literis Diuini. E' Cælo dierum felicitatem, & horarum petendam putant. Nam inter eos non incelebris auctor Albumaſar, quanquam ſæpiſſime fabuloſus, Qui Luna inquit, Ioui coniuncta cum capite Draconis, Deo ſupplicauerit, quicquid petierit, proculdubio impetrabit. Nec Albumaſari defuit aſtipulator, Quando Petrus Aponenſis hac ſe hora a' Deo ſcientiam petiiſſe, ſcribit, ac mox inſigniter profeciſſe. Verum enimuero per Moſen Deus opt. Max. ita nos commonuit, Gentes augures audiunt, & Diuinos. Tu autem a' Domino Deo aliter es inſtitutus. Iam illud Hieremiæ quis non nouit? A' ſignis Cæli nolite timere, Quæ Gentes timent. Auguſtinus uero in Enchiridio ſcienter, ſimul & uere, Ipſam temporum obſeruationem, ut hæc fauſta, illa infauſta putemus, ad magnum dixit pertinere peccatum. Quod in Canonicis item relatum decretis eſt, Cauſa XXVI. Qu. VII. Illud uero Moſeos, Poſita Sydera in ſigna, & tempora, non ſigna inquit Auguſtinus idem, quæ obſeruare, uanitatis eſt, Sed uitæ uſibus neceſſaria, qualia Nautæ, Agricolæ, & id genus artifices obſeruant. Quo in loco, & Baſilius inſpectionem eiuſmodi occupatiſſimam dixit eſſe uanitatem. Ambroſius etiam inutilem, & impoſſibilem. Chryſoſtomus uanam, falſam, ridiculam. Sed mitto Auctoritatum tibicines. Illud utique omnem apud me admirationem exceſſerit. Si uera ſint Planetariorum præſcita, Qui fieri potuerit, eos potiſſimum in rebus noſcitari perinfelices, qui deridiculam temporum obſeruationem, ac momenta ſingula tam euigilate miſerunt in digytos, Quin ediuerſo Fortunæ afflatu benigniore uſos, Qui Vanitate artis reiecta, prudentiæ tantum, atque rationis luminibus innitendum cenſuere. Zoroaſtris ſcientiam inter ueteres Theologos quis non nouit? Fuit is & Cæleſtium rerum peritia uſque ad Magiam, ut uolunt quidam, pernobilis. At eundem a' Nino uictum bello, & occiſum, enotatum annalibus eſt. Pompeium hiſce diuinaculis præcipue mancipatum, non tacuit hiſtoria. At bone deus, quàm miſer exitus, quàm non populi romani dignus principe. Contra Cęſar iſta exculcabat, ridebat'q;. Læta tamen, quod ad bellorum attinet rationem, illi affulſere omnia, Proſtratas, occidione occiſas hoſtiles uidit copias, & mox ſe Terrarum principem. Propterea recte Magiſter Gentium ad Galathas, Cap. IIII. Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos, timeo Vos, ne forte ſine cauſa laborauerim.

¶ Cur temporum uarietas ex emerſu, uel occaſu fixarum ſtellarum aſſignetur a' rei ruſticæ, uel nauticę Doctoribus. Cap. X.

Ed quærat aliquis, quidnam cauſæ aſtruamus, Si e' cælo iſta non ſunt, Quæ cæleſtium rerum ſtudioſi mire conſectantur, & aſſeuerant, Quod qui ruſticæ
f rei, ſimul & nauticæ præcepta condere auſpicati ſunt, creſcentibus operibus per occaſum, & ortum ſtellarum fixarum temporum uarietatem, atque momenta præſignant, ac uel Digyto ſubinde cõmonſtrant, Sicuti Arcturi, Vergiliarum, Hyadum, & id genus aliarum. Id uero hac parte credendum conſtanter, haſce ſtellas in temporum ratione non indigitari, ut ſic dicam, quod ipſarum uel cauendos moneant influxus, uel exoptandos. Quando nec Aſtrologorum placita hoc continent, In quibus lectum eſt, Per ſe illas nullarum omnino eſſe uirium, niſi in Cardinibus aſtituantur. Sed ut indoctis, illiteratis'q; Signa ſint, quibus tempora internoſci ualeant. His uero indiciis, quæ ab emerſu Stellarum, uel occaſu petantur, nullum eſt conſpicuum magis, aut perſeuerantius

¶ Dierum Criticorum ratio, ex Medicorum doctrina, & Galeni imprimis. Caput XI.

Nſtant tamen acriter Medicorum Scholæ, Galeno principe, Criſimos dies, ſiue Iudicatorios, aut Decretorios dicere malis, Aut etiam Criticos', quan-
i quam ſunt & nomenclatura eadem Grammatici, Euſtathio tradente, qui Poemata ad examen uocant, iudicant'q;, nam Cyriæ dies, ideſt κύριαι, præſtitutæ ad quippiam agendum ſimpliciter dicuntur. Sicuti Cyriæ quoq; ſine

diei adiectione ulla. Crisimos inquam, Lunæ acceptos referri debere. Libro utique, Qui de id genus creticis diebus est, tertio Galenus geminam statuit Lunaris influxus rationem. Altera quarum a' Solis potestate demanet, Lunæ fœnerantis lumen. Reliqua de signis profluat, per quæ quot mensibus commeet Luna motu proprio. Mox uero ex Planetariorum infert decretis, in locis oppositis, atque quadrangulis magnas a' Luna commotiones excitari, quod tam in habitudine eius ad Solem, quàm etiam ad Signa, nititur comprobare. Ac ad Solem quidem, Quoniam cum fit Luna Dichotomos, seu dimidio uelut orbe cæsa, quam etiam Diuiduam Periti uocant. Fit autem in quadrangulis fere' locis a' silentis Lunæ die. Rursus'q; cum Panseline uisitur, siue Orbis absoluti, quod in aduerso cõtingit, atq; Diametro, Aeris modum, & tempestates permutet insigniter. Ad Signa uero ratione ista, Vt Quicquid inchoatum fuerit, Luna, dicamus, Taurum permeante, semper mutatio contingat, ubi eadem in Leonem diuerterit, aut Scorpium, aut Aquarium, Quæ uisuntur loca Tauro tetragona, uel aduersa. Aegyptiorum porro' dogmata calculum adiicere Galeno pernoscuntur, Quibus sanciri nouimus, Si in cuiuspiam genitura, Arietem, exempli causa, insederint feliciores stellæ, quod in ortum prodiit, prospere habiturum, quoties Taurum, aut quadrata signa, uel opposita peragrarit Luna. Ediuerso autem, si infelices. Hinc concipit Galenus, Creticorum dierum causam fieri euidentissimam. Esse uero præcipuos putat, Septimum, & Quartumdecimum, Quoniam perueniat septima die ad signum ab illo quartum, quod tenuit, inchoante morbo. Decima uero quarta ad oppositum signum. Cum septem & uiginti diebus, & triente signiferum obeat Luna, Malas etiam commotiones his fieri diebus, astruunt Medici. Sexta, Octaua, Decima, Duodecima, Decimasexta, Decimaoctaua. Sextæ diei malitiam Tyranno comparat Galenus. Sicut Septimam Regi. Adnotatu uero dignissimum, quod secundo ἰατρικῆς πραγματείας asseruit ex Hippocratis sententia Paulus Aeginita, Inter Crisimos dies esse, Quos θεωρητικοὺς nuncupant, Quoniam Contemplationi futuram subiiciant in aliis Crisin, Veluti cum Quartam dicimus τὴν ἐσομένην ἐν τῇ ἑβδόμῃ προσηλοῦν κρίσιν, idest futuram die septima præmonstrare κρίσιν, Dum sudores quospiam, uel humiditates alias, uel id genus peculiares prolicit inanitiones, aut significationes non factas prius. Cæterum ne, quàm par est, abeamus longius, iam parte ista complicanda forent Vela. proinde an ista Veritatis habeant responsum, & rata, indubitata'q; censenda sint, an, ut Vanitatis multum prætendentia, risu etiam sint excipienda, Libra fuerit aliorum. Nam etiam doctissimus undecunque Picus abunde opinor, opere Luculento, Vnde mutuamur plerunque, Astrologorum commenta elusit. Illud Certe negligentius non transiluerim, ueluti sub Mandragora consopitus, Septenarii uim esse in rebus sæpe miram, Vbi nullam prorsus Lunæ, aut Solis potestatem suspicari possumus, Velut in Aegritudinum Periodis, nam septimo die, ut acutę, ita diuturnæ, uti Auctor comprobat Auicenna, Sæpe septimo mense, septimo anno, quarto decimo, Vigesimo primo solent terminari. Contingunt hæc quidem, Sed occulta proprietate, conditione'q; rerum illarum, quibus ita plerunque usuuenire solet. Ita enim natura comparatum, Vt, quod nec tacuit Galenus, per dies impares acuti moueantur morbi. Qui uero Lentiores, diuturniores'q;, per pares. Lunaris uero rationis ne uerbum quidem Hippocrates fecit. Sed ordinem hunc ad numeros refert, naturæ in plerisque mire gratos, Quod Cornelius Celsus adnotauit. Auicenna, cum in eius rei mentionem incidisset, Ambagiosa esse omnia, & ambiguitatis multæ confessus plane' est, Atque argumentum id genus a' Medendi cura sequestrasse est uisus. ἡμέραν πονηρὰν apud Prophetarum Principem intelligi uolũt Iudicii diem, & Pœnarum rationem æternã. Cum uero ἡμερινὰ dici audis σῖτα, Cibaria intellige mortalia, & terrena plané. Postremo sunt & sui in naturæ historiis felices in mari dies, Alcyonides nuncupati, de quorum numero mira inter Græcos disceptatio coorit, Quinque modo eos statuente Simonide, cui calculum adiicit Aristoteles. Samio uero Demagora septem. Nouem autem Philochoro. Aliis denique etiam quatuordecim. Fuisse porro' Alcyonei Gigantis filias Alcyones, Pausanias prodit, Phthoniam. Athen. Methonen, Alcippam, Pallenen, Drimo, Asterien, quæ a' Patris obitu ex Pallenes promontorio in mare se præcipites dederint. Verum ab Amphitrite in Auitiam gentem sint cooptatæ. Ita ut mares Cerylli dicantur, Qui consenescentes, inquit Pausanias,

a' fœminis

a fœminis geſtantur. Non recipere flatilem in prima uerbum Alcyonas, auctor Euſtathius eſt, etiam Canone ſubiecto. Cleopatram fuiſſe ob matris luctum Alcyonem cognominatam, alicubi uideor legiſſe, Ab Alcyonum morte ducta nominis ratione, Sed ita, ut Alcyon de aue dicatur, Alcyone de Cleopatra.

CMidam, & Themiſtoclem ſanguine taurino hauſto interiiſſe, atque eius rei quæ afferri poſſit ratio. Thrombi quid. Ciceronis locus explicatur de Themiſtoclis Liberis.
Caput XII.

Idam illum Veterem multa quoq; temporum fabuloſitate inuolutum, obtectum'q; Qui ficti argumenti mos eſt, in libro de ſuperſtitione Plutarchus ſcri
m bit, contracta ex Somniorum diritate Animi ægritudine, cum formidabilis affectio augeſceret in dies, nec mali ullum prorſus promeret ſe alleuamen, deniq; fatalem diem ſibi admouere deſtinaſſe, ac Tauri ſanguine copioſius hauſto, cõceſſiſſe ab humanis. Huius uero interitus commeminit in libro temporum Euſebius, ſed nimis conciſe, qui mos illi eſt, nimis'q; inarticulate. Frequens hiſtoria eſt, Themiſtoclem geſtarum rerum claritate ab utriuſque Linguæ auctoribus certatim memoriæ commendatum, ratiõe compari deceſſiſſe. Cum Athenis profugus ad Xerxis filium Artaxerxem diuertiſſet, ac honeſtiſſime exceptus, Græciam ſe illi ſubacturum eſſet pollicitus, mox uero amplius re perpenſa, facti pœnitentem, aut, quod malunt alii, cum deſpondiſſet, Simulato Dianę ſacro, quam Leucophryn uocant, itidẽ largius immolati tauri cruorem ebibiſſe, atq; ita extinctum. propterea Ariſtophanem in Equitibus ſcribere, βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν· ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος. Præſtat inquit, tauri ſanguinem haurire Siquidem Themiſtoclis interitus eligibilior. Quid ita uero Taurinum præcipue cruorem in cõſciſcendã ſibi morte optarint, Illa uidetur ratio, qm̃, ut auctor Plinius eſt, Huius animalis celerrime ſanguis coeat, atq; obdureſcat, Ideo eſſe peſtiferę potu maxime. A quo denſeant in Stomacho Thrombi, ut inquit Paulus. Sunt uero Thrombi ꝓcreti ſanguinis partes. Nã & Sal craſſior eodem cenſetur nomine. Saluator autem exudaſſe narratur Sãguinis Thrombos. Porro Taurinus ſanguis recens δύσπνοιαν ἐπιφέρει, καὶ πνιγμὸν, ideſt Anhelitus difficultatem, ac præfocationem infert, cum ſpaſmo prævalido. Obſeruatum utiq; eſt, In animalium quorundam ſanguine uiſitari corpuſcula quædam, pilorum imagine, oblonga. Quæ res terreſtris exuperantiæ uim indicat. Inde incaleſcens Sanguis eiuſmodi perſeuerat diu. Atq; ita affectum animal iracundum fere euadit, ac indignationis retinẽtiſſimum, & audaciſſimum. ſila nanq; id genus uelut prunæ inardeſcunt, quod in Sue agnoſcimus. Sed in Tauro præcipue. indicium eſt coagulatio uelox, quod terreſtris efficit qualitas, calore fugato cum humecta ui. Illud uero parte iſta non fuerit uacantis operæ opinor, Si M. Tullium in quadam ad Brutum Epiſtola apertiorem reddiderimus. Quanquam inquit, hęc quidem ſententia non magis mea fuit, quàm omnium, in qua uidetur illud eſſe crudele, quod ad Liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit, Sed id & Antiquũ eſt, et omnium Ciuitatum, Siquidem etiam Themiſtoclis filii eguerunt. Quæſitum amplius eſt, & in eo ipſe aliquandiu minus, quid afferrem, conſtitutum habui, Quinã fuerint Themiſtoclis liberi, quando rara de iis, quãtum compererim, aut lectione obſeruarim non incurioſa, tam in Græcis, quàm etiã latinis auctoribus mentio fit. Mox uero, cum omnem, ut dicitur, fumiculum excuterem, inueni tandem, quod proferri in medium poſſet. Legimus nanq; Neoclem, & Demopolim Themiſtoclis filios quandoq; incognobiles ueniſſe Athenas, adortos'q; in certamine epitaphio uim ſuam oſtentare, cum Victores apparuiſſent, nec q forent, ſatis noſcitaretur, corollis eſſe inſignitos, Et Neoclem quidem Dolichum uiciſſe, Demopolim autem Stadium. Poſt certamen uero ꝓſpicuos factos tantum non à Paternis inimicis eſſe lapidibus adobrutos, cum Athenienſiũ memoriam refricuiſſent ſuper legibus, quæ aduerſum Exules forent ſancitæ. Sciẽdum uero amplius, in Menone Platonem tertii Themiſtoclis filii mentionem feciſſe, de quo, quia mirum eſt, quod refertur, Philoſophi uerba ſubieci. Audiſtin Themiſtoclem filium ſuũ Cleophantum in equeſtri facultate ſtrenuum effeciſſe? Adeo ut Equis rectus inſiſteret, rectus'q; ex equo iacularetur. Cætera'q; ꝓmulta ꝓficeret ſtupẽda, in qbus ille diligenter eruditi cura-

uit, Sapientem'q; in singulis, quæ præceptores eruditi callebant, effecit. Ipsum uero Themistoclem sunt, qui Abrotōi meretricis prædicēt filium, quod in libro de Viris illustribus Amphicrates prodidit, quāquam Euterpen nuncupauit libro rerum græcarū tertio Neanthes.

¶ Super Pherecyde adnotata paucula. Item'q; de Patria Syro, Et locis aliis uoce Cognatis, Ac Vocabulis scitu non indignis. Cap. XIII.

PHerecydem philosophum haud incelebrem phthiriasi consumptū, frequens memoria est, Ad eum grauiter affectum cum uisendi gratia Pythagoras discipulus aduenisset, ac πῶς διακέοιτο, idest quonam pacto haberet, esset sciscitatus, immittens is Digytum per Ianuam χροὶ δῆλα, Ex corpore inquit, palàm est. Quod & Parœmiodes apud Philosophos mox est factū. Sed ita, Vt deteriora ferè indicentur. De hoc extat Q. Sereni Carmen.

Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi?
Qui nimio sudore fluens, animalia tetra
Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt.

Qui Pherecydem hūc Syrium appellatum putarunt à prouincia Syria, facile Strabonis, & certatim Græcorum ferè omnium auctoritate coarguuntur, Quādo insulam Syrum patriā habuit, quam esse unam Cycladum statuunt, proxime Delon. Stephanus Ionicam esse insulam docuit in Acarnania, & Gentile nomen inde produci, Syrius. meminit libro duodecimo Strabo. Syrna uero Cariæ Ciuitas memoratur, à Podalirio condita, qui, cum in Caria à Caprarum Pastore seruatus, ad Damæthum Regem foret perductus, Eius filiam nomine Syrnam tecto delapsam, misso ex utroque brachio sanguine, persanauit, quod Rex admiratus Generꝝ sibi optauit, Cheroneso illi tradita, In qua Podalirius mox duas condiderit Ciuitates, de Vxoris nomēclatura alterā Syrnē, Reliquam uero de Pastoris, à quo fuisset incolumis factus. Gētile inde nomē Syrnius. Est & Insula Scyrus ꝑ c. & y. de qua Poeta nobilis.

Armiger Automedon. Vna omnis Scyria pubes.

Meminit libro quinto Nicolaus, habitatam antiquitus à Pelasgis prodēs, atq; Caribus. Est & Scirus per c. & i. in Arcadia locus propè Parrhasios, Vnde appellati Sciritæ, Sed erat in Attica item Sciron, & Petræ quoq; Scironides à Scirone, uel dictus à Scironidibus Sciron, Vt factum loco nomen sit ab Heroe Sciro, Ibi resedisse meretrices, proditur memoriæ. Sciraphion locum dicebant, in quem Aleatores conuenirent. Scirophoros uero intemperantem signat, ac lasciuum. Sciritæ apud Lacedæmonios procubitores erant, Qui obseruabāt, nequis noctu extra Phalanga progrederetur. Sciritæ quoq; primi inibāt pugnam. Meminit historia septima Thucydides, Sciritas in cornu sinistro semper constitui solitos, prodens. Eorum item rationem tradit in libro de Lacedæmoniorum rep. Xenophon, & libro quarto pædiæ Cyri. Scira porrò festum erat Mineruæ, quæ dicebatur Sciras. Cuius mentio est Straboni quoq;, Scirophorionis, idest Martii XII. quāuis alii Cereris tradant, & Proserpinæ. In eo Erechthei Sacerdos Vmbellam ferebat albam, Quæ uocatur Sciron. Sūt qui scribant Palladis Sacerdotem, ac Solis cum Sciro ex arce prodire in locum, quem dicunt Sciron. Vmbellam ferre solitos, Qui uocentur Eteobutadæ, ii fuere nobiles, & ꝑillustres Athenis, à Bute sacerdote propagati. Ex qua familia producebantur Sacerdotes, id uero symbolice apud illos institutum, dum quēq; summonerent tacite, tempus ædificandi, & tectum aliquod sibi sustruendi iamiam appetere. Scirada Mineruam dici, Philochorus in secundo scribit, à Sciro Eleusinio Vate. Praxion item Megaricorum secundo, à Scirone, qui Salamina incoluit. Sciros præterea uocari lego, sordes, & Spurcitias Casei. Sicuti Eupolis comprobat in Chrysogene. A qua similitudine, quicquid est inculcatum ualde, ἐνεσκιρῶσθαι dicitur Græcis. Dicunt & Hepatis affectionem Sciroma, quod curationem nescit, quāquam Sciromata, & Sciros latine duritias interpretantur Doctiores. Sed & fragmēta, quæ ex operibus deiiciunt Marmorarii, Sciri quoq; dicuntur. Assulas Vitruuius uocauit. Sicut in ligno Schidia, nam Epischidion Cuneum appellant. Simile quiddam molæ in Viris gignitur, in uentre, inquit Plinius, Sciron uocant. Sciron item pro Gypso positum inuenio, unde & Scira terra pro alba dicitur quandoq;.

Muliebris

¶Muliebris Commercii deteſtatio. Dennus quid. Ciceronis locus ex ſecũdo de Oratore ſuæ reſtituitur luci. Mulieres ab Olympicis excludi ſolitas. Plinius illuſtratur de Liuia. Caput XIIII.

Vlieris illecebras eſſe mundo maiores, inde acute admodum, ac ſcite, nonnulli collegiſſe ſibi uidẽtur, quod Herculem, quem mũdi magnitudo uincere nõ potuit, Libido compreſſerit, In cuius pugna tanta qdẽ illa Virtus, adeo'q; cuncto terrarum orbe percognita, Vt Hercules monſtrorum malleus prouerbio quodam paſſim, & plauſibili cõſenſu celebretur, deſudarit, atq; ſuccubuerit. Et Cato Senior impotentem mulierum arrogantiam accuſans, quæ dominari ſtuderẽt Viris, Omnes inquit, homines Vxoribus imperant, Nos omnibus hominibus. At Vxores nobis. Quod ipſum fere' ante dixiſſe Themiſtoclem, teſtatum monumentis eſt. Prima profecto caſtæ mentis tentamenta, Labes'q; prima fœmina eſt, Quę, ut a' Sanctiſſimis Viris, proditum memoriæ ſcimus, Noxium genus eſt, Ianua Diaboli, Via iniquitatis, Scorpionis percuſſio, cum admouetur ſtipula, accendit ignem. Flammigero igne perculit fœmina conſcientiam pariter habitantis. Exurit fundamenta mentium, Ego inquit Hieronymus, ita cenſeo, Si cum Viris habitent fœminæ, Viſcarium non deerit Diaboli. Mentes uel ferreas a' Lĩbidine peruinci, perdomari'q;, cognitum fere' experimentis eſt. Cur enim Gentilium Fabulæ narrant, Sirenum cantibus nautas in Saxa præcipites actos? Eas Palæphatus in Libro incredibilium primo non alias fuiſſe ſcribit, quàm meretrices, Quæ nauigantes blandis uenenis pellexerint in fraudem. Huius uoluptatis incentiuis, & Omphales ueneficiis magna mortalium pars delinita præceps abit in uulnus. Omphalon, Græcorum Lingua, Vmbilicum dicit. At in Vmbilico dominatur libido mulieribus, Lege quoq; diuina ſuccinente, Nõ eſt præciſus umbilicus tuus, uelut inſinuet, non eſſe amputatum, ac reſectum peccatum. Nã & Vuluam produnt, illic catenatam conſtringi. Vnde & Epinephridia eodem loco firmã dis fœtibus opponuntur. Virorum autem in Lumbis Luxuria ſtatuitur, Gregorio tradente. Rectiſſime mihi dictum uidetur, Non poſſe toto corde cum Domino habitare, Qui fœminarum acceſſibus copulatur. Scribit in prouerbiis Salomon, Mulierem foueam eſſe profundam. Et Propertius feſtiuiter.

Sed uobis facile eſt uerba, & componere fraudes.
Hoc unum didicit fœmina ſemper opus.

Ac facete Plautus quendam inducit optantem fœminam in Milite, quæſtuoſam, Cui'q; ſapiat Pectus, Nam Cor non poteſt, quod nulla habet. In Perſarum gente ſicui ingeratur, uideri eum fœmina ſocordiorem, δεννος ἐστὶ μέγιστος, ideſt Dennus cenſetur inſignis. Eſt autem Dennus iniuria, unde apud Sophoclem δεννάζειν uerbum. Cęterum ut alia deſint, Illud Tireſiæ quale eſt? Qui electus arbiter, ut aiunt, ab Ioue, ac Iunone de Amoris quantitate contendentibus, Tres amoris uncias in Viro, nouem in fœmina pronuntiauit. Sed & Pacuuius flens Ario uicino ſuo ait, Amice arborem habeo in horto meo infelicem, de qua prima Vxor mea ſe ſuſpendit, poſtmodum ſecunda, Iam nunc tertia. Cui Arius, miror te in tot ſucceſſibus lachrymas inueniſſe, & iterum, Dii boni, quot tibi diſpendia Arbor illa ſuſpendit. Et tertio, Amice dede mihi ex arbore illa, quos feram ſurculos. In hæc diuertiſſe, non alienum iudicabit, quiſquis aduerterit, illatam a' nobis lucem multam uerbis M. Tul. ex ſecundo Libro de Oratore, Quæ, quod ſciam, ad hanc diem nemo eſt interpretatus, etiam ſi acutuli, ac minuti Doctores, Qui ſe τεχνικὰς uocant, multa ſæpe conantur, Argutatores frigiduli. Salſa ſunt etiam inquit, quæ habent ſuſpicionem ridiculi abſconditam, quo in genere eſt illud Siculi, Cui cum familiaris quidam quereretur, qui diceret, Vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu, amabo te inquit, da mihi de iſta arbore, quos feram ſurculos. Eadem fere' & apud Quint. Libro VI in Iocorum ratione. Poſtremo illud Catonis bracteatum eſt, & nulla non hora repetendum. Si abſq; fœmina inquit, poſſet eſſe mundus, Conuerſatio noſtra non eſſet abſq; Diis. Metellus Mario reſpondit, Cum eius filiam prędiuitem, forma nobilem, genere claram, fama felicem ducere nollet, Malo eſſe meus, quàm ſuus. Cui Marius immo ipſa erit tua. At ille, immo Virũ oportet eſſe Vxoris. Liuia Virũ ſuum occidit, quẽ nimis oderat. Lucilia ſuum, quem nimis amauerat. Illa ſponte miſcuit Aconitum, hæc de-

cepta furorem propinauit pro amoris poculo. Variis nempe incedunt ſemitis Fœminæ, qui bus errent anfractibus, quibus'q; deuinctæ ſint Viris, Vnus tamen eſt exitus, Vna omnium uiarum meta, Vnicum Caput, & Conuentus omnium diuerſitatum, malitia, Fœmineæ na turæ, inquit Ariſtoteles, proprium eſt, τὸ φιλολοίδορον, καὶ μεμψίμοιρον, ideſt conuitiandi cupiditas, & querula natura. Vſurpatur tempeſtate noſtra elegans paroemia, Verba quidē uideri fœminea, Facta uero plane` eſſe uirilia. Id autem uetus fuit Greçæ Gētis Adagium, quod ex Euſtathii theſauris liquet, γυναικῶν μὲν τὸ λαλεῖν, ἀνδρῶν δὲ τὸ πράττειν, ideſt dice re mulierum eſt, At Virorum facere, Proinde proditum monumentis eſt, Ægyptiorum Re gem Seſoſtrin, ubi imbellem nimis, ac momenti prorſum nullius gentem, &, ut Greçi dicūt, ἀμαχητὶ, ideſt citra pugnam, & ἀκονητὶ, ideſt citra puluerem ad leges redegiſſet ſuas, ſurre ctis Stelis, ſiue Cippis inſculpi iuſſiſſe γυναικῶν αἰδοῖα, ideſt uerenda muliebria. Circunfe runtur & Sententiæ duæ, quas Senecę aſcribit attitulatio publica, quāuis refragentur Do cti, Vtcūque, huic propoſito apte conſentiunt. Aut amat, aut odit mulier, nihil eſt tertium. Et rurſum, Aperte cum eſt mala mulier, tum demum eſt bona. Ad muliebris porro` natu ræ rationem forte illud pertinuerit quoque, Sacrorum Legibus cautum, ſicuti Lactantius Grammaticus ſcribit, ne Olympicis ſe certaminibus ſpectandi gratia Mulieres inſererent. Propterea Thebaidos primo Papinius, Excluſæ'q; expectant prędia Matres. Sed & Menā der Rhetor, In quibuſdam inquit, Panegyricis conuētibus non fere` uiſuntur mulieres, Vt in Olympia, proinde inter laudandum impenſe obſeruanda hæc. Et Pauſanias Heliacorū primo quæſitam ſcribit ad pœnam Pherenicen, quod Olympicorum tempore Alpheum amnem tranſire foret auſa, quod illis diebus capitale erat fœminis, Piſirhodum ſecuta fili um, Quem tamen Euclea uocauit Valerius, Nam quod ibidem ſcribitur, Berenice, men dum exemplarium eſt. Typœum uocant montem, Ex quo præcipitarentur mulieres, a` qui bus neglectui habita Lex foret. Callipatiram inuenio tamē apud Pauſaniam, Quæ qm̄ Gy mnaſtico fefellerit habitu, Lata in reliquū lex, uti in certamen nudi prodirent Gymnaſtæ. Ignotum uero Callipatirę, quod Patrem, & fratres habuiſſet Olympionicas. Geronthras in Laconia eſſe ciuitatem nouimus, inibi fuit Martis templum, & nemus. Anniuerſarium item celebrabatur feſtum, In quo a` Nemore procul arcerent' mulieres. Quod autem de Li uia magnum ſecutus ducem prodidi, ambiguitatem tollit ex Plinio hiſtoriæ naturalis ſepti mo, Vbi de Auguſto ita ſcribit, Hinc Vxoris & Tiberii cogitatiōes, ſuprema eius cura. Nā dolo Liuiæ peremptum Auguſtum, a` Sexto quoq; Aurelio proditū ſcimus. Quia uero Mu lieri genuinum eſt, rarenter bene facere, ac ſiquid forte dignum laude prompſerit, inceſſan ter id ipſum repetere, ac nulla non hora ingerere, cōformatam inde Adagii ſpeciem, Euſta thius ſcribit, σωτὴν ἐπαινεῖς, ὡσπερ ἀγυδάμαν, γύναι. Teipſam laudas, perinde ac Aſtyda mas, Mulier. Tanquam effœminatius hic, indecentius'q; πολυαυχολογεῖν conſueſſet, ideſt de ſe dicere. Deniq; cecinit Heſiodus, & eſt a` Pauſania repetitum, Muliebris ſexus primā comparuiſſe Pandoram.

¶ Ad meretriculæ nutum ſuccenſam ab Alexandro Perſepolin. De Phryne nonnulla, Et cur dicta in maxillis Lecythum ferre, contra Sudæ ſententiam. Item cur di ceretur Seſtus. Item Saperdion, & Clauſigelon nuncupatas Phrynes duas. Item'q; fœminarum ſugillatio. Caput XV.

S Ed nec tempero mihi, quin huic potiſſimum parti appingam, quod ex hiſto ria ſuggeritur appoſitiſſime. Id quāuis nonnulla infamiæ nota, bonum'q;, ſi nō & maxima, Alexandrum Macedonem conſperſurum eſt, tamē æque pro dendum nobis, ac Veteribus eſt proditum. Quando Princeps is, ac Regum ampliſſimus Indolem animi prope` cęleſtem, qua Regum antiquorum maie ſtatem Longe poſt ſe reliquit. Illam præterea in periculis ſubeundis incomparabilem pro pe` mentis erectæ magnitudinem, In rerum tantarum mole celeritatem quodam igne uolu crem, In cæteris item fidei ſanctitatem, clemētiam, &, ut omnia uno complectar uerbo, Re giam Virtutem, lumen'q; micantiſſimum fœdiſſime Vini appetentia non ferenda concuſ ſit, inquinauit, ac adobruit, etiamſi non me fallit, Arrianum oratorie iſta tueri adortum. Ve rum quod

rum, quod dicitur, αὐτὸς αὑτὸν, αὐλᾶι. Ipſe ſemet concinit, aperit'q;. Siquidem cum Perſe polin Regiam nobiliſſimam totius orientis Perſarum regum cepiſſet. A` qua prius innume ræ gentes iura petierant, quæ'q; tot, ac tãtorum Principum fuiſſet Patria, ac præſigni is Græ cæ Gentis terror, & quæ decemmillium nauium claſſem commoliri eualuiſſet, Exercitus tã tos cogere, ut iis uice maris Vaſtiſſimi irruentis uniuerſa coobrueretur Europa, Quibus'q; rerum naturæ facies mutaretur, actis in planum montibus, aut perfoſſis, conſtrato etiamnũ mari continentis modo, & mores quadantenus pati coacto, Ad unius meretriculæ, & eius quidem temulentæ, nutum, temulentus ipſe ſuccendere ſuſtinuit, Vt momento deflagraret opulentiſſima Vrbs, tanta uaſtitate, Vt eius ne extaturum quidem ueſtigium fuerit, ni Ara/ xis fluenta præmonſtrarent, Conuicinia mœnibus is allũerat. Thais ea fuit, Quæ mero ſer/ uidum Alexandrum ſic adorta narratur, Vt illum diceret, maximam apud Græcos initurũ gratiam, Si Perſarum Regia conflagraſſet. Nec maius quicquã eſſe in uotis apud eos, quo rum Vrbes, craſſantibus Barbaris, æquatæ ſolo fuerant. Mirum profecto fuit, non puduiſſe tantis rebus geſtis clariſſimum Regem, Scorto, quod etiamnum incalũiſſet mero, de tantĩ moliminis opere dictante ſententiam, Omnium primum Regiæ ſubiicere faces, illa interim præfatum, Quin imus ultum Græciam, & Vrbi faces ſubdimus? Poſtea Phrynen mira/ mur, non Hyperidis actione, quanquam admirabili, Sed conſpectu corporis, quod illa ſpe/ cioſiſſimum alioqui, deducta nudauerat tunica, periculo liberatam, Interpoſito mox decre to, nequis miſericordiæ captandæ gratia Epilogis uteretur. Hæc uero eſt, de qua ita Pro/ pertius canit.

Nec quæ deletas potuit componere Thebas
Phryne, tam multis facta beata Viris.

Commeminit in præceptis Sanitatis etiam Plut. eam dicere ſolitam prodens, ubi iam con/ ſenuiſſet, ac flaccida toto foret corpore, τὴν φύγα πωλεῖσθαι πωλεῖν δεῖ τὴν δόξαν, ideſt pluris facem uendere ex opinione, quam de ipſa concepiſſent homines. Hanc deniq; dixere Græ ci lecythum habere in malis, quod exponens Sudas ad facici rettulit tumorem. Credo quia ſit Lecythus capaciſſimum uas. Ego ad formæ elegantiam referendum contenderim. Vt il lam intelligamus naturali ſpecie præſignem, accerſitam commendationem, & peregrinas haud magnopere nugas conqſiuiſſe, Quando Lecythum Plinii Cæcilii teſtimonio, & M. Tullii in epiſtolis ad Atticum pro Orationis etiam ſplendore, ac excuſſa in ſcribendo cura nouimus accipi. Erat enim oleo dicatum Vas, Lecythus. Sed & Vnguẽtis quoq;. Memora/ bile eſt, pictura nobiliſſimum Appellem Veneris typum, quam Anadyomenen uocant, a` Phrynes inſigni pulchritudine mutuatum, Cum ea in Eleuſiniorum Panagyri, ſpectãte uni uerſa Græcia, ſpecioſiſſimum nudaſſet corpus, quod alias fere` nunquam feciſſe memora/ tur, ac ſoluta coma deſcẽdiſſet in mare. Cæterum ex eodem, ut ſic dixerim, Archetypo Pra xiteles quoq; Cnidiam dicitur Venerem conformaſſe. Scribit Apollodorus Phrynes fuiſſe duas. Alteram quarum Clauſigelota cognominarint, Alteram uero Saperdion. Herodicus celebratam Rhetoribus Phrynen σησὸν, ideſt Seſtum uocitatam, tradit, quod attamina/ ret, deſpoliaret'q; adeuntes, σήθειν attaminare eſt. Cum Auarior quiſpiam ſubblandiẽs di/ ceret, Aphrodiſium Praxitelis es, At tu inquit Phryne, Amor Phidiæ. Demum libet lucu/ brationi huic, quam uidemur, ducente ſtilo, in fœminas declamaſſe, quas tamen alibi ſum mis concelebrare laudibus non expauimus, inſerere breue quiddam ex Græcorum Sancta/ riis, non bonas lacerando, Sed a`malo malas deterrendo.

Θησαυρὸς ὅσι τῶν κακῶν κακὴ γυνή,
Θηρῶν ἀπάντων ἀγριωτέρα κακὴ γυνή.
Θάλασσα καὶ πῦρ, καὶ γυνή, τρία κακά.

Theſaurus eſt malorum mulier mala.
Feris omnibus immitior Mulier mala.
Mare, Ignis, Mulier, mala tria.

ἀρρήτους Græci κατὰ γυναικῶν μόρια, mulieres dicunt, quibus concreta ſint genitalia uel morbo, uel natura.

¶ Quid ſit, more Candidatorum Cæſaris quippiam agere. De Candidatorum ha/

bitu. Expurgatur a' uitio Plut. tralatum Problema. Quid Chithon, & quid Peplus. Cãdida tum uarie accipi apud Eruditos. De Candida item Tyronum toga. Et quid Coitio. T. Liuii Locus emaculatur. Caput. XVI

Inter cæteras sedes, e' quibus ridiculorum ratio promitur, esse quoq; Amphi
boliam, neminem latere puto, ex iis præsertim, Qui literas paulo literatiores
1 attentarint. Ea uero esse imprimis acuta, ac ut belle, & literate dicta laudari,
tradit M. Tullius Libro de Oratore secũdo. De iis & Fabius Libro VI. Iun
gitur Amphibologiæ inquit, Similitudo, ut L. Galba, qui pilam negligenter petenti, Sic inquit, petis, tanquam Cæsaris candidatus. Nam illud petis, ambiguum est. Se curitas simili. Hinc aptissime commonemur, Candidatum Cæsaris recte dici per Adagio nis formam de quocunq; sopite admodum, & per summam fiduciam, ac securitatem animi negotium aliquod obeunte. Quod quem Candidatum Cęsares consouẽdum susce pissent, Is prorsus tanto præfultus tibicine, oppilatus q; supine, ac omnino negligenter prehensaret homines, rem sibi factam, animo concipiens. Imperatores uero hoc insueuisse nonnunquã efficere, docet in Augusto Tranquillus. Quoties inquit, Magistratuum Comitiis interesset, Tribus cum Candidatis suis circuibat, supplicabat q; more solenni. Porro' dicebantur Can didati, quod Magistratum petituri in toga candida id agerent. Nam & in Senatu Orationẽ Cicero dixit in toga candida, in Consulatus uidelicet petitione. Et T. Liuius libro ab V.C. quarto. Placet inquit, tollendæ ambitionis causa, Tribunos legem promulgare, necui al bum uestimentum addere petitionis causa liceret. Plutarchi problema de hac ipsa re in hũc modum Latii iure donatum extat. Cur inquit, Candidatos moris erat in uestę hoc facere si ne toga? Sic enim scribit Cato. An forte ne Ciues largiendo corrumpant, argentum sinu fe rentes? An illud magis, Quod imperio dignos non genere, non diuitiis, non gloria, Sed uul neribus, ac cicatricibus iudicabant, quæ quidem ut ab iis, quos ambeũdo prehensabant, cõ spicerentur, sine toga ad petendum descendebant. An quemadmodum in accipiendo, ro gando, se omnibus submittendo, Sic Corpus nudando, ac seipsos abiiciendo populum ca ptabant? hactenus Plut. Id modo mirum, in quo summonitos legentes uolumus, ex Tra latione Plutarchum scribere, sine toga descendere Candidatos ad petendum consueuisse. At in Græcis codicibus enotatum inuenias, ἔθος ἦν τὸν ἱματίῳ τὸν ποιεῖν ἀχίτωνας. Quod nostris uerbis non fere' aliud sonat, quàm moris erat hoc in Veste obire absq; tunica, quod sensui Auctoris congruit magis. An a' tralationis scopo aberrarit Interpres in re minutula, non discutio nunc, forte mendum fuerit exemplarium. Nequis uero suspicetur, pro Toga re cte dici Chitona, Scribit Sudas esse Vestem prætenuem Chitona, siue Hypocamison. Ex ponunt alii, esse simplex, ac tenue indumentum ex Lino, addita etiamnum etymologia, πα ρὰ τὸ ἐνχεῖσθαι τοῖς σώμασι, quod infundatur Corporibus, initiatur q;. Vnde apud Home rum μαλακὸν δ' ἐνέδυνε χιτῶνα, ideſt mollem autem induit tunicam, quæ omnia diligenter adnotauit Eustathius in Iliados primum. Quanquam & nomenclatura eadem signifi catur Thorax. Ex quo & apud Poetam eundem Achæos Chalcochitonas eleganter nouimus ap pellari, tanquam dicas æneis præmunitos tunicis. Astruunt porro' Chitona a' Peplo distin gui, quoniam sit proprie mulierum Peplus, Virorum autem Chiton. Sicuti idem scribit Eu stathius, unde & βαθύπεπλοι, & καλλίπεπλοι nuncupantur mulieres frequenti epitheto, & Crocopeplos aurora. In Hippolyto tamen Euripides etiam in Viris peplum intelligit, & ubi Melampeplum inducit Tyndarum. Et peplis Orestem obtectum scribit. Verum nec ex lino tantum ueteribus concinnabatur Chiton, Sed ex Lana quoq;. Cæterum ne foris, quod dicitur, nimis interim uidear sapere, nostris manticæ insertis, quæ in tergo est, a' diuerticu lo fabulam repeto. Quare sciendum, a' Campi consuetudine hac inoleuisse, ut qui rem quã piam toto affectet pede, ac omnibus, ut aiunt, Cuneis, Eius item rei illum eleganter Candi datum dicamus. Quintilianus Libro XII Maius enim opus atque præstantius, ad quod ipse tendit, Cuius q; est, uelut Candidatus. Hieronymus etiam fidei candidatum dixit. Can didatus gloriæ, ac immortalitatis in Plinii Panegyrico. Libertum porro' Icelum scribit in Galba Tranquillus fuisse summum equestris gradus candidatum. Et Seneca hominem di cit multarum rerum Candidatum. Et quidem recte. Nam & Fortunę nuncupantur Comi

tia apud

tia apud eundem, Cuius etiam pluſcula appoſui uerba, tum ob grauitatem ſententiæ, tum ob doctrinam. Hoc eſt inquit, mi Lucili egregium, nihil petere, ac tota Fortunę Comitia trā ſire. Quàm putas eſſe iucundum, tribubus uocatis, cum Candidati pendeant, & alius nu/ mos pronuntiet, Alius per Sequeſtrem agat, Alius eorum manus oſculis conterat, Quibus deſignatus contingendam manum negaturus eſt, Stare otioſum, & ſpectare illas nundinas nec ementem quicquam, nec uendentem. Ad hoſce Suffragiorum mores obiter ſpectat & Auſonii illud ad Gratianum, nihil cum Sequeſtre depoſui. Cū diſtributore nil pepigi. Por/ ro legimus extra Candidatos Cæſaris etiam quoſdam, qui dicerentur Candidati Princi/ pis. De his Vlpianus primo Digeſtorum de Officio Quæſtoris ita ſcribit, Sane nō omnes Quæſtores Prouincias ſortiebantur. Verum excepti erant Candidati Principis, hi etenim ſolis libris principalibus, & Epiſtolis in Senatu legendis uacabāt. Quoniam uero, ut in Ma/ gia Apuleius ſcribit, Eruditiſſimi Iuuenes laudis gratia primum hoc forēſis operæ rudimē tum ſubibant, ut aliquo inſigni indicio Ciuibus ſuis noſcerentur, qui mos incipientib⁹ Ado leſcentulis ad illuſtrandum ingenii florem apud antiquos fuerat conceſſus, Togā item can didam, qui hoc facerent, Tyrones induebant ipſo tyrocinii die, Sic enim appellabant, cum eloquentiam auſpicarentur in foro. Eam togam Cicero puram uocauit, Scribit enim ad At ticum, in Tyrocinio filii Ciceronis togam illi puram dediſſe Arpini. Eodem modo & hiſto riæ naturalis octauo Plinius, Tanaquil inquit, prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura Tyrones induuntur, nouæq; nuptæ. In quo tamen loco ſunt, qui aſtruant, Tyro/ nes indui ea ſolitos, cum ſacramento militiæ obſtringerētur. Nam & Vegetius rei militaris primo, Candidatos intelligit milites principales, Qui priuilegiis muniuntur. Reliqui inqt, Munifices appellantur, quia propter munera facere militiam cogantur. De Toga tyronum candida intellexiſſe Poetam Satyricum, placet Eruditioribus,

Cum blandi Comites, totaq; impune, Suburra
Permiſit ſparſiſſe oculos iam cādidus umbo.

Dicitur uero Vmbo, quoni am gabino habitu recurrens ad humerum ſiniſtrum ueſtis Vmbonis uicem repręſentat. Nā & Apuleius, ſub dextrum latus ad humerum lęuum recurriſſe, umbonis uice deiectam laci/ niæ partem, ſcribit. Sed enim prius, quàm inde reuellamur, rectiſſimum erit in hac Cādida/ torum mentione T. Liuii locum ex libro ab V. C. tertio reſtituiſſe in integrum fœde per in curiam interpolatum. Ita enim in Decemuirorum mentione ſcriptum iuenias, Deiectis ho/ nore per cōcionem duobus Quintiis, Capitolino, & Cincinnato, Lego per Coitionē. Idq; M. Tullii ex Epiſtolis ad Q. Fratrem auctoritate cōſtipatus. Quod ſcribis, te audiſſe, in Cā didatorum Conſularium coitione me interfuiſſe, falſum eſt, Eiuſmodi enim pactiones in ea coitione factæ ſunt, quas poſtea Memmius patefecit, ut nemo bonus intereſſe debuerit. Et ſimul mihi committendum non fuit, ut his coitionibus intereſſem, quibus Meſſala ex/ cluderetur. Alibi quoq; idem Cicero Memmii coitionem uocat. Erat autem Coitio conſpi/ ratio, ſeu fœderatio, quæ inter Candidatos plerūq; fiebat, quod ſignificat in Oratione item pro Plantio idem M. Tullius, Dubitatis inquit, quin Coitio facta ſit, cum Tribus pleras q; cum Plotio tulerit Plantius? Nam & coire ſocietatem in oratione pro Quintio eleganter dicitur. Socium tibi in huius bonis edifti Quintium, plura non dico. Cum eo tu uoluntariā ſocietatem coibas, qui te in hæreditaria ſocietate fraudarat.

¶ De Roſcii hiſtrionis excellentia, & Prouerbio inde nato. Caput XVII

Roſcium eſſe in Scena, ſcitiſſimum adagium eſt in eum, Qui undecunq; Sit in ſua perfectus arte, ductum id a Roſcio hiſtrione, quem ob ſummam ar/ tificii peritiam Cicero delitias ſuas dictitare ſolebat, Quin & Pomp. Feſtus Roſcios prodit in omnibus perfectos dici, quod Roſcius ſit unus in arte co/ mœdica perfectus iudicatus. Et Cicero in Bruto, Volo id Oratori inquit, contingat, Vt cum dicturus ſurgat, ſignificetur a Corona ſilentium, deinde crebræ aſſen ſiones, multæ admirationes. Riſus, cum uelit, cum uelit, fletus. Vt qui hæc procul ui/ deat, etiamſi quid agatur, neſciat, At placere tamen, Et in Scena eſſe Roſcium intelli/ gat. Sed & de Oratore Libro ſecundo, Quanquam ſoleo ſæpe mirari eorum impudenti/

am, Qui agunt in Scena gestum, spectante Roscio. Quis enim se commouere potest, Cuius ille uitia non aduertat? Et hæc quidem fuerit Histrionis celeberrimi omnium, quos nouimus, in agendo gloria. Quid laus illa præclara ex animi producta uirtutibus? Non ne inquit, clarissimus Orator, ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur, & refrigeratur, sic referuens falsum crimen in purissimam, & castissimam uitam collatum statim cõcidit, & extinguitur. Roscius Socios fraudauit, potest hoc homini huic hærere peccatum? Qui mediusfidius, audacter dico, plus fidei, quàm artis, plus ueritatis, quàm disciplinæ possidet in se. Quẽ populus Ro. meliorẽ uirum, quàm histrionem esse arbitratur. Qui ita dignissimus est Scena propter artificium, Vt dignissimus sit Curia propter abstinentiam. Proinde quod Scenicus foret, non contemptibilior uideri debet, neq; enim, ut in Cœnis quoq; Macrobius comprobauit, Histriones inter turpes tunc habebantur, quamuis ex Aristotele secus in noctib⁹ atticis Gellius senserit. Illud uero indicio est, qđ L. Syllæ adeo carus hic fuit Roscius, ut annulo aureo ab eodem Dictatore donaretur, Tanta præterea fuit tum gratia, tum gloria, ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus acceperit. An non & M. Tullius elegantissima oratione Populũ Ro. obiurgauit, qđ Roscio gestum agente, tumultuarit? Quin id constat certissime, Oratorem eminentissimum contendere cum ipso histrione solitum, Vtrum ille sæpius eandem sententiam gestibus efficeret, An ipse per eloquentiæ copiam sermone diuerso pronuntiaret. Quæ res illuc Roscium prouexit, ut librum conscriberet, quo eloquentiam cum histrionia compararet. Denicq; Cicero idem in oratione pro P. Quintio, Roscii præstantiæ locupletissimum testimonium reddidit, cum ait, Videri Ore durissimo, qui præsente eo gestum agere conaretur. Qui uero cum ipso contenderent, eos etiam siquid antea recti, aut uenusti habere uisi sunt, id amittere. Meminit huius & Fabius cum alibi, tum Libro undecimo. Roscius inquit, citatior, Aesopus grauior fuit. Quod ille Comœdias, hic Tragœdias egit.

¶ Pepli notio mutiplex. Mustellinus color. Item de Pallade, allegorice, Cur̃q; Stratia dicatur, & Glaucopis. Item Athena, & Hippia, & Nica. Peplographia in Epistolis ad Atticum, quæ intelligi debeat. Caput XVIII.

Quoniam pauloante Pepli mentionem fecimus, Sed breuiter admodum, ac cõcise, Vt omnibus plane satisfaciamus, qui amplius sibi uocabuli eius notiones expetent enarrari, adnectemus porro, quæ indagatiõe uaria sunt deprehensa nobis. Igitur Lactantius grammaticus, Siue is sit Luctatius, Vti nonnullis placere animaduerto, auctor est, Peplum dici Vestem candore eximio, aureis distinctam clauis, sine manicis, Quam Vestitores deorum Simulacris iniiciebant. Peplum uero primum instituere Athenienses, texebatur matronarum manibus, intraq; triẽnium numinibus offerebatur. Sed Mineruæ imprimis. Quod Homerus item significat. Et Seruius Grammaticus Peplum finit esse pallam fœmineã, Mineruæ consecratam. Qđ si uera sunt, quæ Lactantius scribit, rectissime prorsum Vestis ea Mineruæ dicabatur, quando Candor diuinę bonitatis simplicitatem, exuberantiam̃q; præmonstrat. Auri interniten tis splendor summæ, atq; intimæ illius Sapiẽtiæ uim fulgurantẽ tacitis uidet̃ ambagibus signare, iis p̃cipue, Qui Platonicę Theologię arcana nõ illotis (qđ aiũt) pedib⁹ adiere. Nã ut in Sacrariis illis Neptunus prouidẽtiam naturalem, Ita Pallas prouidentiã significat intellectualem. Vnde & græce dici ἀθήνη uidetur quasi Athrena de præuidendi potestate, quãuis Mythici sic dictam putent, quod de Iouis capite profiluerit integræ puella ætatis, nec ubera sugere fuerit necesse, quod θηλάζειν dicunt Græci, & scribit Eustathius. Quia uero rei militaris præses credebatur Dea, dici item Stratia, Velut a Caribus cultum quandoque Iouem Stratium, Herodoto credimus. Ophtalmitidos Mineruæ tẽplum struxit Lycurgus, excusso ei oculo ab Alcandro, ut scribit Pausanias. Porro hanc ipsam Pallada describunt Platonici, diuinitatem potenter, simul atq; sapienter tum cælestia exornãtem, tum quæ sub cælo fiunt, ædificantem, Inter astra præcipue Arieti præsidentem, & Æquinoctialis circuli ducem. Vbi potissimum uigere putant motricem Vniuersi uirtutem. Arbitrat̃ Homericus Interpres, Peplum concinna, proinde q; grata distinctum uarietate, multiformem prudentiæ rationem

tiæ rationem indicare. Propterea tantę compos Vlyſſes Virtutis πολύμητις quandoq; dicitur, nunc etiam πολυμήχανος, & multiplicis doli ſciens. Quod autem Ipſam ſibi Pallada concinnaſſe peplum, fabuloſitas aſtruit poetica, Id uero indicare intuenti acrius τὴν τῆς φρονήσεως αὐτάρκειαν, ideſt ipſam ſibi prudentiam ſufficere. Auctor Allegoriarum in Heſiodum, iure dici tradit, ex Iouis uertice enatam eſſe Pallada. Quoniã inquit, ab experientia ſeſe prudentia promit. Illa uero ex Senſibus, Qui in Capitis ambitu conuiſuntur. Et paulo poſt idẽ, Pallada inquit, Glaucopin uocant, διὰ τὸ λαμπρὸν καὶ περίβλεπτον τῆς ἀρετῆς, quod illuſtris Virtus ſit, atq; conſpicua. Illud operę leuioris, quod tamen non prętereundum cenſuit Euſtathius, Perimam Ægypti mulierem quampiam ſedentem texere adortam, unde inqt, Pallados ſedentis ſtatuam commenti ſunt. Glaucopin putat idem non tam qa glaucos haberet oculos appellatam, q̃ de formidoloſo aſpectu, quoniam & Glauci dicantur Leones regii, ideſt βασιλικοὶ, Et Poetarum quidam Dracones uocet Glaucopas. Proditum uero memoriæ a` Pauſania eſt, fuiſſe Athenis Pallados Statuam glaucis oculis, ex libyca, ut ipſe interpretatur, fabella. Illis ſiquidẽ perſuaſiſſimum eſſe, ex Neptuno, & palude Tritonide natam Deam, atq; eo argumento glaucos illi oculos contribui, uelut etiã Neptuno. Dicta eſt, inquit Pauſanias, Minerua ὑγίεια. Item Ergane apud Ælianum, ideſt ἐργάνη, quod cognomen Athenienſes excogitarunt primi, Pauſania teſte, ſicuti ἀκώλως ἑρμᾶς. Hippiam legimus Mineruam apud Iſæum, ideſt Equeſtrem, quod Currum inſtruxerit prima. Eam uero Mnaſæas Neptuni filiam prodidit, ac Polyphes Oceano genitæ. Colebatur Athenis item Mineruæ νίκης Simulacrum, ἄπτερον, ideſt ſine alis, habens in dextra malum punicum, In ſiniſtra Galeam, quod in primo de Acropoli Heliodorus ſcribit. Sed de myſtico Pallados ſenſu alias forte commodius. Interim Peplum pro curruum periſtromate recte poni, Homerum habemus auctorem.

Ἀλλ' ἄγε δὴ μεγάροισι λυκόφρονος ἔνδυκα δίφροι
καλοὶ, πρῶθ' παγέες, νεοδυχέες· ἀμφὶ δὲ πέπλοι
πέπανται, Sed & alibi Homerus idem Pepli nomine inſtrata συνδονοεσσῖ Equorum intelligi uoluit, aut Curruum ad puluerem prohibendum. Nam Pandarus currus ſuos peplis decoros fuiſſe refert. Sed & Troadas uocat ἑλκεσιπέπλους Iliados ſexto,
Αἰδόμαι Τρῶας, καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους.

Donatus auctor eſt, Peplum eſſe Veſtem ad ſacrorum ritum pertinentem, quãuis inquit, Alii eſſe dicant Scutum modicum, Dicitur tam maſculino, quàm neutro genere, quod Laurentium negaſſe, miror. Plautus, Nũquam ad Ciuitatem uenio, niſi cum infertur Peplum, Illud grauius, Peplum item dici Velum Panathenaicæ nauis, quam quarto quoq; anno honori Pallados inſtruebant, ducta item pompa a` Ceramico ad Eleuſinium, quod ſcribit Ariſtophanis Interpres. Vocant autem Peplum inquit, διὰ τὸ ἀραιὸν εἶναι, Hoc eſt, quia ſit prætenuis. In eo quoque Enceladus Gigantum unus, a` Pallade necatus, intexebatur, & annis ſingulis, ut quidam ſcribũt, in Panathenęorum pompa ferebatur. Plato in Euthyphrone, In magnis Panathenæis Peplum pictum in arce ſuſpendi ſolitum ſcribit. In Apuleio autem Muſtelatos legimus Peplos, de muſtelini coloris ſimilitudine, qui ſubliuidus eſt, ac lentiginoſus, cuiuſmodi in Veſtibus comparet cruore cõmaculatis. Sed & nos eius coloris Sericum, Vt uulgo iam loquimur, raſum diſtrahi paſſim ſcimus. Theocriti Interpres in Syracuſiis περονατρίδα, τὸ πέπλον interpretatur, ideſt Peronatrida eſſe Peplum, ac indumentum, quod primo ſuccingerent, nam & inde nuncupari παρὰ τὸ περονᾶσθαι, ab infibulatione. Sunt Auctores, ex Victoria quadam ab Athenienſibus inſtitutum Peplum, in'q; eo, qui fortiter feciſſent, expingi conſueſſe. Cuius rei non oratoribus modo mentio eſt, Sed et Comicis, quod prodidit Iſæus, Repetit Harpocratio. Euripides in Hecuba, ἣ παλάδος ἐν πόλει τᾶς καλλιδίφρου Παναθαναίου ἐνηρομένω πέπλω ξοάνου ἅρμασι πῶλος. Ad hoc forte pertinet ænigmaticum illud ad Atticum in Epiſtolis Peplographiam Varronis tibi probari, non moleſte fero, a` quo adhuc ἡρακλείειον illud non abſtuli. Eſt uero pepli deſcriptio. Auctor tamen Porphyrius eſt, conditum ab Ariſtotele commentarium, cui titulus foret Peplus, in quo Ducum exequebatur genealogias, & nauium quoq; numerum ad Troiam profectarum, quin & in ſingulos duces epigrammata, diſticha plurimum, prętерquam in Aiacem. Eſt item Peplos frutex Dioſcoridi, Libro quarto, Sicut etiam Peplis, quã Hippocrates Peplion uocauit,

Pepli etiam Plinio mentio eſt Libro uigeſimo ſeptimo. In primo Epigrammatum inueuio Bacchum appellari νεβριδώτεπλον, Carmen, ſiquis forte requirat, ſubſcripſi.

Νυκτέλιον, νόμιον, νεβρώδεα, νεβριδώτεπλον.

Peplis fibulam addere in pectoris ſummo, Doricum creditur inuentum, proinde muliebrẽ ueſtem Dorida nuncupat Herodotus, quæ fibula partem alioqui hiantem ſubnecteret. Eiuſmodi nanq; Veterum mulierum geſtamen erat. In Caria tamen linea frequentior fuit tunica. Et quoniam de Pallade uenati pleraq; ſumus, Illud obiter attigiſſe, nil puto, obfuerit, In Acropoli, Quæ olim diceret Polis, Simulacrum fuiſſe Mineruæ, Quod Cęlo delapſum, fama tenet, Vt tradit Pauſanias. Propendebat Lychnus aureus, Callimachi opus. Eum ubi oleo impleſſent, eundem anno circumacto diem obſeruabant, Nec interim deficiebat Oleum, etiamſi interdiu, noctu'q; colluceret Lychnus, Lino Carpaſio conſtabat Ellychnium, ſeu θρυαλλίς. In id enim ignibus nullum omnino ius.

¶ Cur tantopere Senſibus afficiamur, atq; oculis præcipue. De oculorum uitiis. Qui dicantur Peti. Cur Spadonibus oblædatur Viſus, & frequenter coeuntibus. Cap. XIX.

o Culos eſſe humani corporis partem pretioſiſſimam, ut qui lucis uſu uitam diſtinguant a' morte, rectiſſime a' ſummis auctoribus dictum opinor. Sed cum tacito naturę conſenſu expetant homines ſcientiam, inde etiam affectio quędam ſumma, quod Syneſius approbat in ſenſus omnes exoritur, Quos etiã nullo uſu, non poſſumus non plurimum amare. Imprimis uero uidendi uirtutem. Neq; enim agendi modo gratia, Sed & acturi omnino nihil, huic Senſui præcipue afficimur, Cuius ratio eſt, ut primo Metaphyſices Ariſtoteles prodit, ὅτι μάλιστα ποιεῖ γνωρίζειν ἡμᾶς αὕτη τῶν αἰσθήσεων, καὶ πολλὰς δηλοῖ διαφοράς, hoc eſt, quoniam ut cognoſcamus aliquid, ex omnibus maxime Videndi Senſus efficit, plures'q; rerum ingerit differentias. Verũ enimuero uni tantum homini deprauari eos, a' magnis item traditum Auctoribus eſt, inde quoq; cognominibus exortis. Strabonum, Lucinorum, quibus parui utrinq; oculi. Et Petorum, quibus oculi leniter declinantur, & cum uenuſtate. Vnde etiã Veneri Petos attribuũt oculos, quod uitium quidem ſit, Sed non aſpernabile, non inamabile. Nam ita legimus in Carmine obſcœno, Quiſquis eius credi Auctor debet,

Minerua flauo lumine, Venus peto. Oratius quoq;

Strabonem appellat Petum pater,

Ipſe laſciuos etiam intelligo, & ignea quadam mobilitate præceleres, ac ueluti uolantes. Vitiantur & alio modo Spadonibus, fiunt'que hebetiores, ac uidendi acumen, quod uocant Græci ὀξυοπίαν, magna parte perit. Vitiari quidem τοῖς ἀφροδισιάζουσι, ideſt re uenerea utentibus, minus utique mirum. De Spadonibus amplius uidendum. Niſi dicamus, Alteris quidem ob libidinem, Alteris ob exciſionem plus iuſto partes ſuperiores exicari. Quod perſpicuum in iis eſt, quorum opus exquiſitius adminiſtrat', humoribus enim deorſum ductis, ſuperiora ſiccari, neceſſe eſt. Id autem concubitu fieri, nimirum patet. Spadonum autem crura intumeſcunt, & Alui faciles ſunt, ὡς κάτω μεθισαμένης τῆς ὑγρᾶς, ideſt utpote cum ſe deorſum humoris copia' ſeuocet. Profecto in oculis humidum, ſubtile, aqueum neceſſarium eſt, in eo nanq; uiſibiles Spiritus attenuantur. Et oculus ipſe natura humectus eſt. Nam in Libro de Senſu, & Senſili Ariſtoteles, & quinto de animalium generatione, Oculum ſapere naturam aquæ tradit. Ob quæ coitu frequentiore, aut alia ratione areſactis ſuperioribus, Oculi proprium, quod humore uigebat, immutari, neceſſariũ eſt. Et Spiritus ignei, qui & ipſi multi ſunt motus, hebeſcunt, niſi humore foueantur. Areſcit autem Cerebrum quoque libidinis intemperantia, quod ſeminis fermentum inde parte plurima profluat, quod præter Hippocratem in Libro de Aere, & Aqua, uti diximus, etiam Auicẽna primi uiceſima ſignificat, præciſis enim uenis, quæ poſt aurem ſunt, tolli coitum, Seminis profluuio impedito. Amplius, quod ad Eunuchos attinet. Acumen uiſus fit per Spiritus uiſibiles, calidos, Subtiles, lucidos, nam & animalia calida, bene digerentia uiſu præſtant, Vt Aquila. Spiritus autem hi calidi Virtute tales efficiuntur. Id uero augeſcit, conſeruatur'q; per refractionem, quæ in teſticulis fit, ex qua totum corpus calefit, & irradiatur, Sicuti in maiori mundo repercuſſis radiis ſolaribus caleſcit uniuerſum, & illuminatur. Quam-

obrem in

obrem in Spadonibus ceſſante refractione, abſciſſis teſtibus, non caleſcit corpus, nec Spiritus ſubtiles, ac mobiles generantur. Sed contrarii potius, hinc digeſtione item læſa, caloris inopia, humores generantur terreſtres, aquoſi, nitroſi, ac graues, immo'q; ad inferiora proclines, inde fit celebratus in Spadonibus pedum tumor. Ab oculis porro`, qui dicuntur ὀφθαλμοὶ, inclinatur uerbum ἐνοφθαλμίζειν, quod georgicum eſt uocabulum, inquit Euſtathius, dici Latine ſolet, Inoculare. Enophthalmiſmos tamen pro Spectaculis dici, aduertimus. ὀφθαλμὸς βασιλέως nuncupatur Regis explorator. Sed & cui adeſt auctoritatis plurimum, ac potentię, Regis itidem appellat' Oculus, Cuiuſmodi ſunt, Quos Satrapas nominamus, Per quos a` Rege explorant' omnia. Sicut alios dici ſcimus βασιλέως ὦτα. i. Aures Regis. ὀπτῆρια uero. i. opteria, dona ſunt Sponſę cõtributa in Anacalypteriis. Quę quid ſint, alibi fuſim ediſſeremus.

¶ De Neruis opticis Qui ſint, qua'ue coeant ratione. Cur ſimplex obiectum quandoq; duplum uideatur. Caput XX.

INter alia, quibus uidendi perfectio conſtat, Sunt & Nerui ab Anatomicis dicti ab eo, quod præſtant, Optici, hi a` Cerebro ad Oculos producuntur effigie imprimis Elementi græci X, uidentur'q; in contactu ſe interſecare ad crucis modum, Sed acrius, ſolertius'q; inſpectanti haudquaquam fit. Cæterum a` Cerebri exorientes lateribus ad eundem pertendunt locum, donec coniũcti ita, ut meatus, qui antea duplex uiſitur, unus, & communis fiat, mox uero diſcapedinati reſiliunt, & diuaricantur, Ac qui a` dextris Cerebri Neruus inītia ducit, dextrum item oculum petit. Qui uero a` Læua, itidem Oculo inſinuatur læuo. Verum, nequis riſu forte iſta putet excipienda, ueluti explorate minus prodita, Auctor nobis huius doctrinæ Galenus eſt Libro de utilitate particularum decimo. Sed & hæreſin eandem conſectatur Auicenna. Quin & rationem hanc ſe omnium principem eruiſſe, aſtruit Galenus. Siquidem a` rerum id natura excogitatum ſagaciſſime, ne Senſibile utroque hauſtum oculo uideatur geminari. Quod dubio procul obtingeret, ni, ut inquit Auicenna, Viſibilium ſimulacra in communi coirent conceptaculo, atque ita utriuſq; oculi unum fieret deferens. Vnde Strabonibus euenit, ut geminata putent ſe intueri omnia, ubi pupillarum altera uel ſurrig[illegible] altius, uel plus iuſto menſu deprimitur, Quia pereat tunc meatus rectitudo ad Opticorum coitum, accidit'q;, ut uiſibilis rei forma prius quàm illuc pertingat, uelut ſufflaminata in obliqtatis angulo ſubſiſtat. Atque ita per neruum flexuoſum tranſiens non æque perueniat ad communem locum, ac quod recto fertur inceſſu. Scribit porro` Auicenna ex Opticorum illo congreſſu profluere & adiumentum alterum, quoniam Spiritus uiſuus, altero oculorum oblæſo, totus delabit' ad reliquum, qui inde roboratur mirifice, & ualidior promitur in actum, quod alterum claudentibus oculum manifeſtum fit, Eo ſiquidem nomine, Qui patet, clarior fit conſueto, & in obiecto apprehendendo potentior, Ex impetu quoque Viſiui Spiritus latiore facto meatu. Nam & ſi pupillæ alteri contingat uitium, altera patentior fit, ac maior. Cæterum ingeret ſe forte quiſpiam ad id, quod aſtruximus, cur obiectum ſimplex, uti geminum quandoq; a` nobis ſpectetur, Sonum quidem Aure uttaq; immittere ſeſe, nec tamen unquam audiri duplum. Quod ipſum & in Odorandi ratione proferri poteſt. Ambiguitati uero ex doctrina Galeni ſic ferme` occurri poteſt. Quod obiiciatur, non uideri ſimile. Quippe Viſus obiecta per rectam lineam a` ſenſitiuo organo percipiuntur, Quod in ſonis non fit, neq; item in Odoribus.

¶ De Antiſtitis Mineruæ barba apud Pedaſenſes, quæ ingruens malum preſagiret. Cur fœminis non adnaſcatur barba. Cretenſium mos, Beriberi quid. Caput XXI.

IN monumentis ueterum Græcorum legimus, Eſſe ſuper Halicarnaſſum Pedaſenſes, apud quos illud mirum ſolitum contingere, memoriæ proditum ſit, Vt quoties Amphictyenſibus, qui circa eam urbem habitant, aliquid aduerſi certum intra tempus eſt euenturum, tunc Antiſtiti, quæ illic Mineruæ eſt, grãdis barba naſcatur. Quod ab Ariſtotele repetitum quoq; ſcio. Quam rem bis

apud eos accidiſſe, compertum eſt. Naturalis autem ratio id plane auerſari uidetur. Quod Macrobius quoq; ſcribit. Siquidem Caloris inopia eſſe cauſa creditur, cur muliebre corpus, ut Viri, pilis non obſideatur, Calorem enim eſſe dicunt, qui pilos creet. Quamobrem & Eunuchis deeſſe, quod eorum natura frigidior ſit. Porro in Corpore humano illæ potiſſimum partes obſepiuntur pilis, quibus maior ſuppetit caloris facultas. Lęue autem eſt mulierum corpus, ueluti innato conſtipatum frigore, quando algorem comitatur denſitas, lęuitas denſitatem. Quod uero citius admonentur generationis, naturę infirmioris eſt, Vt exilia poma celerius miteſcunt, robuſta ſerius. Præterea frigiditatis argumentum euidens illud eſt. Viros longe diutius in generando perſeuerare, q̃ in pariendo mulieres. Nam uis eadem in frigidiore corpore extinguitur celerius, in Calidiore amplius producitur. Quod ſi frigus Aeris tolerabilius ferũt, quam Viri, facit id ingenitum frigus, Similibus enim ſimilia gaudẽt. Proinde minus mirum, Muliebrem barbam, Vt monſtrificam, meticuloſi alicuius ingruentis dirum haberi præſagium. Quin & ſimplex uulgus noſtrum Adagium ſibi parte iſta nõ inſcite, neq; ineleganter effinxit, fœminam barbitio obſeptam eminus ſalutandã eẽ, uſurpans. Medicæ tamen doctrinæ dogma eſt, ab Ariſtotele comprobatum, ſubſiſtente menſtruorũ, Quæ Gynęcea uocant, & κατα μήνια, ideſt Catamenia, redundantia, nec nõ Seminis, Mulieribus quandoq; barbam contingere. Quod in Viduis caſtitate pręſignibus ſe uidiſſe, Auicennæ Interpres ſcriptum reliquit. Sed & Princeps teſtatum uoluit Tertii uiceſima prima, tractatu tertio. Cap. item uiceſimo ſexto. In hac uero Barbitii mentione illud obiter enotaſſe, nil puto obfuerit, inoleuiſſe patrium quandoq; in Creta morem, ut Barbam, & Capillos Magiſtratus ſummitterent. Proinde, cum ab Appio proconſule, cum quo in Cretam Sabinus iuerat, in theatro Græci poſtulare inſtitiſſent, ut Sabinus maximum magiſtratum gereret, Surrexit Sabinus, & ſilentio manu facto, hunc magiſtratum inquit, ego Romæ bis geſſi, bis enim reus cauſam dixerat. Græci non intellexerunt, Sed interpretati petebant, ut illũ honorem Sabinus tertio gereret. Id obiter item ſubnotarim, In hiſtoriis legi quandoq; Berberi. Id uero ad Barbam facit nihil. Eſt autem Indorum uocabulum, quo Margaritiferum Oſtreum illi ſignificant. Sicuti auctor Euſtathius eſt, meminit etiam Athenæus. Et quoniam a Pallade orſi ſumus, in eandem deſinamus, Cuius in templo apud Sicyonios ad portam, Quæ dicitur Sacra, ſtructo Epopei conditoris uiſebatur monumentum, & in propinquo Dei, quos ἀποτροπαίους dicunt. Apud quos omnia fiunt, quæ facienda Græci arbitrãtur ad mala auerruncanda, ideſt εἰς ἀποτροπὴν κακῶν. Fuit apud Argiuos Palladis ſacellum ὀξυδερκὲς, a Diomede ſtructum, Quod ei apud Ilium bellãti tenebras, caliginem q; ab oculis deterſiſſet Dea. Eſt apud Eleos Pallados ſacellum μηχὸς cognomento, Quoniam quãdoq; deficiente Iuuenum turba, Deam comprecatæ mulieres ſint, ſimulac cum Viris congreſſæ forent, conciperent. Voti compotes, regionem inſuper uocabulo Gentis patrio, βαδὺ nuncuparunt, ac fluuium βαδὺν aquam.

¶ Quot exigantur ad Videndi rationem. De Diaphano, & lumine. Cur Sol Mundi oculus. Caput XXII.

m Vlta inquit Priſcianus Lydus in Theophraſti enarratione de Sẽſu, in uiſu uarietas accidit, Siquidem uidetur extra prodire, propterea quod circa ſenſibile agit extra locatum. Quin etiam aliquid a re uidenda ſuſcipere, quia uidelicet illinc aliquid patiatur. Iam uero Diaphanum, atq; medium traiicere uidetur utrinque, tanquam & perficiens lumine, & commenſurationem exhibẽs interuallo. Certe obiectum ſenſibile nimis materiam reſipit. At ſenſus ſpiritalis admodum eſt. Itaq; per ſe haudquaquam coire queant ad ſentiendi actum perficiendum. Sed opus eſt medio quodam uelut ſpiritali, quod inuicem iſta conciliet. Hoc quidem circa omnem Senſum ſpecies quædam eſt. Circa uiſum uero, tanquam excellẽtiſſimum, ultra ſpeciẽ opus eſt Diaphano inſuper, atq; lumine, quibus materiale prorſus ſpiritali accommodetur. Putat Priſcianus idem Iamblichum ſecutus, Sicuti Iulianus quoq; in Libro de Sole, Diaphanum eſſe non in Æthere ſolum, Igne, Aere, Aqua, Vitris, Sed & in terra ipſa, compoſitis q; corporibus omnibus, id quod alibi quoq; attigiſſe me ſum memor. Ait Iulianus ex Phœnicum

& Iamblichi

& Iamblichi doctrina, Lumen esse purum actum, ab actu diuinæ intelligentiæ per cūcta porrectum. Diaphanum uero actus eiusmodi esse uehiculum, & id quidem incorporeum, neq; permixtum Corporeis qualitatibus, quamuis per ea diffusum omnia. Idem significat extensum per omnia Lumen, a Platone de Rep. Libro decimo positum. Visibilia per primum uisibile, ideſt Lumen, uisibilia fiunt. Ideo q; & uisus omnes per primum uisum. Quoniā uero quæ hic disiuncta sunt, apud superos sunt unita, coniectare possumus, idem esse primum uisibile, primum q; uisum, ideſt præcipue Solis Lumen. Quo argumento uidetur Orpheus Oculum mundi Solem uocasse.

¶ Igneum splendorem ineſſe oculis quo modo probēt Platonici. Item qua ratione fiat Visus ex Platonis doctrina. Caput XXIII.

p Orro sicuti Cor mundi Sol suo ambitu lumen, per q; lumen Virtutes suas inferioribus affundit, Ratione cōpari in Corporibus nostris Cor motu suo quodam perenni proximum sibi sanguinem agitans, ex eo spiritus in totum corpus, per q; illos Luminum scintillas membris insinuat, singulis quidem, Sed oculis uel maxime, ad surrectas utiq;, ac prominentes Corporis partes, spiritu leuitate insigni scandente præcipue, eius q; lumine per oculos inde, qui perspicui sunt, atq; omnium partium nitidissimi, uberius promicāte. Ineſſe uero Cerebro, & oculis Lumē aliquod, etiamsi exiguum, animalia multa, quæ noctu uident, argumento esse possunt, quā do in tenebris eorum coruscant Oculi. Sed & quodā modo cōtortis oculis, circulum quēdā lucidum intus plane intuemur, Quin & Plinii monumentis testatissimum est, Tiberio Cæsari eam fuisse oculorum naturam, ut expergefactus noctu paulisper haud alio modo, quàm luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus. Id ipsum & mihi quan doq; obtigisse, Deo teste, non mentior. Augeæ micantes oculos celebrat Apollonii Interpres. Sed & Grammatici nostri Glaucos dici Equos interpretātur felineis oculis, ideſt quodam splendore perfusis. Augusto adeo enitescebant, ut si intentius aliquem esset intuitus, cogeretur is, ceu splēdoris nimietate caligaret, uultum submittere. Sed in Timæo item Plato Visus rationem expositurus, Ignis inquit, illius, qui nō urit quidem, Sed illuminādo suauiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbes Dii fecerunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem huius ignis germanū, syncerum q; per oculos emanare uoluerūt. Itaq;, cum diurnum lumen applicat se uisus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia, atque commixta, quo oculorum acies diriguntur, ibi in unius iam domestici corporis cohærēt speciem, ubicunq; uidelicet tam intimi, q̄ externi luminis fit concursus. Totum igitur hoc propter similitudinem, passionem eandem sortitum, cum quid aliud tāgit, uel ipsum ab alio tangitur, motum huiusmodi ad corpus omne, per q; id ad animam usq; diffundens sensum effīcit, qui Visus uocat. At postq̄ in noctem discesserit cognatus ignis, Visionis euanescit radius. Nam in Aerem sibi dissimilem erumpens permutatur, atq; extinguitur, cum nullam habeat cum proximo aere, utpote ignis splendore carente, naturæ communionem, Iccirco uidere desinit, somnum q; inducit.

¶ Aristotelis rationes aduersus Platonis de Visu placita. Caput XXIIII.

a Ristoteles uero in Commentatione, quæ de Sensu est, ac Sensili, gradū parans ad diluendam Platonis Sentētiam, Veteres Philosophos scribit, de Sensibus aliqua tradere orsos, ex Elementari rōne, Cuiusmodi Sensoria forent, esse scrutatos. Quoniam, uti primo de Anima disputatum latius est, Simile a simili arbitrabantur percipi. Ex quo Animam quoq; de Principiorum commiscebantur natura, ut hoc nomine omnium cognitionem consequi posset, ut quæ cōformis foret omnibus, Siquidem communicare in principiis omnia. Consimili porro ratione, quoniam Sensus corporea item percipiant omnia, Eorum modū elemētis attribuere adorti sunt. Ac terræ tactum omnino assignarunt, Gustum uero Aquæ, quia per humecta sentiatur Sapor. Aeri autem Auditum, Visum postremo Igni. Quia uero sit inter aerem, & aquā

quoddam medium, aere quidem denſius, Aqua uero tenuius, quod Vaporis, aut fumi nomine intelligi uoluere. Odoratus Senſorium illi aſcribendum putauere, Quoniam ex fumida quadam euaporatione ſentiatur Odor. Quo autem potiſſimũ argumento eſſe Ignis participem oculum, putarint Platonici, inde arbitratur Ariſtoteles factum, quia, ut pauloante commeminimus, rationem minus peruiderint, cur Oculo cõpreſſo, ac moto uehementius, promi ex eo uideatur igneum quippiam, præcipue ſi forinſecus obtendantur tenebrę. Cæterum non ignis ratione contingere hoc ipſe putat, Sed quoniam quicquid abunde leuigatum, deterſum'q; politius eſt, ex ſuæ naturæ proprietate quendam habere fulgorẽ animaduertitur, non eiuſmodi tamen, qui medium actu lucidum ualeat efficere. Proinde, cum nigricans in oculi meditullio perpolitum maxime ſit, mirum nihil fit, ſi & nitorem contineat corporum eiuſmodi affinem. Sed unde nam fieri aſtruemus, Quod ſi celerius agitetur oculus, fulgorem percipit. Si uero quieſcat, non ita? Reſpondet Philoſophus idem, hoc ideo obuenire, quia præceleri motu oculi, quod unum, ſimplex'q; eſt, euadat quodammodo duplum, Vnum ſiquidem, ac idem ſubiectum eſt, Pupilla uidens, ac fulgens, Quatenus uero ſplendeſcit, foras nitorem promit, quatenus uidendi facultatem habet, illum percipit, ac cognoſcit, ueluti forinſecus illabatur. Nam, ubi celerius mouetur oculus, nigricans ad exteriorem tranſfertur locum, in quẽ pupilla fulgorem emiſerat prius, quàm omnino deficiat is, excipit'q; perinde ac extrinſecus illatum, quo fit, ut aliud cenſeatur, quod uidet, aliud, quod uidetur. At ſi tardior fuerit motus, euaneſcit prius coruſcatio, quàm illuc delabatur pupilla, ubi exciperе queat. In tenebris uero iſta præcipue fieri, illa ratio eſt, quoniam luminis copia leuigatorum corporum ſplendorem tenuem admodum, atq; exiguum abſorbet quodammodo, cogit'q; euanidum fieri. Quod autem una` cum Empedocle tradit Plato, effici uiſum per luminis ab oculo emiſſionem, perinde ac a` lucerna, Id eẽ omnino uanum, autumat Philoſophus, quando ſi ita foret, deberemus etiam in tenebris uti oculis, radio inde promicante ad medium illuſtrandum idoneo. Verum quod infert Plato, reſtingui radium offenſantibus tenebris, uanius multo eſt. Quæ enim extinctio eſſe luminis poteſt? extinguitur ſiquidem humido, aut frigido Calidum, & ſiccum, ut in prunis uiſimus, & flamma, Sed neutrum in Lumine recognoſcimus. Quod ſi eſt, ac ob debilitatem latet nos, interdiu claritatis excellentia perire debuerat, Aut in aqua, uel item in glacie. Quippe ignita corpora hæc omnino patiuntur, Sed in Oculorum lumine nil prorſus eiuſmodi fit, inde coniectatio certa, Platonicam rationem minus Veritate ſubnixam ruere.

¶ Ariſtotelis ſententia de Viſus ratione. Item quid Diechе. & quid Dioſmos, Ac Diagonios linea. Caput XXV.

c Æterum quid de ratione uidendi ſentiat Ariſtoteles ipſe, iam ex Interpretatione Themiſtii ſecundo de Anima promere aggrediar. Plane` inquit, Colorem eſſe ea natura, ut actu perſpicuum moueat, illud indicio eſſe uel firmiſſimo poteſt, quod colores uehementer prope` admoti neque uideri, neque internoſci queunt, Mouet ergo Color perſpicuum Aerem, Aer ad uſque oculũ continenter pertẽſus aſpectum mouet, & uulnerat. Quod ſi nullus eſſet uſus interſiti Aeris, per quem Color ueheretur ad ſenſum, ſumma ratio eſſet, quamobrem colores quanto propius accederent, imminerent'q; oculis, eo clarius, & exquiſitius cernerentur. Proinde perperam Democritus cenſuit, qui diceret, Si inane eſſet hoc omne, per quod cernimus ſpatium, fore, ut acrius, & probius omnia uiderentur, quod prorſus impoſſibile eſt. Nam obtutus paſſo quadantenus, & affecto ſenſu contingit, non quidem a` colore, qui cernitur, alioqui impoſitus, & adiunctus pupillæ præſentiretur, Sed quod reliquum eſt, ab Aere illo, & perſpicuo, quod interpatet. Quamobrem nedum acutius, Sed nihil omnino uideri poſſet in Vacuo, quia nihil in eo intermedium haberetur, quod primo ipſum affectum, tũ deinde ipſum oculorum Senſum afficeret. Idem in ſono, idem in odore contingit. Neuter attactu ſenſum exercet, Sed per medium aerem, a` quo ſubinde Senſum impellũt. Sed qua Strepitus ad auditum prouehitur, quidam Ariſtotelici interpretes Diechen appellarunt, quaſi Perſoniã dixeris, qua uero Odores, Dioſmon, ac ſi Perolatiam uocaris, quod Veterinæ ſint, ac Vehicu-

lares Odoris,

lares Odoris, ac Soni. Diagonios uero Linea intelligitur Vitruuio ab Angulo ad angulum perducta. Et Libro quarto in Capituli Corinthii ratione, Abaci inquit, Latitudo ita habeat rationem, ut quanta fuerit altitudo, bis tanta sit Diagonios ab angulo ad angulum. Verum, nequid dissimulem, Auctor quidem Prospectiuæ Aristotelis dogma insecutus, Mathematicos scribit, Statuentes, Visum fieri per radios ab oculo promicantes, inaniter conari. Sed enim Alchindus de aspectibus, omnino docet aliud. Et magnus auctor Augustinus innuere uidetur, Animæ potentiam in oculo aliquid efficere, quod a' Sapientiæ studiosis nec dum sit peruestigatum. Alioqui & qui Platonem euertere connituntur, quandam ab oculo radiorum effusionem admittunt plane', qua Videndi perficiatur ratio, animalium argumento, quæ ita oculorum nitore medium illustrant, ut colorum perceptio nõ lateat ea.

¶ Cur quædam collucere in tenebris uideantur. Miracula quorundam ex se lumen fundentium. Caput XXVI.

Osigenes Alexandri præceptor tertio uolumine de uisu, rationem afferre conatus est, quamobrem aliqua collucere in tenebris uideantur. Flammulenta
s inquit, hæc quadantenus naturam ætheris, & quinti Elementi participant, ea cognatione fieri, ut admotum sibi aerem, aut perspicuum aliud Corpus illuminent. Quod autem id maxime noctibus faciant, rationem esse, quia tum maius lumen absit. Alioqui euenire interdiu, ut exiguum eorum lumen quasi exolescat, & offundatur in magno. Noctu ergo cum resulgent, Aerem proximum, & circunfusum leuiter sublustrant, non ita, ut alia item possint uideri, Sed ut sola se uendicent a' tenebris. Atq; hoc facit exilitas portiõis eius, e' qua proficiscitur, manat'q; lumen, nam & ipse quoq; ignis, quamuis splendorem suum latius, & diffusius mittat, adeo, ut asserat etiam alia, tamen, si remotior sit, caligant oculi in cætera, ipse ad conspectum sui uix sufficit. Verum quia in hæc prouecti sumus, non ineptum fuerit, obiter illuc diuertisse. Proditum monumentis est, periculo ingenti circũuentum in India Magnum Alexandrum quodam prælio, cõcussis armis, uisum Barbaris lumen fundere, monstro se ante illum ostentãte. Tiberii Equus ore uidebatur flãmigare, dignitatis futuræ omine prosperrimo. Theoderici pater ex corpore toto scintillas dicitur profudisse. Id ipsum & de se prodidit Sapiens quidam, Ita ut scintillantes flammæ hinc inde prosilirent, etiam cum sono.

¶ Cur Seminis contingat in Sopore profusio, & Arrectio. Concubituris officere nuditatem pedum. Clinopale nudipedalis quæ sit, Item de Nudipedalibus sacris.
Caput XXVII.

Onstans opinio est inter eos, qui naturalium rerum secreta rimantur, & enotatum ab Aristotele, scimus, Corpus, quod concubiturum sit, calidum intus,
c atq; humidum esse debere, cuiusmodi fere' per Somnum potius contingit, q̃ per uigiliam. Ex quo etiam celeriter, ac sine corporis agitatiõe οἱ ἐξονδρωγμοὶ γίνονται, ideſt Seminis in quiete fluxus fiunt, quod Vigilantibus non citra laborem fere' contingit. Simul autem fit, ut & reliquum corpus tale existat, ac pedes item humectiores sint, atq; calidiores. Indicio est, quod cum dormimus, pedes obtepescere solẽt, Vt qui una' cum internis partibus ita afficiantur. Hinc quoq; amplius innotuisse opinor, cur sit, quod in Sopore obtumescant genitalia, quod festiuiter Salibus suis & Martialis insertuit. Verum nuditas pedum, quam ἀνυποδησίαν uocant, econtrario agit, ξηραίνει γὰρ, καὶ ψύχει, hoc est siccat, atque refrigerat. Proinde quodammodo impossibile est, aut equidem perdifficile, rem obire ueneream, nisi pedibus calidis. Ni forte quis reperiatur, usq; eo feruentis naturæ, ut pedũ nuditas, & frigefactio calidũ redũdãs ad tẽperamẽtũ reuocet. Qua rõne qdã Portulacã Veneriis ꝓferre, ꝓdidit. Sicuti secũdo Canonis docuit Auicẽna. Suppetit & doctrina Hali sup τέχνην Galeni, in signorum tractatu, tradentis, in præferuidis corporibus cum aliis calidi circunstantiis generandi uim dissolui, ac semẽ prorsus euanescere. Porro' ex iis liquet, tum docte, tum non illepide, hebetiorem Veneris usum, flaccidum'q;, etiamsi conatus sit multus, posse dici Clinopalem nudipedalem. Sic enim recte pedum illam intelligĩ

mus nuditatem, Verbo quidem non efficto nũc à me primum, Sed à Tertulliano prius, atq; Hieronymo. Sic enim ab iis Sacra nuncupari obseruauimus, quæ colerent Iudæi nudis pedibus, sacco incubantes, & uolutati in cinere, ut ad Paulam idem Hieronymus scribit, ex ritu uanissimo Pharisæorum, primum quoq; cibum Lentis accipientes. Iosephus Iudaici belli Libro II Beronicen scribit Reginam, ut Deo uota solueret pro salute, Hierosolymas uenisse, & pro more patrio hostiis cæsis, capillis'q; derasis nudipedem ante tribunal stetisse. In libro temporum ab Eusebio mandatum memoriæ est, apud Lacedæmonios sacra nudipedalia primum acta, Cum regnaret Romæ Tullus Hostilius. Sed & in Pythagoræ symbolis adnotauimus, Nudis adorandum pedibus, sacrificandum'q;.

¶ Austri, & Aquilonis proprietates non indignæ relatu. Cur Boreas dicat' Alpinus à Virgilio. Plauti locus expenditur, ex Epidico. Caput XXVIII.

a Quilonem Ventum a' Vehementissimo, ac præceleri uolatu in latinis literis nuncupatum, eleganter ab Hieronymo Scopã uiarum appellari aduertimus, tanquam difflando perpurget, quicquid temere in uiis obiacet, simul'q; conuerrat etiamnum puluerem. Ediuerso Austrum ab eodem reperio dici Pincernam pluuiarum, Quoniam esse notum pluuiæ conciliatorem, indicio nomen est, quod ab humoris ratione ducitur. Quanquam non me fallit, Plutarchum in Platonicis Quæstionibus scribere, Inferiorem Mundi ordinem dici Neaten. nam & Inferos quãdoq; nuncupari νερτέρους, quandoq; etiam ἐνέρους, Atq; inde ductam Noti appellationem, Quia spiret κάτωθεν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς, hoc est ab infimis, incompertis'q;. Simul & Poetarum carminibus patet latius, quàm, ut probandum uideatur pluribus, nisi quod Hippocratis sentẽtia præteriri nequit, tradentis Aphorismorum tertio, Austros hebetare auditũ, caliginẽ obducere, corpora diffundere, ac pigriora facere, item'q; caput aggrauare. Quod si tempus Aquilonium fuerit, tusses, fauces, aluos duras, difficultates Vrinæ, dolores horrificos costarũ, & pectorum accidere. Eum uero locum explicans Galenus etiam rationes rimatur. Auster inquit, natura calidus, atq; humidus est, At hæc ex toto caput opplent, proinde'q; Sensuum opificia admodum madefaciunt, caput'q; aggrauant Porro' si neruorum fons, & origo madet, Circa ingrediendi ministeria corpora pigriora, tardiora'q; redduntur, atq; etiam persentit homo exolutionem. Contra, ubi tempus Aquilonium est, Corpora constipatiora contentiora, mobiliora'q;, & ad audiendum purgatiora euadunt, fauces tamen duræ efficiuntur ꝑ Aquilonios Cæli habitus, quia arescunt, refrigescunt'q;, nec secus sicciora Aluus deiicit, ob temperamenti conditionem, in habitum tendentem sicciorem, de qua corpus resiccatum uniuersum esculentorum humorem ad sese impensius trahit, difficultates præterea Vrinæ accidunt ob Vesicæ noxam, quam traxit ex frigiditate per Aquilonios flatus, Nãq; exãguis, & frigida est, Ea ipsa Aquilonis frigiditas thoracis dolores concinnat. Porro' & illud natura comparatum est, ut simus ἐν τοῖς βορείοις βρωτικότεροι, ἢ ἐν τοῖς νοτίοις. hoc est, spirantibus Aquilonibus Cibi auidiores simus, q̃ austris. Aquilones enim frigidiores sunt, frigidum uero concoctionem adiuuat, eo quod per accidens Antiparistasin efficiat, ut ex octauo physicorum manifestum est, ac calorem corroboret interaneum cum humido, Vnde perficitur digestio. Id tamen parte hac obseruandum, Ita experientia magistra Sapientibus compertum, Si frigiditas nimia fuerit, eam ad intima Corporis penetrare, unde conficiendi imbecillitas enascatur. Inter Macrobii uero placita & illud est ex naturalium secundo, Ventũ, qui per meridianum ad nos Cardinem peruenit, idest Austrum, ita in origine sua gelidum esse, ut apud nos commendabilis est blando rigore Septentrio. Sed quia per flammam torridæ Zonæ, ad nos commeat, admixtus igni calescit, & qui incipit frigidus, peruenit calidus. Neq; enim uel ratio, uel natura pateretur, ut ex duobus æquo pressis rigore cardinibus dissimili tactu flatus emitterentur. Nec dubium est, nostrum quoque Septentrionem ad illos, q australi adiacẽt, ꝓpter eandẽ rõnẽ calidũ peruenire. Et austrũ Corporibus eoꝝ genuino auræ suæ rigore blandiri. Peripateticis tamẽ ἀτοπότερον. i. absurdius uidet', ꝑ κατακεκαυμένην. i. Perustã Mũdi portionẽ ꝑmeare Vẽtũ. Quærat hic forte quispiã, ecquid expressius, doctius'q; in medium ꝓmamus. Quid ita eminẽtissimus Poeta, Æneidos quarto, Boream dixerit

ream dixerit Alpinũ? Inuenio apud Auctores, Poſidonium, & Protarchum literis prodi/
diſſe, Rhipæos, & Alpes eoſdem dici mõtes, qui ab Hyperboreis incolantur, Quod in Cõ
mentario etiam de rebus iis prodidit Stephanus, a quo & illud traditur, Hellanicum
ὑπερβορέους ſcribere cum diphthongo in penultima. Ipſe, ac pleriq; alii citra diphthongũ,
malunt. Vltra Rhipæos uero, a quibus ſpiret Aquilo, ſtatuũtur Hyperborei, ad extimum
mare. Carmen Virg. hoc eſt.

Ac uelut annoſam ualido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant.

Porro quia ex Hippocratis, & Galeni adſtruximus doctrina, Auſtrum hebetare auditũ,
& ſtupidum quadantenus hominem facere, ad id arbitror plautinum alluſiſſe Peripha/
nem, cui Epidici dolis, uerſutiis q; ſublitum probe os fuerat, in fidicina, quã ſuam putarat fi
liam, mox animaduerſa fraude, ac dolens ſe tam hebeti fuiſſe iudicatu, ut rem nunquam,
ut erat, animaduertere potuetit, perinde ac obſurduiſſet, oculis q; offuſa caligo foret, in ea
prorumpit uerba, Perii, Auſtrum pertuli, quãquam ſunt, q ui perculi legere malint, ex paroe
mia, qua ſignificatur quis operam luſiſſe.

¶ Capillorum in homine ratio. Gentium ritus in iis. Molliciei taxatio. Pepones qui ſint. Caput XXIX

h Ominem inter cuncta animantia maxime piloſo eſſe capite, ipſius indicio rei
nullis argumentis conſtat. Sed & prioribus tamen obſeruatum, ac traditum
monumentis eſt. Cuius cauſam tum ad neceſſitatem, tum ad præſidii ratio/
nem eſſe referendam, Auctor Ariſtoteles eſt. Neceſſitas uero inde patet, pro
pter Cerebri humiditatem, καὶ διὰ τὰς ῥαφάς, ideſt & propter commiſſu/
ras Caluæ, nam ubi plurimum humoris, caloris q; eſt, Ibidem ortum pilorum eſſe copio/
ſum, neceſſe eſt. Adiumenti autem ratio eſt, ut frequentia pili caput operiens defendat a
nimio frigore, & calore. Cum enim Cerebrum hominis proportione maximum, & humi/
diſſimum ſit, maximam etiam tutelam deſyderat. Res nanque humidiſſima quæque & re/
ferueſcere, & refrigeſcere maxime idonea eſt, quæ autem contra ſe habet, hæc minus affici
poteſt. Adiiciunt & ornatum Auctores poſt Ariſtotelem grauiſſimi, Qui ſit uelut in ædifi/
cii culmine, nec in orbem coactus, aut in pilei figuram teres factus, ne quibuſdam partibus
nudis, eſſet informis. Sed alibi infuſus, alibi retractus pro cuiuſlibet Loci decentia ſpeciẽ mi
ri oſtentat decoris. Proinde memoriæ traditur, Charilaum interrogatum cur Comam nu/
triret, Reſpondiſſe, quoniam ex omni ornatu hic pulchrior foret, ueñuſtior q; ac ſumptus
minimi, ideſt, ut græce dicam, ἀδαπανώτατος. Quamobrem & Silius Italicus in Laudibus
Scipionis ita ſibi canendum cenſuit.

Martia frons, faciles q; Comæ, nec pone retro q;
Cæſaries breuior. Cæteꝛ & Lycurgum ſcimus, Ciues inſuefeciſſe, comã nutrire, quoniã
pulchros quidem decentiores redderet, τὰς δὲ αἰχρὰς φοβερωτέρας, deformes uero terri/
biliores, ac magis formidabiles. Sed & in græcis omnibus id accipit Euſtathius, ubi Home
rus κομηκόωντας dicit Achæos, nam inquit, etiam iubati Leones, inſuper & Tigres terri
biliores uiſuntur cæteris eo exutis ornamento. Adiicit in primo Rhetorico Ariſtoteles, id ui
deri libertatis argumentum. Nec enim Comantem facile eſt, δοῦλον ποιεῖν ἐπιτηδὲς, ideſt
ſeruile opus ſubire. Aut illiberalẽ admittere artẽ. Liberi nãq; eſſe hominis μὴ πρὸς ἄλλου ζῆν,
ideſt nõ ex alterius arbitrio pendere. Ruffam comam, & in nodum coactam, ſummi apud
Germanos decoris fuiſſe, ſcribit Seneca, proinde Martialis epigrammatum primo,

Crinibus in nodum tortis uenere Sicambri.

Capillorum item longitudine oblectatos Hiſpanos, teſtatur epigrammate doctiſſimus Ca
tullus. Sed & Martialis idem, Hiſpanis ego contumax Capillis. Verum, ut auctor item
Seneca eſt, Crinem ſibi ſine ullo artifice formoſi quatiebant, non aliter, quàm iubam gene
roſa Animalia. Mox ut in aliis, ita & parte iſta, peſſum euntibus Vitæ pretiis, abiit tota res
in turpem, effœminatam q; molliciem, nec Specula modo totis paria corporibus auro, ar/

gento'q; cælata sunt, deinde etiam adornata gemmis, Sed cœptum a' Trosulis, & mollicu/lis succidere comam uariis locis, in gradus'q; formare, ut Cincinnatuli sint, & Comatuli, quales ferme' fieri produnt, qui Pleiadibus nascantur orientibus. Quam Comæ rationem, & numerum Epigrammaticus Poeta Epaphæresin uocauit, cum ita scribit.

Expingit'q; cutem, facit'q; Longam
Detonsis Epaphæresin Capillis, Hinc datum Curetibus

nomen, quod mollium ritu puellarum Comam fouerent, nec succiderent, ut putat Æschy/lus. Hinc fracta censorie apud Senecam castigatur Coma, hinc & Annuli in eadem amaru lente increpiti, ex quo & Martialis,

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
Annulus, incerta uix bene fixus acu.

Quo mõ excãdescũt inqt, Seneca, Siqd ex iuba sua decisum est, Siquid extra ordinẽ iacuit, nisi oĩa in annulos suos reciderũt? Hos tu otiosos uo cas, inter pectinem, Speculum'q; occupatos? Sed quoniam hoc genus nugæ, & accersitæ commendationes non corpus ornant, quod illi opinantur, Sed mentem detegunt, hinc sci/tum, ut a' Synæsio accepimus, natum adagium est. Nullus comatus, qui idem non sit Cinæ dus. Nam & M. Tullius in Catilinam Libro secundo, Capillo pexo nitidos censorie subno/tauit. Extat Antonini Imperatoris pręclara ad hoc ipsum sententia, Qui fuit Philosophi fi/lius, uti apud Philostratum legimus, cum Philiscum Sophistam incesseret, Coma inquit, Vi rum, Rhetorem indicat Vox. Illud non omnino ab instituta ratione dissitum, fractos, exolu tos'q;, ac molliculos per ignominiam dici Peponas, tralatione honesta a' fructibus, qui iam permaturuerint. Nam fructus omnes iam percocti uocantur Pepones, inde est μαλθακωτέ/ρα πέπονος συκῆ μοι γέγονας', ideſt mollior mihi euasisti fico matura. Apud Aeschylum Le/gimus, ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μώρων, ideſt Vir ille moris erat maturior, Apud quos/dam Pepones dicuntur quasi pephones, nam Dores digna cæde perpetrantes uocant Pho nos, propterea Peponem etiam generosum interpretantur. Pepon deniq; amica interdum uox est, ut in Apollonii argonauticis liquet, ὦ πέπον, ideſt o dulcissime, amicissime, quod adnotarunt Scholiastæ, & exposuit apud Homerum Eustathius. Extat id uerbum tam ma/sculino, quam neutro enuntiatum genere. Ponticos legimus quosdam ad Solis exortum uergẽtes, Apios (pyri id est genus) & Cydonea mala pene' iam putrescentia, ac Iocinoris p/ferentia colorem, esui tamen non inepta, nuncupare Pepona. Inter Horæa ideſt ὡραῖα re censetur ab Æginita Paulo Pepon, Quem cacochymon esse ait, ideſt succi mali, frigidum præterea, humectum'q;, Choleram inducere, ideſt χολέραν, indigestum. Efficit ea omnia μηλοπέπων quoq;, sed minus.

¶ Masculæ ueneris institutor primus. De Orpheo, & Orpheoteletis. Plutarchi locus asseritur, Necnon Aristotelis. Cretensium in marium concubitu, & Gentium aliarum mores. Caput XXX.

Quoniam uero de Cinædis facta mentio est, Sunt qui scribãt, Orpheum Thra ca principem omnium tanti sceleris, & libidinis detestandæ repertorem fuis q se. Quod & Ouidius post frequentia Græcorum monumenta Carminibus, inseruit.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares, citra'q; iuuentam
Ætatis breue Ver, & primos carpere flores.

Eius tamen Caput Philostratus scribit, in Lesbo dedisse oracula, præsertim Græcis, Tro/iam non posse capi absq; sagittis Herculis. Quin & Persarum Reges, & Babyloniæ in Le/sbum ad scitanda oracula Oratores plerunq; misisse, & imprimis Cyrum, Cui Orpheum consulenti de exitu suo, sic ferme' responsum proditur, τὸ ἐμὰ ὦ κύρε ϛ'. quasi diceret, quæ ipse sum passus, in te quoq; sunt recasura. Tanta erat illorum temporum cæcitas, tan/tum rationalis naturæ nubilum, ad eo immundissimi, ac nequissimi spiritus ad libidinẽ mor talibus illudebãt. Spurcissimæ rei auctor post mortem diuinitatis opinionem est assecutus. Nam erant & qui Orphicis initiarentur Sacris. Meminit eorum historia secunda Herodo/tus, & de

tus, de natura Deorum tertio M. Tullius. Sed ea inquit, Dionyſio quarto confici putantur. Vnde Orpheoteleſtæ nũcupati, qui initiãdi auctores erant. Quiq; felicitatem certiſſimam pollicebantur poſt obitũ. Id cum Philippus qdam Orpheoteleſtes & ipſe, Verum ſumme inops, amplius prædicaret, dixit Leontychidas Spartanus, o fatue quin ſtatim moreris luctui, & miſeriæ finem impoſiturus? Commonendi uero hac parte ſunt Apophthegmatum Plutarchi ſtudioſi, Eius Libri Interpretem egregie halucinatum, Quando Tenebrarum initiatorem tranſtulit. Quippe, ut uidetur, Orphnæoteleſtem legebat, quæ id plane Vox indicat, Sed emaculati Codices Orpheoteleſtem præferunt, & ita eſſe ſcribendum, dictat ratio. Sunt tamen qui Thamyram primũm flagitioſis puerorum amoribus, ac præpoſteri cõcubitus fœditate pollutum, cũ cœpiſſet efflictim deperire Hymeneũ Calliopes, & Magnetis filium. Alii Thaloni Cretenſi inauſpicatę rei initia contribuũt, Qui Rhadamãthum adamarit. Atq; hinc in Græcos alios propagatum ſcelus, etiam Timæus ſcribit. Quod ut non uideatur diſſimile ueri, Ariſtoteles facit, a' quo proditum legimus, lata quoq; lege, paſſim in Creta permitti maſculam Venerem. Quod nequis a' me fingi putet, tanti Philoſophi uerba ſubiiciam, eo quidem libentius, quod ea Zelo, ut arbitror, Chriſtianæ Veritatis Interpres facere Latina neglexit, πρὸς δὲ τὴν ὀλιγοστίαν, ὡς ὠφέλιμον, πολλὰ περιλοσόφησεν ὁ νομαθέτης, καὶ πρὸς τὴν διάζευξιν τῶν γυναικῶν, ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τὰς ἀρρένας ποιήσας ὁμιλίαν. Hoc eſt, ad cibi autem temperantiam, ueluti perutilem, multa Legiſlator ſapiẽter, ac ſtudio ſe conſtituit & de mulierum diuortiis, Siquidem ne ſuperfluam parerent multitudinem, cum maſculis induxit concubitum. Quæ cum ita ſint, Audet tamen Strabo Libro decimo, Cretam aſſerere, uniuerſarum gentium conſenſu, priſcis temporibus optimis fuiſſe inſtitutam legibus, Earumq; æmulos, ac Sectatores fuiſſe Græcorum optimos, atq; primarios, Imprimis uero Lacedęmonios. Quod in legibus quoq; Plato ꝓfirmat. Cętera de aliis exactiorẽ pagere cenſuram, núc nõ eſt ꝓfiliũ. In hac utiq; parte nõ recte habuiſſe Cretenſium mores, quis eſt, qui neſciat? Nec dici poteſt, ignoratum a' Strabone ritum hunc turpiſſimum, cum de eo ipſo multa uerba faciat, Amaſium qdem κλεινὸν. i. illuſtrem. Amantem uero Philæthora, hoc eſt ardentem appellatum in ea Inſula prodẽs, Traditum quoq; ab Athenęo eſt, Cretenſes præcipue, ac in Eubœa Chalcidenſes uſq; ad ſtuporem τὰ παιδικὰ, ideſt pueriles amplexari amores. Sed & Ganymedem non ab Ioue raptum Echemenes ſcribit, uerũ a' Minoe, Chalcidenſes apud ſe ab Ioue raptum prædicant, in loco, quem Harpagium uocant, ubi & ſuccreſcant copioſius Myrti præcellentes. Iam & amore Theſei obretitus Minos ſuſceptas ex nece filii cum Athenienſibus inimicitias grate depoſuiſſe fertur. Inſuperq; illi Phædram conceſſiſſe filiam. Sunt qui tantæ fœditatis initia non a' Cretenſibus omnino propagata ſcribant, Sed a' Laio, qui hoſpitio a' Pelope exceptus Chryſippum eius filiũ ita adamarit, ut ſecum raperet Thebas, etiamſi non me fallit, Ab Ioue id perpetratum, Praxillam Sicyoniã ſcribere. Ab Amoribus hoc genus in pueros Sophocli, atq; Æſchylo in Theatra etiamnum productis, Tragœdiam nonnulli Pæderaſten nũcupare, ſibi permiſere. Idẽ porro' auctor nobis Ariſtoteles eſt, fœminis fere' obnoxias eſſe militares, bellicoſasq; Gentes præter Celtas, Quorum intemperantiam nec tacuit Athenæus, & ſiqui alii maſculorũ coitum palam receperunt. Proinde non abſone prorſum fabulator primus Martem uidetur Veneri cõiunxiſſe, ἢ γὰρ πρὸς τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν φαίνονται καὶ πακώχμοι πάντες οἱ τοιοῦτοι, uel enim ad muliebrem ꝓcubitũ, Aut in maſculam uenerẽ ꝓclĩues eiuſcemodi homines cõperiunt'. Suppetit nobis Greçoq; aſtipulatio, Qui exemplis Romanã efferre grauitatẽ nõ ceſſant, &, ut ipſoq; uerbis utar, ὁ μισόπονηρον καὶ πρὸς τὰς παραβαίνοντας τὰ κοινὰ, καὶ νόμιμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀμείλικτον. Senatus eiuſdem ſeueritatẽ in fugillanda peruicaci Capitolini laſciuia, a' quo M. Marcelli filius de Stupro fuerat compellatus, norunt omnes, quibus Plutarchi monumenta quandoq; uenerũt in manus. Vttaceam Trebonium pudicæ ſanctitatis militem, Cui pulcherrimo, & in ætatis flore conſtituto cum inferre uim pararet Luſius Marii ex ſorore nepos, execratus intempeſtiuam hominis libidinem, in eum cooriens interemit, multis uero apud Imperatorem Marium accuſantibus, non iuit inficias, perpetratum a' ſe facinus, Sed cur feciſſet, rationem illi comprobauit. At egregius Imperator uinculorum ſanguinis ſponte oblitus, Corollam, quæ ſtrenue præliantibus dari aſſueuerat, afferri iuſſit, protinusq; Trebonio impoſuit. Sed nec Orſines

apud Sagara nobilissimus Satrapes, Vt qui a' Persarum rege Cyro initia generis duceret, cum Alexandrum, & Amicos muneribus amplissime cumulasset, Bagoę Spadoni, Qui Alexandrũ obseqo corporis deuinxerat sibi, quicquã prorsum honoris detulit, Admonitus'q; a' quibusdam, quàm Alexandro cordi esset, respondit, Amicos se Regis colere, nõ Scorta, Nec moris esse Persis, Mares ducere, Qui stupro effœminarentur. Auctor tamen Herodotus est, A' Græcis didicisse Persas, pueris abuti. In eosdem debacchari solitum Alexãdrum, Athenæo item credimus, quando Bagoan, inspectante Theatro uniuerso, etiã sauiari identidem non erubuerit. Eurysthea quoq; fuisse Herculis delitias, uel, ut Græci dicunt, τὰ παιδικὰ, scribit Diotimus, ꝓinde'q; certamina obiisse. Thebanos, Helienses, atq; item Cretenses amatores in moralibus execratur Plutarchus, Atheniensibus collaudatis, & Spartanis, Apud quos is exerceretur amor, de quo Euripides.

Ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
ψυχῆς δικαίας, σώφρονός τε κἀγαθῆς,

Amare siquidem pueros eos, quibus animus probus foret, lege permissum Spartę. Coire autem cum illis, turpissimum, perinde atq; non animus, Sed corpus amaretur. Qui accusatus foret, tanquam ad dedecus congrederetur, is uero per omnem uitam censebatur infamis. Scribit tamen alicubi Plutarchus, Seruum formosum amare, Veteribus non esse turpe iudicatum, quod inquit, etiam ex comœdiis testastissimum est, Verum a' liberis corporibus abstinuisse, honestissimum esse imprimis habitum.

¶ Item nonnulla ad idem spectantia. Vnde sit Cinædorum in coitu uoluptas. Hircini quoq; odoris ratio. Qui Hirquitalli, & Hirqui, & Tragica facies apud Atist. præter Theodori sententiam. Hermaphroditi. Caput XXXI.

a Rcesilaum memoriæ proditum est, & in Symposiacis Plutarchus non omisit, cum mœchos increparet quosdam, atq; intemperantes, dicere cõsueuisse, nil differre, ante, an retro quis Cinædus foret. Cæterum rectius item fecerimus, Si hisce nostris commentationibus Platonis quoq; præceptũ ex VIII. Legum inseruerimus, Quo Philosophus sanctissimus Venerem execrabilem nititur reprimere. Abstinendum inquit Atheniensis ille hospes, a' Maribus censeo. Nã qui istis utuntur, genus hominum dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, ubi radices agere, quod seritur, nunquam poterit. Abstinendum quoq; ab Agro illo fœminino, Vbi semen germina nolit producere. Ciceroni tamen turpitudinem hanc inimiciter Salustius obiecit, Obiecit & Verres, Cuius filius cum in ea quoq; re male audiret, Ignorare uideris inqt Cicero, decere, filios intra Ianuam coarguere. Sed enim quia Cinædulos scimus summa, dum turpiter atteruntur, perfrui uoluptate, putamus'ne quippiam altioris subesse rationis? Minus fortasse pudicum, aut graue fuerit, iis tam diu immorari, Sed meminisse Legẽtes debent, Nos nostra hac commentandi sedulitate, rerum copiæ imprimis studere, Vt spicilegium conficiamus, ut sic dicam, Satyricum, unde languentibus etiam conciliari possit appetentia. Quod siqua me præterierint, quæ haud parum multa esse, non ambigo, me consoler, Veterum sapientissimos multa scisse, non omnia. Igitur in literis ita inuenio literatis, tum apud Aristotelem, tum apud alios. Excrementis singulis locum esse a' natura constitutum, destinatum'q;, in quem decretorie, ac naturæ ui secerni debeant. Solicitata uero natura, Spiritus excurrens tumorem admouet, excrementum'q; una' extrudere solet. Nam ut prima primi Auicenna quoq; perdocet, Spiritus expulsionem iuuat, Vt Vrinã in Vesicam, Cibum consumptum in Aluum naturę deduci placuit. His autem proxime genituram quoq; in testes, & penem deferri, constitutum est. Quibus itaq; meatus habitu suo naturali priuantur, uel quia occæcati sunt, qui ad penem tendant, Quod Spadonibus, his'q; similibus euenit, uel etiam aliis de causis, iis talis humor in Sedem confluit. Quippe qui hac etiam transmeare soleat. Quam rem eius loci contractio in coeundo, & partium sedi appositarum consumptio indicant. Qui si admodum semine genitali abundant, excrementum illud large in eum locum se colligit. Itaq; cum excitata cupiditas est, attritum pars ea desyderat, in quã confluit excrementum. Cum enim libido commota est. Spiritus eodem concurrit, & genus

id excrementi

id excrementi confluit, quo' secedere natum est, & si tenue, spiritosum'q; est, cum diflatum id fuerit, requiescunt. Vt pueris, & Adolescentibus interdum, nullo secreto humore, cessare tentigines solent, Sed si crassum, corpulentum'q; est, nisi extruso, quiescere nequeunt. Quorum uero natura mollis est, & fœminea, ita hi constant, ut genitura uel nulla, uel minima eo' ueniat, Quo' illorum secernitur, Qui prędití natura integra sunt, Sed se in partem Sedis diuertat, quod propterea euenit, quia præter naturæ normam constiterunt. Cum enim mares crearent, ita degenerarunt, ut partem uirilem mancam, atq; oblæsam habere cogerentur. Vnde fit, ut insatiabiles etiam sint more mulierum. Quibus itaq; Sedem humor ille adiuit, hi pati tantummodo auent, quibus autem in utranq; partem sese dispertiit, hi & agere, & pati affectant. Sed sunt, quibus item ex consuetudine affectus hic accidat. Egestio uero excrementi genitalis maximam affert oblectationem respectu aliarum euacuationũ, quoniam in ea uirtus imprimis uiget animalis sensitiua, commeat'q; per partes sensibilissimas. Accidit præterea in Coitu Voluptas, inquit primo de animalium generatione Aristoteles, non solum propter Seminis emissionem, Sed etiam Spiritus, quod in pueris palàm fit, & sterilibus uiris. Iis enim accidit oblectatio tum ex attritu, tum ex spiritus secretione. Qui uero rem ueneream agunt, aut qui in ætate sunt, quæ sufficiat Veneri, male olent, καὶ τοῦ καλουμένου φράγου ὄζουσιν, hoc est uirus hirci reddunt. Quod in pueris non fit. Cuius ratio est, quoniam Puerorum spiritus, πέττει τὸ ὑγρὸν, καὶ τοὺς ἱδρῶτας, idest humorem, sudorem'q; cõcoquere potest. Virorum autem nequit, Proinde sunt in iis humiditates crudæ, indigestæ'q;, & ad corruptionem procliues, ideo'q; Sudores eorum, & resoluti illinc fumi grauiter olent, neq; enim calor latenter consumit, ut in pueris, Sed extrudit potius, & uapores cõcitat, Id'q; in alis præcipue, atq; inguinibus. Simul a' membris aliis humore redundanti illuc profluo. Simul quia partes illæ obtectæ plurimum sunt, minus'q; exercitatæ. Ab hoc euẽtu putant Eruditi, & Sex. Pomp. docuit cum Censorino, pueros dici Hirquitallos, ubi primum ad uirilitatem accedunt, fit'q; Venereorum appetentia opportuna, ex hircorum libidine, aut Odoris insuauitate, Quem nunc Tragum uocant, nunc Hircum, aut, ut Catullus, Caprum, At quoniam præpingues hirci minus fœcundi sunt, inde cum Vites non ferunt, dicuntur φραγᾶν, idest hircescere. Porro', quia contrudit libido oculos in Angulorum angustias, quos uocant Hirquos, auctore Suetonio, in uitiis Corporalibus, inde a' Virgilio scriptum uolunt, Transuersa tuentibus hirquis. Alii hircis defendunt, quoniam id animal oculos habeat ad nares conuersos. Proinde'q; apud Aristotelem, τὰ φραγικὰ πρόσωπα, non Laruas interpretamur, quod fecit Theodorus, Sed tragicas facies ad hanc hircorum naturam referentes, quoniam Tragœdorum personæ nihil minus, quàm oculos ad nares ualeãt inflectere. Quoniã uero in Coitus ratione uersamur, Subiiciamus de Hermaphroditis non ingrata ex Græcorum Cella proma. Scribit ergo Leonides, eorum quatuor uideri species, ac in hominibus quidem tres, in mulieribus unam. Siquidem in Viris quandoq; in Perinæo, Quandoq; uero in Oschei meditullio hirsutior se promit pudendi muliebris effigies. Tertius autem modus, Quo ex Oscheo uelut pudendo Vrina profundit'. In mulieribus uero supra Clitorium in Ephebeo Virilis membri positio comperitur. Nec testiculorum abest prominentia infra Colen.

¶ Qui dicantur Officiosi. Item Betæ, necnon Volsi Ludii, & Præcisi. Loca Martialis duo explicata uberius. Quid Sicula, & Sica. Item Seuinus, & Anaphlistius. Item Catadactylicus. De Pindari obitu. Caput XXXII

a Cherius Orator, Cui tanta orationis celeritas affuit, Vt & Vitium fieret, & bracteata Cęsaris Aug. ad id sentẽtia circunferatur, Acherius noster sufflamminandus est, cum Libertinum Reum defenderet, cui obiiciebatur, quod Patroni cõcubinus fuisset, dixit, Impudicitia in ingenuo crimen est, In Seruo necessitas. In liberto officium. Hinc factum Seneca scribit declamationũ quarto, ut impudici, & obscœni aliquandiu Officiosi sint uocitati. Est tamen honesta item uocabuli eius notio, nam pro Milone Cicero labores suos officiosos dicit. At Cynicus Diogenes molles id genus etiam Betæ nomenclatura non absq; felle uidetur appellasse. nam cum a'

quibuſdam, ut Canis inceſſeretur, ſe'q; amplius obſeruaturos prædicarent, ne mordicus ab illo apprehenderẽtur, Bono animo eſſe iuſſit, Neq; enim Canibus eſſe in more ueſci betis. Quod & Auguſtus, ſignificaſſe uidetur, cum Betizare pro languere poſuit, quod uulgo diceretur Lachanizare. Sed et Catullus,

Languidior tenera cui pendens Sicula Beta,
Nunquam ſe mediam ſuſtulit ad tunicã. Qua in parte aduertendũ obiter, Siculã dici de Virilitate, forma deminuta a' Sica. Aíaduerto & Volſos Ludios recte de Cinædulis poſſe dici. Quando ut in Magia ſcribit Apul. Ludii omnes, hoc eſt Dionyſiaci technitæ, ſiue Hiſtriones impudici erant. Mox inquit, in Iuuẽtute ſaltandis fabulis exoſſis plane', & eneruis, Sed, ut audio, indocta, & rudi mollitia, Negatur enim quicquam hiſtrionis habuiſſe, præter impudicitiam. Scribit tamen in doctorum indagine Marcellus, Pueros depiles, ac glabros, qui in ludis præſultarent, Ludios a' Romanis ueteribus nuncupatos. Et Appianus Alexandrinus in Libyco Triumphi deſcribens pompam, Imperatorum inquit, Lictores præibant purpureis amicti ueſtibus, tum Citharœdorum, ac tibiarum turba ad Hetruſcæ ſimilitudinẽ pompę. Hi ſuccincti, coronis'q; aureis redimiti, ſuo, quiſq; ordine canentes, pſallentes'q; pro dibant. Hos Ludios appellant. Vt facile crediderim, Hetruſcos a' Lydis ſumpſiſſe originẽ. Horum in medio quiſpiam talari ueſte, fimbriis, ac armillis auro ſplendentibus amictus, geſtus uarios edebat, riſum'q; undiq; ciebat. Cæterum, ut ad rem, uelut poſtliminio redeamus, Cinædus, ut eſt apud Ameriam, dicitur etiam βαδὰς, Id quod eo adnotaui procliuius, quoniam paſſiua eſt Vox ea Linguę uernaculæ, paulum modo luxata, Sed ita, ut Origo, diluceat tamen. Badas Latine ſcribitur. Dicitur idem hic & κατατίτων, Sicut παιδοφθόρος, puerarius. Nam pudicos Amatores ἐρασὰς uocant, Amatos uero ἐρωμένους. Pręciſos item id genus muliebria patientium Eruditorum quandoq; nuncupat Schola. Senecæ id comprobat auctoritas. Quid porro' non eſt iniquum, fortes arma ſumere, & in Caſtris pernoctare, & pro uallo obligatis ſtare uulneribus, Interim in urbe ſecuros eſſe Præciſos, & pfeſſos impudicitiam? Ad quod Martialis alludens epigrammatum ſecundo,

Os tibi præciſum, quanto non ipſe Latinus
Vilia panniculi percutit ora ſono.

Eum locum interpretatus Domitius, putat a' Præciſo inteſtino declinari uocabulum in turpitudinis notione. nam Præciſum, & Omaſum duo eſſe inteſtina, Mar. auctor eſt. Ego ex Græcæ Linguæ, ut multa, proprietate, atq; imitatione deflecti eius uerbi notionẽ puto. nã id apud eos κόπτειν quandoq; ſignat, quod apud nos præcidere, ut apud Ariſtophanem in Batrachis, κἀκόπτετ' ἐγκεκυφὼς, ideſt & præciditur acclinatus, adnotante etiam Interprete, id uerbum κόπτεται, pronuntiari κακεμφάτως. Et quia Martiali opem tulimus pro ingenii captu parte hac, commoneamus eius libri ſtudioſos, Poetæ eiuſdẽ fales futuros ſapidiores multo, guſtum'q; amplius laceſſituros, Si ad Siculã reſpexeris, quam pauloante pro uirili parte capi diximus per diminutionem a' Sica, Illo epigrammate Libri undecimi.

Inuaſit medicus Sica phreneticus Eucli,
Et præcidit Hylam, hic, puto, ſanus erat.

Apud eundem Ariſtophanem Seuinum obſeruauimus pro Inſcenſore capi, atq; etiã Emaſculatore, a' uerbi græci proprietate βινεῖν, Cuius meminit ét ad Pætum Cicero. nã Anaphlyſtius in eadem Comœdia Maſturbatorem innuere uidetur, qui fiat ſine fœmina maritus, & Thalaſſionem indicat manibus libidinoſis. Quippe ἀναφλαῦ ſignat τὸ μαλάσσειν τὸ αἰδοῖον, ideſt mollius genitalia tractare'. Sed & apud Eupolin in Autolyco, Anaphlaſmum pro Venereis obſeruatum, ſcio. Legimus porro' & Catadactylicum de Puerario dici, Quoniam Dactylion, ideſt annulum de Sedis hoſtiolo pronuntiari, frequentiſſimum apud Græcos eſt. Sed nos iam ab iſtis reſiliamus, Illud adiicientes modo, Pindarum nouẽ Lyricorum principem, ut Fabio credimus, morte quoq; nobilitatum, Siqua turpibus ineſſe nobilitas poteſt, nam in gremio dilecti pueri in gymnaſio inuentum eſſe mortuum, Græcorum monumentis teſtatum eſt.

¶ Specula cur inuenta. Maronis locus explicatur ex Bucolico ludicro.

Caput XXXIII

Socratem

Ocratem philoſophum ſcribit Apuleius, Speculo, quod mirum fortaſſe uidea
tur, ad morum diſciplinam eſſe uſum. Quippe ſuaſiſſe diſcipulis fertur, cre/
s bro ut ſemet in ſpeculo contemplarentur, ut qui eorum foret pulchritudine
ſibi complacitus, procuraret, ne corporis dignitatem morum dehoneſtamẽ
to pollueret. Qui uero minus in ſe uiſendam formam inſpectaſſet, minuſq;
ſe eo nomine commendabilem, nauiter conſurgeret, ut Virtutis ſplendore inopiam formæ
colluſtraret, ac ingenio corporis damna rependeret. Seneca quoque naturalium primo,
Specula eſſe tradit inuenta, ut homo ipſe ſe noſceret. Multi inquit, ex hoc conſequũtur pri/
mo ſui notitiam, mox & cõſilium quoddam, Formoſus ut uitet infamiam, Deformis, ut ſci
at, uirtutibus redimendum, quicquid corpori defuerit. Amplius, ut Iuuenis flore ætatis ad
moneretur, Illud tempus eſſe diſcendi, & fortia audendi. Senex, ut indecora Canis depone
ret, & de morte aliquid cogitaret, admoueri ſibi lineas ſentiens. Sed & natura inquit idem
Seneca, facultatem uel inopi eſt impertita ſeipſum uidendi, fons cuiq; perlucidus, aut læue
ſaxum imaginem reddit. Hinc illud Maronis,
Nuper me in littore uidi,
Cum placidum uentis ſtaret mare,
Hactenus Seneca. Sed & in Alcyone Lucianus, Non'ne uides inquit, Vt ſuperiora
ſint ſerenitate conſpicua, fluctibus autem ſedatum mare, ac tranquillum, ὅμοιον ὡς
ἐπεῖν κατόπτρῳ, ideſt Speculo, ut ſic dicam, conſimile. Nidulante ſiquidem Alcyone,
Alcyonidas quos uocant dies, agit Mundus. Ex quibus eſt hæc uel præcipua. Sed & alibi
Lucianus idem in Dialogis, quos uocat ἁλιεῖς, ideſt marinos, colloquentibus Dori/
de, ac Galathea, Inibi inqt Doris, Ex petra quapiam, Sicubi Fluſtra ſint, acclinata in aquam
conſpicare teipſam non fere aliud, quam expreſſius albentem colorem, hic uero non lau/
datur admodum, ni decenter rubens quippiam intermicarit. Cæterum hæc obiter adno/
taſſe uolui, Vt ſcirent Literarum interiorum candidati, Quid aduerſus Grammaticorum
nugamenta, & promixtas opiniones, nutantesq;, proferri poſſit, quos ſæpe aduerſus Re/
tiarium ferula delectat, & Volſella, ut eſt apud Varronem, cũ gladio pugnare. Sed quo ma
ius ſubeat iſta legendi prolubium, addemus & quæpiam ſane haud illepida.

¶ Item de Speculis nonnulla ex mathematicis rationibus. Caput XXXIIII.

Rchimedem uero Syracuſanum, in omni quidem geometria multum ante
alios admirabili ſubtilitate uirum, Sed in Speculorum ratione pertractanda
a uel maxime memorandum, Legimus uolumine ingenti rimatum acerrime,
Cur planis quidem ſpeculis ferme pares obtutus, & imagines uideantur, In
tumidis uero, & globoſis omnia defectiora. At contra in cauis auctiora. Nec/
non cur læua cum dextris permutentur, quando ſe imago eodem ſpeculo tum recondat pe/
nitus, tum foras exeat. Cur caua ſpecula, Si exaduerſum ſoli retineantur, appoſitum accen/
dant fomitem, qui fiat uti arquus in nubibus. Sed hæc interciderunt omnia, ac uel tempo/
rum iniuria pleraq; laceſſentium, uel priorum incuria nobis erepta perſæpe cogunt impin/
gere, ut nunnunquam nobilium ingeniorum fœtura uel præfocata, uel alliſa, ne Steſicho/
ri quidem, quod dicitur, illa norimus Græcis cantatiſſima. Verum enimuero tempeſtate
noſtra extant tamen Optices ueſtigia aliqua, quibus cum alia docte præcipi animaduertas,
tum illud, Speculorum materiam eſſe lenitatem, ac partium inoffenſam cõtinuitatem, quæ
meatibus prorſum careat Senſui perſpicuis, qua ratione lignum, item id genus alia plura mi
nus effici poſſe ſpecula. Formam uero eſſe leuigationem, ac perfectam polituram, Quo no/
mine intelligi uolunt, omnem aſpredinis utiq; amotionẽ. Porro, ut exactius uiſibilia ualeat
exhibere, neceſſariam tradunt ſenſibilis coloris abſentiam. Sed cur nam in Speculo, imbe/
cillis fit imaginum expreſſio? nempe quia formæ reflexę debiliores comperiuntur, proinde
& debilius offeruntur, ac mouent. Ratio euidens non ex ſpatio ſolum, a fonte diſſito, Sed
amplius ex obliquatione. Siquidẽ rectitudo Lucis cognata progreſſui eſt. Id & in aliis natu
ræ conuiſimus operibus. Omnis enim motus tanto eſt fortior, quanto rectior, propterea ui/
gorem obliquitate, ac flexu hebeſcere, palàm fit. Additur illud quoque, Speculi colorẽ im/

miſceri reflexæ luci, quæ fuſcior inde effecta faciem aliquo modo maculoſam oſtentat, infectam'ue. Latent temen in ea ſæpius labeculæ ex reflexionis debilitate. Sed & alibi ſuper Speculis euigilata nobis quæpiam. Interim illud minime diſtulerim, Eſſe, apud Patras in Achaia Cereris templum, & ante id fontem, ubi & μαντεῖον ἀψευδὲς, ideſt maxime Verax Oraculum, in iis modo, quæ ad morbos ſpectant, Nam funiculo prætenui Speculum in fontem demittunt, ita libratum, ut aquam modo per ambitum leuiter attingat, Mox fuſis Deæ precibus, Vſi'q; thymiamate in Speculum contuentur, ac inibi ſeſe oſtentat morituri poſt paulo, Aut ſuperfuturi imago Ægroti.

¶ De Veſta, & Ignis inextincti ratione, Item'q; de Virginibus. Ouidii, & Papinii loca amplius explicantur. Caput XXXV.

u

Eſtam Saturni, ac Rheæ filiam Diodorus ſcribit, primam'q; domuum ſtructuram excogitaſſe. At Plato, & Platonem ſecuti, ſummo ingenio Viri, altius mentis aciem intendẽtes, Veſtam Deam accipiunt, Eſſentiam formarum ſeparatarum, diuinorum'q; ſtabile fundamentum. Ideo'q; Veſtæ ante alios Deos ſacrificare priſcos cõſueuiſſe. Quod in olympici Iouis ſacris ſeruatum, In Heliacorum primo Pauſanias ſcribit. θύουσι δὲ, inquit, ἱερεῖα μὲν πρώτῃ, ἀδυτέρῳ δὲ ὁλυμπίῳ διΐ. At libro de dubiis animæ ſecundo Plotinus Terræ animam tum Veſtam, tum Cererem dici ab hominibus tradit, quam tamen Plutonem quoque cum Proſerpina coeuntem nuncupant pleriq;. Sunt qui Veſtæ appellatione Terrã ſignificari putent, eam'q; ueluti mulierem effingãt, tympanum geſtantem, quoniam Ventos intra ſe contineat. Quam rationẽ ſecuti Romani Veſtę tẽplum rotundata ſtruxere forma, in quo & perpetuus ſeruaret'ignis, imitati terræ figuram, quaſi Lar, focus'q; ſit, Sed totius mundi potius, Cuius medium Pythagorici putant ignis ſedem, Sicuti in Libris de Cælo, & mundo commeminit Ariſtoteles, Et larem uocant, ac Monada. Terram uero neq; immobilem, neq; in medio poſitam globi, Sed eſſe circum ignem in ambitum ſuſpenſam, Quam ſententiam Platonem quoque, cum ſenior iam foret, ſecutum eſſe, memoriæ proditum eſt. Quin & ab igni, & elemento quinto Mundi initia eſſe ducta, inter Pythagoræ placita fuiſſe, auctor Plut. eſt in Libro de Philoſophorum dogmatibus. Produnt alii, Veſtæ ideo Ignem apponi, quod Terra inflammationes in ſublimi faciat ex ſeipſa. L. uero Florus etiã ſic ſcribit in Numa. Imprimis focum Veſtæ Virginibus colendum dedit, ut ad Simulacrum cæleſtium Syderum cuſtos imperii flãma uigilaret. Ignis porro inextincti cuſtodes Virgines erant, ut purã, & incorruptam ignis ſubſtantiam inuiolatis item, integris'q; corporibus, illis commendarent. Siue quod ſterile, ac infœcundum eſſet, ſcite Virginitati adiungerent. Nam & in Græcia, ubi perpetuus ſeruatur ignis, non Virgines inquit Plut. Sed coniugio ſolutę mulieres eiuſce rei curam habẽt. Strabo tamen Libro nono, In Saxo inquit, Vetuſtum Mineruæ templum Poliadis ſurgit, in quo lucis inextinctæ Lychnus eſt, & Virginum domus, quam Ictinus condidit. Si uero quandoq; interextingueret Ignis, Sicuti Athenis Ariſtone tyranno, Et apud Delphos, templo a Medis incenſo, Et Romæ tum Mithridatici, tum Ciuilis belli temporibus, haudquaquam ex altero igne Lucernas Sacras ſuccendere fas erat, Sed nouum, & peregrinum elici oportebat, accenſa ex Sole flamma pura, & immaculata, Vaſis, quæ Scaphia uocabãt, quæ ratione iſta ſic concinnabantur excauata, ut radiis ſolaribus hinc inde coniectis in centrum, arida materia appoſita, confeſtim promicaret Ignis. Inter noſtros uero Scriptores ſunt, qui tradunt, Interextincto igne, Virgines uerberibus affici ſolitas a Põtifice. Quibus mos erat, tabulam felicis materiæ tandiu uerberare, quouſq; exceptum ignem cribro æneo in ædem Virgo ferret. Nec mirum. Nam ſicuti etiam commeminit antiquitatum II, Dionyſius, id Romani præſagium interitus Vrbis opinabantur. Quod uero ſcitu dignum eſt, & noſtræ religioni conſentaneum, Menſe Martio quotannis innouabatur ignis in templo Veſtæ, qđ in faſtis canit Ouidius.

Adde, quod arcana fieri nouus ignis in æde
Dicitur, & uires flamma refecta capit.

Quo in loco notandum id obiter quoq; arcanam dici ædem, non quia illuc Mares non ingrederentur,

grederentur, quod uoluit Interpres, Sed quia, ut Dionyſius ſquit, prȩter ignem Arcana erãt quædam in templo Deæ ſacra, qnorum neq; Pontifices cognitionem haberent, neq; Virgines. Quod & Silius carmine comprobat, Libro punicorũ tertio, Et Veſtæ ſecreta feramus. T. Porro Liuius Ab V.C. Libro quinto in Camilli oratione, Quid inquit, de æternis Veſtæ ignibus, ſigno q; quod Imperii pignus cuſtodia eius templi tenetur, loquar? Hęc imo ac curatius ſum conſectatus, ut intelligeremus amplius illud Papinii ex quarto Syluarum.

Donec troicus ignis, & renatæ
Tarpeius pater intonabit aulæ.

¶ Ignis cultus apud Varias Gẽtes. De uſu luminum in noſtra religione. Cur Homo tantum utatur igne. Caput XXXVI

Q Vod uero ad ignis cultum, & Vetuſtos pertinet ritus, Lectum in Plut. monumentis eſt. Perſis in Græcia occidione occiſis, Conſultantibus reſpõdiſſe Pythium, Ioui, in cuius tutela libertas ſit, patriam eſſe dicandam, nec prius rẽ diuinam faciendam, quam uniuerſæ regionis igne extincto, ueluti a Barbaris uiolatus is foret, purum ex Delphis, uelut a communibus Laribus, accenſum intuliſſent. Chaldæos quoq; numinis uice Ignem coluiſſe, Græci quidem ſcribũt, addita Lepida fabella Sacerdotis Canopi. Sed Hieronymus quoq;, & Nicolaus Theologus comprobant Geneſeos Cap. undecimo. Verum & hiſtoria proditum, Darium cum Ducibus, propinquis q; agmina in armis ſtantium circuiſſe, Solem, & Martẽ, ſacrum q;, & æternum ignẽ comprecatum, ut illis dignam uetere memoria, fortitudinẽ inſpirarent. Legimus & in Grȩcis illud item, a Medis, & Aſſyriis barbaricos contribui eiuſcemodi elemento honores, nõ religione utiq;, Sed formidine uerius nocentiſſimæ, omnia q; abſumentis rei. Scribit Porphyrius, quod & alibi arbitror, a me relatum, Diis, q ſunt intra Cȩlum, ſiue curſu quodãmodo pererrantibus, ſiue non errantibus, Quorum ducem eſſe Solem primo, deinde Lunam exiſtimandum eſt, commode ſacrari ignem poſſe, quaſi rem cognatam. Sed de noſtra item Religione ut aliquid hiſce noſtris laboribus inſeramus, Per omnes ſiquidem orientis Eccleſias quando legendũ Euãgelium eſt, accẽdunt Luminaria, iam Sole rutilante, non utiq; ad fugandas tenebras, Sed ad ſignum lętitiæ demonſtrandũ. Vnde & Virgines illę euangelicæ ſemper habent accenſas Lampades ſuas, & ad Apoſtolos dicit, Sint Lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus ueſtris. Et de Ioanne Baptiſta, Ille erat lucerna ardẽs, & lucens, Vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Pſalterio legimus, Lucerna pedibus meis Verbum tuum Domine, & Lumen Semitis meis. Addamus & illud ſcientiſſimum, Hominem, quoniam cæleſte, atque immortale animal ſit, Igne ſolum uti. Qui nobis in immortalitatis argumentum datus eſt, quia ignis e cælo eſt, Cuius natura quoniam mobilis eſt, & ſurſum nititur, Vitæ continet rationem. Cætera uero animalia, cum tota ſint mortalia, tantummodo aqua utuntur, Quod eſt elementum corporale, atque terrenum, Cuius natura, quia item mobilis eſt, Sed deorſum uergit, figuram mortis oſtẽdit, proinde nec Cælum pecudes ſuſpiciunt, neq; religiones ſentiũt, quoniam ab his uſus ignis alienus eſt. De Lampadum ratione in ſacris, alibi, opinor commeminimus. Nunc addimus illud quoq;, Cultum apud Græcos in Achaia, Dionyſium cognomento λαμπτῆρα, ideſt faculam. Cuius feſta dicerentur Lampteria. Nam faces noctu ad templum ferebãt. Vini Crateribus paſſim tota conſtitutis ciuitate. Lampter autem, ſiue λαμπτὴρ nunc faculam ſignat, nũc Pharum, unde nauigãtibus Signa ꝓponunt. Porro, ut ad ueteres reuertamur, Inuenio apud Eruditos, ignem inter honores auguſtales fuiſſe. Sic enim legimus apud Herodianũ in Commodo. Quod conſilium ſuum ad Martiam rettulit, unam e ſuis concubinis, cui ſicilicet plurimum deferebat, ac prope Vxoris eam loco habebat, Sic ut præter ignem, omnes honores, uelut Auguſtæ tribuerentur. Verum ut adiiciamus item, quod, quamuis ſatur Cõuiua non aſpernetur, Scribit Heſiodus, igne ſuccenſo, domum lætiorem uideri, & honorabiliorem,

αἰθομένου δὲ πυρὸς μεμαῶτος οἶκος ἰδέσθαι.

Illud ex Pauſaniæ monumentis eſt, Ignis inuentionem ex Argiuorum ſententia non in Prometheum referendam, Sed Phoroneum uerius, Qui eum princeps Mortalibus communicarit. Sed redeo ad Veſtam, de qua ſuperſunt adhuc ſcitu digna ex Platonicis excerpta imprimis.

¶ Syderum radiis in terræ Centro incendium excitari. Item qui dicatur Veſtalis ignis, & quid Veſta. Caput XXXVII.

Quod ergo ad Veſtam item attinet, ac in meditullio a' Pythagoricis locatum Ignem, Illud amplius animaduerſione dignum, Immenſam cæleſtium magnitudinem, Virtutem'q; ac motionem efficere, Vt omnes omnium ſyderum radii terræ molem, quæ quaſi punctum eſt, momento, facillime'q; uſque ad Centrum recti penetrent, id quod Aſtronomorum plericq; omnes aſtruunt, ibi'q; ut Pythagoreis placet, atq; Platonicis, fortiſſimi ſint, tum quia recti undiq; centrum tangunt, tum quia in anguſtum collecti ſunt cuncti, quorum uehementia, materia ibi terræ ſicca, procul ab humore amota prorſus accēditur, accenſa'q; extenuatur, atque diſpergitur per meatus undiq;, & incendia efflat pariter, atque Sulphur. Cæterum Ignem hunc ualde Caliginoſum arbitrantur, & quaſi incendium quoddam expers Luminis. Sicut in Cælo extat expers incendii lumen, Ignis autem inter cæleſtem, atque infernum, lumen cum feruore coniungit. Putant autem Ignem e' Cælo flantem, Ignem eſſe Veſtalem. Quippe ſunt, qui Veſtam eſſe terræ uelint Vitam, numen'q;, quod ex Plotino pauloante rettulimus, Ideo'q; Veſtæ templum Veteres in mediis Vrbibus conſtruere ſolitos, ignem in medio collocantes perpetuum.

¶ Veſta unde inflectatur, Quæ'q; ſint eius Verbi notiones. Pariſtia quid, & Baunus, necnon Banauſus. Vnde dicatur Clibanus. Inibi Dionyſius, & Suetonius declarantur. Caput XXXVIII.

Tuero ex grammatica ratione mutuemur item aliquid, lego, Veſtam, hoc eſt ἑστίαν (ſic enim enuntiant Græci) παρὰ τὸ ἵστασθαι inclinari, quod ἱδρύσασθαι ſignat, quia domos prima ædificarit. Vel quoniam ubiq; coleretur, Simulacra'q; eius ſedentis habitu ſtruerentur, παρὰ τὸ ἧσθαι. Sed domos quoq; Veteres Heſtias dicebāt, aut Hiſtias, ut apud Homerū. ἵστη δ' ὀδυσσῆος ἀμύμονος. Et Euripides

οὔ ποτ' ἄλλην μᾶλλον εἶδον ἑστίαν.

Quin Conuiuium quoque appellatur Heſtia. Proprium uero Atticorum, Heſtiam enuntiare, Ionum uero, & Dorum Hiſtiam. Vnde & Pariſtiam dici legimus ignis locum, quē Peloponenſes Baunum uocent, ex quo inflectatur Cribanus, tanquam κριθῆς βαῦνος, unde & Cribanoti panes in Cribano cocti, qui & Clibanus dicitur. Sed & Banauſum indidem producunt, quo nomine Artifices ueniunt, qui ignis adiumento opus cōficiunt proprium. Bunus uero Mercurii filius in Acrocorintho Iunoni ſacellum excitauit, Vnde Bunæ Iunonis cognomen propagatum. Aneſtios dicitur, qui ſine Laribus eſt, uel, ut apud Heſiodum, iniuſtus. Hinc eſt metaphora apud Plutarchum elegantiſſima in Sermone πρὸς τὴς πολυφιλίας, ἰδίαν ἦθος ἑστίαν οὐκ ἔχοντες, ideſt morum Veſtam propriam habentes nullam. Eos nanque inceſſit, quibus certum non eſt Vitæ inſtitutum, Sed Polypodis more, ut eſt apud Theognin, uarie permutantur, nunc'q; philologos ſe profitentur, nunc uenandi conſectantur ſtudia, nunc Compotationibus indulgent, aut etiam Scortilla ducta re, non arbitrantur turpe. Hinc apud Dores, & Æoles Heſtiopāmon dicitur Domus princeps, ac Dominus, qui ab aliis Steganomus uocatur, a' nonnullis etiam Nauclerus, Sicut hoſpitii pretium etiam Naulum. Ex theſauris porro Iulii Pollucis obſeruauimus, Aram quoq; ſacrificalem dici Veſtam, proprie tamen eam, quæ in Prytaneo fuiſſet, ubi ignis inquit, ſeruabatur inextinctus. Veſtam pro ara recte poni, docuit etiam Xenophon rerum græcarum

Libro ſecundo.

Libro secundo. ἀκούσας ταῦτα ὁ Θηραμένης, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, audiens hæc Theramenes prosiluit in Vestam. Sed, ut manifestius eo nomine Aram intelligeremus, subiungit mox paulo, οὐκ ἀγνοῶ, ὅτι οὐδέν μοι ἀρκέσει ὅδε βωμὸς, non inscius inquit, sum, Aram hanc nil profuturam. Hinc uero lux infertur Dionysio Halicarnaseo antiquitatum II. Vnicuiq; inquit, triginta Curiarum Vesta collocata, Vbi sacrificabāt Curię, Sacrificulos earum fecit. Et iterum, Numa uero suscepto imperio, proprias nequaquam mouit Curiarum uestas. Hoc eo copiosius docuisse uolui, ut plenius Tranquillum intelligeremus, in Tiberio sic scribentem, Coactis, qui ea tenebantur Superstitione, religiosas uestas cum uestimento omni comburere. Nam doctissimus Interpres Vestes legendum putat. Alter uero Vestas quidem legendum suspicatur ex Dionysio, Sed quid Vesta sit, non satis constitutum habet, cū, ueluti augurando, nunc focos, nunc sacrificalia instrumenta appellari Vestas pronuntiat, auctore nullo. Ad arcem præterea locabatur Prytaneum, & Ciuitatis Vesta, apud quā cōuiuio excipiebantur publice uenientes Legati, qui'q; ob Virtutem digni alimētis haberētur. Quæ supersunt in hac re minus exculcata, nouum iis initium dabimus.

¶ Supplicantes solitos in Vesta, idest Lare sedere. Adnotantur inibi Interpretum Plut. errores. Ephestius qui sit. Item cur dicatur Vesta. Terræ Epitheta aliquot explicantur. Plut. codex emaculatur, & cur Terra dicatur Clitta. Persarum supplicum mos, Item'q; plura ad idem spectantia.

Caput XXXIX.

Illud uero, quod enotetur hoc potissimum loco, dignum prorsus est, Vestam pro lare capi quandoq;, unde ἱκέτην τῆς ἑστίας, idest Supplicem Vestæ, legimus apud Plut. in Commentatione de Mulierum Virtutibus, Quem locum non percipiens Interpres delyramenta effudit. Siquidem tangitur ibi supplicantium ritus, quem in Oeconomicis non prætermisit Aristoteles. Primum inquit, inter Virum, & Vxorem statuendæ leges, ut cesset iniuria, Sic enim nec ipse iniusti quippiam patietur. Id nanq; communis inducit Lex, Sicuti a' Pythagoricis sancitur, ὥς περ ἱκέτην, καὶ ἀφ' ἑστίας ἠγμένην, idest Velut supplicem, & a' Vesta, hoc est Lare ductam arbitrari Vxorem, ut nullatenus inferatur iniuria. Sed & Argonauticon quarto Apollonius,

Τὼ δ' ἄνεω, καὶ ἄναυδοι ἐφ' ἑστίῃ ἀΐξαντες
Ἵζανον, ἥτε δίκη λυγροῖς ἱκέτῃσι τέτυκται.

Eum uero locum explicantes Interpretes, Lege inquiunt, sancitum erat, Vt Supplices apud Larem sederent taciti. Verum quid riuulos consectamur, cum Homerica adire fluenta liceat, a' quibus, Ceu fonte perenni, Vatum pieriis ora rigantur aquis? Ita uero Odysseæ septimo legimus, Alcinoi domum Vlysse ingresso.

Ὣς εἰπὼν κατὰ ῥ' ἕζετο ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι.
Γαῤ, πυρὶ, οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

Sensus uero Homeri est, Sedisse in foco Vlyssem, stupentibus, qui aderant, omnibus. Quin & Halicarnaseus Dionysius, Martium Coriolanum patria profugum, Actii Tullii Volscorum principis supplicem factum scribit, sedentem ad focum. Id ipsum & a' Themistocle factitatum quandoq;, Vbi testularum exilio mulctatus, etiam ab inimicissimo, Cuius adisset Larem, religiose seruatus est, frequens Græcorum prodit historia. Plutarchus in Causis græcanicis, Vbi inquirit, Cur nam Tanagræi ante Vrbem locum haberent, quem uocarent Achilleum, Huiuscemodi supplices appellauit ἐφεστίους, idest Ephestios, tanquam in Vesta, hoc est lare sedentes dicamus. An uero locum eum scienter iure latii donarit Interpres, coniectabunt Eruditiores. Ephestios etiam quandoq; Autochthonas Ciues, siue indigenas interpretantur Græci, Et Eustathius inquit, Ephestius dicitur qui Vrbem incolit, & Vestam habet, qua ratione Epicuri, idest Auxiliares Ephestii non sunt. Sed Ephestios item Deos, Penates intelligunt. Porro' nequid sciens præteream, In Libro Allegoriarum Hesiodicę Theogoniæ inuenio ἑστίαν, idest

Vestam nuncupari, quoniam medium totius teneat Terra, & cæteris στάσεως καὶ μονῆς causa sit, idest Statum, mansionem'q; præbeat aliis, πάν γὰρ τὸ κινούμενον περὶ τὶ ἀκίνητον κινεῖται, idest omne, quod mouetur, circa immobile aliquid mouetur. Vnde & Pythagorei ζηνὸς πύργον, καὶ φυλακὴν, idest Iouis turrim, & Custodiam uocarunt eam. Quod uero eadem quandoq; ζείδωρος dicatur, Putat Ioãnes Grammaticus παρὰ τὸ ζέεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, factam uerbi inclinationem, quia dum Solis feruescit ui, Mortalibus donet omnia, nec Zeas solum, quod suspicantur Pleriq;. Quod tamen a' Plinio comprobatum scimus historię naturalis decimo octauo libro. Zeam Dionysius esse far arbitratur, Nõ desunt, qui Speltam interpretentur, Multa de ea re Plinius. Vbi uero terram legimus ἀπείρονα dici, quod infinitam signat, Interpretatur Idem Ioannes Grammaticus σφαιροειδῆ, idest orbicularem, Vti alias commonuimus, nam nec Sphęra, nec circulus finem habent, aut initium. Et Philosophi fere' omnes Elementa statuunt rotundata Specie. Tametsi non desunt, Qui terram opinentur τυμπανοειδῆ, idest tympani quadam imagine. Alii uero etiam κωνοειδῆ, idest Coni figura, Aut mensæ similem, idest τραπεζοειδῆ. Vt meminit ẽt Plut. in Libro de Philosophorum Placitis secundo. Cæterum illud amplius pensitandum, quod apud eundem legimus in Commentatione περὶ πρώτου ψυχροῦ, idest de primo frigido. Terram propter statum, firmitatem'q;, Cuius sit uelut suffrenatio ipsa frigiditas, sicut Physico placet Archelao, nuncupatam a' Veteribus κλίττα, mendum, opinor, est exemplarium. Nicolaus Leonicenus Vir græce, ac latine scientissimus πίτταν suspicabatur legi oportere, quæ uox picem nobis indicat, Quid si κλείτταν legamus, & obstipatam, ac uehementius clausam intelligamus, a' uerbo κλείω? Verum iam ista Coronidem apposcunt. Eam uero impingemus mox, Si, quoniam de Supplicantium ritu facta nobis mẽtio est, quę piam Adiecerimus uelut Auctaria, Et primo quidem, quod in eodem Plutarchi libro enotauimus, Apud Persas Supplicandi modum esse habitum grauissimum, quem'q; reiecisse, maximum haberetur nefas, Si ignem Supplex excepisset, ac, si uoto excideret in aquam se coniecturum, foret interminatus, proinde inquit, quod petiisset, consequebatur quidẽ, Sed interminationis nomine reposcebatur ad pœnam, quod præter legem, præter'q; naturæ rationem esset intentata. Nam & eum, Ignem aquæ promiscere adortum, ꝓnuntiamus, Qui impossibilia concipit. ad Supplicantium ritum spectant porro', quæ in Græcorum Commẽtariis obseruata nobis sunt. Veteribus inquiunt, diu receptissimi fuit moris, ut supplicantes Caput, dextram, genua eius, cui se ingererent supplices, contingerent, nec totum tamẽ Caput, Sed mentum modo, ut statuere Homerus uidetur, uel barbæ meditullium, quod probat Euripides. Id uero διὰ τὸ ἡγεμονικὸν, quia sit in nobis pars ea principalis, ut in qua Logisticon, idest rationalis collocetur potentia. Dextram uero διὰ τὸ πρακτικὸν, quoniam inibi maxima insit ad agendum facultas. Genua, ꝓpter motus, & progressionis necessitatem. Tria uero hæc symbolice consensum, Actionem, progressum ad ea, quæ peterentur, præstanda, complecti uidentur, & uelut οἰωνισμοὶ τῆς ἱκετείας τέλους, idest auguria finis supplicandi, Sinistram certe attigisse, ominosum censebatur, idest δυσοιώνιστον. Quando & in prospera uocabant σκαιὰ, καὶ ἐπαρίστερα. Bona uero & fortunata δεξιά, Euripidis Carmen, quod ante paulo significauimus, est hoc. ὁρῶνσε δεξιὰν κρύπτοντα, καὶ πρόσωπον ἔμπαλιν στρέφοντα, ὡς μή σου προσθίτω γενειάδος.

¶ Super Aglaidis uoracitate, De Græco penu paucula. Adephagia, Adephagi qui. Caput XL.

d Vm Græca nuper ex Oratii pręscripto, exemplaria sitiẽter uersarem, defloraturus, Quæ nostras lectiones instruerent opulentius, & insigniter adiutum irent, Super Aglaide Megaclis filia quæpiam adnotata comperi, Quę & transposuisse, operæpretium censui, Vt nulla non in re ad manum, quod dicitur, suppeterent exẽpla. Hanc igitur Tubicinio uitã fouisse ferunt, hoc'q; illi unũ fuisse opus, Quãq̃ a' delitiis haud abesse sciret, qppe Galericulo, siue aduẽtitia Coma ꝯtegebat' Caput, Q d' & Tutulũ habebat. i. uelut apicẽ, ac Cristas q̃sdã, λόφους uocãt Gręci. Cœnã sic fere'

ſic fere apparebat, Vt Carnium minas abſumeret decem, Panum Chœnicas quatuor, Vini hauriret χοᾶ. Cuiuſmodi uero cenſeatur uerbum hoc, aut qua'm capax menſuræ id genus, alibi, opinor, hoc opere explicabitur amplius. Illud Corollarium fuerit, Voracitatem, uel, ut Plautino utamur uocabulo, Saburrationem dici a' Græcis Ἀδηφαγίαν, ideſt Adephagiã. Apud Athenienſes tamen, & Bœotios, Equos pleniores, perfectiores'ue Adephagos comperi nuncupatos. Argiui autem Cibi capaciores eo uerbo homines intelligunt, Verum & Gymnaſticos quoq;. At honeſta metaphora hoc nomine Lyſias ἐντελόμισθον ναῦν appellauit, ideſt quæ perfectam, plenam'q; exigat mercedem. Nam & Nautas legimus apud Auctores dici ἐντελομίσθους. Ni malis Adephagon nauem intelligere impendii multi. Certe Adephaga obſeruauimus de magnis, perfectis'q; dici. Adephagi plures ab Æliano in digytos mittuntur quodammodo, Inter quos Pityrea recenſet Phrygem. Cleonymum, Piſandrum, Charippum, Mithridatem Ponti Regem, Timocreontem Rhodiũ Athletã, & Poetices ſtudioſum. Eryſicthona Myrmidonis, Qui inde & κλάδων ſit cognominatus. Alcmã uero Poeta ipſum ſe fatetur πολυβορώταλον, ideſt uoraciſſimum.

¶ Coronidem appingere, quid ſit. Coronidis notiones aliquot. Item quid Corone. Martialis locus declaratur. De Aſteriſco, & Paragrapho, & Dipla. Ad umbilicum perducere quid. De Vmbilico terrarum pluſcula.

Caput XLI.

Coronida impoſuiſſe, Adagium eſt, ſignificans ultimam rei manum admotã, nec affectum opus, Sed prorſus completum, finitum'q;, Siquidem Coronis
c eſt quandoq; montis uertex, aut ſtructuræ ſummum, quandoq; uero, quod in fine libri ponitur, Vnde eſt Adagionis origo. Quod in Libro de Alexandri fortuna manifeſtum Plut. facit. Dionyſius inquit, Philoxenum poetam in Latomias coniecit, quod cum illi Tragœdiam a' ſe concinnatam recoquendam, emendandam'q; tradidiſſet, totam is ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέχρι τῆς κορωνίδος πολυγραφεῖν, ideſt ab initio ad Coronidẽ uſq; circũſcripſit. Vex, ut qcqd ad id pertinens nobis cõpertũ eſt, perſequamur, Et Sectarũ ſummũ ita uocãt, Vt cũ dicitur κορωνὶς τῆς σοφίας. Signat & nauis puppẽ, quod ſit in eius apice, curuatum roſtrum, unde & Homerus ζωὴ νηυσὶ κορωνίσι, quod exponunt, cum nauibus flexas habentibus ſummitates. Alii etiam nigras eo nomine intelligunt, Euſtathio Interprete, ad earum interſtitium, quæ uocantur μιλτοπάρηοι, ideſt milto rubentes. Eſt'q; Coronis deminutum a' Corone. Quæ uox animal ſignat quandoq;, quod Appion Larum eſſe credidit, hoc eſt Fulicam, & Æthyiam, ideſt Mergũ. Alii Cornicem interpretãtur. Interdum uero Cricum hoſtii, hoc eſt annulum, Sicut illud χρυσῆ δὲ τέτακτο κορώνη. Dicimus & Coronen in arcu, hoc eſt ſummum cornu, & inciſionem, ubi neruus ſedet. Vnde inquit Euſtathius, bonum rerum finem Auream Coronen prouerbium dicit. Inueni & id nomen poſitum pro uirilis membri ſummitate, unde eſt, ἐδοξέπις τὸ αἰδοῖον αὐτὸ ἄχρι τῆς κορώνης τετρίχωθαι. Coronis autem eſt item ſpecies ficus, quam & Coracium uocant. Quod Fici ſimiles Coruis uideantur colore. Coronis uero in libri calce apponi ſolita, fere hanc præfert figuram. ⌡ .nam Ariſtophanis Interpretes ſcribũt, eſſe lineam breuem utiq;, Sed ab inferiori parte flexam. Ex iis uero amplius Martialis Carmen illuſtratur ex Libro decimo.

Si nimius uideor, ſera'q; Coronide longus
Eſſe liber, legito pauca, Libellus ero.

Hinc eſt illud Plut. elegantiſſimum in Sermone, qui eſt, an Seni adminiſtranda Resp. Qui uero inquit, Ciuilibus actionibus, & certaminibus innutritum non permittit ad facem, & Vitæ Coronidem progredi, prorſum ingratus eſt. Obſeruatum in Pauſaniæ monumentis, Deam quoque in Sicyonia Coronidem coli, Cuius tamẽ Simulacrum peculiare templum habeat nullum, Sed cum Sacrificii appetit tempus, Id in Palladis transferunt ſacraria, honore'q; proſequuntur. κορώνη uero non animal modo eſt, quod diximus, Vnde illud Parœmiodes in eos, qui tum grauia, tum nocumenti inferentia plurimum toto petunt conatu, κορώνη τὸν σκορπίον. Sed & nomine eodem Coronæ ſignatur ſpecies, Quin & τὰ πολιφε

ῥῆ σχήματα, ideſt rotundatæ figuræ. Coronidas dicunt proprie βλαστήματα, ideſt Germina. Sunt & de Violis contextæ Corollæ. Coronium appellari Bouem quandoq; adnotauimus μηνοειδῆ ἔχοντα κέρατα, ideſt Lunata habentem cornua. Sed & κόρωνος dicitur Taurus, ideſt ὀρθόκερως. Fuit in Pelopõneſo ad Pamiſi flu. dextram Corone Ciuitas, a Bœotiæ Coronia ſic appellatione ducta, uel quod mœnium fundamenta defodientibus ænea ſit inuenta Cornix, Cuius forte argumento rei in Acropoli æneum ſtabat Pallados ſimulacrum ſub dio, Cornicem manu tenens. Non prætereamus, quod Hephæſtion ſcribit. In Ariſtophania editione Aſteriſcum, cuius imago uelut ſtella eſt, modo apponi, ubi metra uariant. Vtimur uero inquit, in Dramate tribus modis Coronidis ſigno, Primum quidem, cum hiſtrionibus abeuntibus ſubſiſtat Chorus, Vel uice uerſa, choro emigrante, remaneant Hiſtriones. Vel quando locorum commutatio in Scena fit. Paragraphum uero adhiberi κατὰ πρόσωπα ἀμοιβαῖα, in Iambicis, & Choricis inter Strophã, & Antiſtrophum. Paragraphi autem nota dicitur in Longum protenſa linea, uelut punctum in ſummo habens hoc modo. ——. Cui ſæpe apponitur & nota, quam uocant διπλῆν. i. diplam, quę Trigoni figuram præbet obliqui citra baſin, ad hunc modũ. <. Paragraphen. i. παραγραφὴν in ter poeticos tropos recenſent Grammatici, ut ſcribit Euſtathius, id uero eſt, cum præcedentia complentes ad alia tranſitum paramus, ut apud Homerum, ὣς ὁ μὲν τὰ πίνοντο κατὰ ςρατόν. Coronidem uero duplicem obſeruauimus, aut enim Epodica eſt, ſi poſt Diplam conſtituatur. Aut Proodica, Si alteram ipſa præcedat Diplam. Cæterum quod Græci Coronida impingere dicunt, Latine ad umbilicum perducere non minus recte dicitur. nã Poetæ elegantiſſimi, cum exactum opus ſignificant, ad umbilicos ſe ueniſſe, ſcribunt. Oratius in Epodo, Promiſſum carmen Iambos Ad Vmbilicum adducerem. Quem locum dũ exponit Porphyrio, ita ſcribit, Ad umbilicum adducere pro finire, & cõſumare opus, poſuit Oratius, Quia in Libri fine ex Ligno, aut oſſe Vmbilici ſolent opponi. Et ab Euſtathio, Bullæ quoq; interpretantur apud Homerum Iliados λ, rhapſodia. In quem ſenſum & Martialis quarti libri finem ita clauſit.

Ohe iam ſatis eſt, Ohe libelle,
Iam peruenimus uſq; ad Vmbilicos,
Tu procedere adhuc, & ire quæris. & alibi idem Mart.
Nigris pagina creuit Vmbilicis. & Papinius Syluarum quarto.
Noſter purpureus, nouus'q; charta,
Et binis decoratus Vmbilicis.

In quo tamen commonendus eſt ſtudioſus Lector, hanc quoque eloquendi rationem a' Græcis uideri profluxiſſe. Nam in primo Epigrammatum hoc inueni de Heràcliti tenebris tetraſtichum, Cuius is ferme' eſt Senſus, non eſſe feſtinanter ad Vmbilicũ Heracliti euoluendum librum, quoniam perdifficile iter ſit, & tenebræ adſint intenſiores. Quod ſi Myſtes affuerit præmonſtrator, claro fiet illuſtrior Sole. Carmina, Siquis exigat, hæc ſunt.

Μὴ ταχὺς ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἵλυε βίβλον
Τ' ἀφεσίν, μάλα τοι δύσβατος ἀςρατιτός.
Ὀρφνη, καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον. ἢν δὲ σεμύσῃς
Εἰσαγάγῃ, φανερὸς λαμπρότερος ἠελίου.

Vmbilicos uero in Libris opinor dici, quod in medio ponerentur, nam quicquid eſt in aliqua re medium, recte Vmbilicum appellari. Quippe ὀμφαλοὺς ἀσπίδος, ideſt Scuti Vmbilicos interpretatur Euſtathius, bullas quaſdam, ſic enim ſcribit ἔξαλλάς τινας. quæ ornatus gratia adderentur, in meditullio præcipue. Hinc apud Homerum, ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι, uelut Vmbilicata dicantur Scuta, Ex Vmbilici animalis imagine. Verum inter piſces, qui a' Græcis Cochliæ dicuntur, Vmbilicos uocamus. Argumento eſt item Parnaſus quoque, quem Vmbilicum dixere terrarum, Quia Vmbilicus ſit in homine medius. Quorum tamen utrunque falſum eſſe, Varro ſcribit. Quoniam neque locus is ſit terrarũ medius, neque Vmbilicus ſit in homine medius. Attamen Pollio Vitruuius Libro Architectonicæ tertio idipſum confirmat. nam ſi inquit, homo collocatus fuerit ſupinus, manibus, ac pedibus panſis, collocato centro in umbilico eius, circumagendo rotundationem, utrarunq; manuum, & pedum digyti linea tangentur. Cur uero diceretur mundi medius

Parnaſus

Parnaſus ex iis, quæ prodidit Strabo, coniectare licet. In medio nãq; inquit, uniuerſæ quodammodo Grecię & intra, & extra Iſthmũ, immo & totius Orbis conſiſtere uidebatur, unde & Telluris umbilicum appellabant, fabulam addentes, quam fingit Pindarus, referens, ab Ioue duas dimiſſas Aquilas, in eo coiſſe loco, unam ab ortu, reliquam ab occaſu. Quidã uero dixere Coruos, Aut etiam Cygnos, ut in Libro de Oraculis, quæ defecerant, Plut. etiã tradit. Sed & in templo quiſpiam monſtrabat Vmbilicus, pendentibus ornatus uittis, Cui duæ, argumento fabuloſo, incumbebant Aquilarum imagines. Et Plut. innuit, fuiſſe ibidẽ locum, qui diceretur Omphalos, ideſt Vmbilicus. Pauſaniæ teſtatum theſauris eſt, Vmbilicum Delphicum ex albo ſtructum lapide, quem ἐνμέσῳ γῆς πόσης εἶναι λέγουσιν οἱ Δελφοί. Verum & in Carmine obſcœno, quiſquis eius fuerit auctor, id ita confirmatum animaduertimus.

Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius, Orbis umbilicum.
Creten Delia, Cynthios'q; colles. Sed & Ouidius ait,
Te meus ante omnes genitor dilexit, & orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.

Papinius quoq; Thebaidos primo,

Audiit & medius Cæli Parnaſus, & aſper
Eurotas. In quo tamẽ loco Lactãtius grãmaticus poſt fabellã Aquilarũ expoſitã, Vel medius inquit, Cæli, qñ Cataclyſmi tpe, aquæ fuerat diſcrimen, & aſtris. unde & Lucanus.

Hoc ſolum fluctu terras mergente, Cacumen
Emicuit, Ponto'q; fuit diſcrimen, & Aſtris.

Dantes uero Poeta non aſpernabilis purgatorii Cantu ſecundo, Hieruſalem eẽ Orbis umbilicum uidetur innuere. Quod in pſalmorum expoſitione comprobat Caſſiodorus, nam canit Propheta, Deus operatus eſt ſalutem in medio terrę. Sed Nicolaus theologus mediã habitabilis intelligere maluit. Alibi etiam Legimus, & requieuit in Corde terræ. At Ioſephus Libro tertio, belli Iudaici, Hieruſalem Iudeæ mediam uult.

¶ Vocabula plura ad Vmbilicum ſpectantia. Ompnia, & Ompnæ quid. Omphaloeſſa unde dicatur. Ambones qui. Infantem per umbilicum nutriri. Vmbilici notiones aliquot. Quid Croca. Caput XLII.

Cribit uero Iulius Pollux, Quod eſt in uentris medio concauũ, dici Omphalum, ideſt Vmbilicum, & Meſomphalium. Qui uero ei circumiectus eſt, locum uocari Gangamon. Vmbilici medium Acromphalium. Nã Epomphalium eſt, quod Vmbilico incumbit, Meſomphali uero ſunt Placentæ quædã. Omphalotomon obſtetricem uocant, quæ umbilicum infantibus præcidit. Sicut inſtrumentum, quo id præſtatur, Omphaliſter dicitur. Attici Omphalon item dixere imum fici. Pellem uero umbilicum ambeuntem Græam uocant pleriq;, quia corrugata Senectutis ſit indicium. Nicander in Alexipharmacis Arcton omphaloeſſam uocauit, ἀρκτον ὑπ' ὀμφαλόεσσαν ἐνέασκε. Quem locum enarrans Interpres, Omphaloeſſam φορφώδη intelligit, ueluti dicas nutriciam. nam inquit, etiam Ceres Ompnia dicitur, ἀφόφιμος, uelut non ab Omphalos, qui eſt Vmbilicus, Sed ab Ompnæ ſit deflexum nomen. Sunt autem Ompnæ triticum melle rigatum. unde & Callimachus, ἐν δὲ Δηοῖσιν ὠδὶ φλογὶ καίεμεν ὄμπνια. Sunt & Ompni Cereales fructus, ut qui ſpirandi cauſa ſint. ἀπὸ τοῦ πνεῖν, Quanquam & Ompnia manus quandoq; dicitur pro diuite. Sed & Ompnia nubes magna, & auctior. Niſi quis Omphaloeſſam etiam ab umbilico inclinata uoce, nutriciam recte interpretetur. Quando, ut Ariſtoteli placuiſſe uideo, Augeſcunt in Vtero infantes per umbilicum. Eius uerba ſubieci, αὐξάνεται δὲ τὰ ζῶα πάντα, ὅσα ἔχει ὀμφαλὸν, διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ, Augentur inquit, Animalia cuncta, quæ umbilicum habent, per umbilicum. Quod etiam Anaxagoræ placuiſſe, ac præterea cõpluribus, Cẽſorinus auctor eſt. Quanq; Diogenes, & Hippon exiſtimarunt, eſſe in Aluo prominẽs quiddam, qđ infans ore apprehendat, ex'q; eo alimẽtum ita trahat, ut cum editus eſt, ex matris uberibus.

Sunt, qui Omphaloeſſam Creticam exponant. Nam eſt Omphalos Cretæ locus, Callimachus, πέσε θαῦμον ἀπ' ὀμφαλός. Sed & illud inde eſt. ὀμφάλιον μετόπειτα πόδον καλέουσι κύδωνες. Ab eo loco Omphalites gentile nomen eſt, ut inqt Stephanus. Eſt & ſuus Theſſalię Omphalus, ſiue Omphalion. Eſt itē in re militari Vmbilicus. Siquidē Phalangis Dichotomia, ideſt in æqualia ſectio, Os uocat', & Vmbilicus, ut inquit Ælianus. Ab aliis Oraros dicitur, & Synoche. Partes Phalangis κέρατα uocantur, ideſt Cornua. Sed ſiniſtrum dicitur & οὐρά, ideſt Cauda, aut Pes, ut Æliano eidem placet. Dextrum uero Cornu uocatur Caput quoq;. Qua uero longitudo ita ſecatur, Oris, & Vmbilici nomine utimur. Nicandri Interpres in Theriacis ἦθον hoc eſt Etron intelligit Geniculum, aut Vmbilicum in ferula. Sed proprie inquit, Etron eſt poſt Vmbilicum locus. Ex Medicæ rei profeſſoribus eſt, Exomphalos dici omnes, quibus promineat Vmbilicus. Vegetria in iis obſeruari diſcrimina. Quoſdam enim Pneumatomphalos, ideſt, πνευματομφάλους nuncupant, Alios Enteromphalos, nonnullos deniq; Hydromphalos. Illud præterea non omiſerim, Calculos frequenti motu in maris litore rotundatos, quos latini Vmbilicos uocant, ut eſt apud Ciceronem de Oratore Libro ſecundo a' Græcis, ut nos commonuit Ariſtoteles, in mechanicis quæſtionibus, appellari Crocas. Quærit enim quid ſit, quod in litoribus ex lapidibus, aut teſtis grandioribus fiant, quæ uocant' Crocæ. Idē Ariſtoteles de Animalium hiſtoriis Libro ſexto, Vmbilicos pro poris accipit, & meatibus in partu, & generatione piſcium. Ambones uero ad Vmbilicos ſpectant nihil. nam eo nomine loca intelliguntur ſupercilioſa, montana' q;, dicuntur & uocabulo eodem Ollarum ſummitates, Labra' q;. Illud grauius, dici Stolon ὀμφαλώδη, ideſt Vmbilicarem appendiculam, in Ouis imperfectis adhuc, in parte acuta. Quæ ouo amplius increſcente, obtenditur latius, atque minuitur, perfecto' q; Mucro exitum complet. Legimus porrò Stolō dictum quoq; in animalibus Caudæ tenorem, ut interpretatur Theodorus. Nam Ariſtoteles ait, Caudis quandoq; ineſſe longiores pilos, ſi Stolos fuerit breuis. Vt Equis, Alias uero breues, Si longior ſit Stolos, ut bobus, forte Caulem rectius dixeris, Sicuti Pennarum Caules nuncupantur Plinio.

¶ Item de Embryii nutricatione in Vtero, Embryum cohærere utero, ſicuti Plantis fructus. An Embryum ſit animal. Pſacala, Pſacaluchi, Nennus, Sannas. Caput XLIII.

POſtea uero, quàm infantilis alimenti, pauloante facta nobis mentio eſt, & miſcellaneam in hiſce libellis doctrinam conſectamur, operæpretium me facturum opinatus ſum, Si flores aliquos ad huiuſce Corollæ nexum ex Medicorum amœnioribus hortulis præcerpſerimus, quibus inſpectantium exhilarentur obtutus, & rerum fragrantia non nihil afficiatur Anima. Igitur Galenus inquit, Communes quædam Venæ ſunt, mammis ac uteris, quæ, ubi parum habuerint ſanguinis, graciles quidem mammas oſtendunt, inedia uero nonnunquam fœtum perimunt, nonnunquam uero ad excretionem excitant, partum' q; commouent. Nam in Libro de natura fœtus Hippocrates, Alimentum inquit, atq; auctio a' matre ueniens, non adhuc ē infanti ſufficiens, ubi menſes decem præterierint, & auctior fuerit fœtus. Perlicit. n. a' ſanguine ad ſe id, quod dulciſſimum. Simul autem & Lactis parte aliqua fruitur. Vbi uero hæc illi rariora fuerint, & iam Infans molem Corporis habet, plus cibi requirens, quàm illud, quod adeſt, palpitat, & membranas interſcindit, ac initium partus matri affert. Proinde Sē tentiarum Quinto Hippocrates idem. Mulieri inquit, Vtero gerenti ſi mammæ graciles repente fiant, abortit. Ex eiſdem porrò ſcholis & illud eſt, Fœtus Vtero necti, quemadmodū fructus ſtirpibus iungantur. hi nanq; in ipſis primordiis generationis debilioribus capulis, nexibus' q; continentur, proinde' que tota delabuntur facilitate, ſi uehementior incubuerit uentus, poſthac aucti difficilius a' plantis reuelluntur, Sicuti rurſum, ubi iam pleniorem adepti maturitatem ſunt, ſponte, nulla extrinſecus craſſante ui, defluunt. Conſimiliter de fœtu aſtruendum. Quippe ubi primum inſinuatum Vuluæ Semen eſt, Si agitari uehementius uel animo, uel corpore mulierem contigerit, minimo reſcinditur, ſoluitur' q; modulus is, quo conflata ſocietas erat. Idipſum uſu itē uenire cōpertū, ubi iam maturuit fœtus. At tēpore intermedio, in' q; poſt principiis Firmior eſt coalitus, ac propemodū inſeparabilis cōplexus, quo

plexus, quo nomine Validiores grauida commotiones citra fœtus læſionem perpeti ualet. Confixos uero eſſe in Vtero Puerulos, inter Varronis placita eſt, Capite infimo nixos, in ſu perna pedibus prorectis, non ut Hominis natura eſt, Sed ut Arboris. Qui quandoq; tamen præter rationem conuerſi in pedes prodeant in lucem, diductis, paſſiſq; brachiis, Matre in de oblæſa inſigniter. Cuius ſane periculi deprecandi gratia Carmentibus Statuæ duabus ſurrectæ ſunt Romæ. Alteri quarũ Poſtuerſa nomen fuit, Alteri Proſa, de recti, peruerſiq; partus poteſtate, ac nomine. Ad ea uero, quæ ſuperiore ꝓcinnauimus Capite, adiici etiãnũ illa poſſunt, quæ de Philoſophorum placitis Libro quinto Plut. ſcribit. Democritĩ dogma eſſe, atq; Epicuri, Embryum in utero per os connutriri, propterea editum in Lucem ad mãmas ore confeſtim arrepere, eſſe quippe in utero item ubera quædam, e quibus alimentum ducat. Stoici per inteſtinum, & Vmbilicum. Alcmæon per totum corpus illabi putat alimẽtum, quia ſit perinde, ac Spongia, in quam eliquetur ex cibo, quod alẽdi uim obtineat. Embryum uero eſſe animal, arbitratur Plato, motus argumento & nutricationis, quæ utraq; in Vtero contingant. Stoici non eſſe animal colligunt, Sed Vteri partem, ueluti fructus Plantarum dicimus partes, quæ a maturitate defluant. Sicut Embryum quoq;. At Herophilus motum ei relinquit phyſicum, Sed nõ utiq; ſpiritalem. Motus autem organa eſſe neruos, & tunc demum animal euadere, ubi profuſum aeris attraxerit quippiam. Fœtu deniq; iam figurato, Platonici putãt, infundi uitam a Sphęrarum animis, Animaq; totius, Ad idem ipſa matris anima ſimul cum uirtute paterna interim conferente, per quam uitam, uelut Eſcam rationalis trahat Anima ad corpus, ipſamq; ad ſe uitã contrahat quodãmodo, Sub actuq; ꝓſeruet, ducatq; ſuo. Sed qm̃ huc puecti ſumus, ducto exordio nouo, ſpatiemur quadãtenus cum ueteribus Sapiẽtibus, Si illud cõmonuerimus antea, Embrya quandoq; nũcupari Pſacala, Sed et nuper editos infantes. Vnde apud Sophoclem Pſacaluchi matres appellantur. Ita comperias uerba plerunq; non adeo multis cognobilia ob infrequentem apud auctores uſum, Cuius eſt modi Nennus, quæ uox θεῖον indicat. i. matris fratrem. Apud Cratinum Sannas fatuum indicat. Vnde & Sanna uerbum latinis frequens, puto, defluxit, etiamſi a narium ſonitu Grammatici opinentur ductum.

¶ Embryo quando infundatur Anima. Cur per Cancrum Anima deſcendere, Per Capricornum aſcendere dicatur. In quam primum Corporis partem inſinuetur Anima. De Animis duabus in homine. Caput XLIIII

q Værat hic ſolertior aliquis, nec hoc, quod dicitur, Catone contentus, quãdo nam affundi animam corpori cẽſeamus? Poſteaq; Semen intra formandi hominis monetam locatum, quod a toto Viri Corpore, ut ſcientiſſimis ex Platonicorum ſchola placere animaduerto, defluxerat, traxeratq; ſecum a Viri anima formatricem uim, eius potentia diebus fere quinq; & quadraginta ſic eſt affectum, ut ſex primis diebus, lac euaſerit, folliculo genitiuo circunjecto ex membrana tam tenui, qualis in ouo ab exteriore cluditur teſta, quod a Phyſicis deprehenſum eſt, nec tacuit in Libro de natura pueri Hippocrates. Nouem ſequentibus ſanguis. Duodecim aliis Caro, decem & octo reliquis fuerit figuratum, tunc Anima creatur, & infunditur. Scribunt Platonici, & in naturalibus non prætermiſit Macrobius, Capricornum, Cancrumq; dici a Phyſicis Solis portas, Quia in utraq; obuiante Solſtitio, ulterius Solis inhibeatur acceſſus. Per has itẽ portas Animas de cælo in terras meare, rurſumq; de terris cęleſtia repetere. Proindeq; hominum unam dici, Alteram uero Deorum. Hominibus dicari Cancrum, quia per hũc fiat ad ima defluxus, Diis uero Capricornũ. Quia illac poſtliminio cęleſtibus Animę reſtituantur ſedibus. Ex quo inter Pythagoræ placita cenſetur & illud, a Lacteo circulo initia ducere Ditis imperium, quia inde delabantur animæ in mortalitatis naturam. Zodiacũ uero Lacteus circulus duobus interſecat locis, qua Cancer, quaq; Capricornus eſt. Propterea & primã naſcentibus Lactis offerri Alimoniã. Cæterũ quod ex intimo doctrinæ Penu Auctor eruit Macrobius, acri dignũ ꝓpẽſione eſt, Quippe Plutonis, qđ aiunt, galea optum quadantenus, ab impolitioribus opinor, minus percipi ualet. Quamobrem falli nemo ita debet, Vt deſcenſum, aſcenſumq; hic accipiat ſecundum ſitum, Sed quia Luna Cancri do

mina Generationi ꝓxima eſt, Saturnus uero dominus Capricorni remotiſſimus, Ideo per Cancrum, ideſt lunarem, uegetalem q̃ inſtinctum deſcendere Animas dicũt. Per Capricornum uero, ideſt per Saturnium, intellectualem q̃ inſtinctum aſcẽdere, Saturnum enim Priſci mentem uocãt, Qua ſola petũtur ſuperiora. Adde quod Capricorni, Saturni q̃ ſicca Virtus, dum ad intima ſpiritus contrahit, atq; colligit, ad contemplãdum aſſidue prouocat. Lunaris autem humor ſpargit, ac dilatat, & circa ſenſibilia animũ diſtrahit. Illud porro & obſeruatione dignum, Animam, quam eſſe medium rerum ſtatuunt, iuſſu Dei, quem eſſe Mũdi centrum uolunt, in punctum cordis medium, quod eſt Corporis cẽtrum, infundi primo, mox per uniuerſa corporis membra propagari, Quando Currum ſuum naturali iunxerit calori, per Calorem ſpiritui corporis, ac per hunc humoribus inſeruerit, poſtremo q̃ mẽbris per humores. Solutis uero mediis iis ægritudinum uiolentia, ſtatim ſe Anima cum ſuo illo curru colligit quodammodo, refluit q̃ in Cor, unde primũ effluxerat. Cordis extincto calore, quod erat illius uehiculi ſuſceptaculum proprium, Cor deſerit tandem, ſuo illo uehiculo comitante. Principem tamen Animæ uim in Cerebro, Virilem, atq; iraſcibilem in Corde, In Iecore Concupiſcibilem eſſe ſitam, Nemini non, inquit Galenus, perſuaſum eſt. Nã & uulgo iactari ſic propemodum nouimus, cum Fatuum inaudimus Cerebrum non habere, Timido, & puſillanimi Cor deeſſe, Tityo autem Iecur eroſum, Non Poetæ modo canunt, Sed fingunt & Pictores, Sculptores q̃. Sed enim prius, quam reuellamur inde, non prætereamus, quod Mercurialibus contẽtum literis prodidit Iamblichus, Duas hominem animas habere. Et eſſe quidem unam ab intelligibili primo, atq; ipſius Opificis potẽtię participem. Alteram uero ex circuitu cæleſtium nobis inditam, in quam & Anima diuinorum ſpeculatrix irrepat. Sed animam a mundis in nos deſcendentem, Mundorum quoq; circuitus ſequi. Quæ uero ab intelligibili ueniens intelligibiliter adeſt, geneficum circuitum ſupereminet, atq; per eam & a fato ſoluimur, & ad intelligibilem Deum aſcendimus, & religionem habemus ad æterna tendentem, propterea nõ eſſe arbitrandum, Omnia inſolubilibus neceſſitatis uinculis, quod fatum nominãt, colligari, Quãdo habet anima principium in ſe proprium, quo ad intelligibile ſeſe cõferat. Ex hac uero doctrina eluceſcit opinor, amplius, Cur Poeta maximus Æneidos qnto cecinerit, Animæ q̃, umbræ q̃ paternæ. De Vmbra uero alibi plura, unde uberius hic illuſtratur locus.

¶ De Prouerbio, quod eſt, Diphilo Diphilus tardior. Quot Diphili, & Qui, acunde, Qui ue dicantur Dii. Caput XLV.

INſegnes, & extra modũ pigros in obeundis, quæ ſemel fuerint iniuncta, Prouerbium eſt elegantiſſimum, Diphilo Diphilus tardior. Vtitur eo M. Tullius ad Q. Fratrem Libro tertio. Apud Herum inqt, recte erat, In Maniliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Videtur Architectus fuiſſe Diphilus tardiſſimus in perducendis ad finem ſuſceptis operibus. Qualis ille fori Auguſti. In quem operis expectationem diu trahentem ſalſum id prodiit Imperatoris dictum, Vellem & Caſſius forum meum accuſaſſet, quoniam multi Seuero Caſſio accuſante, abſoluebantur. Ad hunc Diphilum uideri poſſet alluſiſſe Iuuenalis illis uerſibus,

Non eſt romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protegenes aliquis, uel Diphilus, aut Erimanthus.

De quo tamen idem Cicero non ſatis ad gloriam dixiſſe uidet. Columnas neq; rectas, neq; eregione Diphilus collocarat, eas ſcilicet demolietur. Aliquando perpẽdiculo, & Linea diſcet uti. Ni mallemus Satyrum ad Poetam Diphilum reſpexiſſe, Cuius in prologo Caſinæ meminit Plautus, & in Adelphis Terẽtius. Sed et Ariſtophanis Interpres in nebulis, in Boẽdam philoſophum a Diphilo integrũ fuiſſe ꝓcinnatũ Poema, ſcribit. Aut ẽt ad tragœdum uerius Diphilum, de quo illa ſunt in epiſtolis ad Atticum, Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt. Noſtra miſeria tu es magnus. Eandem uirtutem iſtam, ueniet tempus, cum grauiter gemes, totius theatri clamore dixit. Hic uero Diphilus, ſicuti Callipides, ob artis peritiam uidetur in geſticulando fuiſſe moroſior & tardior,

& tardior, unde irrepſit Adagium Ciceroni, quãquã arridebit forte amplius id, Diphilum ſe ipſo tunc tardiorem effectum. Dios uero ideſt τοὺς δίους, Euſtathio tradente, Homerus Ioui amicos intelligit, ideſt δὶϊ φίλους, unde inquit cõcinnatur Diphili nomẽ. Verum Dius item eſt, q inter homines Iouis quadã imagine præcellit, nã & Clytemneſtra Dia quoq; dicitur pulchritudinis ratione. Sicuti ob magnitudinẽ mare dium, & dia Charybdis.

¶ Linguæ uirulentæ taxatio. Ocimum ſerere, aut Cuminum quid. Cimbices qui. Antipathia quarũdam rerum mira. Maumeth ſententia præclara. Quid Brutum faciat. De Sillis pulchra. Cur philoſophorum Muſeum Timon appellarit Talarum. Sileni unde.

Caput XLVI.

a Bdalam Sarracenum ſcribunt nonnulli, interrogatum, qd in hac quaſi mũdana ſcena admirandum maxime ſpectaretur, nil uideri homine præcellentius, reſpondiſſe. Cui ſententiæ illud Aſaph Prophetæ ſuccinere, manifeſtum eſt, Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Quo magis mirum eſt, pleroſq; Mortalium ita breuiſſimos Vitæ annos tranſmittere, ut cum in honore eſſent, Brutis, & Iumentis inſipientibus ſe maluerint aſſimilare. Mitto cætera. nõ ne qdam homines ad uenena naſcuntur? Atra hominum, ut Plinius inquit, Ceu Serpentũ, lingua uibrat, tabes'q; animi contrectata omnia adurit, culpantium omnia, Ac dirarum alitum modo tenebris quoq;, & ipſarum noctium quieti inuidentiũ gemitu, quæ ſola uox eorũ eſt, ut inauſpicatarũ animantium uice, obuii quoq; uetẽt agere, aut prodeſſe Vitæ. Nec tamẽ ullum aliud abominati ſpiritus præmiũ nouere, quam odiſſe omnia. Nil uero facilius Apuleius inquit, q̃ linguæ rabies, & uilitas morum. Altera ex aliorum contemptu. Altera ex ſui, nã uiliter ſemetipſum colere, ſui contemptus eſt. barbare alios inſectari, audientium contumelia eſt. Et pro Plantio Cicero, Nihil eſt tam uolucre, q̃ maledictum. nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſſipatur. Sed & in ſacro adnotatum eloquio ẽ, Omnis, qui detrahit fratri ſuo Homicida eſt, Homicida in regno dei partem non habet. In hoc peſtilentię uirus ſcite conformatus Adagio eſt, Vt Ocimũ dicãtur ſerere, cum pniciosus ſe, Carptoq; Vituperonum'q; ſubducti ſupercilii uibrat identidem Spiritus, cuius nocentiſſimi non aliud fere opus eſt, q̃ cuiuſq; famã proſcindere, & teterrimi ueneni luridã tabem affigere, qua plurimũ uita defloreſcit. parantur rebus exitia, & mentium quoq;, ut ſic dicam, exuruntur intima, quando nihil eſt, qd ſordidus Dens, & felle non lita, ſed macerata uox non concutiat. Adagii ratio eſt, quoniã, ut Plinius inquit, nihil Ocimo fœcundius, cum maledictis, ac probris ſerendum præcipiũt, lætius proueniet. Qua ratiõe & q male imprecantur, dici poſſunt Cuminum ſerere. Id. n. q ſerunt, precant, ne exeat. Eo uero uſus eſt prouerbio Sophron, ut Demetrius Phalereus ſcribit, κύμινον ἔσπειρε. Sed & in Sympoſiacis Plutarchus, imprecationibus, conuitiis'q; ſeri Cuminum approbat. Sicuti Apium lætius prouenire tradit proculcatũ, extritũ'q;. Idem Plutarchus alibi ita ſcribit, Qui uero liberalẽ, magnificum, gratioſum'q; Cimbica uocãt, & cuminũ, facile riſum mouent. Sunt autem Cimbices, q & Micrologi. i. minima quæq; plurimi facientes. Quod uero ad Ocimum item ſpectat, Eſt rerũ quarũdam Antipathia mirabilis, inquit in Sympoſiacis Plut. Elephas furens Ariete uiſo, qeſcit, ac conflacceſcit impetus. Veriperam ſiſtit fagi ramus, ſi admoueatur. Taurus ferus, ſi ficui deſtinetur, remollitur. permouet omnia Electrum, aduocat'q;, præter Ocimũ, & quæ fuerint oleo perlita. Coluber nudũ hominem timet, operimẽtis iudutum perſequitur. Serpens, ſi ſemel calamo percutiatur, interit, Si iterum, confirmatur. Brumali ſydere infirmior etiam a Soricibus infeſtatur, quo argumento ante hyemem parat circa ſe, quibus ueſcantur illi, & parcant. Verum, ut ad maledicos redeamus, Inueni in literis, Id genus homines uirulentos, exitiales, caniculas'q;, & ſola inuidia, ac dicacitate, uel uerius, aſpidum lingua cognobiles, recte dici Libitinas, uelut inſtar Libitinæ, Defunctorum præſidis Deæ, quã ἐπιτυμβίαν Græci uocãt. Apuleius in floridis. Siqs igitur ex illis Libitinis ſplendidiſſimo huic auditorio, uelut quædam macula ſeſe immiſcuit. Nec me fallit, Acronem in Oratianum illud, Multa'q; pars mei uitabit Libitinã, ſcribere, Eſſe Libitinam lectum, quo mortui efferantur. Sed de Venere epitymbia Libitinã dici, Auctor Plutarchus eſt. Plauti ex Pœnulo ſcita ſententia eſt, in maledicos cõcinnata, Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus.

Vt quæſtui habeant male loqui melioribus.
Fuit & Medius quidam ex Alexandri adulatoribus, ac uelut Hexarchus, & Sophiſtes Coryphæus in optimum quenq. Hic alios hortabatur, calumnias in quemuis audacter conflarent. nam etiam ſi inquit, uulnus perſanarit, in quem morſum infixeris, nihilominus cicatricoſus conuiſetur locus. Cæterum ne lingua noſtra ſit gladius acutus, meminerimus Archilochi libros ob dicacitatem ſolam, & ingenii uirulentiam a Lacedæmoniis urbe ſua interdictos, ne illorum lectione quippiam de ueneno honeſtis illorum moribus inſtillaretur, quando ad benedicendum natus homo eſt, non ad infigendũ atrocis linguæ uibrantem aculeũ optimo cuiq, non ad inſpergendam factis alienis labem. Meminerimus, quod Maumeth, Sicuti a multis appellari aduerto, habuiſſe in ore perpetuo narratur. Qui a diuina lege receſſerit, Brutum euadere, neq. n. plantam cortex facit, Sed ſtupida, & nihil ſentiẽs natura, neq; Iumenta corium, Sed bruta anima, & Senſibus mancipata. Nec Cælum orbiculatũ corpus, Sed recta ratio. Neq; item Corporis ſequeſtratio Angelũ efficit, Sed Spiritalis intelligentia. Vesę & qui ſe lingua petulantiſſima conuelli ſentit, nõ ruat in ultionem præceps paria repẽſurus, Cæterum illud Senecæ ſubinde repetat, Quid ſtultius homine uerba metuente? Eleganter Demetrius dicere ſolebat, eodem loco ſibi eſſe Voces imperitorum, quo Ventre reddítos crepitus. Quid. n. inqt mea refert, ſurſum iſti, an deorſum ſonent? Quãta dementia eſt timere, ne infameris ab infamibus? Sed & M. Tullii commonitio nec prorſum ab inſtituto diſſultat, quæ eſt in oratione pro L. Murena. Saltatorem inquit, appellat falſò L. Murenam Cato, maledictũ eſt, ſi uere obiicitur, Vehementis Accuſatoris. ſin falſo, maledici Conuitiatoris. Quare non debes arripere maledictum ex triuio, aut ex Scurrarum aliquo conuitio. Verum ne ſi ulterius fuero progreſſus, uidear forte ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, ideſt extra chorum ſaltare, comprimam ſtilum, ad alia demigraturus, quę uſui ſint legiſſe, & Voluptati nõ neglexiſſe, Si auctarii tamen adiecero quippiam. Illud enim aduertendum, maledicta cum riſu recte Sillos dici. Erat autem Poematis ſpecies comici, Qui id perſequebantur Sillographi nuncupati. Initium ex Homerica uidetur doctrina propagatum, Vbi ſubſannatur Therſites, conuellitur q, qui in Principes dicacitatis plurimum exerebat. Sillos optime fertur ſcripſiſſe Xenophanes. Eſt inde conformatum uerbum σιλλαίνειν, eo modo dicaciter ludere. Sed & Silenos hinc corriuari, ſcribunt Græci. Apud Aelium Dionyſium eſt aliud item uerbum, σιλοῦν, quod eſt in contemptu, & oratione diaſyrtica leniter oculos alio tranſferre. Timon apud Athenæum dicitur Sillographus, qui Muſeum appellauit etiam Talarum, Philoſophos, qui inibi cõnutrirentur inceſſens. Eſt autem Talarus ex uiminibus, qui contexitur Calathus, & in quo coagulatur Caſeus. Veluti alerentur, ut in Panagro pretioſæ Aues. Silenos dici, Pauſanias putat, τοὺς ὑλικίᾳ τῶν σατύρων προϊόντας, ideſt inter Satyros natu grãdiores. Quos ex Euphemi hiſtoria extimi maris inſulas incolere, prodidit, Satyridas nomine, Caudas q habere Equinis haud minores multo. Eſſe uero mortales Silenos, ex Sepulchris coniici poſſe, idem ſcribit Pauſanias Heliacorum ſecũdo, Nam inquit, in Hebręorum item regione fuit Sileni monumentum.

¶ Sup Aeſopo fabulatore excerpta paucula nõ illepida. Quid Aenos. Quint. Locº explicat. Cur dictus Aeſopus. Logopœus q dicat, & qd Logos. Logaœdica metra. Itẽ Mythos.

Caput XLVII.

a Eſopum è Phrygia fabulatorem, haud immerito ſapiẽtem eſſe exiſtimatum, Gellius ſcribit, cum quæ utilia monitu, ſuaſu q erant, non ſeuere, non imperioſe præceperit, & cenſuerit, qui Philoſophis mos eſt, Sed feſtiuos commentus Apologos, & delectabiles, res ſalubriter, ac proſpicienter animaduerſas in mẽtes, animos q hominum cum audiẽdi quadam illecebra induxerit. Sup hoc uero Aeſopo lepidam apud Philoſtratum fabellã comperimus, quam & appoſuimus. Fuit quandoq paſtor Aeſopus, forte q in propinquo Aedis Mercurii Greges curabat. proinde cum foret ad Sapientiæ ſtudia procliuior animo, eius adipiſcendæ ergo, non deſinebat Mercurio uota concipere. Factitabant id ipſum & plerique alii templum frequenter adeuntes, ac multifaria Deo pro facultate offerẽtes munera. Aeſopus, Vt qui pauper foret, Lactis tantum non magnum libabat modũ, fauis quoq; inſuper oblatis, & id genus aliis haud multis. Forte,

tis. Forte ita euenit, Vt Sapientiam ſingulis pro ratione meritorum diſtributurus accederet Deus, Cum'q; huic philoſophiã adnuiſſet, illi dicẽdi ꝓtiam eſſet imptius, Alicui uero etiã cẽleſtium reꝝ ſciẽtiam, aut Muſicas item modulatiões, nec omiſſa pangẽdoꝝ Carminũ uenuſtate, Animaduertiſſet aũt, Aeſopũ ſe poſt habuiſſe, cui nil eſſet gratificatus, memor fabellę ſibi in Olympo etiãnũ infantulo a' Deabus Horis lepidius enarratæ, de Boue quadã, & Solis armento, ad hanc ipſam rem facultatem Aeſopo eſt elargitus. Ex quo illi mox arte cõtributa multiformi fabellaꝝ cõcinnandaꝝ, tantus in Apologis euaſit, q̃tum omnes agnoſcimus, agnouerat & Tyaneus Apollonius, Qui accõmodatiora ad Sapientiam eius Viri lepidiora figmenta eſt arbitratus, q̃ Poetaꝝ Cõmẽta, quæ de Diis, Heroib⁹, ac magnis Viris parum decora, minus'q; ad bonã frugẽ illectantia edunt in uulgus. Apologi uero Aeſopei, ut inqt Fabius, ducere animos ſolent, præcipue Ruſticoꝝ, & Imperitoꝝ, q & ſimplicius, quæ ficta ſunt, audiunt, & capti uoluptate facile iis, quibus delectantur, conſentiunt. Et Oratius in Epiſtolis, ne in Poemate quidem humilem uſum huius generis putauit illis Verſibus,

Olim quod Vulpes ægroto cauta Leoni
Reſpondit, referam. In hoc uero cõmonendi ſumus, fabellaꝝ, quæ Aeſopeæ dicant', Originẽ ab Aeſopo nõ demanaſſe, quãdo eaꝝ primus uidetur auctor Heſiodus. Vbi uero libro qnto ait Quintilianus. αἶνον Græci uocant, & ἀἰσοποίητον, &, ut dixi, λόγους μυθικούς, Sciendum eſt, Aenon differre a' Mytho. i. fabula, qa Aenos, ut Ariſtophanis Interpretes produnt', non pueris concinnat', Sed ad Viros dirigit', nec Conſolatorius modo eſt, Sed paræneticus quoq; admonet. n. & docet, quod Heſiodum feciſſe, animaduertimus. Aenon ſunt q Apologum interpretentur, item Prouerbiũ quãdoq;. Aeſopica ridicula, & Sybaritica legimus apud Ariſtophanẽ in Comœdia, Cui titulus σφῆκες. Ad Aeſopi uero laudem ptinet, quod in libro de breuitate uitæ Seneca ſcribit, Non audeo inqt, uſq; eo te producere, ut fabellas quoq;, & Aeſopeos logos, intentatum romanis ingeniis opus, ſolita tibi ueuſtate cõnectas. Sunt porro', uti nos Hepheſtionis cõmonet Enchiridion, λογαοιδικὰ metra dactylica, Quæ in regionibus aliis oĩbus Dactylos habẽt, poſtremã uero Syzygiã trochaĩcã. Præcipuum inter hæc cenſet', Quod ad dactylos duos trochaicã habet ſyzygiã, Dicitur Alcaicum decaſyllabum,

καίτις ἐῶ ἐχατιᾶσιν οἰκεῖς. Et quod ad tres, Vocatur προσῴλειον.
ὦ διὰ τῶν θυρίδων καλὸν ἐμβλέπουσα,
παρθένε τὴν κεφαλάν, τὸ δ' ἔνερθε, νύμφα.

Eſt Logaœdicon quoq; in Anapæſticis, quod Bacchio finit'. Præcipuũ uero, Si poſt quatuor pedes, Spondeo primo, & Iambo, inferat' Bacchius. Archebuliũ ab Archebulo dicitur Poeta Thebano, qui eo uſus plurimum eſt. adhibuit & Callimachus.

Λύκῳ θεὸς, οὐ γὰρ ἐγὼ δίχα τῶν δ' ἀείδειν. Et hoc ab Anapęſto qdem, a' Spõdeo autem
Νύμφα σὺ μὲν ἀστερίαν ὑπ' ἄμαξ ἴδῃ. Ab Iambo,
Φιλώτερα. ἄρτι γὰρ οἱ σικελὰ μὲν ἔννα. Hæc adieciſſe uolui propter ea, Quæ nobis dicta alibi de Vitio, Logoidia ſunt. Porro' ex Græcis ſunt, q Aeſopum hũc reuixiſſe fabulent', quod Comicus item Plato ſignificauit, quod ipſum de Tyndareo, Hercule, Glauco traditũ ſcimus. Nec illud prætermiſerim, fuiſſe Aeſopum omniũ fere' turpiſſimũ, nec Therſitæ, qdem Homerico ſaltem cõferendum, nam, ut alia taceã, fuiſſe nigerrimus prodit'. unde illi factum nomen putant, Quãdo Aeſopus, & Aethiops, idẽ fere' ſignificent. Illud fortaſſe ambiguitatẽ mouerit nõnullis, unde ſit, quod Aeſopũ qñq; λογοποιὸν dici inaudimus. Veꝝ, ut inqt Euſtathius, ſciendũ amplius, Logon interdum Veteribus accipi ſolitum ꝓ fabuloſo ſermone, ꝓinde Logopœus idem eſt, q Mythograph⁹. At Poſteritas Mythõ fabulis modo reliqt. Logon uero quotidianæ ſermocinatiõi, Quãuis Homer⁹ Mython ſimpliciter pro oĩone accipiat. Cui⁹ rei in qbuſdã ueſtigia ſeruant', nã Paramythiã dicim⁹, & Paramythicas oĩones.

¶ Athenienſium aduerſus rebelles ſanguinaria Decreta. Cap. XLVIII.

Theniẽſem populũ aduerſus eos, Quos a' ductu, auſpiciis'q; ſuis deficientes cõperiſſet, inclementer, ne dicã ſanguinarie ſe geſſiſſe, ex Græcis notũ hiſtoricis
a eſt. A' qbus, & qdẽ Attici noĩs ſtudioſis, mandatũ literis, ſcimus, Decreto ſancitum, Vt Aeginetis, ſic caperent', Manus abſcinderet' dextræ Pollex, Quo ne geſtare utiq; haſtã poſſent, Poſſent aũt remis inter nauigãdũ planè uti. Mi-

tylenęos uero ἄβυλόν. i. indiſcriminatim, uel cũ Puberibus iugulari ſtatuerunt, & Cleonę quidem auctore, Cleæneti filio. At Samiorum frõtes, ſi eos adepti forent, inſcribi, uel, ut Græci dicunt, στίζειν κατὰ τὸ πρόσωπον. Stigma, ſeu notam eſſe uoluerunt γλαῦκα, ideſt nocturnam. Et hoc inqt Aelianus, Athenarum Pſephiſma eſt, ἔκ τε βλόμην δὲ αὐτοὺς ὅτε Ἀθήνῃσι κυρωθῆναι, ὅτε Ἀθηναίων λέγεσθαι τὴν πολιὰς Ἀθηνᾶν, καὶ ἐλευθέρους ζῆν, καὶ οἱ Ἑλλήνων θεοὶ πάντες.

¶ Qua rõne Soſipolis Deus coli ab Heleis ſit cœptus. Bacchi miracula, & feſtum Thyia. Caput XLIX.

Ædonicas illuſiones, Quibus Priſcorũ hominum rudis ſimplicitas irretita, oblaqueata'q; in præceps data eſt, Vt falſis mancipata religionibus adoraret, quod neſciebat, alicubi opinor, non negleximus. Nũc non itidẽ omittemus, Quod inter legendum opportune ingerere ſe, eſt uiſum. Mouerant quãdoq; aduerſum Heleos magna ui Arcades, Exiuerant exaduerſum illi quoq; exercitu haud cõtemnẽdo. Comparuit tũc Mulier Vberibus Infantem alens, Vti tum eſt uiſum, Quin eundem utero ſe geſtaſſe, aſſeuerabat, Adiens uero Heleorũ Duces, Somno monitã dixit, Infantem illis oblatum ueniſſe, futuręq; belli ſocium. Vera locutã arbitrati Helei, nudũ Infantẽ hoſti ante omnes in principiis obiiciunt, Interim impetum dabant Arcades, Qui cõfertim nitibundi, cum proruentes intra teli iactum ueniſſent, Iam quidebat Infans prius, Draconẽ induerat, Territi ſpectaculo tam meticuloſo, ac formidabili Arcades, ac inde ordinibus turbatis, mox ſeſe diſpalati in fugam coniecere. Illos uero inſecuti Helei cũ magna cæde inſignem rettulere uictoriã. Reuerſis autem ex hoc euentu Deus eſt factus σωσίπολις, Quæ eum præmõſtrat Vox, Qui Ciuitati ſalutem attulerit. Sacellũ ibi potiſſimũ eſt excitatum, In quẽ locum a' prælio intruſiſſe ſe Draco erat uiſus. Veręq; & inibi quoq; Ilithyiæ ara erecta, Ceu ab ea ꝓductus ad hoſtes Soſipolis Deꝰ foret. Effingi ꝓſueuit puerili ſpecie, Chlamyde ſtellis diſtincta, manuũ altera κέρας τῆς ἀμαλθείας ſuſtinẽte, Q d' apud Aeginã habet Fortuna. Eſt apud Heleos miraculũ alterę, Nam in Bacchi feſto, quod θυίαν nuncupant, illati templo Lebetes tres noctu ſponte implentur uini, foribus accurate occluſis, obſignatis etiam, nẽ fraudem ſuſpicari quis poſſit. Quin Andrii quoque quotannis eiuſdem ſolenni die ſpontaneum e' templo ſcaturire Vinum, prædicant.

¶ De Plutonis templo apud Heleos, Q d' annis ſingulis ſemel tantũ recluderet'. Cap. L.

Apud Heleos inter cętera uel numeroſiſſima Deorũ templa, fuiſſe itẽ Plutonis πολύβολον. i. Septum, & Delubrum, memoriæ prodit'. Id uero quotannis ſemel modo apiri, uetuſtiſſimi fuit moris. Nec tamen ita patens ingredi quẽq; putabant fas. Cur uero ab Heleis honores indeptus ſit diuinos Pluto Sic fere' explicari animaduerto. Cum Hercules militari manu aduerſum Pylios eſſet profectus, Illi præſto' fuiſſe Pallada Heleam, belli, ac laborum ſociam. Sed & Herculis odio uiciſſim ad Pylios Plutonem ueniſſe, Quod etiam ab illis coleretur eximie. Iis uero aſtipulari Homerum quoq;, Apud quem in Iliade ſic ſcriptum inuenias.

Τλῆθί νύ μοι ἐν τοῖσι πελώριος ὠκὺς Ἀρης,
Εὐτέμεν ὡς τὸς ἀνῆρε Διὸς ὑὸς αἰγιόχοιο
Ἐν πύλῳ, ἐν νεκύεσσι βαλὼν ὀδύνησιν ἔδωκεν.

Helei itaq; Plutonem, ut ipſis beneuolum, & Herculis inimicum templo honeſtarũt. Quod per annum ſemel pateat, Quoniam unus itidem homini eſt ad inferos deſcenſus.

¶ Timothei ſnía de frugi Victus cõmoditate, Platonis in re eadẽ cõmendatio. Cap. LI.

Frugi uictus, & pręparci quę a' Prudẽtiſſimis ꝓmant' emolumenta, ni fallor, alibi ſum curioſe ſatis ꝓſecutus, Nũc, quod ſe ingerit, exemplũ clariſſimũ præteriiſſe nequeo. Quippe genus hoc plurima grauius ꝓmouent ſæpe, q̃ ex Philoſophorũ Scholis, quæ ꝓferunt' documẽta. In memoriis ergo traditũ ueteribus, Timotheũ Cononis Atheniẽſiũ uel memoratiſſimũ Ducẽ, relictis q̃q; ſumptuoſioribus Cœnis, ac Impatoriis epulatiõibus, exceptũ Cõuiuio a' Platone in Academia. Cum'q;

mia. Cum'q; non fuiſſet id Miſſuum numero magnificũ, nec ullo magnope apparatu conſpicuũ, Sed ſimplex plane', ac μετρικῶς ꝓcinnatũ, Reuerſus ad ſuos Timotheus læte inſuſurrauit, ὅτι οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνοῦντες καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς διάγουσιν, hoc eſt, Quos cœna exceperit Plato, In poſterum etiã bene habere. Quin ex hoc etiam adipoſas, ganeatas'q; inſectari, ac perſequi epulas deſtitit. Quoniam poſterius nil oblectent omnino, Vt quas oneroſa, crudior'q; conſequatur percoctionis moleſtia. Proditur literis illud quoq;, haud ab eo, quod prætexuimus, ita diſſultans, Timotheum eundem die, Quæ inſecuta Sympoſium eſt, forte Platoni obuium intuliſſe eleganter admodum, & ſcite, ὑμεῖς ὦ Πλάτων οὐ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἢ εἰς τὴν παροῦσαν, ideſt Vos quidem ô Plato in ſequentem magis diem bene cœnatis, quàm in præſentem, extantem'q;.

¶ Quę ſit ratio Cereris Nigrę apud Phigalenſes. Simulacri eiuſdẽ abſurditas. De Cabiris. Caput LII.

Tiam ſi opis inſtituti initio certiſſimũ nobis ꝓpoſitum fuit, fabuloſa minus cõ
ſectari, Vix tamẽ ſtilo interdũ ualemus tempare, Ita ſe ingerũt uel a' celeber-
e rimis e' Græcoꝝ enotata Auctoribus. Sed & eo ꝓcliuius eiuſmodi admittunt' ineptiæ, ut amplius tempoꝝ illoꝝ retegat' uanitas, Quę uſq; ad ludibriũ falſis Deoꝝ ſacris mutoꝝ addicta, & illaqueata, uel luce Solis nitidiſſima caligaſſe animaduertunt'. Sic igit' in literis uideor cõperiſſe, Prope' Phigaliã Arcadiæ urbem, ſtadiis plus minus XXX. Mõtem fuiſſe Elainõ noie, Ac in eo Cereri ſacꝝ Antꝝ, Quam μελαίνην cognominant. i. Nigrã, Pullatam'ue (Quanq̃ & apud Theſpias templũ fuit ἀφροδίτης μελαίνιδος) Deæ cũ Neptuno ꝓgreſſum, Sub Eqna ſpecie celebrant Thelpuſæi. Veꝝ nõ inde natũ Phigalẽſes Equũ uolũt, Sed quam dicũt Arcades Δέσποιναν. Quinimo indignatione in Neptunũ ꝓcepta, Præter'q; Proſerpinæ raptu ꝓſternatã, ſibi pullã induxiſſe Veſtem, ac in Speluncã ſeſe inſinuantẽ, diu poſtea nõ eſſe uiſam. Veꝝ corruptis frugũ pluribus, ac craſſante latius in hoſes peſtilẽtię ui tabida, Deoꝝ qdem nulli ſuperat ꝓiectatio, Vbi latitaret Ceres. Vnũ Pana, dum uenãdo hũc, illũ montẽ obit, forte ingreſſum Specu, Deã ibi eſſe ꝓſpicatũ, Qui & mox Ioui inſuſurrarit. A' quo μοῖραι, hoc eſt Parcę illuc eueſtigio miſſæ. Ab eis uero demulctam' Cererem Iram deſiſſe, ac triſtitiam ualere iuſſiſſe. Cauſis qdẽ hiſce aſtruunt Phigalenſes Antꝝ illud uideri ſacrũ Cereri, Atq; Simulacrũ inibi ꝓfecraſſe, habitu qdem in petra ſedentis, ac Cætera mulieri ꝑſimile, præter caput, quod cũ coma erat eqnum, adnexis Draconum, & feraꝝ id genus item Iconibus. Tunica ad talos demiſſa. Delphis manu ſuſtinebatur, Columba uero altera. Cur autem ſic effigiem Simulacri cenſuerint afformãdam, facile opinor, Sagax Vir, nec imperitus rerum, bonus'q; diſcuſſerit, coniectarit'ue. Cereris autem & Antri ſic quodam reſponſo meminit Apollo, cum Phigalẽſes Deum adiiſſent,

Ἀρκάδες ἀξῆνες, βαλανηφάγοι, οἱ Φιγαλίαν
Νάσσασθ', ἱ πολιοχὰς ἀνίους κρυπτήριον ἄντρον.

Cererẽ porro', & κόρην Tegeatę καρποφόρους nũcupãt. Fuit & in Agro Thebano Cereris Caberiæ templũ, Sicuti Cabiroꝝ quoq;, Veneratiõis multæ in locis illis. Quippe Indignatio eoꝝ credebat' ineuitabilis, hoc eſt ἀπαραίτητος, ut Græci dicũt, Nam peſſimo interiiſſe exitio memorat' qſqs templo ſacrilegas admouere manus nõ eſt ueritus, Id quod inſignib⁹ præcipue docemur exemplis. Fuiſſe inibi Ciuitatem, Ac Homines, Qui dicerent' Cabiri, proditum eſt. Quorum unus fuerit Prometheus, Ad quem peruenerit Ceres.

¶ Feſti ratio, quod Platæenſes Dędala uocent. Statuas antiquitus ſolitas dici Dædalas. Caput LIII.

Ædala eſſe feſtũ Platęenſibus, in Græcoꝝ obſeruatũ Theſauris eſt. Cur uero
ſic, etiã ſi ad fabulas relabi uidemur, nihilominus explicabit'. Nã & priſcaꝝ ua-
d nitas ſupſtitionũ hæc plane', ut uera agnoſcit. Ferũt ergo Iunonẽ Ioui factam iratiorẽ, Q d' illi erat admodũ familiare, in Eubœã ſeceſſiſſe. Ioui, ut par erat, cũ ꝑmoleſta cecidiſſet res ea, Nec ulla rõne, ut rediret, poſſet ꝑficere, incertus animi tãtus Deus ad Cithæronẽ ꝑgit, a' Quo mõti credit' adoptatũ nomẽ, Erat is apud Platæas & potẽtia ꝓſpicuus, nec ullo ſapiẽtia inferior. Qui, ut erat ſagax cũprimis, Inopẽ ꝓſilii

Iouem ita ꝓgit cõmonere, ex ligno ſtatuã ſibi curaret ꝓformari, Quam in curru apte ꝓſtitutã ueſtibus ẽt uariis, ꝓgruiſq; obuelatã duceret, paſſim in uulgus diſiectis rumuſculis, tanq; Aſopi filiã aſciſcat ſibi Platæam Vxorẽ. Paruit oĩbus Iupiter, Iamq; lignea Vxor nuptialiter cõpta uectabat cum Parochis. At pręſenſerat id Iuno, Etenim qs fallere poſſit amãtem? aduolans ſq; ꝓtinus, ac Nouæ nuptæ induméta ſæuius ꝓcerpens, fraude agnita, & Spõſali Simulacro in riſum ſoluta, & hilaritatẽ cũ Ioue ſuo mature placatior in gr̃am rediit. Quo ex facto Numinũ obſeruantiſſimi Platæenſes feſta dehinc inſtituere, Dædala, Quod Veteris fuiſſet moris, Xoana dicere Dædala. Septimo quoq; anno agebant ea fere. Sed μικρὰ nuncupabant δαίδαλα. Nã erãt μεγάλα itẽ, ad quæ ſexto demũ, & uiceſimo anno ẽt Bœotii cõueniebãt. Tot. n. annis intermiſſa Celebritas fuerat, fugatis Platæenſibus. Platæas dici uolunt ab Aſopi fluminis filia Platæa. Grauior hiſtoria Regem mauult Aſopum intelligere.

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD CLARISSIMVM IVRECONSVLTVM CAROLVM RHOINVM, REGIENSEM PRAEFATIO NONA.

Præcellẽs tua Virtus, noſ iũcta celebritati, Q d datũ iam in oẽs pene terras eſt, ac ſingularis, quam in me, meaq; oĩa prætuliſti ꝓpetuo, Beneuolẽtia exigere acrius uidebat, Ne ab inſtituto, Quod uolẽtes nobis iniũximus, Te ulla rõne, uelut præteritũ, abiungerẽ, diſpararem ue. Nã cum ſingulos noſtri Sũdoris curſus delectiſſimis Viris ꝓſecrare ſit ꝓpoſitũ, Iamq; uelut Stadiodromus, ſpatii dimidiũ uidear emẽſus, ac mẽte, oculiſq; Oleas ſignare, Turpiſſimũ oĩno mihi futuꝝ aĩaduertebam fore, Si indictũ te, innominatũq; ꝓgerem tranſilire. Ego uero Carole doctiſſime nõ, ut oblitus, in hunc te locum ꝓtuli hactenus, Ceu in cõperẽdinum plane Viꝝ ꝓiicerem eminẽtiſſimum, & Oĩum, quotquot ſunt, aut fuerũt, uel (libet. n. certiſſimã. Animi ꝓmere ꝓiecturã) futuri mox paulo ſunt, Iurecõſultum lõge clariſſimũ, diſertiſſimumq;, Sed quod ſcirẽ, Sũmum illud agens ꝓuidẽtia nobis inexplicita, & Sapiẽtia inenarrabili Hominem ſuũ, Quem ſacrum eſſe uoluit diuinitatis numiſma, in Mũdanæ huius quaſi Scenæ mediano interuallo aſtituiſſe ꝓſpicuũ, Vt cũctaꝝ ſe Animantiũ uelut Regem agnoſceret, ac ꝓrſus, tanq; Deum humano in Corpore hoſpitantẽ. Te uero in ſummo humanaꝝ reꝝ Sciẽtiæ magnitudine, & eminentis ingenii felicitate ſurrectum faſtigio ſtare, palam ſit, Quãdo non eſt qdem totius Ciuitatis oraculũ Domus tua, Quod de Iurecõſultis dictum ueteribus eſt, Sed uerius orbis terraꝝ uniuerſi, Delphicis ſortibus multo certius adytum, præterq; dẽpta Reſponſorum tortuoſitate obliqua, & plerũq; incõiectabili, ut futurorum caligine obuoluta mire inſcitiam ad diſqſitionem non protraham, Haud abſurde, opinor, Huius noſtri lucri metã fere medianam ſacro nomini tuo deſtinandã duximus. Quoniã ſicuti eſt Homo nitidius optimi maximi Dei Simulacrũ, Ita & nunq; laudata ſatis Virtutũ tuaꝝ magnitudo præſignis, Ac moꝝ examinatiſſima ratio plane ἀναμάρτητος, Naturæ rõnalis te quaſi typum facit, & Icona uere ſpirantibus delineatã, ductãq; coloribus, ac in meditullio ſtantem, Ex qua pitiſſimus qſq; ꝓficiat artifex, Et in quã collimare omnes, par ſit. Si modo ex formula, & præſcripto uiuendũ eſt, nec Brutum malumus induere. Cæteꝝ Quib⁹ de cauſis in noſtrum hunc te uelut puluerẽ obſeruanter admittimus, ut Scientiæ tuæ theſauris, & Ingenii lumine quãdoq; forſan me collabẽtem (Homines. n. ſumus) præfulcires, & arrectũ auctoritate, Quam eſſe maximã, fallit neminẽ, Circi ſpatia ꝓficere animoſius cõpelleres, Iiſdem ſane ipſis longius uideor ſummoueri. Etenim unde mihi ea ingenii felicitas, & doctrinæ, ut Quæ dicant, te exeãt nõ indignæ? Temeritati meæ acceſſiſſe ipſum hoc item uideri poteſt. Qui te legũ ſanctiſſimaꝝ arcana rimantem, ac ſeueriſſima, quod aiũt, trutina ꝓpendentem libelli huius opæ leuioris, & farina ꝓrſum plebeia ſubacti, nũcupatione interpellare, immo etiam laceſſere ſum auſus. Sunt hæc qdem uera ꝓpemodum, Sed apud eos modo, Qui Animi tui candorẽ, & mitiſſimũ ingeniũ, ac humanitatẽ, inter reliquas dotes tuas præcipue miram, norũt minus. Audaces iſta nos ad te colendũ faciũt. Quod ſiqd tamen delinqmus, & lege agẽdũ putas, Vt iam hinc ſciant omnes, foꝝ me non reclinare, Si Reum peragis, ad naturæ tuæ clemẽtiſſimã prouoco bonitatẽ. Ad quam, opinor, Apoſtolos non abnues. Vale.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LECTIONVM LIBER VNVS, QVI NONVS.

¶ Vocabula, quibus Oculorum explicantur partes. Item plura de Oculorum tunicis, & humoribus, & uitiis.

CAPVT PRIMVM.

E OCVLIS, Etiamſi abunde multa ſecũdo libro, & alibi quoq; recenſuimus, nihilominus uaria diſcutientibus, uerſantibus'q; oſtentant
d ſe pleraq;, non citra diſpendium Studioſæ Iuuentutis quę præteriri queant. Propterea ad eundem ſcopum ſæpius non ueremur collimare, ut ſubinde excuſſa ſagitta, & umbilicum quandoq; contingamus, & Numerus non defuiſſe cum delectu curam, liquido comprobet. Igitur in Oculi meditullio nigricans Cora dicitur, ſiue pupilla. Eius nitor Glena, ideſt γλήνη. ambiens circulus quandoq; γραμμὴ κυκλοτερὴς, ideſt orbicularis uocatur linea, quandoq; uero etiam Iris. Albicans totum Sphendone appellatur, item'q; Logas. Sed & Cyclopion, ideſt κυκλώπιον. Oculorum portiones Chitonas, ideſt tunicas nuncupant Medicorum Scholæ. Sunt autem hæ quatuor numero. Extima Ceratoides dicitur, albida eſt, ſolida, nec ſciſſuram facile recipiens, neruoſa quoque, Chondrodes, craſſior, pel lucida. Subeſt tunica alia Rhagoides, ſiue Rhogoides ab Acini ſimilitudine quadam, denſa ea eſt, ſanguinea'q;. Tertiam uocant Phacoide, & Cryſtalloide, necnon Hyaloide. Quarta nuncupatur Arachnoides, tenuiſſima, uelut Aranea. Sic enim, ut Celſus Corneli⁄us adnotatum reliquit, ab Herophilo nominatur. Oculorum uero Caua dicunt Conchos. Hactenus ex Græcis fere'. Cæterum operæpretium eſt, his attexere, quæ ex Iunioribus Optices, ſtudioſi nonnulli prodenda cenſuerint, dum amplius approbare connituntur, quàm operoſe natura diuerſarum rationum corpora neceſſario effinxerit ad Oculi conſtitutionem. Quippe inquiunt, Glacialis humor, quo præcipue uidendi potentia uiget, molliſſimus eſt, affectionibus imprimis obnoxius, quia aqueus ſit, ac delicatæ compoſitionis, alias tenuitati Spirituum uiſiuorum, a' Cerebro demanantium ineptior fuiſſet. neque item per immaterialem eſſentiam, depuratam'q; Species exciperet. Quarum percipi nequit tactus, niſi a' prætenero, ac ſubtiliſſimo Corpore. Quod corruptioni, obleſioni'q; fieret maxime obuium, ni obuallatum pluribus, loricatum'q; denique ab occurſantibus facile præ⁄⁄muniretur. Emachinata igitur primum natura eſt Tunicam extimam, Quam Conſolidatiuam Neoterici appellant, Robuſtam, pinguem, qua oculi conſtitutio uniuerſa confouea⁄tur præſtantiſſime. Albam intelligunt, qua tamen nec totus obtegatur Oculus, Sed quod in eo albicet tãtum, ne eius pinguedine præpediatur Viſus. Hac maxime frigus defenditur, quod in libro de Senſu, & Senſili comprobat Ariſtoteles. Verum ſi inſigniter ſe rigor intenderit, etiam Organum uiſus intercipi, Annibalis argumento liquet. Huic ſubeſſe tunicam uolunt, quam nos diximus Ceratoide, ideſt Corneam, ut uulgo appellant, quoniam pelluceat, ut Cornu attenuatum, quo ſit Speciebus, ut ita interim loquamur, peruia. Tertiam tunicam uocant Vueam, de nigroris argumento, ut obſcuretur in ea humor, in quo uiſus facultas uiget, quod ni fieret, non oſtentarent ſe in eo Species, Viſum enim conſtipat obſcuritas, nec expandi ſinit. Nam & Veſicæ retrimenta inſpecturi Medicæ facultatis periti nigram opponunt ueſtem. Adiicit humori quoque fuſcedo roboris quippiam. Conſtipatæ denſitatis tunicam intelligunt iſtam, ne laxioribus ſeſe meatibus incluſus humor promat. habere tamen anteriori parte orbicularem pupillæ meatum, qua ſe uiſibili⁄⁄um inſinuent Species. Intra uero tunicam hanc humorem ſtatuunt albidum Ouorum albugini conſimilem, ac pellucentem, Vt per eum liberius commeent obiectorum ſpectra. Sed & Glacialis eo ſubinde humectatur, ne eum ambiens tela ſiccitate oblędatur. Hic autem omnium intimus humorum eſt, glaciei affinis maxime, humectus'q;, ut affici a' luce poſſit, non perſpicuitate ſolum, ſed etiam innatæ complexionis ratione. Tenuis pręterea, ut mo

tui facilius exponatur. Denſus item aliquo modo, ut figi, ſiſti q; in eo ſimulacra queant, alias euanida perirent. Hunc uero bifariam diſtribuunt, Vt ſit portio anterior, quæ Sphæræ capacioris pars eſt, & toti oculo concentrica, & ab anteriore uiſus æquidiſtans particula. Eſt item poſterior portio, quam Vitream uocant, ſouentem, alentem q; Glacialem. Hiſce uero circunie ta tunicula eſt pertenuis, quam Araneam dicunt. Porro hac Optices ratione, tres omnino habentur in oculo humores, Tunicule quatuor. Sed Anatomici alii ſubtilius iſta ſcrutati, quod in Libro de Elementis ſcribit Auicenna, Primo quidem Vueam a' Pia matre ducere initia, contendunt, Sicuti a' dura matre Corneam, Sunt autem iis nomini bus ambeuntes Cerebrum tunicule duæ. mox Septem ſtatuunt tunicas, quibus Oculi con ſurgat compages. Primam faciunt Coniunctiuam, ſiue Conſolidatiuam. Corneam bifariam partiuntur, Anteriorem putant Corneam uocari, Interiorem Scleroticam. Conſimiliter Vueam item ſecant, ut pars anterior Vuea dicatur, Poſterior Secundina. Id ipſum & in Aranea fit, Anteriorem appellant Araneam, poſteriorem Retinam. Verum nec Celſi placita prætereamus. Arachnoides inquit, media ſubſedit, eo q; cauo continet quiddam, quod a' Vitri ſimilitudine ὑαλοειδὲς Græci uocant. Id neque liquidum, neque aridum eſt. Sed quaſi concretus humor, ex Cuius colore pupillæ color uel niger eſt, uel Cæſius, cum ſumma tunica tota alba ſit. Id autem ſuperueniens ab interiore parte membranula includit. Sub his gutta humoris eſt, Oui albo ſimilis. a' qua uidendi facultas proficiſcitur, Cryſtal loides a' Græcis nominatur. Dignum uero ſcitu eſt, Glaucoma oblæſionem nuncupari humoris huius, quem Cryſtallinum appellauit Cornelius, ubi in glaucam demutatur qualitatem. Sicuti prouenit Suffuſio, quam Hypochyſin Græci uocant, ubi denſet, coit ue humor, quem inter Corneam ſtatuunt, & Cryſtallinam portionem. Eſt item in Oculis uitium Lagophthalmus, ueluti Leporinus intelligatur oculus, qui in ſopore non occluditur. Dicitur uero Lagophthalmus, ut Celſus Libro ſeptimo ſignificat, ubi curatione adhibita, plus æquo cutis exciditur, ita ut oculus contegi nequeat. Nam ſi palpebra inferior minus ſurrigitur, ſed pendens hiat, nec cum ſuperiore coit, Vitium facit, quod eodem auctore, Ectropium uocant.

¶ Cur ſit oculus Globatæ figuræ. Nullum eſſe corpus omnino perſpicuitatis expers. Inde poſſe Lyncas uidere per parietem. Cap. II.

Sed cur nam parentis naturæ ſagax, ac prouida cura orbiculares contribuit oculos? Gentilis quidem Auicennæ interpres non contemnendus, Eſſe oculum circumacta, globata q; prodit figura, Quia inter omnes hæc præcipue impedimenta, & quicquid ſe ingerat noxium, reclinare poteſt. Mathematici ſolertius re perpenſa, Oculum non ſuffecturum quantitati capiendæ colligunt, ſi non ſit rotundus. Quippe ſi pupilla, per quam immutatur, non eſſet ſphærica, non perciperet niſi æquale ſibi. Liquet uero id, quoniam Viſum perfici contingit per lineas rectas ſuper eum Orientes perpendiculariter, quarum concurſus ſit in oculi centro. Quod ſi eſſet ſuperficiei planæ, non ingererent ſe perpendiculares, niſi a' ſuperficie æquali. Id ut amplius innoteſcat, Traditur in matheſi a' nonnullis, Radium a' medio rariori ingredientem medium denſius frangi ad perpendicularem, ut acquirat fortiorem ſitum. In Sphærica uero figura ſola eſt perpendicularis linea, quæ ad centrum tendit. Proinde cum orbicularis ſit oculus, a' quacunq; parte occurſent radii, ubi oculo inſinuantur, quia id eſt denſius medium, franguntur ad perpendicularem, ideſt diriguntur ad Centrum pupillæ. Quod non fit in quadrata figura. neque enim in hac perpendicularis Linea tendit ad Centrum, Sed dirigitur in rectum, ſi obliqua fuerit. propterea a' centro declinans radius ab Oculo minus percipi ualet, quod in ſubiecta patet figura.

f

Oculus ⊓ Quadrangulus.

Additur præterea rotundationis & illa ratio, ut celerius uiſu apprehendi multa ualeant, quando globoſis ſumma ineſt reuolutionis facilitas. Quod uero & Philoſophi aſtruunt, & Mathematici

& Mathematici rationibus comprobant, non fieri uisum, nisi per medium diaphanum, quia species non multiplicentur, nisi per diaphana corpora, quorum subtilitas congruat formis multiplicandis sine materia, & materialibus conditionibus, ut quantum ratio patitur, oculo imprimantur. Dignum illud relatu imprimis est, Cum omne Corpus suscipiendæ aptum sit cælestis corporis influentiæ, certum est, nullum corpus omni carere perspicuitate, cum sit communis cælestibus, & inferioribus. Hinc uero fieri putant, ut densitas nulla transitum inhibeat uirtutum, & spectrorum, quamuis nos lateat, propterea Lyncas tradi per medium uidere parietem.

¶ Gentibus singulis suos esse mores. Arcadum ritus. Lycæus Iupiter. De Aegyptiis adnotantur paulo plura. Propertius declaratur. Anaphorum, & Allactum quid. De Caribus paucula. Pharao apud Aegyptios quid sit. Caput III.

g Entibus singulis, atq; adeo urbibus suos esse mores, sua'q; instituta, suam'q; ad disciplinarum studia procliuitatem, fere notissimum arbitror, Sed & Menander rhetor in Epidicticorum ratione, Mitylenæos Citharœdica plurimum solitos gloriari, ea'q; re sibi imprimis placuisse, scribit. Sicuti tibiarum modulis Thebanos. Alexandrinos uero arte grammatica maxime præcelluisse, item'q; Geometria, & Philosophia. Statuaria præcipue Athenienses gloriam sibi uendicarunt, ac pictura. Crotoniatas extulit medicina. Aeginetas, & Hermupolitas fuisse Athletas perinsignes, monumentis traditur. Arcadas Glandibus uesci, docuit eorum Rex Pelasgus, perseuerauit'q; diu plerisque Diætæ ratio hæc, inquit Pausanias, Adeo ut Lacedæmoniis sic quandoq; responderit Pythia,

Γολλοὶ ἐν ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
οἵσι ἀποκωλύουσι. ἐπὶ δέτοι οὔτι μεγαίρω.

Quin & καλύβας idest Tuguria excogitasse fertur primus Pelasgus idem, ac ex Pellibus indumenta, Quibus & in Eubœa, ac Phocide usi plurimum tenuioris Fortunæ homines. Lycaon eiusdem filius Iouem dixit Lycæum, & Lycæa instituit primus. Is autem Agon fuit. Cum uero Ad Lycæi Iouis aram puerum immolasset, & sparsisset cruorem, in Lupum creditur deformatus. Quod uerum arbitratur Pausanias, ex Deorum indignatione aliqua. Sicuti ex hominibus quandoq; efficiuntur Dii, Velut Aristæus, & Cretensis Britomartis. Nec tamē inquit, Post Lycaonem in perpetuum factus aliquis dicitur Lupus in sacris, id genus, quoniam decennio exacto, si homine interim abstinuisset, ad rationalem statum dabatur reditus. Sic & in Sipylo monte in saxum deformatam ferunt, Nioben, atque æstiuo tempore etiam lachrymas fundere. Mitiorem Arcadib⁹ uictum induxisse, Arcas dicitur primus, ac Panis docuisse rationem, ac texendarum Vestium, & Lanificii quoque. Dianam coluere antiquitus Arcades cognomento Hymneam. Sicuti & Cedreatin, in Cedro procera Simulacro statuto. Apud Pheneatas dicebatur Diana εὔριππα, Ab Equarum inuentione, Quas amiserat Vlysses, Qui & Equestris Neptuni statuam erexerit, Sed non ex ære inquit Pausanias, Aeris fundendi arte, necdum comperta. Quam, simul & Statuas cōflandi excogitasse feruntur primi Rhœcus, & Theodorus Samii. Ammianus Marcellinus auctor est, Medicis ad commendandam artis auctoritatem suffecisse, Si dicerent, se Alexandriæ eruditos, tanta erat loci dignitas, & æstimatio. habuit siquidem Alexandria omnium liberalium disciplinarum Scholas, unde arbitror natum, ut per exochen Alexādria nuncuparetur πόλις idest Ciuitas. Sicuti Asty dicebantur Athenæ peculiari ratione. propterea scienter Apuleius Eruditos appellat Aegyptios, Sicuti Iudæos superstitiosos, Nabatheos mercatores, & fluxos Vestium Arsacidas, & frugum pauperes Scythas, & Odorum diuites Arabas. Quin & ab Aurelio Macrobio dicitur mater artium Aegyptus. Flauius Vopiscus Aegyptios scribit esse Versificatores, Epigrammatarios, & ad Cantilenas publicas propensos. Aegyptiorum porro arcanam Sapientiam abūde testari uidetur suscepta illuc excellentium uiroꝝ peregrinatio, ut in illorum literis uere literatis, interioribus'q; mysteria ꝑnoscerent. Aegyptios quoq; nōnulli ꝓdunt ex Græcis, omniū primos Solem, & Lunā Deos putasse, & qd'ambitu

æterno circumagi, ac currere uidebantur, inde etiam θεοὺς nominaſſe, ἐκ τῆ θέειν, καὶ ἰέναι. ideſt à curſu, inceſſuq. Plato tamen in Cratylo hoc ipſum priſcis Græcorum attribuit. Cæterum illi Solem Oſirin, Lunam Iſin nuncuparunt. Nec id relatu indignum, quod idem nos commonet Plato, Apud quem Socrates in Phædro Audiui inquit, circa Naucratim Aegypti priſcorum quendam fuiſſe Deorum, cui dicata ſit auis, quam Ibin uocant. Dæmoni autem ipſi nomen Theuth. Hunc primum numeros, & ſupputationem, Geometriam, Aſtronomiam, necnon Talorum luſum, & Alearum inueniſſe, atque item Literas. Quibus temporibus imperitarat locis illis Thamus. Verum enimuero quis adeo ueterum memoriarum inſolens, Vt Aegyptiorum non norit aſtutias, & ad fallendum ſolers ingenium, & Vafrum? Aeſchylus neutiquam ignoraſſe uidetur. δεινοὶ πολέκεντοι μηχανᾶς αἰγύπτιοι, ideſt ad nectendum dolos imprimis idonea Aegyptus. Theocritus quoque ἐν ἀδωνιαζούσαις, οὐδεὶς πανοῦργος δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων αἰγυπτίσι. Subſeſſor nullus uenientem lædit, obrepens Aegyptiace. Legimus in Commentario Alexandrini belli, eſſe Alexandrinos fallaces, ſemper alia cogitantes, alia ſimulantes, &, ut Ammianus inquit Marcellinus, ad ſingulos motus ſunt excandeſcentes, controuerſi, & repoſcones acerrimi. Flauius item Vopiſcus Aegyptios eſſe ſcribit Ventoſos, furibundos, iactantes, iniuriosos, auidosq. nouarum rerum. Vnde Aurelianus prudentiſſimus Imperator præcepit Saturnino, Cui limitis Orientalis ducatum dederat, ne unquam Aegyptum uideret. Ad hæc uero Propertium reſpexiſſe contenderim illis uerſibus.

At nos è noſtra te ſæua fugabimus Vrbe.

Cum Tyberi Nilo gratia nulla fuit.

Sed & Imperator Adrianus ad Seruianum Conſulem literis exaratis, Aegyptum totam ſe didiciſſe ait, eſſe leuem, pendulam, ad omnia famæ momenta uolitantem, & mox eſſe homines eos ſcribit, ſeditioſiſſimos, uaniſſimos, iniurioſiſſimos. Et Q. Curtius Aegyptios, ut gentem uanam infamat, nouandis, quàm gerendis rebus aptiorem. Sed pulcherrime omnium Libro tertio Arrianus Propertii retegit ſenſum inuolutum alias. Memoriæ proditum eſt, inquit, naturam ſitus, munitionemq. regionis Alexandrum admiratum in Nomarchas plures Aegypti præfecturas, Nomos uocant, diuiſiſſe. haud tutum eſſe ratum, imperii uniuerſæ Aegypti curam Vni modo iniungere. Ac mihi quidem uidentur Alexandri conſilium Romani eſſe imitati, nam eadem ducti ratione inſtituere, ut nemini ordinis Senatorii prouincia Aegyptus, Sed equeſtri tantum uiro decerneretur, ac magnis fulciretur præſidiis. Adiuuat & in Conſolatione ad Albinam Seneca. Loquax inquit, ac ingenioſa in præfectorum contumelias prouincia Aegyptus, in qua etiam qui uitauerunt culpam, non effugerunt infamiam, uelut unicum ſanctitatis exemplum ſuſpexit, & quod illi difficillimum eſt, cui etiam periculoſi Sales placent, omnem uerborum licentiam continuit. Pulcherrimum uero illud eſt, Aegyptios antiquitus ea obiiſſe munia, quæ nunc in Italia Baiuli ex Longobardia plurimum propagati, Quos Municipes mei ſubinde uocant Græco quidem uerbo, Sed paululum modo deluxato, Baſtazos, quos Græci βαστάζοντας dicunt. ſonat id noſtro uocabulo portantes, ac gerulos, quia oneribus uacent ferendis. Ariſtophanes in Batrachis, quod dicimus, hiſce comprobat.

Δυοῖν ἅρμα τ' ἐπέθηκε, καὶ νεκρὼ δύω,
οὓς οὐκ ἂν ἕλοιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι.

Currus impoſuit duos, ac mortuos totidem,
Quos nec Aegyptii quidem tollerent centum.

Hinc ſæpe in ueteribus memoriis lectitamus, dici Aegyptios ἀχθοφόρους, ideſt Onerum gerulos, nunc item πλινθοφόρους, quo uerbo ii ſignificantur, qui lateres geſtitant humeris. Vel certe Anaphoro adhibito, ſeu Allacto. Erat uero eo nomine lignum utrinq; cauum, quo geſtarentur onera. Allactum dici puto, à tralatione, quæ fieret à fatigatis de humero in humerum. Aliqui Amphicyrtum malunt appellare, quod ſignat, utrinque gibboſum. Noſtrates conſimile fere lignum, quo mulieres à flumine aquam geſtitant, utrinque æqualibus uaſis propendentibus, ac ne dilabi poſſint, clauiculis ligneis ſufflaminantibus, eleganter Baiolum nuncupant de geſtandi ratione. Sciendum

uero, Caras

uero, Caras ueteribus appellatos fuiſſe Seruos, quod factitandis operis capturas conquirere conſueſſet ea gens, uelut omnium nata Seruitio, qui mercenaria prolectaſſent ſtipe. Quod uero ad Aegyptios attinet, Scitu dignum illud quoque, eos a Dione φιλοίνους nuncupari, ideſt in uinum procliues, ac philopotas, quoniam apud eos comperta primum tradatur Vitis, in Plinthine Ciuitate, quod Hellanicus ſcribit, ac inde factos uinolentos. Sunt qui ſcribant, excogitatam ab eiſdem ex Ordeo potionem, Vt Vini inopes inde ſibi uoluptatem conquirerent, quando & hac oblectantur ita, ut canant etiamnum, ſaltentq; obeantq; omnia ebriis conſueta, eo tamen interſtitio, quod qui uino externantur, in faciem, inquit Ariſtoteles, feruntur. Qui uero Crithinum hauſerint, Caput reſupinant. Vinum quippe καρβάριον eſt, aggrauatq; Caput. Crithina potio Carotica cenſetur. Vinolentiæ Aegyptiorum argumentum euidens, Braſicæ, uelut ex lege, præguſtatio in Cœna, quoniam Amethyſtum ſit remedium id, hoc eſt, ebrietatem reprimat. Quod efficere creditur eiuſdem quoq; ſemen. Illud addimus, Hecatæum ſcribere, In Aetolia inuentam primo Vitem, quam quia οἶναν dicerent Veteres, inde Vinum nuncupari οἶνον. etiamſi ab Oeneo putant alii, in Cratylo item aliud Platone ſtatuente. Inuenio, Aegyptiorum Reges quandoq; Paſtores fuiſſe nuncupatos, propterea quod in ſacra hiſtoria lectum obſeruauimus, Ioſeph, & fratres eius in Aegyptum deſcendiſſe in principio Paſtorum. Quandoq; uero, Quod Manetho Aegyptiorum Sacerdos prodidit, Pharaones. Erat enim dignitatis nomen id, Sicuti Auguſti appellatio apud Romanos. Memoriæ traditur illud quoque, Bocchorum Aegyptiis iura conſtituiſſe, qui fuit ex Aegyptiorum Dynaſtis unus, ſub quo agnum locutum tradunt, iis fere temporibus, quibus apud Albam editi ſunt Romulus, & Remus.

¶ Cuiuſmodi fuerit Aegyptiorum Sapientia. Et cur Viri præſtantes illuc potiſſimum enauigarint. De Matheſi paucula. Caput IIII.

q Via uero paulo ante Aegyptiæ Gentis Sapientiam ſum uiſus auctoritatum tibicinibus præfultus efferre plurimum, illud minime diſſimulãdum, Inter claſſicos noſtrates eſſe, qui opinentur, Chaldæos, itemq; Aegyptios fuiſſe ingenio parum ad Sapientiam facto. Propterea falli debere neminem celebrata ueteribus, etiamq; Platoni, Aegyptiorum Sapientia, & Chaldæorum, quando præſtantis ingenii Viros aliquot ad eos non alio nomine tranſmiſiſſe, exploratiſſimum eſt. Cæterum celebre id, atque diuinum Sapientiæ nomen de ſola Cerimoniarum, & diuini cultus ſcientia uideri propagatum, Quoniam apud optimum quenq;, itemq; Philoſophiæ addictos, quod & in Epinomide comprobatum Platoni nouimus, pro comperto eſt, Summam Sapientiam in religionis aſſertione plurimum uerſari, Proinde, cum circunferretur paſſim, conſtansq; uigeret opinio, eius rei apprime peritos Aegyptios, tanto ſtudio a magnis Viris ſuſceptam illuc enauigationem, ut tanti arcani, ſiqua fieri poſſet, compotes euaderent. Id, ut uerum ſciamus, libuit, paucula ex Mercurio ſubnectere. An ignoras inquit, o Aſclepi, quod Aegyptus imago ſit Cæli, aut, quod eſt uerius, tranſlatio, & deſcenſio omnium, quæ gubernantur, atque exercentur in Cælo? & ſi dicendum eſt uerius, Terra noſtra totius mundi eſt templum, & tamen, quoniam præſcire cuncta prudentes decet, iſtud uos ignorare, fas non eſt. Futurum tempus eſt, cum appareat, Aegyptios incaſſum pia mente diuinitatem ſedula religione ſeruaſſe, Et omnis eorum ſancta ueneratio in irritum caſura fruſtrabitur. E terris enim ad Cælum eſt recurſura diuinitas, linquetur Aegyptus, terraq;, quæ fuit diuinitatis ſedes, religione uiduata, numinum præſentia deſtituetur. Hactenus ex Mercurio. Iamblichus uero illorum religionem non fere aliud, quàm ſuperſtitionem fuiſſe confitetur magna ex parte, in malorum Dæmonum cultu præcipue debacchatos perdoccens. Quæ res ampliſſime Gentium earum ruditatem coarguit imprimis. nam ut hebetiſſimus quiſque eſt, ita facillime Superſtitionum uanitatibus mancipatur. Quas ingenium uegetum doctrinæ nitoribus defecatum, excultumq; præcipue auerſatur, alliditq;. Adde, quod præter Idololatriæ inſaniam Mathematicis maxime incubuiſſe homines illi pernoſcuntur. Ad quam rem prolectabat eos regionum illarum benignior tractus, patentibus late Campis, ac noctibus ſerenitate perpetua, ſyderali contemplatiõi, niteſcenti-

bus. Eo procliuius auido ingenio Viros præcellentes ad se perlicuerunt. Nam & in epistola ad Pherecydem scribit Thales, in Aegyptum se cum Solone commeasse, studio Sacerdotes inuisendi, & Astronomos. Quin & ab eisdem se Geometricis imbutum, non inficiatur. Constantissimum uero illud est, Naturalis, primæq; Philosophiæ, quæ suis nixa rationum radicibus demonstratur, nil unquam ab Aegyptiis acceptum, aut Chaldæis, quando eius Scientiæ aut expertes omnino, aut parum in ea progressi, & quod dicitur, primoribus modo labris pręgustasse deprehẽduntur. Quod si alicubi tradit Auerrois, apud Chaldęos olim perfectam fuisse Philosophiam, non de iis intelligendũ, quorum circunferuntur monumenta, Sed id Hęreseos continet uanitatem, Quæ mundi æternitatem astruẽs, Scientias rerum abolitas sæpius intercidisse opinatur, denuoq; in emersum sese prompsisse. Nec Abraam uir diuinus omnino Chaldæus comprobatur, creditur'ue. Quod si maxime sit, Platonis succurrit bracteata sententia. Inter malos siquis cooriatur non malus, eum uero esse egregie bonum. Nequis autem Mathematicarum nomine Suspiciendas putet Gentes eas. Scire oportet, Matheseos studia apud Veteres inter Puerorum rudimenta esse connumerata. Porro eiusmodi ferè deprehenduntur hæ disciplinæ, ut a limine aut paulo interius consaluta/tæ in Philosophia profecturis multum afferant adiumenti, quod si in illis diutius moradum gyris, aut etiam consenescẽdum ducas, non gradus tibi ad altiora pares, Sed lapsum struas, quoniam inde errorum scaturigines sese frequenter ostentant. Cui rei calculũ adiecisse Aristotelem, non fallit Peripateticos paulo politiores.

¶ Cuius sit rationis Prouerbium ab Aegyptiorum templis productum. De Silenorum imagunculis. Caput V.

n Ecdum ab Aegypto digredimur, Succurrunt adhuc quæpiam interiorem redolentia, & genuinam doctrinam. Adagium est scitissimum in antiquis literis, Aegyptium templum, de eo, qui forinsecus, & in iis, quæ sub aspectum cadunt, perpolitus est, & mirum in modum uenustus, ac elegãtiæ omnis per studiosus, introrsum uero intercutibus madeat uitiis, & sit plane monstrificum quiddam, & inauspicatum, Quales ferme recte dixeris fœminas Corpore qdem prænitidas, & ut sic dicam, illices, omniq; decore uisendas, Anima uero fœdissimas, & promiscuis flagitiis agminatim obsessas, ac uelut loricula circumuallatas, Ceu strumam dibapho contegant, Qua specie nil puto inamœnius, nil quod mensum rationis absurdius transiliat. Etenim absoluta numeris omnibus censeri pulchritudo debet, ubi duo ista conueniant, & societatem coeant, nulla solubilem ui, Animalis uirtus, atque præstantia. Tum Corporis concinna linearum, colorum, membrorumq; compacta, beneq; constituta proportio. Alias mutilata pulchritudo est, nam & Porphyrius Dæmones, quorum animi iniqui sint, Corpora item habere deformia pronuntiat. Esse quoque naturaliter intus bona, statuit Plotinus, quæcunque sint extrinsecus uere pulchra, quippe ex interioris formæ perfectione, atq; seminariæ rationis uictoria super materiam prouenit externa formositas. Prouerbii autem ratio est, Quoniam Aegyptiis templa substruere erat moris, marmore antiquis artificum manibus elaborato surgentia, Auro splendida, picturis mollioribus egregie pornata, summa colorum uarietate distincta, omni demum cultu nitida, Sed quod præcipuum fuerat, Si Deum requisisses, Cuius exquisito honori tantus impensus fuisset labor, bone Deus, quam ridicularium inueniffes, quàm prorsum a rationis dictamine, ac præscripto diffitum, & sequestratum. Simia erat ea, Aut Ibis, aut Hircus, aut id genus aliquid. Apud illos quidem mysticos ista forte sensus habent, nobis tamen, ut profecto sunt, ridicula fiunt. Sic inquit Seneca, Isti, quos ut felices suspicimus, Si non qua currunt, Sed qua latent, inspectarimus, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida, & syncera felicitas. Crusta est, & quidem tenuis. falsa iis circumposita sunt bona, Animi inanes, ac uelut longo, fallaciq; delusi somno. Auro, argento nitent, intus boni nihil est. At qbus recta placẽt, nõ fulgent extrinsecus. Bona introrsus obuersa sunt. Sic mũdus exteriora ptempsit, Spectaculo sui lætus. Intus omne posuit bonũ. Sic & in Platõis symposio Alcibiades Silenis Socratem putat psimilem, quod introrsum longe foret alius, quàm præferrent extima

extima. Siquidem fuere imagunculæ quædam Sileni, ita ꝓrsum concinnatæ, ut discludi possent. Sed occlusæ ridicula nescio quæ ostentabant, Aptæ, ac explicatæ augustius numinis præferebant Idolum. Ab iis uero, quæ de templis Aegyptiorum diximus, dissident non ita, quæ de Nannio proscenio meretricula prodit Antiphanes, & repetit Athenæus, Ea siquidem cultius, exquisitius'q; aureis fulta ornamentis formosæ, gratæ'q; puellæ speciem præferebat, Verum exuta turpissimæ nota non caruit. Vnde proscenii irrepsit cognomentum, super qua re falli tamen nonnullos, aliubi, opinor, subsignauimus.

¶ Olympiadis apophthegma scitum de Pellice. Item'q; alterum in eum, qui formosam quidem duxerat, Sed non illibati nominis. Cap. VI.

p Hilippum Macedonem proditum monumentis est, Thessalicam mulierem amasse ardentius. irroborarat inde opinio uehemens, ueneficiis circunuentum ab ea Philippum, atque ita eius mentem præpediri illaqueatam, demulctam'q;, Qui mos in Thessalia nimio plus frequens erat. Id cũ idẽtidem inaudisset Olympias, mire optabat, quandoq; in potestate sua habere mulierem. Cum se ostentasset occasio, accersiri eã iubet. Quam ubi est conspicata forma præsignem, loquendi non imperitam, prudentiæ haud prorsus expertem, χαιρέτωσαν εἶπεν ἡ ὀλυμπιὰς, αἱ διαβολαί· σὺ γὰρ ἐν σεαυτῇ τὰ φάρμακα ἔχεις. Valeant inquit Olympias, intentatæ calumniæ. Tu quidem in te ipsa ueneficiorum uim habes. Eiusdem porro Olympiadis alterum, & scitum utique circunfertur Apophthegma. Duxerat adolescens quispiam præstanti quidem forma puellam longe conspicuam, Sed quæ parum integra fama, male audiret. In hoc inquit, sopita prorsus ratio est, cæcus'q; animo fertur, ac stupens. Neq; enim sibi eatenus indulsisset, ut oculorum iudicio ducendam putaret Vxorem. Quippe non digytis, non item oculis deligere mulierem addecet, Quod factitant plerique, rationem incuntes, non quidem quo modo illa sit cum eis uictura, Sed quanti ueniat.

¶ Prouerbium, Extra Leucoparyphus, Intus Holoporphyrus. Vocabuli utriusque cum plerisque aliis explicatio. Caput VII.

p Rouerbium perelegans usurpari a' Græcis, animaduerto, Extra Leucoparyphus, Intus uero Holoporphyrus, in eum, qui Vestibus quidem frugi utatur, nec ullo maioris impendii fuco inebriatis, Intus tamen, idest animo luxu diffluat ad delitias usque uel Alexandrinas, Ac totus etiamnum inter Catastlos sit, ac Delphiticos cinædulos, Quando additamenta sunt hæc, & uelut Corollaria efferuescentis luxuriæ. Sumptum id, ac propagatum ex historia. Cum Antipatrum quidam laudibus efferrent, quod esset apprime frugi, ac uictu præparcus, & admodum austerus, ἔξωθεν inquit Alexander, ἀντίπατρος λευκοπάρυφός ἐστι, τὰ δὲ ἔνδον ὁλοπόρφυρος, idest Antipatri quidem extima leucoparypha uisuntur, At intima holoporphyra sunt. Dici autem a' nobis Leucoparyphus potest Albis indutus uestibus, Siquidem est Paryphe uestium contextus. Nam εὐπάρυφοι inde pretiose, ac multa munditia, & circunspecte, composite'q; amicti nuncupantur, & Locupletes. Mentio eius uerbi cum apud alios est, tum in Luciani uita. Paryphes apud Pollucem, & Paralurges indumentum appellatur attextam utrinque habens purpuram. Id uero ab Ionibus dicitur Pachyales. Sed & in tunicis uirgæ purpureæ uocantur Paryphi. Vnde & in latinis literis Virgatæ uestes, & apud Poetam Aeneidos octauo, Sagula Virgata, quæ haberent in Virgarum modum deductas uias, in quo tamen allusum Seruius putat, ad Gallicam linguam, qua Virgæ diceretur Purpura. Virgilii uersus est.

Virgatis lucent Sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur. Holoporphyros uero signat totum purpureum. Sicut Holosericam uestem legimus, Ex serico contextam totam. Xenophon Candyn uocauit Holoporphyron. Est autem indumentum Persicum Candys. Archippus in pluto etiam Platyporphyra nuncupat Vestimenta. Sicuti Stlataria apud nostros quandoq; dicitur purpura.

¶ An mores Massilienses in Plauto recte pro euiratis dicantur. De Massilia paulo plura. item quæ sit nominis ratio. Cap. VIII.

Ores Massilienses in Plauti Cassina, sunt qui molliculos, effœminatiores q; intelligant, ex Athenæi doctrina, abs quo proditum est, Massilienses adeo libidinibus remollitos, fluxos q; olim fuisse, ut morsum prouerbialem non euasse serint. Recte ne id à Græco homine in literas promptum sit, nõ discutio nũc. Vnum scio, Ciuitatem eam Seueritatis eatenus acrem fuisse custodem, ut Mimis nullum prorsus aditum in Scenam daret, quorum argumenta plurimũ actus continent Stuprorũ. Omnibus quoq; Qui religiõis simulatiõe causam inertiæ quæreret, portas omnino occlusas haberet. Scribit Cornelio item Tacitus, Massiliã Agricolæ socero fuisse sedem, ac magistram studiorũ, Ciuitatẽ græca comitate, & quinciali parsimonia mixtam, ac bene cõpositam. Victus porro frugi, atq; modestiæ Massilienſiũ illud non minimum argumentum est, quod Strabo inqt, Dotẽ illis amplissimã centum fuisse aureos, Ad Vestem q; nq; Ad mũdum aureũ q; nq;. amplius uero nullo pacto licuisse. Studia præterea bonarũ artium adeo in ea urbe exculta, Vt nobilissimus q; sq; ex Romanis pro attica pegrinatione, eo ad capescendas disciplinas, & ingenii cultum magno numero confluerent. Galli quoq; accolæ, gens alioq; fera, & barbara, pronis animis ad Massilienſium imitationem quandoq; se cõposuerint. Memorabile illud est, quod grauissimi Auctores prodidere, Aristocraticum qdẽ illorũ fuisse principatum, Sed omnes legum æquitate superasse. Senatores eorũ Timuchi uocabantur, idest Honore præditi, dignitas eum habebat finem, quem Vita. Sed Timuchus nemo erat, cui Liberi non forent. Leges Ionico more publice proponebant. Auctor porro T. Liuius est, Ab V.C. libro XXXVII. Massiliẽses in eo honore, & in ea dignitate apud Romanos fuisse, ac si medium Græciæ umbilicum incoluissent. nõ. n. sonum modo linguæ, uestitum q;, & habitum, Sed ante omnia mores, & leges, & ingenium syncerum, integrum q; a contagione Accolarum seruasse. Propterea Maximus quoque Val. prisci moris obseruantia, caritate populi Ro. Massilienses præcipue conspicuos fuisse, prodit. Sed qd ista consectamur diutius? Vnius M. Tullii auctoritas pro Flacco, Græci hominis morsum retundit, reuincit q;. Massiliæ inquit, disciplinã, atq; grauitatẽ non solũ Græciæ, Sed haud scio, an cunctis gentibus anteponendam iure dicam, quæ tam procul a Græcorum omniũ regionibus, disciplinis, lingua q; diuisa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariæ fluctibus alluatur, sic Optimatum consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint, quàm æmulari. Cæterum iis iam resectis, illud Lecturos nostra hæc, quocunq; prodeant Genio, commonuisse præstiterit, Massiliam inde appellatiõis traxisse causam, Quod cum forte illuc Phocẽses classe appulissent, Vidit Gubernator Piscatorem, quem uocant Græci ἁλίεα, ptinus q; μᾶσαι ἐκέλευσε τὸ ἀπόγειον σχοινίον, idest religare abterraneum iussit funem. quippe μᾶσαι Lingua æolica destinare significat. Quod Timæus tradit. proinde ἐκ τοῦ ἁλιέως καὶ τοῦ μᾶσαι dici Massiliam. Sed Græci Massaliam enuntiant, unde Gentile nomen Massaliotes. ex quo apud T. Liuium forte L. Terentius Massaliota. Isocrates in Archidamo scribit, Phocenses Magni Regis dominatum fugientes coloniam deduxisse Massiliam. Cui sententiæ calculum adiicit Aristoteles quoque.

¶ Vestitus quam esse addeceat rationem. Veris, aut Pauõis cognomina quibus adhærent. Vestimenta initiatorum quæ dicantur per Paroemiam. Item de Athenienſium mysteriis. Quid Mysteria, & quid Mystæ. item Mystile, & Thronon. Vestium repositoria. Rhiscus quid. Caput IX.

NUitu, sicut in plerisq; omnibus, mediocritatem esse optimam, ut omnia ferè, ita hoc quoq; rectissime M. Cicero uidetur dixisse. Nam si modum excesseris, ut Lecto nimis, amœno q; cultu, & magnifico impendio saturatas Induuias, & quales luxu perdita, fluxa q; excogitarunt ingenia, fubluſtri, grato q; uibrantes splendore, & quod grauius est, diuersas quoq;, & coloribus affectes multifarias Gallicis calciatus, non declinabis facile liuidi dentis scommata, quæ apud Lucianum

cianum conſimiliter lectitamus, ἔαρ ἤδη, καὶ πόθεν ὁ παῶς, Quod noſtris ferme uerbis ſonat. Iam Ver adeſt, & unde nam Pauo? Sed & Tragicas Simias Veteribus per Conuitium celebratas, nō lōgius inde reuelli nouimus. Omnis ſiquidem cura plerisq; de Veſtibus, Si bene oleant, ſi pes, Laxa pelle non folleat, nam digyti annulis radiant, Capilli calamiſtro rotantur. Hiſtorica uero lectio inſigne ad hoc nobis documentum ſuggerit. Legimus nanq;, Lacedæmoniorum regem Lyſandrum, Cum Siciliæ tyrannus Dionyſius magni impendii ueſtimenta ad eius filias trāſmittenda curaſſet, dantis munificentiam eſſe aſpernatū, addito elogio, ne inqt, ob iſta minus aliquo modo uenuſtæ uideantur. Grauiſſima eſt ad hoc ipſum pertinens Quintiliani ſententia ex libro octauo, Cultus conceſſus, atq; magnificus addit hominibus, ut Græco uerſu teſtatum eſt, auctoritatem, At muliebris, & luxurioſus non corpus exornat, Sed detegit mentem, Et in Odyſſea Homerus

ἐ'κ γάρτοι τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει ἐ'σθλή, Quibus ſignificatur, ex Veſtibus ornamentum, ac nomen hominibus plerūq; comparari. Quod ſi ediuerſo prætenuem, nimisq; uilem affectaris ueſtitū, Cuiuſmodi ſunt, quæ Triuonaria uocant Græci, Aut ut ſordidus, uel ut Vanæ religionis aſſimulator ſpectaculo, & riſui inimicis eris, uel etiam ut extreme pauper, inops, Irus paſſim contemptibilis fies. Ex hac ratione in Græcoq; doctrina producitur Adagium, Veſtimenta Initiatorum, de iis, quæ attrita prorſus ſunt, Ac diffluūt uetuſtate, nullaq; temporum uiciſſitudine uariantur, Sed eadem ſunt forenſia, eadem & Triclinaria. Vicem quoq; Straguli præſtant eadem, bonumq;, ſi non & lecti. Adagii rationē ex mutis, quod aiunt, Magiſtris hanc didicimus. Myſteria apud Eleuſinem terræ atticæ duorū generum celebrabantur, Magna, & parua. Cereri ſacra erant magna. Proſerpinæ parua. poſterius recepta ſunt hæc. Quin & ratio ferme iſta traditur. Ab Athenienſibus petebat Hercules, ut initiari liceret. Lex id uetabat, qua cauebatur, ne peregrinis impertirētur myſteria. At illi & Viri præſignem admirati Virtutem, & omnium capacem animum, Simul etiam amicitia permoti, quæ uetus fere Ciuitati cū eo intercedebat, Simul quod Iouis filius eſſet, diceretur q;, neqd abnuerent, cui nil negatū uellent, rōnem inierunt, qua nec legi derogaret quippiam, Et nihilominus compotem Voti Herculem facerent. Protinus nanq; parua inſtituere myſteria, Quibus & illum initiarunt. Verū obſeruatum in iis, Vt quam quis, dum initiaretur, ueſtem forte geſtaſſet, eam ne unquā exueret, donec uicta tempore omnino fieret ingeſtabilis. Hinc datus Adagio locus, Quod & noſtrates Rhodigini exprimere uolentes, ubi quem ita ornatum conſpicantur, ut ueſte eadem fori munia obeat, domi ſedeat, hyemē iuxta, atque æſtatem cum ea, uelut laborum ſocia tranſmittat, Eum Sanctorum imaguncu-lis, quas ſubinde in ſacris ædibus expictas conuiſimus, perſimilem eſſe dictitant, Quod illis Diuorum Veſtitores indumenta nunquam demutent. Sūt inter Claſſicos Grecorum auctores, Qui ſcribant, Veſtimenta id genus, in quibus foret quis initiatus, moris fuiſſe, templis oblata dicare. Quod Melanthii quoq; auctoritate, ut tibicine fulcitur, in libro de myſteriis, πάνυ δὲ ταῖς θεαῖς ἀπεῴκουν καὶ ταῖς στολαῖς τοῖς μύσταις· ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. Porro parua, quæ diximus, myſteria erant, uelut προκάθαρσις καὶ προάγνευσις magnorum myſteriorum, ideſt præluſtratio quædam, ac præuia depuratio, Et, nequid incurioſius omittam dignum hiſce memoriis, Ex Stolis eiuſmodi Initiatorum, Quidam etiam Puerulorum faſcias magna religionis opinione conficiebant. Verum, ut leuius aliquid adnectamus, quod ſaturo Conuiuæ colluere dentes poſſit, uel etiam linere, quāquā ex Academia forte anſatus ueniens quiſpiam noſtram hanc ſedulitatem, nonnunquam leuioris operæ aliquid hinc inde corradentem, riſu excipiet, ac nos plerunque ὀμφακίζειν cauillabitur. Tamen, utcunque ſit hoc caſurum, non tam ſupercilioſe, ac cenſorie iſta concinnamus, ut inopi in noſtra menſa non uacet accubitus, memores, ab Heraclito dictum quandoq;, in Caſulis etiam eſſe Deos. Igitur Veſtium repoſitoria Græcis plura ſortiuntur nomina, nam ſunt Cheli, & Ciſtæ, Ciſtides, Phaſcoli, ideſt φάσκωλοι, apud recentiores item Rhiſcus, quo etiam utitur Terentius, Et expoſuit Iulius Pollux. At Phrygium eſſe nomen, putat Donatus, quo ciſta ſignificetur pelle contecta. Eſt & apud Menandrum Candytalis. Verum perſica uidere res. in uſum a Macedonibus producta primū. Zygaſtra inueni apud Xenophontem. Tholiam eſſe uelut Ciſtam memorāt, Cuius ſit operculum Tholoides, ideſt teſtudinatum. Apud Xenophontem repperi eūdem Veſtium Marſipos, ἐν ἀναβάσει. Porro ut uagemur amplius,

ſunt myſteria arcana quædam ſacra. Latini Secluſa uocant. dicta Myſteria, quod ea δεῖ μύσαντας τηρεῖν ἔνδον, hoc eſt, Occludentes oportet intus cuſtodire, nec cuiq̃ explicare. Myſtes uero dicitur Myſteriorum peritus, aut q̃ docet. Sunt q̃ eo nomine diſcipulum interpretentur. Myſtile uero aliud eſt, qppe eo uocabulo Panem Græci dicunt, quẽ Canibus obiiciunt. Noſtri, ut Sex. Pomp. auctor eſt, Canicas uocant ex farre furfures, a' Canũ cibo. Sunt q̃ Myſtilem panẽ interpretentnr excauatũ, ſorbitioni accõmodum, μύσλον enim concauũ dicunt, quod marino aſſimuleť muri, q̃, ubi libido occeperit, μύεται, καὶ συγκλείεται, ideſt obliteſcit occluditur'q̃. Myſtron item legitur quandoq̃ in græcis auctoribus, unde in Conuiuio Macedonico lautitia exuperantiſſimo, ſingulis decumbentium aurea fuiſſe oblata dicuntur Myſtra. Hinc & Myſtropolæ, q̃ id genus diſtrahunt, uendunt'q̃. Quod uero ad Veſtes attinet, a' quibus hic defluxit Sermo, Legi apud Græcos, Veſtes floridas, ac uariegatas inſigniter dici a' Cypriis Throna. Quanquã a' Theſſalis eo nomine intelliguntur animalia uarietate diſtincta, maculoſa'q̃, ideſt τετοικιλμένα. Aetoli autem Throna dicunt τὰ φάλαινα, quod Clitarchus ſcribit. Cui in pharmaceutria ſuccinit Theocritus.

Ἡ δ' ἐς λινῦν δὲ λαβοῖσα τὸν τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον. Homerꝰ autẽ τὰ ῥόδα. i. roſas eo intellexit uocabulo παρὰ τὸ ἄνω θέειν ἐκ τῆς γῆς, quod ſurſum e' terra currant. Thronos uero Cathedrã ſignat cũ Hypopodio, ideſt ſcabello, a' Verbo θρήσασθαι, q̃d ſedere indicat. Nam κλισμὸς ſedes item eſt, ſed inſtructior, cultior'q̃. Vilis autem quæ Diphros nuncupatur.

¶ Veſtium genera plura, quæ uariis de cauſis ſortita appellationem ſunt. Byſtrachium, color. Oratius illuſtratur. Caput X.

Inter indumentorũ autem appellationes, quas eſſe prope' innumeras, cõſtantiſſimum reor apud illos, q̃ paulo plura lectitarunt, ac ſunt in ſtudiis, quod de Origene, ac Didymo traditur, Chalcenteri, & Adamãtini, Inueni pleraq̃ de nationum propagata nominibus. Nã ecce in ueteri memoria cõperimus Tarantinidium. Id uero proculdubio de uſu, de'q̃ Tarẽtinorum delitiis profluxit Amiculũ. Erat item quod diceretur Creticum, quo Athenis ſolitũ uti Regem, proditur. Fuit & tunica quoq̃ Sardonica, Quẽadmodum & Sicula. Nam Theræũ a' Thera, opinor, uel a' ferarũ imaginibus, quæ uocant θηρία, uarium erat. Phrygiũ uero indumentum habebatur mulieribus dicatum. Fuit & Lęnæ quoddã genus, λιθοδουργὸν uocant, quam poſteriores etiam Epigraphon dixere. Sicut eius Artifices Deuterurgos nuncuparunt. Significauit ueſtem hanc in Bacchis Lyſippus. Cuius uero gentis fuerit hæc, parum comperi. Illud exploratius, Caſiorũ Inſulas eſſe paulo plures per ambitum Carpatho, quod monumentis Strabo prodidit, unde frequentiſſimum tempeſtate noſtra defluxit Caſiacæ ueſtis nomen. quam eſſe uſui maximo ſcimus Græcis militibus, Quos Græco uocabulo paſſim Stratiotas uocamus omnes. Caſianam uocari ab Euſtathio de montis Caſii nomine, minus fallit græce nõ imperitos. Diphthera paſtoriciũ creditur ex pellibus indumẽtum. Scribit tamen Herodotus, Ionas Byblos dicere Diphtheras priſca conſuetudine, quod aliquando byblorum penuria, hoc eſt papyri, pellibus uterentur tum caprinis, tum ouillis. Sed & Barbaroꝝ multos item in pellibus ſcriptitaſſe. βαῦτας uero etiam Diphtheras uocari, auctores habemus uel opinatiſſimos. Eſt etiã notior uulgo Byſſacæna ueſtis. Eius ratio nominis a' Byzacio de manauit, unde & Byzacænus in Aphrica ager, Byſſacænus a' Stephano appellatus', Sicut regio Byſſacia. Quanquam nec deſunt, Qui Byzãtium etiam ſcribant, & populos Byzantas, Quos cũ Herodiano Gyzantas appellat Herodotus. Proprię Circumpadanorũ Veſtes fuere pullatæ, Sicuti parte plurima etiam noſtris uiſuntur temporibus. Id ex Plutarcho compertum nobis eſt, in Sermone, qui eſt de iis, Qui ſerius puniuntur diuinitus. Neq̃ enim inquit, Thracas approbarim, quos etiamnũ tempeſtate iſta in Orphei gratiã mulieribus ſtigmata inurere, ſcimus, neq̃ item Eridani accolas μελανοφοροῦντας, ideſt atratis utentes ueſtibus ex Phaethontis luctu. Pellenicæ autem Lęnæ nomen ſibi uẽdicant plurimum, Adeo ut pręmii uice Athletis proponerentur uincentibus. Id fieri ſolitum interpretantur, ἐν τοῖς ἡραίοις, hoc eſt Iunonis feſtis. Alii cum Hermæa, ideſt Mercurii feſta in Pellene Achaiæ celebrarentur, Epathlon id genus contribui ſolitũ, tradunt. Vnde facetiſſime in Auibus Ariſtophanes

ſtophanes, de eo, q Veſtib⁹ utebat attritis admodũ, ut poſſet de balneolo cogitare ꝓducẽdo. μῶν δῆτ' πελλήνης πέτεσθαι διανοεῖ, An inquit, recta Pellenem euolare cogitas? Nam & ante paulo in eiuſdem ordinis hominẽ, Indigere eũ hirundinibus multis pronuntiarat. δεῖσθαι δ' ἔοικεν, οὐκ ὀλίτων χελιδόνων, quo ſignificabat, Verno illum indigere tepore, quo multæ ſe proferant Hirundines. In quo ad Parœmiam alluſum eſt, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Hirundo una uer non facit. meminit Ariſtoteles moralium primo. Chlænam dicebant Veſtem, quam Tunicæ iniiciebãt. nos Lęnam dicimus. Ex iis aliæ ſunt Aploides, ideſt ſimplices, ut apud Homerum χλαίναι οὖλαι. Aliæ autem duplices. Has uero Attici Aplagidas dicũt, & Diplaſidas, & Dibolos. Ex tunicis alia uocabatur Amphimaſchalos, quæ Liberis congrueret, ab axillis ita cognominata. Heteromaſchalos Seruitiis dicabatur. Erat & tunica dicta Orthoſtadios, qua utebantur non cincta. Illud hic obiter ſubnotarim, ne dilatum forſan excidat. ubi Homerus ait Chlænam περονήσασθαι, exponens Euſtathius, peronis, ideſt fibulis, inquit, quas & Combia dicimus, colligauit. Sunt qui Combymata pro ornamentis accipiant. Inuenio in Græcorum Theſauris, Naucratitas in Prytaneo Conuiuia ſolitos agitare in Genethliis hoc eſt, natalitiis Veſtæ, quam Prytanitida dicunt, necnon in Comæi Apollinis Panagyri, Stolis indutos candidis, quas etiamnũ Veſtes nuncupant Prytanicas. Illud apud Ioſephum uideor obſeruaſſe, Sacerdotibus modo Verſicolore uti indumento, lege fuiſſe permiſſum. Sunt qui prodant, id genus ſolitum admitti ab iis, Qui cæleſtia uice numinum uenerarentur. proinde Leuitici decimonono, Veſte, quæ ex duob⁹ texta eſt, non indueris. Inter Veſtes mulierum proprias, erat Diploidion, Hemidiploidion, Cataſtictos, quo utiq; nomine tunica uenit animalium figuris intexta, aut floribus, nam & in noſtris literis belluata quandoq; legimus Stragula. Inter tunicas recenſetur & Peplus, ut apud Xenophontem, quãquam apud hunc obſeruauimus etiam Viris congruere Peplum. Nam Armenium ſcidiſſe Peplos ſcribit. ni dicamus, Barbaros Veſtibus plerũq; fœmineis gaudere. Sunt qui Eanon eundem putent cum Peplo. Sunt qui diſpeſcant ita, Vt nullis diſtinctos uarietatibus Eanos intelligant, Peplos uero accipiant uariegatos. Quod autem indumentis aliis etiam iniiceretur Peplus, ex Mineruæ utique peplis, libera, ut inquit Pollux, cõiectatio eſt. Perineſa uocabant indumenta, in quorum extremitatibus aſſuta circuncurreret Purpura, Inſulæ quadam imagine, propterea id forte Anaxilas etiam νῆσον uocauit, ideſt Neſum, ſiue Inſulam. Othonem apud Homerum album interpretantur Amiculum ex Lana utiq;, non ex Lino, prætenue. Fuerunt tamen, qui eo nomine præcandidum Epiſcoporum, & eius loci Sacerdotum amiculum intelligi recte putent, Id plebecula, nobiles'q; certatim Rochetum dicunt. Homerus.

λυ̃τ' ἀργεννῆσι καλυψαμένη ὀθόνησι, ideſt confeſtim uero candentibus amicta Othonis. Sunt & Veſtiũ pleręq; de Colorib⁹ ꝓductę, Alurgides, Porphyrides, Phœnicides, Batrachides. Et ſunt hę quidem uiriles, Ex quibus Batrachida ſunt, q floridam intelligant ueſtẽ. Sic de colore nũcupatam, Batrachos certe Rana eſt. Batrachion uero coloris ſpecies, quo ante excogitatas perſonas, faciem obungerent. Propterea Oratius,

Quæ facerent, agerent'q; peruncti fecibus ora.

Eſt item Aeginitæ Paulo Batrachos ſub lingua infantili potiſſimum tumor φλεγμονώδης, ideſt cum inflãmatiõe. Batrachium, & Phenicium fuiſſe Athenienſibus Dicaſteria, auctor Pauſanias eſt, de coloribus appellatione ducta. Muliebria illa cenſebantur indumenta, Crocotus, ideſt κροκωτός. Crocotion. Paralurgides. Omphacinon. Cui tamen colori arriſiſſe Alexandrum quoque traditur. Fuit & Indumentum Hydrobaphes, quod mox etiam Pſychrobaphes dictum, apparet. Erat Cilliũ item Coloris ſpecies, quem poſtea Onagrium uocarunt, nam Cillon Dores Aſinum uocant, & Aſinarium Cillantera. Phæus color & niger affines admodũ ſunt. Phæum tamen ex albo, & nigro concinnatum uolunt pleriq;, Myinõ item nuncupatum, quod in libro de morali uirtute confirmat Plutarchus, teſtatur, & primo de Ideis tomo Hermogenes. De Pictorum coloribus ſcribens Pollux, Colores inquit, ſunt Andricelon, Oſtreon, Praſinon, Crocoides, Cyaneus, Cinabari, Xanthus, Phæus, Phlogoleucus, Leucophæus. Hunc uero poſtremum intelligo Phæum, in quo plus paulo inſit albicantis qualitatis. Sicut Phlogoleucum flammeum quidem, Sed alboris habẽtem plurimũ. Perſarum geſtamina erant, Candys, Anaxyris, quam & Cyrbaſiam dicunt, & Cidarin, ac

Pileum. Sed Cădys quidem Regis erat Haliporphyros. Cæteroq; modo purpureus, quandoq; & ex pellibus conſuebatur. Eſt item Capyris Perſarum tunica manicata. fuit & Perſicæ gentis Candyces. meminit Ariſtophanes. Myoton, ideſt μυωτὸν Armeniorum fuiſſe dicunt, ex muribus contextam indigenis, aut eius animalis figura uarie ornatam. Maſſilienſium erat Chortæus. Velut Rhiza Thracum. Babyloniorum Caunaces. Mandya uero Phęnolę ſimilis habebatur. Cuius meminit in Iphigenia Rhinthon. Mandyan ſunt qui etiã Loricium nuncupent, ideſt λωρίκιον, quod penulæ genus foret, qua ſe, ut Lorica, munirent. Latini Mantellum dicunt. Apud Seras hoc eſt σῆρας ſunt proprii generis Veſtes ex animali, quod σῆρα uocent Græci, Indigenæ aliter omnino, Magnitudine dupla, quàm Cantharus maximus, Alias Araneis perſimile, in Arboribus quæ dicuntur texere, nam & par eſt pedum numerus, octo utique. Iis domunculas conſtruunt Seres, æſtate, ac hyeme accommodas. Animalium opus filum eſt pedibus obuolutum, ac prætenue. Aluntur annis plurimum quatuor, cibus ἐκ τῶ ἐλύμου, ideſt ex Pannico eſt. Anno autem quinto, neque enim illis uita productior, Calamus obiicitur uirẽs, Qui omnibus creditur animalibus mira gratus ſuauitate. Cibo id genus ampliter ſaburrata mox rumpuntur, diffiliunt'q;. Sic uero immorientibus, in utero plurimum τῆς ἀρτεμόνης, ideſt textrinæ comperitur materiæ. Inſula σηρία Pauſanias inquit, in intimo eſt rubri maris ſinu, Sunt, qui a' fluuio, Quem dicãt σῆρα, effici Inſulam probent, uti a' Nilo Delta. Seras aliis in Scythia conſtituẽtibus, tractu ad Indos uergente. Poſtremo æſtiuam ueſtem Theriſtron dicimus, & Theriſtrion. Sicut hyemalem Chimaſtrum. Homerus Alexamenon appellauit. Quam uero Syriam uocant multi, hanc Autocopon dixere Comici. Mitram Homero poſteriores Tæniam eſſe dicunt, qua obligẽt Caput, ſiue faſciã malis dicere. uñ & Mitrophori nũcupent'. Ex Euripide manifeſti⁹ liquet. μίτρας ἀναδήτοις ῥυθμίζεσθαι πλόκαμον.

Apud Herodotum quoq; eſt, μίτρας κατειλίχαϐ. Sunt & qui ſic finiant, ex faſciis, horariis'q; concinnatas corollas dici Mitras. a' Miton uero, quod filum eſt, inclinatur Mitra. Eſt eodem quoq; nomine Zona, quam ſoluere narrantur primum parientes, dicant'q; Dianæ, nato inde illius cognomento, ut appelletur λυσιζώνη. quo nomine etiam Athenis templum uiſebatur conſecratum. Mitram certe incorruptam dicit Apollonius, ubi conſtat etiamnum pudicitia, uirginitas'q;. Sed & Tænia dici uidetur eadem, unde Tæniopolis apud Eupolin, interprete Athenæo, pro ea, quæ muliebres diſtrahit Zonas. eſt & Tænia piſcis prætenuis.

¶ Lacides Veſtes quæ ſint, ac item Pilares, & Spira, & quæ dicerentur Pilæ. Cur Tauri Phœniceis irritentur, contra Domitium, & quæ ſit eius rei ratio. Problematum genera. Auſonius, Virg. & Ouidius declarantur. Thyſani, Croſſi, Tapetes. Strotæ. Cap. XI.

Eſtes porro' uetuſtate dilabentes, ac laceras uocauit Ariſtophnes in Comœdia, Lacidas, nam & Laciſma græce ſciſſuram nobis indicat. Sunt qui Spira etiam uocent, ideſt τὰ σπεῖρα. Vnde Spiropoles, etiam ſi melius eſt item indumentum quandoq; Spiron, nam eſt & militaris ordo Spira. Latini id genus Pilares dicere Veſtes poſſent. Quod Martialis ſignificat, cum Epigrammatum ſecundo, de Toga ſua, quam pertritam, conſciſſam'q; intelligi uolebat, ita ſcribit.

At me, quæ paſſa eſt furioſi cornua Tauri.

Noluerit dici quam Pila prima ſuam.

Erant ſiquidem, ut Sex. Pomp. ſcribit, Pilæ uiriles effigies, atque item muliebres ex Lana, Quæ compitalibus ſuſpendebantur in Compitis, quod eſſe Deorum inferorum putarent, quos uocãt Lares, Quibus tot pilæ, quot capita Liberorum, Seruorum, mulierum circa compita habitabant, ponebantur, ut eſſent iis pilis, & Simulacris contenti, uiuis'q; parcerent. Hiſce uero imaginibus nullius omnino pretii Veſtes circũponebantur. Proinde pannoſos etiã quandoq; Martialis Pilas uocat, Vt Epigrammatum decimo, in Laurum.

Sed qui primus erat luſor, dum floruit ætas,
Nunc poſtquam deſiit ludere, prima pila eſt.

Sunt & in ratione ædificiorum Pilæ quoque, ex quarum uidentur genere Anterides, Siue Eriſmæ, quæ ꝓcurrunt ab imo, mox gradatim contrahuntur. Antes uero quadraturę ſunt,

ex quo

ex quo Antæ uocantur quadratæ Columnæ. Virgilius.
Iam Canit effœtus extremos Vinitor Antes.
Cæterum quia de Pilis Sermo eſt, Aſtruit Poetæ illius acutus Interpres, ut de eo meum ſemper fuit iudicium, & bene doctus quoq; etiamſi naſutiores multi, ſubditis equo calcarī bus, laxis habenis toto in illum feruntur impetu, & altius genuinum infigunt, Ab hac pilarū ſimilitudine Veſtes, quæ in Spectaculo tauris obiicerentur irritandis, Pilas item fuiſſe nuncupatas, quod a' Tauris peterentur, tanquam effigies hominum. Vel inquit, Pilæ dicebantur, quod in globum & Luſoriæ pilæ ſpeciem conuolutæ iactabantur, quāquam rudis antīquitas, ut Pædianus auctor eſt, homines e'ſtramine formaret ad eum uſum. Poſtea inquit, Luxus in tantum auctus eſt, Vt Veſtes etiam purpureæ obiicerentur. Quod duodecimo Metamorphoſeos ſignificaſſe Ouidius quoque uidetur, cum ita canit.
Haud ſecus exarſit, quàm circo Taurus aperto,
Cum ſua terribili petit irritamina cornu,
Phœnicias ueſtes, eluſa'q; uulnera ſentit.
Sed ut nos ex multiiuga lectione cultius aliquid aucupemur, quod ingenioſus Enarrator minus aduerterit, Cuius fiducia haudquaquam in aurem utranq; dormiendum, Sed peruigilate ſemper excutiendi Poetarum Senſus, quibus ille multum intulit claritatis, cum alioq; Heracliti tenebris obuoluti, plurimis iacerent incogniti, & inſciti. Subeſt ſemper fere' intercutaneæ eruditionis aliquid, quod non niſi Lynceo conſpexeris. ueluti in eo, quod ait, nimio luxu inſtitutum, ut Phœniceæ ueſtes coniicerentur ad Taurorum irritatiōem. Id uero minus ueritate connititur, nam ex natura rerum oborta conſuetudo eſt, Quam & Iurecōſultus Vlpianus digeſtis de furtis non ignoraſſe uidetur, cum ait, Cum eo, qui pannum rubrum oſtēdit, fugauit'q; pecus, ut in fures incideret, furti actio eſt. Quod ut uerum ſcias, Audi quid doctiſſimus ille Plut, in oratione, qua connubialia contexuit præcepta, ad hoc ipſum pertinentia memoriæ mandanda cenſuerit. Qui Elephantis inquit, ſe admouent, Veſtem claram non geſtant, nec puniceam, Qui Tauris, quod huiuſmodi coloribus illa animalia maximè efferantur, Sicuti Tigres in tantum aguntur furorem ſonitu tympanorum, ut ſemetipſas dilanient. Feles olfactu odoramentorum perturbari, & furere traditur. Idem porro Plut. in libro de Alexandri fortuna, liquidius etiamnum Tauros Phœniceis irritari, efferari'q; ſcribit, Elephantes uero albis. Verum ut ex noſtris item literis doctrina corroboretur, Apud Senecam libro de Ira tertio ita reperio. Quod accidere uides animalibus mutis, idem in homine deprehendes, friuolis turbamur, & inanibus. Taurum color rubicundus excitat. Ad Vmbram Aſpis exurgit. Vrſos, Leones'q; mappa proritat. Omnia, quæ natura fera, ac rabida ſunt, conſternantur ad minima. Porro' & Ceruos rubræ pennæ aſpectu terreri non'ne & Auſonius comprobat illis uerſibus?
An cum fratre uagos dumeta per auia Ceruos
Circundas maculis, & multa indagine pinnæ?
Id & Seneca ſignificare uidetur libro de Clementia primo. Si feras inquit, linea, & pinna cōcluſas contineas, iubeas'q; telis inceſſi, tentabunt fugam per ipſa, quæ fugerant, proculcabunt'q; formidinem. Sed & in Georgicis, libro tertio cōmeminit Virg. ubi de Ceruis ait,
Puniceæ'ue agitant pauidos formidine pennæ,
Quem tamen locum inſcitiſſime explicari, animaduertes etiam ab iis, qui fimbrias expandunt, & oſtentui ſua habent omnia, & pectus ſuū bibliothecam rentur. Sed & Ouidius eadem inſcitiæ labe inuoluitur magis, quàm explicatur Metamorphoſeos. XV.
Nec formidatis Ceruos includite pennis.
Quod ſi curioſior aliquis horum euentuum amplius rationem perquirat, Cum Alexandro forte reſpondebimus, Problematum nonnulla eſſe prorſum ambiguitatis expertia. Neque enim dubitandum putabit aliquis, cur uolucribus plumas contribuerit natura. Quippe, ut iis foueantur ueſtimentorum loco, datas, liquido patet. Quædam uero ἄλυτα παντελῶς, ἅτε θεῷ μόνῳ γνώριμα. hoc eſt, ſolutiōis expertia omnino, ac Deo tantum cognobilia, Qui horum conſtituit eſſentiam. Dubia enim quæſtio eſt, quāobrem γαργαλιζόμενοι μαχάλαι, ἢ πέλματα, ἢ πολυρὰς, γελῶσιν, ideſt titillati alas, aut plantas, aut latera rident. Siue qua de cauſa audientes aliquos atterentes marmora, aut ſecantes, aut ſtridentes, aut ferrum liman-

tes dentibus eueſtigio inhorreſcunt. Vel cur magnes attrahat ferrum. Electrum paleas. Leo Gallum metuat. Coturnices Helleborum comedant hominibus letalem. Ex hoc genere ſunt, quæ à Medicis ἰδιότητες ἄῤῥητοι λέγονται, hoc eſt, occultæ appellantur proprietates. Quod autem ſuum uniuſcuiuſq; occultum eſt, id parum habet, cuius reddi cauſa poſſit. Male enim quidam horum ſolutiones ſubitaneas efficiunt, ualde inutiles, nec fidem facientes. Aiunt enim Struthocamelum ferrum non proprietate ulla, ſed potius calore concoquere, quod profecto inſulſum eſt. Leo nanq; cum hoc ipſo animali feruidior ſit, non tamẽ ferrum conficit. Sunt & ſuæ Philoſophis occultæ proprietates. Immo uero etiam Grammaticis, Quæ πάθη uocantur, σεσημασμένα ταῖς χρήσεσι, ideſt ex uſu adnotatæ. Tertium uero genus eſt Problematum, quod medium tenet locum, & ad cognitionem habendam minime ambiguum eſt, & ſolutioni ſubiicitur. Quod ergo de Tauro propoſitum eſt, eſſe inter ἰδιότητας ἀῤῥήτους, manifeſtum uideri poteſt, niſi quod Auicenna primo Canonis ita prope modum ſcribit, Aeſtimationes inquit, humores permouent. Quippe Sanguinem agitat rubentium rerum intuitus. Quare eum, cui è naribus profluere Sãguis aſſueuerit, uetamus rubens quippiam amplius inſpectare. Ratione eadem Albertus ſcribit, ad prælium Elephãtes excitari. Conſimile narratur ferè de Stymphalidibus miraculum, Quas Hercules ſagittis impetiuiſſe dicitur, Sed ab eo interemptas, abnuit Camireus Piſander. Aues eſſe dicuntur ἀνθροφάγοι, Quæ tamen Crotalorum abigantur tinnitu, Plurimas haberi in Arabiæ deſertis, tradunt, Leonibus, ac Pardali non mitiores. Aucupatum prodeuntes inuadũt, ac roſtris conuulnerantes interimũt, perforatis etiamnũ æneis, ferreiſq; munimentis, Quod ſi Phloinam induant ueſtem craſſiorem, obluctatur ea demum, obſiſtitq;. Immo perinde, ac uiſco fixa inhærent roſtra, tenenturq;. Earũ magnitudo ferè, Quæ Gruum. Similitudine Ibin exprimũt, Sed robuſtiora illis roſtra, nec adunca. Porrò apud Stymphalum Dianæ uiſebatur Stymphaliæ templum, Et in tecto Stymphalides Aues ex ligno compoſitæ, afformataeq;. Arabiæ putantur uernaculæ, atque inde ad Stymphalum deuolaſſe. Quod uero in ueſtibus quandoq; Thyſanos dici legimus (nam & Homerus Aegida nũcupat Thyſanoeſſam) fimbrias intellige, quas item Broſſos nominant, uel Croſſos, Si per omicron ſcribatur, nam κρόσσοι uocitantur hydrophora uaſa, ideſt aqualia. Sunt autẽ Thyſani ſchiſmata, ideſt Sciſſuræ quędam, unde apud Pauſaniam Arethyſani, ideſt Martis Thyſani. Croſſum etiam pro Cratere accipit Sophocles, apud Lycophronem, & cæteros aqualia intelliguntur Vaſa, cuiuſmodi forte Lagyni ſunt, & Xeſtæ. Dicuntur Croſſi à κεράω, & per conciſionem κρῶ ſignat id infundo. Tapetes uero inter Veſtes utique non ſunt, Verum ea nomenclatura certi generis Stragula intelliguntur, uel nominis argumento, proculcationẽ indicantis, ideſt ἀπὸ τοῦ πατεῖν. Amphitapetas putat Aelius Dionyſius ex utraque parte hirſutie præſignes. hos item Amphimallos intelligit Pauſanias. Iis porro diuerſi, quos Heteromallos uocant, ideſt una modo facie hirtos. Omnino Tapetas dicunt μαλωλοὺς, ideſt uilloſos. Quibus inſternendi incumbit functio, recte uidentur dici Strotæ græca ratiõe, Nam apud Perſas leguntur βασιλικοὶ στρῶται, ideſt Regii Inſtratores.

¶ Cur Aeſculapio Gallum debere ſe apud Platonem, Socrates dicat. Aduerſus Lactantium adnotantur paucula. Caput XII.

1 Actantius diuinarum inſtitutionum libro tertio, Socratem inceſſit, Qui in Platonis Phædone familiares rogauit, ut Aeſculapio Gallum, quem uouerat, pro ſe ſacrarẽt, Timuit inquit, ne apud Rhadamanthum reus uoti fieret ab Aeſculapio. Dementiſſimum hominem putarem, Si morbo affectus interiſſet. Cum uero hoc ſanus fecerit, eſt ipſe inſanus, qui eum putet eſſe ſapientem. At ego o Lactanti non te quidem dementem dixerim, cum & prudenter, & docte ſcripſeris non parum multa, Sed Socratem, ut temporibus illis, bene cordatum hominem contenderim. Cuius uita ut Chriſtianæ ſanctitatis imago quædam, laudat à Scientiſſimis. Te uero Platonis ſenſum haudquaquam aſſecutũ, id argumento eſt, Quod quæ obuelatis traduntur figuris, nec niſi allegoricis enarrationibus unquam intelligenda, Ipſe, ut ſimpliciter dicta, accepiſti, oblitus, ut uidetur, ſententiæ illius. Nunquam futurum

Platonicum,

Platonicum, Qui allegorice Platonem non putet intelligẽdum. Niſi forte Ariſtotelico more in Platonis uerba, non in ſenſum opertum, & profundiorem ſigna intuliſti, Quando & Sanctiſſimo doctore Thoma in paraphraſi de Anima comprobãte, refellit Ariſtoteles Platonem ſuum hac potiſſimum ratione. Sed attendendum inquit, nõ id improbari, quod Plato ſenſerit, Sed quod uerborum oſtendat conſuetudo. Hoc fuiſſe tibi propoſitum Vir doctiſſime, ac de Chriſtiana ueritate optime merite, malim eqdem credere, quàm lapſum tam fœde, tamq; pueriliter. Etiamſi in eandem recidit ſententiam in Apologetico Florẽs Septimius. Quid uero illis inuolucris ſibi Plato uoluerit, iam nunc ex Platonicorum ſentẽtia pro mere adoriar. Priſci Aeſculapio medico, Phœbi filio Gallum ſacrificabant, Diei, Solisq; nuntium, ideſt Diuinæ beneficentiæ morborum omnium curatrici, Quæ diuinæ prouidentiæ filia nominat. Cui diem, ideſt Vitæ lumen ſe debere fatebantur. Eiuſmodi medicum in ſuperioribus Socrates perquiri iuſſerat, morborum Animi curatorem. Præterea Priſcorum oracula tradunt. Animas remeantes in Cælum Pæana, ideſt triumphalem Cantilenã Phœbo canere. Reddit ergo Deo uotum, ut alacer Pæana canens cæleſtem repetat patriam. Socratis uerba in ultima Phædonis parte hæc ſunt. O Crito, Aeſculapio Gallum debemus, quem reddite, neq; negligatis. Penſitent iſta libra acriore Studioſi omnes, non arbitrabunt, alienæ famæ conuellendæ gratia, nobis perinde ac de curru garriẽtibus, hæc euigilata, Sed Veritatis ratione, & nequid diffitear, Platonicæ doctrinæ propẽſiore ſtudio, Cui, propter illud Symbolum θειότητος, tam afficimur, quàm qui maxime.

De Gallinaceis excerpta pleraq; non incurioſe. Cur ante lucem canant, curq; Aues dicantur Perſicæ. Caput XIII.

Quoniam uero in Galli mentionem incidimus, ut non abſq; fœnore hoc ſit factum, & auctario, ut melius poſſumus, legentes dimittamus onuſtos, nec tamen ab inſtituto, & iis, quæ paulo ante prodita nobis ſunt, abeamus longius, aut extra Oleas, ut aiũt, feramur, & naſutior quiſpiam in nos regerat illud uetus, Bene prorſus, bene, Sed quonam iſtud tam bene? Veterum ſententia frequens fuiſſe uidetur, Gallo uim omnia, quæ deglutierit, conficiendi adeſſe, propterea in Veſpis Ariſtophanes, ἀλεκτρυόνος μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν. ideſt Galli me Ventrem habere diſtitabat. Id uero enarrantes Grammatici, Galli inquiunt, Calore uentris feruentiſſimo cuncta percoquunt. Quoniam uero Plinius ſcribit, Pergami omnibus annis ſpectaculum Gallorum publice edi ſolitum, ceu Gladiatorum, Siendum eſt, id & Athenis factitari cœptum, ut auctor Aelianus eſt, a Themiſtocle ſuperatis Perſis. Adiicit & in Sermone, qui Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis inſcribitur, Lucianus, Coturnicum magno ſtudio, non Gallorum modo certamina ibidem ſpectari conſueuiſſe. Seueri quoque filios Herodianus ſcribit, diffidere ſolitos puerili primum certamine, edendis Coturnicum pugnis, Gallinaceorumq; conflictibus. Proditur item memoriæ, Socratem Iphicrati duci animos adieciſſe, cum ei præmoſtraſſet Gallinaceos coram Callia pennis, ac roſtro dimicantes. Quam utilitatem agnouit & Chryſippus in libro de Iuſtitia, dum Gallorum æmulatione iniici nobis ad fortitudinem ſtimulos, & ſubiici calcaria, prædidit. Iucundum uero eſt, quod obſeruatum hac parte non reticebimus. Gallinaceis mox compugnaturis allium in cibis obiici ſolitum, quo acrius decertarẽt. Ex quo facetiſſime in Veteri Comœdia ἐσκοροδισμένος, ideſt allio paſtus, quod Scorodon uocant, pro uehementi, ac nimis in pugnam procliui dicitur quandoq;. Auctor uero idem Plinius eſt, Gallinaceos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; Somno, a natura genitos. Scrutantur autem multi, Cur nam uni fere animalium ſic ante Lucem datum, canere. Aliquot eius rei afferri pro ingeniorum captu rationes ſolent. Nam, ut hinc potiſſimum exordiamur, ſuper ea re lepidiſſima ex Luciano fabella affertur, quam & tralatam apposui. Fuit quandoq; Alectryon Iuuenis, hoc eſt Gallus nomine, hic Marti uſqueadeo familiaris eſt factus, ut cum eo ſubinde comeſſaretur, foretq; amorum illius cõſcius. Sicubi ergo ad Venerem itaret Mars, aderat comes Alectryon. Quia uero ſuſpectum præcipue habebat Solem, ne rem conſpicatus, Vulcano renuntiaret, pro foribus excubare adoleſcentem iubebat, ſignificaturum, ubi comparuiſſet Sol. Forte ita euenit, ut conſopitus excubias proderet

Adoleſcens, fieret'q; ſpeculatio cæca, ac ſuperueniente clàm Sole, Mars, Venus'q; comple/xi deprehenderentur, in utranque, quod dicitur, aurem Alectryonis fiducia decubantes. Fa ctus uero certior Vulcanus Catenis prætenuibus utrunque mox illaqueat, obretit'q;, quas ad eum uſum diu antea erat commolitus. Sed emiſſus deniq; è uinculis eiuſmodi Mars, in Alectryonem prorſus fit cõmotior, nec prius ira deferbuit, quàm in eius nominis auem de/formarit malefidum cuſtodem, atque ita, ut criſta uiſeretur celſus, ſicuti cum hominem age ret, galeam geſtarat. Verum ex antiqui admiſſi memoria, ut ſe Deo expurgent, illati'q; dãni formula, ſatiſſaciant, Haſce Aues morem perpetuo ſeruare, diu ante ut præcinant, ubi mox oriturum præſenſerint Solem, ne lux obrepat incautis. Sed enim, ut ab iocoſis ueniamus ad Seria, Scribit in diuinationibus M. Cicero, Democritum hiſce ferme` cauſam adortum ex/plicare, Cur ante lucem concinant Galli. Depulſo inquit, & in omne corpus diuiſo, ac mo/dificato cibo, Cantus edunt quiete ſatiati. Qui quidem, ut ait Ennius, ſilentio noctis fauent faucibus, rurſum cantu, plauſu'q; premunt alas. Sunt uero qui Salaciſſimæ auitii eius na/turæ acceptum referri aſtruant oportere euentum eiuſmodi. Nam cantu ſignificari Vene/ris appetentiam, inde eſt argumentum euidens, quod ante quàm uſui uenerio ſufficiant, cõ/ticeſcunt. Eſſe porro` in more Auibus nonnullis, ut procliuitatem & lubentiam ad initum quolibet præeant cantu, cum alibi comprobat Plinius, tum ubi ait, Perdices fœminas con/cipere ſuperuolantium afflatu, ſæpe uoce tantum audita Maſculi. Contingere autem Galli/naceis, quod fere` cæteris uſuuenire, compertum eſt, Vt peracto cibo, refecto per quietem corpore, ac inde maxime uegeto, libidinis titillentur pruritu. Interuulſus autem Somnus, ac identidem repetitus, cantus frequentiæ cauſam facile ſuggeſſerit. Lepidum porro` Ari/ſtophanis poetæ commentum eſt in fabula, cui titulus ὄρνιθες, Gallum quandoq; impe/raſſe Perſarum gentibus, quo argumento etiam Perſica dicatur auis. Atque eo item nomi/ne Cyrbaſiam, & Tiaram geſtitet rectam, quod Regibus tantum licebat, Clitarcho traden te. Adeo uero præpotens, ac formidoloſum fuiſſe illud imperium, Vt nunc quoque Auibus id genus in diluculo præcinentibus, proſiliant ad opera omnes, ceu mulctam ueriti. Eſt huic Aui, quod equidem relatu dignum cenſui, amoris intellectus, & quod miremur, in homi/nem. Auctor quippe Nicander eſt, Secundum, qui Pincerna regius fuit in Bithynia, A` Gal lo amatum eximie, cui nomen foret Centaurus. Quanquam alibi etiam ab Anſere puerum amatum prodit Clearchus in Eroticorum primo. Nomen pueri Theophraſtus non tacuit, Amphilochum appellatum tradens, ac genere Olenium. In Leucadia Virginem eatenus adamauit Pauo, ut ea functa humanis, commoreretur. In arce porro` Heleorum Pallados Galeæ inſidet Gallus, ex pugnacis, opinor, naturæ argumento, Sed, inquit Pauſanias, Mi/neruæ ſacram arbitrari, quam ἐργάνην uocant, poſſumus Auem hanc.

¶ An ſit in Verbis omnino uis ulla. Cur'q; in ſacris plerunque barbaris uterentur uo/cibus. Caput XIIII.

q Væſtio diu agitata ueteribus eſt, inſit'ne uis aliqua uerbis, certa quadam enuntiatis formula. Equidem Chriſtianæ ueritatis cultor qui poſſit inficia/ri? quando Princeps ille rerum, ac Summi Patris filius, Ex uero Deus ue/rus præfatione Sacerdotis breuiſſima ſeuocetur, eliciatur'ue a` Cæleſti ſe/de? Cui ſimile quiddam & Priſcorum uana ſuperſtitio aut habuit, aut cre/didit, Quando & Tullum Hoſtilium Piſonis tradidere monumenta, ex Nu mæ libris, eodem operatum ſacro, Iouem elicere Cælo, quem & inde Elicium uocabant, quod in faſtis cecinit Poeta nobilis, conatum, cum parum ex formula quædam obiſſet, de cælo ictum, atque cum domo deflagraſſe. An non & Olenum Calenum uatem fortunam Romani imperii aſtuta interrogatione depeculari adortum, frequens prodit hiſtoria? Por/ro` an non ſcimus, Verbis aliis Impetrantem, Aliis Depulſorem, aliis uero Cõmendantem ſolitum precationem peragere? Quin & ueteri ritu, nequid Verborum præteriretur, aut præpoſtere enuntiaretur, conſueuiſſe de Scripto præire aliquem. Cur uero, inquit Plinius, primum Anni incipientis diem lætis precationibus inuicem fauſtum ominamur? Cur pu/blicis luſtris etiam nomina uictimas ducentium proſpera eligimus? Cur & faſcinationibus

adoratione

adoratione peculiari occurrimus? In duodecim tabulis non'ne excantatas legimus fruges, & mali Carminis incantationes? Non pauci & Serpentes recantari posse, putant, contrahi'q; Marsorum cantu etiam in nocturna quiete. Sed, utcunq; iudicet de his Vita. Illud utiq; mirari me plurimum, fateor, Cõtexi etiamnum tempestate nostra ab id genus Maleficis excantamina quædam uerbis prorsum ignorabilibus, constans'q; opinio est, efficacissimum esse modum eum, nec demutare ullo modo esse fas. Quæsitum hoc olim quoque & a` doctissimo Porphyrio, quid ita uterentur Sacerdotes plerunque nil significantibus nominibus. Quæstioni, ut quæ aduersus Gentiles scribit Beatus Thomas, nunc omittam, nititur occurrere Iamblichus inter Academicos cognomento diuinus, Astruens nomina eiusmodi nobis prorsum incognita, insita'q;, habere tamen apud Deos notiones suas. Nam & quorundam significata nos esse assecutos, diuinitus intellectu eorum insinuato, Esse nihilominus modum in eis significandi ineffabilem. Si uero quæritur, cur inter diuinorum nomina, Cæteris Barbara anteponantur, Illa affertur ratio, Quia sacrarum Gentium, uelut Aegyptiorum, Assyriorum'q; totum Dii Sermonem approbauerunt, tanquam sacris maxime congruentem. Propterea inquit, communes dictiones, modos'q; loquendi arbitramur cognatæ ad Deos dictioni, orationi'q; adhibendos, præsertim quia antiquior, primus'q; extitit modus hic loquendi. Et quoniam prima nomina diuinitus acceperunt, dum ea cum propria lingua miscerent, tanquam cum familiari, consentanea'q; illis uoce contemperantes, Ita nobis seruanda perpetuo tradiderunt. Adiicit porro`, non eandem prorsus mentem seruare nomina in aliam tralata linguam, Sed esse singulis gentibus propria quædam, quæ aliis uocibus significari nequeant. Quod si maxime interpretari possint, non tamen eandem permutata seruare potentiam. Habere insuper nomina barbara multam Emphasim, ideſt insinuationis, demonstrationis'q; efficaciam. habere & concisam breuitatem, minimum uero ambiguitatis, & uarietatis, multitudinis'q; uerborum. Propter'q; omnia hæc Superis congruere maxime. Denique concludens, ritus Adorationis antiquos conseruandos esse ait in tactos, Siquidem eorum demutationem fuisse causam, cur debilitarentur Vota, Quando Græci natura rerum nouarum auidi, & præcipites, instar'q; nauis saburra carentis, nil habentes obfirmatum, ac stabile, non custodissent ab aliis accepta, Sed deluxassent subinde, ac multa demutassent. Barbaros uero, ut sunt moribus graues, ac firmi, in eisdem perdurare sermonibus inconcussos, proinde'q; esse Diis amicos, & gratas offerre orationes, quas nulli unquam ratione quapiam permutare sit fas.

¶ Aethiopum nigredinis, & uibrati Capilli ratio. Interibi quid sit, Resolui in terram, & aquam. Item de Pedibus, Vnguibus, Dẽtibus, Semine Æthiopum. Refellitur Herodoti opinio. Tauri Aethiopici, qui dicuntur Rhinocerotes. Caput XV.

a Ethiopum nigriciem omnino exustioni, & superficiali calori, qui nõ in Corde resideat, Sed in extremis supernatet, Alexander putat ascribendam. Cui rei argumento illud esse, Populos eos, cum æstuosissima incolant, timidos item esse, ac effœminatos. Scythas uero, qui in gelidissima sunt regione, albos esse, & animosos. Quod ipsum etiam Gallis fere` usuenit, Quibus in Corde, ac Iecore naturalis subsistit calor, ac nidulatur, nec ad extima se magnopere promit. Indicio est cutis candor. Inde ferme` prouenit Euentus quoque is, Vt febricula inferuescens Aethiops plurimum commoriatur, quod insito ardore, & consequenti siccitate contingere, exploratissimum est. Fit nanque in eis ὥσπερ ἀναστοιχείωσις, ideſt uelut Reelementatio, ut interim ita dicere permittamur. Et humectum, quod in eis perexiguum est, absumptum, ac exhaustum, reliqua item ad exitum perducit Elementa. Calidum quippe alimenti fugit inopia. Caliditatis profligatione cooritur frigiditas. Adoritur Siccitas, & crassatur humiditatis eiectione, quo nomine extincta corpora sicca euadũt, & frigida. Ex quo & literarum parens Homerus, cum sciret, duo quidem Elementa difugere, ὡς λεπτομερῆ, καὶ κουφότατα, ideſt ut tenuium partium, ac leuissima, Duo autem in extinctis corporibus reliqua fieri, non absurde inquit,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Hoc eſt, uerum quilibet e' uobis aqua, terra'q; fiat, ſiccitatem, & frigiditatem dicens. Aurelius uero Macrobius naturalium primo, A' terra inquit, uſque ad Aquam Spatium Neceſſitas a' Phyſicis dicitur, qui a uincire, ac ſolidare creditur, quod eſt in corporibus lutulentum. Vnde inquit, Homericus Cenſor, cum Græcis imprecaretur, Vos omnes inquit, in terram, & aquam reſoluamini, in id dicens, quod eſt in natura humana turbidum, quo facta eſt homini patria concretio. At Plutarchus in libro de Homeri uita, Xenophanes inquit, Colophonius Aquam prodidit, ac terram prima eſſe rerum principia, id opinor, ex illo Homerico trahens, Reſoluamini in terram, & aquam. Significat enim reſolutionem in elementa, ex quibus conſtant uniuerſa. Homerico utitur teſtimonio Hippocrates quoque, cum ait, συνίσταται γὰρ ζώων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν εἰρημένων, καὶ πάλιν τὰ κατὰ τὰ εἰρημένα. ἐς τὸ αὐτὸ, ὅθεν περ συνέστηκεν, ἕκαστον, ἐνθαῦτα καὶ ἀπεχώρησεν. ἀλλὰ καὶ ὅμηρος ἔφη, Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ τε καὶ γαῖα γένοισθε.

Meminit in Medicinæ εἰσαγωγῇ Galenus quoque, docens conſtare Hominem non ex Elementis ipſis, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀναλόγων αὐτοῖς. Cæterum ne ab Aethiopibus abeamus longius, Eadem Caloris uis efficere prorſus uidetur, Vt Aethiopum uibratus ſit crinis, Scytharum uero, ac omnino in Septentrionalia reclinantium promiſſus. Nam arefactus Capillus reflectitur, atque incuruatur. Sicut & alia. Etenim primo Canonis Auicenna, feruidæ inquit, habitationis loca Capillos nigrore inficiunt ob uehementem Vaporum fumidæ naturæ aduſtionem, Ex quibus progigni Capillos conſtat. Vibrari autem contingit eo plane' modo, quo & uſtulata Coria. Porro' & feruoris, ſiccitatis'q; redundantia imbecillior fit percoquendi cibi facultas, Abundanti uero facta reſolutione, humectationis quoque facultate detrita, præmaturum contingere Senium, neceſſe eſt. Quippe conſeneſcere anno triceſimo Aethiopum Gētes, liquet, quas & meticuloſas ſcimus ex numeroſa Spirituum reſolutione. Verum, ut ex quinto de Animalium generatione conſequimur, & ex Galeno, Complexionum ſecundo, Capillorum criſpitudo euenire plurimum ratione duplici uidetur. Altera eſt, quam expoſuimus caloris ui, ac ſiccitatis. Altera eſt de meatuum tortuoſitate, per quos egrediuntur. Vt enim hi diſpoſiti ſunt, ita & Capilli emergentes afficiuntur. Contingit hoc quandoq; ex Vaporis item debilitate, ac Cutis duritie. nam eorum pens Capillus adeo tenuis eſt, ut ſe minus ualens tolerare corrugetur, contrahatur'q;, quod filo contingit, ſi ui per arctum tranſeat. Sed uibratio hæc haud ſane' decora eſt. Verum Caloris ratio eadem efficere item creditur, Vt Aegyptii, Aethiopes'q; blæſis ſint pedibus. Nam quem admodum ligna, ita etiam Corpora Animantium deprauari a' Calore ſolent, quod in Capillis probauimus. Criſpitudo uero ueluti Pilorum blæſitas eſt. Porro' unum uidetur mirum. Cum ſint, ut uidemus, nigerrimi Aethiopes, & compares habeant ungues, Cur nam eorundem Dentes non candidi modo ſunt, Sed quàm cæterorum candidiores? At ſi acrius intueamur, nulla prorſus admiratio fit reliqua. Vngues etenim nigricant, quia cutis etiam nigra eſt, Et ex cute ungues proueniunt, hoc eſt ex nutrimenti ſuperfluo, terreſtri, delato exterius ad Cutem. unde denigrantur quidem, ſicuti nutrimentum Carnis, & Vapor nigricat, ad cutem foras attractus, caliditate Solis adurente. Nec tamen inde credendum, ſuperfluitates omnes eiuſmodi in hominibus eſſe nigras. Quod falſo' de genitali ſemine adcredi diſſe Herodotus uidetur. Semen enim omniũ album eſt, Spiritus admixtione, ut docuit ſciéter Ariſtoteles. Nam Genitura ſpuma eſt, ſpuma autem alba eſt. Quod nec antiquos Homines latuiſſe uidetur. nanq; Deam, quæ rei ueneriæ præeſt, ab ea ipſa facultate Aphroditen nominarunt. Dentes uero ideo candent, quia albeſcere illa ſolent, quibus uis Solis humorem detrahit, dummodo nihil inficiatur. Exhalat enim redundans humor, congregatur uero, & condenſatur purius humidum. Quo modo Ceram albeſcere cernimus. Cutem uero ſuperinficit Calor ex aduſtione humidi ad ipſam attracti, nec euaporantis, atque ab exhalatione alterius impuri. Dentes minime. Sed totus eorum humor in Vaporem a' calore conuertitur, atque exhalatur, Quod fit item in Oſſibus defoſſis. Hęc enim ratione eadem albiora ſunt. Porro', ut locum hunc cludamus quandoq;, Sciendum, quia de Aethiopibus mentio eſt, Athiopion item dici Lydiæ regionem quandam, a' qua Dianam uolunt Aethiopiam appellari, uel quod, cum apud Aethiopas ageret, eam Apollo abduxit. Alii uero παρὰ τὸ αἰθῶ deflecti putant. Eandem putantes, quæ & Luna, ut Callimachus. Aut quia ſit He-

cate, quam

cate, quam ſemper facibus eſſe inſtructam, creditum eſt, & Eratoſthenes prodit. Illud fuerit, uelut Corollarium, Quod in Bœotiis rebus ſe uidiſſe Pauſanias monumentis prodidit, Tauros Aethiopicos, ab euentu nuncupatos ῥινοκέρως, ideſt Rhinocerotas, in ſumma nare ſingulos cornu habere, Sed & ſuper id alterum, haud ſane magnum. In capite uero ne initio quidem ullum omnino comparere. Sunt Qui eodem quoq; nomine in Aethiopia proprii generis Aues intelligant. Narem certe ῥίνα dicunt Græci. Rhinõ uero pellem nuncupant, & Scutum. Rhineæ ſunt nigriores Caricæ. Rhinobolos inueni pro Ventis poſitos. Rhinen uocant auro fundẽdo aptum inſtrumentũ, unde ῥίννη τεχνησίχρυσον legimus qñq;.

¶ Allegorice quæpiam de Atlãte, ac filiabus, ex Græco penu præcerpta. Maia, ſeu Męa, ideſt μαῖα, quam uarie uſurpetur a Græcis Auctoribus. Cap. XVI.

Egebamus nuper interpretamenta quædam in Heſiodum, a Ioanne grammatico non omnino inſcite, aut abſq; genio concinnata. Ex iis paucula hęc, propter eos, qui poetis acrius inuigilant, & unam inde ſibi appoſcunt palmam, præcerpſimus. Atlas inquit, Axis eſt, hemiſphærium utrunq; diuiduũ faciens, diſpeſcẽs q;, quod ſupra terram, quod q; infra eſt. Iapetum uero Patrem Cæleſtem intelligimus motum. Quippe initiis rerũ Corpore hoc, & mundana mole confuſanea, partium ordine indiſcreto, Aęrem contigit motum ſortiri celeriorem, atque ita Hemiſphærium utrunque diſparari, & omnino in artus digeri. Atlantis filias celebrant Poetæ Pleiadas, Hyadas q;, & aſtra item reliqua, quod poſt molis uniuerſæ digeſtionem, ſecretionem q;, cœperint Aſtra uiſitationem facere. Columnas uero continere memoratur Atlas idem,

Αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

Has non fere eſſe aliud interpretamur, quàm Polum utrunque, Boreum, Notiũ q;. Sunt qui ſcribant, eidem filias fuiſſe duodecim, & filium Hyantem, quem in Libya peremerit Serpens. proinde quinque ex Sororibus fletu, ac mœrore contabuiſſe, quas mox in aſtra tranſtulerit Iupiter, Quæ ſint, & dicantur Hyades, Quarum legantur apud Heſiodum nomina. Phæole, Coronis, Cleia, Phæa, Eudora.

Νύμφαι, ἅς ὑάδας καλέουσι φῦλ' ἀνθρώπων.

Proclus uero Diadochus in eundem Heſiodi locum, Septem tradit Atlantis filias Pleiadas, Celæno, Steropen, Meropen, Electram, Alcyonen, Mæam, Taygetam. Cæterum non eſſe has aliud intelligit, quàm ἀγγελικὰς τῶν ἑπτὰ σφαιρῶν, ideſt Angelicas ſeptem Sphærarum Vires, & Cælæno quidem Saturniæ Sphærę. Steropen Iouis, Meropen Martis. Electram Solaris. Alcyonen Veneris. Mæam, ſiue Maiam Mercurii. Taygeten Lunæ. Illud operæ leuioris hic plane adiecero, μαῖαν Græcis nunc Patris, Matris q; Matrem ſignare, Qua uoce, ut Patria paſſim utantur Patauini, pro Amita, Nunc etiam Nutricem, Ac eam, Quæ medelæ cauſa Parientibus aſſiſtit, Quæ q; Vmbilicum præcidit, Quam ὀμφαλοτόμον etiam nuncupant. Eſt & προσφώνησις πρὸς πρεσβύτην ψυκτική, ideſt honeſta aduerſus Aetate grandiorem allocutio.

¶ Qui dicantur ſuper Chœnice ſedere, ex Pythagoræ ſymbolo. Quid Chœnix, Chœnicides. Plemnæ, Chnoæ, Plemæ, Torma, Enalata, Hamaxedonia. Declarantur item Pythagorica quæpiam. Interibi de Sole inuiſibili ex Platone, necnon de Patre, ac filio, & mundi Anima. Cheniſcus. Aries phryxi. Taurus Europæ.

Caput XVII.

Ythagoram illum ſapientiſſimum, ob id q; pręcipue tanto dignum nomine, quod eo ſe indignum perpetuo exiſtimarit, multa, & præclara reliquiſſe prę cepta, legimus, Sed ſymbolice admodum, & operte. Reliqua nũc ad diſcuſſionem non reuoco. Quæ ad præſens negotium faciunt, adducentur ad partes, præſertim, quæ in aliorum commentariis non rebulliunt. Nec quenquam hoc nomine inceſſimus, quod inhumanum eſt, Quando & M. Tullius primæ adeo inter latinos notæ Serapionis partem uix milleſimam aſſecutum ſe, non erubeſcit fateri, & id ad Atticum ſcribens. Adagium nobile eſt in eos, qui parum ſecundum ho

minem uiuunt, plurimum'q; obbruteſcunt, bonum'q;, ſi non in plantas quoque abeant. Super Chœnice ſedent. Eſt uero Chœnix, ut hoc explicetur primum, Latine quam Semodium dixeris. Poſitum uero id uocabulum apud Herodotum libro ſexto. Regibus inquit, Spartæ ad cœnam non euntibus mittuntur binæ Chœnices farinæ, & Vini ſingulæ Cotylæ, ideſt Sextarii. præſentibus dupla dantur omnia. Lectum in Athenæi monumentis eſt, Corinthios eò felicitatis prouectos, ut Seruorum myriadas ſex, & quadraginta poſſederint, ex quo Pythiam arbitrantur Chœnicometras appellaſſe eos. In Plutarchi Sympoſiacis, Homochœnicas poſitos inuenio pro iis, Qui eidem accumbunt menſæ. Grammatici Modio Chœnicas octo & quadraginta contineri ſcribunt. Cuius numeri ſexta pars octo habet, cuius dimidium, ideſt quatuor dicitur Tetrametrum, & Hemiectus, ideſt Sextæ partis dimidium. Sunt & in Rota Chœnicides, quas Plemnas item uocant, ideſt Modiolos, Syringas quoque, ideſt foramina, quibus Axis inſeruntur ſumma, Inuenio Chnoas etiam dici, uelut monſtrat Sophocles. Dicuntur uero Plemnæ, ideſt πλῆμναι, quoniam ab Axe implentur. Plemas uero undas accipiunt, in Oceano præcipue, unde ſit Plemyra, ideſt inundatio. Nam apud Athenæum eſt Plemochoe figlini ſpecies. Nec illud reticuero, quoniam excurſus hoc genus ſtudioſis arriſuros, ſpondet Animus, Plemnam rotæ uocari quoque Tormam. Suam habent & Cretenſes Tormam. Cui qui præficitur, Tormarches nuncupatur. Pauſanias erudite uerbum inde cõcinnauit ἐκτορμεῖν, quo ſignificatur excurſus præter id, quod deceat. Poſtremo, qui rotam prohibent exire Clauiculi, uocantur Enalata, ideſt ἐναλατα, quæ item Hamaxedonia recte uocitaris. Sed ut ad inſtitutum reuertamur, Quid multi in huius enarratione Symboli in medium contulerint, ne Aſymboli plane uenirent, recenſere non uacat modo. Publica materia eſt, in rem præſentem ire, omnibus licet. Equidem, ſi extra quàm Plutarchus, tantus in literis literatis uir diſpicere potuerit, Aut alius quiuis, excogitare quippiam nefas omnino cenſeri nec debet, nec poteſt, profundius aliquid, & a prioribus, etiam ſi illorum nominibus ſemper aſſurgimus, necdum perſpectum, in eo tam inuoluto, tam'q; modo gryphi contexto ſymbolo latere contenderim. Id demum innoteſcet, Si Senſum alterum produxerimus, Quem Viri de literis benemeriti ingenium ſolertiſſimum, & Platonicis initiatum ſacris non improbauit. Præcipit ergo Auctor clariſſimus primo, ne ſuper Semodium ſedeamus, eo nimirum nomine non utique cibaria, nec quid eiuſmodi concipiens, Sed rationalem Animæ partem ſignans myſtice. Ea enim potentia, tanquam Chœnice nunquam fallente, omnia metimur, iudicamus, examinamus, mittimus in Digytos. Propterea ne ignauo, ac torpenti otio, & reſina, ut ille ait, pigriore, cauendum inſinuauit, tacitis uelut ambagibus, præſignis Philoſophus, ratiõis actum remittentes amittamus etiam, Sicuti Muſonius dicebat. Quin dialectica exercitatione, ac regula dirigamus aſſidue, & excitemus. Præterea, inquit Pythagoras idem, Ne aduerſus Solem emingamus, aut inter ſacrificandum ungues reſecemus. Innuens occultius, poſtquam per moralem philoſophiam ſuperfluentium Voluptatum illecebras reſecuerimus, ac uelut eminxerimus, & Vnguium præſegmina, tanquam acutas iræ prominentias, & Animorum aculeos excuſſerimus, mente ſedata prorſum, ac depurata diuinæ demum rei intendere. Vt ſic demum Contemplationi nos ipſos addicamus, mancipemus'q;. Cuius pater, ac Dux merito dicitur Sol. Siquidem ante hunc, quem uidemus, Solem, Plato alterum in Mundo cogitat inuiſibili, Imaginem Dei patris primam, uerum'q; filium. Hoc nequis forte male feriatus riſu, & quidem Megarico per inſcitiam excipiendum putet, Ceu in hoc Philoſopho probabilia hæc non ſint, De Patre, ac Filio recondite, ac diuinitus in epiſtola ad Hermiam Plato ſic propemodum ſcribit. Vtendum eſt nobis pacto, & lege certa, teſtando Deum rerum omnium ducem præſentium, & futurorum, ac Ducis, & Cauſæ patrem Dominum. Qua in parte doctiſſimorum ſententia eſt, Per omnium Ducem, Mundi Animam intelligi, quæ, quia ſit motus principium, per triplicem temporum gradum omnia explicet. Vbi uero Patrem dicit, & Dominum, Summum Deum, ipſum'q; Bonum ſignificari. Mediam uero inter hæc diuinam Mentem inſeri, quoniam ita repetat, Ducis, & ſubnectat etiã Cauſæ. Nam apud Platonem ſæpe Regis nomine ipſum indicatur Bonum. Cauſę uero appellatione Mens. Ducis deniq; Anima. Et quoniam Cauſa Mentem ſignet, Ideo aſtruunt Platonici, Intellectum ipſius Boni filium Mundi Architectum proximum extitiſſe. proinde

in Epinomide

in Epinomide Plato, diuiniſſimum Verbum mundum uiſibilem exornauit. Sed & Platonicus Philon in libro de Cauſis, Conandum inquit, eſt imprimis ad ipſum Ens, id eſt, de quo dicitur, Ego ſum, qui ſum, aſcendere, Aut ſaltem ad ipſius imaginem, ſacratiſſimam'q; rationem, Verbum'q; primogenitum. Porro' per eiuſmodi rationem, atque uerbum fieri omnia ſecundum Heraclitum, & Platonem, Amelius item Platonicus aſſerit. Quanquam Alogii hæretici Verbum negant eſſe Deum, ſpreto Ioannis apoſtoli euangelio, & Apocalypſi. In iis uero monitos omnes uelim, Platonicorum nõnullos Dei Patris filium Deum per ſubſtantiam a' Patre, quod Arriani faciunt, ſecernere. Sed enim Iamblichus Aegyptiorum aduocat myſteria, In quibus Patris, & Filii ratio conſtituitur diuerſa, Sed eadem concedi/tur Subſtantia. Extat & Mercurii myſterium nobile, Primus Deus, & unus primi pater eſt Dei, quem gignit in ſolitaria ſui permanẽs ipſius unitate. Eſt autem exemplar filii, Qui nominatur Suimet filius, & Suipater, atq; Vnipater. Deus uere bonus. Ille enim fons eſt Idearum. A' quo utique uno per ſe ſufficiens Deus ſe ipſum explicauit in lucem. propterea per ſe ſufficiens nominatur, Sui'q; Pater. Eſt enim principium, Deus Deorum, Vnus ex uno, ſuper eſſentiam omnem, principium'q; eſſentiæ. Quia uero de Chœnice diſertatum diu eſt, Hic poſtremo bonarum literarum Candidatos uelim commonitos, ne falli quis paulo inſcitior poſſit, Cheniſcum ad Chœnicem pertinere nihil. Sic enim grece & ſcribitur, & enũtiatur, χήνισκος. Dicitur uero ea nomenclatura nauigium, Anſeris imaginem præferens in ſummo, quem uocant Græci χῆνα. Qua ratione Illum item Phryxi κριὸν, ideſt Arietem interpretantur Eruditi, Sicuti Europen qui rapuit Taurus, apud Lycophronem non aliud fuerit, quàm ταυρόμορφον τύπωμα, ideſt Tauri forma præſignis nauicula. Quin in Libya fuiſſe nauigia legimus, quæ dicerentur Crii, ac Tragi.

¶ Quo ſenſu accipiendum illud Pythagoricum. Stragula obuoluta ſeruari debere. De Plotino obiter. Item'q; imaginem Dei annulo non inſcalpendam. Cap. XVIII.

f Ed nos ad Pythagoram reuocemus gradum a' tantarum rerum incomparabili excellentia, quarum contemplatione caligat mens, rapitur'q; tranſuerſa, ueluti altioribus merſa tenebris. Eſt ergo Pythagoræ Symbolum aliud, Stragula conuoluta habeto, In hoc uero, ut in reliquis occluſiſſimum latere, ac ænigmaticum ſenſum, nemo eſt, qui neſciat, Sed quo is pacto e' latebris, & Heracliti antro ſit euocandus, non fere' eſt, qui in literas promat. Ego uero ſcientiſſimum Philoſophum Stragulorum nomine inferiores Animæ uires intelleXiſſe, contenderim, Quoniam rationi in Capite ueluti in arce conſtitutæ ſubiiciantur Stragули quadam imagine, quod obuolutum ſeruari debere præcipitur, quoniam iraſcibilis, ac concupiſcibilis potentia comprimenda ita eſt, ac retundenda penitus, ne diſiecta, proſiliens'q; aduerſus rationis, tanquam Principis, imperium conſurgat. Vel, Sententia non ita longius abeunte, Stragulorum nomine Corporeos Senſus accipe, qui obuoluendi ſunt, ideſt conuertendi, ut Plotinus inquit, ad Vtens hoc eſt, ad ratione pollentem Animam, quę plerunque rapta tranſuerſim ita affici debet, perinde ac corpore non utatur, dum conſurgit altius, inſerit'q; Cælo caput, ac alias tumultuantes Senſus conticeſcere cogit. Quin & anima ad hunc affecta modum, dolet, diſtineri ſe corporeis uinculis tandiu, quod feciſſe Plotinum Porphyrius ſcribit, adeo ut Imaginem ſui nullam, aut Statuam effingi, uel duci ære, aut ratione alia pateretur. Ad quod ipſum Symboli partem alteram ſpectare, prudentibus probari facile poteſt. Ita enim habet. Strámentis ſurgens collige ipſa, figuram'q; confunde. Porro' quid aliud per morum diſciplinam meditamur, quàm ut Animam a' Corporis ſequeſtremus affectu? Quid per ſpeculandi compotem ſcientiam aliud perquiri/mus, quàm ut a' Senſibus abducamur longius. Propterea totum hoc philoſophandi genus eſſe mortis meditationem, grauiſſime prorſum dixit Plato, & eſt ab Aurelio Auguſtino adnotatum, & M. Tullius non eſt oblitus. Hoc ipſum denique Zoroaſtrem Veteris Theologiæ auctorem eminentiſſimum ſignificaſſe arbitror, cum eſſe alatam Animam commini ſceretur, ac confractis alis labi in corpus præcipitem, rurſum'q; lætius plumantem, ac denuo factam uolucrem ſuperna repetere. Quid ſi non aliud innuat Symbolum id quoque

ex fontibus eiſdem, Dei figuram ne inſcalpas annulo? Quod ipſe ſic ferme interpretet. Quoniam & ſine cortice nare didicimus, nō eſſe Animam, quæ imago Dei eſt, ex Platonis doctrina, merſandam in corpus, quo plane, uti annulo Gemma, animæ uis contineri uidetur, nec mancipandam Senſibus. Illud uero ex hiſtoria nos minime fallit, quando q; Capitalem admiſiſſe fraudem, qui Principis imaginem numo, uel Annulo inſcalptam latrinæ, aut lupanari, uel etiam obſcœnis, ut enotatum a Seneca eſt, intuliſſet. Ad quod ſi Pythagoricū id reſpectare, contenderis, nimirum in prætenuem, labantem q; reclinabis parietem. Et per ſonam tibi induces, faciem minime.

¶ Delphorum Ciuitatem dici Pitho. Pythium quàm multis habeatur locis. Pytheum quid, & qui Pythii. De Pythico nomo plura. Item de Pythone, quem uocant Delphinem, Delphicum oraculum fuiſſe prius Terræ, ac Neptuni. Hexametrum qui cecinerit primus. Item pluſcula ad Oraculum Delphicum pertinentia. Apollinis cognomina aliquot. Cur homo dicatur Phos. Phodes quid. Cognitionis eſſe innatam nobis cupiditatem.

Caput XVIIII.

P Ytho, Vt priſtina item reſpectemus interpellata præſepia, Ciuitas erat in Phocide, Cuius incolæ dicerentur Delphi, unde eſt, πυθοῖ ἐν ἱγαλῆι. Fuit & in Creta Pythium, in Gortynæ meditullio, Cuius incolæ dicti Pythies, ubi & Apollinis uiſebatur templum. Erat & ſuum Macedonibus Pythium, ubi & Pythia fiebant. Porro Pythium prope Aſtacenum ſinum, unde Pythiani dicti, & Pythiana pocula. Pytheum uero dicebatur Oraculi locus. Nam Spartæ Pythios inuenio nuncupatos, qui Delphos ad conſultanda oracula mittebantur. Qui item publice cum regibus paſcebantur. Non negligendum uero illud, fuiſſe item Pythicum nomon auleticum, Cuius partes quinque ex ratione expugnati ab Apolline Draconis, Pera, Cataceleuſmus. Iambicum, Spondeum, Catachoreuſis. Pera quidem, ideſt πεῖρα. Dei conſilium habet, eſſet ne dignus congruens ue certamini locus. In Cataceleuſmo Draconem prouocat. In Iambico pugnat, in quo & inflantur tubæ, quæ Salpiſtica uocant Crumata. dicitur & Odontiſmus, ideſt Dentium Arietatio, & fremitus. Quod Draco faciebat, cum Sagittis impeteretur. Spondeum uero uictoriam ſignificat. In Catachoreuſi Epinicia, ideſt celebritas ex comparata uictoria ab Apolline continetur. Sunt qui aliter diſtinguant, & Anacruſin uolunt eſſe Certaminis præludium. Amperam uero primum certandi periculum. Cataceleuſmum certamen ipſum. Iambum autem, & Dactylum Pæana, qui eiuſmodi efficiatur Rhythmis uictoriæ gratia. E quibus alter hymnorum ſit proprius, Iambus autem obloquiorum. Syringes uero belluæ deficientis langorem imitantur, efficiunt q;. Inuenimus, qui ſcribant, uiolentum fuiſſe hominem Pythonem, Draconis cognomento, qui dum ſagittis debellaretur, inter adhortandum proclamaſſe Apollinem ferunt, uel Latonam, ut Macrobio placet, ἰὲ παιάν, ideſt immitte feriendo, unde inoleuerit mos, ut conſerturi aciem ſic Pæanis celebrationem clamitent. Sed & Apollo Atheniēſibus opem Dei aduerſus Amazonas implorantibus, Verbis iiſdem inuocari ſemet auxiliatorem, hortari q; præcepit. Illud non omiſerim, Delphinem nuncupari ab Apollonio libro argonauticon ſecundo, Draconem ab Apolline confectum. Cuius etiam Verſiculos appoſui.

ὅς ποτὲ πειραίη ὑπὸ δειράδι παρνησσοῖο
δελφίνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν.

Id ipſum uero Interpres item comprobauit, addit q;, a quibuſdam maſculino genere pronuntiari, ab aliis fœminino, quod inquit, melius eſt. Quod autem Delphines uocaretur, Qui delphicum cuſtodiebat oraculum, Leandrus dixit, & Callimachus. In hac uero Delphici oraculi mentione adnotandum uehementer, Proditum Veteribus, Oraculum id fuiſſe γῆς, ideſt Terræ. Ac Daphnida promantin, ideſt prædiuinatricem, Quæ Nympharū una fuerit prope incolentium. Sed enim apud Græcos olim circunlata ſunt Carmina, Quibus fuit titulus Eumolpia. Muſæi credebatur opus. In eo traditum, auctor Pauſanias eſt, Neptuno, ac Terræ oraculum fuiſſe commune. Ac Terram quidem per ſe reſponſa dediſſe, Neptuno ad id ſubſeruiſſe Pyrcona, ideſt πύρκωνα. Sic enim habet Carmen,

Λύλιος

Αὐτίκα δὲ χθονίης σφῶν δὴ πινυτὸν φάτε μῦθον,
Σὺν δέτε πύρκων ἀμφίπολος κλυτοῦ ἐννοσιταίου.

Insequentibus porro' annis Themidi Oraculum esse datum, ferunt. A' qua mox dono acceperit Apollo, Calauria Neptuno uicissim tradita. Quin & constans tenet fama, Promantin fuisse principem Apollini Phemonoen, Quæ Hexametrum quoq; cecinerit prima. Cęterum Bœo, idest βοιὼ indigena mulier, Hymnum quæ apud Delphos concinnauit, Ab Hyperboreis esse constitutum cecinit oraculum, Ex quibus ὠλῆνα, idest Olena uaticinatũ esse primum, ac primum quoq; Hexametrum cecinisse. Carmen ita habet,

Ἐνθάτοι εὔμνηστον χρηστήριον ἐκτελέσαντο
Γαῖδες ὑπερβορέων παγασὸς, καὶ δῖος ἀγυιεὺς, Et mox hymni fine,
ὠλὴν, θ' ὃς ἐγένετο πρῶτος φοίβοιο προφάτας,
Γρῶτος δ' ἀρχαίων ἐπέων τεκτάνατ' ἀοιδάς.

Parnasum, a' quo nuncupatur mons, fuisse Cleodoræ filium tradunt Nymphæ, A' quo itẽ παρνασία νάπη, idest Parnasius appellationem trahit Saltus. Volantium præterea Auium addiuinationem eius quoq; ferunt inuentum. Corycium antrum a' nympha Corycia dictũ uolunt, a' Cuius filio Lycoro Ciuitati factum Lycoriæ nomen sit. Ex Lycoro Hyamus nascitur, Cuius filia Celæno Delphum ex Apolline concepit, A' quo nuncupati Delphi. Sunt qui indigenam memorent Virum Castalium, Cuius fuerit filia nomine Thyia, Quæ Dionysio consecrata primum, Deo celebrauit Orgia, & Bacchico afflatis numine nuncupationem fecit, ut ab ea uocentur Thyiades. Castaliam aquam potu quoque dulcem, a' Castalio dictam tradunt, Aut a' muliere indigena, Quam Acheloi filiam intelligi uoluit Panyasis, Ita enim de Hercule scribit,

Γάρνησσον νιφόεντα θεοῖς διὰ ποσὶ περήσας,
Ἵκετο καταλίης ἀχελωίδος ἄμβροτον ὕδωρ.

Sciendum porro' ex Græcorum Doctrina (Sunt enim & nobis cęca quodammodo testimonia, non Iureconsultis solum, Quæ absentia ingeniorum monumentis sententiam posteris suam dictare non desinunt) Videri Apollinem non plus uatem, quàm Philosophum, quando & huic rei argumentum facile suggerant Dei cognomẽta. Dici siquidem ab iis, qui nũc primum musarum initientur sacris, Pythium a' discendi usu, atque interrogandi, quod πυνθάνεσθαι uocant. Delium uero, & Phanæum, ubi Veritatis quippiam interlucere incipit. Ismenium autem ubi comparata scientia est cum loquendi facultate. Horium denique cum scientiæ facultas in actum promitur insimul disertando, philosophando'q;. Apollinem porro' eundem διαλεκτικότατον Græci autumant, quod Oraculorũ monstrant pleraq;, eiusdem quippe est, soluere ambiguitates, ac facere, quam rem eo rettulimus gratius, Vt eum nõ eatenus imperitum censeas, quàm uidetur nostrorum nonnullis, Qui ita pronũtiauit, Soluat Apollo. Acesium Apollinem apud Heleos eundem Pausanias putat, quem Alexicacon dicant Athenienses. Nec mirum ita ex sciendi, uel discendi potestate cognominari Apollinẽ. Quippe Plutarchus ille doctissimus Vitam homini putat εἰς γνῶσιν ὑπὸ θεοῦ δοθῆναι ad cognitionem a' Deo esse contributam, Quoniam cognitio non gloriam solum parit, Sed Virtutes in actum producit. Nam si latitasset Themistocles, Xerxem non reppulisset Græcia. Sed & hominem ipsum Græcos Veteres non aliunde magis φῶτα nuncupasse, a' lumine, quod uocant φῶς, quàm ob insitum, ac præualidum cognitiõis amorem, quo inardescimus, ut cognoscamus, cognoscamur'q;. Etiamsi non me fallit, Grammaticos scribere, dici φῶτα de loquẽdi usu, q sit homini proprius παρὰ τὸ φῶ, τὸ λέγω. cui sentẽtiæ Theologus etiãnũ astipulari uidet'. Phodes uero. i. φῶδες maculæ dicunt' rubentes in cruribus ex ignis ꝓpinqtate nimia inductę. Cęteꝝ & Animã ipsam ex Philosophis nõnulli esse substantiale lumẽ statuere. pręcipuo argumẽto id ꝯiectati, qd' ex oĩbus inscitiã maxime auersatur, ac cõpauescit Aĩus, obscura'q;, & tenebris obuoluta refugit summa ui, ac ꝑturbat' inde. Sic aũt amabile putat lumẽ, ut nil ex iis, quoꝝ nobis iucũditatẽ natura ꝯciliat, & gr̃am, magnope citra illud expetat. Qui uero inscitũ, ignorabilem'q; se facit, tenebrarum alumnus, & Vitam ipsam κενοταφῶν, idest citra cadauer sepulchrum faciens, quod sit editus in lucem, graue, ac molestum arbitrari uidetur, atq; inde se remis, uelis'q; abdicare. Quæ cum ita sint, qd plurium cognitionem parit, aut quid demum cognobiles nos ipsos facit ualidius, Latius'q;

quàm ipſa Scientia? hac ſiquidem principe ſe unuſquiſque poteſt Tollere humo, Victor'q; Virum uolitare per ora. Etiamſi pleriſque græcanicum illud arrideat ſæpe, λάθε βιώσας, ad quod alludens Oratius,

Nec uixit male, qui natus, moriens'q; fefellit.

Illud ex abundanti demum adiecerimus, quoniam multa de Apolline præſtruximus, Dici hunc ueteribus Latonæ filium, quam intelligi noctem uolebant, ex qua tanquam matre gi/gni Sol uidetur, quod ſignificat Sophocles, & interpretatur Euſtathi[9]. Dicitur uero Nox La tona de obliuionis ratione, quæ conſopitis obuenire conſueuit. Additur Iupiter pater, quo/niam fati pars quædam Apollo eſt, ac uelut μερικὸς ζεὺς ideſt particularis Iupiter, uel quia in Aeris, & Cæli feratur ambitu, Quorum utrunq; Iouem dicimus. Adiiciamus illud quoq; Vlion dici Apollinem apud Mileſios, & Delios, ſicuti cõmeminit Geographus, quod Hy/giaſticum indicat, ideſt medendi potentem, quippe οὐλειν ſignat recte ualere, ſicut Diana nuncupatur Artemis, quod ἀρτεμέας, ideſt incolumes præſtat. Apollinem deniq; ratione uocant eadem μουσηγέτην, qua & Dionyſium μελπόμενον, ut auctor Pauſanias eſt.

¶ De Cambyſis ueſania, & morbo ſacro. Qui dicerentur Caberi Dii, & Pattaici. Ana/ctes pueri. Cabareni, Cabus, Cabæſi. Item de Vulcano delibata paucula. Aphthæ quid. Vl piani Codex perpenditur. Caput XX.

c Ambyſem Perſarum Regem ab ipſis natalib⁹ graui admodũ laboraſſe mor bo ferunt, eum quidam Sacrum nominant, pinde'q; multa ſæpe feciſſe, quæ uel infimæ Fortunæ uirum dedecerent, nedum tantum Principem, nam cu/ius Corpus adeo infeſtaretur, Eius ne mens quidem magnopere conſtabat. Hinc enim pleraq; per ueſaniam facta memorantur. De Prexaſpe quandoq; ſcitari perexit, Cuiuſmodi me Virum inquit, arbitrantur Perſæ, aut qui nam de me Sermo/nes ab eis inſtituuntur? Tunc is omnia inquit, illis arrident plurimum, te mirantur, tibi ap/plaudunt, Sed unum nequeunt non improbare, quod Vino largius, quàm pro dignitate in/dulgeas. Ergo inquit Cambyſes ira præferuidus, mentiti ſunt prius, cum in Senatu rogan/te me, ecquid uiderer Cyro patri adæquandus, reſpondere, Cyro uideri me aliquanto præ/ſtantiorem, Cui adeſſent illius omnia, prætereaq; Imperio adieciſſem Aegyptum, & Mare. Quo tempore a Crœſo illam quoque dici ſententiam, ſum memor, Mihi qdem o Rex hoc uno ſaltem Cyro patre inferior uideris, quod necdum tibi eiuſmodi ſit filius, Qualem te is & genuit, & educauit. Cæterum diſpice o Prexaſpes, ipſe'ne, an uerius deſipiant Perſæ. Etenim Si filii tui in ueſtibulo reſidentis media cordis, nil fruſtrato ictu, ſagitta confixero, euidens fiet argumentum, Vana eſſe, quæ garriant Perſæ. Sin aberraro, delyrare me puta/to, ac nil ementiri Perſas, protinus'q; arcu arrepto, ac ſagitta in deſtinatum excuſſa locum, proſiliens gaudio diſſecari puerum iuſſit, ac ſe artifice dextra egregie collimatum oſtendẽs, an non inquit, fides inde tibi fit, haudquaquam me deſipere? Cæterum & illa furentis pla/ne hominis indicia item uel manifeſta, quod templa, leges'q; ludibrio habebat. Nam cum Aegypto foret potitus, Vulcani templum ingreſſus multo deriſu eius Simulacrum eſt inſe/ctatus. Erat autem ſimillimum iis diis, quos Pattaicos uocabant Phœnices, uel, ut aliqui ſcri bunt, Pattæcos, in triremium proris circũferri ſolitos, Pygmæorum quadam imagine. Erat & in Aegypto Caberorũ templum, quod citra fraudem, Sacerdote excepto, ingredi nemo poterat. id etiam irrupit Cambyſes, ac per multam iocorum licentiã Simulacra ibidem ere/cta cauillatus omnia exuſſit. Conſtructa uero, confabricata'q; & hæc ipſa erant eodem fere mẽſũ, quo & Vulcani Statua. Porrò diſcluſis item Conditoriis, mortuorũ inſpectare cada uera, maximẽ duxit uoluptati. Verum de Cambyſe ſatis, ſuper'q;. Quod de Caberis facta mentio eſt, Sciendum, eſſe qui καβείρους Dæmonas interpretentur, quamuis ſint & Ca/berii populi inferioris Aſiæ, quorum ſit Ciuitas Caberia, ut inquit Stephanus. Erant & in Bœotia Caberii, ut Pauſanias libro nono. Cabarni Cereris ſunt apud Parios Sacerdotes. Cabus uero, ideſt κάβος frumentaria eſt menſura. Vnde Cabæſos dicimus, Qui expleri nequeunt. Pherecydes ſcribit, ex Cabera Protei filia, & Vulcano tres Caberos, totidem'q; nymphas Caberidas eſſe ortas, & utriſq; templa eſſe dicata. In Lemno uero, ac Imbro Ca/beros

beros præſertim honori habitos. Erant & Teletæ Caberorum in Samothracia, Eorum nomina etiam Mnaſeas appoſuit. Sũt uero quatuor numero, Axieros, Axiocerſa, Axiocerſos. Sed per hos intelligi putant, Cererem, Proſerpinam, Plutonem. Adiiciunt & Caſmilum, qui ſit Mercurius, quod ſcribit Dionyſodorus. Dici uero Caberos putant alii a Caberis, qui ſint in Phrygia montes, quoniam inde ſint tralati. Sunt qui duos tantum Caberos initio fuiſſe tradant, maiorem quidem natu Iouem, Et Dionyſium iuniorem. Memorabile uero eſt, quod de Caberorum narratur Teletis, Iis ſiquis fuiſſet initiatus, quantalibet mare occupaſſet hyems, euadebat, quod de Vlyſſe proditum memoriæ eſt. Hac item ratione diffidentibus ad Troïam Græcis, Agamemnonem facile Seditionem conſopiſſe, cum in uentris ambitu Porphyrida haberet, ideſt purpuream Tæniam, quam eo loci iis imbutos ſacris habere, moris erat. Apud Amphiſſam Locrorum Ciuitatem Telete fiebat ἀνάκτων παίδων. Eos aliqui Dioſcuros intelligunt. Alii Curetas. Sunt qui etiam καβείρους, Vti auctor Pauſanias eſt. Quod uero de Pattaicis item Diis commeminimus, Sciendum eſt, Horum ſcribere, dici Pattaicum, ſiue Pattæcum quaſi apatæcum, extrita de principio litera, quæ adimi in pleriſq; aut adiici quandoq; ſolet. Sicuti a Memphiticis dicitur Vulcanus Phthas, Sed in græcorum doctrina etiam Aphthas. Sunt & ſuæ Medicis Aphthæ. uerum ea intelliguntur oris ulcera, quibus præcipue infeſtentur Infantes. Vnde Aphthiphum corriuari placet Eruditis, quem eiuſmodi uexet affectio. Atq; ita reponendum in Gellianis codicibus libro quarto, et Apud Vlpianũ, digeſtis de Aedilitio edicto, ut ſic deniq; redeat in artus luxata lectio. Quæſitum eſt, inquit Iureconſultus, An balbus, & blæſus, & Aphthiphus, is q; qui tardius loquitur, & Varus, & Varicus ſanus ſit. Et opinor ſanos eſſe. hactenus Vlpianus. At ſi ſunt Oris ulcera Aphthæ, quæſo qua nam ratiõe Vlceroſus fuerit ſanus? Sed audi Aeginitę Paulı ſententiam Medicinæ primo, Adnaſcitur inquit, Infanti Vlcus, quod dicitur Aphtha, tribus generibus, Vnum ſubalbidum eſt, Aliud ſubrubens, Tertium uero nigrum, ut Eſchara, Peſſimum hoc, καὶ θανατωδέστατον, ideſt maxime mortiferum. Porro uidetur inibi Iureconſultus locutionis, & linguæ prauitatem attingere. Quo fit, ut, ſi diuinare permittimur, malim Athyrophonum, uel Athyrotum ſubſtituere, Quibus feſtinata nimis in loquẽdo celeritas ſignificetur. Incommoda forſan & hæc, ſed minus.

¶ Qui nam fuerit Hyperbolus Athenis. De Saxo, quod Hyperbolum uocant. Hypobolus ager qui, Et Aſtictos. Caput XXI.

h Yperbolum Chremidis filium, Charonis fratrem, prauitate, ac uerſutia in fallendo prę ſignem fuiſſe ferunt. Lucernas quandoq; factitauit, uendidit q; Sed nec ſyncteriter, nec citra fraudem, plumbum immiſcebat æri, quo ponderoſiores factæ maius demererentur pretium, alioqui & peruerſiſſimis erat moribus. Hic tamen poſt Cleonis potentiam ductare populum Athenis adortus eſt. Primus, ut aiunt, ex infima nota gradum illum adept⁹. Cum Nobiliores uereri populus cœpiſſet, ne Democratiam ſoluerent. demum & ipſe teſtulis eſt labefactatus, ut commemi nit libro octauo Thucydides, non timore aliquo potentiæ, uel dignitatis, Verum ob prauitatem, & Ciuitatis dedecus. In Samum profectus inimicorum inſidiis interiit. Ac defunctus eius Culeo inſutus in mare eſt præcipitatus, quod ſcribit Theopompus. Hyperboli memi nit Antiphõ ad Nicoclem. Andocides de eodem ſic ferè prodit. De Hyperbolo quidem di cere erubeſco, Cuius pater, inſcripto uultu, etiamnum in Argyrocopeo, ita uocant, ubi cuduntur numi, publice ſeruiuit. Matrem uero uenditaſſe panem ferunt. Inceſſitur porro Hyperbolus, ut litigioſus, imperitus, ὀψιμαθὴς, ideſt Qui ſerò diſcere exorſus ſit. Præterea, quod ſcitu equidem arbitror dignum, Hyperbolos dicebant lapides, quibus ad Ceruicem religatis, conſcelerati in profundum demergebantur, Ariſtophanes, ἄρω' μετέωρον, εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ, ἐκ τῆς λάρυγγος ἐκ κρεμάσας ὑπέρβολον, ideſt tollens ſublimem in barathrũ deturbabo, appenſo ex ceruice Hyperbolo. Hypobolum uero, quod nec ſcitu indignum eſt, agrum dicebant Creditoribus obnoxium, lapidis indicio, uel Columnæ, proinde de eo ſic pronuntiabant ἔστιχθαι τὸ χωρίον, ideſt ſignatus eſt Ager. Nam huic diuerſum Aſtictum uocabant. ideſt ἄστικτον.

¶ De Hyperboreis, Arimaſpis, Abari. Arimphæis, necnon de medicamento, quod dicatur Rha ponticum. Caput XXII.

h Yperboreoꝝ unguẽta, & pollucibiles dapes, ut in locis illis, poſt quas euidẽs conſequatur exitium, in prouerbium uenire poſſe, animaduerto ex hiſtoria. Quippe ponè montes Rhipheos, ultraq; aquilonẽ gens felix, ſi credimus, quos Hyperboreos appellauere, annoſo, ut Plinius inqt, degit æuo, hoc eſt annis mille, ut alii produnt, & rettulit Strabo. Ibi creduntur eſſe Cardines mundi, extremiq; Syderum ambitus. Viritim, gregatimq; diſcordia ignota, & Aegritudo omnis. Mors non niſi ſatietate uitæ, Epulatis, delibutisq; Senibus luxu, ex quadã rupe ſalientibus. Hoc illis ſepulturæ genus beatiſſimũ. Antimachus eoſdem cum Arimaſpis Hyperboreos facit. Quos eſſe uiros Scytharum unoculos, Herodotus ſcribit, ita nũcupatos, quia illaꝝ Gentium uocabulo Arima unũ ſignat, Spu uero Oculum. Sed quod miꝝ ſit, uidetur Auctor idẽ alibi fabuloſum arbitrari. Qui tamen uerſus quoſdam Arimaſpeos nominat, ab Ariſteo cõditos Procõneſio, Sicuti Strabo item ſcribit. Qui etiam putat, ex Scythica forte hiſtoria luſcos Cyclopas ab Homero tralatos. Damaſtes uero in libro de Gentibus, ultra Scythas, inquit, Iſedonas incolere, Super hos Arimaſpos, ulterius eſſe Rhipæos montes, ex quibus flet Boreas. Vbi ſint etiam perennes niues. Poſt hoſce montes Hyperboreos pertingere ad mare. Hyperboreos tradit Diodorus, Græcis quidem omnibus, Sed Athenienſibus præcipue, atque Deliis ſocietate, ac beneuolentia fuiſſe iunctos. Præſto eſt & in hiſtoria hac miraculum aliud. Nam Abarin hyperboreum ferunt, Sagittam per orbem terræ circuntuliſſe, nihil omnino ueſcentem. Hunc Abarin Seuthæ filium, non ignarum literarum, oracula ſcripſiſſe, traditur, Quæ Scythica nuncupentur, Et Nuptias Hebri fluminis, Apollinis aduentum ad Hyperboreos, ratione metrica, Abs quo Sagittam acceperit, quam diximus. Huius & Gregorius Theologus commeminit in Epitaphio ad magnum Baſileum. Narrantur & in regionibus illis Arimphei haud Hyperboreis diſſimiles, quibus, ut Hyperboreis, ſedes ſint nemora. Alimenta baccæ. Capillus iuxta fœminis, uiriſq; probro detur, ritus clemens. quo nomine etiam ſacros haberi, inuiolatoſq; eſſe etiam feris accolarum populis, nec ipſos modo, Sed illos etiam, qui ad eos perfugerint. Illud obiter adnotauerim, quia de Scythia mentio eſt, Eſſe Rha Scythiæ fluuiũ, de quo inditum ſit medicamini præſtantiſſimo nomen, quod Ammianus ſcribit, nam Rha barbarum, uel ponticum nuncupatur. Aut etiam Rheon. Põtica radix inquit medicinæ primo Paulus, καλεῖται ἐπιχωρίως ῥᾶ.

¶ A mari habitandũ procul. Maritimos mores dici de impuris, ſordidisq;. Cap. XXIII.

p Lato in libris de rep. fugiendum eſſe mare, cenſuit, pinde ac improbitatis magiſtrum. Nam ut ab eo quiſq; maxime remotus ſit, ita optime Rempublicam adminiſtraturum. Mare attingentes, inquit Strabo, deteriores effecti latrocinari cœperunt, & hoſpites mactare, Quandoquidem multis impliciti, in eorum luxuriã, & lucra ſordida, ſocietatemq; auaritiæ dilapſi ſunt. Hinc factũ, ut Maritimi mores ex Adagio pro peſſimis celebrentur, ac ſordidis.

Coniugalis amor quatenus progredi debeat. Coniunx dicatur, An Coiux. Pulchritudo triplex. Amor item triplex. Concubitum ab iis excludi. Platonis apologia. Laus Amoris. In quibus uituperet Plato, curq; eum Satonẽ, non Platonẽ nũcuparit Quidã. Cap. XXIIII.

f Extum in ſententiis ſcripſiſſe, auctor Hieronymus eſt, Adulterum eſſe, quiſquis in Vxorem ſuam ardentior eſt amator. Quippe in uxorem alienã omnis amor turpis eſt, in ſuam uero nimius. Sapientis eſt, Vxorẽ amare, ſed iudicio, non affectu. Libidinis pruritus rõnis examine reprimendi, nec præcipites ferri in concubitum debemus, fœdius nihil, quàm Vxorẽ amare perinde ac adulteram. Venit in mentem hiſtoriæ, cuius auctor Seneca eſt, Qui a ſe cognitum quendam teſtatur, ornatum Hominem, Qui exiturus in publicum faſcia uxoris pectus alligabat, & ne

momento

momento quidem præſentia eius carere poterat, potum'q; omnino nullum ſibi, niſi alterius præguſtatum labris, Vir, & Vxor hauriebant, alia item pleraq;, nec inepta minus facientes, in quæ improuida uis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honeſta erat, Sed nimietas deformitate non carebat. Nil autem referre arbitramur, quàm honeſta cauſa quis inſani at. Quæ uero Vxor dicitur, etiam Coniunx nuncupatur, ſciunt id uel αἰαλφάβητοι, Sed inquit Cæcilius Minutianus Apul. in libro de Orthographia, ſunt qui ſcribant, Coiux citra ullum omnino n, à Coeo. Aliis addere unum placet, & Coniux dicunt, Sunt qui duplex, ut ſit Coniunx ex opinationis uarietate in Verbi deductione. Sed illa grauiora, In Platonicorum Sanctariis obſeruatum nobis eſt; Amorem non fere aliud eſſe, uel dici a recte dunta xat ſentientibus, quàm pulchritudinis deſyderium. Pulchritudinem uero triplicem ſtatuit Plotinus, cum non aliud omnino ſit, quàm ex plurium concinnitate cooriens gratia. Hanc ſi in Animo perpendas, ea nimirum ex uirtutum ſplendore uenuſtas eſt. Si in Corporibus requiras, Coloribus, lineis'q; mira, coaleſcentibus congruitate decus conflabitur gratiſſimum. Sed nec ſonorum modulata iucunditas pulchritudinem reſpuit. triplex Pulchritudo Senſus tres habet ſubſeruientes. Triplicem uero imperitãtem Amorem. Radios ex Animæ claritate uibrantes interior mentis percipit Oculus. Corporea autem gratia Corporeus perfruitur Viſus. Muſica uero Cõſonantia Aures permulcet ſolum. Iam hic tactui locũ non ſupereſſe, facile colligimus. Qui hunc inſuper ad pulchritudinis exigit perfruitionem, Brutum reſipit, hominem exuit, ratiõem allidit. Qui enim in tactu uſus pulchritudinis? Vna eſt, quam ſentiãs ex fœdo attritu, uoluptas, Sed nec alio magis rationis expertia titillantur? Quid, quod hęc pulchritudini prorſum diuerſa colligitur? An non fatemur præferuidum Veneris impetum ad intemperantiam prolicere? Intemperantia uero non'ne inconcinnitas quædam eſt? Inconcinnitas porro non'ne deformitas? qua quid pulchritudini aduerſum magis? Valeãt igit libidinis incentiua, ſecernatur, fugetur procul intempeſtiua titillatio ab Amoris Platonici honeſtiſſima integritate. Hunc ille aſſeruit in Sympoſio. rettulit & Plotinus Platonis magnus aſſectator. Qui ergo ferre Diçarchum poſſumus parum recte, parum'q; prudẽter Platoni Theoninum infigere dentem conatum, quod extra rationis modulum, & prudentiæ præſcriptum amori habenas laxaſſet? Virtuti, honeſtati, rebus diuinis præfigi meta nulla poteſt. terminos iſta neſciunt, nullis circunſcribuntur pomœriis, quo progrediare auidius, eo cumulatior inde promicat laudum nitor, & perfectio plauſibilior, Quam concipit Plato, & mox generoſiore fœtura, ex feraciſſimo promit ingenio, e Cuius fontibus ambroſia iucundiore manantibus nil fœdum, nil ſeſe profert non illuſtre, non magnificum, & quod Vetus Pythagoreorum ſymbolum, τὸ θεῖον non ſapiat. Nam ut iuxta Theognin, e Squilla non prouenit roſa, non item hyacinthus, Ita ex Platonicis muſeis nil omnino profluit, quod næ nias redoleat hibericas. grauia omnia, ſublimia, nitida, Sed quæ Delium ſæpe requirant natatorem. Nam Heracliti tenebras nulla non ingerit pagina. Sed ad diuerticulum redeo. Suffragari porro Amoris præſtantiæ Gentium quoque multarum Conſenſus uidetur. Quippe Athenas aduertimus, Vnde Scientiarum uelut fluenta in orbem terrarum effuſa, Academiæ gymnaſium nobile Pallados quidem numini dedicaſſe, Cęterum inibi quoque Amoris Simulacrum ita excitaſſe, ut res diuina utrique perageretur. Multis præterea Venerationi Erotidia ſunt, Sicuti Athenienſibus Panathenęa, Eleis Olympia, Rhodiis quæ uocantur Halia. In ſacris porro popularibus uniuerſin fere honorabatur Amor. Ante congreſſum cum hoſte Lacedæmonios Amori ſacra obiſſe, palàm eſt, Ceu ſalutem demum, ac uictoriam unus is pariat. Quod ipſum ex parte in Creta item factitatum. Sicuti auctor Soſicrates eſt. Iam apud Thebanos ſacra quæ dicitur Cohors ex Amantibus conflatur, Amatis'q; Amori autem Gymnaſio dicato, Samii, Sacra, quæ obeunt, uocant Eleutheria. Platonicus Phædrus Magnum eſſe Deum Amorem comprobat, apud Deos, homines'q; mirandum, cum propter alia multa, tum propter eius originem. Amor certe omnibus ad omnia eſt ingenitus. Quod Dionyſius Areopagita, in libro de diuinis nominibus ex Hierothei ſacellis ſic explicat, Amorem ſiue diuinum, ſiue Angelicum, ſiue Spiritalem, ſeu Animalem, aut naturalem dicas, inſitiuam quandam intellige, commiſcentem'q; uirtutem, quę ſuperiora quidem ad inferiorum prouidẽtiam perlicit. Aequalia rurſus ad ſocialem ſui inuicem communionem conciliat. Ac poſtremo infima quæq; prolectat, ut ad ſublimiora, potiora'q; conuer

tantur, immo ueluti fomite quodam igneo amplius succensa resiliat. Quoniam uero extente Platonis uidemur Apologiam suscepisse, amplius aduertendum, tanto Viro nec defuisse inter Græcos, qui κακολογίαν, ideſt maledicētiæ, dicacitatis q̄ illi notam uelint inustam. Quando & Gorgias, cum in Dialogum sibi Cognominem incidisset, ad familiares conuersus dixisse fertur, ὡς κακῶς οἶδε τοὺς πλάτων ἰαμβίζειν, ideſt quàm bene Plato nouit proscindere. Damnatur item ut κακοήθης, καὶ φιλοδόξος, ideſt moribus prauis, & gloriolæ captator. Antisthenes quoque uirulentia in eundem effusa, esse Sattonem pronuntiauit, non Platonem, edito item tituli eiusdem dialogo. forte à σατίω, quòd onero signat, tanquam humeros præferret oneribus gestandis natos. Eloquentiam nemo non admiratur, quis enim eo in dicendo uberior? Iouem certe autumant Philosophi, si græce loquatur, sic loqui.

¶ Amor apud Hesiodum quid. Amoris Parentes diuersi. Spartani amatores. Vulgaris amoris uituperatio. Qui sit Anteros. Cap. XXV.

h Esiodus uero in Theogonia primo quidem factum cecinit Chaos, mox Terram, & Tartarum, deinde prodiisse Amorem affirmat. Eum uero locum allegorico, & proinde recōditiore Sensu Quidam interpretatus, Amorem inquit, intelligo non Veneris filium, quo enim pacto nasci hunc concipiamus, matre necdum producta? Verum Amorem accipere antiquiorem alterum oportet. puto autem esse hunc insitam unicuiq̄ eorum, quæ sunt, naturalem uim, causam q̄, qua esse expetit ununquodq̄, hoc quidem intellectu, Illud autem Sensu, ideſt τὸ μὲν νοερῶς, τὸ δὲ αἰσθητικῶς. Et Amorem quidem ex Chao, & Terra natum fabulatur Hesiodus. At Simonides ex Venere, ac Marte. Acusilaus ex Nocte, ac Aethere. Alcæus ἐκ τῆς ἔριδος, καὶ ζεφύρου. ex Lite, ac Zephyro. Sappho Veneris, & Cæli filium prodit. Alii etiamnum aliter. Nam & Olen, ideſt ὤλην Lycius, Qui peruetustos Græcis hymnos concinnauit, in Ilithyiæ hymno illius filium Amorem facit. Inter Deos omnes Amorem præcipue Thespienses colunt. Sed & qui in Hellespontо sunt, Pariani. Quod uero ad Platōici Amoris ptinet Sanctitatem, qui totus fere τῆς ψυχῆς erat, οὐδὲ τοῦ σώματος, ideſt Animæ, non utique corporis, Inuenire est in ueteribus memoriis, Lacedæmonios eandem hæresin esse confectatos. Nam inde sunt celebrati in bello militares ordines, ex amatis, amatoribus q̄ cōflati, quos cū Macedo Philippus conspicaretur, conspiratu tacito nitibundos, animam omittentes prius, quàm demigrarent loco, aut mouerentur gradu, male inquit, sit iis, Qui hosce putant, turpia uel facere, uel pati. Ex iis porro fontibus est item Afranii illud, Amabit Sapiens, Cupient cæteri. Amor autem formæ, inquit aduersus Iouinianum libro secundo beatus Hieronymus, rationis obliuio est, & insaniæ proximus. Turbat consilia, altos & generosos Spiritus frangit. Inde & Plautinus amator in Cistellaria. Nullam mentem animi habeo, Vbi sum, ibi non sum. Vbi non sum, ibi est animus. Diuersum autem Amori Deum Veteres Anteros nuncuparunt, ut est apud M. Tullium, de natura deorum tertio, Ex Venere, ac Marte natus inquit, Anteros dicitur. Ante Academiæ ingressum Amoris excitatam fuisse aram à Charmo Athenienſium primo, Epigrāmate astipulante, Pausanias scribit. In Ciuitate uero Anterotos uisebatur ara, Quam μετοίκων dixere ἀνάθημα, ideſt Inqlinis dicatam. Quoniam Athenienſis Meles Timagoram peregrinum hominem amore ardētem aspernatus, Vt se à petra in præceps daret, imperauit. Quod cum is, ut qui in omnibus adolescenti obsecutum uellet, Animæ etiamnum prodigus implesset largiter, Tanta subiit Meletem pœnitentia, ut ex eadem ad imum se mitteret. Vnde factum, Vt Anteros Timagoræ ἀλάστωρ, ideſt Vltor crederetur τοῖς μετοίκοις νομίζειν. In Heleoꝝ Gymnasio, ea parte, quæ dicebat μαλθώ, stabant Amoris, & Anterotos Icones, Sed ἔρως palmaceum tenebat ramum, Quem auferre niteretur Anteros. Athenienses nanq̄, & Helei Anterota agnoscunt, ut numen. Verū in iis iam complicanda sunt Vela, quoniam ἅλις ὀρυὸς, ut dicitur, ideſt Satis quercus. aut ueritus, ut Cicero inquit, ἅλις σπουδῆς, satis studii, Quod ad Amorem attinet, aliubi ad partes reuocandum. Sed illud differendum haudquaquā, fuisse in Achaia Ciuitatem Argyram nomine, ac fontem quoq̄. Et in propinquo fluuium Selemnum, ab Adolescente dictum, Qui Argyræ Nymphæ oblaqueatus amore, ac desyderio extabescens sit à Venere in eum desor-

matus.

matus. Vnde Selemni aquam id adeptam laudis ferunt, ut ea ablutos amore liberet tam Viros, quàm fœminas. Quod si est, inquit Pausanias, omni auro pretiosior est Selemni aqua.

¶ Insaniæ causa ex atræ bilis uitio. Effectus porro uarii humoris eiusdē, quo ad mores. Caput XXIIII.

a Gitaui diu mecum, quænam foret huius intemperiei ratio, qua homines sæpe ita a rationali abeunt sensu, consternantur'q; prorsum, ut mira quædam, ac stupenda cōtingere illis, animaduertamus. Comperi deniq; parte plurima hosce effectus admirabiles adeo, tā'q; omnino inopinabiles, Bilis atræ, quàm Melancholiam uocant, uitio prouenire. Quid uero hoc nomine sit Prudētioribus intelligēdum, insinuat Galenus libro de interioribus tertio, Phlegmaticos inquit, seu pituitosos humores intelligo absolute, quibus humiditas, & frigiditas dominatur. Melācholicos uero, quibus frigiditas, & siccitas. Propterea Aristoteles, Atra autem bilis inquit, non per summa, sed natura penitus frigida, si modum excedit, hominem facit attonitum, aut obtorpentem, aut anxium, aut formidolosum, cum materia eiusmodi scandat Cerebrum, ut Galenus idem approbat planè, & in Sententiis Hippocrates, Si mœstitia, & metus longo tempore tenet, Atra bilis in uitio est. Et super eodem loco Galenus idem, Constat inquit, quosdam insanos euasisse ob iracundiam horridam, excandescentiam'ue, aut tristitudinem atrocem, & immanem, quia corpus perpessum ad hos affectus idoneum, paratum'q; fuerat. Et Auicenna primo Canonis, cum multa absque causa sese ostentarit tristitia, humoris adusti euacuatio necessaria, ne in Melancholiam dilabatur. Si uero humor is admodum incalescat, Securitatem animi, Cantilenas'q; parit, & mentis alienationem, ac ulcerum eruptionem, & alia pleraq; generis eiusdem. Bilis quippe atra ferri instar, quando multum ad frigus intenditur, friget ad summum, quando contra ad calidum ualde reclinat', decumbit'q;, calet ad summum, quod mirum uideri non debet, Siquidem uidemus calcem illi similem aqua perfusam feruere statim, atque exurere. Quod si uictu quotidiano redundet, mores nihil immutat, Sed morbum melancholicum tantummodo creat. At quibus habitus natura talis constiterit, mox his multa, & uaria morum genera exoriuntur, Velut alius aliam habitus intemperiem sortitus est. In quibus enim multa, & frigida bilis est atra, hi stolidi sunt, & ignaui, In quibus permulta, & calida, hi perciti, & ingeniosi, Amasii, propensi ad omnē excandescentiam, & cupiditatem. nonnulli etiam loquaciores. Multi item, quod ille calor sedi mentis in uicino est, morbis Vesaniæ implicantur, aut instinctu Lymphatico efferuescunt. Quos, ut Paulus inqt, ἐνθεαστικοὺς nūcupant (Nam ἔνθους dicit' furens, & πνευματοφόρος. At Enthusiasm⁹ est, cū Anima ex Deo illustrat' tota) Ex quo Sibyllę efficiunt', & Bacchæ, & omnes, qui diuino spiraculo instigari creduntur, Cum id non morbo, Sed naturali intemperie accidit. Proinde M. Tullius, Aristoteles inquit, eos etiam, qui ualitudinis uitio furerent, & Melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens, atq; diuinum. Maracus Ciuis Syracusanus poeta etiam præstantior erat, dum mente alienaretur. Sunt qui scribant, Mulierem illiteratam, dum atra bile agitaretur, Latine loqui consueuisse, cessante uero ægritudine, non quiuisse. Quod autem ex habitu melancholico effici Aristoteles opinatur, ut sæpenumero angamur, & animo succumbamus, Alias securitate gestiamus, multi etiam præ mœrore mortem sibi laqueo consciscant, Auicenna prima tertii causam se horum effectuum ignorare, fatetur ingenue. Quod ipsum & Serapio facit, q Tamen bilem atram, rem adeo diram, adeo'q; meticulosam uidetur putasse, ut a malo Dæmone eius impetus excitari confiteatur. Et Auicenna sapiens non negarit. Archelaus Macedonum Rex atræ bilis habitu sibi maiorem in modum confidebat, & nunquam non Spei plenus erat. Macri inquit, tertio de locis affectis, siue de Interioribus. Galenus & Nigri, ac Hirsuti, & quibus latæ sunt Venæ, aptissimi censentur, Vt huiusmodi in ipsis humor cumuletur, fit'q; interdum, Vt rufo colore Homines affatim in melancholicam temperaturam recidant. Post hos uero Flaui, Id'q;, si uigiliis, multis'q; fuerint laboribus innutriti, solicitudine addita, & Victus tenuitate. Melancholiæ genus tertium dici Paulus ait, φυσῶδες, καὶ ὑποχονδριακὸν ex inflammatione hypochondriorum circa stomachum.

Macri, nigri, hirsuti, latas venas habentes rufi, & flaui melancholiæ sunt obnoxii.

¶ Exempla Insaniæ maxime mira. Lucretii furor, & Accus delyrium inopinabile. Item Pisandri. Caput XXVI.

Ed & illa magis utique miranda, Imaginatio corrupta, & præter naturam, nec unius speciei. Quosdam inuenias inquit Galenus tertio de Interioribus, siue de affectis locis, Qui se putent figlinum uas, quamobrem contactum hominum, & omnino propinquitatem expauescunt, nequo modo comminuantur, decurtentur'ue. Alii Gallum conspicati, prius, quàm edat cantum, alas excutere, Ipsi quoque consimiliter brachia motitant, mox & canunt. Sunt quos perpetuo timor percellat, ne mundum fulciens Atlas, seruans'q; lassescat, is'q; feratur in præceps, & omnes una pereant ruina. Proinde fugam semper meditantur, ut, si fieri possit, sese extra mundana claustra proripiant. Et cuidam prædiuiti famem timenti, inquit Celsus, subinde falsæ hæriditates nuntiabantur. Timor, tristitia, Vitæ præsentis tędium, odium quoque hominum esse uidentur Melancholicis communia omnibus. Amare mortem, non ita. Attamẽ plerosq; inuenias mire exoptantes eam. Hippocrates Melancholicorum accidentia duobus clusit, timore, & mentis corruptione, qua quicquid uident, odio habent, & tristes semper uisuntur, & perterriti. Nam sicuti tenebricosa loca plerunque timore perfundunt, Sic & Bilis atra mentis loco se circunfundens pauorem inducit. Alienationes uero, quæ in febribus per sæpe eueniunt, fieri creduntur ex colligatione Cerebri cum aliis membris, non ex ægritudine in eo concepta. Propterea eiusmodi nec Maniacos dicimus, nec Melancholicos, nõ item Phreniticos. Est enim alienatio hæc accidens acutissimæ febris, proueniens ex uaporis calidi multitudine, Cerebrum scandentis. Habet enim Stomachus cum Capite Sympathiam. Cuius ratio est in neruo magno, qui a' Capite ad Stomachi os protenditur. quo fit, ut præter alia membra id ipsum Stomachi os ampli⁹ sentiat. Sed redeo ad Insanorum inusitatam speciem, Qua in parte non est Euagoræ Cyprii Regis repentinus furor latius explicandus. T. Lucretium in Libro temporum legimus, amatorio quidem poculo in delyrium abiisse, Verum ita, ut interuallata, intersecta'q; insania Carminibus concinnandis, libris'q; spatium daret, Quos ad obelum, & unguem reuocatos Cicero postea deterserit. Mox tamen ægrius ferens sibi manum admouit. Sparsum taceo, quem scribit Seneca inter Scholasticos insanum, Inter insanos Scholasticum. Minyæ cuiusdam filias eo percitas furore legimus, ut humanis uesci carnibus appeterent. Immo etiam filios ad eam rem sortirentur, ac Leucippam Hippasum filium, quem petierat Sors, Laniandum exhibuisse. Est Mania, siue furor item, ubi leuissimis de causis mortem Quis sibi pergit consciscere. Quod Cleonæo factum Timanthi est Pancratiastæ, Qui cum Athleticam desisset, Virium tamen tentamenta capiebat, Arcum ingentem quot diebus intendens. Cæterum peregre profectus receptam intermisit meditationem. Reuersus postliminio, cum se itidem experiretur, non ualens amplius arcum intendere, in succẽsam uiuum se pyram immisit. At Cleomedes Astypalęeus pycta, cum in pugna Iccum peremisset, ac eo nomine ab' Hellanodicis foret damnatus, & exutus uictoria, tristitudine insaniuit, Reuersus Astypalæam pergens in Puerorum Diatribam, subuersa, quæ tectum fulciret, Columna, Pueris'q; ad Sexaginta attritis, A' Ciuibus ad supplicium quæsitus in Pallados sacellum defugit, ac in κιβωτὸν, idest arcam sese intrusit, qua mox conscissa, nusquam est compertus. Apollo super iis consultus respondit,

ὕστατος ἡρώων κλεομήδης ἀστυπαλαιεὺς,
ὃν θυσίαις τιμάτε μηκέτι θνητὸν ἐόντα.

Cæterum Acco, Cuius apud Plutarchum mentio est, in Commentario de Stoicorum ꝯtrarietatibus, professæ insaniæ mulier, præcipue mira inter omnes est, Qui a' Communi Sensu sequestrati adeo dementant, ut Apuleii uerbo utamur, adeo'q; obbrutescunt, ut nullatenus uice hominum sint, mentis illo uigore diuino interextincto. Fuit igitur Acco eius delyrii, Vt cum se amplius contemplaretur in Speculo, Sicuti in Epitome Parœmiarum Tarræi, ac Didymi relatum inuenio, Imaginem suam perinde, ac mulierem alteram alloqueretur, innueret, summurmuraret, arrideret, interdum comminaretur, promitteret, subblandiretur. & quicquid confabulantes solent, numeris omnibus impleret. Nec satis. Argumentum uesaniæ constantis alterum, Scribunt Alii, etiam clauos nonnunquam Spongia, ueluti malleo impingere

impingere conatam. Expinxit & ſuis Piſandrum Veſania coloribus, Qui terrore maximo perfundebatur, necubi Animæ ſuæ occurreret, a qua uiuus eſſet deſtitutus. Verum nec trã/ſiliamus hac parte mirum præcipue exemplum Vinolentiæ, raro alias percognitæ. Auctor Timæus eſt, fuiſſe Agrigenti domum quandam cognomento φιλόξενη, ideſt Triremem, euentu tali. Adoleſcentes aliquot illuc conuenientes Conuiuium hilarius agitabant, Mox, uti aſſolet, cum incaluiſſent uehementius, ita decuſſi mente ſunt, Ita q externati, Vt in Tri/remi ſe opinarentur conſtitutos, mariq altius undabũdo, hyemem ingruere atrocem. Pro/inde, uelut naufragium ueriti, tanquam egeſtis, quæ intus forent, nauigium facturi leuius, Vaſa omnia, & quicquid mero feruidis occurrebat, in Viam, ceu in mare feſtinantius iacta re adorti ſunt, Accurrentibus hinc inde, qui proiecta diriperent. Inſequenti die, ubi affuere Magiſtratus, factum coarguentes, cum illi necdum ſatis edormiſſent, reſpondere, ſe mortis metu præoptaſſe, quæ in naui forent, diſperdere, quam fluctibus deuorari. Admirantibus mentis Stuporem uniuerſis, Qui inter eos uidebatur natu grandior, Ego o Viri Tritones pre formidine infra Thalamos me coniiciens in imo iacui. Cũq amplius delyrare animad/uerterentur, dimittuntur ab ignoſcente Magiſtratu, commoniti modo grauius, Cauerent in reliquum inuitationem eiuſmodi brutalem. At illi, uelut gratiam fatentes, Si inquiunt, ſer/uati ex tam procelloſis undis portum fuerimus aſſecuti, inter marinos Deos uobis, ut Serua toribus in patria ſtatuas ſurrigemus.

Mirũ vinolentiæ exem/plum.

¶ De ratione item Delyrii, ex Medicorum doctrina. De Imaginoſo, & nocumentis Ima ginandi potentiæ, necnon Cogitatiuæ, & Memorialis. Quot modis dicatur Phantaſia. Ca tulli locus explicatur. Cornelio item Celſo lux infertur. Cap. XXVII.

Aeterum ingrediamur parumper Medicorum Scholas, non ut tranſfugæ, Sed ut exploratores, præfloraturi, quod haſce Lectiones adipoſiores, ac ſuc
c culentiores faciat, Vt lubentia ipſa lubentiores, ut Salibus Poetæ nobilis interim utamur, ad legendum noſtris initiati Teletis adlubeſcant. Auctor Auicenna eſt ſexta primi, Animalem Virtutem duas continere poteſtates, Apprehenſiuam, & Motus compotem. Apprehẽdendi uim bifariam item diſtribuit. Aut enim manifeſta fit Apprehenſio, ut cum Senſu aliquid percipimus, Aut clan deſtina, & latens. De hac uero Galenus, & Medicorum plerique agentes, quantum ad ſa/nitatis pertinet cuſtodiam, & ægritudinum curam, trifariam modo diſtribuiſſe contenti, Imaginandi uim ſtatuere, qua Senſibilia apprehenduntur omnia. Item Cogitandi faculta/tem, ſiue diſcernẽdi, quæ facienda a non faciendis diſcernit. Sequitur poſtremo Memoriæ poteſtas, quæ præterita nobis ſuggerit. De iis igitur tertio morbi Galenus agens, deq Ac cidentibus earum, ab Imaginatione ducit exordium, ac eius eſſe nocumentũ unum putat, qui dicatur Stupor. Aliud Quod Congelatio, Aliud Alienatio. Nocumentorum uero di ſcretiuæ potẽtię aliud dicit Ablatio, ſicut Amẽtia. Aliud Diminutio, ut Stultitia. Aliud Cor ruptio, ut Deſipientia. In memoriali autem poteſtate, aut deſtructio ineſt Actionis, ut in Le thargia, Aut deminutio motus, & uocatur Inſania. Eſt & aliud, quod Inſaniam item dici/mus. Nam alienatio duobus modis fit. Aut non bene imaginamur, aut parum recte recor/damur. Porro Imaginandi potentia oblædi ſola poteſt, incolumibus aliis, Sicuti Theo/philo Medicę artis perito contigiſſe nouimus, Qui, cum decubuiſſet æger, in angulis domus occinentes arbitrabatur adeſſe Tibicines, Cantoresq. Cumq conualuiſſet, integra men/te narrabat omnia, quæ in ægritudine concepiſſet. Vnde liquido coniectatum, Diſcretiuã uim, ac memorialem gradum tenuiſſe, Imaginatione tantum oberrante, ac extra quadrum, quod aiunt, promota. Nam & diſcernendi potentię modo inferri nocumentum poteſt, Cę teris duabus Lineam non mouentibus, memorabili cuiuſdam exemplo, Qui Romæ occlu/ſis ædibus, de feneſtris Vaſa tranſeuntibus oſtentabat, Sciſcitatus, an allideret? Cæterum, quia ununquodq ſuis appellabat nominibus, manifeſtum fit, Memoriam, Imaginatio/nemq minime oblæſas fuiſſe, Cogitandi, ſeu diſcernendi poteſtate deminuta, quoniam quid faciendum foret, parum diſpiceret. Nam & poſtremo ſcitari perexit, An etiam Pue/rum præcipitaret, annuentibusq, confeſtim impegit. Huic uero diuerſam, dum puerum

Theophili medici hiſto/ria.

Memorabile exemplũ.

ageret, Galenus expertum se affectiõem prodit. Nam, cum per Aestatem febris quateretur ardore, ex cubili prominentes atro colore festuculas uidere se opinabatur, Vestes quoq; floc corum plenas. Quos cum subinde carptim colligere adniteretur, Et ex astantibus dixisset Amicus quidam, Videtis ne hunc iam floccos conuellere, ac congregare festucas? Aduerti inquit, Quæ dicerentur, Nam Ratio mihi prorsum cõstabat. Et recte inquam dicis, proinde aduertas amplius, ne in Phrenetios dilabar malum. Scribit porro Thucydides, pestilentia quadam atrocius crassante, Infectos ea tantam obrepsisse omnium inscitiam, Vt Parentum, Amicorum, & Suimet obliuiscerentur. Sciendum præterea, Phantasiæ nomen uarie capitum a Philosophis, tum a Medicis. Est enim quandoq; Phantasia Intellectus, uel rationis deprauatio, uel cogitationis, proinde a communi iudicio deuios simplex uulgus Phãtasticos nuncupat. Nam & tertio Interiorum Galenus, Affectio inquit, quæ dicitur Phantasia, nil aliud est, quàm Intellectus corruptio. Est item Phantasia Phantasticæ uirtutis operatio, scilicet motus a sensu secundum actum facto. Ita nanq; ab Aristotele, secũdo de Anima describitur. Tertio dicitur Phantasia de Thesauro, seu uirtute Animali formarum susceptarum prius in Sensu communi, custode. Ex iis uero, quæ latius persequi collibuit, dilucet, opinor, Catulli Sensus illis uersiculis.

Non est sana puella, nec rogate,
Qualis sit. Solet hæc imaginosum.

Nam & Cornelius Celsus indidem mutuari lucem potest. Quippe tertio medicinæ libro Phrenetios Species exequens, Tertium inquit, Insaniæ genus est, Cuius Species duæ sunt, Nam quidam imaginibus, non mente falluntur, qualem insaniẽtem Aiacem, uel Orestem Poetarum fabulæ ferunt. Quidam animo desipiunt. Nam quod lepidissimi Poetæ sensum ad Speculi rationem reuocant nonnulli, aut Laruas nescio quas concipiunt, Aegri somnia censenda sunt, quæ inter ipsas quoque ineptias euanuerint. Lego in ueterum monumentis, Thrasylaum eo percipi furore solitum, ut Piræum ingrediẽtes naues suas arbitraretur. proinde abeuntes, remigrantesq; ingenti applausu excipiebat, quod siqua naufragium fecisset, nil inde mœroris concipiebat. Hunc fratris cura ubi a morbo absoluisset, narrabat, nunquã se uixisse iucundius, quàm furoris tempore, quoniam abesset tristitia, Voluptas susin arrideret. Dignum uero relatu, Imaginosos id genus homines dici passim Byzaros, credo, ab inconditis moribus populorum, Qui in Ponto dicuntur Byzares, ut inquit Stephanus, meminit Valerius Flaccus, Byzaresq; uagi. Sunt & in eo terrarũm situ Macrones quoque, quos ab Eubœa Colonos arbitrantur, unde & nomen, quoniam Eubœa quandoq; Macris sit nuncupata, quod Dionysius Chalcidensis significat. Alii uero dici Macronas putant, quia apud eos plures comperiantur Macrocephali, ideſt Capitis iusto longioris, Vt apud Persas Grypos inuenias plerosq;, ideſt aduncinasi. Ex hac doctrina, cuius auctor mihi est Apollonii Interpres, demanasse puto, Vt hebeti iudicatu, rudesq; homines Macarõas dictitet simplex plebecula, Cui sæpe imprudẽti allinitur qppiam ex uetustatis Colore succulento.

¶ Delyrium quandoq; ex imbecillitate contingere. Triplex Delyrii species, cum risu, Studio, & agresti mentis ardore. Ecstasis. De Catacopis, & Enthusiasmo. Mammacuthis, & Diuinaculorum fraude. Caput XXVIII.

Erum, ut Incudem eandem subinde, quod dicitur, porro tundere pergamus, Apud Galenum item legimus ex Hippocratis doctrina, Mentis commotionem quandoq; ex defectu contingere, quo manuum, ac pedũ tremores. Hæc siquidem membra propter potentiæ ipsa mouentis imbecillitatem infirmas habent motiones, ita & Cerebrum uacillat, delyrumq; euadit, quo nomine nec uehemens admodum id unquam existit Commotionis genus, Sed mediocre, & ut qspiam dixerit, ioculare, nugatorium q, & uelut puerile, ac facetum. Solet enim Hippocrates ioca, & nugas uocare Insaniam mediocrem, quasi festiuam, non mordacem, nec serio usurpatam. Quod uero ex defectu nonnunquam contingat desipientia, suggerit argumentum Hippocratis Aphorismus, Qui septimo libro insertus ita legitur. A Profluuio Sanguinis desipientia, & Conuulsio, malum. Idem Hippocrates alibi, Delyria inquit, quæ cum risu accidunt,

accidunt, tutiora ſunt, quàm quæ ſerio. Nullum delyrium Galenus ait, citra periculum eſt, attamen cum riſu minus habet diſcriminis. Quod enim furibundum, & efferum, & agreſti quodam mentis accidit ardore, maximo cum periculo eſt. In meditullio autem utriuſque eſt, quod cum ſtudio eſt, Serium'q; Delyrium. Omnia uero Delyria cerebro accidunt affecto, ſiue per ſeſe, ſiue per cõſenſum, & affectum communem. Differunt autem inuicem per cauſas ipſas efficientes. Si enim calore conſiſtit Delyrium duntaxat, citra nocuum ſuccum, ſimile quodammodo ei eſt, quod ex ebrietate cõtingit. Si flaua bile, cum ſtudio infeſtat, quæ, ſi impendio crematur, ut iam ad bilis atræ naturam accedat, Inſania fit ſatis furioſa. Plutarchus tria & ipſe genera uidetur agnoſere, Melancholiam, Phrenetin, Paracopen. Sunt qui hanc Deminutionem interpretentur. Nam Idem alibi Plut. Catacopos furore percitos intelligere uidetur. Ecſtaſin, ideſt ἔκστασιν Galenus finit ὁλοχρόνιον μανίαν, ideſt Inſaniam perpetem. ἔκπληξις ab eodem dicitur διανοίας ἔκστασις, ideſt Cogitationis ſtupor, ex repentina conſternatione extrinſecus adueniente. Enthuſiaſmus eſt quidem mentis ſtupor, Sed ex illuſtratione diuina. Mammacuthum inuenio quendam fuiſſe ſola illuſtrem fatuitate, ſicuti fuit & Melitides, unde apud Ariſtophanem κεχηνότες μαμμάκουθοι dicuntur, ideſt hiantes Mammacuthi. Hinc factum opinor, Vt homines id genus quandoq; Mamalucos dicamus. Gyrgathum uero lectum dicebant, in quo mente deuii, & Spiritibus afflati immundis uincti diſtinerentur, uerſarentur'q;. Vnum ueteris impoſturæ, ac uanæ ſuperſtitionis documentum præteriiſſe hac parte nequeo, Halicaccabi radicem ſolitos bibere Vaticinandi callentes, quod furere ad confirmandas ſuperſtitiones aſpici ſe uolebãt. Quia uero Inſaniæ perſequimur ſpecies, uenit in huiuſmodi pragmatiam Gynæcomania. uenit & Ortygomania. Doxomania. Ornithomania, & id gen° alia plura, cum quis in re quapiam debacchatur præcipue. Blennum Græci, ideſt βλεννὸν ignauũ dicunt, & fatuum. Eſt & βλέννα apud illos μύξα, ideſt mucus. Sed per ϖ, ſcribere malunt Alii ϖλέννα. Nec prætereatur illud hac parte, tribus a' Gythio ſtadiis in Laconia lapidem ſtetiſſe illaboratum, in quo cum ſediſſet Oreſtes, ceſſaſſe a' furore, Pauſanias ſcribit, ac propterea inquit, ex doricæ linguæ proprietate dicitur lapis Iupiter ϰαϖαϖῶντας. Ab hoc uero haud ita diſparatum illud quoque, Eſſe Speluncam in montibus ſupra Nonacrin, Ad quam furentes Prœti filiæ defugerint. Sed mox arcanis quibuſdam ſacrificiis, ac purgationibus eas in Regionem, cui nomen λουσοῦς, perduxit Melampus, ac perſanauit in Dianæ templo, Quam ex euẽtu ἡμεράσιαν nuncuparunt Clitorii. Sũt hi Arcadiæ Populi, & Clitor fluuius, Qui in Aroanium influere naratur. In quo flumine reperiantur piſces Pœcilliæ, quibus ſit Vox Turdorum aſſimilis. Sed ſunt, qui parum conſtanti fide id proditum uelint. In Arcadia porro' pergenti ex ciuitate, quam μεγάλην uocãt, Meſſeniam uerſus, Dearum occurrit templum, Quas, & Regionem ſimul templo circumiectam, μανίας nuncupant. Eas Eruditi Eumenidas interpretantur. Illuc item furore correptum perueniſſe Oreſtem ferunt. Quin & a' templo haud longe fuiſſe Supercilium, in quo uiſeretur δακτύλου μνῆμα, ideſt Digyti monumentum, Quod furoris ui ibidem Digytum ſibi Oreſtes arroſum uoraſſet. Quo facto, Eumenidas illi ſe albas ingeſſiſſe, cum prius nigro colore occurrerent formidoloſæ. Ac ita demum reſipere cœpiſſe. Vnde & Ace, ideſt ἄκη dicitur loc°, ubi adhibita primũ medela eſt. Apud Potnias Bœotiæ Ciuitatem fuiſſe Puteum, Legimus, Ex quo ſi aquam hauſiſſent Equæ indigenę, furoris ui concitabantur. Illud porro' adieciſſe nil obfuerit, Herculem inſania uehementius agitatum, cum uel Amphitryonem interfecturus uideretur, lapide a' Minerua impacto, eſſe conſopitum, ac lapidem σωφρονιστῆρα nuncupatum. Verum fœcunda in gente Meneni, ut Oratius inquit, uerſari diutius, abutentis otio fuerit. Id itaq;, quod ſequitur, perpendiſſe maius operæpretium ſit.

Nuccum delyrium ſine periculo.

Cui parti accidant omnia delyria, & quo differant inter ſe.

¶ A' quibus traditum ſit, Ingenioſos Melancholicos eſſe. Ac quæ ſit eius rei ratio. Bilis atræ ſpecies.

Caput XXIX.

P Lato in libro de Sciẽtia Ingenio pollere eos prẽcipue ſcribit, Qui furore quodam percipi, atque concitari ſoleant. Democritum quoque prodidiſſe, animaduertimus, Vt quiſq; ingenioſiſſimus ſit, ita maxime quati furore. Quod ipſum & in Phædro approbari uidetur, ubi enotatum inuenias, Poeticas ſo-

Plato.

Idem ſi

res fruſtra abſque furore pulſari, quãquam haud ambigo, diuinum quendam intelligi affla tum ea parte a' Platone. Verum nec eum ipſum naturæ rerum periti aſtruent contribui, niſi Melancholicis. Sed & Ariſtoteles, Quoſcunque in quauis facultate præſtantes melancholi/ cos extitiſſe pronuntiauit, Vt me inquit Cicero, non pœniteat hebetiorem eſſe. Cæterum cur ita contingat, hoc eſt, quod diu, & anxie quærimus. Nam ſunt, quibus Ariſtoteles pa/ rum ſatiſfaciat, Affectantibus ſemper ingeniorum acuminibus quiddam adipoſius, plenius, diuinius. Proinde imbuti ipſi utriuſq; Philoſophi myſteriis, pręcipue tamen Platonicis, Me dicæ quoque artis claritate illuſtres, tam abditæ quæſtionis inuolucra, fulti etiam ope diui/ na, ſic ferme' explicare aggrediuntur. Vt primum quidem Melancholiam, ideſt Bilem atrã eſſe duplicem contendant. Quarum alteram medẽdi ſcientiam profeſſi Phyſicen, ideſt na/ turalem dictitent. Alteram uero aduſtiõe contingere, aſſeuerent. Et Phyſicen quidem non fere aliud uolunt, quam denſiorem, ſicciorem q; Sanguinis portionem. κατακεκαυμένω uero, ideſt Aduſtam in quatuor ſpecies partiunt'. Aut enim naturalis melancholiæ, aut ſan/ guinis purioris, aut bilis, aut pituitæ ſalſioris combuſtione concipitur. Ex aduſta iudicio, & Sapientiæ nocumenta inferuntur, dum enim exardeſcit humor is, crematur q;, furorem cõ/ cinnare ſolet, & concitationem commoliri. Sicubi uero reſtingui contingit, eo quod ſubti/ lius eſt, clarius ue, euaneſcente, Vna q; modo fuligine uelut ſubſidente tetra, Stolidi concin nantur, & Stupidi. Hunc uero habitum Melancholiam dictitant proprie, Amentiam q;, atq; item Vecordiam. Solam uero Bilem atram, quæ Phyſice nuncupatur, iudicium confouere, atque Sapientiam, compertum eſt. Nec tamen id cenſeri perpetuum debet. Nãq; ſi ſola ſit, ab omni ſequeſtrata admixtione, nigricante nimium, denſa q; mole, Spiritibus fuſcedinem iniicit, Animo terrorem, Hebetudinem Ingenio impertitur. Si uero ſimplici commiſceatur pituitæ, cum frigidus obſtiterit circum præcordia Sanguis, Craſſa quadam frigentis natu/ ræ ui, ignauiam conciliat, & Torporem. Oportet autem atram bilem, neque paucam eſſe adeo, ut Sanguis, Bilis, Spiritus ueluti Suffrenatione deficiantur, unde Ingenii prouenit in/ conſtantia, & memoriæ fluxus. Nec rurſum exuberare adeo, ut ceu moleſto ſuccumbentes oneri, a' marcore uix excitari poſſe uideamur. Proinde neceſſarium omnino, quantum eius patitur ratio, eſſe eam prætenuem. Tunc enim abſque nocumento forte largior etiamnum admittetur, etiam ſi in bilis fuerit æquilibrio, quod ad põdus attinet. Exuberet itaque Bilis atra, uerum ſubtiliſſima, nec tenuioris pituitæ circumfuſus deſit humor, ne inareſcat omni/ no, fiat q; durior protinus. Non tamen uſque promiſceri pituitæ uolumus, præcipue ſi largi/ or ea fuerit, & frigidior, ne inde algorem contrahat. Sed bili, ſanguini q; ita promiſceatur, ut ex tribus unum conſurgat Corpus, dupla ſanguinis ad reliqua duo proportione compoſi/ tum, Vbi octo Sanguinis partes, duæ bilis, duæ item bilis atræ portiones exiſtant. Accen/ datur quadantenus a' duobus illa Bilis atra, accenſa q; fulgeat, non uratur. Hoc ſignificaſſe illud Heracliti uidetur. Lux ſicca, Anima ſapientior. Spiritus ex hoc humore creati primo quidem ſubtiles ſunt. Etenim ſub anguſtioribus atræ bilis eiuſmodi compreſſi meatibus, ue hementiore ob unitatem calore imprimis attenuantur, per q; arctiores expreſſi meatus, ſub/ tiliores erumpunt. deinde calidiores ſimiliter, atque eadem ratione lucidiores. Tertio agiles motu, actione uehementiſſimi. Quarto item ſtabili, ſolido q; humore iugiter emanãtes actio ni diutiſſime ſeruiunt. Tali autem Animus noſter obſequio fretus, indagat uehemẽter. per/ ſeuerat inueſtigando diutius. facile quæcunque perueſtigauerit, inuenit, clare perſpicit, ſyn cere diiudicat, ac diu retinet iudicata. Obiter uero hic legentes commoneo, Choleram non, ut Vulgo, pro bile, Verum pro Inteſtinorum affectione a' Medicis capi, duobus generibus apud Hippocratem. Alteram enim ὑγρὰν dicit, ideſt humectam, de qua ex Paulo facta nobis mentio alibi eſt. Alteram uocat ξηρὰν χολέρην, hoc eſt, ſiccam Choleram eadem productam ratione, ac cauſa, & in eiſdem, At citra Ventris ſolutionem, & Vomitus, uel, ut Galenus ait, ἄνευ ἐμέτων καὶ διαχωρήσεως. Sunt, Qui ita finiant, χολέρα ἔκκρισις κάτωθεν διὰ γαστρὸς, καὶ ἄνωθεν διὰ στόματος ἐμετός. Dicitur inde Cholera quoq; Fiſtula, uel Ca/ nalis, quo uibratior e' tegulis defertur Aqua.

Melancholia duplex. Naturalis. Aduſta.

Aduſta quadruplex. Eiuſdem nocumenta.

Melancholia propriè dicta. Naturalis commoda.

Atræ bilis quis modus eſſe debeat.

Heraclitus

¶ De Cicadis Acanthiis, & Achetis. Cercope, ac Calamæo. Cur Cicadarum aliæ canant,

Aliæ

Aliæ minus. Alia item de Cicadis non ingrata, & ex Platone fabella repetita. Cap. XXX.

Icadas quaſdam inuenio in Græcorum libris uocari Acanthias, non quia, ut Sudas inquit, Species ſit hæc Inſecti illius, Sed Epithetō eſt obuerſantis
c inter Spinas, quas illi Acanthas uocant. Sicut etiam Achetas non Cicadæ ſpecies eſt, Sed Epitheton ἀφ' τῦ ἄχεῖν, hoc eſt a Cantu, ueluti Argutam dicamus. Stephani monumenta præferunt, ab Athamanum urbe in Aetolia, quam Acanthon dicunt, nuncupari Acanthias Cicadas, Quæ quoniam fere conſileſcant, Vt Simonides atteſtatur, inde receptum, ut qui non loquantur, eo fere exprimantur nomine. Vnde eſt illud Hermolai Barbari, Malui diuinator uideri, quam Aetoliæ Cicada, cui diſplicet, meminerit, Ariſtarchum non alia magis ratione Vatem exiſtimatum, quam quod Librariorum, aut Vetuſtatis in Homero uitia uel cum famæ periculo ſcrutari uoluiſſet. Sunt ex Græcis præſertim de Grammaticorum Decuria, qui manifeſtum putent, maſculas Cicadas canere, quæ apud Heſiodum dicantur Achetæ. Eſſe uero mutum fœminarum genus, quæ nuncupentur Tettigoniæ, documento etiam nobili, Fœminis præcipuum ex ſilentio adeſſe ornamentum, unde ſit illud, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Conferre ad idipſum, & Luſciniarum fœmellarum ἀμελὲς, ideſt Cantus priuationem. Auctor Pauſanias eſt, Cicadam maximam nuncupari Achetam. At ἐλάχιστον τεττίγιον, ideſt minimam cicadulam dici Cercopen, ideſt κερκώπην, etiam Calamæum. Quæ ſit poſt hanc, Titigonium, forte a Verbo τιτύζειν, de quo alibi hoc opere facta nobis mentio eſt. Sed cur nam Cicadarum aliæ canant, mutis quodammodo aliis? Nempe, ut quinto de Animalium hiſtoriis Ariſtoteles ait, ὁμοίως δὲ ἐν τε τοῖς μικροῖς, καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις ἁπλῶν διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα οἱ ἄδοντες· οἱδὲ ἀδιαίρετον ἔχοντες οὐκ ἄδουσι. Sunt inquit, quæ canunt, præcinctu diuiduæ, ſiue maiores, ſiue minores ſint. Quæ autem non canunt, indiuiduæ conſtant. Sed planius in libro περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, ideſt de morte, & uita. Habent inquit, animalia id genus pleraque Diazoma, ideſt præcinctum, cui inſitus eſt Spiritus, Is quandoq; foras mouetur, quandoq; uero ediuerſo, unde contingit nunc eleuationem fieri, nunc depreſſionem eiuſce pelliculæ. Cum enim exit Spiritus, attollitur, ſicut ingrediente, deprimitur. Perinde enim Inſectis portio ea mobilis eſt, ut in Spirantibus Pulmo, & in Piſcibus Branchiæ. Porro pellicula concuſſa faciunt ſonum. Sicut in Calamis Pueros interdum uidemus factitare. Quibus prætenui folliculo indito, ſonum eliciunt. Sic & Cicadis, quæ canunt, calidiores enim ſunt, & imo ſpiritalis motus maior, ut interpretatur Thomas. Proclus uero Diadochus ὁ τέττιξ inquit, ἄδει ὑπὸ ταῖς πτέρυξι τείνων ἑαυτὸν, καὶ τὸν ἦχον ἐκπέμπων, ideſt Canit Cicada, ſeipſam atterens ſub alis, atque ita ſonum emittens. Plinius ex Ariſtotelis doctrina, Vocem non habere, ſcribit, niſi quæ pulmonem, & arterias habent. Iccirco & Inſectis ſonum eſſe, non uocem, intus meante Spiritu, & incluſo ſonante. Verum alia murmur edere, ut Apes. Alia cum tractu ſtridorem, ut Cicadas. Quia uero hoc genus intus habere ſonum uiſitur, hinc Enceladum Inſecti ſpeciem appellari, aſtruunt Grammatici, Vniuerſim uero Bombycia uocant Quidam, a bombo, ut opinor, Sicuti ab inciſuris Entomia, ideſt Inſecta. Scribit Theocriti Interpres, dici Cicadas quandoque Aethalionas παρὰ τὸ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ideſt quia a Sole amburantur, Concinere enim tum, ubi Cauma fiat, ideſt inardeſcat amplius Calor. Fuit & ab hoc animali ueteribus concinnata comminatio, χαμόθεν οἱ τέττιγες ὑμῖν ἄσονται, ideſt A terra uobis concinent Cicadæ. ſignificatur enim Agri uaſtitas cum arborum exciſione. Verum ſic allegorice pronuntiatum uehementius, grauiusq; putat Demetrius Phalereus. Quæuis ſua eſt Orationis conciſæ. Propterea & ſymbola ob breuitatis aſſimulationem, efficaciora multo, ac grauiora cenſeri. Quod enim breuius profertur, multorum ſuſpicionem præſtat. Porro lepidam ex Platone Cicadarum fabellam haudquaquam hic tranſgredi debemus. Apud quem Socrates in Phædro aſtruit, In meridie non dormiendum, ne inquit, a Cicadis rideamur. Nam quos uiderint agentes, ut oportet, Illis præmium tribuunt, quod Deorum conceſſione traducere ad homines poſſunt. Fertur enim hoſce olim Homines fuiſſe ante Muſas. Natis inde Muſis, cantuq; monſtrato, illorum nonnullos Voluptate cantus uſqueadeo delinitos fuiſſe, ut Canentes cibum, potumq;

negligerent, imprudenter'q; perirent, ex quibus deinceps Cicadarum genus ſit propagatũ, munus hoc nactum a' Muſis, ut alimonia non indigeat, ſed abſque cibo, & potu, quandiu uixerit, cantet. poſtea uero ad muſas proficiſcatur, quam quis hic muſam colat, renuntiaturum. Ergo Terpſichore renuntiantes, qui præcipue illam in Choreis, cœtibus'q; celebrarint, eam ipſis propitiam reddunt, atque itidem aliis pro ſua, cuiq; Venerationis ſpecie.

¶Nil uideri abſque luce. Colores uariari pro lucis diuerſitate. De Columbarum collo. Lucretii locus declaratur. De Iridis Coloribus, & Apparentiis, quas uocant Symphaſis.

Caput XXXI.

Athematicæ diſciplinæ, ac naturalium rerum ſtudioſi, nil uideri abſque luce, proinde nec diſcerni colores quoq; abſq; luce eadem, ualidis argumentorum
m comprobant rationibus. Aſtruitur & illud, ut conſequens, Corporum colores apud uiſum diuerſos euadere pro lucis diuerſitate ſuper ipſos orientis. Nam in claritate mediocri turbidiores plerunque uiſuntur, in illuſtri uero clari, ſcintillantes'q;. Argumentum euidens, in Solis deliquio Colorata omnia, inſita priuari uenuſtate. Liquet id amplius in Columbarum mire ſplendicantibus pennulis, quas in earum collo conuiſimus, nanq; etiamſi unius ſint coloris, uariis tamen aſpectibus uarie illuſtratæ ſub differenti ſpecie oculis exhibent ſeſe. Cuius ratio eſt, quia mouendi uim a' luce color ſuſcipit, quo uero amplius ab illa mouetur, amplius & ipſe mouet. Imbecilliores autem colores eſſe in intenſioribus, ſicuti imperfectum in eo, quod perfectum eſt. Ideo'q; pro lucis cõplemento eſſe coloris completi gradum in mouendo. Quod autem de Columbæ pennulis aſtruximus, Sciendum, quoſdam exiſtimare, diuerſos re ipſa eſſe inibi colores, diuerſas'q; ſuperficies ex diuerſarum portiõibus pennularum radiãtes. Verum diſertiſſime ſuperiis libro de rerum natura ſecundo Lucretius hiſce uerſibus commeminit.

Qualis enim cæcis poterit color eſſe tenebris,
Lumine qui mutatur in ipſo? propterea quod
Recta, aut obliqua percuſſus luce refulget.
Pluma columbarum quo pacto in Sole uidetur,
Quæ ſita ceruices circùm, collum'q; coronat.
Nanq; alias fit, uti claro ſit rubra pyropo.
Interdum quædam ſenſu fit, uti uideatur
Inter cæruleum uiridcis miſcere Smaragdos.

Sed, ut plenius Lucretii Senſa referemus, ubi rectam appellat lucem, & obliquam, Aſtruũt Mathematici, Solis lumen aut primarium dici, aut Secundarium, aut Tertiarium, & deinceps. Et Primarium quidem intelligunt, Vbi incidentiæ ſunt radioſæ. Secundarium, uel accidentale, in loco illuſtrato ab incidentia eiuſmodi, quæ oblique per omnem partem medii diffunditur, ut eſt Cubiculum totum. Tertiarium, cum ex ipſo cubiculo lucem recipit locus alius, alioqui opacus. Columbini colli ſubmutantis colores meminit Hieronymus aduerſus Ioannem Origenis conſectatorem. Columbarum inquit, colla ad ſingulas conuerſiões colorem mutant. Sed & Martianus de nuptiis Philologiæ, Arceſilas inquit, Collum intuens columbinum dubitabat, Siquidem hac pmotus uarietatis incertitudine, amplius aſtruere ἀκαταλη̃ψίαν cœpit, ideſt incomprehenſibilitatem. Sed & Nero Cæſar diſertiſſime, ut primo naturalium quæſtionum Seneca tradit,

Colla tiberiacæ ſplendent agitata Columbæ.

Quo tamen uerſu legi cõmodius Cytheriacæ poteſt, Sed Syllabæ mẽſus nõ nihil refragat. Meminit & Academicorum. ii. M. Tullius, Neq; uero hoc loco expectãdum, ut de remo inflexo, aut de collo Columbæ reſpõdeam. nõ enim is ſum, qui quicquid uidetur, tale dicam eſſe, quale uideatur. Et rurſum, Nam & in remo ſentio non eſſe id, quod uidetur. Et in Columba plures uideri colores, nec eſſe plus uno. Quod ad Syllabam attinet, uariatum in ea comperias, Vti Metamorphoſeos quintodecimo,

Armigerum'q; Iouis, Cythereidas'q; columbas.

Sed enim, ut ad Colorum ratiões regrediamur. Aduertẽdum amplius, eſſe Colores in Corporibus ex

poribus ex Elementorum refractione coorientes, quibus compinguntur. Hoſce uero haud quaquam ſpeciem uariare ex Lucis ui, Quin Album ſemper ſit album, & Nigrum nigrum, niſi quatenus intenduntur, uel remittuntur. Sunt & Colores, quos Apparentias dicunt. Recentiores, Ariſtoteles primo de generatiõe συμφάσεις appellauit. Vt in Iride, Vbi uiſitur Color rubens albido permixtus, quia materia eſt rara, & radius Solaris fortior. Cõuiſimus autem Solis lucem fere coloris eius. Quod ſi denſior fuerit materia, & imbecillior radius, reſilit obſcurus, ac nigricans color, qualem in nubibus cernimus. Colores autem intermedii, Cuiuſmodi Cinericius eſt, Fiũt ubi materia denſet minus, et Radius ſit aliquãto fortior. In Vrina porro ſubinde mutantur colores, Si in Solari radio inſpectetur, prouenit autem id ex uarietate lucis Solis, Qui cum in motu perpetuo ſit, nunc unum oſtentat, nũc aliud. propterea Medicorum periti in luce temperata diſpicere malũt. Quod rurſum ad Irim ſpectat, Prædicant Ruſticiores, Oſtentante ſe inibi colore rubro, albido adiuncto, haberi fertilitatis prognoſticum. Ratio uero eſt, quia, cum rarior ſit materia, facile peruincitur a Sole, ut inde Pluuiæ iuges, aut largæ conſequi nequeant, quæ plurimum Vbertati Seminum officiunt. Sed ratum, & quodammodo decretorium hoc cenſeri haudquaquam debet.

¶ Quid foret Robur in Carcere, & quæ dicantur digna Robore. Iuuenalis locus, & Propertii alter explicatur. Item Vocabula nonnulla ad Carceris loca pertinentia.

Caput XXXII.

Arcerem ſcribit Cicero in L. Catilinam libro ſecũdo, uindicem nefariorum, ac manifeſtorum ſcelerum maiores noſtros eſſe uoluiſſe. Et T. Liuius Ab V. C. libro primo Ancum Martium refert, Ingenti incremẽto rebus auctis, cum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte, an perperam facti confuſo, facinora clandeſtina fierent, Carcerem ad terrorem increſcentis audaciæ media urbe imminentem foro ædificaſſe. Nec ſatis. Siquidem humana rabie latius etiamnum ſerpente, craſſante q̃, in ipſo etiam Carcere, formidoloſo, diro q̃ aſpectu locus alius requiri cœpit, quando quotidiana, & proinde leuia remedia parum efficacia noſcerentur. Robur edidere nomen, quo maleficum genus hominum præcipitabatur, ſic nuncupatum, quod ante arcis robuſtis includeretur, Sicuti Sex. Pomp. fragmenta nos perdocent, & ſignificaſſe Plautus deprehenditur, cum ait,

Ego Vos ambo in robuſto carcere ut pereatis.

Hinc facinora magnitudine rara nouitate dira, & inauſpicatiſſima, Robore digna magnis Auctorib⁹ appellari ſolẽt. Q uidem Apuleius confirmaſſe in Oratiõe diſertiſſima, ut Auguſtinus dixit, de Magia. O mirum inquit, Commentum. O ſubtilitas digna Carcere, & Robore. Sed & Maximus Val. exemplorum priſcorum libro ſexto, de robore quoſdam præcipitatos ſcribit. Non deſunt, Et quidem multi æris Homines, qui illud Iuuenalis,

Horrida quale facit reſidens in codice pellex,

Quicquam ad hoc pertinere aucupentur. Et cæcos doctores nugas, ineptiolas q̃, halucinatione ridicula, effutire meras pronuntient, cum Satyrus dubio procul Codicis nomine συμβολικῶς, & operte Robur intellexerit, in quod meretricula iam magno natu ob perpetratũ ſcelus fuerit impacta, atq; inibi nendo uitam ſuſtentare ſolita ſit. Vez hæc commenta etiam ſi uera maxime forent, minis accerſita, nimis q̃ coacta ſunt, uix q̃ doctrinæ, & acuminibus cohærẽtia Poetæ illius. Quid, q d ſi intenderis, oppugnante nullo, æquant ſolo? Quid. n. minus facere mortua poteſt, quàm nere? De Carceris robore præcipitabantur nocentes, ut prę poſitæ probant auctoritates, non in cuſtodia detinebantur. Quod uero ad huius opinionis fulcimentum, & uelut Tibicinem aduocatur Propertius, Id totum nil eſſe intelligo, Sed & alii intelligent, quod ut fiat facilius, & Syncerius, Verſiculos Poetæ ſubtexemus.

Et grauiora rependit iniquis penſa quaſillis
Garrula de facie ſiqua locuta mea eſt.
Noſtra q̃ quod Petale tulit ad monumenta Coronas,
Codicis immundi uincula ſentit anus.

Primum rogo uos Eruditi omnes, Qui non ad Ariſtophanis modo lucernam euigilaſtis,

Sed Cleantis quoque, & quod Fabius ait, in ſudata ueſte duraſtis, fuligines lucernarum bibendo, ad procinctum dum tenditis, quodnam eſt hic Robore dignum crimen? Deinde quo iure Zelotypa mulier Ancillam minus ad animum reſpondentem in publicę pœnæ locum intruſit? Quonam modo præterea duæ ſententiæ cohęrent, nec diſſimilitudine diſſultant? Quæ me impenſius inquit Cynthia, laudauit, dat pœnas, & penſa grauiora cogitur perficere. Petale, quia Coronas tulit ad monumenta, impingitur in præcipitii locum publicum. Extrita mihi iſta uidentur. Qui intriuit, totum exedat. Et Quas faber ſtruxit Compedes, ipſe ferat, ſicuti iactatum prouerbio eſt, & meminit Auſonius. Vexæ, nequis in hiſce libellis Rhodium putet Sacrificium, deſinamus aliena grauius, aut inſectanter conuellere, neque enim propoſita nobis obſtrigilatio ulla eſt, nec Doctorum hominum diſpendio gloriolas inanes captamus, monitos tantum Legentes uolumus, quid ſenſerint Alii, Quid'ue ipſi promamus in album, οὐ πρὸς ἐυδοξάζοντες, ideſt non idem opinantes. Candore eodem, ac ſimplicitate, ſicubi lapſi fuerimus, reuocent ad libram, quoniam hominis eſt in pluribus conniuere. Nã & ipſi noſtra quoque alliſuri uidemur (neque enim ita nos amamus, aut miramur, ut neſcia mus perdere) ſicubi potior ſe oſtentarit ratio. Et cum riuali, & ſine riuali poſteritati allabora mus. Redeo igitur ad inſtitutum. Eſt prouerbium quoque ſcitiſſimum compar priori, Sed ambiguitate, & ſignificatu remotiore feſtiuius, Theſauro dignus, in eum, q teterrimo ſupplicio flagitiis adobrutus ſit differendus. Docent Plutarchi monumenta, Theſaurum fuiſſe Domicilium ſubterraneum apud Meſſenios, neque auras, neque lucem exterius excipiens. Nec ullę Carceri fores erãt, Saxo immani intruſo occludebatur. In quem cum magnus Græciæ Imperator Philopœmen fuiſſet impactus, mox hauſto uenenõ interiit. Hic eſt obiter is Philopœmen, Quem Græcia poſt eximias antiquiſſimorum Ducum uirtutes, perinde ac extrema Senectute filium, in lucem produxiſſe narratur. De quo item nobile eſt Romani cuiuſdam Elogium, fuiſſe hunc inter Græcos poſtremum, flacceſcẽte iam illa Animorum ingentium, ut aſſolet, fertilitate. Sicuti & Brutum pronuntiauit quidam Romanorum ultimum. Legimus porro apud Plutarchum eundem, Spartani Carceris locum fuiſſe Dechada nuncupatum, In quo ultimo deſtinatos ſupplicio ſtrangulari, mos fuit. Id uero nocturno tempore ſolitum fieri, Libro quarto Maximus docuit Valerius. Tale ferme apud Romanos erat Tullianum, locus in Carcere, ubi paulum aſcendiſſes, ad Læuam circiter pedes XII. depreſſus humi, eum muniebant undique parietes, Atque Inſuper Camera lapideis fornicibus uincta, Sed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis facies eius erat. In Tulliano fuiſſe Lentulo fractam Gulam, in Catilina Hiſtoricus ſcribit. Apud Spartanos item locus erat Cæadas nomine, ut apud Siculos quoque, in quem maleficum genus hominum coniicie bant. Apud Perſas Domicilium fuit cineribus refertum. Illud uero ſcitu iucundum, Apud Aethiopas moris fuiſſe, nocentes aureis catenis uincire. Inuenio & Orygmata dici loca, in quibus ſcelerati excarnificarentur. Xenophon rerum Græcarum libro quinto, Anancæum uidetur pro Carcere accepiſſe, Sicuti Iſæus quoque. Et ἰργμοφύλακα pro Carceris præfecto. Calliſthenes uero, ut docuit Harpocratio, Anogæum accipit, hoc eſt Cœnaculum ſupra terram. Quidam etiam pro uirili membro capiunt, quod ſit neceſſitatis commercium. Penteſyrincon in Carcere fuiſſe, Pollux ſcribit, lignum, & item Sphalon, Sicut tympanum inter Carnificis recenſet inſtrumenta. Videtur & Strophæi, quem Mercurium intelligit, Statuam in Carcere coli ſolitam, inſinuare.

¶ Carceris genera. Quid Ceramus, & Ceramicum flagellum, & Domus. De Labyrintho, Baratro, Latomiis, Latomis, Latypis, Lithurgice, Lithotriuice, Cauea, Tulliano, Libera cuſtodia, Charonia Ianua. Item de Metœcio pluſcula. Xenocratis hiſtoria.

Caput XXXIII.

c Arceris genera ueteribus tria fuiſſe inuenio, Vnum, quo immodeſti, & parum exculti compellerentur, ut noctu à doctis condocefierent, & bonarum Artium profeſſoribus, quæ ad bonos mores, & uitæ modum pertinerent. Alterum, quo ære alieno impliciti, & qui Carceris tędio ab inita Vitæ petulantia abſterrendi ſunt, detinerentur. Tertium, quo immanibus præſignes flagitiis, Cælo,

tiis, Cælo, & hominum cœtu indigni. Vitiis, ac uitæ turpitudine defamatiſſimi, ac propediem plectendi, tenebris q̃, & Pedori addicendi intruduntur. Carcerem Cyprii Ceramon uocant. Id & Homerus teſtari uidetur Iliados quinto, Vbi Martem ſcribit, ab Oto, & Ephi alte in uincula coniectum,

χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδεθ' ὑπερθύμους μῆνας.

Ideſt decem ac tribus menſibus Aeneo in Ceramo uinctus iacuit. Eruditiores tamen eo uerbo ollam accipere malunt. Et quia Ceramiæ dicuntur item figlina, inde Ceramicum flagellum pro Oſtraciſmo poſitum. Athenienſes uero, qui mitibus nominibus, & manſuetis rerum triſtitiam obtegere conſueuerant, Vrbane q̃ minuendo, uim, atque atrocitatem lenire, Carcerem Domum nuncupabant, Sicuti Tributum Coordinationem Ciuitatis. Sũt qui Labyrinthum quoque nil aliud, quàm Carcerem fuiſſe tradant, in quo non foret incommodi quippiam, niſi quod qui aſſeruabatur, effugere non poterat, unde & Labyrinthum dici putant, quia λᾶ ſit particula uocum intendens notiones, & βύειν obturare ſignet, ac claudere. Ex quo & Labyrinthodes pro flexuoſo poſitum, ideſt λαβυρινθώδες. Tralatum & in Nugaces nomen, παρὰ τὸ πολλοῖς κύκλοις λόγων χρῆσθαι. In hoc illud obiter adnotãdum, In Plutarchi monumentis proditum, Non uideri ſimile ueri, Minoem Athenienſium Iuuenes, tributi nomine ad ſe quotannis miſſos, perdidiſſe, Sed ad miniſterium potius ſubſeruaſſe ſibi. Ex quibus propagati multi, & Cretenſium habiti numero Delphos quandoq̃ ſunt miſſi, Proinde Bottiæorum filias generis memoriam colentes, feſtis diebus concinere aſſueuiſſe, ἴωμεν εἰς Ἀθήνας, ideſt eamus Athenas. Barathrum Athenis, ſiue, ut enuntiant Alii, Berethrum, locus erat profundior, putei modo, in quem nocentes deturbabant. Eius ſuperiora dura quidem erant, ac rigida, infima uero laxa, & mollia, ut deſcendentes facile demergerentur. Abuſus uidetur dictione hac in Philippicis Demoſthenes, ut inquit Harpocratio, & pro pernicie tantum ex tralatione poſuiſſe. Barathra tamen proprie Cataractas uocant, & excauata loca, in quæ demergantur flumina παρὰ τὸ βαίνειν, ab aquarum ingreſſu, uel quaſi ἄβατα, quod ex cauitate peruia non ſint, nec adeunda. Sunt q cœnoſa eo noſe loca intelligãt. Iam uero Latomias Syracuſanas quis non nouit? Eas a Dionyſio crudeliſſimo tyranno factas, Cicero auctor eſt, in Verrem libro ſeptimo. De iis Cicero idem alibi ita refert, Latomias Syracuſanas omnes audiſtis, plerique noſtis. Opus eſt ingens, magnificum Regum, ac Tyrannorum. Ex Saxo totum eſt, in mirãdam altitudinem modo depreſſum, & multorum operis penitus exciſum. nihil tam clauſum ad exitus. nihil tam ſeptum undique. Nihil tam tutum ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari poteſt. In has Latomias, ſiqui publice cuſtodiendi ſunt, etiam ex cæteris oppidis Siciliæ, deduci imperantur. Latomias dici Carcerem Syracuſis Siculorum lingua, Pædianus auctor eſt. Iocus eſt Sabini apud Senecam Controuerſiarum quinto. Ne inquit, quenquam ueſtrum decipiat nomen ipſum, Latomię illę minime lauta res eſt. Sed & Polemo Sophiſtes, ut eſt apud Philoſtratũ, cum Lapidoſo articulorum morbo infeſtaretur, Medicis ſubinde inſerebat, perfoderent, cę derent q̃ Polemonis Lithomias. Extat obiter apud eundem Herodis de eadem re id peritum, Veſci oportet, manus non habeo. Eundum eſt, pedibus careo. Dolẽdum eſt, tum uero manus adſunt, & pedes. Fuiſſe Spartæ quoque Latomias, Plinius ſignificat, cum earum Anguſtias Ariſtomenem Meſſenium euaſiſſe ſcribat, Vulpium aditus ſecutum. Erant & Romæ pope Tullianum, Vt Varro meminit, Qui & Tullianum dictum ait, quod fuerit a Tullo Rege additum Carceri. Quod tamen pro quolibet carcere poſſe capi, Apuleius docet. Porro id uehementer animaduertendum, pronuntiari ex Græca ratione Lithotomiam, & latine dici Lapicidinam, & Latomiam quoq̃. Quin & Latomion, unde λατόμιον μακρόμαρμον, ubi excidũtur marmora. ex quo & Apollinis marmarini templum apud Caryſtum, quia λᾶς ſignat Lapidem per conciſionem a λάαω, uti in magno obſeruatũ Etymologico eſt, & τέμνω incido. Nam & Latomi dicuntur Lapicidæ, ut ſcribit Euſtathius, qui etiam Latypi uocantur. Latype uero eſt, quod a lapidibus abraditur, ſculpẽdo ue excutitur. Cotoriæ autem Iureconſultis loca ſunt, unde effodiuntur Cotes. Signat tamen λᾶς & fluuium, atque item Ciuitatem, quamuis a Stephano dicatur λᾶ potius, meminit Lycophron, καὶ λᾶν πορήσεις. Ab ea occupata Dioſcuri appellant Lapſæ. Laã uocauit Hom. οἵτε λάαν εἶχον, οἵδ' οἰτυλον. Lithurgice uero, & Lithotriuice ad præſens propoſitum pa-

rum faciunt. Nam illa ad eos, qui in metallis lapides cædunt, pertinere uidetur. Lithotriuice lapides excolentium, elaborantium'q; est, ad operum ornamenta. Fuit item Carceris species Cauea, nam & Seneca inquit, Itaq; effœminatissimam uocem illius Rhodii existimo, qui, cum in Caueam coniectus esset a' tyranno, & tanquam ferum animal aleretur, Suadenti cuidam, ut abstineret a' cibo, Omnia inquit, homini, dum uiuit, speranda sunt. Liberas custodias legimus in historia, cum Viri magnæ existimationis non in uincula coniecti, Sed domi apud Ciues custodiebantur. Inter Carceris Ianuas fuit & quæ nuncupatur Charonia, qua producebantur, qui ultimo supplicio essent afficiendi. Vocabatur & Nomophylacii Ianua. Sunt qui locum Athenis, ubi Carcer foret, Metœcium, hoc est μετοίκιον appellatum contendant. Quod uero relatu arbitror non ingratum, Auctor Harpocratio est, Metœcum dici utique inquilinum, aduentitium'q;, Qui in alienam emigrat Ciuitatem manendi proposito. Metœcium autem Drachmas duodecim significare, quas quotannis persolure cogebantur id genus homines. Quod Eubulus significat. Isæus uero innuit, Viros quidem drachmas conferre duodecim consueuisse, Mulieres autem sex. Id q non contulissent, abducebantur ad Ciues, conuicti'q; uenum ibant, quod contra Aristogitonem Demosthenes testatur. Cogebantur & naues inscendere Inquilini, Sicut in Philippicis a' Demosthene item adnotatum est. Illud uero obiter quoque subnotasse, nil officiet. Inquilinos etiam Scapheas a' Comicis quandoq; nuncupari, quoniam in pompa Scaphas gestarent. unde & Scaphephori nuncupantur quoque. Sed & eorundem filiæ uasa gestabant aqualia, & præterea σκιάδιον. Meminit legum decimo Theophrastus. Scribit in uitis decem Rhetorum Plutarchus, Publicanum quandoq; Xenocrati manum iniecisse, ac ducere conatum ad Metœcium. Illum uero a' Lycurgo liberatum, ductum'q; in Carcerem Publicanum, ut qui quod minus deceret, facere adortus foret, quod cum in maximam Lycurgi laudem cessisset, Mox occurrens illius filiis Xenocrates, celerrime inquit, Parenti par pari relatum, nam quod mihi suppetias benigne tulerit, passim ab omnibus celebratur. Cæetas denique Carceris species apud Lacedæmonios est, quæ creditur Spelunca quædam, unde sit etiam nomen, quippe Cæeti uocantur Rhochmi, ideſt Scissuræ, quas efficiant Terræmotus. Sunt tamen qui Cauitates id genus nuncupent κώους, ideſt Coos, unde Homerus feras Oresco os appellet, quod prodidit Strabo, & ab Eustathio relatum, scio. Erat apud Corinthum eo nomine Carcer, quo fures custodiebantur, & fugitiui. In Ceadam, inquit Pausanias, a' Lacedæmoniis coniiciebantur, Qui ob insigne facinus uidebantur plectendi. Nam & illuc contrusus Aristomenes, euasit tamen, aditus Vulpium secutus, Quę Cadauera confectabantur, Quod docuit Pausanias, nec omissum a' Plin. est. Sed Aristomenem hunc in Insula Rhodo apud Genęx Damagetum ex morbo esse functum fato, Idem p̄didit Pausanias.

¶ Qui Commentariensis, & Phylacti. Obiter de Cornicularijs paucula. Caput XXXIIII.

f Ed nec illud per incuriam transiliamus, uideri in nostris literis Commentariensem dici Carcerariorum præfectum, atque recognitorem. Ita enim ab Imperatore subnotatum aduertimus, Codice de iis, quos tenet Carcer inclusos. Id inquit, aperta diffinitione sancimus, ut aut conuictos uelox pœna subducat, Aut liberandos custodia diuturna non maceret. Iubemus, ante trigesimum diem semper Commentariensis ingerat numerum Personarum, uarietatem delictorum, Clausorum ordinem, ætatem'q; Vinctorum. Meminit Vlpian⁹ digestis de pœnis. Nec pati inquit, Præsides debent, Optiones, siue Commentarienses damnatorum pecunia abuti. At Digestis de Iure fisci, aliud omnino Commentariensis est, nam Paulus inquit, Quoties apud fiscum agitur, Actorum potestas postulanda est, ut merito his uti liceat, ea'q; manu Commentariensis adnotanda sunt. In sanctis item literis uideor alicubi uerbum hoc legisse. Fuit apud Cumæos magistratus, quem Phylactum nuncupabant. Eo qui fungeretur, reliquũ qdem tẽpus Carcerem asseruabat, nocturno aũt q̃uẽtu, in Senatũ ueniẽs Reges manu apprehensos educebat e' curia, quos tãdiu detinebat, donec de eox impio clãm Senatus sniam p̄nũtiasset, iuste'ne agerẽt, an secus. Q d' ad Cõmentariẽsem attinet, scribit Pædianus, Accẽsum

nus, Accensum nomen esse ordinis, & promotionis in militia, ut nunc inquit, dicitur Princeps, uel Commentariensis, aut Cornicularius. Quidam Commentariensem intelligunt, qui commentariis præsit. Græci nomen id suis literis excribentes, Commentaresios pronuntiant, ac eos interpretantur dici in legibus, qui commentaria conscribant, & in Criminum iudiciis subseruiant. Sunt & qui nunc inquiunt, Chartularii uocantur. Cornicularium uero obiter sunt, qui putent Corniculis militantem, Sicuti a' Cornu dicti Cornicines. Equites tamen ob insignem operam, Corniculis a' Papyrio donatos, & Armillis, T. Liuius scribit. Corneolæ uero gemmæ, ut nunc dicuntur, ad hoc nil spectant, quæ inde ita nuncupari uidentur, quia inter Onyces Cornea quoque uisatur uarietas. Tribuni Cornicularium dici inuenias. Strategematon tertio apud Frontinum. Et Valerius scribit, Lectorio a' Tribuno Ple. Comînio diem dictam, quod Cornicularium suum stupri causa appellasset. Adiutores Corniculariorum legimus apud Iureconsultos.

¶ Cornicem albam prope' Rhodigii mœnia uisam. Item de albis Coruis. Cornicis festum. Coroniſtæ. Coroniſmata. Hirundinum festum. Cap. XXXV.

Olent Rhodigini mei perelegans usurpare prouerbium, ubi rarẽter quid admodum, & fere' nunquam obtingere, uolunt significare, dicunt enim perinde esse infrequens, ut sit alba Cornix. Ceu fere' non uisatur Auitii id genus albicans. Cæterum scitu, commemoratu'q; cõdignum est, quod'q; hisce nostris intexatur commentatiunculis, Visam temporibus meis, dum ista proderem, duorum fere' Stadiorum Spatio a' Patriæ mœnibus, Post Diuæ Mariæ templum, quod per uetustum stadio ferme' ab Vrbe seiungitur, Cornicem albam, Capite nigricante, sicuti cæteris, Alarum apicibus in rubedinem uergentibus. Nec erat expressus Candor, Sed Liuens aliquo modo. Fuit ea mensibus aliquot omnibus conspicua, non parum multis, ceu plane' uisenda res foret, ob insolentem speciem, ad Spectaculum confluentibus. Inter quos ipse quoque, ut protinus monumentis inferem, quod unum supererat æstuantis animi, & qd', dicitur, Rosam, quæ præteriisset, anxie conquirentis lenimen. Quin & nonnullis abiit res ea in prodigium, Quod post eam uisam, loco nunquam fuisset pax, tumentibus tunc perniciosissimis bellorũ procellis, ac latius crassante ferri licentia, quo Italiæ fundamenta in multorum perniciem atrociſſime quatiebantur, debacchante Occasu in Venetum Imperium, dira cladium magnitudine, & Olygiis, ut Græci dictitant, malis, tot'q; præclariſſimarum Vrbium funeribus, adeo attenuatum, concussum'q;, ut diu nutãs uastissimam cõminaretur ruinam. Porrò, quod a' proposito dissentaneum non est, Scimus Coruum quoque candido nitore conspicuum, quando'q; a' Britannorum Rege missum dono Siciliæ Regi Alphonso. Contigit res ea memorabilis, Calisto Pontifice Christianæ Reip. summa moderante. In ueteribus autem memoriis obseruatum, Bœotia Thracum impetu, & bellico furore deuastata, redditum iis, qui stragibus superfuerant, ex intimo Specu Oraculum, ibi sedem firmaturos, ubi Coruos albentes conspicati forent. Id uero in Thessalia mox factum ad Pagæaticum sinum. Illorum nanq; oblati' aspectibus sunt, Soli qui dicebantur sacri Corui, Quos uino madentes pueri gypso litos emiserant. Eiusmodi quæpiam & in Athenæi Dipnosophistis comperta nobis sunt, libro octauo. Extat Ammiani nobile Distichon, breuitate, ac elegantia scitissimum, Cuius is propemodum Sensus est. Facilius multo esse, Coruos reperisse albos, uolantes'q; Testudines, quam Rhetorem ex Cappadocia probioris notæ.

Θᾶσσον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας
Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην.

Sed & Perdicem albam, item Passeres, & Vrsam quando'q; uisam, & Coruos, Arist. scribit. Illud adiiciamus ex abundanti, quoniam Cornicis facta mentio est, apud Rhodios festum, (siue ludicrum foret id) solitum celebrari, in quo Cornici aggregatio fieret quædam ordei, & id genus rerum aliarum. unde id, καὶ τῇ κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα, idest Cornici Virgo fert ficos. Qui uero eiusmodi præessent curæ, dici Coroniſtas inuenio, Sicuti in libro de nominibus Alexandrinus commeminit Pamphilus. Quæ ab eisdem præcinerentur, Coroniſmata uocabant. Eiusmodi quippiam & Hirundinibus in eadem fiebat Insula, ut est apud

Theognin tertio de Sacrificiis, quæ in Rhodo celebrarentur. Id uero χελιδονίζειν dicebāt, quod ita concinerent, ἦλθε, ἦλθε χελιδὼν καλὰς ὥρας ἄγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς, id est Venit, uenit Hirundo pulchras ducens horas, & annos pulchros. Quoniam uero & Coruorum facta mentio est, ex abūdanti adiiciam illud, Nycticoraca, ideſt nocturnum Coruum dicitem Cicumam. Sicuti qui græce est Byas, apud nos Bubo nuncupatur. Sunt qui Otum dicunt Nycticoraca. Hieronymus Noctuam.

¶ Digytorum ratio ex Auicenna. Eorundem quoq; nomina ex Polluce. Inibi quid Scimaliſſare.

Caput XXXVI.

Digytorum rationem multi quidem cum Galeno de utilitate partiū primo præclare ſunt executi, Sed & primo Canonis Auicenna. ex quo paucula mutuati, qui mos noſter in legendo est, præcerpendi, quicquid ſcitu non ingratum ingerit ſeſe, huic loco impegimus. Igitur Digytis inquit, naturæ ſagacis decreto tria modo officula compactim, modulatéq; adnexa, ſunt attributa. Ne ſi plura paulo forent, ſequeretur quidem in ratione motuum adiumētum aliquod, Sed imbecillitatis nocumentum adeſſet inſigne, in apprehendendo præcipue. Quod ſi pauciora tribus forent, firmitas utique eſſet conſpicua. Verum fieret motuum ab eo, quod neceſſariū est, diminutio. Quos amplius exigit ratio, quàm robur menſum tranſcendens. Interior pars carnoſa est, ut ſit portio ea, uelut molle ſtratum, cæteris digytorum partibus. deinde ut ſuauius cedat iis, quæ apprehenduntur arctius, nec ulla prorſum conſequatur oblæſio. Extima uero deſtituta carne ſunt, primum, ne inutile accederet onus. mox ut armorum uicem in ferendo præſtaret pugnus. Pollex uero, inquit Princeps, omnium exiſtit Digytorum Iuſtitia, quippe ſicuti Iuſtitiæ munus est, unicuiq; quod ſuum est, reddere, Sic & ſuum Pollicis uidetur, Digyti cuiuſq; actionem iuuare, ac dirigere, ac æquiualentem omnibus utilitatem impertiri. Quod & quartodecimo de Animalibus Auicenna idem comprobat. Articulos Digytorum Scytalidas uocant, uel, ut Ariſtophanes, Phalangas. tres ſunt hæ digytorum cuiq;, præter Magnum, duabus modo compactum. Nomina digytorum apud Pollucem ſunt hæc, Micros, ideſt paruus. Parameſos qui ſequitur, ὁ τοῖς ἰακτοῖς ἀνακείμενος, & ab illis appellationem ſortitus. Meſos, ideſt Medius. Poſt Lichanos. Reliquus Antichir, aut Megas. Et ἀντίχειρ quidem, ut inquit Galenus, διὰ τὸ ὅλῃ τῇ χειρὶ ἴσον αὐτὸν δυνάσθαι, quod toti æquipolleat manui. Lichanon ἀπὸ τῆς χοιράδος, idem arbitratur, nomen indeptum, ideſt abuſu, credo ἀπὸ τοῦ λείχειν, quod ſignat lingere. Quidam hoc nomine medium accipiunt. In Pedibus iidem habentur digyti, Sed non iiſdem appellationibus, quia nec eundem præſtat uſum. Ab Athenienſibus qui medius est, Catapygon item dicitur. Significat ea uox Scortū, & Cinædum. Illud neutiquam prætereundum, σκιμαλίζειν, ideſt Scimaliſſare, apud Græcos eſſe proprie, cum digyto pertentamus, ecquid Oua Gallinæ conceperint. quāquam & uerbo utuntur eodem, ubi pollicem medio applicantes plagā inferimus, ludibrii cauſa. Sed & protenſum oſtentantes contumelioſe digytum medium, recte dicimur σκιμαλίζειν. Ridiculum uero, quod in moralibus Plutarchus refert, Quoſdam conſueuiſſe Digytorum nomina perdiſcere, atque Alexicacorum uice, ideſt mala auertentium, uti in terroribus, tacite ununquēq; dinumerantes. Ante Regiam Alcmenæ Herculem parituræ, ſtetiſſe digytis pertinatim implexis Lucinam, quo partum præpediret, narratur a Mythicis, eluſam uero ab Ancilla Galanthide, quod Alcmenam diceret peperiſſe, quibus mox auditis, illa receſſerit, ac ſtatim leuata partu ſit Alcmena. In Græcorum Theſauris animaduerto, Thebis habitu muliebri ſtetiſſe Iconas, dici a Thebanis Pharmacidas, Veniſſe autem Iunōis monitu Mulieres Alcmenæ parturienti moram iniecturas, uerum Sophiſmate lepido a Tireſiæ filia Hiſtoride abactas. Sunt porro in manibus, pedibus q; παραφύσεις, ideſt Agnationes, ubi ſupfluens adnaſcitur digytus, ratione materię exuperātis. De qua re ſic Plinius, Membra animalibus agnata inutilia ſunt, ſicut ſemp ſextus in homine digytus. Q d ex illo forſan Ariſtoteli co uideat ſumptum libro de animalium generatione quarto. Quib⁹ autem habere gemina contigit genitalia, alterum Maris, Alterum Fœminæ, iis ſemper alterum ratum, alterum irritum redditur. Ipſe uidi Bononiæ quendam de plebe inopem ſenis in manu utraque digytis. immo

tis, immo in pedibus quoq;. Superfluēs digytus inter Auricularem, Annularem'q; interſitus agnoſcebatur, magnitudine ad reliquoꝝ reſpōſum, mobilis præterea, & ad omnem uſum, ut aſſolet, accómodus. Manus inſigni erant Latitudine, nil pręterea, quod deceret minus. Hoc eo adnotaſſe libentius uolui, Vt ſciremus decretorium non eſſe, agnata membra inutī lia haberi, & irrita. Alioq; apud Paulū Æginitā legim⁹, Ex digytis, q παραφυάμενοι dicunt, Alios eſſe carnoſos oīno, Alios oſſa habere, & ungues qñq;. Hoꝝ aūt alii ex Articulis ꝑdeunt, A'Scytale Alii. Sed hi ꝑfum ἀκινητῶσι, hoc eſt īmobiles ſunt, Cęteris mobilibus qñq;. ¶ Animalibus cūctis ineſſe Rōnis, Orationis'q; uim, ex Porphyrio. Itē de Apollonio Tyaneo quæpiam.

Caput XXXVII.

Orphyrius in literis ueteribus doctiſſimus Libro de Sacrificiis tertio, afferre ſe opinionem ſcribit tum ueram, tum etiam Pythagoricam, Omnem. ſ. Ani-
p mam Sēſibus, & Memoria prædītā, eſſe rationalē, habere'q; Rōnem, & Orationem interiorem, exteriorem'q;, qua inter ſe loquātur Animalia. Quorum uerba non diſcerni a' nobis, nihil mirum ſit, cum Barbarorum etiam multorū ſermonem minime diſcernamus, neq; tam loqui, q̄ indiſtincte uociferari putemus. Addit, ſi credēdum ſit Antiquis, atq; illis, qui Patrum noſtrorum, & noſtro tempore extiterūt, Eſſe, qui dicāt, ſe audire Sermonē Animalium, atq; intelligere, Sicuti apud ueteres Melampus, & Tireſias, ac Thales, Nuper uero Apollonius Tyaneus, Quem dicūt in Amicorum cœtu, cū audiret Hirūdinem aliis nuntiare, Aſinum prope' urbem onuſtum cecidiſſe, triticum'q; humi diffuſum, declaraſſe audita, id'q; ita fuiſſe compertum. Subiūgit, Ariſtotelem, Platonē, Empedoclem, Democritum, alios'q;, Qui ueritatē de Animalibus perſcrutati ſunt, participationem rationis, orationis'q; in animalibus comperiſſe. Illud uero hic obiter legentes monitos uolo, Philoſtratū Libro quarto, Apollonii hiſtoriā illā de Intellectu colloquii Auiū, alī ter narrare. Neq;. n. Hirundinē, Sed Paſſerculum fuiſſe ſcribit, In aliis item diuerſus eſt alī quo modo, Ita tamen, Vt ſentētia fere' ſit eadē. Sūma uero hæc, Omnia eſſe nil aliud, q̄ Vanitates, & īmūdoꝝ Spirituū fallaciſſimas p̄ſtigias. Quis neſcit, Apolloniū hūc Magica ſolū fuiſſe inſignē? Siqdem, ut aptiſſime colligit Euſebius, aduerſus Hieroclē, Qui Philoſtratū Euangeliſtis pręponebat, non modo inter Deos, admirandos'q; Viros locum non hēt, Sed ne inter Philoſophos qdem ab aliquo reponitur. Quamuis reperiam, A' quibuſdā, ut Deū fuiſſe cultum. Et ſimulacrum eius ſub Herculis Alexicaci nomine conſtitutū, ab Epheſiis fuiſſe honoratum. Qui Magū fuiſſe hunc hominem, ambigit, Philoſtratū legat, quamuis omnium, qui unquā hiſtoriam conſcripſerint, mendaciſſimum. Acrius rerū pondera perpendat, Veritas interlucebit, ēt ſi immenſa caui ſpirant mendacia folles. Neq; tamen inqt Euſebius, hodie quoq; deſunt, Qui expertos ſe dicant, eius nomini inuocato magicas īeſſe Virtutes ad ſupſtitioſa q̄dā pagēda, Quibus eqdē nō facilē adducor, ut fidē aliqua ex pte p̄ſtādā putē, qñ ex harena mihi plane' funiculū nectere uidēr. Quæ ſiquis ꝑbare pōt, is mihi nec nare, nec omnino literas ꝑdidiciſſe, aut primoribus ſaltem præguſtaſſe libris, cenſebitur.

¶ Qua ratione Animam exui alis, traditum ſit, aut eaſdem reparare. De quatuor Paradiſi fluminibus.

Caput XXXVIII.

Oroaſtrem, abs quo omnis ueterū Theologorū ſapientia demanaſſe creditꝰ memoriæ prodiderūt Chaldæi qdam non indocti homines, ſolitum dicere,
z Alatam eſſe Animam, fractis uero alis, in Elemēta ferri pręcipitem, tum illis ſuccreſcentibus, ad Superos reuolare. Hoc & Pythagoricum dogma eſt, immo uero ēt Platonicū, a' magno imprimis Plōtino cōfirmatū, Libro octauo Enneadis quartę, de Animę deſcēſu in Corpa. Frangunt aūt alæ, ſiue interuellunt, Vbi inclinatio uegetalis naturę intēdit ad Corporea gubernāda. Et poſtq̄ ab incolumi, innoxio'q; habitu melioris ꝓuincię gubernādę longius aberrauit Aīa, qualis qdē habitus penes ipſam totius Aīam, ut platonice dicā, uigebat, hinc & ſciēter quē fregiſſe alas dictitare, uelut Adagio poſſum⁹, qñ diuinis omiſſis, aut neglectis, quę ſola uere ſunt, imagines ſeqt, & umbras; hoc eſt ſomniat in ſenſib⁹, terrenis tm̄ intētus, nil magnope ſuſpiciēs. Q d Procli cōprobat doctrina. Vbi tres eē ꝓdit Cōuerſionis ſpecies. Quis. n. ad aliqd ſe deteri⁹ conuertit, dū a' ꝑfectiōe ꝓpria labit. Vel ꝓſurgit ad meli⁹ ꝓpter ꝓprię uitę uigorē, actionē'q; haturalē. Vel reflectit ad ſeipſum propter cognitionē ſibi conſortē, mediam'q; ſpeciem motionis. Conuerſio

quidem erga deterius, passio quædam est Animæ alas abiicientis, & in obliuione iam posi/tæ suiipsius, simulat'q; altiorum. Conuersio uero & ad se, & ad melius, non solis competit animis, Sed ipsis quoq; diuinis, Sicuti nos Parmenides docuit. Sed & Synesius erudite ad modum, optima inquit, in Animis affectio, uel habitudo Spiritale uehiculum leuius efficit, abstergit'q; habitudinis deterioris profunditatem. Tractibus nanq; naturalibus aut attolli/tur in sublime ob caliditatem, atq; siccitatem. Id'q; apud Platonem Alarum assumptione si/gnat', & apud Heraclitũ significat idem, Splẽdor siccus, Anima sapiẽs. Aut crassescit, hume scit'q; Spiritus, unde immergit' terrę secessibus naturali pondere delitescens, expulsus'q; in subterraneam regionem. Zoroaster porro`, abs quo exorsi sumus, qui non Æsopum modo, ut dicitur, attriuit, Sed omnis Literaturæ interioris penitissima ingressus uidetur, refici pos/se dilapsas perdocuit, ac confractas alas, ex cõditorio'q; ac spelunca emersum patere, ubi cõ peditus distinetur Animus, dum agit, ac utitur sensibus, Si ex fluẽtis quatuor, quibus inquit Paradisus Dei abluitur, & irrigatur, hauserimus nobis salutares aquas. Adiecit & singulo/rũ quasi nomẽclaturã, Eius inquit, quod ab Aquilone profluit, nomen interpretari Rectũ ua/let. Quod ab Occasu, Expiatio. Quod ab ortu, Lumẽ, Quod a` meridie, Pietas. Id uero est, inquit Plotinus, Si quodam reminiscentiæ munere ad Entia ꝓtemplãda faciamus exordiũ, Gregorius porro` profluẽtiũ ex Paradiso Amnium tropologicam exponens rõnẽ, Quatuor fluminibus inquit, de Paradiso egredientibus terra commadescit, Quia solidum nostræ ra/tionis ædificium Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia cõtinent, His enim quatuor uirtutibus tota boni operis structura consurgit. Quatuor flumina Paradisum rigãt, quod dũ his quatuor uirtutibus Cor affundit', ab omni desyderiorũ Carnalium ęstu temperatur. Idẽ & Tertio decimo diuinæ ciuitatis Libro, Aurelius Aug. scribit. Sed addit, Paradisum esse ui tam Beatorũ. Ligna eius, omnes utiles disciplinas. Et lignorum fructus, mores Piorum. Et Lignum uitæ, ipsam bonorũ matrẽ Sapiẽtiam. Et Lignũ Scientię boni, & mali, trãsgressi mã dati experimentum.

¶ Non uerba Platonis attendenda, Sed Sẽsum. Quæ sint Animæ alæ. Quid in eisdẽ Au/riga, & Equus geminus. Columbę geminæ apũd Virg. qd sint. Caput XXXIX.

Æterum, de quo necdũ uerba fecim⁹, Quęrat hic aliqs, quas nam in Anima intelligere Alas aut possim⁹, aut debeam⁹. In quo doctos omnes cõmonitos
c uolumus, Nihil eẽ, quod nos uocabula in Platone, uel hęreseos eiusmodi Au/ctoribus turbent. Rudis. n. inqt Dionysius Areopagita, & temerarii hominis est, non uim rei attẽdere, Sed uim facẽre uelle uocabulis. Solent. n. de nomini bus altercari, qui non diuinas res exquirunt, sed sonos uerborũ sectant', & auriũ tenus ea reci piunt, quę mente uolutare recto, pio'q; iudicio debuissent. Igitur, ut ad rem ueniamus, Ge/minas alas accipio geminũ instinctũ mẽti ingenitũ, ad supna Animũ eleuãtem. In intellectu qdem instinctũ ad diuinũ uerũ. In Volũtate instinctũ ad diuinũ bonũ pro uiribus ꝓserten/tem. His uero remissis, e` Cęlo labi Animam, Pythagoricis placet. Aut planius, Animę alas Contemplatiuam intelligamus Virtutem, atq; itẽ moralẽ, quas Veritatis, diuinarum'q; rerũ cõtemplatione, ac intuitu recuperet, quẽadmodũ terrenorũ appetitione, atq; caligine amise rat. Porro` apud Optimũ maximũ Poetam diuini operis Libro sexto, Colũbas geminas, ad aureũ ramũ inueniendũ duces, nõ aliud, q̃ hasce alas esse ꝓtẽderim, quibus cõnitẽtib⁹ erigit' mẽs ad Sapiẽtiã, Auri noĩe sępius significatã. Sed & a Venere mittũt', qa amor diuinorũ exi mius alis præstat, alimẽta, qbus surrigimur, mox & in Deũ trãsimus. Quã rẽ illa significãt, Tollunt se celeres, liquidum'q; per Aera lapsę Sedibus optatis gemina sup arbore sidũt. Addamus præterea & Platonis inuolucra in Animæ item ratione, quæ si accipienda sim/pliciter putes, nec ultra Apium, quod dicitur, quippiam introspexeris, anilia eum putes delyramenta contexere. Vbi ergo Philosophus is Vires Animæ distribuit, ac secat in par/tes quodammodo, Rationem quidem Aurigæ uocabulo, Prudentioribus monstrat. Ap/petitum uero geminum Equi indicant gemini. Appetitum quidem rationis compotem E/quus bonus. Appetitum eiusdem impotem Equus malus. Animum autem, quãdiu integer, & alatus sit, sublimẽ ferri, Plato uult, & diuino aspectu frui. Postea uero quam alas amise/rit, deferri, quoad solidum aliquid nactus fuerit, tum terrenum corpus subeuntem consti/tuere Animal mortale, atq; immortale. Ali itaq;, & Augeti Animæ alas, dum pondus sibi cõ

iunctum

iunctum ſublime tollit ubi genus Deorum incolit, bonitate'q;, & Sapientia, & pulchritudine Animus præſtat. Minui uero, & perire, dum uitiis Animus deprauatur, atque degenerat, bigarum auerſus prauitate.

¶ Vehicula animæ tria. Item quid Animæ Idolum, & quid Vmbra. Maronis locus exponitur. De Senſibus Ætherei corpuſculi mira. Caput XL.

u Erum enim uero, quia in Veterum Theologorum ſcita de Animi ratione incidimus, placet, parumper ſepoſitis aliis, quæ plurima ſeſe ingerunt, in eaſdē excurrere amœnitates, nec id tamen fruſtra, Sed ut Platonici Maronis profundiorem ſcientiam, cimmeriis adobrutam tenebris, promamus in lucē, Sicuti ex Platonicorum doctiſſimis accepimus, Ex quibus pleriq; Animam tribus uti uehiculis produnt, Primo quidem immateriali, & ſimplici, ideſt cæleſti. Secūdo materiali, & ſimplici, ideſt Aereo. Tertio materiali, atq; compoſito, hoc eſt ex Elementis quatuor conſtituto. Et primo quidem uitā infundere rationis impotem, Sed mortis neſciam. Secundo irrationalem item, Sed longæuam, quæ uidelicet, compoſito corpore aliquādo diſſoluto, ad certum ſuperſit tempus in ſimplici corpore. Tertio deniq; uitam & rōne caſſam, & una cum diſſoluto corpore diſſoluendam. Porro in prima uita Vehiculo communicata Senſum eſſe communem, atq; impatibilem. In ſecunda patibilem, atq; cōem, ideſt per uehiculum uniuerſum, ſenſum pariter uniuerſum. Deniq; in tertia ſenſum diuiſum pariter, atq; patibilem. Vehiculum primum intellige Æthereum corpuſculum, acceptū ab Æthere, Immortale indumentum Animæ, naturali quidem figura rotūdum propter Ætheris regionē, Sed in humanā effigiem ſeſe tranſferens, qñ humano inſinuatur corpori, rurſum'q;, ubi exinuatur, priori reſtitutum figuræ. Hoc uehiculum Zoroaſter πνεῦμα uocauit. i. Spiritum, qa propter tenuiſſimam, & ſplendidam puritatem eſt quaſi non Corpus. Quod tamen perſæpe nimio corporis Elementalis affectu adeo ſordeſcit, ac grauatur, ut Caliginem contrahat elementalem, Quam Animæ Vmbram Priſci Theologi nuncuparunt. Actum uero uiuificum, quem edit Anima in Corpuſculum huiuſmodi, Animę Idolum. Id uero in nobis gemīnum intelligunt, Alterum quidem ab ànima noſtra, Alterum uero ab Anima mundi. Et noſtrū quidem ab Anima noſtrą ſeparari nequit, Sed ab effectu uacare. Mundanū uero ab aīa noſtra reuelli, ac diſpeſci omnino ualet. Porro probabile putabant Veterum Theologorū ſcientiſſimi, Animas hominum uiolenter pereuntium, quos βιοθανάτους uocāt, quippe inexpiatas, uehementius diuexari perturbationibus. Poſſe quin ēt hoſtes inſectari inimiciter, Cui fomites non ſuggerat modo humana indignatio, Sed diuina item permittat Nemeſis, nec deſit Dæmon. Superеſſe uero in Anima ſenſum, antiqua Sapientū ueſtigia inſecutus, nec tacuit Maro noſter, ſimul'q; ultionis auidam affectiōem, & Aerei uſum corporis. Quid enim ſibi uelle aliud putamus id,

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Equidem, ut qui affatim Platonicis imbutus foret ſacris, Imaginem rōnalis Animæ eſſe putat primā illam ſentiēdi naturā. Sed inferat curioſior qſpiam, & medullas item rerū ingenioſe ſcrutatus, Cur magnā pronuntiat imaginē? Nempe quia reliquoꝝ eſt fons Senſuū, Cōmunis'q; Sēſus. Et magno ꝓterea utitur Corpore. ſ. Aereo. Quod qdē huic inſinuatū quodammō fit anguſtum. hoc uero exutū explicatur in amplū, Elemēti id aerei natura exigēte. Porro

Oībus umbra locis adero, Dabis improbe pœnas.

Imaginē ab Vmbra diſtīgui, ſignificat, Sī qdē eē Imaginē ſtatuit, in Aereo Sēſum corpe. At corpus aereū Aīæ umbrā. Sicuti craſſius hoc, & hebetius, terrenum'q; corpus Carcerem nuncupauit, Vitam uero in hoc profluētem ab Anima, quia ſit Animæ ipſius actus, Imaginem ēt uocat, Plotinus & Simulacrū, Quæriť q;, nunquid Anima hinc abeūte, pereat Simulacrum. Et non perire quidē aſtruit, Sed deſinere ulterius Imaginē eſſe. Placet ſiqdē non Plotino ſolū, Sed & Numenio, nihil uſq; uitæ perire, quia Vita ſit qdam æternitatis, ideſt primæ intelligentiæ ſplēdor, & īdiſſolubile uinculum uniuerſi. Attamen ſeparare hoc Homerus uidetur in Hercule, Simulacrum eius ad inferos demittens, Ipſum uero inter Deos adnumerans. Vtrūq; ſiquidem uerbis obſeruat, & quod inter Deos, & quod apud Inferos diuerſetur, diuiſit igitur. forte uero, inquit Plotinus, Sermo ſic erit probabilis, quippe actiua Virtute præcellēs erat Hercules, exiſtimatus quoq; ob probitatem eſſe Deus, Siquidem Actioni mancipatus, Contemplationi nō utiq;.

Alioq totus apud Superos ſtatueretur. Sed inde nimirum & apud Superos eſt, Et aliquid eius interim eſt apud Inferos. Diſparationem uero hanc ſignificaſſe item Ennius uidet, Si cuti a' Lucretio de rer. natura primo cõmemoratur. Acheruſia inquit, tẽpla fingit Ennius,
Quo' neq; perueniant Animæ, neq; Corpora noſtra,
Sed quædam ſimulacra modis pallentia miris.
Verum prius, quàm ab hiſce Iucunditatibus Platonicis abeamus longius, Addamus prætera ſecretiora quædam ex ſacrariis eiſdem. Actum uiuificum animæ in Vehiculum, hoc eſt æthereum corpus, Animæ Idolum appellari diximus. Sed illud ſciendum, Opinatos fuiſſe ueteres, ineſſe huic Idolo Phantaſiæ uim rationis minime compotem, & confuſaneã. Eiuſmodi item Senſus, ut Viſus per uehiculum totum fuſim propagetur, propagetur & Auditus. Sed Senſibus iis haud ita perfrui multos, neq; item ſæpius. Ineſſe uero illis eam poteſtatem admirabilis naturæ, Vt Sphærarum tacitus alias Concentus perſentiatur. Auditui ſubiiciatur & uox Dæmonica, Viſui obuia ſint & Corpora, Si abiuncta quadantenus terreni, & proinde craſſioris ſarcina Corporis, in æthereum ſeſe Anima corpuſculum ſeuocarit. Si quidem Mercurii filium Tatium rite, recteq; Sacris expiatum proditur, exclamaſſe ilico, agere iam ſe in Corpore mortis neſcio, tralatum q; altius miranda præcipue, & intueri, & audire. Quod approbans Mercurius, id ipſum uſuueniſſe ſibi teſtatur. Sunt qui monumentis prodant, nec tacuit Platonicus Olympiodorus, Tyaneum Apollonium Eorundem poteſtate Senſuum, cum in Vrbe ageret, tanquam de illuſtriore Specula, quæ in Ægypto fierẽt, proſpectaſſe, atque item enuntiaſſe. Sed hæc uiderint illi. Quãdo quid fallaciſſima poſſent Dæmonum ingenia, quibus præpedita tunc humana Mens diſtrahebat, omnes nouimus, Quibus, mundo in ueſpertinum uergente, cælitus micantiſſima Chriſti lux affulſit. Arbitratur Plotinus Intellectum primum eſſe, Eſſentiam primam, a' quo, & in quo ſint Intellectus alii, non ſolum per Ideas, uerum etiam per proprias, ut ita dixerim, exiſtentias intellectuales Animæ, ſecundum intellectualem ſibi propriam facultatem, etiam dum ſunt in Corpore. Sicuti Lineæ a' Centro ad circunferentiam uſq; perductæ non diſcedunt a' Centro, dum circunferentiam contingunt. Hinc effici uult, Vt Intellectus Prophetæ, hominis q; abſtracti, etiamſi in oriente tantum eſſe uidetur, proſpiciat tamen, quæ & in occaſu gerantur, Quia Intellectus omnes in ſe inuicem, & ubiq; ſunt, Quandoquidem ſunt ſemper in ſimplici Mẽte diuina tota ſemper ubique præſente.

¶ An ſit Philoſophandum. Omne genus Scriptorum excutiendum. Ariſtoteles cur diceretur Anagnoſtes. Philoſophiæ laus. Caput XLI.

n On ambigo, minime defuturos, qui noſtrum hoc inſtitutum Timoniano dẽte inceſſant, Vel etiam Vatiniano proſequãtur odio, Et eos p̃cipue, Qui ſunt iſtiuſmodi amœnitatum rudes, καὶ ἀνήκοοι, hoc eſt, auſcultationum exortes. Vbi ad hunc modum in intima Philoſophorum ſacraria, & Platonicorum imprimis diuertimus, Quorum ſymbolum eſſe proprium nouimus τὸ θεῖον, Vel quod, ut M. Tullius ait, quibuſdam, & iis quidem non indoctis Viris totum hoc diſplicet philoſophari. Neoptolemus uero ille Ennianus philoſophari ſibi ait, neceſſe eſſe, Sed paucis, Nam omnino inquit, haud placet. Quam ſententiam Gellius interpretatus, guſtandum dixit, de philoſophia, non in eam ingurgitãdum. Forte quod non ſit noſtrum omnus, neciis humanioribus ſtudiis magnopere rerum illa ſubtilitas congruat. Ego uero, qui ex Platone didiciſſe uideor, Philoſophi officium eſſe, diuina tenere, humana gubernare, prius enim diuinam, ideſt abſolutam ipſius Boni naturam per Sapientiæ claritatem contemplatur, deinde ad id Bonum, uelut ad finem humanas operationes dirigens, humana diſpenſat, non paucis, quod & Cicero quoque non abnuit, philoſophandum arbitror, Nec curſim id genus libros tranſeundos, præſertim ſi ueram quis Philoſophiam inſiſtat, non palliatam, non ἐκ πώγωνος, ideſt ex barbitio, non fucatã, non quæ populari aræ rationalis Animi generoſam mancipet diuinitatem, ut nil efflet, niſi gloriolas inanes, nil captet tumens, niſi rumuſculos ſecundiores. Nec tam præclara rerum ſcientia ab hiſce ſtudiis floridioribus ſequeſtratur, niſi quis bene, recteq; uiuendi rationem, quod

perabſurdum

perabſurdum foret, uelit ab Oratore auferre, cũ eiuſmodi rerum doctrina, ſine qua mancus ſit, ac prorſus inutilis, ni garrulum quendam fingamus eum, & nil aliud, quàm ſtrepẽtium ſine more Graculorum, obturbantem, proflantem'q; quicquid in buccam uenerit. Sed utinam uel frequẽtius, immo uero ſemper præſtare id ipſum poſſemus. Eqdem pro uirili ab antiquitatis noſtræ ueſtigiis nuſquam uel latum unguem reuellar. Scimus profecto, cum ueteribus ommibus uſitatiſſimi fuiſſe moris, Vt omne Scriptorũ genus excuterẽt, nullas, quas poſſent, Cõmentationes illectas, intactas'q; præterirent, Tum Ariſtoteli uel imprimis, Qui ex nobili lectionis multiiugæ, uariãtis'q; cura eſt a' Platone Anagnoſtes nuncupatus, tanq̃ Lector foret infatigabilis, & χαλκέντερος plane', ut Græci dicunt, ac ſtitor inexplebilis. Quamobrem, cum anguſtæ omnino mentis ſit, intra unam ſe porticum, aut Academiam cõtinuiſſe, pergamus hiſce uarietatibus, & doctis ſeceſſibus hoſce libellos excolere, Vt, ſiqs fuerit eorum Genius, nitidiores, ac ſuo more ungentati ueniant in manus hominum. Nec Philoſophiæ nomen exhorreſcamus, Quando hæc eſt uerus, germanus'q; τετράωτος. i. Auribus inſignitus quatuor, quo nomine eum Græci Interpretantur, Qui multa uiſu concepe rit, multa & auditu. Nam, ut Ariſtoteles docuit, & non tacuit Plut. & ante eum Theophraſtus, Primæ notæ Virum addecet, quæ ſunt, contemplari, Rurſum'q; obire, quę oportet, cõgruà'q; Vitæ hominis ſunt. Proinde Plato, ingentibus quibuſdam, admirandis'q; bonis legitimorum Philoſophorum animos refertos eſſe prædicat. Ac poſt corporis mortalis interitum, diuinis epulis ueſci, Veritatis'q; Cãpum cum Diis una' circũluſtrare. Id'q; ex eo potiſſimum promereri, quod in omni uita deſyderio Scientiæ diuinæ flagrauerint. Inſcitia uero adobrutos iis comparat, qui uitam omnem in ſubterranea quadam ſpelunca tranſegerint. Seneca porro' ad Philoſophiam confugiendum monet, quod eiuſmodi literæ nõ apud bonos modo, Sed & apud mediocriter malos Inſularum loco ſint. Scitũ quoq; Luciani illud, detornatum'q;, ac uelut ex Oraculo propagatum, Philoſophicis myſteriis nõ initiatos, ideſt τοὺς ἀφιλοσόφους, ut inquit Plato, dici ἐν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι, hoc eſt in tenebris ſaltare. Hæc deniq; non ementita nobis ſuggeret in Salo Fortunæ, ut ille ait, medicamina, quibus plerunq; longinquitas, & ignorabiles Gentes Auctoritatem conciliant, Sed quæ citra diſſimulationem dici recte poſſint θεῶν χεῖρες, ideſt Deorum manus. Quanquam Defamatos homines, ac Erraticos, incolas'q; Ganearum ſordentium, & demortuos quodãmodo nomen ſæpe ſibi uendicare ſanctiſſimum intuemur dolenter, Cum tamen Harmodii, & Ariſtogitonis nomina ne unquam Seruis indere liceret, decreto Athenienſes cauerint.

¶ Heroum quid ſit. Expenduntur apud Thucydidem Loca duo. Heræum qd. De Craniis, & Cranone, Epicrano, Olecrano, & de Herophile, ac Sibyllis. Cap. XLII.

m Agnæ uirtuti Heroum excitare, Veteris fuit moris. Id & Acriſio fuiſſe poſitũ, Apollonii Interpres ſcribit. Sed & Leocorium, quod Athenis erat, Heroum item dicebatur. Significari autem eo nomine monumentum, putãt Eruditiores, uſitata & latinis auribus dictione. Plinius Libro decimo, Quam ob cauſam Incolę, quod uocãt Heroum, in eo loco fecere, appellatum Iouis, & Virginis, Androgei aram Pauſanias ſcribit, in Attica ἡρῶον dici. Polion uero in Leſbo locus, inquit Stephanus, ubi erat Tãtali Heroum. de Vlyſſis Heroo penes Lacedæmonios, apud Plutarchum in Cauſis hiſtoria eſt, Sed in ratione Ciuilium præceptorũ ſcribit Idem, Theagenem Heroa cœnaſſe Epitaphii cuiuſdam. Thucydides quoq; hiſtoria tertia, Platæenſiũ a' Lacedęmoniis obſidionem deſcribens, & quorundam eruptionem per hoſtium munimẽta, inquit, pergebant autem conferti Thebas uerſus ἐν δεξιᾷ ἔχοντες ἀνδροκράτους ἡρῶον, quæ uerba non aliud nobis reddunt, quàm dextra habentes Androcatis Heroum. At Laurẽtius tranſtulit, Iunonis templum ab Androcate ædificatum. Quod ſiquis putat Heroum ſignificare Iunonis templum, fallitur. Sed doctiſſimus Interpres legiſſe uidetur, non ἡρῶον. Sed ἡραῖον. qui lapſus equidem procliuis eſt, ac lubricus. Eſt uero Heræum plane' Iunonis templum. Quis enim neſcit, Iunonem dici Heram? Sed & eiuſdem feſta dici Heræa inuenias, ſicuti Mercurii Hermæa. Nam Muſea Muſarum ſunt. Iouis Diaſia, & Pandia, Cereris Demetria. Sed ad Heręum redeo. In Verſiculo tamẽ illo ex Ennio apud

Ciceronem de officiis primo,
Vos'ne uelit, an me regnare Hera,
Pro fortuna dici Heram interpretantur. dicũt & gratiam ſignificare, atq; itẽ auxiliũ. Dicit item Græcis ἡραία ζωὴ, ideſt regalis uita, quoniam ſit Iuno ἡ βασιλεία, quod de Euſtathii doctrina eſt. Fuit in Thracia quoq; ἡραῖον τεῖχος, ideſt Heræus murus, ſic uero dicebatur locus quidam, Cuius in philippicis commeminit Demoſthenes. Hiera uero ad præſens inſtitutum nil facit. Ea ex Aloe concinnatur, ut ſtatuit Galenus, Quam nonnulli Picrã quoque appellant. Heræum item ſtare Pauſanias inquit, a' Mycenis ſtadiorum quindecim ſpatio, in humiliore montis Eubœæ loco, de Aſterionis filia ſic nuncupati, Prope'quem fluat, Quæ dicitur Eleutherii Aqua. Ea uero, quæ ſacra obeant, uti πρὸς καθάρσια, ideſt ad expiationes. Herophile Sibylla fuit, Quam Græci Iouis, & Lamiæ Neptuni filiam tradunt, Quæ mulierum prima cecinerit oracula. Quo in genere fuit apud Cumæos ἥμω, Apud Hebræos Sabba, ut prodit Pauſanias, Beroſi, & Erimanthes filia. Phaënis apud Chaonas, Apud Dodoneos Peliæ, ideſt πέλειαι, Nam & hæ uaticinio fuere inſignes, Sibyllæ tamen dictæ non ſunt. Verum, ut ad Thucydidem redeamus, Vt Vallę comprobari lectio itẽ poſſit, illud facit, Quia in eiſdem locis Libro eodem fanum Iunonis Hiſtoricus ſtatuat. nec uideri poteſt Interpres imperitia lapſus. Cum Libro Secundo, ubi ita græce ſcribitur, καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ ἠρῶα πάντα, Baſilicas latine pro Herois reddiderit. Nec diſſimulandum tamen, uideri quandoq; Laurentium in aurẽ utranq; dormire, Sicut libro Quinto, ubi Thucydides ait, καὶ κατῴκισαν αὐτοὺς ἐν κρανίοις τῆς κεφαλληνίας, Ipſe Crania interpretat' Vertices, Cum tamen, licet unitatis numero, Cranion eſſe Cephaleniæ ciuitatem, cõſtet uel auctore Stephano. nam Cranon in Theſſalia eſt, Quamuis & Cranon alterius ſit Ciuitatis nomen, in qua duos modo Coruos repperiri ppetuo, Callimachus ſcribit in admirabilibus, & Theopompus. Qui, ubi alios progenuerint, abeunt ipſi, compares ibi relinquentes. Craniõ uero Græce tum locum ſignat, tum Caput. Sed Valla forte maluit latine, q̃ ſemigræce Ciuitatis nomen exprimere, etiam ſi hoc fieri magnopere nõ debeat, nec ſoleat. Credamus tñ id iure factum, quando Tralator inter graues cenſeri põt, ac auctoritatis non conuellendæ, Cuiuſmodi appellant Græci ἀκινήτους, tanq̃ dicas, non mouendos. A' Crano connectit' elegans dictio Græcis Epicranon, quod Colũnæ caput ſignificat. Sed apud Euripidẽ ét κρήδεμνον ſiue reticulum, aut Vittam, cum ait ἐπίκρανον κεφαλῆς. Olecranon uero interpretantur Ancona, ideſt Cubitum.

¶ Sepulchrorũ religio. Plinii locus explicatur. Gentium in ſepeliendo ritus. Cap. XLIII.

Epulchra uiolaſſe, ſummum eſſe prioribus habitum ſcelus, indicio pleraque ſunt. Nam ea quidem proxime accedunt, ut opera putentur publica, quando religioni commendantur. Vbi Corpus demortui hominis cõdas, inquit Lex, Sacer eſto. Hinc illud ex ſecundo naturalis hiſtoriæ Plinii, Terra nos a' reliqua natura abdicatos tum maxime, ut mater, operit, nullo magis ſacramento, q̃ quo nos quoque Sacros facit. Sed & in Numa Plutarchus Mortuos appellat ſacros, quorum ſacra ſint Sepulchra, quod & Græcorum Sententia comprobatur, Qui enuntiant ſubinde ἀκίνητα μὴ κίνει, Non mouenda monentes relinqui oportere, quod & in prouerbialem ceſſit uſum. Id poſt alios teſtatur in amatorio Sermone Plutarchus. Proinde nulla fere' tam efferata Gens, quæ non habendam Sepulchrorum rationem ſenſerit, præter ne ſcio quos Lotophagos, quos ex ultima p̃dicãt barbarie ſuos in mare defunctos abiicere, parum intereſſe aſſeuerantes, humo'ne, an aqua, an igne diſſoluerentur. Albani etiam curam mortuorum agere, nefas arbitrabantur. Sabæi corpora defunctorum, æq; atq; Stercus dicebãt. Quin etiam Reges in Sterquilinia reiiciebant. Troglodytæ mortui ceruicem pedibus alligabant, & raptim cum riſu, & Iocis efferebant, nullaq; loci habita cura, mandabant terrę. Ac ad Caput Cornu caprinũ affigebãt. Diſerte Mecœnas dixiſſe putatur,
Nec tumulũ curo, Sepelit natura relictos. Alte cinctũ putes dixiſſe. habuit. n. inqt Seneca, ĩgeniũ & grãde, & uirile, niſi illd' ſecũdis cinxiſſet. Vexãt hos, ut ĩmanitate, ac barbarie notiſſimos nemo non uituperandos, execrãdos'q; cẽſuerit, longe etiã magis Scythas, q̃bus moris erat, inter

erat, inter epulas honoris cauſa mortuos uorare. Nec tamẽ Scythis omnibus id fuiſſe in mo re, Auctor Herodotus eſt hiſtoria quarta. Fuere & qui Canes nutrirent in Hircania, quib⁹ uita functos uorandos obiicerent, proinde etiam ſepulchrales dictos, docuit Strabo. Illud uero hac parte præſtabilius forte uidebitur, Ex lege XII tabularũ, Veſtibulum, aditum q̃ ad Sepulchrum uſucapere, non licuiſſe. Sancitum quoq; lege ſcimus, ut grauis irrogaretur mulcta, Siquis buſtum uiolaſſet, aut ex Sepulchro columnam deieciſſet, fregiſſet ue. Apud Athenienſes Sepulchrorum tanta cura fuit, ut etiam peremptos bello ſiquis dux honeſtare ſepulchro neglexiſſet, Capite plecteretur. Macedonibus item, ſic tradito more, ut uix ullum militiæ tam ſolenne munus eſſet, quàm ſuos ſepelire. Apud Hebræos lege cauebatur, ne ho ſtem inſepultum quidem relinquerent. Vlpianus Iureconſultus, Sepulchri inquit, uiolati actio infamiam irrogat. Paulus quoq; ita ſcribit, Rei ſepulchrorum uiolatorum ſi corpora ipſa extraxerint, uel oſſa eruerint, humilioris quidem fortunæ ſummo afficiuntur ſupplicio, Honeſtiores in Inſulam deportantur, aut relegantur, aut in metallum damnantur. Caius ta men ait, Sepulchra hoſtium religioſa nobis non ſunt. Ideo q̃ lapides inde ſublatos in quẽ libet uſum conuertere poſſumus, nec Sepulchri uiolati competit actio. Scribit Appianus, in ter præcipua, cur legem Agrariam recuſarint Diuites, fuiſſe, quod impium ducerent, monu menta Maiorum ad alienos tranſire. Etiamſi Pomponius ſcribit, Dominis fundorũ, in qui bus ſepulchra fecerint, etiam poſt uenditos fundos adeundorum ſepulchrorũ eſſe ius. ἀπο/ τάφους eleganter uocant Græci, Qui maiorum Sepulchris ſint exuti. Veterum autem Sepul chra in agris fuiſſe, cum multa comprobarint, tum quod Vlpianus ſcriptum reliquit, Diuũ Adrianum pœnam ſtatuiſſe aureorum quadraginta in eos, Qui in Ciuitate Sepulchrum fe ciſſent, quam fiſco inferri iuſſit. Et in Magiſtratus eandem ſtatuit pœnam, qui id paſſi forẽt. Quin & publicari iuſſit Locum, & inde Cadauer transferri. Relatum tamen in Chronicis, Traianum intra urbem ſolum omnium, & in foro ſepultũ, cum morbo apud Iſaurię Seleu/ ciam interiiſſet. Sed ducibus etiam datum, ac poſteris, Plut. ſcribit, ut in foro ſepelirentur. Poſtremo in hoc uetuſtatis iucunda ſubit recordatio. Stabant maiorum Sepulchra linea/ mentis aſtructa exquiſitiſſimis, non deerat Columnarum copia, ſplendebant cruſtationes, niteſcebant & Signa, ac tabulæ, Spectabantur ducti ære, aut marmore Vultus artificio per/ eleganti.

¶ Item de Sepulchris pluſcula, & Sepeliendi ritu. Iniectio Glebæ quid. Virgilii locus expli catur. Caput XLIIII

E Sepulchris uero apud Solonem non fere comperiuntur plura, quàm neqs ea deleat, neue alienum inferat, ſtatuta itẽ pœna, ſiquis Buſtũ, columnam q̃ d uiolarit, aut deiecerit. Poſtea uero propter Sepulchrorum amplitudines, quę in Ceramico uiſebantur, ſancitum lege eſt, nequis Sepulchrum faceret opero ſius, quàm quod decem homines effecerint triduo, neue Hermas liceret im/ poni, nec de Mortui laude, ni in publicis Sepulturis, nec per alium, niſi per eum, qui publi/ ce ad eam rem conſtitutus foret, dici licebat. Verum mox ubi increuit luxuria, Spectari q̃ ea cœpit Sepulchrorum magnificentia, quæ Romæ uiſebatur frequens, Demetrius lege ſan/ xit, ut ante lucem efferrẽtur, & nouis Sepulchris etiam ſtatuit modum. Nam Super terrę tu mulum erigi Columellam iuſſit, quæ trium Cubitorum menſum non excederet. Aut men/ ſam, aut Labellum. Menſarum meminit etiam in decem Rhetorum uitis Plut. Iſocratis Se/ pulchro inſculptum Arietem tradens cubitorum XXX. in quo eſſet Siren cubitorum ſe/ ptem, ratione ſymbolica, prope item fuiſſe menſam, quæ Poetas haberet, ac eiuſdem præ/ ceptores, in quis et Gorgiam aſtronomicam inſpectantem Sphęram, & Aſſiſtentem Iſocra tem. Columnarum in Sepulchris morem ſcribunt quidam, Nobilioribus modo fuiſſe con/ tributum, quo eorum faſtigium cæteris eminentius ſignificaretur. Columnarum ratio in/ quit Plinius, erat attolli ſupra cæteros mortales, Quod & Arcus ſignificãt, nouitio inuẽto. Hoc uero Sepulchraliũ Colũnarum genus a ſtando στήλας uocant Græci, minores uero ẽt Stelidas. Sed & στήλας Herculis nuncupari in Græcoq̃ monumentis obſeruauimus. Noſtri Stantes appellant Pilas. Verum & alicubi Plinius excitatas ſcribit Stelas literis incognitis.

Plato legum duodecimo, nullum in loco fœcundo, & agro ad cultum parato fieri, ſtruiue Sepulchrum iubet. Verum is inquit, locus corpora defunctorum recipiat, Qui ad cætera inutilis, & ad id tantum commodus, uiuentibus nil prorſum inferat nocumenti. Neq; enim a' Viuis, minus item a' Mortuis Terræ matris fœcũditas præpediri debet, Sepulchrum porro' extrui uetat altius, quàm Viri quinq; diebus totidem excitare poſſint, Lapides non maiores, quàm ut poſſint defuncti laudes quatuor ſolum heroicis uerſibus editas comprehendere. Quos, ut Cicero inquit, Longos uocauit Ennius. Sepulchra magnifico illuſtria impendio, ex admiratiõe Mauſolei monumenti a' Romanis dici Mauſolea, ſcribit Pauſanias. Qui & Helenes mulieris indigenę apud Solymos Sepulchrum fuiſſe tradit præcipue admirandum. Antiquiſſimum Sepulturę genus putat Idem M. Tullius, quo apud Xenophontẽ utitur Cyrus, redditur enim terræ Corpus, & quaſi matris operimento obducitur, quo ritu ſepultus ſit Numa Rex, Sepulta & Gens Cornelia, Donec e patriciis Corneliis primus Sylla cremari uoluit, talionem, opinor, ueritus, cum C. Marii reliquias apud Anienẽ ſitas diſſipari iuſſiſſet. Sepulchrum ante non eſt, quàm Iuſta facta, & Corpus incenſum. Humatos prius dicebant, quos humus iniecta contegeret. Eum morem Ius pontificale confirmat. Nã prius quàm iniecta Gleba eſt, locus, ubi crematum corpus eſt, nihil habet religionis, iniecta gleba tumulis, & humatum eſt, & Gleba uocatur, ac tum demiq; multa religioſa iura cõplectit'. Ex hoc uero ritu copioſius explicato enarrat' amplius Maronis locus ex ſexto Æneidos, in quo plus iuſto inareſcunt Interpretes.

Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Iniice, nanq; potes, portus'q; require Velinos.

Quod autem Seruius ait, abſente Cadauere, fieri ſolita, quædam ſolennia ſacra, Exponebãtur quidem in legibus a' Cicerone, Verum ita laceri circunferuntur codices, ut Delio non ſolum natatore opus eſſe uideatur, Sed amplius ipſo M. Tullio. Ad hæc porro' reſpicit Oratianum illud,

Quãquam feſtinas, nõ eſt mora longa, licebit,
Iniecto ter puluere, curras,

Hinc & Græci Sepulchra dicũt ἔρεια hoc eſt, Eria, ut Theocriti Interpres ſcribit in pharmaceutria, παρὰ τὴν ἐπιχομένην τοῖς νεκροῖς ἔραν, ideſt ab ea, quæ mortuis iniiciatur, terra, quã uocant Eram. Monumentum inquit Florentinus, Res eſt memoriæ cauſa in poſterum prodita, quod ſi corpus, uel reliquiæ inferãtur, fiet Sepulchrum. Ægyptios legimus, prę ſigni magnificentia conſtruere Sepulchra conſueuiſſe, quanquam in domorum ædificatione incurioſi admodum forent. Siquidem Sepulchra defunctorum domos ſempiternas, quoniam apud inferos infinitum ſit tempus, uocant. At Domos ipſas, uelut diuerſoria opinantur, argumento uitæ breuioris, ac momento tranſeuntis. At Theodoro philoſopho cum mortem Tyrannus comminaretur, & ſepulchri iacturam, habes inquit, cur tibi placeas, Hemina ſanguinis in poteſtate tua eſt, qui Cantharidis uim es aſſecutus. Nam quo ad Sepulturã, O te ineptum, ſi putas mea intereſſe, ſupra terram, an infra putreſcam. Thyeſtes apud Ennium luculentis ſane' uerſibus execratus Atreum, Sepulchrum eſſe portum Corporis arbitratur, & in eo mortuum requieſcere, Inde, ut eo careat frater, extentis optat precibus. Condiunt Ægyptii mortuos, & eos domi ſeruant, Perſæ cera circunlitos item condiunt, ut quamma xime permaneant diuturna cadauera. Magorum mos fuerat, non humare corpora ſuorum, niſi a' feris eſſent ante laniata. Aſſyriorum ſepulchra Regum in paludibus pleraq;, paluſtribus'q; in locis fuiſſe condita, traduntur. Moris quoq; ueterum fuit, pluribus locis Excellentium Virorum monumenta ſtruere, Quæ res ambagioſam admodum efficit hiſtoriã. Mortuum in Sicilia Anchiſen cecinit Maro. Pauſanias in Arcadia defunctum ſcribit, & eiuſdẽ Sepulchrum ad montis radices uiſitatum quandoq;, Anchiſiam quod uocant prope' Orchomenon. Nec fuiſſe in nauibus cum Ænea, Verum adueniſſe ἡσυχῇ πρόφασίν τινα, Illuc prope' Laconiam filio appulſo.

¶ Ritus item Gentium ad idem ſpectantes. Ratio Iuſtorum, quæ defunctis exhibentur. Vidi liquores apud Papinium qui ſint, & cur comburerentur cadauera. Caput XLV.

Poſtea quàm

Oſtẽa quàm abunde multa de Sepulchris cõgeſta nobis ſunt, adiiciamus carptim & de Sepeliendi ritu, quamuis & hunc pauloante paucis attigerimus,

P Tot autem penè eſſe modos, quot Gentes, non ferè obſcurũ eſt. Apud Gerros (Scytharum hi populi ſunt) Vbi Rex perfunctus fato eſt, Defũctum eius capiunt inceratum, aluo euulſa, atq; expurgata, quam Silere cõtuſo, & Thymiamate, Apiiq; ſemine, & Aneſi cum expleuerunt, reſuunt denuo, Plauſtroq; impoſito, ad aliam protinus emigrant gentem. Eum uero, qui excipiunt, eadem agunt, quæ Regii Scythę. Aurẽ decidũt, Crinẽ circũtondẽt, Brachia circũcidunt, Frontẽ, naſumq; ꝓſauciant, Siniſtrã manũ ſagittis traiiciũt. Mox idẽ ad populos alios, qbus uiuens imperitarit, Cadauer transfertur. Deniq; contumulantes, Concubinarum aliquam, prẹfracta gula, ſimul ſepeliũt, Sed & Pincernam, Coquum, Equi agaſonem, miniſtrumq;, Item qui fuiſſet a Nũtiis, nec non Equos, & omnium primitias. Rurſumq; anno circũacto, hæc obeunt, Quinquaginta ex miniſtris, q nõ alii ſunt, qꝫ Scythæ ingenui, ſtrãgulãt, totidemq; interimũt Equos, Alios uero Scythas, cum deceſſerunt, proximi in plauſtris collocatos ad Amicos circunferũt. Eos illi excipientes Epulum cadauer comitantibus præbent. Mox peractis diebus quadraginta, humo mandant, Capite exinanito, abluto q;. Perſarum in luctu mos eſt, detondere in lugubri ueſte Cõiuges, ac Liberos. Apud Indorum Sapientes occupare diem fati, pulchrum, Viuosq; cremari ſe iubent, immo & coronati more, ac lege Indorum hymnos, ac laudes deorum concinunt, documento præclariſſimo, quàm potens, quàm ualida, quamq; inſuperabilis ſit humana Mens, cum quid agere conſtituit. Quibus autem ſegnis ætas, aut incommoda ualitudo eſt, expectatam mortem pro dedecore habent, nec ullus Corporibus, quæ Senectus ſoluit, honos redditur, Inquinari putant ignem, ni Spirantes recipiat. Hermione inquit Geographus, Ciuitas eſt non ignobilis, in qua iactatum diu, breuiſſimum inde ad inferos eſſe deſcenſum, quo nomine defunctis non erogari naulum. Ethnicorum porrò moris erat, diebus nouem mortuos flere, unde & Nouendialuim ſacrorum enata conſuetudo, Dei Cultores, inquit Strabus, ſeptem diebus exequias celebrant. Vnde Eccleſiaſtici XXII. Luctus mortui ſeptem dies, Luctus autem fatui omne tempus uitæ eius. Septenarius quippe quietem ſignificat. Vnde ſeptima dies Sabbatum, ideſt Requies dicitur, Celebrant ergo ſeptimam diem mortuorum, optantes illos cum Domino conquieſcere, exanclatis uitæ huius ærumnis impatibilibus. Dici quoq; illud poteſt. Sicuti tertia dies mortui agitur a fidelibus, ut Anima, quæ eſt triplicis naturæ, requieſcat, Ita ſeptimus celebratur dies, Vt Anima corpori reconcilietur, quæ carne illiciente peccauit. In Septenario enim tria ſunt, & quatuor. Ternarius pertinet ad Animam, quæ Iraſcibilis, & Concupiſcibilis, ac Rationalis eſt. Quaternarius ad Corpus, quod ex quatuor conſurgit elementorum poteſtatibus. Azanen Arcadis fuiſſe filium, Pauſanias ſcribit, quo moriente, Certamina ſint propoſita primũ, præcipue uero Hippodromiam. i. Equorum curſum. Ab hoc Azane dici Azaniam uolũt regionem. In Chronicis Euſebii legimus, Conſtantini Vicenalia Nicomediæ acta, ac ſequenti anno Romæ edita. Apud Hieronymum eiuſdem nominantur Trincenalia. Sed ad mortuum ea nihil. Sic enim celebritas nuncupari uidetur, quæ tum uiceſimo, tum triceſimo Imperii anno peracta eſt. Ita tamen, ut uel Defunctis accommõdari poſſint uocabula. Parentationes Græci κτερίσματα uocant, & προθέσεις, ἔννατα, ideſt nona, τριακονταδάς, ideſt triceſimas. Sed & Necyſia, ac Geneſia. In hac uero tam multa funerum mentione, per incuriam minime prætereundum, Illud Papinii ex Syluarum ſecundo, in Glauci Epicedio,

Quid Cilicum flores, quid munera Graminis Indi?
Quodq; Arabes, Phariiq;, palàm eſt, Vidiq; liquores
Arſuram Lauere comam.

Ab Eruditis omnino aliter, quàm ſuſpicetur Domitius, enarrari, Nam uerbum Vidi, a Video inflexiſſe plane uidetur, Cum potius epitheton de loco factum, cẽſeri poſſit, & debeat, a Syriæ Vrbe Vida, propterea de Styrace intelligendum, de qua Plinius, & cæteri. Paræbaſium in Arcadia inuenio fuiſſe monumentum apud Megalopolin, iis, qui in bello aduerſus Cleomenem ceciderãt, dicatum, nomine adoptato, Quoniam παρεσπόνδησαν ἐς αὐτὸς, ideſt fœdera cum eis eſt trãſgreſſus Cleomenes. Inde & Paræbaſius cognominatur Campus. Sed ultimo non prętereundum illud loco uidetur, Veterem fuiſſe græcis morem Ca-

dauera comburendi, quod a' Septẽtrionalibus diu item ſeruatum, animaduertimus, Exuſtionis uero ratio affertur non una. Aliis opinantibus, Quod in nobis diuinum eſt, igneo ue luti uehiculo ad ſuperna ſubuectum cæleſtibus inſeri, ſubſidẽte, quod terrenum eſt, Alii in eo purificationem quãdam intelligere maluerunt, quoniam ſit Ignis ἁγνιστικὸν quiddam ideſt expurgandi uim habens, nam & purgationes, quas Catharmos uocant, non citra ignẽ fiebant, quod ſignificat Euripides, ubi Clytemneſtræ corpus igni depuratũ ſcribit. Sed ſententiam priorem in Scyllæ rogo approbare uidetur Lycophron. Et præterea Indorum Gymnoſophiſtæ. Cõburendi morem ab Hercule conditum, male concipiunt quidam, exuſto Argio Lycimnii filio, relatis modo ad patrem oſſibus, quem incolumẽ ſe reſtituturum, fuerat pollicitus.

¶ Qui fuerint Metelli Macedonici filii apud Plinium. Item apud eundem Diadematis legendum ſit, an Dalmaticis. Caput XLVI.

q Vod autem Libro ſeptimo Plinius ſcribit, Macedonicum Metellum a' quatuor liberis illatum eſſe rogo, uno prætore, tribus Conſularibus, duobus triũphalibus, uno Cenſorio, quæ ſingula quoque paucis contigere, Quæſitũ anxie inter doctiſſimos quoq; Qui nam fuerint hi Macedonici filii, Et inde illa celebris nata diſceptatio. Diadematis paulopoſt legẽdum ſit, an Dalmaticis. Et Hermolaus quidem, Cui multum debent latinitatis Candidati, Diadematis penultima productiore, Legi oportere, ſuſpicatur, tum ex uetere lectione, tum quod Inter Metellos fuiſſe Diadematos quoſdam, Cicero auctor ſit. Vetus quidem lectio plurimi apud me momenti eſt, Sed ea indiget interpretatione, aut alterius ſaltem Auctoris calculo. Nã Ciceronis auctoritas nil uidet certi afferre. Beroaldus uero & ipſe de literis noſtris optime meritus, Dalmaticis aſtruit reponendum, uetere expuncta lectione. Itaq; cum Plinium profiteret, diis hominibusq; fauentibus, ſuis dictaſſe auditoribus, Quoniam Pędianus a' L. Metello ſubactos Dalmatas ſcribat, & in Epitome Liuiana ſignificetur id ipſum. Sed Hominis ingeniũ demiror, & conſuetam illi in re literaria diligentiam appello. Vnde enim augurari poteſt ex Aſconio, & Epitome L. Metellum dalmaticum eius fuiſſe Metelli filium, de quo agit Plinius? Ab uno ex Metellis ſuperatos Dalmatas, uidemur omnes ſcire. Diadematũ uero Eius, de quo negotium eſt, Metelli fuiſſe filium, ambigunt pleriq;. Sed nobis, opinor, ducibus perplexitas tolletur omnis, & Pliniana lectio male interpolata ſuo reſtituta nitori clareſcet amplius. Ego Diadematis defendo apud Plinium. Sententiam uero hanc ſuffulcit, tanquam Triarius apprime nobilis, in Libro de Romanorum fortuna Plutarchus, Fortunam inquit, magnifice extollit Cæcilius Metellus Macedonicus, Senex a' liberis quatuor elatus Conſularibus, Quinto Balearico, L. Diademato M. Metello. C. Caprario. hactenus Plut. Vbi uero ipſe L. Diademato, repoſui, Græce ita habet, λευκίου διαδούμα, Vnde opinor, ambigui tatem omnino tolli. Quin lectio uetus minime ſit confodienda. Siue is L. Metellus Dalmatas uicerit, Siue alius prænomine eodem.

¶ De Aleiis Campis, an recte Vacui transferantur. Obiter περὶ παροιμίας. Alea quid, & Epialos febris quam habeat rationem. Aleſius mons, Halea Pallas, Halea certamina, & Halotia. Caput XLVII.

a Leios campos Strabo prope' Mallum, & Magarſa conſtituit, meminit & Plinius in Ciliciæ ſitu. Græce dicuntur ἀλήια πεδία mentionem facit in Bellerophontis fabella Homerus. Expoſuit Euſtathius. Et ab Errore quidem nuncupatos interpretantur, quia ἀλᾶσθαι græcorum lingua errare ſit, quoniam per eos aberrarit primum excuſſus Pegaſo Bellerophontes. Inueni tamen inter noſtros, qui Campos uacuos latine ſint interpretati, ceu plane' Epitheton foret id, non loci proprium nomen. Id quam recte, uiderint ipſi. Certe conſimile eſt, quod pauloante de Craniis rettulimus, Non debuiſſe autem ita latine enũtiari, illud eſſe argumẽto uidet, Qđ non deſunt ex Græcis, Qui Aleios dici Campos putẽt non ab errore, ut fere' creditur, Sed

ab oppido

ab oppido, quod Alas nuncuparetur, addunt'q; inter Pinarum, & Cydnum amnes collocari. Sed amplius Hermogenes περὶ εὑρέσεων quarto tomo, ubi agitur περὶ παρηχήσεως, quã esse finit Orationis uenustatem ex uocum similitudine, diuersa tamen notione, ut apud Xenophontem, πείθει τὸν πειθίαν, mox Homeri adducens carmina de Aleiis campis, subiungit, esse usum Poetam παρηχήσει, ob uocum consonantiam, quippe inquit, Aleium est loci proprium nomen, ἀλᾶτο autem uerbum, ἀλεείνων uero participium. Homeri Carmina hæc sunt.

ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήιον οἷος ἀλᾶτο
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Aleium interpretantur Quidam, οὐκ ἔχον λήια, τουτέστι σιτοφόρα πεδία. Vel χωρὶς βοσκημάτων. Auctor Pausanias est, Alesium esse montem Arcadiæ prope Mantineam, sic ab errore nuncupatum τῆς ῥέας. Fuit apud Tegeatas Pallados Haleæ delubrum, Quod struxerat Haleus. Hinc certamina dicta sunt quoq; Halea, nã Halotia nũcupata credũt, Quod in prælio Lacedæmoniorum multos abduxissent Captiuos. ἀλέαν uero teporem Græci dicũt, Vnde & ἠπίαλον nuncupant febrem, παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν, quod clementer excalfaciat. Vel uocatur Epialos, uerbo a' mari tralato, Quod ἤπιον μὲν φαίνεται, χαλεπὸν δ' ὑπάρχει, idest mite quidem uidet, re autem difficile est. In humanis utiq; Corporibus Phlegma hyalodes, idest ὑαλῶδες omni est alio frigidius. Id si redundet, nec putrescat tamẽ, Citra febrẽ inducit frigus, Quod recalescere nequeat. Si computruerit ex toto, inoritur febris, quã uocant ἀμφημερινὸν, Si ex dimidio, Ea, quæ ἠπίαλος nuncupatur. Sunt ex Græcis, Qui eo nomine frigus putent intelligendum, qđ febrem præcurrat. Dignum uero, quod non omittatur, in Galeni Lectum monumentis, Qui in Melancholiæ rationibus μελαγχολίας inqt, causa est Bilis atra, qui humor ψυχρότερός ἐστι καὶ ζωφώδης. Propterea sic affecti sunt ψοφοδεῖς, tristes'q; suspiciosi prorsum καὶ μισάνθρωποι, ac solitudine gaudẽtes, ueluti Bellerophon, mox autem, quæ prætexuimus, Homerica subscribuntur Carmina.

¶ Qui dicantur Mandragoram bibisse. De Mandragora paulo plura. Obiter de Otationis asperitate. Et quid Cataphora. Caput XLVIII

m Andragoram bibisse, docte, ac eleganter ii uidentur posse dici, Qui uelut aspide icti somniculosa, nimis desides sunt, atque ita quodãmodo a' sensu dissiti, abiuncti'q; ut excitari non queant. Auctor mihi Demosthenes ĩprimis, Cuius ex Philippica quarta uerba subieci, ἀλλ' οὐδ' ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσι, ἤτι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον ἐοίκα μὲν ἀνθρώποις. Hoc est, Verum nec quimus excitari, Sed consimiles hominibus uidemur, Qui Mandragoram, aut id genus pharmacum aliud biberint. Qua in parte obiter enotandum uidetur, Hermogenis illud primo de Ideis Tomo, esse uerissimum, ubi περὶ τραχύτητος agit, difficulter admodum in Demosthene καθαρὰν τραχύτητα, idest puram reperiri asperitatem. Nam ut eam leniret, seipsum intermiscendo, id est consecutus. Sunt enim Notiones asperæ oẽs, ubi inferior superiore loco positum incessit, aut uerbis quoquo modo illi se iniurium præstat, nec id dissimulanter. Cuiusmodi foret, Si ita enuntiasset Orator, iis, Qui Mãdragoram hauserint, aut quod eiusmodi medicamentum, persimiles estis. Sed, ut eo', unde sum digressus, stilum reuocem, Sic item in Timone repperi apud Lucianum, πῶς γὰρ καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις, ὅς οὔτε τῶν ἐπιορκούντων ἀκούεις, οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας ἐπισκοπεῖς, Quonam inquit, modo o Iupiter tanquam Sub Mandragora dormis, qui neq; peierantes audis, neq; Iuris uiolatores aduertis? Idem quoq; Lucianus ĩter magnificas Demosthenis laudes, ab illo inquit, solitos excitari Athenienses, uelut ex Mandragora dormientes. Ratio uero ẽ, Quoniam, ut ex Græcis aliqui scribunt, is fructus hypnoticus est, quo significatur Somni cõciliator. Plutarchus in Symposiacis, Somnum quippe fieri putant frigiditate. Quamobrẽ hypnotica pharmaca parte plurima uim habent ψυκτικὴν, idest frigefacientem, Cuiusmodi esse dicitur Mandragora. Quin obliuionem item creditur inducere, unde ille ait, καὶ φανεῖται πολὺν τὸν μανδραγόραν ἐκπεποκώς. Idest multum uidebitur hausisse Mandragoræ. Et Plinius, Mandragoræ folia grauedinem aflerunt, etiam olfactu, quanquam mala in aliis ter

ris mandantur. Nimio tamen odore obmutescunt ignari, potu quidem largiore etiam moriuntur, Vis somnifica pro uiribus bibentium. Media potio Cyathi unius, bibitur & contra Serpentes, & ante sectiones, ustionesq́, ne sentiantur. ob hæc satis est aliquibus, somnum odore quæsisse. Sed & Dioscorides Syluæ medicinalis Libro quinto, τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα, καὶ ἐσθιόμενα καρωτικά, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν χυλὸς, πλεονασθέντα δὲ καὶ ἀφώνους ποιεῖ. Poma inquit olfactu, & esu Carotica sunt, consimiliter & eorum succus. Copiosiora etiam mutos reddunt. Mandragoram Pythagoras uocauit ἀνθρωπόμορφον, tanquam humanam effigiem præferat, nam Radix homini simillima est. Quod Auicenna quoq; prodidit, & uulgo fere ita uisitur. Propterea Columella.

Quamuis semihominis uesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores, mœstamq; Cicutam.

Zoroaster Diamonon uocabat, aut Archinen. Romani etiam mala Canina, Aliqui & Circeam, quod philtris credatur res peraccommoda. Mādragoram fœminam Thridaciam nuncupant. Marem uero Norion. Scribit Magnus Albertus, Mandragoram sic hominis figuram præferre, ut sexus, & aliorum accidentium differentias ostendat. Super Mandragora porro historiam legimus relatu non iniucundam apud Iulium Frontinum, Strategematon secundo, Annibal inquit, missus a Carthaginensibus aduersus rebellantes Aphros, cū sciret, Gentem esse auidam uini, magnum eius modum Mandragora permiscuit. Cuius inter uenennm, & soporem media uis est, tunc prælio leui commisso, ex industria cessit, nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis, & omni uino infecto, fugam simulauit. Cumq; Barbari occupatis Castris, in gaudium effusi medicatum merū auide hausissent, ac in defunctorum modum strati iacerent, reuersus cepit eos, ac trucidauit. Postremo id item memorabile, Mandragoram, si applantet Vitibus, ita uim infundere, ut inde infectum uinum bibentibus Cataphoram inducat, ideſt collapsum in soporem, Quanquam nec ignoro, esse suam Oratoribus quoq; Cataphoram. Nam Hermogene tradente de inuentionibus tomo quarto, Dicitur τάσις longior Spiritus productio, Quæ inter accusandū Cataphora nūcupetur. Quippe etiam in Apologiis esse Tasis potest. Cataphora non potest.

¶ Externo bello intestinum sæpe restingui. Scorionis Dacorum Ducis historia ad id apositissima. Caput XLIX.

Animaduersum id, enotatumq; ex lectione historica, Quospiā, inter quos naturalis esse ꝓiunctio debeat, ita sæpe inuicem dissidere, seq; immaniore quodā modo iurgiis afficere dissultantes, ut rixa quoq; euasura breui in prœliū uideat. Eos tñ, si in alieno malo spe ꝓstituta, nimis temere, nimisq; improspicie-
a ter audeat qs inuadere, sic fere usuuenire, cōpertum est, ut ab intestino auersi dissidio, coalescentes animis, conspiratu mirabili coorientes irruentem incautius aduentitium Hostem pessimo perdāt exitio. Suggeruntur ad hoc ex ueteribus memoriis exempla plura. Documentum unum præsigne imprimis prœteriisse nequeo. Fuit Scorio Dacoꝝ dux, ut uidetur, non malus, nec a rerum dispicientia omnino abiunctus, Is, cum sciret, dissociatū quidem armis Ciuilibus Pop. Ro. non tamen, occasione inde arrepta, lacessendum, extimulandum ue arbitrabatur, quāquam imperita uulgi temeritas non deesset, multa, & præclara minantis, Quoniam, uelut ex specula prospectans, cōciperet, posse obtingere, ut bello externo ingruente, domestica restinguerentur incendia, & Voluntatum coalitu in idem tēdētium, funestior peregrinis infligeretur clades. Populariū uero animos lepide repressit, reprehenditq;, Canes siquidem duos ipsis inspectātibus commisit, iisq; mox acrius, ac periniciter compugnantibus, Lupum ingessit. Eum uero illi, omissa protinus inter se ira, ut communem hostem alacriter inuadentes ꝓfecere. Quo exemplo ingenii perspicacis Dux, & in coniectādis rebus solertissimi, ab impetu Romanis profuturo Barbaros inhibuit. Quibus id prope soléne semper fuit, ut bellum externū discordia excitaret intestina. Rursumq; auerteretur hæc, hostili malo ceruicibus imminente.

¶ Canum Millus, atq; inde Prouerbium. Item Canum Ornamenta alia, seu munimenta. Caput L.

Venaticis

Enaticis Canibus Collare munimenti cauſa addi ſolitum, quo retundi Lupo
rum impetus poſſet, nouimus ex Grammaticorum Gloſſematis, & Pompeii
u præcipue Feſti, inter Gloſſularios non ultimi nominis. Qui id etiã uocari Mil
lum ſcribit. Sed M. Varro rerum ruſticarum Libro ſecundo dicere Meliũ ma/
luit. Is Millus ex Corio concinnabatur, ferreis confixus clauis. Inde factum, ut
quicquid preſidio nobis eſt, prouerbio quodam, id eſſe munimento pronuntiemus, perinde
ac ſit Millus Cani. Poetæ Armillatos uidentur appellaſſe Canes ex hac ratione, quoniã Mil
lus ſit iis Armillarum uice. Apud Græcos Deræambus eſt latum corium ob Canis collum.
Dicitur & Perideræum, atq; item Perideris. Xenophon in Libro de Venatione ita ſcribit,
Canum ornatus ſunt, δέραια, ἱμάντες, στελμονίαι. In quo illud aduertẽdum, Quas Xenophon
Stelmonias uocauit, ideſt faſcias, quibus Canum latera præmuniuntur, Pollux Telamoni/
as dixit.

¶ Augurium Canarium. De'q; Sacro, quod Caniculæ fieret. Cur immolarẽtur Canes.
Canis, oculum habere quid. Item de Cynomyia, Cynocephalo, Ariſtogiton Ca/
nis, Cynæpodes. Caput LI.

Anarium in antiquis libris dici augurium, obſeruauimus, Cui agendo conſti
tuerentur dies prius, q̃ frumenta uaginis exirent, & ante quàm in uaginas p/
c uenirent, a' Cane ducto uocabulo. Siquidem Rutilæ canes, ideſt non procul
a' rubro colore immolabantur, uti ait Atteius Capito, Canario ſacrificio pro
frugibus, deprecandę ſæuitiæ cauſa Syderis Caniculæ. Legimus in Græcoꝝ
monumentis, Exurente q̃q; Cycladas inſulas. Cane, atq; inde ſterilitate multa, ac ſiccita/
te conſecuta, Qui in Ceo habitabant, ex Oraculo Ariſtæum Apollinis, & Cyrenes filium
accerſiuerũt. Aduenit is, ex Arcadia ſecum quibuſdã ductis, Templum'q; Iouis erexit, Quẽ
uocauit Icmæum, quaſi tu Pluuium dicas. Canem quoq; reb⁹ diuinis operatus placauit, Ce
is'q; legem inſtituit, ſingulis annis eiuſdem ſeruarent exortum cum armis, ac eidem rẽ obi/
rent diuinam, ex quo Argonauticon ſecundo Apollonius,

κείῳ δ' ἔτι νῦν ἱερῆες Ἀνθολέων προπάροιθε ῥέξασι θυηλάς.

Cur uero placandis Caniculæ ardoribus immolarentur Canes, nulla, quod ſciã, idonea red
ditur ratio, nam & Ouidius faſtorum quarto ita canit,

Pro Cane ſydereo Canis hic imponitur aræ,
Et quare fiat, nil niſi nomen habet.

Alioqui inuenio, Canem fuiſſe uictimam expiationibus peraccommodam, quo nomine a'
Lupercis quoq; ſacrificiorum adhibebatur ritibus, & Greci homines ad expiandum Canes
adhibere ſoliti ſunt, immo'q; in pleriſq; locis Periſcylaciſmi ſeruabãtur. Sic enim uocabant,
quæ ex Canibus res diuina fiebat. Feſtum uero ipſum recte a' Canum cęde nominari Cyno
phontis poteſt. Cuiuſmodi apud Argos celebratum uidetur quandoq;. Proſerpinę item Ca
tulos cum cæteris purgamentis efferunt. Adnotatum in Pauſaniæ theſauris, In Phœbæo,
(loci id eſt nomen) Vtranq; Epheborum portionẽ Enyalio, Quem interpretantur Martẽ,
Canis immolare. σκύλακα, ideſt Catulum, Vt qui Deorum fortiſſimo Victimam ſecerne/
rent ex mitioribus fortiſſimam. Cæterum nullos inquit, ex Græcis Catulo facere animad/
uerti, Colophoniis modo demptis, Hi ſiquidem τῇ ἐνοδίῳ furuam immolant Catellam.
Sunt uero nocturna Colophoniorum ſacrificia. Quid ſit autem Enodios in Pauſania, for/
te nonnullis uideatur nebuloſum. Lego Enodiam dici quandoq; Dianam, etiamſi Venato
ria item nuncupãtur Enodia, Mercurium Enodion quoque appellant. Signat porro' Eno/
dium, quod in uia eſt. ἐνώδιον uero pro Enotiis capiunt, quia tumeſcant Aures. ἐν ὁδῷ eſt,
cum dicimus, in opere ſignificamus, & uita, ac fide. Illud fuerit auctarii uice, quod ex theſau
ris Pollucis adnotabimus, Canis inquit oculum habere dicitur is, qui nimio plus impudens
eſt. Id uero ex homerico profluit fonte, Apud quem Iliados rhapſodia prima ſic legimus,

κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,

Ideſt Canis habens oculos, Cor autẽ Cerui. Et alibi Homerus idem, κύων ἀναιδής. i. impu/
dens Canis, Sicuti Cynomyia pro impudentiſſima dicitur, compacta dictione a' Cane, qui
impudens eſt, ac Myia muſca, qua nil fere' audacius, Homero quoq; aſtipulante. Sed & Cy

nocephali cognomentum, quod cum aliis, tum uero Pericli adhæsisse, legimus, non fere aliud, quàm impudentiam, & rapacitatem signat. Aristogiton uero Cydimachi Canis ex audacia cognominabatur. Equos porro quospiam Cynepodas fuisse nuncupatos inueni/mus. Cynanche item de Canis uidetur natura profluxisse, De ea etiam si Secũdo libro, uerba fecimus ampliter, Nunc tamen Æginitæ Pauli subtexuisse placita ex Libro Medicinæ tertio, non fuerit omnino πάρεργον. Igitur Synanche conflatur inquit, ex inflammatione musculorum, Qui sunt ἔνδον τῆς φάρυγγος, ideſt intra fauces. At Parasynanche eorũ, qui extra. Modo item compari, Qui intra λάρυγγα sunt musculi, ideſt Guttur, uel Arteriã si inflammatione infestari occœperint, Cynanchem producunt. Sicuti Qui extra, Paracynanchen. Communis uero omnium affectio est ὀρθόπνοια, καὶ πόνος μετὰ δυσφοίας, Cynãchicos præterea in Paulo eodem ita affectos dici, obseruatum est. Galenus intima infestãtem Colli κυνάγχην dicit. Synanchen uero ad extima nuere amplius, Immoq; ἧττον πνίγειν, esseq; ἧττον κινδυνώδη.

¶ De Canum generibus adnotantur plura, deq; eorundum rabie, & Diui Bellini templo in Rhodiginis paludibus. Cypsele, Cypselides, Cypseli. Caput LII.

Ostea uero quàm in Canum pragmatiam incidimus, non grauabimur plusscula, quæ hinc inde aucupati sumus, huic potissimum loco impingere. Canes igitur imprimis generosas aduertimus Laconicas, Arcadicas, Locridas. Celticas. unde & Ouidius, metamorpheseos primo.

p

Vt Canis in uacuo leporem cum Gallicus aruo
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem.

Ibericæ item celebrantur, & quæ uocantur Carinæ, ideſt ναρῖναι, Creticæ, Molossicæ, Eretricæ, Orcanæ, Indicæ. Legimus porro nuncupari Canes quosdam Psyllicos, puto, ab Achaiæ ciuitate, ni Cypselicos malis, quãdo est in Arcadia munitus Locus Cypsela, Cuius apud Thucydidem mentio sit historia quinta. Est & in Thracia nominis eiusdem adiacens Hebro Ciuitas. Nam Cypsele, ideſt κυψέλη uasis est, aut mensuræ species. Cypselidas uero aurium dicunt marmorata Cypseli sunt, quos etiam Apodas uocant Hirundinibus similes. Porro sunt Elymæi Canes a populis in meditullio Bactrorum, & Hyrcaniæ, Castorii autem, & Menelaides, & Harmodii a dominis appellationem traxere. Illud minus prætereundum, prodidisse quosdam, Laconicas antiqtus esse ex Vulpibus natas, & Canibus, quo nomine appellari etiam quandoq; Alopecidas. Sicuti Arcadicæ ex Leonib⁹ crediderunt prouenisse, unde & Leontomiges dictæ. Indicarum Sobolem prodit Aristoteles etiã ex Tigribus factam. At Nicander Colophonius ex Canibus Actæonis Indicos scribit propagatos, Quæ a rabido furore resipiscentes, Euphrate trãsmisso, in Indos usq; aberrarint. In parte Indorum, ubi regnasse Sophites memoratur, & Gentem esse Sapientia præcipue insignem, nobiles ad Venandum traduntur Canes, quiq; latratu abstineant, cum uidere feram, Leonibus maxime infesti. Iucundum relatu id quoq;, Chaonidas, & Molottidas prolẽ tradi eius Canis, quem ære monesio ubi cõflauit Vulcanus, immissa quoq; Anima, Ioui dedit dono. Is uero Europe, Hęc Minoi, Minos Procridi, Illa uero Cephali eẽ uoluit munus. Eius hæc fuit natura, ut uitari non posset, ubi insequi occœpisset. Sicuti Teumesia uulpes fuisse narratur incomprehensibilis. Quæ ratio utrunq; deformauit in Lapidem. Sunt q Chaonidas de Chao inter Luporum genera memorato, progenitas suspicentur, atq; inde nuncupatas. Creticos Canes in duo genera distribui, animaduerto. Alios enim Diaponos dici audio, Alios uero Parippos. Et illis quidem in uenando gloria plurima, noctes etiam addunt labori, sæpeq; feris assidẽtes dormiũt, mox orta luce depugnãt. Parippi uero cum Equis currere ꝓsueuere, tãta quoq; arte, ut neq; ꝓcedant unquã fere, nec subsequantur. Reperio itẽ ꝓpe paludes, quæ ad meridiem sunt, esse Canes, qui dicantur Cynamolgi. Quibus Lac bubulum cibus gratissimus. Eorum cum Indicis bobus certamina Ctesias celebrat. Pyrrhi Canis custodia Domini longe clarissimus, & quia in defuncti quoq; rogũ assiluit. Hesiodo interfecto assistentes Canes etiam Auctores cædis coarguere latratu. Honori defuncti Canis Ciuitatem constituisse Magnum Alexandrum, Theopompus scribit. Nobilis est Atalantæ

canis Aura

Canis Aura nomine, quam cum Calydonia Sus peremiſſet, Bruto ſepulchrum īdigenę ſtruxere. Sicut in Heleſponto, quod uocant Cynoſema, Sic enim intrepretari libet, ne fabuloſa cōſectari uideamur. Geryonis Canis Gargittios nomine, Cerberi frater, ab Hercule cęſus, in Iberia quoq; monumentum habet. Actæonis Canum apud Æſchylum nomina hæc, Corax, Harpyia, Charon, Lycitas. Nam Hippocētaurus Xenophontis fuit Canis. Sicut Lethargus Hippāmonis. Qui etiam cum Domino ſepultus dicitur, teſtante quoq; Epigrammate, quo ſignificatur, Hippammoni fuiſſe Equum nomine Podargum, Canem uero, ut diximus, Lethargum, Seruum porro, qui diceret Babes. Sed Epigramma ipſum appoſuiſſe præſtiterit.

Ἀνορὶ μὲν ἱππάμμωνι ὄνομ' ἦν, ἵππῳ δὲ πόδαργος.
Καὶ κυνὶ λήθαργος, κωὐ θεράποντι βάβης,

Dicuntur uero Lethargi Canes clandeſtine, tacitéq; adeuntes, ac morſum infigentes, unde Adagium in eos, Qui ironico ingenio, & ad diſſimulandum aptiſſimo, deniq; excarnificāt, & letali ueneno Animam quoq; lancinant. Syagrum dicit Sophocles Canem, qui Suum uenationi ſit aptiſſimus. Eſt & proprium nomen Syagrus Herodoto, Item Philarcho. Sunt qui agreſtem ſuem Syagrum intelligant. Apud Lynceum Syagria leguntᵉ quoq;. Aſchedorum Siculi Syagrum nuncupant, ſicuti meminit Aeſchylus. i. ἀγριόδωρον. Apud Theocritū eſt in Daphnide, ac Menalca Lampurus Canis nomen, ex ratione albicantis Caudæ, ut inquit Interpres, uel a' peruigili cura, & ſolerti cuſtodia, παρὰ τὸ λάειν, καὶ ὁρᾶν. i. a' uidēdi, ſeruandiq; diligentia. Vel quoniam ſit Vulpi affimilis, quam Lampuron uocant. Videtur & Acalanthis nobiliſſimi Canis nomen, unde illud eſt Ariſtophanium,

Ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκτει.

Acalanthis feſtinabunda occæcatos parit. Quidā tamen eo nomine Aues intelligunt, quas nonnulli Baſilicas nūcupant. Fuit & apud Locros ξυλίνη κύων, ideſt Lignea canis, Sed ea habet hiſtoriam. Quippe Locro cuidam reddita Sors eſt, ibi Ciuitatem conderet, ubi Canis lignea morſum ei infixiſſet, quo nomine, cum ad Alterum enauigaſſet maris litus calcauit κυνόσβατον, ideſt Cynoſbatum, Inde, cum ſuſpicaretur finem habere Oraculum, Ciuitates condidit, quas Locri habent Ozolæ. Catenarium Canem legimus apud Senecam, Sicut apud alios Lucernarium. Dignum uero relatu, Quod in Hecatæi Lectum monumentis eſt, fuiſſe in Tænaro Serpentem meticuloſum, quem dixerunt ἄλλα κύνα, ideſt Plutonis Canem, quoniam morſum eueſtigio inſequeretur mors, ueneni poteſtate uiolenta. Eum tamen ab Hercule ad Euryſthea fuiſſe productum, unde irrepſerit Cerberi fabella. Quem princeps Homerus dixit ἄλλου κύνα. Caninam mortem Græci difficilem intelligunt, quoniam difficulter Animam efflare deprehenſum ſit animal hoc. A' quo etiam, prouerbium eſt, δῆγμα κυνὸς λυσσῶντος, quod eſt noſtris uerbis, Rabidi Canis morſus, In eos, qui infecti ipſi malorum congreſſu, Alios itidem inficiunt. Etenim recepta opinio eſt, & expoſita a' Luciano, Nō modo rabie agitari, & aquam expaueſcere, quos ita affectus Canis momorderit, Sed & ipſos item retinere uim, eundem imprimendi morſum, atq; ita deinceps fieri Hydrophouicos omnes, hoc eſt timorem Aquæ concipere, Vt fiat quædam rabidorum Catena. Lucianus, καί σὺτοίνυν ἔοικας αὐτὸς ἐν φύκρατος δηχθεὶς ὑπὸ πολλῶν φθυσμάτων, μεταδεδωκέναι κἀμοὶ τῆς δήγμαθος. Scribit Homerus, Apolline peſtem Græcis immittente, Mulos primum, & Canes concidiſſe. Id uero exactius interpretantes Eruditi, ex Odorandi præſtantia factum, coniectant, Qui Senſus adeo in Mulis præcellat, ut derelicti alicubi uel odore ſolo redeant in ſemitam, proinde huiuſmodi tabidam uim concipere facilius, Præcipueq; Canes purum imprimis Aerem exigentes, Sed & inter hos albidi eo amplius, quoniam coloris eius Corpora, quam nigra, ſint rariora, atq; laxiora. Illud neutiquam negligendum, Canes, ubi mire in Venerē ferunt, dici σκυζᾶν, Sicuti Sues ἠπερίζειν, Vaccas ταυριᾶν, Equos ἱππομανεῖν. i. Equire. Vnde productum in fœminas Libidinoſas conuitium ab uno animalium modo. Ægritudines Canum præterea tres uideor præcipue comperiſſe, λύτταν, hoc eſt rabiē, Podagram, Cynanchē. Verum Rabies ſanari difficulter poteſt. Podagra non omnino medicinam neſcit, At Cynanche, ſiue Angina euidens promittit exitium. Porro' quicquid Rabidus Canis momorderit, interit certiſſime. Homo tantum euadit, Sed uix. Ariſtoteles uero Libro de Animalium hiſtoriis ſeptimo, Canes inquit, tribus Laborant uitiis, Rabie. Angi-

na, podagra, facit Rabies furorem, & quę momorderint, omnia rabiunt prius homine, Sicuti & legit, & interpretatur Nicolaus Leonicenus. Intereunt Canes hoc morbo, & quę morſa ſunt, prius homine. Scribit ſeptimo de Animalibus Albertus, iam ſe hominem uidiſſe, cui in brachio morſum infixiſſet rabiens Canis, anno autē ſeptimo poſt Cicatricis locū intumeſcere cœpiſſe, atq; intra biduū interiſſe. Auicenna quoq; quorūdam ſentētias aduocat, Qui dicerent, poſt duodecimum a' morſu annum in rabiem aliquādo incidere nōnullos. Quod uero ſerius, q̄ cætera Animalia tabificam rabiendi uim perſentiant Homines, efficit id Naturę diſſimilitudo. Nam et in contagioſis morbis, homines ab hominibus, & Sanguine cōiunctis inficiuntur facilius. Cęterum Rabies Canū Syrio ardēte, peſtifera imprimis homini eſt, atq; ita morſis letalis Aquæ metus, uti Plinius inquit. Ad morſum uero unicū eſſe remediū, & quidem oracului quodam repertum, idem ſcribit, Radicem uidelicet ſylueſtris Roſę, quę Cynorrhoda appellat'. Nobis uero ſuppetit potentius adhuc medicamē, Sed & ipſum cælitus petitum. Eſt in Rhodiginis paludibus Diui Bellini templum, miraculorum frequentia celeberrimum, & affluxu hominum etiam notiſſimum. Erectæ Ædis cauſa fere' publica eſt, Pulſus is Diuus Patauio, craſſantibus nobilium pleriſq;, quod ſeuerius, ſanctius'q;, q̄ ab illis probari poſſet, Epiſcopū ageret, inſectantibus'q; inimiciter Aduerſariis, in paluſtre agri noſtri Solum, quindecim millibus paſſuum Rhodigio diſtās, diuertit, Cum manus Hominum euaſiſſe uideret', Canum rabiem nō euaſit, a' quibus eueſtigio cōuulſus, diſcerptus'q;, mox in Diuorum Indigitamēta relatus, templum in illis emeruit locis, in quo & arca marmorea ferreis occluſa cancellis, latet ſanctiſſimum eiuſdem Corpus. Templi uero ex necis genere ea cæleſtis eſt proprietas, Siqs clauem ſibi quæſierit, qua Ædis Valuę recludātur, ac ea candente, quicquid rabie agitari orſum ſit, attigerit, præſentiſſimum eſt remedium, & nunquā nō uerum. Timoris uero Aquę, ὑδροφοβικὸν uocant πάθος, cauſa ex Eruditorum ingenio afferſur non una. Sunt qui opinētur, immoderatam ſuperuenire ita affectis corporibus ſiccitatem, humecto ſubſtantiali penitus demutato. At Rufus in Melancholiæ ſpeciem euadere ſentit morbum hunc, Veneno humorem id genus aſſimilante. Scimus autem ex Melācholicis Alios alia metuere. Sunt, qui arbitrentur, Canis, a' quo impactus ſit morſus, imaginem, ab iis concipi in aquis, atq; inde cōpaueſcere. Poſtremo autem ante q̄ huic Capiti Coronidem impingam, Succurrūt aliqua item, Id prius ex hiſtoria, quod apud Noſtrates etiānum durat. Apud Bactrianos uulgo prouerbium uſurpari ſolitum, Canem timidum uehementius latrare, quā mordere, Altiſſima quęq; flumina minimo ſono labi. Porro' dicitur Græcis κύων de Cane, ut docuit Euſtathius, παρὰ τὸ κύω, quod amare nobis indicat. Cyneam uero cum legis, pellem fluiatilis intellige Canis, quam Capitis tegumento Galeę uice Veteres adhibuiſſe, palā eſt, inde ſeruatum, ut p. Galea dicat' Cynea, Cynulchos uocāt, qui ſecum ducant Canes.

¶ Conditionem filiæ quærere qd ſit apud T. Liuium. Item'q; de Vindiciis plura. Epheſis quid, & Eccletus. Martialis explicatur, necnō Quintilianus de Aſſertione ſecunda.

Caput LIII.

Narrabamus pauloante in Patauino gymnaſio Prouincialibus auditoribus noſtris conſenſu petiti multorum, librum T. Liuii Ab V. C. tertium, ubi is incidit locus, Qui eſt de Appio decemuiro, A' quo Vindicię ſecundum ſeruitutem decretę ſunt, dum Virginiam puellam ardentius, & occæcato animo deperiret, Cuius Sponſus Icilius in hæc, affectu nimio, & indignitate rei prorupit, Virginius inqt, uiderit de filia, ubi uenerit, quid agat, hoc tātum ſciat. Si ipſe huius uindiciis ceſſerit, Conditionem filię quęrendam eſſe, me uindicantem Sponſam in libertatem uita citius deſeret, q̄ fides. In hunc ſcopulum ubi impegimus, locum uideri perobſcurum interfati ſumus, poſſe tamen, Quantum ex Iureconſultorum non incurioſa lectione aucupare mur, ſic ferme' explicari, Paulus ſiquidem digeſtis de Diuortiis, lege prima ſic ſubnotatum reliquit, Dirimitur Matrimonium diuortio, morte, captiuitate, uel alia contingente Seruitute utriuſq; eorum. Hinc Icilius innuebat, fore ut Sponſalia dirimerētur cum Virginia, Si pater ſuperſediſſet a' Vindiciis ſecundum libertatem, quoniam Sponſam, quę ad Seruitutem recidiſſet, non eſſet ductuxus, proinde'q; Conditionem illi alteram eſſe quærēdam, Simul & alluſiſſe

& alluſiſſe uideri poteſt ad uerba ſolẽnia Sponſalium diſcutiẽdorum. Quorum meminit Caius titulo eodem, lege ſecunda. Item inquit, in Sponſalibus diſcutiendis placuit renũtiationẽ interuenire oportere. In qua re hęc uerba ꝓbata ſunt, Cõditiõe tua nõ utar. Sicut in repudiis comprobant' hæc, Res tuas tibi habeto, Res tuas tibi agito. Et hoc erat Vxori nuntium remittere, ut in Epiſtolis ad Atticum Cicero. Vxori inquit, Cæſar nũtium remiſit. Nĩ ſi quis putet, Immo dixiſſe Icilium, quęrendam filię cõditionem, quoniam ut Paulus idem aſtruit, Digeſtis de Regulis iuris, Quod attinet ad Ius Ciuile, Serui pro nullis habentur, nõ tamen & Iure naturali, quantum enim attinet ad hoc, Omnes homines ęquales ſunt. Inde & Caius ait, Cum Seruis nulla eſt actio. Propterea Paulus ſcribit, libertatem eſſe rem inęſtimabilem. Verum quia de Liuio agimus, ut in hoc quoque nobiliſſimum Conditorem rerũ opera noſtra, qualiſcunq; ſit ea, iuuemus, Quę ſint Vindiciæ, item explicabimus, eo quidẽ gratius, quoniam halucinationes multorum in eo intellexiſſe uidemur, quas eodem, quod dicitur, oleo expunctas, obliteratas'q; reluemus. Poſitum uero uerbum id apud Iureconſultos quoq;, & Pomponium digeſtis de origine Iuris, lege ſecunda. Vbi Vindicias pro Sententiis quidam interpretantur, cum Vindiciarum nomine nil prorſus aliud intelligamus, q̃ aſſertionem, quæ ſi a` Seruitute ad libertatem foret, Vindicię ſecundum libertatem dicebãtur. Si uero a` libertate in ſeruitutem, Vindicię ſecundum ſeruitutem pronũtiabãtur. Liui⁹, decreuiſſe Vindicias ſecundum ſeruitutem, & in legibus XII Tabularum, Dare uindicias ſecundum libertatem, eſt pronuntiare, uel decernere aſſertionem eiuſmodi. Et, ut apertius tota res percipiatur, & illuſtrentur in Liuio tenebrę, Cimmeriis quandoq; atriores, Lis uindiciarum eſt, inquit Aſconius Pędianus, cum litigatur de ea re, Cuius apud Prętorem incertum eſt, quis debeat eẽ poſſeſſor, & ideo, qui eam tenet, dat prędes litis uindiciarum Aduerſario, quo illi ſatiſfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione futurum, de qua iurgium ſit. Sunt autem inquit, Prædes ſatiſdatores locupletes pro re, de qua apud Iudicem lis eſt, ne interea, qui tenet, diffidens cauſę, poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excidat arbores, & culta deſerat. Hoc uero eſt, quod perobſcure Liuius ſignificat, cum inqt, Cum ſtaret Aſſertor puellæ, ut uindicaret, Sponſores'q; daret, atq; id ipſum agi, diceret Icilius, ſedulo tẽpus terens, dũ præriperent Iternuntii miſſi in Caſtra, manus tollere undiq; multitudo, & ſe qſq; paratum ad ſpondendum Icilio oſtendere. Præterea ſentẽtiam hanc adiuuat & Boetius ex topicorum Commentario primo. Vindex eſt inquit, Qui alterius cauſam ſuſcipit uindicandam, ueluti quos nunc Procuratores uocamus, unde Lex Ælia Sentia, Aſſiduo Vindicẽ aſſiduum eſſe iubet. Dicitur & in aliis quoq; rebus Vindex, Liuius Libro tertio, Volſci, & Eq coniunctis exercitibus Latinum primum agrum populati ſunt, deinde poſtq̃ nemo Vindex occurrebat, ad mœnia Vrbis Romę acceſſere. Porro` ſubit in hoc propoſito, ut manum prę beam Valerio Martiali, Epigrammatum primo, Cuius uerſiculi morem hunc Vindiciarum continentes conuelluntur magis a` Grammaticis, q̃ enarrentur. Scribit ad Quintianũ, quẽ libellorum ſuorum facit Aſſertorem, ne darentur quodammodo Vindicię ſecundum Seruitutem, quoniã Fidẽtinus, ut ipſe dicit, Plagiarius illos recitabat pro ſuis, rogat'q;, ut det prędes, ſe Dominum nihilo deterius in poſſeſſione futurum. Quę omnia iocoſe, feſtiuiter'q; de Iudiciorum more tralata, Carmini Poeta inſeruit. Eiuſmodi uero id eſt.

Commendo tibi Quintiane noſtros,
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſum, quos recitat tuus Poeta.
Si de Seruitio graui queruntur,
Aſſertor uenias, Satis'q; pręſtes.
Et cum ſe Dominum uocabit ille,
Dicas eſſe meos, manu'q; miſſos.
Hoc ſi ter'q;, quater'q;, clamitaris
Impones Plagiario pudorem.

Illud autem Quintiliani ex Libro Oratoriarum inſtitutionum quinto, huic adnexum quodammodo eſt. Nam de Pręiudiciis agens, ea in tribus uerſari generibus aſtruit, In rebus, In iudiciis ad ipſam cauſam pertinentibus, aut cum de eadem cauſa pronuntiatũ eſt, Vt in reis deportatis, & Aſſertione ſecũda. Sed & Libro undecimo, Succurret, etiamſi apud alios Iu

dices agetur, ut in ſecunda aſſertione, aut in Cẽtumuiralibus iudiciis duplicibus. Eleganter uero a' Græcis tralatio hæc a' foro in aliud forum dicitur Epheſis. Extat Demoſthenis oratio, Cui titulus Epheſis, dicitur item Eccletus. Quæ uero ſit hic Aſſertio ſecunda perobſcurum eſt, Ego ad Veterem manumiſſionum morem id ſpectare contenderim. Scribit enim Maximus Valerius, Athenis inſtitutum memorabile ſeruatum, ut ingratitudinis conuictus a' Patrono Libertus libertatis iure exueretur. Ab eodem item refertur, Maſſiliẽſes tris in eodem manumiſſiões reſcindi permiſiſſe, nec quarto errori ſubueniẽdum putaſſe. Sed & Romæ ſolitam quandoq; adimi libertatem, Teſtatum in digeſtis, Libro XL. Nirem malis unam, eandem'q; intelligere apud diuerſa tractatam tribunalia. Auctores ſecundi apud Vlpianum digeſtis de Euictionibus, Fideiuſſores intelligunt'. Iudicium uero aduerſus ingratos Libertos, & uelut a' Patrono deficientes, Apoſtaſium dicebatur, uel ἀποστασίου δίκη. Eius cõ meminit Lyſias ad Ariſtodemum, Et in Athenienſium Rep. Ariſtoteles. Erat & Apoſtaſium aduerſus peregrinitatis reos iudicium.

¶ Thargelion. i. θαργηλιὼν menſis q ſit. Thargelia feſta. Thargelus olla. Sextum Thargelionis diem fuiſſe Græcis auſpicatiſſimum. Thargelia Regina. Cap. LIIII

Thargeliona eſſe quidem Grẽcis Menſem, haud fere' ambagioſum eſt. Qui uero ſit is, non conſtat magnopere. Sunt qui Februarium putent, ac Interpretẽtur, Aprilem malunt Alii, Quos, etiam ſi non latet, quàm difficilis hęc cenſeatur ratio, In qua multum deſudaſſe Theodorus animaduertitur, probabiliora dicere contenderim. Quippe Apollini ſacer is, & Dianæ cenſebatur. Quod Thargelia comprobarint feſta, Olla'q; Thargelus dicta, ideſt θάργηλος, In qua percoque rentur fructuum primitiæ Apollinis honori, Qui apparerent iam. Dici θαργηλιὼν putatur, ratione etymologica, Quia ſol θέρει τὴν γῆν, ideſt terram excalfacit. Cæterum illud grauius multo, Diem, qui eſt Menſis huius ἑξαμένου, uti dicunt Græci, ſextus, habitum, proſperiore euentu rerum, Veteribus non Athenienſibus modo, ſed & Aliis auſpicatiſſimum, quem'q; Lapillo prorſum numeres meliore. Illud uero felicitatis argumentum ſane' primum, & magnum quoq;, Quod Hominum ſapientiſſimus eo in uitalem prodiiſſe lucem Socrates narratur. Inde & Perſarum afflicta potẽtia eſt. Quo nomine receptum Athenienſibus eſt, τῇ ἀγροτέρᾳ capras trecentas immolare, Voti Miltiade damnato. Rurſum apud Platæas prẽlio nobili ſuperata Gens eadem, hoc ipſo die. Cuius item donum ſit apud Mycalen comparatum decus. Quin & Perſis eſſe fatalis quodãmodo Dies hæc uiſa, Quando ea quoq; ab Alexandro, Darii traduntur contiſæ opes. Sed & Alexandrum eadem editum ferunt, & ex humanis item conceſſiſſe. Illud auctarium ſane' fuerit, Thargeliam, genere mileſiam, forma, & Sapientia conſpicuã, Quæ annis triginta apud Theſſalos eſt potita Regno, demum ab Argiuo, quem uinctum habebat, necatam, memoriæ prodi.

¶ Solere interdum Homines plerosq; nimis quàm leuiculis rebus ſtulte operam impẽdere ſeriam. Atque inibi Platonis decretum. Prius de Atechnia, Caçotechnia, Matæotechnia. Caput LV.

Inter ea, quæ diſertatione multiiuga, ingenio'q; excuſſo imprimis, de ratione dicendi a' Studioſis tractari ſolent, illud item aduerto minus neglectum, Nullam utiq; eſſe artẽ, Quæ res Græcis dicitur ἀτεχνία, Quando nullis cõmuniti præceptis, nulla prorſum doctrinæ ui adminiculatiores pleriq;, qua modo impetus tulit, aut dictauit neceſſitas, eunt præcipites. Quibuſdam id arri ſit etiamnum, Vt Artem faterentur quidem, Sed malam, Dicendi poteſtate ſæpius Ingenii s deprauatis in labem tralata multorum. Eſſe uero & ματαιοτεχνίαν, non improſpere forſan, καὶ δυσόχως coniectarint aliqui, Quam Inanem Artis imitationem interpretantur Eruditiores, Sicubi laboris inſumitur plurimum, operæpretio nullo. In quam ſane' Decuriam transferuntur, Quibus inter Declamantium ſudores Vita atteritur uniuerſa. Profert ſe ipſum hoc in aliis quoq;, nunquam non ſe oſtentantibus, Quis horæ pereant bonæ,

Comperto

Comperto etiam, Qui Ciceris grana per longius miſſa ĩteruallum citra fruſtrationem in a/cum inſereret, Quod contemplatus Macedo Alexãder, ut qui eſſet ingentis, ac generoſi ſpi/ritus Rex, Hominis uanitatem irriſam leguminis eiuſdem modio cenſuit donandam. Sed enim more iam nobis recepto in pluribus, ad Partem hanc Platonis graue decretum non prætereamus. Fuit Cyreneus quidam Anniceris Equorum agitatione, ac Curruum nimio plus ſibi placens, & quod conſecutione quadam adnexum huic eſt, eius rei moleſtus quan doq; oſtentator. Quo nomine in Academiam ueniens Platoni geſtiebat nimis quamaui/de inanes flans Glorias, artificii ſui uim, ut ipſe rebatur, miram ingerere, cõmoſtrare'q;. Iun ctoigitur Curru, nunc inſpectante Eo, pro artis modo, & ratione procurrebat, Nunc repen te, ſcite admodum, & prorſum apte, reſiliẽs, circumactis Equis recurrebat, Ac ſubinde pro grediens, remeans'q; Artificii curulis numeros implebat plane omnes. Curſu ita contem/perato, Vt eandem in procurſu, recurſu'q; omnino Orbitam, Græcis dictam ἁρματοδρο/μίαν, teneret, moderamento nunquam fallente, Id aliis, Vti addecuit, mirum accidebat. Atenim Philoſophus Plato, inani eius, ac uacãte damnata ſedulitate, Conatũ eiuſmodi cri/minabatur, inquiens, ἀλλὰ τὸν ὄντι, τὸν εἰς μικρὰ οὕτω καὶ ἀλλοδαπὸς ἄξια τοσαύτην φροντίδα καὶ τα/λαιπωρίαν τιθέμενον, ἐὰν δὲ μεγάλων τινῶν πάσοντο, πᾶσαν γὰρ αὐτῷ τὴν διάνοιαν εἰς ἐκεῖνα ἀποτεθεῖσθαι ἀνάγ/κη ὀλιγωρεῖν τῶν ὄντως θαυμάζεσθαι δικαίων, ideſt fieri nequit, Eum, qui in parua ſic, & nulli prorſum rei tantum impendat curæ, Grandioris quicquam moliminis ſolicite, ac proſpiciẽ/ter attentare, Omnem Quippe Ratiocinii uim, ac intelligentiã illis ferè impenſam Quę ſo lidam cõtinẽt, ac ueram admirationem, habere neglectui, neceſſe propemodum eſt.

¶ Gallinaceorum Athenis compugnantium in Theatro Spectaculum, Quæ'q; tradant eius rei initia. Caput XLVI

Allos compugnaturos Athenis cõmitti ſolitos, alicubi, opinor, in Latinis re/latum literis eſt, Et nos aliubi, Sed ſtrictim cõmeminimus. Quã uero ratio/
g nem habeat res ea, paucioribus forſan notũ. Ego autem ſic comperi, Fuſis, fu gatis'q; Perſarum Copiis, Lata ab Athenienſibus lege, ſancitum, ut publico Theatri ſpectaculo in pugnam producerentur Gallinacei, per diem annis ſin gulis. Rei uero leuiculæ prima ſpecie, hæc traduntur primordia. Cum aduerſus Barbaros Ciuitatis uires produceret Themiſtocles, ſorte concertantes, in'q; mutuam cooriẽtes pnici em, dum ſtrenue, ac gladiatorio more inuicem ſe roſtris fodicant, Gallos eſt contẽplatus, Nec id Acerrimo, & Ingenii ſolertis Imperatori inſuper Spectaculũ fuit, aut otioſa pugna, Siquidem aduocatos in concionem milites ſic protinus hortari, atq; in prẽlium cœpit incen dere, At inquit, nõ pro Patria utiq; decertant hi, neq; item pro patriis Diis, aut Heroibus, Sed nec de gloria dimicatio eſt, aut de libertate, Vel Liberorum ſalute, Sed quod alteri ſuc cumbere, ac ſuperbas pati Victoris leges neuter animum inducat. Cum a Themiſtocle ue/hementius pronũtiarent Hæc, additis, quæ tempus exigeret, aliis pluribus, Ita coorti, Ita'q; animati Milites ſunt, Vt in hoſtem ſumma proruẽtes alacritate nobilem inde ſint uictoriã indepti, Eius'q; monumentum rei ſeruatum mox quotannis, Vt exẽplo irritati, memores'q; ueterum geſtorum, ad id genus plura excitarentur Virtutis opera.

¶ Fluminũ ſimulacra uarie nũc humana, nũc Bubula exprimi ſpecie ꝓſueuiſſe. Ca. XLVII

Voniã Poetæ multa illuſtres fabuloſitate in fluminũ mẽtione, Quaſcũq; col libitũ fuerit illis imagines circũponũt, ac uelut graphice delineãtes cõformãt,
q Viſum ad præſens, Quæ mihi ſuggerit hiſtoria ex ſupſtitiõe ueteri, Studioſis cõmunicare, Quo in poeticis fiant quaſi Mæandris adminiculatiores. Com/pertũ igit illud imprimis, Nõ ſolũ diuinis cultos honorib⁹ fluuios, Sed & Ico nas illis, ac ſimulacra dicari frequẽter ꝓſueſſe, Verũ nõ modi unius, Siqdẽ ἀνθρωπομόρφους. i. humana eos ſpecie effinxere Nõnulli, Quibus Bubulã alii effigiẽ induxerũt. In iis Eraſinus eſt. Eurotas itẽ apud Lacedęmonios. Aſopus apud Sicyonios, ac Phlyaſios, Apud Argiuos Cephiſus. Hominis figurã præfert Alpheus, Cephiſum Atheniẽſes hoiem monſtrant utiq;, Sed ita, uti promãt ſe nihilomin⁹ Cornua. Syracuſani & Anapũ in Sicilia forma inſigniũt eadem. Cyanẽ uero fontẽ fœminea circũueſtiunt ſpecie, Crimniſum quoq;, & Telmiſſum humana honeſtari facie legimus. Pueri ſpeciem formoſioris adamarunt Agrigentini in co/

gnomine Ciuitati fluuio, Qui & apud Delphos dicatę ex Ebore Statuæ fluminis aſcripſere nomen, At Pueri nihilominus Simulacrum erat.

¶ Diſcordiarum primordia inter Platonẽ, Ariſtotelem'q́, Sũmates Philoſophos, nõ ex æmulatione inortam, Verum ex Vitæ potius ratione diſſimili. Caput XLVIII.

INter Ariſtotelem, Platonem'q́ haud conueniſſe ſatis, ex Ingenii monumentis, quæ ignoraſſe nemo fere` põt, palàm fit. Odium, quod ex æmulatione aui diſſimum eſt, literaꝝ, & glorię rõne exortũ poſſet uideri, Sed a` Greçis ꝓditũ ſecus, animaduerto, Qui Platoni offenſiorẽ factũ Ariſtotelem uolũt, Quod eius Vitę curſu oblectaret' min⁹. Quippe curioſi⁹ circũueſtiebat' Ariſtoteles, calciabatur'q́, Quin & Comã contondebat itẽ delicatius. Iſtiuſmodi uero a` Platonis aberãt grauitate plurimũ. Annulis digyti niteſcebant onuſti, Et in hoc ſibi placebat nimiũ. Inerat & in facie μωκία quædã. i. irridẽdi ſtudiũ. Et importunior nec aberat loquacitas, Quæ ipſa & mores coarguebat. Omnia uero hæc a` Philoſopho abhorrere inſigniter, fallit ꝓrſus Neminẽ. Proinde cũ ea intueretur Plato, rarius hominẽ admittebat. Pluris autem longe Xenocratẽ faciebat, & Speuſippũ, Cæteros'q́, cũ qbus pręter alia libẽter, ac ſæpe ꝓfabulabat', de Philoſophicis ſemp arcanis ꝓmens qppiã, Quo illi abirẽt nũquã nõ doctiores. Fuſius uero iſta, & latius in Varia exeqt' hiſtoria Aelianus. Paucula hæc nos mõ præcerpſimus Platonicę dignitatis ſtudio, Simul & Ingenii admiratiõe humani, In quo Virtutũ eminẽtiſſimarũ qñq́ ſeſe promunt Germina, Sed & Vitia inoleſcũt inſignia. Quã utiq́ ſocietatem adeo diuerſam poſſe coiri, uix impetraret fidem, ni exemplis hinc inde ſcaturiẽtibus abunde commoniti, uel immaniora multo cõpaueſcere interdũ cogeremur, Adeo nihil nõ audet inerrabilis hic Proteus, Omnia trãsformans ſeſe in miracula rerum. Super Ariſtotele uero illud amplius dignũ memoratu, Cũ iudiciũ ueritus Athenis profugiſſet, Scitante ex eo Quopiã, Cuius nã modi uideret' ei Atheniẽſium Ciuitas, παγκάλη, ἔφη, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὀχνηέπ' ὀχνηγμάρακει, σύκον δ' ὠδὶ σύκῳ. Sycophantas nimirũ innuens iuſto plus inibi progerminãtes. Rurſum quęrẽti, Quid ita Athenas deſtituiſſet, ὅτι ἀβούλεται, ἀπεκρίνατο, ἀθηναίους δὶς ἐξαμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν. Ne, reſpondit, in Philoſophiã bis delictũ eant Atheniẽſes, τὸ περὶ σωκράτους πάθος ἀνιπτόμενος, καὶ τὸν κατ' ἐαυτὸν κίνδυνον.

¶ Sileni, ac Midę ꝓgreſſus. Terrã haberi Cõtinentem extra Orbem noſtrum. De'q́ in ea Ciuitatibus, & Hominum moribus. Caput XLIX.

THeopompum, inter Græcos hiſtoricos non incelebrẽ, prodit in uaria hiſtoria Ælianus, mandaſſe Literis, Midã Phryga, & Nymphę filiũ Silenũ mutuis qñq́ uſos cõgreſſibus. Erat qdẽ Silenus Deo natura inferior, Hoĩe tñ melior, Si utiq́ ĩmortalitatis etiãnũ cõpos. Et plurimis utiq́ citro, ultro'q́ dictis, Mox & Midæ ſic eſſe fabulatũ Silenũ, Europã, Aſiã, & Libyã quoq́ eſſe inſulas plane`, Vt quas ambitu cõplectat' Oceanus, Haberi aũt extra Orbem hunc Eã, Quę ſola ſit Cõtinẽs, Cuius'q́ ſit infinita magnitudo. Eſſe uero inibi Animalia ꝓgrãdia, Sed & Hoĩes amplitudine ad nos dupla, Vitę quoq́ ſpatiis menſu cõpari. Quin & plurimas, maximas'q́ Ciuitates, Legibus oĩno, & Viuẽdi inſtitutis noſtris haudquaq̃ ſimilibus, Verũ inter eas præcellere duas præcipue, inuicẽ prorſum diuerſas. Alterã dici Machimon, δύσβιον aũt. i. Euſeben Alterã. Cuius Incolæ ꝓpetuã ducant pacẽ, diuitiis affluẽtibus, Qñ ex terra ſuccreſcãt fructus citra cultũ omnino ullum. Neq́ uero ſerẽdi illis curã incũbere. Perſeuerare porro` ſanos, καὶ ἀνόσους. i. ſine ægritudinũ moleſtia. Demigrare deniq́ Vita ridibundos, & hilares uſquequaq́. Adeo uero ſine ambiguitate Iuſtos eſſe, Vt ne Dii qdẽ indignũ opinent', eos uel frequẽter inuiſere. At q, Machimon incolant, Eſſe pugnaces, & naſci armatos, ac bellũ aſſidue gerere, Collimitaneos plurimũ euertẽdo, Quippe Gẽtium multaꝝ eſſe cõpotẽ Vnã mõ Ciuitatẽ. In ea cẽſeri Hominum myriadas ducẽtis haud pauciores. Quos nõ abſumpſerint bella, morbis plane` ꝓficiunt', Sed prarũ id eſt. Intereunt uero in pręliis ſaxis ꝓcuſſi, aut Lignis, nã ferri ictũ nõ admiſerint. Auro, argẽto'q́ abũdant eatenus, Vt ſit ibi Aurũ uilius, q̃ apud nos ferrũ. Hoſce uero in noſtrũ qñq́ orbem adortos enauigare, ad Hyperboreos appuliſſe, Quos cum inaudiſſent, Noſtrorũ hoĩum fortunatiſſimos, Ab illis, Vt uiles, eẽ ſpretos, ac humiliter, ſordide'q́ agentes, Propterea'q́ ulterius ꝓgere neglexiſſe. Cæteꝝ id mirabili⁹ multo, Eſſe inibi Hoĩes item Meropas noĩe, Quoꝝ Ciuitates & multę ſint, ac inſignes, Vi-

ſitari autem

ſitari aũt in Regionis parte ultima Locũ, Quem dicãt Anoſtũ. i. ἄνοστον, Hiatui ꝑſimilẽ, Sed nec tenebris obtentũ, neq; itẽ lumine. Aerẽ uero incũbere turbido, inſyncero'q; ſuffuſum rubore. Flumina circũluere duo, Vnũ Voluptatis dici, Triſtitiæ, ac Mœroris Alterum. Vtriq; adnaſci Arbores magnitudine, qua proceriores Platani. Haſce eius poteſtatis fructus ꝓducere, Vt q guſtarit, indeſinentes affundat lachrymas, demũ'q; ſic intermoriat'. At Voluptarias Arbores diuerſum efficere omnino. Nam pomo ueſcẽtes Deſyderia prorſum alia deſinunt, anteactas quoq; ætates denuo repetentes, Siqdem Senectã exuere primũ, ac uigorem induere, per'q; quoſdam, uelut gradus, effectos Iuuenes tranſire mox ad pueriles annos, ac demum infantiliter commori.

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD VENERANDVM FRANCISCVM PILVMNVM RHODIGINVM IVRIS PONTIFICII SCIENTISSIMVM PRAEFATIO DECIMA

Icui ab ineunte ætate, quã eſſe prudentia Senum ꝓfouendam, adminiculandam'q; traditum eſt, ita inhæſi, ut addicerem me totũ, ueluti Ridicæ cuidam firmiori, Tu is es Frãciſce, Parens optime, ſit enim hæc tui ꝓfatio ueriſſima, Ad quem in anguſtis, lætioribus'q; meis rebus cẽſui defugiendũ ꝑpetuo, Ne, quod Adoleſcẽtię cõmune uitiũ eſt, in lubrico ꝓſtitutus per inſcitiam a` rationis rectitudine abirem longius, Quod ex Homero didiciſſem Puer, νεωτέρων δ' ἀνδρῶν φρένες ἠρέθοντο. Tu uero rerum diuturniore uſu prudentiſſimus, clementiſſime amplexatus, perinde ac filium, es, nullo unquã reclinato incõmodo. Nec id cõſiliis modo eminẽtiſſimis, fidiſſimis'q;, Sed opera quoq; uel ampliſſima, ut ædes tuas nunquam mihi occluſas ſenſerim. Nec illud repeto nũc, qua me ſemꝑ tum apud Prætores, tum apud Ciues noſtros ingenuitate, nullo prorſum Liuoris fuco ſordida celebrandum, etiam'q; ultra meriti rationẽ extollendum, ſis arbitratus. Et ſunt hæc qdem Mentis ꝑpe` diuinæ germina, Reminiſcẽtis'q;, Quid nam Victuri gignimur, ordo qs datus. Quamobrem immenſa ſunt, quæ tibi a` me hoc nomine debeãtur. Nec aliud fere` apud Animum meum ſolicitius, aut anxie magis diu perpẽdi, q̃ ut rationem inirem aliquam, Quæ tibi me, & ſi nõ gratiſſimũ, Quod noſtri calculi modus non patitur, At non ingratũ omnino præmonſtraret ſaltẽ. Verũ omnẽ, quod aiunt, funiculum mouẽti illud ſe demum noſtræ obtulit imbecillitati, Vt hiſce cõmẽtatiũculis noſtris, Si modo tantæ rerum excellentię futuræ pares ſunt, nomen tuum, mihi nunquam non uice quodãmodo numinis habitum, in perpetuitatis memoriam darem, Vt ubicunq; latinæ linguæ ſonus fuerit non infrequẽs, Mortales intelligant uniuerſi, quam clemẽter, quam'q; offîcioſe mecum egeris, quam'q; hoc uno nomine, nõ tibi modo, ſed & tuis omnibus debeam, ſi uolo is eſſe, Qui ut eſſem, adniſus ꝑpetuo ſum. Tuæ uero partes ſunt, Quæ pro uirili offerimus, lætiore fronte excipere. Tenuia quidem forſan ſunt, Sed beneficia te non fœnerari, certo ſcio. Quod ſi laxius mecum ageret Fortuna, & Votis euentus reſponderẽt, munificẽtius multo, gratius'q; tractarere. Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, Superunt forſan & Alii, Qui aureum te conſtituant. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LECTIONVM LIBER VNVS, QVI DECIMVS.

¶ Spartanorum mores explicantur. Item de Pueris Bomonicis. Lactantii grãmatici locus reſtituit'. De fœminarũ nuditate. Quibus furari honeſtũ. Cardaces q. Quint. illuſtrat'.

Caput Primum.

Acedæmoniorum Remp. plurium, monumentis celebratam, habuiſſe prę clara, & eximia pleraq;, cum multa alia argumento ſunt, tũ illud imprimis Quod Plato ille, quem diuinum omnis nuncupat Antiquitas, q'q; non docendi ſolum, ſed etiam dicendi fuiſſe agnoſcitur, eſſe'q; etiamnum Magiſter optimus, Libros de legibus non aliter concinnarit, q̃ ut in eos congere

ret, quicquid ſingulari prudentia inſtitutum, ſancitum'ue comperiſſet in Cretẽſi Rep. Spartana'q, necnon Attica, quam nouam dicunt. Quoniam prodat Timæus, ante ingẽtem terrarum inundationem fuiſſe Athenas alias tum in Græcia, tum in Ægypto, quas a' Pallade conditas, educatas'q uult. In quibus ea fuerit gubernationis forma, quã in Libris de rep. ſit Plato complexus. Scribit tamen Rhetoricorum primo Ariſtoteles, Quibuſcunq; Ciuitatibus res muliebris male habeat, Sicuti Lacedæmoniis, uideri iis fere' dimidium abeſſe felicitatis. Mira certe ſunt, quę prodit hiſtoria. Lege ſiquidem apud eos ſancitum erat, Vt ſenior, ſi forte Vxor eſſet ei floridior, apta'q etiamnum tollendæ proli, & iuuandæ patriæ, delectũ ex Iunioribus quempiam, moribus præcipue exploratis, probis'q, poſſet ad eã admittere. Quam ubi is generoſo impleſſet ſeminio, quod inde natum foret, educaret, ut conceptum, natum'q legitime. Quod ſiquis Vxorium onus, ut moleſtum grauaretur, nimis'q impeditum, ingenuæ tamen prolis deſyderio obmolliretur, Tunc licebat, Siquam is fœcundam generoſam'q animaduertiſſet, adducto prius in eiuſmodi ſententiam Viro, eam quęrendæ prolis gratia adire. Nec id ex propalata, ſubſtrata'q paſſim natum pudicitia uideri poteſt, quod'q id genus fœminæ ad Veneris prolubia forent procliuiores. Legimus quippe paupculam quandam interrogatam, Quid nam marito datura dotis foret, reſpõdiſſe, Patriam pudicitiã. Altera uero, cũ quęreret' ex ea, an cũ Viro coiſſet, minime inqt, Sed ille mecum. Quædã porro', cum fuiſſet clam cõpreſſa, fœtum'q perdidiſſet, ſic nulla emiſſa uoce, ſe conſtantẽ, ac tolerantẽ, præſtitit, ut eliſo ꝓceptu, reiecto'q, Parentes, alios'q latuerit proximos. Quippe doloꝝ magnitudinem, quibus, ut aſſolet, lancinabatur ſubinde, conuellebatur'q, uicit ignominiæ timor. tantum erat uel in muliebri ingenio tolerantiæ robur, Vt nõ immerito uideatur Oratius ceciniſſe Carminum primo.

Me nec tam patiens Lacedęmon.
Nec tam lariſſæ percuſſit Campus opimæ.

Nã, ut inqt Aemilius Probus, Lacedæmonioꝝ moribus ſumma uirtus in patiẽtia ſtatuebat'. Seneca ſcribit, Lacedæmonios Conſueſſe Liberoꝝ ſuorum Indolẽ experiri publice uerberibus admotis, illos'q adhortari, ut flagelloꝝ ictus fortiter perferrent, Item laceros, ac ſemianimes rogare, ut perſeueranter uulnera præberent uulneribus. Quã rem copioſius exequit' Lucianus, in Sermone, q eſt de Gymnaſiis. Et ſignificat Thebaidos quarto Papinius, Et Oliuiferi Eurotæ Dura manus. Expoſuit & Lactantius grammaticus, Gentis in eo crudelitate taxata. Cretum quidem leges inqt Cicero, item'q Lycurgi laboribus erudiunt Iuuẽtutem, uenando, currendo, eſuriendo, ſitiẽdo, algendo, æſtuando. Spartę uero pueri ad aram uerberibus ſic accipiuntur, ut pleriſq; ſanguis e' uiſceribus exeat, nonnunquam etiam, ut cũ ibi eſſem, audiebã, ad necẽ, Quorũ nõ modo nemo exclamauit unq̃, Sed ne ingemuit qdẽ. Hoſce pueros Seruius grãmaticus Bomonicas, ueluti dicas, ſuper aris de Victoria cõtendẽtes, appellari ſcribit, meminit & Lactantius ſup octauũ Thebaidos, Sed codicib⁹ fœde interpellatis, nam ſcribit' modo, Suominicæ. Cõcertatio autẽ ea, ut idẽ teſtat', Diamaſtigoſis uocabat'. Hoc eſt Difflagellatio, qs plura poſſet uerbera ſuſtinere. Plutarchus in Lycurgo pueroꝝ multos inqt, in ara Augurii cæſos uerberib⁹ mori uidimus. In Apophthegmatis laconicis, In ara Orthiæ Dianæ id ſolitum fieri ſcribit. Cui Sentẽtiæ ſuccinit & Papinii Interpres, Hinc in Plauti Captiuis feſtiue Lacones leguntur Plagipatidę. Sed. n. qa de Orthia Diana, & Diamaſtigoſi facta nobis mentio eſt, Remotiora quæpiã, nec in triuiis recantata hinc iã ſubnectere ꝑgamus. Nam ita in Græcoꝝ mihi cõptum Theſauris eſt, Primũ in Laconia Limnæum Locũ eſſe Orthiæ ſacrũ Dianæ. Eius Simulacrũ id eſſe memorant, Quod ex Taurica eſt ab Oreſte & Iphigenia tralatũ. Qua in re ꝑbabiliora uident' aſtruere, q̃ Athenienſes, Qui in Braurone relictũ uolunt. Sed Sacroꝝ eos poſt alia pleraq; coarguit Ritus, Siquidem Aſtrabacus & Alopecus, A' quibus id compertum primo eſt, mox dilapſi in amentiã ſunt. Paulo poſt Limnatę, & alii quidã, Dianæ cum rẽ diuinã obire adorti eſſent, in diſſidiũ primo, poſt & in mutuas proruperunt cædes. Multis 'uero in ara peremptis, Reliquos, q ca lamitati ſupfuerant, morbi abſumpſere. Reddita ꝓſultantib⁹ inde Sors eſt, αἵματι ἀνθρώπων τῷ βωμῷ αἱμάσσειν, ideſt ſanguine humano arã eſſe cruentandã. Propterea ĩmolari cœptus, Quẽ obtuliſſet Sors. Donec Lycurg⁹ ĩmolationẽ ad Ephebοꝝ Difflagellationẽ trãſtulit, nã ſic cruore humano oppleꝛ ara. Simulacrũ ipſũ, Quod exhibet Sacerdos, utpote perexiguũ, leue eſt.

leue eſt. Quod ſi uel formæ, Vel dignitatis ratione minus ſe conuerberãdo ſæuiant Pueri, Tunc mulieri effici oneroſius creditur, atque ingeſtabile. Dianam uero non Orthiam modo nuncupant, Verum & λυγοδέσμαν, Quoniam in Virgultorum, Quæ dicunt λύγας, denſitate comperta memoratur, Quæ Simulacrum circumplexa ὀρθὸν, ideſt rectum illud ſtatuebant, Vnde & nominis profluxiſſe ratio uideri poteſt. Sed inſtitutum repeto. Si illud adiecero, In Arcadia non longe a Stymphalo Dionyſiii fuiſſe templum, Cuius feſtũ σκιρέαν nuncupant. In quo ex Delphici Apollinis reſponſo difflagellẽtur Mulieres. Præterea Qui Græciæ formam Rerum publicarum dederunt, Corpora Iuuenum firmari labore uoluerunt. Hoc Spartiatæ etiam in fœminas trãſtulere. Quibus magis Paleſtra, Eurotas, Sol, puluis, labor, militia eſt in ſtudio, quàm fertilitas barbara. Puellas ergo aſſuefaciebant non minus, quàm pueros, & uerſari nudas, & quibuſdam in ſacris ſaltare, & canere, præſentibus, ſimul'que aſtantibus Iuuenibus. Propterea Propertius quoque quadam Elegia ita canit.

Multa tuæ Sparte miramur dona paleſtræ,
Sed mage Virginei munera gymnaſii.
Quod non infames exercet corpore laudes,
Inter Luctantes nuda puella Viros.

Saltationem uero hãc, ſiue id genus alteram ſignificaſſe Iuuenalem eo Verſiculo,

Qui Lacedæmoniũ Pædemate lubricat orbẽ,

Putat in Libro de Orthographia Cæcilius Minutianus Apul. Ac legẽdum Pædæmate, prioribus Syllabis diphthongũ recipiẽtibus, qa ſit utrobiq; apud Græcos. η. & uerbo eo plane ſaltationem innui. Cæterum hac parte illud obiter legentes monuerim. Platonem quoque libro de Rep. quinto, non improbaſſe mulierum in Gymnaſiis exercitia, quoniam omnium operũ natura compos ſit Fœmina. Voluit quoque, ut non Puellæ ſolum, Sed etiam Anus nudæ cum uiris luctarentur, Et quæcunque exercitationes Viris contribuantur, eaſdem mulieribus dicit eſſe tribuendas. Et quia res abſurda prorſum uidetur, Ipſius Platonis uerba ſubieci. Nudandum igitur inquit, Corpus erit mulieribus, quandoquidem pro Veſtibus uirtutem induent, Communicandum'q; in bello, & omni alia Ciuitatis cuſtodia. Qui uero nudas riſerit mulieres, ratione optimi cuiuſdã ita nudatas, inanem circa ridiculas nugas carpens Sapientiæ fructum, neque quid rideat, neq; quid agat, intelligit. Sed redeo ad Viros, Scribit Libro tertio Quintilianus, ad hũc modum. Minus Lacedæmone ſtudia literarum, quàm Athenis honoris merebuntur, plus patientia, & fortitudo. Rapto uiuere quibuſdam honeſtum eſt. Hæc uero imperitioribus ſub obſcura uideri, haud ambigo, Ideo aliqua a nobis afficiẽtur luce. Sic uero apud Plutarchũ, in Apophthegmatis obſeruauimus, Spartanorum moris fuiſſe, Literas modo pro neceſſitate diſcere, Reliquarum uero diſciplinarũ nil omnino admittere, nec homines magis, quàm libros. Erat autem illa ipſis diſciplina, Vt honeſte parerẽt, Labores cõſtantiſſime tolerarẽt, Pugnando'q; aut uincerent, aut interirent. Ob quod, cum Athenis Rhetorum quiſpiam Lacedæmoniis imperitiam obieciſſet, reſpondit Pauſaniæ filius Pliſtonax, recte dicis, Soli nanq; Græcorum nil a uobis mali didicimus. Scribit tamen in Protagora Plato, Antiquiſſimum apud Græcos, & plurimum Sapientiæ ſtudium in Creta, & Lacedæmonia extitiſſe. Ac Sophiſtas inibi plures, quàm alibi uſquam repertos, diſſimulare autem ſolitos, ac imperitiam prætendere, ne Græcos alios ſuperare Sapientia deprehenderentur, ac ad idem ſtudium accenderentur. Et mox paulo addit, Lacedæmonios optime ad Philoſophiam, & Sermones eſſe educatos, etiam ſi a principio rudes uidentur, uerum eiaculari ſtatim magni momenti uerba contorta, breuia'q;, uehementis modo Iaculatoris. Cuiuſmodi enuntiare, Viri tantum ſit abſolute docti. Quod uero ait Fabius, Quibuſdam rapto uiuere, honeſtum, De Spartanis item intelligendum. Apud quos Irenes ſunt, & Melirenes. Irenas uocãt, qui iam annum ſecundum e pueris exceſſere. Melirenas uero natu grandiores inter pueros. Irẽ igitur pueris præſcribit (neq; enim unquam ſine Magiſtro ſunt) firmioribus quidem, ut Ligna ferant, minoribus uero olera, quæ omnia furto quæruntur, quod ſiquis per incuriam deprehenderetur, flagris inſigniter afficiebatur, ceu negligenter, inepte'q; furari uideretur. furantur item, ut Xenophon tradit, ex cibariis quicquid ualent. Eius uero negotiationis curam nobile retegit exemplum. Cum Leonis, Catulum quidam ſurripuiſſet, ac inuoluiſſet

pallio, eius'q; uentrem unguibus, & dentibus fera discerperet, latendi studio, pertinax il/le silentium seruare ita perexit, ut inde interiret. Persis item uidētur lege permissa fuisse fur ta. Nam qui rapto uiuerent apud eos, Cardaces uocabantur, Quia Carda uirile, ac bellico sum signat. Apud Pausaniam Cardaces pro militibus accipi uidentur. a' Caribus uerbum esse propagatum, scribit Eustathius. Apud Aelium Dionysium, impios homines dici Car/dacas, obseruaui. Esse enim mercede militantes Barbaros apud Theopompum, Simplici ter uero inquit, Persæ quemlibet fortem, furacem'q; Cardaca uocant. Cares primos merce de militasse, auctor Pausanias est. Tauros Scythas Herodotus scribit in Melpomene furan/di licentia sibi uictum comparare, atq; item ex bello. Refert Gellius, apud ueteres Ægypti/os, quod genus homines constat & in artibus reperiendis solertes cumprimis extitisse, & in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia indiscriminatim fuisse licita, & pro/inde citra ullam noxam, pœnam'ue. Sed & Poeta nobilis Aeneidos nono, de Latinis ita canit.

Caniciem galea premimus, semper'q; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Sed quod paulo ante ab eodem de Latinis eisdem pronuntiatur,
Durum a' Stirpe genus, Natos ad flumina primum
Deferimus, sæuo'q; gelu duramus, & Vndis.

Videtur item de Spartanis tractum moribus. Nam, ut Seneca nobis auctor est, libro Suaso/riarum primo, Omnibus sua decora sunt. Athenæ eloquentia inclytæ habebantur. Thebæ sacris. Sparta armis. Ideo Eurotas amnis hanc circunfluit, qui pueritiam indurat, ad futuræ militiæ patientiam. Sed illud aduertendum, Esse auctores, Qui prodant, non Aqua Infan/tes, Sed Vino ablui a' mulieribus solitos, experimētum quoddam ipsorum habitudinis ita facientibus. Etenim dicunt huiusmodi rerum periti, Aegritudinibus obnoxios, admoto me ro, debilitari, ac resolui. Qui autem sit ualitudinis obfirmatę, amplius acuere, ac obstipare habitum. Illud uero neutiquam prętereundum, Lacedæmoniis fuisse morem, Lambda in Scutis gestare, εἰς παράσημον, idest notæ insignioris gratia, ex principe nominis litera, uelut charactere, se ipsos præmonstrātibus. Sicut Messenii M. Literæ nota se cognobiles prę bebant. Eupolis, ἐξεπλάγην ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάμβδα.

¶ Laconicæ magnanimitatis exemplum ex Xenophonte. Cur Spartani dicti quandoq; Ophiodiri. Item Spartam fuisse alterum Græciæ oculum. Eurotas, Sparte, Lacedæmon, unde appellationem traxerint. Caput. II.

Postremo Virtutis Laconicæ, ac magnanimitatis singulare apud Xeno/phontem libro rerum Græcarum sexto, argumentum nobis suggerit, quo Ciuitatis eius magnifici Spiritus facile omnium oculis subiiciūtur. In Leu/ctrica pugna a' Thebanis prostrata, excisa, attrita'q; prorsum Lacedęmo/niorum gloria est, nam ab ea uix amplius emersere. Accepta igitur tam in/signi clade, Suæ cuique aduenit Calamitatis nuntius, At quorum propinqui cæsi in pręlio fuerant, in publicum se proripiebant nitidi, & hilares, aut, quod æque magnum est, hilari/bus similes. Quibus superstites fuerant necessarii, hi fere in luctum se dantes, domi contine bantur, Rari admodum priuatos lares egredi. Et ii quidem ultra fidem tristes, & fronte ni mis corrugata, & demissis oculis, diceres omnibus exutos, Solum denique exilii causa uerte re. Illud item nequeo præterisse, Obseruatum a' me in Græcis literis, Lacedæmonios quan doque a' Pythia nuncupatos ὀφιοδείρους, eius appellationis ex historia ueteri hāc pro/munt rationem. Quadam tempestate Serpentum multitudo mira in Laconia succreuit, fa/cta inde Annonæ caritas est incredibilis, coacti'q; indigenæ Serpentes in escam humanam uertere, unde nomenclaturæ nouæ data occasio. Quod in admirabilium relatione Aristote les scribit. Idem Libro Rhetoricorum tertio, Metaphoras esse quatuor insinuans, addit Eā

probari

probari imprimis, quæ dicatur κατὰ ἀναλοπίαν. Cuiusmodi fuit de Lacedęmoniis Leptinæ dictum, non negligendum, τὴν ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον γενομένην, idest Græciam factam Vnoculam, Sed & Pompeius Trogus Athenas, Spartam'q, ceu duo Græciæ lumina celebrat, miratur'que. Sed enim apud Leuctra Spartana Virtus attrita corruit, in nihilum dilapsa fere', infesto numine, si credimus, ob scelus admissum in Scedasi puellas, Molpiã, & Hippo, Vti a' Pausania relatum scio, etiam si ex Plut. alibi Miletiam scripsimus. Meminit quodam responso etiam Apollo, Quod sic habet.

Λεύκτρα τέμοι σκιόεντα μέλει, καὶ ἁλίσιον ὕδας,
καί μοι τῶν σκεδάσου μέλετον δυσπενθέα κοῦρα.

Cæterum in hac tam fusa de Spartanis mentione, adiiciamus, quæ apud Græcos inter legendum præcerpta nobis, In regione ea principem regnasse Lelega indigenam, Vnde subiectis adoptata nomẽclatura. Ex eo Myleta natum memorant. Cuius fuerit filius Eurotas, Hic stagnantes per regionẽ aquas dioryge, hoc est fossa perduxit in mare, unde flumini origo, & nomen. Perfuncto sine liberis Rege, Principatum excepit Lacedæmon, Qui Iouis dicebatur filius, Spartam Eurotæ filiam Vxorem is asciuit sibi. Initio Regni primum quidem a' se dici Lacedæmonios iussit. Mox & conditæ Ciuitati Vxoris indidit nomen. Sicuti ab Amycla eius filio Amyclas tradunt nuncupatas. Vbi Hyacinthi Amyclæ filii uisebatur monumentum, Apollinis subiectum simulacro.

¶ Qui sint apud Appiani Interpretem Aptatores. De Harmostis pluscula. Harmosteres, Harmosyni, Item'q Qui dicerentur Episcopi, Agonii dei. Agonia, Agones, Angones, & Phylacę. Ciceronis soluitur nodus ex epistolis ad Atticum. Caput III

Uerum prius, quàm a' Sparta digrediamur, addenda & scitu nõ indigna pleraq, explicandus'q imprimis Appiani Alexandrini locus ex Libro quarto Ciuilium bellorum, ubi sic fere' legitur. Tribunus P. Titius legem protulit, Consulatum sub præsentium Triumuirorum constitutione in quinquẽnium uacare, Antonii, scilicet Lepidi, & Cæsaris, Qui pari modo ac Consules illum obtinerent, hos quispiam Gręcorum Aptatores commode diceret, Quod Lacedæmonii Reip. subiecta disponentibus imposuere nomen. Hactenus Appiani Interpres. Quos uero Aptatores dicat, quæ'ue foret eius magistratus uis, Scio ambiguũ q̃plurimis uisum iri. Proinde Harmostas ipse intelligo. Eos ad subiectas Ciuitates mitti solitos cũ magistratu, scribit Harpocratio. Et ante rettulit Eratosthenes in uoluminibus de bonis, malis'q. Sed meminit Demosthenes quoq pro Ctesiphonte. Sunt qui interpretentur, Harmostas apud Spartanos præfuisse arcibus efficiendis, & Ciuitatum instauratio nibus. Cæterum hæc ad Appiani sensum parum congrua uideri possunt, Propterea amplius quærendum. Auctor uero est Halicarnaseus Dionysius, Corrupto ciuili ornatu in Græcorum Ciuitatibus, coactos fuisse nonnullos in Vrbes iterum Tyrannicas, Regias'q potestates inducere, nominibus uelantes decentioribus, Vt Thessali Archos, idest Principes, Lacedæmonii Harmostas, cum formidarent, Reges eos, & Tyrannos appellare. Iis iam. opinor, mira infertur Appiano Lux, Sed & Isocrates in Panegyrico id ipsum plane' confirmat, ubi sic scriptum inuenio, τοσοῦτον δ' ἀπέχουσι τῆς ἐλευθερίας, καὶ τῆς αὐτονομίας, ὥς τε αἵμεν ὑπὸ τυράννοις εἰσὶ, τὰς δὲ ἁρμοσταὶ κατέχουσιν, ἔνιαι δὲ ἀνάστατοι γεγόνασι. Hoc est, tantum uero absunt, ut fruãtur libertate, suis'q uiuant legibus, Vt hæ quidem a' Tyrannis sint oppressæ. Alias Harmostæ occuparint. Aliæ uero Solo sint adęquatæ. Harmosteres autem Lapides dicuntur in eodem Liminis loco commode coaptati. Harmosyni uero Spartæ compescendis mulieribus fuere Magistratus, quo ornatius agerent: Porro' in Scholiographis græcis ita lego. Quos ad sibi subditas, obnoxias'que Ciuitates mitterent Athenienses spectatum, quid in quaque fieret, Episcopos fuisse uocatos, ac Phylacas. Hoc uero eo apposui libentius, ut nodus explicaretur M. Tullii, ex septimo epistolarum ad Atticum. Vult inquit, me Pompeius esse, quem tota Campania,

& maritima Ora habeat Episcopum, Ad quem delectus, & negotii summa referatur. Extat & Leonidæ Epigramma in Mercurium, ubi eum Episcopum nuncupat ad hunc modum.

Τὰν αἰτῶν ὀνομβὺς μόριχος τὸν ἐπίσκοπον ἑρμᾶν
Ἔστασ', αἰ πολίων βύδδικμον φύλακα.

Scipionem item Aphricanum a Senatu missum esse Episcopum Gentium, Regum q; Plutarchus scribit. Episcopum & Scopon pro eodem fere accipit Eustathius præpositione redundante, sicuti in uerbo ἐπιβάθηλος, & plerisq; aliis, Verum inquit, uidendum amplius, Episcopum ne, & Scopon etiam ὁ πῆρα dicere liceat, quod uocabulum apud Sophoclem positum scimus. Arcadius Iureconsultus Episcopum intelligit pani, & cæteris uenalibus præfectum, quæ ad quotidianum spectent uictum. Certaminum præsides inuenio appellatos nunc Ephoros & Epoptas, nunc et Episcopos. nam Agonios deos Legisse apud Platonem uidemur. Agonia tamen est Græcis ἀτεκνία καὶ ἀγεννησία, idest Liberorum & Generandi exors facultas. Vnde apud Aelianum, διεφθείρετο ἡ νεολέα, καὶ ἦν ἄγονία καὶ μέντοι καὶ γυναικῶν, καὶ τῆς ἀγέλης τῆς τετράποδος. Cæterum & in Sanctis quandoque literis obseruasse uidemur, ἀγόνους χθὰς, Pro iis, Quæ uita functis prolibantur. Quorum esse sterilitas agnoscitur propria. Nam & γῆς ἀγονία dicitur nonnunquam in ueteribus libris, Quam sæpe Numinis incusserit indignatio. Quod sicubi ἀπώνια scriptum inueniras, Tunc quæ ad Ludos, & Certamina spectant, significantur plane, Quoniam & Epithaphii leguntur Agones. Sed Angones tela sunt Gentium plerisq; peculiaria. Denique ut instítutum repetã paucis. Episcopi Dianæ tẽplũ legimus fuisse in Helide, quod Aristarchium diceretur. Id cum expilasset Sambicus cruciabiliter per annum in quæstionibus habitus interiit, nata inde Paroemia, Sambico grauiora pati.

¶ Laconici breuiloquii commendatio. Item de Orationis breuitate excerpta ex Phalereo pleraq;. De Clauibus, & Laconico ferro, Caput IIII.

d

E Laconum breuiloquio carptim ex Platone facta nobis pauloante mentio est. Nunc illud amplius, quod uaria scrutando excerpsimus, Ac primũ quidem succurrit, Veteribus id fuisse in Græcia percelebre, facilius multo esse philosophari, quàm Laconum sermonẽ imitari. Suppetit historia, ad id non iniucunda. Disceptantibus Lacedæmoniis cum Argiuis de finibus, Verbosiorem paulo epistolam Illi Spartam misere, minitantes, plurima se illis detrimenta illaturos, ni cederent. Lacedęmonii, ut quibus nil fere prolixa oratione foret odiosius, Porro & illorum uanitatem non pili facerent, nil fere aliud scribendum censuerunt, quàm uerbum unum, αἶκα. Id uero nostro sermone signat, Si, ueluti insinuarent, Si eualueritis, ista exequemini, quæ nũc tumidius promittitis. Proditum & id memoriæ est, interrogatum Charilaum, Cur paucas admodum leges sanxisset Lycurgus, respondisse, ὅτι ὀλίγα λέγουσιν ὀλίτων καὶ νόμων δεῖ χρεία, pauca dicentibus legum item paucitas sufficit. Suggeritur denique ad hęc, quod scribit Plato in Alcibiade secundo de Spartanorum hominum prudenti oratione. Nam ostensurus, in uoto non hoc, uel illud bonum esse petendum, nisi quis prudentiam fuerit consecutus, Sed simpliciter bonum, a Deo quã doq; ita redditam sortem tradit. Hęc dicit Ammon, Placere sibi magis Lacedæmoniorum benedictionem, quàm reliquorũ cuncta Græcorũ sacra. Benedictionẽ uero inqt Plato, nullam prorsus aliam Deus mihi dixisse uidetur, q̃ illorum orationem, permultũ enim illa a cæteris differt. Demetrius quoque Phalereus περὶ φράσεως, Colon breuius, ac paucis multa cõprehẽdens graui⁹ putat, ac uehementius, pinde inqt, Lacones βραχύλογοι imprimis, hoc est Breuitatis studiosi. Imperiis quoq; cõcisa, adducta q; Oratio præcipue ęgruit. Et qlibet Dominus Seruo monosyllabus est. Productior uero Oratiõis tractus supplicatiũ, lugẽtium q; priùs. Sed & Senes insita imbecillitate μακρολόγοι. i. impendio sunt loquaciores. Breuitatis Laconicæ ex Epistolio illud proferẽ exẽplum, Lacedęmonii Philippo, Dionysius Corinthi, Certe habet breuitas apophthegmaticũ imprimis, & Gnomologicũ, Et id sapienti⁹, quod

in arcto

in arcto multoꝝ femina cõtinet, Sicuti grano quãtulocũq; integræ arboris uis ineſt. Hinc et Stoicoꝝ breuia, & acuta, tertio de finibus a' Cicerone laudant'. Obſeruatũ itẽ nobis, Laconiacas claues ueterib⁹ habitas ex nouitate pręſtãtes. Sed & Laconica celebrãtur calciamẽta, & Saltationis ſpecies quædã. Quinetiã flagella inueni, & Laconicũ dici ferrũ. Qua in parte ſciendũ amplius, ex temperaturis metalli eius aliam uocari Chalybdicã, aliã Sinopicã, quandam etiã Lydiam. Sed ex iis Laconica, Sinopica, Chalybdica Structuris ꝓgruebat pręcipue. Verum Laconica ẽt Limis, Terebris'q; itẽ Characteribus, ac Lithurgicis. Lydia quoq; Limas emittebat præſtãtes, uerũ ẽt Gladios, & nouaculas, quæ Xyria dicũt, & Xyſteras. Hæc Daimachus in cõmentariis, quæ inſcribuntur Poliorcetica.

¶ In qbus fœde fugillarent' Spartani. Diironoxeni q. Itẽ Xeni. Epixenum. Quę apud Spartanos comperiãtur ſcitu digna. Ferri fundendi ratio a' quo excogitata primũ. Cap. V.

Sed nũquid integris ita, illibatis'q; fuere moribus, & amuſitata ꝓbitate, ut flagitio prorſum nulli, aut labeculæ inuenuſtiori ſupfuerit locus? minime uero, Nã diuinũ eſt, quod labe caret. Lacedæmonios fuiſſe ſordidos, præparcos'q;, ac Smicrologos, quo nomine ſignificat' is, qui parua, & pretii ꝓpe' nullius, nimio plus magnifacit, & admiratur, cũ multa coarguũt, tum uel Oraculum egregie cõprobat. Cuius in Bœotiis reb⁹ meminit Pauſanias quoq;, ἀ φιλοχρηματία σώζεται ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν, quod eſt, Pecunię ſtudiũ ad interitũ Spartã ducet, Aliud uero nihil. Inurit' & Spartanis crimẽ aliud, Nã, ut auctor Theopompus eſt, inceſſit' a' celeberrimis Auctorib⁹ Laconum ξενηλασία, qd' uerbum ſignat Hoſpitũ expulſionẽ. Siqdẽ nõ tẽpore omni peregrinis licebat Spartã adire, Sed præſtitutis diebus. Quãobrẽ fœdant eos Comici appellatione dedecoroſa qñq;, nã Diironoxenos nũcupant. i. per ſimulatiões, & Ironiã fallẽtes hoſpitẽ, Quãq; ſcribit Herodotus, a' Laconibus Xenos peculiarius Barbaros intelligi. Epixenũ uero ideſt ἐπίξενον nil cũ Xenis cõmercii habet. Eſt enim eo noſe ſtipes, ſup quẽ Carnes cõcidere cõſueuerunt Coq. Vnde exit Ariſtophaniũ illud, οὐδ' ἐπιξύνω δηλήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν, quo ſignificat', ſi uera nõ dixero, abſcindatur caput mihi. Theoxenia aũt. i. θεοξένεια fuit apud Pellenen Agon Apollinis honori, Quẽ Theoxenion nũcupant. Certabant in eo Viri indigenę, argẽti poſitis pręmiis. Spartanos itẽ ꝑmos donis hoſtẽ corrũpere adortos in bello cõtra Meſſenios, Pauſaniæ credimus, ac martiã Virtutem uenalem facere, Ariſtocrate Arcadũ rege muneribus delinito. Pręterea Lacones, ut infidos deſcripſit & Euripides in Andromacha, σπάρτης ἔνοικοι δόλια βαλβυτήρια. i. Spartæ inhabitatores, doloſus Senatus, & Ariſtophanes, οἷσιν ὅτῳ βωμὸς, ὅτῳ πίστις, ὧδ' ὅρκος μένει. Hoc eſt, qbus nec ara, nec fides, nec iuſiurandũ manet. Q d' ad peregrinos attinet, exciderat pene', qd' reticendũ nõ eſt. Pauſanias Cleombroti, ſcitãte quodã, qd ita Tyrtæũ ciuitate donaſſent, ne inqt, nobis unq; peregrin⁹ fuiſſe Dux uideat'. In Spartano agro Iouis tẽplũ fuiſſe, Pauſanias ſcribit, Qui diceret' σκοτιτὰς, puto, de regionis nomine, ita ex Arboꝝ dẽſitate appellationẽ indeptæ. Quercubus. n. frequentiſſima eſt. Innuit tamen auctor idem, τὸ σκότος. i. tenebras non feciſſe Arborũ denſitatem, Sed Iouem ſic fuiſſe cognominatum. Fuit Locus item Spartę, Qui diceretur Chorus, in Quo Gymnopædiæ fiebant, & Apollini choros Ephebi ducebant. In ꝓpinquo oſtẽ debatur γῆς ἱερὸν. i. Terræ ſacellum, Et Agoræi Iouis, Quando & Pallas cognominabatur ἀγοραία. Erat in Lacedæmone item μοιρῶν, ideſt Parcarum ſacellum. Viſebantur & qũę ὀρχαῖα uocant' ἐφόρια, In quibus Epimenidę cretenſis monumentum. Exeũtibus autem ex foro occurrebat, quam dicunt σκιάδα, Vbi & Cõciones habere, ueteris fuit moris. Creditur Theodori opus Samii, Quem omnium primum ferri fundendi excogitaſſe rationem, proditum memoriæ eſt, ac inde Statuas cõflaſſe. Pẽdebat inibi & Mileſii Timothei Citharа, Quẽ improbaſſe Lacedęmonii ferũtur, quod ſeptẽ ueteribus chordis quatuor adieciſſet, Vt Pauſanias ſcribit. Signat uero Scias. i. σκιὰς arbuſtũ, Quãdoq; & tectam Scenã. Quin etiam teſtudinatum σκιάδιον legimus, In quo ſediſſet Dionyſius. Robuſtiores item ramĩ uocantur Sciadæ, Et Corporis Vmbra, unde concipiuntur Horæ. Cum uero in Spartana hiſtoria Agnitam legimus, Aeſculapii cognomentum accipere debemus, Simulacrum cuius, ex Agno, Quæ Planta eſt, foret exciſum, conformatum'q;. In eadem nominatur etiam

Iuno αἰγοφάγος, apud Lacedęmonios tantum id adepta cognomentum, Quãdo & Deæ Capras immolant. Sacellum ab Hercule primo erectum ferũt, Qui & princeps Capras immolarit, Quoniam pugnãti aduerſus Hippocoontem, ac Liberos nullum a' Iunone ſe ingeſ ſiſſet impedimentum, ſicut fere' aſſueuerat. Ad rem uero diuinam adhibitas potiſſimũ Capras, quod aliarum uictimarum haud ſuppeteret facultas, ſicuti comprobat in Laconicis re b⁹ Pauſanias. Cum uero meritas de Hippocoonte pœnas exegiſſet, Pallados quoq; ſacellũ conſtituit ἀξιοποίνου. Verum in eo, quod de Capra ſcribit Auctor hic, uehementer aduertenda Poetę Ouidii ſententia ex quadam Elegia, Vbi Animalium, quæ ducerentur, pompam deſcribit in Iunonis feſto.

Dux'q; Gregis cornu per tempora dura recuruo,
Inuiſa eſt Dominæ ſola Capella Deæ.
Illius indicio ſyluis inuenta ſub altis
Dicitur inceptam detinuiſſe fugam.
Nunc quoq; per pueros iaculis inceſſitur Index,
Et pretium Auctoris uulneris ipſa datur.

¶ Triplici ſemita incedere, qui fabulas allegorice interpretentur. Quo'ue pacto intelligenda Deorum certamina. Item nomina tũ maſculina, tum fœminina. de Saturno. de Tantalo. Dioſcuri quid, & Pſoæ, ac Stachys, necnon Aegides, Mercurius, Argas, Argus.

Caput VI.

c Vm Heſiodi interpretamenta quæpiam, alioqui græcarum antiquitatum ẽt ſititor, ac inexplebile, ut ſic dicam, dolium, accuratius, attẽtius'q; uolutarem, pręcerpturus indidem, quod haſce lectiũculas noſtras adiutum iret, incidi forte in quaſdã allegoricas enarrationes, quod alibi monuimus, nõ uſquequaq; reiiciendas, etiamſi perſæpe leuicula neſcio quæ, ac ex triuio prorſum ſeſe ingerunt, nihilominus libellum deflorauimus, ac quocunque Genio noſtris commentatiunculis adglutinauimus, ut quãuis inſititia, haud ſecius una' cum aliis coaleſcentia eant in corpus. Alibi alia pro re nata attexentur, nunc illud adnotabimus. Fabularum allegorias tribus metimur modis. Aut enim Phyſice interpretamur, aut Ethice, aut Theologice, Ac Phyſicam quidem allegoriam intelligimus, Vbi ad naturam fabulamenta reflectimus. Sicuti cum Deos cõpugnantes Homerus effingit, Elementorum nobis diſſidentem innuit naturam. Nam Neptunus diuerſum Phœbo, in acie locum tuetur. Id uero ambagibus tacitis caliditatem, ſiccitatem'q; humoris, & frigoris potentiæ obniti, colluctari'q; ſignificat. Et in totius diuiſione, Ioui ignea obtigit Subſtantia. Neptuno Aquea. Plutoni Aerea, hæc enim portio eſt, quam Homerus ζόφον dicit ἠεροέντα, ideſt caliginem obſcuram, quoniam intimo priuatur lumine, Verum Solis, Lunæ, ac Syderum niteſcit ſplendore. Terra in meditullio relicta eſt compaſcua, ut ſic dicam. Sed & Cælum adiecit Poeta, Siue eo nomine intelligatur Mons, ut Terræ portionem, Siue Cæleſtis claritas, puritas'q;, ceu & Elementis connumeretur Quinta ea Eſſentia. Quod Philoſophorum magnî nominis pleriq; ſtatuerunt. Proinde congruenter admodum duo hęc communia dicuntur, Terra quidem nutu ſuo grauis, & ponderoſa, ob id'q; infima. Superne autem Cęlum ex leuitate genuina, Si tamen leue id dici conuenit. Interſitę uero naturæ nũc quidem ſurſum protolluntur, nunc in ima deiiciuntur. Elementorum autem proprietates inuicem alioq cõpugnantes, ob Siccitatem, humectationem'q;, rurſum ex Calore, ac Frigore, Si coalitu tamen conſono, moderato'q;, & analogico coeant, progignunt uniuerſa. Si diſſideant, p partes diſſoluunt' pleraq;, Vniuerſitate ipſa pſeuerante. Propterea ꝓſtare oĩa Empedocles amicabili fœdere canit, quandoq; uero ſingula ferri νείκεος ἄχθει, ideſt Litis pondere. Sed & Martis, Veneris'q; appoſitiſſime concinnata fabella idipſum indicat. Siquidem id pollet Venus, quod apud Empedoclem φιλία, ideſt Amicitia. Mars uero eſt νείκος, proinde coeunt quandoq;, interdum abeunt diuerſi, diſſultant'q;. Deprehendit autẽ eos Sol. alligat Vulcanus, λύει δὲ ποσειδῶν, emittit Neptunus, quibus præmonſtratur doctioribus, Calente, ſicca'q; poteſtate, ac diuerſis potentiis, humectis, frigidis'q; nunc quidem conſpirare cuncta, ac coaleſcere. Nunc rurſum diſcapedinari, ac relui. Signifi-

cat coortum

cat coortum hunc, ac conſpiratum analogicum Harmonia, quã poſt Homerum Poetę multi ex Marte, ac Venere progenitam fabulant. Cõpari quoq; rõne Dioſcuri. i. Caſtor, & Pollux ad duo referuntur Hemiſphęria, præcipue q; ad Tropicos duos, quod Parabates Iulianus ſcribit. Quanq; nec latet in Medicinę commentariis apud Gręcos, Parotidas quaſdam dici Dioſcuros. Sicut in eiſdem nominatur Stachys adiacẽs Pſois pars. Sũt uero Pſoæ Lumbi. Nam Ouis, aut Suis ſtachyn, pnũtiari quãdoq; inaudias. Eadẽ quoq; rõne Iouis Ægyda interpretamur, & Pallados, qñ ęo noíe, pcellas, affectiones q; in ſublimi contingẽtes intelligimus, quę Catægides nũcupant, & Ægydes, Sed & Æges. Siqdem Iupiter ſit Aer. Vbi id genus formidoloſa concipi ſolent. Ad quẽ Pallada item referũt Eruditiores. Illud ſciẽdum obiter, Aegida dici ab Aelio Dionyſio, & Pauſania Rete ex coronis contextũ. Quem uero uſum habeat genus hoc, non explicant apertius, probabile tamen fit, laneas ab eis coronas intelligi. Moralis uero allegoria eſt, cum fit ad mores relatio. Vt ſi Pallada dicamus cũ Marte diſſidia agitare, nimirum Rõnis impotem Animæ partem, aduerſus Ratiõalem potentiã attollentem Caput intelligamus, Quod q; bonum eſt, obluctari malo. Vbi uero Latonę aduerſatur Mercurius, Ratio ſignificatur, quæ rimatur aſſidue, recondit q; in memoriæ Theſauris. Cui ex Diametro contraria λήθη eſt, quam obliuionem interpretamur. Sic & Panoptem Argum omnia uidentem, intelligimus ſolertem quendam, perſpicacem q; ac, ut inquit Euſtathius, πολυπρόγμονα, qui omnibus intereſſe ſatagat, & quãtum fieri poteſt, uniuerſa oculis ſubiicere, ut nil prorſum lateat, ſpectet q;, ut inquit Homerus, τὰ ὄπιθεν, ἠδὲ ἔμπροσθεν. Sic & manibus actuoſum, multa q; obeuntem ſubinde, Centimanum dicimus. Alium magna terrarum ſpatia citra fatigationem pedibus tranſmittentem æneo crure perinſignem comminiſcimur. Auditioni præcipue intẽtum, Aſini aures habere dictitamus. Illud uero hic adiiciamus obiter quodammodo, Mercurium dici Argiphontem, ut in Pauſaniæ Lexico adnotatum obſeruauimus, quia Ophioctonos fuerit, ideſt Serpentis necator, quem inquit, uocant aliqui ἄργην, ideſt Argen. Verum qua ratione Serpentem confecerit Mercurius, hoc uero dicere ſuperſedit. Illud ſcimus, Argan fuiſſe cognominatum Demoſthenem de morum feritate, ac natura immiti. Alias qui præter Annorum rationem ſapit, Argas item dicitur. Sed redeo, unde ſum in hæc digreſſus. Theologica uero Allegoriarum ratio ea fere traditur. Cum dicimus Nomina Deorum maſculina ſignificare in diuinis actũ efficientem, fœminina autem potentiam capientem. Præterea quod Cælum ſuo motu temporis producat, abſumens perpetuo, quę gignat. Imago quędam eſt, referens Deum Cęlum, & Rheam atq; Saturnum filios deuorantem, In quibus Cęlus eſſentiam præfert diuinam, Rhea eiuſdem uitam ſignificante, Saturno uero eiuſdem Mentem. Nã Saturni filios Ideas rerum ſcienter interpretamur, intelligentia diuina intus genitas, quę ſicuti producuntur a Mente, ita & in eandem reuocantur, illas in ſe quodammodo abſorbentem. Item cum ζῆνα eſſe Deum coniectamus, ueluti ζωῆς ἀρχηγὸν, ideſt Vitæ ducem, datorem ue, δία uero, ut per omnia ſeſe porrigentem, διὰ πάντων φοιτῶντα, quod etiam approbat Pſellus. In Cuius monumentis proditur illud quoq;, Tantalum ignem ſignare Aethereum, τόνδε γὰρ δι' ὅλων τῶν σφαιρῶν, quia per Sphęras porrigatur omnes, inuehatur q; aere, ut leuior multo. Petram uero Sphęram accipit, quæ ἀπλανῆς dicitur, ideſt erroris neſcia. Linguam deniq; intemperantem ad id refert, quod elementum hoc παφλάζει, καὶ σωπᾷ, ideſt ebullit, conſonat q;.

¶ Quid fabula. Et Fabularum genera. Cur dicantur Aeſopeæ fabulæ. Quintilianus illuſtratur. de Epimythio & Promythio, Fabularum in oratiõe utilitas. Inſuper cur fingatur Thamyris a Muſis excęcatus. Caput VII.

Via uero ad fabulas recidimus, quas nec ipſas omnino eliminat Philoſophia, adiciamus porro ex Aphthonio paucula, Qui adhortationis ad bonam frugem gratia, narrationem eiuſmodi admitti ab Oratore item, non abnuit. Fabulam ergo finit Orationem ementientem quidem, Sed quæ εἰκονίζοι τὴν ἀλήθειαν, ideſt imaginem præferat ueritatis. Nomenclaturam, quoq; eſſe diuerſam prodit ex Inuentorum ratione, Aliam nanq; Sybariticam dici, Ciliſſam aliam, aut Cypriã. Æſopeiã tñ prędualuiſſe appellationẽ, qd optime oĩum Æſopus fabellas ſcriptitarit. Quod innuere, q̃q̃ obſcurius, Oratoriæ inſtitutionum qnto Fabius aĩaduertitur, Cum ait,

Illæ quoq; fabulæ, quæ etiamsi ab Æsopo originem non acceperunt (nã uidetur primus earum auctor Hesiodus, nomine tamen Æsopi maxime celebrantur) ducere animos solẽt. Fabularum uero genus unum dicitur λογικὸν, idest rationale. Aliud ἠθικὸν, idest morale. Tertium deniq; Mixtum. Et Logicum intelligit' quidẽ, ubi agere hominẽ qppiã cõminiscimur. In Ethico Brutoꝝ exprimimus mores. Quod ex utroq; cõfusaneũ est, Mixti nomẽ ĩdipiscit'. Attexi aũt Apologis hoc genus plerũq; documẽtũ assolet, Quo figmẽti uenustioris reuelat' utilitas. Id ἐπιμύθιον Græci nuncupant, Affabulatio dici latine ualet, Quod si prętexat', προμύθιον appellabitur rectius. Illud uero amplius adnotandum, quod περὶ γοργότητος tomo secũdo scribit Hermogenes, Fabellas præcipue Voluptatem prædulcem Orationi inspergere, Vt in Platonis Symposio, Quãdo nata est Venus, parato Conuiuio, discubuerũt Dii qdem Cæteri, Et Metidis. i. Consilii filius Porus, idest affluentiæ Deus. Rursus quod de Cicadis ex eiusdem Phædro est. Sed & apud Demosthenem in oratione contra Aristocratem. Porro' secundum dulcedinis gradum habere scribit Hermogenes idem, Narrationes, quæ ad fabulas quamproxime accedant. Vti sunt, quæ de Troiano bello commemorant'. Tertio autem loco statuuntur, quæ in fabularum participatum raro admodum ueniunt, Cuiusmodi sunt Herodoti oĩa. Pauca enim insunt fabulosa, ut quæ de Pane dicunt', & Iaccho, & alia non sane' multa, proinde inest iis dulcedinis minus. Quoniam uero de fabulis mentio nobis plurima est, In quibus maxime uersantur Poetæ, sępius ueritatem inuoluẽtes, Corollarium adiiciemus illud, Ex Homero credi manasse primum, Vti apud Dorion Peloponẽsi, Musarum indignatione dicatur Thamyris excęcatus. Ego, inquit Pausanias, morbo illi corruptos esse oculos, contenderim. Quod ipsum posterius Homero quoq; usuuenisse, compertum est. Memoratur & illud, Balyram fluentum inde appellationem cõtraxisse, Quod in calamitate illuc lyram abiecerit Thamyris, Qui Philamonis fuerit filius, & nymphæ Argiopes, Quæ ad Parnasum incoluerit, Sed ubi utero se gestare animaduertit, in Odrysas cõmigrarit, quod illam in domum non admitteret Philamon. Hinc factum, ut Thamyrin nunc Odrysen uocent, nunc Thraca.

¶ Esse inter homines quosdã, uelut natura Principes, & uelut natura Seruos. Qui sint Angari, Astandę, Phryctoria. Item de Agarico, et Angonibus, Item qui Opiones, & Tessenarii.

Caput VIII

a Ristotelis summi philosophi ex politicorum primo egregia sententia est, Esse inter homines ἄρχον μὲν τῇ φύσει, καὶ ἀρχόμενον διὰ τὴν σωτηρίαν, hoc est imperans quidem natura, & parens, propter conseruationem, nam qui mente prospicere rem potest, natura imperare uidetur, ac dominari. Qui uero corpore ita affectus est, ut exequi ista possit, nil ipse admodum dispiciens, ἀρχόμενος, καὶ φύσει δοῦλος, quod est paret natura, atq; seruit, nihil enim natura facit tale, Qualẽ Chalcotypi. i. ærarii fabri Delphicum gladium diuersis usibus accõmodum ex inopia. Hosce uero homines ita Seruituti mancipatos publicæ imprimis, Angaros recte dici animaduerto, manet id uerbum hodie'q;. Et Angarias in re militari apud Vegetium uidemur legisse. Sed & Iureconsultus Arcadius digestis de Vacationibus Angariarum inquit, prohibitio personale munus est. Apud Vlpianum Verbum quoq; reperitur Angariari, digestis de priuilegiis Veteranorum, Meminit Nigidi⁹ item, ut est a' Gellio adnotatum. Hinc, opinor, Nostrates item unius adiectione elementi, Tangaros formasse, quo fere' nomine signant Rusticiores istos ferina quadam mente, & nimio plus ab humaniore usu, ac urbaniore sequestratos. Angaros tamen inuenio nuncupatos Regum nũtios in Perside. Nã & illarum gentium esse uocabulum uidetur. Sicuti Astandæ, fere' notionis eiusdem, hoc est Grammatophori, siue Tabellarii, Qui certis itinerum Spatiis permutarentur. Darium Persarum Regẽ fuisse quandoq; Regis Astandam, Plutarchus scribit in Libro de Alexandri fortuna, quo argumento illius inquit, coarguitur seruilis ignobilitas. Æschylus in Agamemnone, φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς ἔπεμπε, Quibus signa facibus data, & per successionẽ quãdam significat, cum Angarum ignem dicit. Iis uero nuntiis nihil pernicius transcurrere in rebus humanis, Herodotus opinat', Meminit & Xenophon Libro Pædiæ octauo, Velocius ire credebãtur nuntii huiusmodi, q̃ sit Gruũ uolatus. Cyrus uidetur horꝝ Auctor prim⁹. Memorabile est,

morabile eſt, quod ad hanc ſententiam Cleomedes ſcribit in Libro de Contemplatione orbium cæleſtium, Perſarum Regem, cum Arma Græciæ intuliſſet, ita diſpoſuiſſe homines a Suſis per ſtationes Athenas uſq; ut quæ a ſe in Græcia gererentur, ſignificari Perſis, uoce per Stationarios excepta, poſſent. Eam uero uocem, proditum hiſtoriæ eſt, huiuſmodi exceptione progreſſam, quadraginta octo horis a Græcia in Perſas peruenisſe. Non omittendum, Mediolani Principē, Veredarios item habuiſſe in Italia, Qui diſpoſiti per modica interualla celeritate inenarrabili alius ad alium literas perferebant. Obiter uero illud Legentes commonuerim, Phryctoria dici in Libro de mūdo ab Ariſtotele (Si modo ex illius officina prodiit Liber hic, Id quod Doctorum aliquot inficiantur plane) Speculas quaſdā prominentiores, Ex quibus oſtentatę faces e longinquo p̄ſignificarent, quid in quaq; regione factum eſſet noui, adeo ut die una, quid in tota Aſia fieret, Rex facile perciperet. Phryctos uero id genus faces uocitant, In quis ſunt & Obeliſcolychni nuncupati. In Plutarchi monumentis relatum inuenimus, Opionas, & Teſſenarios dici eos, qui nuntiorum, ac Specula torum fungantur muniis, ni mendum exemplarium ſit. Verum, ut ad Angaros reuertar, Sūt ex Græcis, qui id uerbum non pro operario tantum accipiant, ac miniſtro, Sed pro Achthophoro item, ſiue Baiulo, unde & Mulos quandoq; Angaros dici, ex approbatiſſimis Auctoribus compertum nobis eſt. Angariam quoq;, Sicuti iam attigimus, inuoluntariam uocant neceſſitatem, & quod uiolenter iniungitur. ἀγγαροφορεῖν onera ferre dicunt, permutatiōe, ac uiciſſitudine quadam, uti Orion ſcribit. Eſt ἀγγαρεύεσθαι uerbum aliud, utitur eo in Sycyonio Menander, Id uero indicat, non ſolum ad onera ferenda cogere, Sed quālibet hoc genus neceſſitatem. Quos itē recuſantes cogimus, ut nobis ſint Itineris duces, Angaros recte dixeris. Angara uero etiam ipſos Stathmos, hoc eſt manſiones, ac diuerſoria, in quę Angari, hoc eſt Tabellarii peracto diei penſo, diuertant. Angones uero tela ſunt magnitudinis medię. Nā & in Sarmatia fuit Vrbs, & amnis Agarus, unde Agarico radici datum nomen, fere creditur.

¶ Ficulneum lignum cuiuſmodi ſit. Fici folia cur dicantur Thria, Cur'q; ficus arbor amara ipſa, fructus tamen prædulces gignat, & cur nō iciatur fulmine. De Caprificatiōe, Ficorum interim genera plura, & in iis de Puerorum ludo. Cap. IX.

Iculneum lignum notę eſt aſperitatis, atq; amaritudinis. Sed & folium ex Scabricie dictum a Græcis uidetur θρίον. Ligno item copioſior ineſt ſuccus, in
f de exuſtum grauem prorſus, & acutum reddit fumū. Quod facetiſſime Ariſtophanes exprimit in Comœdia, cui titulus σφῆκες. Id & Ariſtoteles problemate quodā comprobat. Proinde ab Eruditis agitatur quęſtio, Qui fiat, ut Arbor amariſſima fructū producat prædulcem, ac pinguedinis multæ, Adeo, ut Ananius Iambographus etiam σῦκα τὰ χυοῦ χρίσω, ideſt Auro pronuntiarit eſſe Ficos meliores. Accedit admirationi, quod inter frugiferas arbores Ficus modo eſt ἀνάνθος .i. flores non emittit. Quod uero nec de Cælo tangitur, Id utiq; uel amaritudini acceptum referri oportet. Id genus quippe non attingunt fulmina, Quod Vitulus comprobat marinus, atq; Hyæna. Ratio autem propoſitæ ambiguitatis illa eſſe nōnullis uidetur. Quod Arboris dulcedo, quantacunq; ſit, in fructum ſecernatur, proīnde, quicquid reliquū fiat in ligno ſucci, in amaritudinem degenerare. Id uel Hepatis præcipue argumento patet, quod ipſum dulciſſimū eſt, quod feculentum, quod'q; bilioſum eſt, in locum unum ſequeſtrato, ac quodammodo percolato. Ineſſe autem Ficui Succi bonitatem, quam Euchymiam dicunt, eo probant indicio, quoniam adnata illi Ruta dulcior euadat, & chymi mollioris, ceu indidē deliquata iucunditate, Ni diuerſum magis aſtruat quiſpiam, Ficum uidelicet, dum alimentum ſibi conciliat, eximere, quod acre, quod'q; amarulentum eſt. In Paro Inſula Ficos rubentes uocant Hęmonias. Leucerineon Ficum dicūt albam. Cydoneas ficos, hyemales ītelligunt Achæi, Præcoces recte Prodomos dixeris ex Theophraſto, forte Protericas quoque, nam & Seleucus ita ficum genere quodam nuncupat, maturius promentem fructus. Iſchadas uero Atticas fuiſſe prædulces, teſtis eſt Dion, & rettulit Theocriti Interpres in Daphnide. Sed & Ficum quandam ibidem quoque fuiſſe Sacram nuncupatam, adnotauimus, Non ſuperſtitionis argumento, Sed gratiæ, ac communicationis mutuæ, ut inanimatorum exem-

plo in bonorum participatum cæteros item admittamus. Quando & Romani fuit moris, Lucernam minime extinguere, ut uolentes perfrui possent, ipsis nihil indigentibus. Græci præterea, Athenienses q; imprimis Ficos maturitatis falsam præferentes speciem φήλωμας uocant, hoc est Phelacas, quia Phelomata dicantur impostura, deceptiones q; nam & φηλᾶν decipere est. Hinc & uerbo parum luxato, qui mos imperitæ plebis est, pleriq; uulgo p fraudibus Phedolias usurpāt. Eas ficos Lacones Oecadas dicunt. Alioqui ficos ante quam matureſcant, Olynthos iidem Græci, Nos dicimus Grossos, Sed non multitudinis tantum numero, quod quidam tradiderunt, Quādo & Mattius apud Macrobium ita scribit, In mil libus tot ficoꝝ non uidebitis Grossum. Et tertio decimo naturalis historiæ Plinius de Ægy ptia ficu, Sed Grossus eius non matureſcit, nisi inciſura emisso lacte. Sunt inter Græcos, qui ita distinguāt, ut primum sit Olynthus (quāquam apud Eustathium bis Olonthon inuenio scriptum, uno quidem loco, sed & alibi eodem modo) mox Phelax, inde Sycon. i. ficus, po ſtremo Ischas, unde & forma deminuta Ischadia nuncupātur, πρὸ τοῦ ἰσχειν, quia ulterius fieri prohibeatur augumentum Autumnali hora. Pleriq; eo nomine aridas intelligunt ficos, & attenuationis argumento dici Ischadas putāt, quāquam & Tragemata omnia eo quoq; uocabulo signari credunt Aristophanis testimonio in fabula, Pluto. In nostris literis nōnul los inuenias, qui aridam ficum Caricam dici putent, Cum sit tamen fici species Carica, Pli nio tradente, in Syria. Et in Caria ficum eiusmodi copiose enasci, Strabo auctor est. Coro neos est ficulneę arboris species, meminit Aristophanes, quā etiam Coracium uocant, ideſt κοράκειον, quia fructus Coraci, ideſt Coruo sit assimilis colore. Massas ficorum uocant Pala thas. Festiuus est antiqtatis mos, in hac mentione non utiq; prætereundus. Consueuisse Lu sitātes puerulos in sublime ficos, seu Ischadas, uel uuę acinos iactare, mox q; hiantes ore ex cipere. Ischades atticę probabātur, ut diximus, præcipue, nam & Aristophanes ait, ἡδὺν γλυ κύτερον ἰσχάδων, nil dulcius Ischadibus. Et Indorum Rex Amitrochates per epistolā ab An tiocho mitti sibi Ischadas flagitauit. Persarū quoq; Regi indidē pergratas fuisse Ischadas, scribit Dinon, etiamsi apponi modo consuessent, quæ imperio obnoxia ferret regio. Erant in iis Ægilides pulcherrimæ, ab Ægila tribu appellatione ducta, nam Chelidonias uocabāt Erythromelęnas. i. nigricantes, rubentes q; apud Theopompum Tithrasiæ laudantur itē. Sunt & quæ Brigindarides dicantur, barbare quidem, Sed quæ bonitate præcellant. Ischa das Iulius Pollux ita distinguit, ut alia recēs dicatur, Alia uirens, Itē uetus, & sicca, Item q; sale condita. Comici etiam Ischada nouere κοπτήν. Nouellæ autem ficus Sycades dicūtur, quāuis & adultas quidam eo nomine intelligant. Agrestem ficum uocāt Erineon. i. Capri ficum. Erineon, ut ex Pausaniæ thesauris percipi licet, Grecorum nōnulli Olynthum dicūt, Tragum autē Messenii. Id quod symbolice significauit Apollo Aristomeni, & Theoclo Va ti de salute consultantibus respondens,

ἐς τε φάγος πίνησι νέδης ἐλικόῤῥοον ὕδωρ,
ἐκέλε μεσσήνην ἐρύομαι. Erat aūt Neda flu. Cuius uisunt fontes in Lycęo mōte. Tragus uero nō Hircus intelligebat, Sed Erineos arbor in Aquā Nedæ pna, ac foliis humorē quodā mo do hauriēs. Vnde a Theoclo coniectatum, ingruere Messeniis fatale malum. Erinei fructū dicunt Erinon, ut est apud Aristotelem, & repetit Eustathius, quem etiā ficubus circum ap pendunt, Pausania tradente, ut ficos contineant, quod uocant ἐρινάζειν, uel συκάζειν, Ni id arrideat amplius, quod Libro XV Plinius scribit, de Culicibus in Caprifico enascētibus. Quorum meminit secundo de historiis plantarum Theophrastus, & in Causis itidem secū do Libro. Verum & circum appensio illa ipsum hoc, ut coniectare libet, Significarit, nā pul uis, & Caprificatio hoc quoq; prestant, ne fici decidant, humore tenero absumpto. Nascun tur uero Culices ex Caprifici pomorum granis, quæ etiam in aliis frumenta nostri uocant, Cenchramidas Galenus, ex quadam Milii similitudine. Auctores habeo, lacteum in ficu hu morem dici Opon, ideſt ὀπόν. Sed & eodem signatur uocabulo, ramis agglutinās folia hu mecta uis, unde producatur Opora. Sunt qui arborum lachrymam significare Opon autu ment. Verum ea nomenclatura nuncupatur proprie, quo concrescit Lac, Coagulum. proin de qui sic densetur, coitq; Caseus, Opias uocitatur. Philosycos dicitur, cui plurimum arridēt fici. Quos arbitrantur nonnulli uelut Duces purioris uitæ, mansuetioris q;, Quando ἱερὰν συκῆν Athenienses nuncupant. i. ficum sacram, locum innuentes, ut putant, aliqui, ubi ea sit

nata primum.

nata primum. Sed & fructum ἡγητηρίαν uocant, Hoc est Hegeterian. Quin & Veterem, primum'q; fuisse Atheniensibus cibum inde, scribit Ælianus, Sicuti Arcadibus glāde uesci, antiquissimum fuit, Tirynthiis uero iis, Quas uocant Ἀχυράδας. Indis autem Calami solennes fuere in mensa, Carmanis Palmæ, Mæotis Milium, & Sauromatis, Persis Cardamū, ac Terminthus. Callistruthias Ficos reliquis præstare omnib⁹ in Vrbe Roma, credit Athenęus. Opias Caseus ab Euripide uocatur ficus succo dēsatus. Inueni & Ischadas Chelidonias, quæ etiam Chelidones nuncupentur, meminit Athenęus. Ficorum custodes Sycori recte dicuntur, idest συκωροί. Quia uero eius arboris folia diximus θρία uocari, hinc Græci, Quis dedit ore rotundo Musa loqui, θριάζειν dicūt folia id genus colligere. Ficorum Animalia apud Aristophanem Psenes dicuntur, & Cnipes. Trasiam uero nō Aceruum modo Ficorum putant, Sed ex calamis intextam tabulam, in qua refrigerant'. Plantaria eiusmodi Ficeta nos, at Græci. συκίδας nuncupant. Postremo illud uacantis operę non fuerit utique, Caprificationem dici a' Plinio, cum macie corticis astringēte se ex ægritudine, iusto'q; plus uitalia arboris comprimente, perpetuis incisuris diducunt, ac ueluti cutem laxant, Id quod esse salutare, commonstrant Cicatrices internato corpore expletæ. Sed cur nam remedii genus dicitur Caprificatio? An a' Caprifici similitudine, quæ muros prorumpens tumida prosilit? nam & Martialis calculum adiicit, Marmora Messalę findit Caprificus. Et Venuste per metaphoram Persius,

Et quę semel intus
Innata est, rupto Iecore exierit Caprificus.

Ni a' similitudine Culicū malis, q in Caprifico enati ad Ficos euolātes ora aperiūt eaꝝ, qd' ipsum & Caprificatio dicitur, quod si est, facile quorūdam uanitas coarguit'. Sycon esse dicunt σαρκωματικὸν ἕλκος in oculis, & sede, id & Sycaminon uocāt, Sed proprie Sycamina dicunt' Mora, ut Paulus inquit. Nec utiq; dissimulandum, Esse ex Doctioribus, qui, etiā si hęsitanter, non Caprificationem, Sed Scarificationem arbitrent' legi oportere in Plinio. Postremo, ut sine radio cumulētur omnia, Obseruatū in literis est, Prope Cephissum a' Phytalo Cererem hospitio susceptam, Quę honoris ergo plantam Fici mox illi cōtribuerit, Qd' inscalptum monumento Epigramma abunde testatur, Quod ita habet,

Ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν
Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὁ πώρασ' καρπὸν ἔφηνεν,
Ἣν ἱεραὶ συκὴν, θνητὸν γένος ἐξονομάζει
Ἐξ οὗ δὴ τιμὰς φυτάλου γένος, ἔχεν ἀγήρως.

In locis haud ita dissitis uisebatur & Cyma liti sacellum, siue is Heros fuerit, siue κυάμους, idest Fabas seminarit primus.

¶ Quos dicamus Inaffectatos Capillos, Affectatos'ue. Item de Capillorum ornatu, pluscula. Quæ dicantur Focalia. Caput X.

d E Capillorum ratiōe alibi affatim disertatum a' nobis est, Nihilominus quæ ad id spectantia inter legendum sese ostentarint, conuerremus, quod dicitur, cum puluisculo, cum'q; ipsis manipulis, modo occursent relatu non indigna, neq; enim minutias, Quisquilias'ue cumulatius exhibere legentibus, consiliū est, etiamsi quādoq; signa, fasces'q; summittimus, Vt omnibus suppetat, qd' præcerpant, sint'q; nostri libelli uice Delphici gladii. Igitur Capillos nulla decoris affectatione excultos inuenio in classicis Auctoribus appellari inaffectatum Capillitium. In Apologetico scribit Apul. Capillos sese habuisse non amœnos, ac delicatos, nec ad Lenocinium decoris promissos, Quales Affectati dicuntur, ubi anxia quadam cura frangunt' in gradus, colūtur'q; studiosius a' Cincinnatulis, et Trosulis, Qui, ut Seneca tradit, solicitiores sunt de Capitis sui decore, q̄ de salute, Qui inter Speculum, pectinem'q; occupati sunt, qui'ue concinniores esse malūt, q̄ honestiores, Qui Remp. turbari suam minus curāt, q̄ Comā. Lego pręterea curiosum huiusmodi Capillitii cultum dici Comoticon genere tam masculino, q̄ neutro, nam Comotria Emplectriam signat, quę muliebres adiuuat delitias implicando, excolendo'q; uenustius. Comos ornatus est, cum arte quadam succiduntur Capilli detonden-

tur'q;. Cosmotica medicamenta Capillis uenustandis excogitauit nimia Medicorum seduli tas. Qualia ab Archigene composita, memorię proditum est, quibus docet flauos, & Crispos capillos fieri Salis spuma, intermixta Myrrha. Galenus quoq; medicus alioqui grauis Cosmotica recenset, quibus nigricet Capillus, aut in Candorem perducatur, uel euadat rufior, Quin cōmemorat etiam, uidisse se mulieres complusculas immodica affectati Capillitii defunctas curiositate, cum caput huiuscemodi medicamentis letifera frigiditate uexassent. Est & Comotrion muliebre instrumentum apud Iulium Pollucem. Scribit Ambrosius in Hexamero Libro sexto, Comam esse reuerendam in Senibus, uenerandam in Sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in Adolescentibus, comptam in Mulieribus, dulcem in Pueris. Tolle arboris comam, Arbor ingrata est, tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit. Pręsto est Ouidiana id comprobans sententia.

Turpe pecus mutilum, turpis sine Gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Sed & Apuleius, Mulierem etiam uenustissimam, si capillitio nudetur, licet illa cælo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet inquā Venus ipsa fuerit, licet omni gratiarum choro stipata, & toto Cupidinum populo comitata, & balteo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans, si calua processerit, placere non poterit ne Vulcano quidem suo. Quāobrem Galericulum cōsuunt nonnulli ex alienis capillis ad uelandam Caluitii deformitatē, ubi fuerint natiuo Capillorum nudati flore. Id appellari inuenio Capillamentum. Oratius etiam Caliēdrum dixit. Græci Phenacen, ἀπὸ τοῦ φενακίζειν, quod decipere est, quod uerbum etiam apud nostrates uulgo durat, ut Phenacissare pro imponere usurpent, decipimur autem, διὰ τὸ ἐπείσακτον τῆς κόμης, idest ex aduentitia coma. Ex Canonicis uero decretis illud est, Mulieri datam esse comam tum operimēti gratia, tum ad subiectionis memoriā, Proinde siqua religionis causa crines sibi amputarit, anathema iudicatur. Capillare Martialis accipit pro unguēto ad capillos excogitato illis uersiculis,

Non erubescit murice aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare.

Capillianam uero rutam idem appellasse uidetur de herbarum, florum'q; capillamētis. Sūt qui ferrum, quod uibrandis Capillis candescit, apud Oratium Focale appellatū putēt, Sermonum secundo.

Quæro, Facias'ne, quod olim
Mutatus Polemon, ponas insignia morbi,
Fasciolas, Cubitale, focalia, potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas.

Ego uero longe aliter sentio, nam id uerbum Focalia nō a' Foco deflexum puto, Sed a' faucibus inclinatum potius, dici'q; eo nomine Colli ornamenta, quod significant etiā Acron, atq; Porphyrio, quanquam ægritudinis remedia uerius appellarent' Focalia, quod item innuit Porphyrio, & monstrat apertissime Quint. Palliolum, sicut fascias, quibus crura uestiuntur, & focalia, & Aurium ligamenta sola excusare potest Valetudo. Hæc Martialis item innuit.

Quid recitaturus circundas uellera collo?
Conueniunt nostris auribus illa magis.

Sed & in distichis.

Quod lana caput alligas Carine.
Non aures tibi, sed dolent Capilli.

Parthorum esse scribit Seneca, Capillum effundere. Germanorum autem iungere. Scytharum spargere.

¶ Capillos dici a' Gręcis κρίκας, inde deriuata pluscula. Strangalides qd. Philippi dictum in eum, qui inficiebat Capillos.

Caput XI.

Via uero græce Capilli dicuntur κρίκες, inde appellatos comperimus Trichaicas, Qui assidue uersentur in præliis, ueluti assidue concutientes, ac motantes cristas, in quibus plerunq; Capillorum quadam imagine propendent equinæ setæ, unde illud, Crista'q; hirsutus equina. Trichaicas tamen Hesiodus intelligere maluit, quoniā Cretam populi tres habitarint, Pelasgi, Achęi, Dores. Vt

Dores. Vt
γάντες γὰρ τριχάϊκες καλοῦνται, οὕνεκα τρισσὴν,
γαῖαν, ἑκὰς πάτρης ἐδάσαντο. Ideſt Trichaices uero nuncupantur omnes, quoniam pro cula patria terram diſtribuerunt trifariam. Porro Trichina uocant Iidē ex pilis, aut ſetis cō texta. Trichides quoq; piſces, qui etiam Thriſſæ dicuntur, ut putat Ariſtophanis Interpres, a Capillis appellationem trahunt, quod prætenuia habeant oſſa. Hinc etiā Trichiæ, ut inquit Pollux. Quo uero hi diſtinguantur piſces, docet de hiſtoriis qnto Ariſtoteles. Ex Phalerica inquit, fiunt Arades, ex iis Trichides, ex qbus poſtea Trichiæ. Theodorus Trichidas interpretatur Sardinas. Trichias uero Sardas. Eſt & Trichia Mammarum uitium, pilarem uocant morbum. Vbera enim tota fungoſa ita ſunt, Vt ſi poculo forte pilum hauſerit Mulier, dolor moueatur in mammis, qui non ſedat, donec pilus uel preſſus exeat ſponte, uel cū Lacte exuggatur. Nā Strangalides globuli intelliguntur, quoties humor non concoquatur, nec exeat, ſed redundet. Hac parte notandum & illud, in Doctorum indagine a Marcello ſubnotatum, Tricas dici Latine, dempto, atque extrito afflatu. Vnde inflectatur Tricinum pro tardo, & impedito, uel exucco, ut ſunt Capilli. Hinc apud Varronē Tricinus quæſtus, & Vber īuicem opponūtur. Tricas Hieronymus pro tēdiculis accipit, ac laqueis, Quas Impoſtor ſæuiſſimus ſtruat, Quas nunc Diabolum inquit, nectere credis tricas? quas parare arbitraris inſidias? Quia uero de Capillorum medicaminibus facta pauloante mentio eſt, Succurrit ab hiſtoria exēplum haud aſpernabile, Cum Macedo Philippus ex Antipatri amicis quendam adlegiſſet Iudicem, mox'q; aduertiſſet, ab illo Barbam infici, & Capillum, eueſtigio amouit hominem, addito elogio, Qui in pilis infidus eſt, qualem in negotiis remur futurum?

¶ Veneris Caluæ, atq; item armatæ ratio. Qui nam ex mulierum Capillis funes nexuerint. De Venere item pluſcula. Caput XII.

i N hac uero Capillitii mentione ingerit ſe, qd Lactantius monumentis prodidit, Venerem cognomento Caluam apud Romanos in religionis cultum ueniſſe, ea præcipue tempeſtate, qua Vrbe a Gallis ambuſta, cum obſidione arctius premeret Capitolium, iam'q; ad extrema foret uentum, ex Mulierum capillis aliarum rerum inopia, Tormenta cōnectere ſunt cōpulſi. Qua in parte amplius adnotandum, A Carthaginenſium Mulieribus factitatum id quādoq;, ut Capillos ſibi reſecuerint, implicandis funibus ad machinaꝝ in bello uſum. Auctor uero mihi eius hiſtoriæ Plutarchus eſt, in Sermone, quem de fœnore concinnauit. Adiicit uero irridēs Lactantius, turpius id Romanis contigiſſe, quàm ſi armatam Venerem cōſecraſſent, quod feciſſe Lacedæmonios, frequens prodit fama. Vbi Meſſenio bello armati ipſi cū armatis mulieribus, indiſcriminatim, & paſſiuo, ut ita dicam, concubitu permixti ſunt. Alioqui in Libro de Romanorum fortuna idem refert Plut. Spartiatas dicere, Venerem, ubi Eurotam tranſmittat, Speculum abicere, ac Ceſtum. Haſtam uero arripere, & inſertare Scutum, Lycurgo ſeſe componentem. Armatæ Veneris meminit Fabius, atque item Pauſanias. Extat & de ea re Leonidę Hexaſtichum. Scribit Iulius Capitolinus in Maximinis, tanta fide Aquileienſes contra Maximinum pro Senatu fuiſſe, Vt funes de Mulierum capillis necterent, neruoꝝ facultate defecti excutiendis ſagittis. Hiſtoriam quoque aliam de fune ex Capillis mulierū concinnato rati protrahendæ, pluribus exequitur Pauſanias. Apud Heleos Veneris Vranię templum fuit, Cuius ſimulacrum pede altero teſtudinem premebat. Simulacrum uero alterum etiam Hirco inſidebat. Dici autem Venerem uolunt Pandemum, ideſt πάνδημον. Horum quæ ſit ratio, aliis coniectandum, relinquere ſe, Pauſanias tradit. De Teſtudine alicubi bene me collimaſſe, opinor.

¶ De Affectione, quā Medici, Capillitiū dicūt. Itē Defluuii Capilloꝝ ratio. Cap. XIII.

e St & Affectio quædam medicæ rei peritis, Quam uocant Capillitium, obuenire enim quādoq;, compertum eſt, ut cum Vrina craſſa carunculæ exiguæ, aut ueluti Capillamenta exeant, et præcipue candida. Quidā uero corpuſcu

la eiuſmodi per urinam tantæ longitudinis reddidit, ut nonnulla ad Cubiti dimidium extẽ derentur. Id uero ita contigiſſe, creditum, Quoniam abliguriſſet is integro anno prius Orobum, et Fabam, ac Caſeum partim muſteum, nouellum'q, Partim uero etiam inueteratum. Nec ſecius Alii quoque, quibus cum urina eiuſmodi promũtur capillamenta, craſſioris ſucci cibariis ueſcentes id ipſum ſunt perpeſſi, proinde humore id genus uſto in Rhenibus, Capillis perſimiles Subſtantiæ generantur. Modus porro curandi Cauſæ huic, rationi'q patrocinatur plurimum. Nam ab extenuantibus medicamentis, ſimul cum humectiore uictu ita affecti Sanitati reſtituuntur, fiunt'q ſuæ ſpontis. Carunculæ uero exiguæ Subſtantiæ Rhenum indicia ſunt, Capillamenta uero nequaquam, non enim Rhenes ad eiuſmodi ſubſtantiæ ſpeciem exſolui queunt, Reſoluta uero, & eroſa ueſica, Squãmulæ promunt ſeſe. Sicuti auctor probat Hippocrates. Obiter uero ex eiſdem Scholis eſt & illud, Capilli defluuiũ ſummam Alimenti inopiam indicare, atque interdum fortaſſis ſuccorum labem. Sed & in iis, qui tabe infeſtantur, ſi quod deſpuunt, nares offendat in ignem iniectũ, & defluant Capilli, letale arbitrantur. At in defunctis cur augeſcunt Vngues, & promittũtur Capilli? forſan inquit Libro ſecundo de dubiis Animæ Plotinus, quia Corpus animatum non illumina to, Sed Calefacto corpori ſimile ẽ, poſt Animæ demigrationem ſupereſt in eo ad breue uitale ueſtigium quaſi ſub Lumine calor, Calor inquam naturalis, Spiritus'q aptus motibus.

¶ Felicitatem eſſe rem diuiniſſimam. Virum bonum, felicem'q cur Quadrangulum dicamus, & Tetragonum. De Fortuna quippiam. Caput XIIII.

Eterum ſententia grauiſſima eſt, Si aliud quicquam ſit, Deorum munere hominibus datum, par eſſe, felicitatem quoque inter ea recenſeri, quoniam præ
u ſtantiſſimum quiddam eſt in humanis rebus. Et nobiliſſimum effectum, conſentaneũ eſt, a cauſa produci nobiliſſima. Quod ſi a Deo eſſe hanc maxime inficiari placeret, quia per uirtutem, & diſciplinam quandam, & exercitationem proueniat, Diuiniſſima tamen uideatur, neceſſe eſt. Nam Virtutis præmium, finis'q, optimum quiddam, & diuinum, beatum'q creditur. Hic autem eſt felicitas ipſa, Virtute nobilior. Quoniam uero Felix uel ſemper, uel maxime omnium agit, contemplatur'q ſecundum uirtutem, fortunam'q fert optime, ac per omnia omnino decenter, Hinc natum, ut hunc uere bonum, ſine'q uituperatione, totum teretem, atq; rotundum, ut inquit Oratius, Quadratum item, ſiue Quadrãgulum appellemus. Sic enim græce dicitur, ἀγαθὸς ἁπλῶς, καὶ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου. de quo ille ait, Sapiens uno minor eſt Ioue. Sed & Sextium dicere ſolitum accepimus, Iouem plus non poſſe, quàm bonum Virum. Hic longe ab eo diuerſus, quem publicis uerbis deſignamus, ut cum Candidatos omnes Viros bonos dicim⁹. Hic primæ notæ innumerabilibus conſtat laudibus, quod etiam Fimbriæ Licinii ſuſpenſa ſententia facile indicarit, Et in moralibus Plutarchus, Viri boni nuncupantur modo, dicuntur'q ſicuti Hippocentauri, Gigantes, Cyclopes, Incuſabile autem opus, integrum'q Virtute, citra'q labem, non facile reperias. Quod uero de Quadrato prætexuimus Viro, ut liqdius innoteſcat id, paulo altius ex literis interioribus tota repetẽda res eſt. Quadratum igitur reperio dici ſcienter in numeris, figura, corpore. Numerum quadratum intelligi uolunt Eruditi ex ſeipſo in ſeipſum reſultantem, ut quater quatuor ſedecim conſtituunt, etiã quaternitas ipſa numerus eſt perfectus. Vi enim in ſe numerum complectitur denarium, ultra quem non proprie eſt numerus. Nam reliqui ultra, qui dicũtur numeri, priorum ſunt repliqationes. Continet autem denarium hoc modo, quia habet quatuor, tria, duo, unum, quæ ſimul colligata denarium manifeſto conficiunt. Figura item quadrata perfecta eſt, continetur enim quatuor lineis æqualibus, quatuor quoq; æquales habens angulos. Corpus quadratum perfectum etiam intelligitur, ut eſt Cubus. Habet enim ſex ſuperficies quadratas æquales, quarum unaquæque quatuor habet lineas, & quatuor angulos, & quomodocũq; iaceat, ſemper rectus ſtat, eodem ſe modo habens, quia portiones omnes æquales ſunt. Cõſimiliter uir bonus, ac felix ſemper eodẽ ſe habet modo, & Virtutum poteſtate, quibus inſignis eſt, retinet in omnibus æqualitatem quandam. Eſt igitur Felix numerus quadratus, quoniam, ut partes quadrati numeri ſimiles ſunt, ac æquales, Sic & Viri boni operationes

in quacunq;

in quacunq; re, ac fortuna ſemper erunt ſimiles, & mediocritatem illã Virtutis ſemper ſeruantes. Et, ut numerus quaternarius continet in ſe omnem uim, & perfectionem numeri, Eodem modo Vir bonus, & felix complectitur Virtutis perfectiones omnes, quibus bene, & recte utitur in quacunq; fortuna. Eſt item felix, ut Quadrata Figura, & ut quadratum, quod lineis conſtat quatuor æqualibus, totidemq; rectis angulis. Neque enim uir bonus uarius eſt, nec mutari a' fortuna ualet. Sed æqualis ſemper eſt, ac rectus. Eſt etiam ut Cubus, quia in quacunq; fortuna inflexus perſeuerat, unde conſequens fit, ut a' Vituperatione ſeiungatur, nec omnino quid faciat indecorum. Sed generoſe, ac conſtanter ſe in quolibet Fortunæ afflatu habeat. Hic uero eſt Vir ille, quem Plato in Protagora diuinum uocat, & ſacratiſſimum. Cauendum inquit, primo eſt, nequid in Deum uerbo, aut opere aliquando peccemus. Deinde, nequid aduerſus diuinos Homines. Deus quippe nimium indignatur, quoties quiſpiam illius ſimilem improbat, aut probat diſſimilẽ. Dei uero ſimilis eſt Vir bonus, Neque uero lapides, ligna, aues ſacra exiſtimes, Hominem uero nequaquam, Immo ſacratiſſimum omnium eſt Vir bonus, prophaniſſimum contra Vir malus. Sentẽtia autẽ de Viro tetragono eſt apud Ariſtotelem moralium primo, Sed & Rhetoricorum tertio. Verum ex Simonide eam eſt mutuatus, Quod in eodem Protagora teſtatur Plato, Qui in Carmine quodam ad Scopam Creontis Theſſalici filium, Difficile eſſe ait, Virum uere bonum fieri manibus, pedibusq;, ac mente tetragonum, ideſt quadrangulum, abſq; uituperatione fabricatum. Meminit auctoritatis huius Damaſcius quoq;. Quoniam uero de felicitate pluribus nobis Sermo eſt, Quam a' Fortuna contribui, uulgo receptum fere' eſt, Sciendum, ex eo argumento, Principem omnium Bupalum Fortunæ Simulacrum feciſſe, Polum in Capite habens, & Manuum altera ſuſtinens Amaltheæ cornu. Sed & Pindarus poſt alia, Quę de Fortuna canere permiſit ſibi, etiam φερέπολον nuncupauit.

¶ Quadratum Corpus quod ſit. Quadrata compoſitio. Quadrati uerſus. Quadratum agmen. Quartarii. Caput XV.

q Via uero de Quadrato facta mentio eſt, adnotandum illud quoq;, Quadratum corpus apud Celſum medicinæ ſecũdo, uideri eſſe, quod ſit ſtaturæ mediæ. Corpus inquit habiliſſimum Quadratum eſt, neq; gracile, neque obeſum, nam Longa ſtatura, ut in Iuuẽtute decora eſt, Sic matura ſenectute conficitur. Gracile corpus infirmum, Obeſum hebes eſt. Columella de Canibus ſcribens, Probatur inquit, quadratus potius, quàm lõgus, aut breuis. Item de Gallinis. Sint Matrices robuſti corporis, quadratę, pectoroſæ, magnis capitibus. Ex qua ſimilitudine Quadratam quoq; compoſitionem inuenias apud Quint. Libro ſecundo, Quæ lenis inquit, & quadrata, Sed uirilis tamen compoſitio. Et in Oratore M. Tullius, Sic minime animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria, & mox paulo, Quin redigeret omnis fere' in quadrum, numerumq; ſententias. Quadratos itẽ uerſus a' claſſicis Auctoribus appellari obſeruauimus, nam Aulus Gellius noctium Atticarum Libro ſecundo, Aeſopi apologum ſcribit, a' Q. Ennio in ſatyris ſcite admodum, & uenuſte, uerſibus quadratis eſſe concinnatum, Quorum duo poſtremi ſunt, quos habere cordi, & memorię, operæpretium putat, Sunt autem hi.

Hoc erit tibi argumentum ſemper impromptu ſitum,
Nequid expectes amicos, quod tu per te agere poſſis.

Idem Libro quarto ex Ennio eodem uerſum hunc aduocat, quem numero quadrato compoſitum ſcribit, ex Libro, cui titulus erat Scipio.

Qui propter Annibalis copias conſederant.

Acron quoq; Oratianus Interpres Verſiculum quadratum dicit,

Scribere uerſiculos amore perculſum graui.

Quadratorum item uerſuum meminit libro tertio Diomedes. Sunt qui interpretentur Iambica quadrata, quæ octo Iambis conſtant. Quadratam poſtremo Structuram intelligunt, quæ continua, ſit nullis ſectionibus interpellata. Quartarii ſunt Feſto, Muliones mercenarii, qui quartam partẽ quæſtus aſſequebantur. Quadratum Agmen legimus apud Hiſtoricos frequenter, ac T.

Liuium imprimis. Cuius nam modi foret id, uarie exponitur, Interim illud Senecæ perplacet ex octauo Epistolarum. Sextium inquit, cum lego, Virum acrem, uerbis græcis, Romanis moribus philosophantem, mouet me imago ab illo posita, Ire quadrato agmine exercitum, ubi Hostis ab omni parte suspectus est, pugnæ paratum. Idem inquit, Sapiēs facere debet, Omnes uirtutes suas undiq; expandat, ut ubicunque infesti aliquid orietur, illic parata præsidia sint.

¶ Quadrantaria Clytemnestra apud Cæcilium quæ intelligenda. Cap. XVI.

a T illa Quadrātaria Clytemnestra libro Nono apud Fabium qualis nā, aut quæ est? Locus est ex professo obscurus, & atriore allegoria, siue Ænigmate obuolutus. Suspicor, a Cæcilio, ex cuius officina id manauit, impudicā eo nomine Clytemnestram significari. Hoc ut sentiam, adducor M. Tullii auctoritate, Qui in Oratione pro M. Cælio ita scribit. Nisi forte mulier potens Quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat Balneatori. In quo uidetur quidem Orator innuisse pretium persolui solitum ab ingrediētibus balneum. propter illud Oratianum.

Dum tu quadrante lauatum
Rex ibis,

Et Iuuenalis ad eandem sententiam.

Cædere Syluano porcum, Quadrante lauari.

Tamen rem turpem altius intuentibus insinuasse uelatis uerbis internoscitur, Siquidē Quadrantes fuisse Prostitutarum pretium, capturam ue, a Plut. commonemur in M. Tullii uita, sic prodente, Adolescentem quēdam in Clodii Sororis loculos pro argenteis numis quadrantes immisisse æreos, quo nomine delusa puella Quadrans est cognominata ex concubitus pretio.

¶ Cybelen uideri a Cubo nuncupatam. Cubus unde, & quid. Item quid Cybe, ac Cybelis, & Cybele. Matroa. Matragyrtes. Caput XVII.

c Vbum Cybeleio numini dicatum, scribit Martianus Capella, indeq; ἀπὸ τοῦ κύβου Deam ipsam appellationem duxisse. Cubum finiunt Græci, Qui in ambitu basin habeat, aut etiam calculum omnem tetragonum. i. quadrangulum. Apollodorus ἀπὸ τῆς κυφότητος inflecti uerbum putat. Quippe in caput saltare κυβίσαν dicunt. Nam Cyben siue Cuben Caput interpretantur. Cybelis uero etiam bipennis dicitur. Hinc & Aurium foramem Cybele. Ab inclinatione igitur Cubum nuncupant, quia facillime prouoluitur, ac uelut in caput salit. Cybelen uero esse matrem magnam, Sciūt omnes, unde Matroa, ideſt μητρῶα dicebantur illius sacra, & Matriazin est ea obire, inde & Matragyrtes. Pythagorā memoriæ proditur, eiusq; hæresin secutos, Cubicis rationibus præcepta uoluminibus esse cōplexos. Constituisseq; Cubum CCXVI uersuum, Eosq; non plures tribus in una conscriptione esse oportere, putauisse. Hanc autem similitudinem ex eo sumpsisse, Quod is numerus uersuum (uti cubus) in quencunq; sensum insederit, immotam efficiat ibi memoriæ stabilitatem. Græcorum quoq; Comici Poetæ interponentes choro canticum, diuiserunt spatia fabularum, ita partes cubica ratione facientes, ut intercapedinibus leuent Actorum pronuntiationes. Est uero in numeris Cubus, cum omne latus eiusdem numeri æqualiter in se soluitur, sicuti fit, cum ter terna ducuntur, atque itidem ipse numerus triplicatur. Cubum porro in Geometria principem inuenisse Archytam, in Rep. testatur Plato.

¶ Ex diuersis Cæli habitibus diuersos euadere hominum mores. Persarum ritus. Quintiliani locus emaculatus declaratur. Lucanus item illustrius enarratur. Perses quid sit. Persithea. Pasithea. Persus piscis. Persinus. περσὸς in Veteribus libris quid sit. Caput XVIII.

i Nter Platonis placita, quæ haud parum multa norunt, qui Vastissimum illi doctrinæ pelagus enauigare, fauentibus Diis, hominibusq; non expauere, Illud item obseruauimus, scienter admodum, ac uere dictum, Ex uariis Cæli locis, aspectibusue diuersas ingenerari morum κράσεις, siue contemperationes,

Quo argumento

Quo argumento in Græciæ tractu indipiscẽdis disciplinis uideri aptiores multo, quàm aliu bi homines. At qui in Phœnicem uergant, Ægyptum'ue, cumulandæ pecuniæ, idest, ut grę ce dicam, πρὸς ἀργυρισμὸν, mire credi sagaces, ingenio ad id præcipue facto. In furorem uero, Iram'q; procliues, ac lubricos, quotquot Barbarorum innutriti bellis cõperiuntur. In nuit hoc ipsum uel Comicus Aristophanes edocens, Immanendum esse τρόποις ἐπιχωρίοις, idest moribus locorum propriis, atq; uernaculis. Retegit & id iactatum apud Græcos, νόμος καὶ χώρα, quo fere' commonemur, instituta diuersa pro locorum uarietate esse, ueluti le gem. Quæ peregrinos haudquaquam deceat allidere. Mores quippe, Sicuti Plantas, ad re/ gionis habitum, qualitatem'ue habere responsum, liquere opinor. Proinde facturũ me ope ræpretium, arbitror, Si quæ historica mihi Lectio suggerit, cumulatius hinc inde flores præ cerpendo, Moreti cuiusdam imagine, lecturis hæc, qualiacunq;, exhibuero. Sed nec ab insti tuti operis consilio dissita pragmatia est, nequis forte nasutior Cœnotimon dentem impri/ mat, νοῦν coarguens τὸν ξένον, ceu peregrinetur mens, abeat'q; a' proposito longius. Quip/ pe nullis circunscribimur cancellis, excursus in quælibet liber est, nec angustiore pomœrio cludi nos patimur. Necessaria deniq; Oratoribus cognitio hæc, quod post alios docuit in Epidicticorum ratione Menander Rhetor. Vbi scrutandum præcipit in Laudum proliba/ tione, Cuiusmodi censeatur Gens uniuersa, an sit doctrina præcellẽs, ut Gręci. An legibus, & iustitia insignis, Vt Itali. An illustri fortitudine, quales fuisse Gallos, & Pæonas, comper tum est. Igitur, ut inde auspiscemur primum, Persas Strabo auctor est, de dubiis rebus uino iam hilariores consultare. Reges augustioris uice numinis uenerari. Verum nec statuas eri/ gere, non templa construere, non aras. Mos genti est, editissimis quibusq; conscensis mon tibus, Ioui hostias immolare, Vniuersum uero Cæli ambitum Iouem arbitrantur. Soli item rem diuinam obeunt, ac Lunæ. Sed Telluri quoq;, & Igni, & Aquæ, ac Ventis, quibus gu bernantur solis. Eisdem, inspectante quopiam, uomuisse, aut Vesicæ retrimẽta reddidisse, summum nefas. Perfrui uoluptatibus omnibus student uehemẽtius. Liberorum disciplina ternario perficitur numero, Vt Equos agitent perite, Sagittas doctius excutiant, Denique Vera loqui sciant, uelint'q;. Ante quinquennium, aut quadriennium, ut Straboni placet, nĩ fuerint alterubi interpellati codices, in Patris conspectum non admittitur filius, ut si in/ ter educationis munia, sicuti assolet, fuerit interceptus, minore doloris sensu cõuellatur Pa/ rens. Quæ fecisse, turpe sit, ea nec dixisse, honestum. Mendacio nil fœdius, Turpe cuiquam debere, Sed & in flumẽ urinam profudisse, aut spuisse, uel omnino manus abluisse, Fluuios siquidem colunt religiosissime. Natalitiam Cœnam quotannis apponit Rex. Dicitur persi co uocabulo Ticta. Græce uero τέλεια. Eidem quoque annis singulis ebrietas semel permis sa. Cum Mithræ diuina res peragitur, Saltat etiamnũ, Asiaticis aliis abstinentibus die eius/ modi. Verum, sicuti Equitare, ita & Saltare discunt Persæ, modulatam id genus motionẽ corporis robori conferre plurimum, arbitrati, Quod septimo historiarum scribit Duris. In/ dorum Regi largius se inuitasse, summum nefas. At Persici Regis luxum id itẽ parte plu/ rima retegit. Capiti siquidem imponebatur insigne, quod, ut prodit Dinon, ex Myrrha pa/ rabatur, & Labyzo. Est uero odorata Labyzus, & Myrrha longe pretiosior. Lectulus porrò Regius sic ferme' concinnabatur, ut Capiti incumberet Pentaclina habitatio, in qua perpe tuo seruarentur Auri talenta quinque millia. Dicebatur uero ædificium id βασιλικὸν προσκε φάλαιον, idest regium Puluinar. Rursum pedibus adiacebat Triclinon, in quo recõdita ha berentur argenti Talenta tria millia, Nuncupabatur Locus βασιλικὸν ὑποπόδιον, idest re/ gium Scabellum. In Cubiculo supra lectum aurea uitis stabat, gemmata, idest λιθοκόλλητος. racemis item propendẽtibus ex Lapillis pretiosissimis. Nec longe Crater aberat aureus, Sa mii Theodori opus. Aqua fuit in Persis item aurea cognomento, ex qua Rex modo pota/ ret, ac inter filios natu maximus, aliis protinus morte mulctatis. Vxores ducere, qua mplu/ res, receptus mos est. Verum & pellices alere non pauciores, atque id quærendorum libe/ rorum gratia, & Sobolis propagandæ, Quando & Reges quotannis præmia in eos confe/ runt, quibus maior filiorum numerus. Inter Persica indumẽta et Calasirin inuenio pulcher rimam omnium. Erant etiam, quæ Actææ nuncupabantur Vestes, ita contextę, ut miliaceĩ graniauream per totum præferrent imaginem. Cidaris uero eisdem fuit Capitis indumen/

tum. Quod Crobylum Athenienſes dicunt, Cordylen Cyprii, Quanquam nomine eodem Capitis item dicitur ex plaga tumor. Scribit Berdeſanes Syrus, Legem fuiſſe Perſis, qua Filias, Sorores, Matres quoque in connubii iura admittere, non duceretur impium, omino ſum'ue. Quod Strabonis item comprobant monumenta, Et Septimius Florens repetit. Ex qua hiſtoria illuſtratur, ſimul & emendatur Quint. locus libro tertio, Vbi ita fere ſcribitur, Etſi quod eſt exemplum deforme poſteritati traditum, quale libidinis, Vt Perſes in mulie re Samia inſtituere auſus dicitur primus. Legẽdum puto, in Matre ſua, uel in matre, & filia. Vel, ſi placet, Samia intelligatur proprium nomen. Perſes autem (Sed non hic, ut opinor) antiquiſſimus fuit Perſarum Rex, a' quo & cognominati Perſæ. Quem Medeæ filium Stephanus intelligit, quamuis Herodotus ſcribat Libro hiſtoriarum ſeptimo, a' Perſe Iouis & Andromedæ filio, Perſas dici, Cum Cephenes dicerentur prius a' Græcis, ab Accolis nero Artei. Porro' Magos quoque cenſuiſſe, Sotion libro XXIII. ſcribit, iuſtum uideri cum filia, & matre congreſſum, Ex quo etiam Catullus,

Naſcatur Magus ex Gelli, Matris'q; nefando
Concubitu, & diſcat perſicum auſpicium.

Nam Magus ex matre, & gnato gignatur oportet,
Si uera eſt Perſarum impia relligio.

Quod uero Lucanus hoc ipſum etiam Parthis attribuat, forte Plinianũ illud reſpexerit, ex Libro ſexto. Perſarum regna, quæ nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria, Perſicum, & Hyrcanum Caucaſiis attolluntur iugis utrinque per deuexa laterum. De ſinu uero Perſico alibi Plinius idem, Perſę Rubrum mare ſemper accoluere, ꝓpter quod is ſinus Perſicus uocatur. Ratio uero ex Strabone elici poſſe uidetur. Etſi adhuc inquit Perſæ regnant, proprium habentes Regem. Viribus tamen ſunt longe inferiores, & Parthorum Regi adhęreſcunt. Carmen Lucani ad id ſpectans, quia ad manum eſt, ſubiecì, ut uolentibus item præſto' ſit.

Parthorum Dominus quoties ſic ſanguine mixto
Naſcitur Arſacides, cui fas implere Parentem.

Nec ignoro Q. Curtium ſcribere libro ſeptimo, in Naura regione cum Parentibus ſtupro coire, moribus permiſſum. Illud mirum magis, a' Chryſippo proditũ ἐν τῷ τῶν προϛεπτικῶν, congreſſum cum Matre, Filia, Sorore parum prudẽter uitio uerti. Ad hæc nimirum reſpicit Ouidianum illud, Gentes tamen eſſe feruntur,

In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato creſcit amore.

Æmylius probus, & Plut. auctores ſunt, apud Athenienſes fas fuiſſe, Sororem in matrimonium capere. Verum, nequid omnino, quod mihi lectione compertum ſit, diſſimulem, Lego apud Græcos, Leſbios fuiſſe in uenereis fœdiſſimos, adeo ut ne capiti quidem parcerẽt, στόμαϲι μολυνόμενοι, ideſt ore inquinati, quod Theopompus ſignificat, Et meminit Stratis. Hanc Fœditatem illi excogitarunt, ac in muliere experti ſunt primum. Ad quod forte Fabii reſpicit Senſus. Sed & Leſbiam muſicam intelligimus corruptam, ſcurrilem'que, Quoniam Leſbius Phrynis in ea talem ſe præſtiterit. Nata inde Parœmia, μετὰ λέσβιον ᾠδήν. Adiiciamus poſtremo, quod obiter ingerit ſeſe, πέρσην dici interdum κυβδιστικὸν βόλον, ideſt Cuborum Iactum quendam. Perſitheam inuenio Venerem nuncupari. Paſitheam ſcribit Sudas, & eſſe tantummodo Deæ nomen tradit. Apud Plut. id compertum quoque. Sed & alibi opinor, commeminiſſe me. Perſus etiam piſcis eſt, in mari ſuccreſcens rubro. Perſinon Ephebum interpretantur. Illud Grammaticæ rei ſtudioſos moneo, Legi quandoq; in ueteribus Libris περσὲ, Id uero ad Perſas attinet nihil, Signat autem πρὸς σέ. nec aliud fere'.

¶ Non eſſe Legem, ueram, quæ ad optimum non perducat. Lex quid. Cur in numina referantur leges a' Veteribus. De Minoe, Dracone, Zaleuco. Legum nullam eſſe bonam ex Gnoſticorum ſententia. Legum laus, & Cur Platonis leges frigeant pleriſq;. Caput XIX.

Sed enim

Ed enim prius, quàm ad ulteriora pergamus, quæ haud parum multa ſu-
perſunt, quærat hic interfatus quiſpiam, Legem'ne arbitremur ueram, le-
gitimam'q;, adeo inauſpicata, improſpera, impia'q; uel prȩcipientem, aut
§ quod paulominus eſt, ferentem? Ego uero neutique. Vt qui ſciam, tra-
ditum a`me alias, Legem eſſe Pindari ſententia, Deorum, Hominum'q;
Reginam. Rurſum'que eſſe legis finem Iuſtitiam. Legem Principis o-
pus, Principem Dei uniuerſa exornantis ſpirantem imaginem. Quam-
obrem ubicunque Principum inſtitutiones, aut Ciuitatum ueræ non ſunt, hoc eſt ad
optimum ratione certa non dirigunt, Legis haudquaquam uideri nuncupatione, ſacro'ue
dignas titulo. Quinimmo decreta dici uerius, Edicta'ue, ac inſtituta. Siquidem lex uera, Lex
bona eſt, æterna item, & mutationis prorſum neſcia, immo & eadem ubique, Si modo ue-
ra. Nam quæ ingeniorum afflatu ſubinde locis, temporibus'q; interpolata diſtinguitur, &
Prothei modo formam euariat, neutiq; Lex dicenda eſt. Legem ex Platonis ſcientia ſic fer-
me`poſſumus finire. Lex eſt gubernandi ratio, formula'q; uera, finem ad optimum per cō-
moda media nos perducens, tranſgredienti pœnam, parenti prȩmium præfigens. Quæ qa
a`ſummo eſt bono, ac rurſum in idem refluit, Hinc Veteres legum Latores, earum inuētio
nes eſſe diuini muneris arbitrati, in diuerſorum Numinum uim referre adorti ſunt, Veluti
Zoroaſter Bactrianis, Perſis'q; leges tradens in Oromaſin. Triſmegiſtus Ægyptiis in Mer-
curium. Charondas Carthaginiēſibus in Saturnum. Draco, & Solon Athenienſibus in Mi
neruam. Maumeth Arabibus in Gabrielem. Zamolxis Scythis in Veſtam. Plato Magne-
ſiis, & Siculis in Iouem, & Apollinem. Minos Cretenſibus, ut uulgatior fama tenet, ac Par-
rhaſii monumentis traditur, in Iouem eundem. Euſebius tamen, A` Platone falſum eſſe id,
peruinci tradit. Sed uerum comprobat Politicorum ſecūdo Ariſtoteles, meminit & in mo-
ralibus. Sed & Euſebius mox paulo, Minos inquit, leges, ac fora conſtituit. Verū etiā primo
legum Plato ipſe non abnuere uidetur. De Dracone obiter ſcitu nō indignum, quod Rhe-
toricorum ſecundo Ariſtoteles ſcribit, Ex nominis ratione duci quandoq; argumentum,
ut in Draconem Nomotheten, Non eſſe hominis leges, Sed Draconis plane'. Et apud Eu-
ripidem Hecuba uirulētius illud in Venerem iactat, Recte prorſum dici Aphroditen, quod
ἀφροσύνης ἀρχὴ θεὰ, ideſt inſipientiæ princeps Dea ſit. Sed redeo ad leges. In ciuitati-
bus inquit Plut. alia ad honeſtatem pertinent, Quædam & ad neceſſitatem. Honeſtorum
uero omnium illud multo maximum eſt εὐνομία, ideſt legum bonitas. Neceſſariorum
autem εὐπορία, ideſt rerum affluentia. Lex, inquit M. Tullius, uinculum eſt ciuitatis, Li
bertatis fundamentum, fons æquitatis. Mens, Animus, Cōſilium, Sententia Ciuitatis poſi
ta eſt in legibus. Vt Corpora noſtra ſine mēte, Sic Ciuitas ſine lege ſuis partibus, & neruis
ac ſanguine, & membris uti non poteſt. Legum porro` miniſtri Magiſtratus. Legum in-
terpretes Iudices. Legum denique omnes iccirco ſerui ſumus, Vt liberi eſſe poſſimus. Pro
pterea Qui Locris leges conſtituit Zaleucus, cum ſanxiſſet, nequis armis obſeptus Senatū
ingrederetur, poſteaquam urente bello armatus, Senatum adiit, ſucclamauit quidā, legem
ſoluit Zaleucus. At is conuerſus non ſoluturum quidem, ſed corroboraturum pronuntia-
uit, mox'que cum gladio ipſum ſe tradens uitam abrupit, quæ tranſgredienti ſanciebatur
pœna. Legem eſſe omnium diuinarum, humanarum'q; rerum notitiam, ſtatuit Chryſip-
pus. At Demoſthenes, Lex inquit, eſt, Cui omnes homines decet obedire, præſertim quia
lex omnis eſt inuentio quædam, & donum Dei, ac Sapientum dogma. Ciuitatis compoſi-
tio. Differt autem a` Pſephiſmate Lex, Quoniam ψήφισμα ad tempus eſt, ſiue πρὸς καιρόν. Lex autem perpetua eſt, καὶ πρὸς ἅπαντα χρόνον. Poſtremo uelut Auctarium, adii-
ciamus & illud ex Seneca. Legem oportere eſſe breuem, quo facilius ab imperitis teneatur,
uelut emiſſa diuinitus uox. Iubeat, nō diſputet. Nil mihi uidet frigidius, nil ineptius, quàm
lex cum ꝓlegomenis. Hinc iactatum forte Platonicarum Legum frigus. Gnoſtici, uelut ex
Platonicis accepimus, Vt peruincerent, boni prorſum nihil eſſe in mundo, nullas aſtrue-
bant uel naturæ, uel hominum leges eſſe bonas, & quæ dicantur Virtutes, eſſe nihil.

¶ Ad Meridiem uergentes cur timidi. Ad Septentrionalia audaces. Italiæ ſitus laus ex-

quiſita. Diagramma quid. Diagraphe. Diagrapharius. Diagrapheus. Germanorum mores. Caput XX.

Ed enim, ut ad Hominum mores regrediamur, Iam illud opinor, apud bene ſentientes conſtat, Qui exuſtas a Sole mundi partes incolant, ita caloris exuberantia in extimis torreri, ut intima frigoris plurimum concipiant. Proinde inſigniter ad timiditatem degenerare, & effœminatiorem naturam. Quo nomine Seruituti fere mãcipati omnes animaduertuntur, Dilabitur enim intimus calor, meatibus corporum laxatis, & quodammodo hiantibus, Syderis propinqui intemperantia. Argumento eſt cutis nigricans, educti forinſecus inſiti caloris copia. At qui rigentia mundi, pruinis, gelu'q; torpentia terunt, nimio plus audacia præcellunt, Candentibus Corporum extimis, Vtrique tamen inhumani, feri'que. Cæleſtium rerum ſtudioſi aliquot, Saturno acceptam referunt meridionalium timiditatem, uitam'que æui contractioris, Sicuti Martis planetæ Septentrionalium ardorem belli cum, & Animi præſtantiam, Quando iis Sydera eiuſmodi influere, ac præſidere, exuperantius uideantur. Cæterum medianæ regiones hinc calore, hinc frigore contemperatæ, ad habitum'q; imprimis congruum reuocatæ, tum prudentiora promunt ingenia, & ſapientiora, Tum imperiis præcipue adnata, facta'que. Cuiuſmodi fere Italiæ ſitum uideri, Vitruuius opinatur. Sed & rerum probatur argumentis, Nanque temperatiſſimæ ad utranque partem, & Corporum membris, & Animorum uigoribus pro fortitudine ſunt in Italia gentes. Quippe, ueluti Iouis ſtella inter Martis feruentiſſimam, & Saturni frigidiſſimam media currens temperatur, Eadem ratione Inter ſeptentrionalem, meridianam'que ab utraque parte mixtionibus temperatas Italia, & inuictas habet laudes. Proinde conſiliis Barbarorum refringit uires, forti manu Meridianorum cogitationes, Etiamſi ex acuto feruore mente expeditius, celerius'q; moueãtur. Velut ad Arctum uerſi ex infuſi cæli craſſitudine, ac ob Aeris obſtantiam humore refrigeratæ ſtupidis pene noſcuntur mentibus. Quod ex Serpentibus Brumali ſydere torpẽtibus perſpicuum fit. Adnotatur & Interſtitium illud, in meridianis finibus ex altitudinis breuitate ad mundum Voces inaudiri prætenues, & acutiſſimas. Ad extremos ſeptentriones ſub Cæli altitudine grauiores, Spiritibus uocum humore oppletis. At quæ mediana incolũt Natiões, uti in diagrãmate muſico, medianæ uocis ſonum in ſermone præferunt. Eſt autem obiter Diagramma quandoque Geometria Quadrangulis, ſiue Titulis delineata. Sed & Libri item inſcriptio ſic nuncupatur. Sunt qui Diagramma Edictum interpretentur, aut decretum, διαγραφαὶ autem Compoſitiones dicuntur, & pacta. Intelligitur tamen id uerbum quandoq; καὶ ὧδὶ ζωγραφικοῦ πίνακος. Diagrapharium utiq; eum dicunt, Qui publica repetit, ideſt ὁ ἀπαιτῶν τὰ δημόσια. Eſt Diagramma etiamnum merces, quam ex preſcripto quis capiat, Sicuti præfinire ſolitos accepimus Aediles, Quantum Capturæ nomine acciperet Meretricum Quælibet. Sed & ingruente bello, cum ratione Cenſus Ciuium ſingulis præſcribebatur, qd ꝓferendum foret, Diagrãma nuncupabatur. Nã & Diagrapheus rei huic diſpiciẽdę prę poſitus eſt appellat⁹. Sed nimiꝫ a diuerticulo iam repetẽda fabula eſt, Ne in parerga nimis diu excurramus, etiamſi amplius renident interdum. Nos itaq; omiſſa generis cura, Specialim, quæ ſuperant, exequamur. Auctores ſunt, Germaniæ incolas eſſe immanes animis, atque corporibus, & ad inſitam feritatem uaſte utraque exercere. Prius quam pubertatem attingant, plurimum operimenta neſcire, corporum nuditate gaudentes. Diuturnam eſſe illis pueritiam. Virilitatem ingreſſos Saga denique admittere, aut arborum contegi libris, etiamſi obrigeſcant hyemali ſæuitia, uel paruis Rhenonum tegumentis, magna ſic quoque parte corporis nuda. Adeo'que Viribus attribuere multum, Vt ne Latrociniis quidem parcant, ceu maximo robori, maximum item ius præſto ſit. In tanta tamen ferritate, quod præcipue mirum eſt, eſſe Hoſpitibus benignos, necnon Supplicibus pacatos. Carnibus ueſci fere crudis. Deorum loco eos modo habuiſſe, quos cernerent, a quibus'q; beneficia ſentirent. Solem, Vulcanum, Lunam. Venationibus ſtudere plurimum, ac rei militari. Fœmineum congreſſum ante uiceſimum annum appetiſſe, parum

apud eos

apud eos decorum. Fœminis tamen illic auctoritas plurima. Memoriæ proditur, quaſdam, acies inclinatas iam, & labãtes a Fœminis reſtitutas conſtantia precum, & monſtrata comminus captiuitate. Ineſſe quinetiam ſanctum quiddam, ac prouidum arbitrantur, quo nomine conſilia nec abnuunt. Veledam legimus, Stationem imperii Veſpaſiano tenente, numinis loco habitam, Sed & olim Auriniam. Propterea in ſyluis Papinius. Captiuæq; preces Veledæ. Scribit Herodianus, Germanos cenſeri natandi peritia, ut qui tãtum in flumi/nibus lauentur. Eſſe uero imprimis pecuniæ auidos, nunquamque non auro pacem Romanis cauponari ſolitos. Appoſitiſſima uero, quę ad hoc ipſum pertinentia ſcribit Seneca. Si mul autem & Vitæ peraccommoda, Quid inqt, Germanis animoſius? Quid in curſu acrius? Quid armorum cupidius, quibus innaſcũtur, innutriũturq;, Quorum una illis cura eſt, alia negligentibus. Quid induratius ad omnem patientiam? Hos tamen Hiſpani, Galliq;, necnon Aſiæ, Syriæq; molles bello Viri, ante, quam legio uiſatur, cedunt, ob nullam rem aliam opportunos, quam ob iracundiam.

¶ Pannoniorum mores. Britannorum. Gallorũ. Martialis explicatur. De Braccis, & Anaxyride, ac Campeſtribus, & Rhemenſi tela. Caput XXI.

Annonios quidẽ feroces intelligi Papinius uoluit in Syluis.

Pannoniusq; ferox, arcuq; horrenda fugaci
Armenia,

Herodianus uero auctor eſt, eius regionis homines eſſe quidem corporibus præualidis, atq; proceris, & in pugnam, cædemq; paratiſſimis, Verum ingenio pingui, & hebeti, quam obrem haud facile ſentire, ſiquid agas, dicasue aſtute, ac ſubdole. Vbi uero apud Tibullum legimus, Teſtis quoque fallax Pannonius, rebellem intelligunt. Extant Auſonii Elogia ſcitiſſima in hanc concinnata gentem.

Armiferis alui, quos ego Pannoniis.
Et alibi,
Saluere Auguſtum iubeo, natumq; patremq;,

Imperiis grauidas qua ſeco Pánonias. Mira porro eſt Gẽtis ei⁹ in Victu Lautitia, mirũ & ingẽdiendo ingeniũ. Sũmi, infimi, medioxumi coquẽdi artẽ ſagaciter tenẽt. Vſurpat ab eis Adagium, Extra Pannoniam non eſt Vita, aut ſi ſit, non tamen eſſe ita. Pleroſq; eorum ad literarum ſtudia peracutos aduerti, cum Patauii Prouincialibus profiterer. Affectant præcipue ſtudia hæc noſtratia, audiendi porro auidiſſimi omnes, Studendi non ita. Veſtium in patria neglectus, In Italia non uſquequaq; incurioſi. Gentes porro non paucas animaduertimus conciliandæ formæ gratia, ſubinde herbarum ſuccis ritu perpetuo corpora ſua linere. Fœminarum id inter barbaros proprium. Apud Dacos, & Sarmatas etiam Mares corpora narrantur inſcribere. Plantagini ſimile Glaſtum in Gallia uocatur. Eo Britannorum coniuges, Nurusq; totum oblinentes corpus quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, Aethiopum colorem ſic imitatæ. Sed & Britanni omnes eodem inficiuntur Glaſto, quod, ut Cæſar inqt, Cæruleum exhibet colorem, ut ea ratione horridiores hoſti ſeſe ingerant in præliis. Vnde commonemur, ut doctius interpretandos monſtremus Val. Martialis uerſiculos, quam ſint Interpretes ſuſpicati. Leguntur uero hi Libro undecimo.

Claudia cæruleis cum ſit Rufina Britannus
Edita, Cur latiæ pectora plebis habet?

Germanos item Cæruleos dici ab Oratio nouimus, quod ad cæſios oculos referri poſſe, animaduerto. Nam qui ſub Septentrionibus agunt, tradente Vitruuio, immanibus ſunt Corporibus, Candido colore, directo Capillo, & rufo, cæſiis oculis, ſanguine multo, quoniam ab humoris plenitate, Cæliq; refrigerationibus ſunt conformati. Qui uero Ad axẽ accedũt meridianum, breuioribus uiſuntur Corporibus. Colore Fuſco, Capillis uibratis. Oculis nigricantibus. Cruribus inualidis. Sanguine exiguo. Britãnos præterea Capillo uſos ꝓmiſſiore, cætero corpe abraſo curioſius præter Labrũ ſuperius, frequẽs ꝓdit hiſtoria. Britãnos, ut hoſpitibus feros, inceſſit Oratius. Vxores habuiſſe, tradit, denos, duodenosq; inter ſe cões, ꝑcipueq; cũ fratrib⁹ Fratres, ac cũ liberis Parẽtes. Nati inde iis aſcribebant, a qb⁹ Virgo ad ducta primũ. Leporẽ, Gallinã, Anſerẽ admiſiſſe in mẽſam, maximũ nefas. Alere tñ iſta nõ

abnuebant, Sed animi tantum gratia. Delectum, ac tributa, iniuncta'q; imperii munia obiſ/ ſe haud grauate, modo abeſſet iniuria. Hanc enim ægre patiuntur. Audaciam temere pro/ ruentem, & cum Salutis, ac uitæ neglectu Celticam nuncupat Ariſtoteles, nam, ut Strabo inquit, præter uim, & audaciam nullum ad prælia adiumentum habent. Gallos ſcribit Ci/ cero, Iuriſiurandi, ac Deorum religione nulla commoueri. Nam cæteri inquit, pro religio/ nibus ſuis bella ſuſcipiunt, Galli cõtra omnium religiones. Quinimmo & cum Diis immor talibus bella geſſere, quando & celebre in terris, ut tum res erãt, impetu hoſtili Delphicum oraculum inuadere ſunt auſi. Siquando uero metu perciti propiciandos Deos arbitrantur, humanis hoſtiis templa fœdant. Auctor tamẽ Strabo eſt, Gallos eſſe ſimplices, ac nulla mo rum malignitate. Propterea Martialis,

Et tumidus Galla credulitate fruar.

Q ꝯ ad Stoliditatẽ referũt Alii. Et Cęſar Gallogræcos ſilia, ut ſubita inceſſit, ac repẽtina. Sed & Gallos omnes admodũ deditos religionibus tradit. Verũ q affecti morbis ſint grauioribꝰ, aut periculis infeſtentur, aut pro uictimis homines immolare, aut ſe immolaturos uouere, quod niſi pro uita hominis Vita hominis itẽ reddat', non poſſe Deorum immortalium nu/ men placari, arbitrentur. Fuiſſe quoq; Qui ſtaturoſa haberẽt Simulacra, quorum contexta uiminibus membra Spirantibus complerent hominibus, quibus ſubiecto igni, crudeliter in cluſi exanimarentur. Hominem præterea diuinationi deſtinatum in tergo feriẽtes, ex ipſo impatientiæ, afflictandi'q; modo uaticinia concipiebant, quoſdam etiam ſagittis confige/ bant, patibulo etiamnum in ſacris ædibus ſuffixos. Gallorum & illud proprium, a' Dite pa/ tre ſe prognatos arbitrari, quo argumento temporum ſpatia metientes non dies, ut cæteri, Sed noctes mittunt in digytos. Apud Sotianos Gallorum gentẽ mos uetus irroborauit quã doq;, Vti ſexcentos circa ſe Rex habeat ex Prudẽtioribus, quos dicant ipſi uerbo patrio Si lodunos, Id Græce ualet σύχωλιμαίους. Regi conuiuunt hi, ac commoriũtur, ipſis ita cooptã/ tibus, proinde ueſtitu utuntur eodem, ac uictu, Sed & poteſtate. Commoriuntur autem, quicunq; Regem interceperit Caſus, adeo'q; id obeunt uolentes, ut qui timidius ſubterfuge rit, necdum ſit inuentus. Gallorum porro' eſt, ueſtes ferre intonſas, bibliotheces ſexto Dio/ doro tradente, uarii'q; coloris Braccarum nomine, de quibus notiſſimũ eſt illud Taciti Cor nelii, Cecina' uerſicolori ſagulo, Braccas barbarum tegmẽ indutus, Togatos alloquebatur. Apud Ouidium Ponticos populos braccis aduerſus frigoris iniuriam uti ſolitos, legimus,

Pellibus, & laxis arcent mala frigora braccis.

Scribit Mela Pomponius, Sarmatas braccatos totum corpus, & niſi, qua uidentur, etiã ora contegere. Apud Hieronymum, & Ambroſium pro femoralibus, ſicuti uulgo dici comperi es, quæ alioqui tum Succintoria, Tum Campeſtria, ut apud Oratium, nuncupantur.

Penula ſolſtitio, Campeſtre niualibus auris.

Meminit Vulcatius Gallicanus in Caſſii uita. Et M. Cato quandoq; Cãpeſtri ſub toga cin/ ctus proceſſiſſe, ab Aſconio traditur. Aurelius Auguſtinus Ciuitatis diuinæ Libro quarto/ decimo, Campeſtria inquit, Latinum uerbum eſt, Sed ex eo dictum, quod Iuuenes, qui nu di exercebantur in Campo, pudenda operiebant, unde qui ita ſuccincti ſunt, Cãpeſtratos uulgus appellat. Anaxyris, inquit Euſtathius, ſignat, quod Romani Bracion dicunt. ἐκ τῆ ἀναζυρίσθαι, demutata σ, litera in ξ. quod uſuuenire quandoq; probant Gram/ matici. Alibi Euſtathius idem, ideſt Iliados ſecundo, non Bracion, Sed Bracam ſcribit. Di gnum relatu in Gallorum mentione illud quoq;, eſſe inter Gallos, qui dicãtur Rhemi, a' q/ bus propagatum Telæ genus tenuitate præſtantiſſimum, quod ab illis modo, luxata parũ dictione, decurtata' ue, Rhemenſe dicatur paſſim; quãquã et in laudis participatum textrino eo reliqua item admiſſa Gallia.

¶ Cur Hiſpaniæ ſubterranea incolere dicatur Plutos. Cur'q; in ea Campos finxerit Ely ſios Hom. Hiſpanorum mores. Caput XXII.

h Iſpaniæ uero felicitatem inſigniter admiratum Poſidoniũ Oratoria quadam eloquẽtiæ ui ſeſe lati⁹ expãdẽtẽ, tradidiſſe ferũt, Hiſpanię ſubterranea nõ ſternũ, Sed Pluton ipſum. i. Opulẽtiæ Deũ inhabitare, Tãta ẽ in eo terrarũ tractu metal lorum fœcunditas.

lorum fœcunditas. Immo uero & literarum parens Homerus opum eius prouincię gnarus imprimis, nec Virtutum aliarum neſcius, In ea Elyſium effinxit Campum, & piis dicatã ſedem, ad quam uaticinans Proteus Menelaum cecinit emigraturum. Hiſpanos autem ipſos eſſe ingenio inquieto, auidoq; in nouas res. Propterea ab Hiſtoricis relatum ſcio, Hiſpaniã omni alia terrarum parte eſſe reparando bello aptiorem, partim quidem locorum, partim uero hominum ingeniis, Quamobrem prouinciarum utiq; prima inita Romanis, quę Continentis ſint, poſtrema omnium ductu, auſpicioq; Aug. Cæſaris demum perdomita eſt. Hiſpanum porro fuit punctim magis, quàm cæſim hoſtem adoriri, proindeq; gladiis uti breuitate habilibus, mucronatisq;. Sicuti uero Gallis ſupra umbilicũ nudis depugnare moris erat, Ita Hiſpani linteis, prætextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, in bella pergere conſueuerant. Atq; hæc quidem uniuerſim de Hiſpanis. Iberorum uero iacula multis hamis ferreis fuiſſe inſerta, ex hiſtoria nouimus. Ferini uero prorſum, ac deprauati harum gentium mores fuere, quando non abnuebant, ex Lotio, quod intra cloacas aſſeruatum diutius fuiſſet, lauacra comparare. Retrimentis denique contuſis dentifricia ſibi, atque coniugibus quærẽtes. Id quod in more Cãtabris fuiſſe, iisq;, qui in collimitio ſint, compertum eſt. Humi cubitare, non Iberis modo inſitum, Sed & Gallis. Verũ Micrologia Iberorum propria eſt, ut Phylarchus ſcribit, res nanq; minimas plurimi faciũt, & auaritiæ ſtudio ſemel tantũ die cibum capiunt, quam rem μονοσιΐαν Græci uocant. Sunt & Hydropotæ, & in tam auido ingenio ueſtibus tamẽ amiciunt uel pretioſiſſimis. Taceo quod M. Tullius Aphros, Hiſpanos, Gallos ut immanes deformat, ac Barbaras nationes. Sed hoc generis eſt. Calleos omnino eſſe ἀθέους, hoc eſt ſine Deo, prodit. Celtiberis ignoto Deo, Collimitaneisq; in Aquilonem uergentibus, rem diuinam, Luna uiſitationem plenam faciente, obeuntibus noctu ante fores, cum peruigilio, & tripudiis. Auctor Artemidorus eſt, Mulieribus monilia ferrea geſtare conſuetum, Eq; quibus in Verticem ſurrectos Coruos itidem ferreos decumbere in frontem longius, ut propendens inde uelum Vmbellæ uicem præſtet defendendo Soli. Mundus hic ſumme illis pretioſus. Apicem aliæ, pedali menſu protollunt, Comamq; apte circunnectunt, Galericulo atri coloris ſuperiecto. Cum gererẽtur in Cãtabria res, filios, ne fierent hoſtilis præda, & ludibrium, Matres contrucidarunt. Quin & Puer, cum Parentes compediti aſſeruarentur cum Germanis, confodit omnes. Promiſcua uero hæc Gallis, Thracibus, ac Scythis. Mulieribus & illud proprium, opere ruſtico ſumptum ſuum exercere. Puerperæ Viris, ipſarum uice decumbentibus adminiſtrant. Infantem editum in flumínis abluũt ripis. Prodit memoriæ, in Liguria quoq; exactis mẽſibus, quãdã mercede fodiẽtem doloribus incumbentis partus conuelli cœpiſſe, cumq; urgeretur acrius, paululũ ſe ſubduxiſſe, atq; enixam mox laborem repetiſſe, ne Captura periret, pro re nata puerulo pannis obuoluto, quem inueniſſe crederes, non peperiſſe. Quod ne fabuloſum quis putet, Auctor M. Varro eſt, In Illyrico ſæpius id ipſum uſuuenire. Sed & inibi Virgines paſſiua Venere uti, ac quibus cum libuerit cõgredi, & eq; quibus uelint, ſibi Liberos quærere. Barbaricę Amentiæ, agreſtisq;, ac truculentæ immanitatis euidẽs hinc argumentum, Cantabros quippe ferunt Iuris hoſtium factos, ac Patibulo affixos, in tanta ſupplicii diritate nihilominus perinde ac geſtientes, pæana concinere. Eiuſdem quoque gentis illud eſt, Viros Vxoribus dotem numerare, filiasq; ex aſſe inſtituere hęredes. Luſitanorum ingenia inſidiis apta traduntur, ac uerſatilia. Inſpectis humanis extis futura coniectant, Dextras Captiuorum præcidas numinibus obtuliſſe, pium illis præcipue. Hydropotæ imprimis. i. Aquæ potores, Quĩ montana incolant, Frõte mitris culta pugnam ineunt, Hircus in epulis gratus maxime. Baſtetanis permutatio in more eſt numorum loco. Ægyptiorum item ritu, Ægrotos producũt, Vtq; prætereuntibus, quos eiuſmodi quippiam infeſtarit, aliquid ſalutaris opis afferatur. Degere hiſce moribus Callecos ferunt, Aſtures, Cantabros, uniuerſim denique ad Pyrenea iuga.

¶ Myſorum mores, item Thracum, Qui dicantur Abii, & Aliorum quoq; populorum ratio. De Getis nonnulla. Item q; de Oprheo non indigna ſcitu, & Tereo. Caput XXIII.

Yſos legimus Deorum cultui adeo mancipatos, ut eſitandis Animãtibus exi/
mie abſtineant, quo nomine etiam ab eis pecora declinari omnia. Viuẽdi ra
m tio illis in melle, Lacte, Caſeo. Ex diuinorum autem cura, & pacato genere ui
tæ Deicolas uocant, & Capnobatas, ideſt fumi conſcenſores. Obiter illud iu
cundum ſcitu, perraro in Myſia reperiri Aſinos, qbus recta ſint Ilia, inde na/
to Adagio, ὀσφὺν κατηγὼς, ἤγουν κατεαγὼς, ideſt Ile fractum habens. Sunt & in Thracia,
qui omnino a' muliebri congreſſu abſtineant. Propterea Ctiſtas nuncupari, ueluti Creato/
res. Sicuti interpretantur quidam. At Euſtathius, ubi Homerus Athenas uocat δυκτιμένας,
exponens inquit, uel bene conditas, uel quæ bonos haberent Poliſtas, ideſt ꝓditores. Quos
Ctitas uocat Tragœdia, extrita. s. litera. Sanctos item cenſeri, ac omnifariæ compotes liber
tatis. Ex Vitæ autem modo dici ab Homero Abios, ceu a' uita ſequeſtrati poſſint uideri, cũ
mulieres neſciant. Qui hominum ſtatus ſit quodammodo diminutus, ac ſemiplenus. Sed
ab Antiphonte Abii dicuntur, qui multum poſſident uictus, uelut Homerus Axylon regio/
nem dicit Polyxylon. Poſſunt etiam Abii appellari diu uiuentes, Item qui legibus utuntur,
& Politia, aut qui arcubus non utãtur. Trauſorum in Thracia Gens natos Liberos ſe ſe affli
ctans deflet, quod magnis in uita malis occurſuri in lucem emandentur, Perfunctos huma/
nis per ſummam hilaritatem ueteri more contumulat. Alicubi ſingulis Vxores adſunt plu/
res, uiſendo inter eas certamine, Si Viro contingat hominem exuere, quam is dilexerit plu
timum. Victoriæ præmium mors, & commune conditorium, reliquis miſeriam inſigniter
deflentibus. Virgines non aſſeruare, ſed promiſcue, ut collibuerit, cum Viris cõgredi, Thra
cum moris eſt. Vxorum cura uel prꝯipua, quas a' Parentibus magna ui æris ſibi ꝓſciſcunt.
Otio perfrui præclarum, Agricolatione contemptiſſima prorſum. Rapto ſibi uictum conci
liaſſe, honeſtiſſimum. Thracas eſſe in Venerem præcipue procliues, illis uerſibus teſtatur
Ouidius, de Tereo metamorph. VI agens, & Philomela.

Digna quidem facies, Sed & hunc innata libido
Extimulat, pronumq; genus regionibus illis
In Venerem, Et flagrat uitio, gentiſq; ſuoq;.

Orpheum Thraca, prodit' memoriæ, Teletas Deorum excogitaſſe primum, Item'q; Scele/
rum expiationes, Morborum medelas. Præterea'q;, Irꝯ diuinæ aueruncationes. A' mulieri/
bus concerptum ferunt, Quod illarum Viros abduceret, Cum ſibi Vino audaciam quæſiſ/
ſent, Vnde inſtitutum etiam Viris, ut in reliquum uinolenti in aciem prodirent. Sunt qui de
Cælo ictum memorent. Quod myſteriorum aperiret arcana iis, Qui prius minime in eius
rei ueniſſent participatum. Non deſunt, Qui defuncta Vxore in Theſprotidis Aornon au/
tument ueniſſe, Vbi olim fuerit νεκυομαντεῖον. Cum uero Eurydices animam euocaſſe ad
credidiſſet, & cõſequi, animaduerſo errore, ipſum ſibi manum admouiſſe, cum doloris uim
percoquere nequiret. Memorant Thraces ad Orphei Conditorium Luſcinias ſuauius con/
cinere, ac grandius. At Qui Pieriam tenent Macedones, ac Ciuitatem Dion, a' Mulieribus
peremptum arbitrantur. Certe ex Dio Montem petenti Columna occurrit, Cuius ἐπίθημα
ſit Lapidea Hydria, Qua Orphei oſſa contineantur, Vti ferunt Indigenæ, Tralata ad ſe a'
Libethra, ciuitate in Olympo, Quam euerterat funditus Torrens nomine Sys. Edito prius
Dionyſii ex Thracia oracluo, fore, ut peſſimo interirent exitio Libethrii ὑπὸ συὸς, cum
Orphei oſſa inſpexiſſet Sol. Quod euenit, Hominum affluxu Columna euerſa, ad Paſtorẽ
in ſomno ſuauiter canentem audiendum properantium. In Thracia regnaſſe Tereum, uul
gatior fama tenet. Magarenſes putant circa Megaridis nuncupatos fontes. Arbitror, Pauſa
nias inquit, & ſuppetit coniectura multiplex, Daulidi ſuper Cheroneam imperaſſe, pleraq;
enim Helladis olim occuparunt Barbari. Perpetrato autem in Philomelam ſcelere, ac Ityn,
ſibi manum conſciuit Tereus. Conſtructum uero illi ſepulchrum, & Sacra iſtituta anniuer/
ſaria, In quibus ordei loco calculis utantur. Atq; inibi comparuiſſe primum Epopa Auem,
ferunt. Nam & mulieres in auiculas deformatas, fabulantur, Quoniam Hirundo, & Luſci
nia lugubre quiddam concinant, & querulum. Getas carnibus non ueſci, conſtans opi/
nio eſt, & tradit Poſidonius. Ex Pythagoræ uero decretis inſtituti origo eſt. Quan/
do Zamolxin Getam Pythagoræ ſeruiſſe, & ab eo Scientia cæleſtium rerum amplius im/

butum, certior

butum, certior fama tenet, remeantem q; mox in patriam Regni participem factum, atque ex præſagiorum claritate Deum quoque creditum. Illud hac in parte obiter non reticuerim, Myſiam quandoq; legi Cererem, Sicuti eius templum prope Pallenen Myſeum. Sed hæc ad regionem pertinent nihil, Quando a Myſo quodam ſic dici Deam, comperio, Qui fuerit Argiuus Patria, Qui que Cererem exceperit domo. Celebrabatur ſeptem diebus feſtum, Sed tertia excedebant templo Viri omnes, Remanebãt Mulieres, pulſis etiam Canibus maſculis. Sequenti die redibant Mares cum multis iocis, ac Scommatibus.

¶ Scytharum inſtituta. Vnde dicantur Scythę, Anacharſidis inuenta. De Scythicis calciamentis, & Perſicis. Dauorum ſeruile nomen unde propagatum. Daulus quid, Daulis unde. Caput XXIIII.

Cytharum pleriſq; cõmunia eſſe omnia, præter Enſem, & Cyathum, a multis proditum ſcimus. Inter promiſcua uero, tanquam ex præſcripto Platonis, eſſe item Vxores, Liberos q;. Æſchylus etiam Æquitatis Seruatores dixit Scythas. Multi & ſimpliciſſimos arbitrantur, minus q; in malum procliues. Gentis eius integritatem Anacharſis, & Abaris abunde uident comprobare, Sed & pleriq; alii generis eiuſdem. Anacharſidis ſapientiã ex inuentis ab eo facile indicari, Multi aſtruunt, quando ſolles excogitarit primus. Anchoram bidentem, & figuli Rotam, quod tamen ultimo poſitum loco eſt, minus recte dictum uidetur, quoniam figularem orbem antiquior illo etiam Homerus nouit. Nec ignoro tamen, Apuleio in Magia Scythas dici ſocordiſſimos. Eos omnium principes Communibus uſos legibus, Clearchus ſcribit. Mox nõ in feſti modo, iniurii q; in Mortales omnes euaſere, Verum & in miras dilapſi delitias ſunt ex omnium affluentia. Illuc uero immanitatis prouecti, Vt cunctis, ad quos accederent, nares præciderent. Ab hiſce porro Apoſcythiſmum dicimus Cutis in Capite cum Capillis abſciſſionem, ludibrii cauſa, quod illis quandoq; calamitatum magnitudine contigiſſe, animaduertimus. Scytharum proprium, Lactis gratia, Seruos occęcare, Scythas eſſe iracundos, nominis argumento comprobari poteſt, quando non aliunde gentis appellatio profluxiſſe creditur, quàm ἀπὸ τῆ σκύζεσθαι, quod iraſci ſignat, quãquam nõ latet, ab Herculis filio Scytha, nũcupatos, tradi a Pleriſq;, abs quo, Herodoto auctore, Scytharum propagati Reges. Scythicas uero apud Alcæum, Calciamenti genus inuenimus. σκυθικὰς ὑποδυσάμενοι, meminit & Stephanus. Sicuti Laconicas albas apud Athenæum, & Perſicas in Ariſtophane legimus quandoq;. Sed mulieribus tantum congru re, intrepretãtur. Et Amyclaidas apud Euſtathium, in Amyclarum inuentas urbe, & ab Alcibiade Alcibiadas. Sunt inter Scythas prope Hyrcaniam, quos uocant Daas, A quibus pleriq; Dauorum ſeruile Athenienſibus nomen corriuatum, fabulantur. Id Straboni probabile non fit, ob inſignem Locorum intercapedinem, qua Græcis nullum cum illis gentibus fuiſſe commercium, coniectat. Proinde cum ex Locis, unde uectarentur, Mancipia nomenclaturam ducerẽt, ut Lydi, Syri, Getæ, propius uero eſſe, a Dacis nuncupari, quando & hos quoq; olim Dauos uocitari ſolitos arbitratur. Sunt uero hi ex aduerſo Germanię, ad Iſtri fontes. Nam Daulus omnino aliud eſt, ſignificat enim denſum, quod Pauſanias interpretatur. unde Daulidi nomen impoſitum, coniectat Euſtathius, quod denſa arboribus forent circũiecta loca. Idẽ tñ Libro decimo Pauſanias, a Nympha Daulide nũcupari Ciuitatẽ mauult. Sunt q a Tyranno Daulieo. δαῦλος ὑπήνη, eſt apud Æſchylũ. i. denſior barba. Daulũ ẽt dicunt ſemuſtũ lignum. Erat itẽ apud Argos feſtum Daulis, in quo fuit imitatio pugnę Prœti in Acriſiũ. Getas autem ſunt qui ad põtum conſtituant in Solis exortũ reclinatos. Daas aũt, et Daſas appellatos ĩuenio. Getarũ inquit Stephanus, Lex eſt, manib⁹ defuncti uiri Vxores mactare. Scythis porro, et Sarmatis peculiare, Equos eunuchos facere, qm̃ ſic euadant mitiores, habent aũt non magnos admodũ, At acres præcipue, pernices q;, nũquam q; non rebelles. Nulla populis colli mitia, nullæ domus, pabulo, & pecori, non aruo ſtudent, in plauſtris agũt fere, unde & Hamaxobiorũ prorepſit appellatio. Tympana curribus imbri, & hyemi defendendæ appingũtur ex Corio, Iuſtitiam colunt non legibus, Sed inſita Ingenii promptitudine. Furti crimen apud eos longe grauiſſimũ, Vt quibus immunita ſint oĩa, & facile uolẽtibus expoſita.

Auri, & argenti odium ad cæterarum gentium amoris æquilibrium. Amictus illis ex ferarũ pellibus, aut murium, Alias Veſtium uſus ignotus. Hinc illis alieno facile parcẽtibus conſumata, excuſſa'q; morum ſanctitas. Haud dubie intelligas, Ibi expeti diuitias, ubi earũ Vſus præponderet. Et, quod non deſinas admirari, Apud illos amplius naturę inſita uis pollet, proficit'q;, q̃ apud alios examinata Sapientiæ documenta. Illud etiamnum admirabilius, Vnum modo Scythicum genus a' condito æuo exterarum Gentium iuga neſciſſe. Roma/na'q; illos arma, quibus omnia concutiebantur, audiſſe potius, q̃ ſenſiſſe. Darium temere aſſultantem, fœdiſſime reiecerunt. Cyrum uel cum manipulis, quod dicitur, deleuerunt. Alexandri ducem Sopyrionа ita proſtrauere, ut ne Pyrphorus quidem reliquus fieret. Quippe Corporis robur illis excellens, Sed animi magnitudo excellẽtior, nil ſibi ex bello prẽter gloriam quærentis.

¶ Athenienſium mores, ac inuenta præclara, & cur iidem Autochthones dicti. Cur Cecrops duplicis naturæ, Romanorum grauitas. Caput XXV.

S Ed ad mundi portionem literarum claritate, ac Sapientiæ fama perilluſtrem, a' qua in cæteras gentes quaſi corriuata traditur humanitas, ſi ſtilum retraxero, multa ſeſe mihi agminatim ingeret rerum nobilitas, quæ ſe carptim explicari, & Canis Ægyptii imagine quadam, uti eſt apud Ælianum, uelut fugiendo, non facile patiatur. Verum iſta exequi ad plenum, non eſt noſtri inſtituti, Vt quibus ꝓpoſitũ, Non paſſim noſa dantes Sacramento rogare, Sed delectũ agere ita, ut cultę ſint, ac uiribus præſignes Copię potius, q̃ numeroſa multitudine graues. Propterea Ionicam ſilentio inuoluemus molliciem, Et Choreis, deliciis'q; macipatos Animos. Necnon Bœotiam ruditatem, ac Thebanam Suem. Athenas conſpicor, fulgurantis eloquẽtię cuiuſdam, & Sapientiæ exquiſitioris auguſtius ſacrarium. Quo nomine Abblãdientes Demagogi Reliqua dixere, Græcis cõmunia omnibus, At quę in Cælum prouehat homines, uiam ſolos ſcire Athenienſes. Redditum illis quãdoq; oraculum legimus, Tãto cæteris eos fore excellentiores, Quãtum aues alias præcellãt in nubibus Aquila. Eius Ciuitatis in excolenda uita eximiam curam Inuenta præclara apertiũs commoſtrãt. Illi ſiquidem acceptum referunt Auctores celeberrimi Lanificium, Oleum, Vini uſum, Arandi, ſerendi'q; frumenta glande ueſcentibus præmonſtratã rationẽ. Vndè & Autochthonas eſſe cognominatos, ſcribit in theologumenis Apollodorus, quoniam terram primi colere adorti ſint, Meminit Demoſthenes in oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, μόνοι γὰρ τῶν πάντων αὐτόχθονες ὑμεῖς. Quin et illius Regem Cecropem nõ alia magis cauſa naturę duplicis fabuloſa narrauit Antiquitas, quàm ex Cõnubii ratione excogitata, Sicuti multis placet. Pueros ab initio ſtatim ita erudiebant, ut nandi uſum δι' τὰς ναυμαχίας. i. ꝓp naualia bella, & literas cõdiſcerent. In pleriſq; tamen a' linea deerraſſe tam nobilis Ciuitas agnoſcitur. Nam munerum, & lucri inexplebilis ardor ita inceſſitur, ut iactatum uulgo ſit, Atticum uel morientem manum porrigere. Ariſtophanes in nebulis Athenienſium impudẽtiam infamat item, cum ait, in facie comparet ἀττικὸν βλέπος, ideſt Atticus aſpectus. Dicuntur quandoq; κολάκων κόλακες. i. Adulatorum Adulatores. Celebratur & a' Comico eodem Athenienſium Dyſbulia, ideſt δυσβουλία, quod eſt Conſultatio mala, proinde etiam Eupolis, ὦ πόλις πόλις, ὡς εὐτυχεῖς μᾶλλον, ἢ κακῶς φρονεῖς, Quibus innuit, eſſe quidem, Athenienſes felices, uerum non ſapere multum, uel diſpicere. Factum id Neptuni indignatione fabulantur, At regeſſiſſe Minerua, Vt male conſulta nihilominus feliciter caderent. Proditum tamen clariſſimis Auctoribus, ſcio, Athenienſes publicis conſiliis diuinos quoſdam Sacerdotes, quos Mantes uocãt, adhibuiſſe. Nam & Lacedæmonii Regibus ſuis Augures Aſſeſſores dabant, quin & Senibus, Sic enim Cõſilium nuncupant publicum, Augur intererat. Athenienſes porro' Plutarchus ſcribit, tum ad iram, tum ad miſericordiam fuiſſe lubricos, ac ſuſpiciones arripere celeriter, quàm edoceri per quietem, maluiſſe. Solitos item laudantibus arridere, cauillantibus haud ſane' moleſtos, ad opem quoq; humillimo cuiq; ferendã promptiores. Auctor in Oratione pro P. Seſtio M. Tullius, Athenienſes longe a' Romanorum grauitate fuiſſe diſiunctos, Quoniã in Vrbe Romana orta grauitas, & magnitudo animi uideretur. Quidam uero ex Græcis præcipue, Athenas dixerunt Græciæ muſeum, ideſt μουσεῖον, Pindarus etiã

culmen firma

culmen, firmamentum'q; hoc eſt ἔρισμα. Thucydides uero ἑλλάδος ἑλλάδα, ideſt Græciæ Græciam. At Pythius Veſtam Græcorum, & Prytaneum. Qua loquendi hyperbole templum Conſtantinopolitanum excellentiæ incomparabilis κόσμα κόσμον appellare ſibi permiſit, quæ res mundi mundum indicat. Ex Acropoli, & Propylæis, inquit Pauſanias, ἡ θάλαττα δῆλος σύνοπτος, ideſt mare conſpicuum eſt. Ac inde Ægeus ſe in præceps dedit, cum redeuntis Theſei uela eſſet intuitus nigra. Mox uero Ægei ſubſtructum Heroum ab Athenienſibus eſt. Illud obiter adiecerim, ne pereat, alioqui nil offecturum, quod Ælius ſcribit Dionyſius, Ab Athenienſibus ditiſſimos nuncupari Heniochos, ideſt Aurigas, ἀρμαξιόχους, ideſt curules equos alentes, quem ordinem fuiſſe Axiologon dicit, ideſt Auctoritatis plurimæ. Fuere tñ in Attica Aexones dicacitate inſignes adeo, maledica'q; uirulentia, Vt αἰξωνάζεσθαι figuratum inde uerbum ſit, quo ſignetur potiſſimum intoleranda mordacitas. Sicuti agreſtis item nota Sphettiis inhæſit in Attica eadem, unde infamatur Sphettius Chærephon. Verum Vrbis Romanæ nulla maior laus, quàm quæ à nobili Græcorum nata Auctore eſt, Qui Orbis Epitomen dixit eſſe Romam. Nam cæteris hominibus romana præſtitiſſe ingenia, M. T. ſcribit.

¶ Cretenſium mores, nonnulla de Spartanis. Item de Aegina. Lero. Ceo. Caput XXVI.

Ranſmittendum uero paulum in Cretam Inſulam, Eam prodit Ariſtoteles, uideri natam, & factam, Vt Græciæ totius principatu perfrui queat. Mari ſiquidem adiacent ferè Græci omnes. Hęc autem in alto ſita, cunctis quodãmodo incumbit, quando hinc ſeſe ingerit Peloponneſus, Illinc oſtẽtat Aſia. Quamobrem Legum Latori inter prima illud fuit, ut nil præſtabilius aſtrueret, quàm ſi ad Libertatis rationem conſtituatur Ciuitas. Cretenſis Reip. claritatem Spartanæ Ciuitatis inſtituta retegunt, illam plurimum imitata. Agricolationi Spartæ deſeruiũt, Quos uocant Elotas. Cretenſes ad eundem uſum adhibent, qui nuncupantur Periœci. In Creta Puerorum habebantur Conuentus, qui Agelæ appellabantur, ideſt Greges. Virorum autem erant Cõuiuia dicta Andria Syſſitia, ideſt Viriles Sodalitates. Spartæ uero Phiditia, quæ tamen ipſa olim, ut in Creta, dicerentur Andria. In iis utiq; infimæ fortunæ homines indiſcriminatim cum honeſtioris, amplioris'q; loci Viris de publica alimonia parem conſequebantur portionem apud Cretenſes. Scribit Athenæus, Conuiuãtibus duas Fuiſſe deſtinatas domos, Vnam quarum dicerent Andrion. Alteram, in qua dormirent Hoſpites, Cœmeterium. In Andrio duæ primæ conſtituebantur menſæ hoſpitibus deſtinatæ, propterea'q; Xenicæ nuncupatę, mox ſequebantur reliquę. Serui muneri huic deſtinati uocabantur Calophori, Ab Aliis etiam Xylophori à ferendis lignis. Ephori uiſebantur Spartæ, uel uti quidam Tribuni plebis, quinque numero. In Creta uero Coſmi, ſed numero plures, decem nanque creabãtur. Poteſtas utriuſq; magiſtratus compar. Senatus in utraq; Rep. ſimilis. Sed illum Cretenſes uocant βωλὼ, ideſt conſilium. Regiam uero poteſtatem ab Inſula excuſſam, in iis, quæ ad bellicum ſpectant uſum, ad Coſmos reiiecere. Phiditia Lacedęmoniorum eo diſſita ab Andriis animaduertuntur, Quod apud illos uiritim præſcriptum quippiam exigebatur, Quod qui ꝓferre ſuperſediſſet, à Rep. reiiciebatur. Liberalius in Creta cĩtra ullam exactionem indiſcrete omnibus alimenta publicitus ſuggeruntur. Cretenſium uero illud peculiare, ut in participatum omnium Seruos admittant, Gymnaſiis ſolũ, armis'q; interdicãt. Epharmiotas dici in Creta Seruos legimus. Fuit & inibi, qui appellabat' Mnœus Cœtus, eo fermæ loco, quo fuere Theſſalis Penetę. Amphamiotas lego apud ălios, Sicuti à ſortitione Clarotas item nũcupatos. Plurimum item laudis eorundem meditationes aſſequuntur, quippe ab ineunte ætate ſic laboribus innutriuntur, & armorum uſui, ut ad capeſſendam fortitudinem, audaciam'q; mire proficiant. Saltatio illis, quam Pyrrhicam uocant, à Curete præmonſtratam, non ſine belli peritia eſt, quãdo in armis ea peragitur. Naiuigandi ſolertia illis quoq; prima, nato inde, ut Straboni credimus, Adagio, Siqs Iron agat imperitum, Cres neſcit pelagus. In maſculis amoribus ita ferme agunt, Vt ui amatum abducant, nullis uſi perſuaſionum circunductibus. Qui inhibere cooriantur, turpitudinis labe non carent. Amorem conciliat non tam forma, quàm roboris præſtantia. Et amaſium qui

dem κλινὸν dicunt, ideſt Illuſtrem, Amantem uero Philęthora, ideſt Ardentem. Legiti/ma autem illis hæc ſunt, ſi credimus, citra ullam prorſus fœditatem. Nec eam inficias hac parte, Eius Inſulæ Homines a' Veteribus multis deformari, proſcindi'q; conuitiis, ut qui p/uerſiſſimis forent moribus, improbitate, perfidia, mendacio, ignauia perinſignes. Cuiuſmo di fere' Æginitas fuiſſe, cõpertiſſimum eſt. Sed & Lerios quoq;. Vnde illud Phocylidæ Elo gium, Lerii mali, nõ unus quidem, Alter uero minime. Sed uniuerſi, excepto Procle, mali. In Ceo Inſula Lex lata olim, uti Menandri quoq; ſuffragio comprobatur, Qui recte uiuere nequeant, turpiter ne uiuunto. Significabatur autem, Sexagenario maiores Aconito uitam finire oportere, ne reliqui cibariis deficerentur. Cretenſium tamen in Liberorum educatio ne Laus ea circunfertur inſignis, Quod liberæ cõditionis Pueros cogebãt primum, Memo riæ leges commendare, non citra melos concinnatas, Vt ex muſica uoluptate afficerentur, Ac illæ ſic ediſcerentur procliuius, Ne quandoq; iniuſte ſi egiſſent, in Inſcitiam crimen re/fundere pergerent. Mox uero Deorum hymnis animum adiiciebant. Poſtremo præſtantiũ Virorum perdiſcebant Laudes, opinor, Vt omnium imperita Ætas, exemplis ebblandiẽti/bus, ad Virtutem amplius incẽderetur. Illa obiter adieciſſe, nil obfuerit, Olerum eſſe in Cre ta Ciuitatem, unde Oleria dicatur Pallas, & Oleria feſta eidem dicata. Cretomartin uero ideſt κρητόμαρτιν colunt. Quæ Carmes filia fuerit, & Iouis, quæ'q; curſu delectetur; & ue/natione, Dianæ grata imprimis. Eam cum amaret Minos, inſequeretur'q;, Illa fugiens in re tia capiendis demiſſa piſcibus ſe præcipitem dedit. Sed Deam fecit Diana. Eandem colunt Aeginetæ quoq;, comparuiſſe ipſis opinati, Sed ἀφαίαν cognominant, Sicut Cretenſes δίκτυναν. Quo tamen cognomine Diana quoque ſignificatur, ut in laconicis rebus a' Pau ſania proditum ſcimus.

¶ Albanorum, qui ad Caucaſum ſunt, mores. De'q; Seruis, qui apud Eos Sacri nuncu/pantur. Caput XXVII.

a Lbani, qui ad Caucaſum Iberiæ adiacent, Corpore prægrandi, nec inuenu/ſto perhibẽtur, ingenio minime fucato, aut ſubdolo. Numoruni quoq; pluri/mum imperiti, Vltra centum numerando non progrediũtur. Sicuti nec pon dera norunt, aut mẽſuras, neq; item Belli, Ciuilitatis, Agricolationis ullo mo do gnari. Armãtur tamẽ, exeunt'q; in pugnam, Sed Armeniorum more. Lin guarum apud eos uarietates ſex & uiginti. Aranearũ apud eos Virus cogit ridibundos emo ri, interdum etiam flendo, nimio ſuorum deſyderio. Dii apud eos Sol, Iupiter, Luna, Sed hæc præcipue. Sacerdos eius poſt Regem primas habet. Sacris præeſt Seruis. Sacrę item re gioni. Seruorum pleriq; numinis afflatu uaticinantur. Præcipuum ex iis inerrantem Syluis ſacra peruinctũ Catena Sacerdos annuis epulis ſumptuoſius ſaginat, mox ad immolationẽ ꝓducit. Cui, ad id muneris deſtinatus haſta ſacra per latus cor trãſfigit, tum ex labentis mo/do concipitur uaticinium. Apud Albanos plurimus Senectuti honos. Defunctorum uel me miniſſe, apud eos ſceleris loco. Cum quibus tamen pretioſa infodiunt, inde Genti pauper/tas ſumma.

¶ Maſſagetarum mores. Item Tapyrorum, Bactrianorum. De Phigaleis pulchra. Caſpiorum'q;, ac Derbicum item ritus. Caput XXVIII.

m Aſſagetarum ritus eximiam præferunt contemplantibus admiratione, Deos omnes deſpicantur. Vni modo Soli rem diuinã obeunt, equo immolato. Sin gulis ſua ſunt coniugia, Sed & cum alienis congreſſus, Verum nec clandeſti/ni, In propatulo id fit, Suſpenſa e' curru Pharetra. Eximium apud eos mortis genus, Si iam magno natu fruſtillatim diſſecentur, ac interſitis' Ouium carni bus, mixtim uorẽtur. Morbis tabeſcentẽ interiſſe, calamitatis cenſetur genus. Proinde eiuſ/modi in Laniatum, ueluti impii, abiiciunt' feris. Pedeſtri, Equeſtri'q; militia præſignes. Ar/ma illis Arcus, Gladius, Thorax cum ſecuri ænea. Aureis ſuccinguntur Zonis, Gladiis Dia demate cultis. Aurea & Equorum ornamenta. Argento carent, & ferri rara illis copia. Ae/ris, Auri'q; metallis fœcundiſſima regione. Inſulares uero exuti ſeminio radicibus uictitant herbarum, & fructibus non urbanis. Indumenta ex Arborũ Libris. Potus illis expreſſus e' pomis, quicunq;

pomis, quicunq; esse potest, succus. Quibus in palustri loco sedes sunt, piscitio aluntur, intestina corporum e' Phocarum coriis consuunt. Adiacent Hyrcanis Tapyri. Genti mos est, Vt susceptis liberis, aliquot, Vxores aliis item habendas, quærendæ prolis gratia, trãsmittant. Sicuti Catonem Portium Hortensio indigenti Martiam esse impertitum, Veteri Vrbis more, post Alios cecinit ẽt Lucanus. Vinum his adeo gratum, tradit Bæton, qui Alexandri fuit βηματιστὴς, in Libro de Itineribus eiusdem, ut eo, perinde, ac unguento oblinerentur, quod ipsum comprobat Ctesias quoq;. Insuper &. δικαιοπάτρις, ideſt iustissimos esse prodit. Sed de Barbaris minus fortasse mirum, Quoniam Phigalei (Messeniis adiacent hi) Vino eatenus adlubescunt, Vt nõ alibi quam in Cauponis habitent, Hospitibus domos elocantes cum Vxoribus, Hostilis tubæ ne in Somno quidem sonum perferẽtes. Hos ut in mœnibus contineret, belli tempore Imperator Leonides, non alia consequi ratione potuit, q̃ structis inibi Cauponum tabernaculis. Id qđ de Byzantiis prodidit Ælianus. Superioris sentẽtiæ Pausania auctore Locupletissimo. Bactrianorũ efferatos mores explicãs Onesicritus, quamuis non omnino Geographus nobilis assentiatur, Senio iam fessos, aut etiam morbo implicitos Canibus obiectari prodit, diu ad id opus destinatis, quos & proprio Gentis uocabulo Sepulchrales nuncupent. Caspiorum pietas illa præcipua est, Parentes, haud secus ac feras immanitate conspicuas, occlusos, & arctius asseruatos fame necare, præsertim Vbi septuagesimum emensi annum fuerint. Sunt & qui ita scribant. Quisquis eam transcenderit annorum metam, in solitudine astitui, Alios rei euentum e' proximo curiosius inspectare. Si quidem quem aduolantes Aues unguibus, ac rostris concerpserint, uiolentius ex Sandapila diripientes, felicitatis argumentum arbitrantur. Si a' feris, aut Canibus conuellatur, non ita. Quod si a' nullo attingatur, deflent perinde ac infeliciſſimum. Derbices delicta omnia etiã minima, ultimo digna supplicio censent. Tellurem Deam agnoscunt. Rebus diuinis fœminum nullum adhibent, Sed nec in mensam admittunt. Septuagenario grãdiores iugulãt, aduocato ad epulas proximo quoq;. Vetularum carnibus non uescuntur, præfocatas modo condunt. Sicui fatalis aduenerit ante præstitutam metam dies, itidem sepeliunt,

¶ Medorum, & Armeniorum ritus. De Anaitide Persarum dea pleraq; non ingrata. Ciceronis locus explicatur pro lege Manilia. Caput XXIX.

m Edorum mores cuiusmodi fuerint, Persæ illos plurimũ imitati, præcipue declarant. Operimenta corporum illis sunt, Tiara, Cittaris, Pileus, Manicatæ tunicæ, Anaxyrides. Stola, quã Persicam nuncupant. Equitandi solertia, Sagittas excutiendi studiosa exercitatio. Cultus. Regum adoratio non aliunde, quam ex Medis propagata. Medicorum Regum est, Vxores multas sibi quærere. Quem morẽ incolas item montium seruare, alios q̃, proditum est, intra septenarium substitisse numerum, nefas. Mulieribus quoq; decorum, Viros habuisse quamplures, paucitas deformat, & infelicitatis creditur genus, præcipue si quaternarium non excesserint. Qui ad aquilonia reclinãtur magis, Ob locorum tenuitatem ex frugiferis arboribus sibi alimenta conquirunt, ex tostis amygdalis panibus comparatis. Poma itẽ persiccant, terunt q̃, inde globantur in massas. Vino utũtur, quod ex certo radicum genere prolicuerint. Vescũtur & ferarum carnibus, Nam mitia pecora negligunt. Armeniorum mores Medicis persimiles. Aquilonia eius tractus mire niualia sunt. Proditur memoriæ, per montana pergẽtes repente ita grumis niuium adobrui, ut nusquam emineant, Exerunt illi hastilia, quę ad eum usum comparantur, tum ne præfocentur, commeante aliquo modo Spiritu, Tum eo signo ab insequentibus opem implorantes, sæpe q̃ ita euadere incolumes. Progignuntur ex niue item animalia quæpiam, hirta Pilis, & rubida, Quoniã & ipsa nix uetustate rubescit, quod ex Aristotele est, quinto de Animalium historiis, Apollonides Vermes nũcupat, Theophanes uero Teredines montanas. In quibus concipiatur humor uel in potu gentibus illis gratus. Prodit quodam loco Homeri Interpres nobilis Eustathius, Inibi quandoq; rubentes uisitari niues, quod loca illa sint μιλτώδη, hoc est Milto scateant, siue minio, unde exhalationum ui inficiat Nix. Quę ratio item Sãguinis copia largiore effusa, rorem reddere cruẽtum quadantenus potest, Quod apud Troiam factum quandoq;, significat Homerus, cum

ψιάδας ἀμπέχεσθαι dicit, ideſt cruentum rorem. Armeniacam Veſtem Theſſalicam intelligunt, hoc eſt talares tunicas. Quas in Tragœdiis etiã Aetolicas appellare, moris eſt. Longiores autem ueſtes geſtare, Theſſalicum putant, ex ſitu frigidiore ad Boreã ſpectante. Vnde & Scenici cultus prorepſere. Armenios a' Phrygibus propagatos, produnt nonnulli, & propterea τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζειν, ideſt Linguæ ſono Phrygem agere. Perſicis Diis immolant Medi, Armenii'q;. Sed hos Anaitidem colere imprimis, fama eſt, ita more condito, Vt uel nobilitate præſtantes eius miniſterio dedicent filias, quæ inibi Corporis pudicitia in uulgus data, uelut inde auguſtiores factæ mox traduntur Viris, nemine non coniugia id genus alacriter admittente, tanta ſæpe humanis animis oboritur caligo, concepta ſemel peruerſiſſima Religionum uanitate. Huiuſmodi quippiã de Lydorum Mulieribus prodit Herodotus, quæ paſſim ſubſtratę amatoribus, hoſpitali eos plerunq; benignitate cõfouent, ac donis afficiunt pluribus longe, quàm excipiant ipſæ. Eum tamen haberi delectũ, Vt in turpitudinis fœdera condignos modo admittãt. Quod de Anaitide Perſarum Dea diximus, Sciendum amplius, Sacarum feſta quæ dicuntur, eius numinis honori eſſe dicata, quando & ſacer illi dies uocatur Saca. In iis uero turba Virorum iuxta, & Mulierum miſcellanea largius uina ingurgitare aſſueuit, uel uſque ad Stuporem. Celebritatis ratio ex hiſtoria eſt, Quod Cyrus per temulentiam Sacarum copias ad internitionem deleuiſſet in Caſtris, quæ differta uino, ſimulata fuga, reliquiſſet ipſe. Iucundum relatu eſt, Statuam ex Auro ſolidã primum in Anaitidis templo poſitam, quod Annales prodidere, quoniam eſſet illis gentibus numen eius ſacratiſſimum, direptam Aedem ferunt, cum bellaretur in Parthos ab Antonio, uulgata inde fama, eum, qui Violare templum, ſacrilegas admouendo manus, auſus fuiſſet primus, Oculis eſſe captum, membris'q;, ac ita denique expiraſſe. Propterea cum Bononiæ a' Veterano cœna hoſpitali, ſcitari Auguſtus inſtitiſſet, uera'ne eſſent, quæ iactarentur uulgo, Reſpondit, Eius nũc maxime cruorem exhauris Imperator, Ego enim ipſe ſum. Et quicquid mihi eſt, ex ea conflatum præda eſt. Deam hanc ſunt qui Dianam interpretentur, Quam a' Lydis eximie coli, Herodoto credimus, & Pauſaniæ, in Laconicis rebus. Sed Strabo etiam ab Armeniis inſigniter ſuſpici prodit, præcipue Zeletica regione, Nam fuit etiam Armeniæ regio Anaitis, proinde hanc a' Cicerone ſignificari Deã, puto, cum pro lege Manilia, Romanos Tigranis regnum ingreſſos, Barbaris ſuſpicionem prębuiſſe, ſcribit, Quod ſani locupletiſſimi, & religioſiſſimi diripiẽdi cauſa, in eas oras exercitũ adduxiſſent.

¶ Cappadocum mores. Cappa triplex peſſimum, quid. Cur præſignia tam uitio, q̃ probitate, dicantur Cappadoca. Heptacometarum ritus, & Moſynœcorum, inibi quid Moſynos. Item de Tibarenis. & Stathmis. Caput XXX.

Appadocũ mores parum excuſſos, parum'q; ex fide habitos Veteribus, argumento eſt, quod Sudas ſcribit, Iactatum uulgo, φρὰξ κάππα κάπισα, triplex cappa peſſimum, Quo gens deformatur triplex, Cretum, Cilicum (nam inde etiam frequens Græcis uerbum eſt, κιλικίζειν, quod eſt aſtute, maleficeq; circũuenire, Sicuti αἰγυπτιάζειν) denique Cappadocum. Sed & idẽ κάππα διπλοῦν pro malo interpretatur. Irrepſit inde forſan ſimplici plebeculæ, ut præſignẽ cuiuſpiam prauitatem manifeſtius, plenius'q; præmonſtrare geſtiens, uſurpet frequentius, Eſſe illum ex Cappadocia. Sed & in Laudem enuntiatur quandoq; id ipſum. Forte quoniam in Cappadocia, cum quandoq; Equina defeciſſent armenta, moniti Apollinis oraculo indigenę ab Agrigento uſque Seminium petiere. Vnde ſuccreuerint longe præſtantiora. Agrigẽtini uero Equitii gloriam, Pindaro aſtipulante, Sacra Græciæ certamina indicant. Sunt q; indidem Seruitia item proba mitti ſolita interpretentur. Eſt & plauſibilior ratio alia, quam inferemus mox. Enotatum annalibus eſt, cum in ea gente Regium genus interextinctum periſſet, Senatum, populum'q; Rom, cõceſſiſſe, ut ſui iuris, liberi'q; dehinc Cappadoces forent. Atenim Principes re uniuerſa amplius perpenſa, enixiſſime libertatem, quam conquere nequirent, recuſare inſtiterunt, Orare'q;, ut Regem habere liceret. Romani rem nimio plus admirati, Extare, quibus dulce illud, inſitum'q; Libertatis nomen forderet, recuſarent'q;, quod non cæteri modo Mortales, Sed cuncta Animantia uitæ ſæpe diſpendio ſummа expectant ui,

ma expectant ui. Liberum illis permiſere, Vt, quando libertatem pati non poſſent, Regem, ut collibuiſſet, conſtituerent. In Cappadocia optimos fuiſſe Artopœos, ſcribit Athenæus, Sicuti & in Phœnicia, Lydiaq; Cappadocius panis mollis intelligitur, Cuiuſmodi in Cappadocia fieri conſuerat. Eum Syri Lachman uocant. Heptacometas inuenio dici Barbaros quoſpiam ad Ponti regionem, Eos Scythicum montem incolere, Stephanus putat. Cydiſſam hunc intelligit Strabo. Agreſtis naturæ exuperantia hi præcipue celebrantur. Nonnullis eorum ſuper arbores degentibus. Aliis uero in turribus. Vnde & Moſynœci quoq; nuncupantur. Quippe Moſynos turres dicunt. Sunt ex Græcis tamẽ, Qui Moſynos pro ligneis malint domibus accipere, Sicuti Apollonii Interpretes. Ad quod alluſerit Poeta ipſe, cum inhabitare illos dicat, ὑλήεσσαν γᾶν, ideſt nemoroſam terram. Sicuti animalium ſepta, tecta'q; dicuntur Stathmi, atque item Zooſtaſia, & omnino agreſtes domus uocantur Stathmi. Apud Homerũ in Odyſſea, pars Ianuę ita nuncupat', Paraſtada appellauit Tragicus Poeta. Sunt & in hiſtoria Stathmi, quos intelligunt Loca quieti præſtituta iter agentibus. Allagas uocant alio uocabulo. Sic interualla Locorum ſupputari Stathmorum numero aduertimus. In eodem Mundi ſitu habentur & Tibareni, nam Tibarenida terram nuncupat Argonauticon ſecundo Apollonius. Iuſtiſſimos dicunt hos. Nec prius prælio congredi cũ quopiam, quàm diẽ, Locum horam ex fide hoſti denũtiarint. Memorabile eſt, quod Nymphodorus ſcriptis mandandum, cenſuit, Siquando pepererint inibi Mulieres, Viri in lectulis decumbunt, ut Puerperæ apud nos, Illis curioſe Vxoribus præminiſtrantibus. Tibarenos Ephorus ſcribit, Luſum amplexari imprimis, ac riſus, quod in iis maximam felicitatis partẽ arbitrentur conſtitutam. Moſynœcorum e' Lignis deſilientium in peregrinos prætereuntes aſſultatio ſanguinaria Gentis truculentiam amplius infamat. Quin & in tam alta barbarię ſceleris tamen intellectus eſt. Naſcitur in Heptacometarum arboribus mellis genus mediçati. Eius uirus hauſtum ſtupidos facit, externat'q; Mentem. Hoc genere tres Pompeii cohortes ad internitionem contrucidaſſe illos, conſtat, infeſtis animis eiuſmodi potum propinantes.

¶ Indorum ueterum, ac Recentiorum ritus. Arbor Tala. Herculem coli ab Indis Gigãtis nomine. Philoſophorum genera duo. Animam qui primi immortalem aſſeruerint. De Columbis Melinis, & Nymphis Meliadibus. Caput XXXI.

INdos ueteres ante, quàm in eos expeditionem iniſſet Liber Pater, non aliis fere' cultos moribus fuiſſe, perhibet Hiſtoria, quàm Scythas. Nullæ ergo illis domus, nullæ urbes, nec immortalium Deorum templa erãt. In plauſtris trãſmittebatur uita non alia, quàm nomadica, nulla ſacrorum cura. Non aliunde integebantur corpora, quàm ex occiſarum in uenatu ferarum pellibus. Alimenta ſuggerebat Arboris cortex, quæ illarum gentium uocabulo Tala nuncupatur, In cuius faſtigio prodeunt uelut cucurbitulæ agreſtes, Cuiuſmodi in palmis cõuiſuntur. Nec nõ ferarum incocta Caro. Diu uero poſt commeante illuc cum exercitu Libero Patre, Et inędificatæ urbes ſunt, ſancitæ Leges, templa quoq; ſtructa Diis. Vini item ratio, ac ſerendi præmonſtrata illis. Armorum ſcientia tradita, Sed & unguentorum, ac ſatyricæ ſaltationis, quã Cordaca dicunt. Herculem quoq; Indiam appetiſſe, conſtans fama tenet, & auctor probat Megaſthenes. Proinde ab illis coli religioſius, uerum Gigantis nomine. Iuſtitia inibi adeo ſancta, Vt proditum monumentis ſit, Indos exteras gentes nunquam bello appetiſſe, neqd parum iuſti interim admitteretur. Sepulchra illic' defunctorum honori nulla. Quando Virtus, & Vitæ integritas propagandæ memoriæ amplius ſufficiat. Memorabile illud eſt, Indiam eſſe prorſum Seruitutis expertem, nemo enim ibi uel indigena, uel externus ſeruitutẽ ſeruit. De Lacedæmoniis, Si Helotas modo exemeris, id ipſum quoque narratur. Indos in ſeptem diſtribui ſpecies proditum ſcimus, principe loco Philoſophis ꝓſtitutis, quibus una tantum ſacrificula incumbit cura. Interim uero & diuinacula, quando uis hæc non alii fere' cõtingere creditur, quàm Sapienti. Siquem præſagia ter fruſtrentur, Silentii perpetua mulcta irrogatur. Secundo loco Agricolationis periti, tam a' cæteris feriati, ut inter congredientes acies, uolantia tela, armorum ſtrepitum nihilominus omnis expertes curæ iniuncta ſibi munia obeant, nec laceſſantur uel minimo. Inſequũtur hoſce Pecoris magiſtri. Mox & Opifi-

ces, Inſtitores ue. Quinto ſtatuunt Loco bellandi Peritos, & Armis tantum innutritos. Ab iis uiſuntur, quos dicere Epiſcopos recte poſſumus. Horum uero muneris eſt, quid in quaq; geratur parte, peruigili cura explorare, ac mox Regi inſinuare, uel Magiſtratu fungentibus. Sicubi regia abſit poteſtas. Mentientibus mulcta irrogatur grauis. Sed necdum deprehẽſus proditur quiſpiam. Poſtremo habentur, Qui Iuſtitia culti imprimis, ac ſapiẽtia ſuper Rep. cum Rege, uel Magiſtratibus capita conferunt. Per connubia porro genera promiſcere, nefas, in ſua ſe pellicula, intraq; modulum proprium continere ſe, cogitur unuſquiſq;. Philoſophia tantum neminem diſcludit. Mores Gentis priuatim relatu haud indigni. Carbaſis talaribus corpora conuelantur. Soleis præmuniuntur pedes. Caput linteis globatur. Inaures propendent, ſi opulentiores ſint, Elephantini. Sed aureis ornamentis nec lacerti carent, nobilioribus præſertim. Capilli cura non negligens, detondent tamen rarius. Mentum quoq; illis intonſum, facie reliqua ſpecioſius leuigata. Sed illud anxie inficitur, nec fuci uniformi genere. Furti ſe alligaſſe, ſcelus apud eos nefarium. Literas prorſum ab Indis ignorari, plerisq; proditur. Proinde legibus uſos non ſcriptis, ac memoriæ præſidio cuncta diſtribuiſſe. Alicubi tamen reperio in Sindonibus ab Illis ſcriptitatum. Verum Elementis haud quaquam peregrinis uti. Simplicitatis, ac parſimoniæ argumenta plura. Lis apud eos rara. Teſtibus non indigent, aut obſignatione ulla. Fide plurimum tractantur omnia. Nec domui aſſeruandæ curioſius intendunt. Vinum neſciunt, præterq; diuinæ rei cauſa. Potus illis ex Oryza. Ex ordeo fere cibus. Sunt qui Indos eſſe Philœnos, ideſt uini amatores eatenus prodant, Vt Calano moriente, præter Gymnica, & Muſica ab Alexandro propoſita Certamina, etiam Acratopoſię, ideſt meraci potus ſit inſtitutum, In quo primas occupanti Talẽtum foret præmium, Secundas autem minæ triginta. Tertias decem. Mortuos uero inibi ſtatim quinque & triginta. Mox etiam ſex. Qui plurimum bibit, ac uicit, Meri Choas perficcauit quatuor. Nomen homini Promachus. Sed hunc cur miremur? cum ab hoc aditu laudis ne Philoſophi quidem abſtinuerint. Quando tyranno Dionyſio in feſto, quod Choes dicitur, Aureæ corollæ præmium ei proponente, qui Vini choam hauſiſſet primus, Inſigne id Xenocrates arripuit. Sed Indos repetamus. Incolumitatem exercitio quærunt, & perfrictionibus. Adhibẽtur Strigiles ex Hebeno præcipue corporum expolitioni. In qua deprehenduntur curioſiores. Superſtitio illa in ſacris plurima, non iugulandi, ſed Victimas præfocandi. Nequid deminutum honori diuino cedat. Indos uero hoſce imprimis Deos eximie uenerari, Iouem pluuium, Gangem flumen, & Indigetes Genios. Si a Rege abluantur Capilli. Feſta dies agitur, mittuntur'q; dona ampliſſima, geſtiente unoquoq; opes ſuas certatim oſtentare. Sunt qui a Sapientibus eorum Deos credi putent, quicquid colere adorti ſint. præcipue'q; Arbores, Quarum oblæſio Capite expiatur. Lunæ curſu tempora metiuntur, Nec ut plerisq; orbe Syderis pleniore, Sed ubi curuari cœpit in Cornua. Indos philoſophos ſunt qui bifariam partiantur. Vt alios Brachmanas nuncupent, quos & Brachmas uocãt. Alios uero Germanas. Brachmanum placita eſſe, Vitam præſentem credi oportere, ueluti conceptum uitalem. Mortem uero egreſſum ad ueram, felicem'q; iis uitam, qui recte fuerint Philoſophia imbuti. Propterea meditatione multa ad mortem inſtrui. Item Mũdum habere tempus initiale, tendere'q; in interitum. Eſſe quoque globatum forma. Deum'q; uniuerſorum opificem, moderatorem'q; per cuncta meare. Mundi exorſus eſſe ab humectationis elemento principe. Rurſum'q; præter Elementa quatuor, quintam haberi naturã, unde Cęlum promicuerit, & tot, tantorum'q; Syderum præſignes, collucentes'ue oculi. Chaldæos, & Indorum Magos Humanam Animam eſſe immortalem, primos omniũ tradidiſſe, Pauſanias monumentis prodidit, Quos multi præterea Græcorum ſint inſecuti, imprimis autem Plato. In philoſophiæ communionem Vxores non admittere. Ne ſi improbiores paulo natura comperiantur, Arcana rerum prophanis infundant pectoribus. Si uero ad bonitatem factę, ne a Viris diſcludantur, diuertant'q;. Siquidem quibus Voluptas, dolor, mors cõtemptibiles fiant, non facile ſeruitutem concoquere. Hoc genus eſſe Diis amicum, Hieroclesſcribit, Soli'q; deſponſos præcipue. Ab omni'q; abſtinere Creophagia, ideſt Carnis cibo, uictu'q;. Agere item uniuerſum tempus Hypęthrios, ideſt ſubdiales, ac Veritatẽ amplexari præcipue. Lineis contegi amiculis, Quę certo nentur e lapidis genere, ignibus inuicta, Sed quæ nec perpurgentur aqua, Verum ubi Sordes inſederint, inflãmam coniecta ſplen-

deſcunt. Ex

deſcunt. Ex Germanis uero cenſeri eos honore præſtare, Qui Syluicolæ dicantur. Vini, Veneris, ac omnino humanioris uictus expertes. Ab iis proxime coli Medendi peritos. Quorum Philoſophia circa humani corporis contemplationem diſtringatur. Verum non aliunde peti medicamenta fere', quàm ex uictus ratione. De Indis illud amplius, Mulieres alioqui pudicitia celebres, Elephanti tamen pretio oblato, Amatoribus pudorem ſubſternere, nullo inde præfloratæ famæ diſpendio. Quin laudi facinus ducitur, quod tãti earum forma cẽſeatur. Nuptiarum ritus non fere' alius, quàm ut ubique fere' dotis Lenocinium abiũgatur omne. Virgines cum eſſe nubiles cœperint, in publicum a' Parentibus producuntur. Accurente, ut aſſolet, multitudine, libera illis datur optio, e' Iuuenum turba Virum ſibi ſeligẽdi, quem uirtute aliqua inſigniter præſtantem putẽt. In Indis porro' traduntur enaſci Columbæ, ut Aelianus inquit uariæ hiſtoriæ primo, μήλινον τὴν χρόαν, ideſt melini coloris, de quo Hermolaus aliqua. Sunt tamen & Nymphæ dictæ μηλιάδες. Nam aſtragali etiã μήλινα dicuntur. Indos fuiſſe hominum primos, probabile Pauſanias habet, Si areſcente mole terrena, Solis ui enatum prodiit humanum genus. Fuiſſe item cæteris longe proceriores, uel Orontis argumento, Qui Indorum generis eſt creditus, Oraculi Clarii teſtimonio, Syris conſulentibus, Cadauere comperto in Orontis fluuii alueo, cubitorum undecim, & amplius.

¶ Taxilitarum mores perabſurdi in filiarum nuptiis. Carmanorum ritus. Caput XXXII

Sed enim, quæ de Taxilitis memorantur, etiam ſi perabſurda prorſum, & quæ uix impetrent fidem, a' pleriſq; cenſebuntur, nihilominus tam honeſte prodi, a' nobis poſſe adiudicauimus, quàm prodita ſunt, Auctori præſertim graui, & cui ꝓpemodum diſpudeat nõ adcredidiſſe. Eſſe uero indici tractus Vrbem Taxilam, ex Strabone, Stephano, cæteris fere', notiſſimum. Inibi ergo Fortunę tenuioris homines, inopia premente, filias habẽtes illocabiles, ut quoquo poſſint, foras tamen obtrudant, Ætate florem attingente, produ ctas in foro ſtatuunt, incinentibus tubis, Claſſicis q̃, quibus alias cani bellicum, moris eſt, affluente paſſim multitudine, Adeunti propius Puella Corporis poſtica reuelat, ingerit q̃, mox & antica. Si hac ratione non diſplicuerit, nubit. Traditur & illud, Functos fato Vulturibus obiectari. Sed & Vxores in multorum uenire participatum. Carmanis id ineſſe peculiare, ſcribunt Græci, Vt in Conuiuiis percuſſa faciei uena, profluentem inde cruorem ui no commiſceant, atq; propinent, Amicitiæ finem ſtatuentes, ſanguinem guſtaſſe mutuum. Mox uero unguentis caput collinere, repercutiendis Vini exhalationibus.

¶ Sogdiorum Iuuenum admirabilis Animi magnitudo. Caput XXXIII

Ogdianam eſſe regionem, tradunt Coſmographi, prope' Bactrianos, Cuius Incolæ dicantur Sogdii, uel etiam Sogdi. Eſſe uero Locorum pleraq; inculta, & habitatoribus uacua. Cuiuſmodi fuerint Incolarum mores, uel uno retegi argumento facillime poteſt. Cum in eo ſitu res gereret Macedo Alexander, producti ad eum ſunt Sogdii ad XXX fere' numero Captiui, ut facile apparuit, & nobilitate præſtãtes, & Corporis robore haudquaquam ĩter poſtremos. Iuſſerat eos ad ultimum abduci ſupplicium Rex, Id ubi animadUerſum ab eis eſt. Putares emiſſos uinculis domeſticum repetere ſolum, maxima alacritate pæana patrium, adhibito & Modulatiore Corporis motu, more Choreas ducentium, reci nere adorti ſunt. Renuntiatur id Alexandro. Qui mirabundus, ſupereſſe cuiquam tantum animi, tantum' q̃ elatæ mentis, ut mortis horrorem non compaueſceret, ſcitari ab eis pere xit, quæ nam lętitiæ tam importunæ, tam' q̃ inopinæ ratio foret. At illi non alia inquiunt, ratione geſtimus, quàm quod terrarum Principis imperio fatalem, deſtinatum' q̃ ſibi eẽnt ſubituri diem. Quacunq; occaſione alia morerẽtur, conſueta cæteris perturbatione ſortem oblatam fuiſſe laturos. Nunc, ut fortes addecet, mortem eſſe ſibi in Votis, Proinde q̃ cãn-

tu, Lætitia'q; lasciuire. Tum tanta animi magnitudine uersus in Stuporem Rex, Cupio in/quit, nosse, an sit Vobis optabilis uita citra ullas inimicitias meas? At illi, nunquam inimi/cos egimus, Verum nos cum hostiliter inuaderes urens, uastans'q; omnia, hostiliter occur/rimus uim repressuri. Quod si benignitate potius, quàm diuexatiõe, certare nobiscum pere xeris, dabimus operam, ne officiorum uicissitudine superemur. At Rex, Verum quibus ob/sidibus pollicitationes obfirmatis? Vitam inquiunt, quam contribueris beneficio tuo, fidei, constantiæ'q; pignori obiicimus, reddituri, quandocunque reflagitaris. Hisce uero illi con/ditionibus emissi, quam dederant fidem, obstinatis animis egregie præstiterunt, Populares suos synceriter Macedonibus cõciliantes.

¶ Assyriorum ritus. Distinguantur'ne a' Syris Assyrii. Syrorum item mores, & Phœni/cum. A' quibus inuẽta primum Astronomia, Arithmetica, Geometria. Iamblichus, Adad, & Adargatis. Virgo cæleste signum. Chalcidica pocula. Siriasis quid. Sirrum, Sirrus, Sir Ciui. Caput XXXIIII.

Syriorum mores magna ex parte Persici sunt. Illud peculiare, Vt ei negotio
a destinati Triumuiri, integritate conspicui, & nobilitate præstãtes ea maxime
ratione iam maturas Viris puellas coniugio peruinciant, Nam productas pa
lam, conuocata per præconem multitudine, locare se eas uelle, pronuntiant,
rem'q; peragunt, ut quæq; dignitate præcellit, ita elocantes principe loco. Ba
bylon uero, quæ fuerat Assyriæ Caput, cur ab Hieronymo purpurata dicatur meretrix, &
de mulierum eius loci impudicitia, substrato hospitibus pudore, alibi opinor, uberius expli
catum. Mos uero Genti illi peruetus, Aegrotos in Viis proponẽdi, exqrendi'q; a' prætereũ
tibus, An morbo id genus remedia norint. Etenim nemo tã improbe malus fuerit, Qui sci/
ens non grate impertiatur. Coma illis haud sane' magna. In manu insignis Scipio est, pro/
minet e' fastigio malum, uel rosa, aut Lilium, uel omnino eiusmodi quippiam. Mortuorum
Luctus inibi, qualis ferme' in Aegypto. Defunctus eorum melle conditur, & cera. Assyrios
præterea in præliis Capita ferreis prẽmunire galeis barbarico ꝑtas ritu, ut penetrare eas,
non usquequaq; fuerit promptum. Clypeos porro' gestare, hastas'q;, & pugiones Aegyptiis
persimiles, clauas itẽ ligneas ferro inductas, ac Lineos thoraces, auctor Herodotus est. Sed
addit, Syros a' Græcis nuncupari. A' Barbaris Assyrios, in quis uisantur & Chaldæi. Por/
phyrio, & Acron, Quæ nunc inquiunt, Syria est, olim Adiectione syllabica uocabatur Assy
ria. Stephanus Babylonium tractum Assyriæ nomine intelligit, quãquam & Assyrios alte
ros statuit, quod Xenophon item primo rerum græcarum facit, Syris adiacẽtes. Distinguit
& Strabo, & alii plures. Syrorum Gẽtem esse natura Leuem, obseruauimus, ad'q; nouãdas
res ꝑcliuem. Est & Ludis, celebritatibus'q; adeo deditũ genus, Vt Antiocheni, quoꝝ & ma
xima, & felicissima Vrbs est, toto fere' anno tũ in Vrbe, tũ in Suburbiis nõ aliud impẽsius cu
rarent, quàm ludos, & festa. Historiarum quoq; sextodecimo Posidonius, Syrorum incẽ/
sens delitias, oleo perungi eos, pretioso arguit, Lini'q; unguentis, diei partem maximam in
Grammatiis (sic autem communes uocant ꝑcœnationes) cibis saburrari, & potu. At M. Ci
cero, qui fuit Oratoris pater, Romanos Syrorum uenalium esse dicebat similes. Nam ut
quisque optime græce sciret, ita esse nequissimum. In Syria inquit Vlpianus digestis de
Cẽsibus, a' quartodecimo anno Masculi, a' duodecimo Fœminæ usq; ad LXV. tributo ob
ligantur. Syros præterea Fortunam impensius colere, Pausanias tradit, Cuius Simulacrum
apud Orõtem cõcinnarit Sicyonius Eutychides. Sunt & Syri ad ioca, & Cauilla imprimis
factum genus. Sed & cultui diuino non incuriose mancipatũ. Proinde in Syluis Papinius.
Quod ramis pia germinat Damascus. Incessitur tamen Syrorum Gens, ut Mortalium
auidissima, sicuti Hieronymus inquit, necnon Vafricia nimis solers, attestãte id ipsum Ada
gio ex Sudæ monumentis. σύροι πρὸς φοίνικας. Hoc est, aduersum Phœnices Syri, ubi
Versuto imponere satagit Versutus, Sunt enim in Syria Phœnices quoq; Fuere item Syri
quandoque in hortis operosissimi, quod Plinius scribit, producta inde paroemia, Multa Sy
rorum olera. Phœnicum laus peculiaris in nauigandi præstantia, & purpurarum piscatu,

quando tyriam

quando tyriam præſtare cæteris purpuram perhibent. Sidonii uero muneris a' nõnullis creditur Arithmeticæ, ac Aſtronomiæ excogitata ratio. Quoniam nauigantibus utraq; perac commoda. Sicuti Geometriam ad Aegyptios reiiciunt, ob Agrorum menſus idẽtidem neceſſarios, nunquam non collimitiis pereuntibus, Nili exuperantia oblimatis metis. Traditur illud quoq;, Vetera de Atomis placita a' Mocho Sidonio propagata primum. Deum uero Aſſyrii, quem ſummum habent, ac maximum uenerantur, Adad, uerbo Gentium illarũ proprio, nuncupant. Significat autem non aliud fere', quàm unum. Adiiciunt & Deam nomine Adargatin, ſiue ea ſit etiam Atergatis, Quod alibi indicabitur. Omnia horum numinum poteſtati ſubiecta, opinantur, Solem interpretati, Terram'q;. Argumento eſſe, Quod Adad Simulacrum inſigne radiis cernatur proclinatis, ceu Virtutis cæleſtis uehiculum illi ſint in Terrenam adnuentes molem. Schematiſmo autẽ diuerſo Terræ, ſeu Adargatis Imagunculę confingebantur, in ſublime radiis ſurrectis. Quod cæleſti affluxu progerminẽt cuncta plane' de terreno, uelut fermento. Commeminit Deæ item Baſſus in Commentario, Quod in Germanici Phęnomena concinnauit; Vbi de Erigone mentio eſt, Cuius ſit Leonem inter, Libram'q; domicilium. Virginem inquit, dici Cererẽ, arbitrati ſunt pleriq;, Spicarum, quas tenet, indicio. Alii Adargatin malunt. Sunt qui' & Fortunam, Quoniam ſine Capite aſtris inſeritur. Obiter uero Sciendum, a' Nigidio figulo iuxta M. Varronem doctiſſimo, Virginem dici Iuſtitiam, uel Aequitatem. Ex Chalcide porro' Syriæ ciuitate, a' Monimo Arabe cõdita, propagatus creditur Iamblichus, philoſophiæ myſteriis copioſe imbutus. Illud obiter adnotarim, ambigere Euſtathiũ ab utra Chalcide ducantur pocula dicta Chalcidica apud Comicum. Syriaſis ad Syros pertinet nihil. Eſt enim eo nomine Cerebri inflãmatio, & Panniculorum, quos uocant μήνιγγας, Auctor Paulus. Sirrum nuncupant ſubterraneam foſſam, ideſt Cuniculum, λάκκον item dicũt. Sed & excauatio, in quam Semina deponunt, eodem cenſetur nomine. Vbi recõdantur in ſubterraneis frumenta, Sirros intelligit etiam Varro. Sir in Illyrico Ciuitas πολυάνθρωπος.

¶ Arabum ritus maxime miri. De ratione Veneni ſcitu nõ indigna pleraq;. Item de Viperis pulchra. Caput XXXV.

a Rabum mores præcipua digni admiratiõe. Primum fratres honore filios anteire, traditur, quia natu grãdiores ſint. Omnium bonorum participes Conſanguinei ſunt, Qui tamen cæteros ętate prędit, Dominus exiſtit, cenſetur'q;. Communis item Vxor, immo uero una omnibus. Ingreſſurus ad eam baculum ante fores deponit. Moris enim eſt, ut baculum unuſquiſq; geſtitet. Eo uiſo, reliq congreſſui parcunt. Illa tamen cum Seniore noctes agere, dicitur. Cum matre coiſſe, haudquaquam cenſetur impium. Deprehenſum Adultęx mors eueſtigio' conſequitur. Hic uero non alius eſt, quàm aliunde genus ducẽs. Relatu iucundum in hac mentione, quod ſequitur. Erat filia Regi mira ſpecie inſignis. Erant & Mares filii numero quindecim, Quorum ſinguli ardentius Sororem amabãt, Propterea'q; nõ deſinebant per uices ad eam uentitare. Aſſiduis uero illa congreſſibus delaſſata, Lepido cõmento eludere omnes adorta eſt. Bacilla ſibi parauit, nihilo ab eorum bacillis diſcrepantia, Cum'q; unus ex fratribus forte digrederetur, arrepto, quod depoſuiſſet, baculo. Cõfeſtim Illa compar ſubiecit. Id uidentes cęteri ab ingreſſu temperabant. Ita aliquandiu a' Venereis facta ęs. Sed cum forte Omnes in foꝛ coiſſent, id intuitus ex eis quiſpiã Sororis ꝓgreſſum petit. Verum bacillo ante fores animaduerſo ex more, Cum fratres alios agere in foro, ſciret, Adultero dari operam, cõiectans, pergit inde trepidus, & ira ardens ad Patrem, qd uidiſſet, quid pro uero afferret, nuntiat. Indignabundus, & minarum plenus accurrit is, baculum uidet, ingreditur, innocentem repperit filiam. Adiiciamus porro', quod notandum cẽſuit Vlpianus, Arabum pleroſq; in prædia Inimicorũ Lapides aggerere cõſueſſe, quo ſignificabant, interituros malo Leto, qui ea colere adorti forẽt, inſidiis illorum, qui ſcopulos poſuiſſent. Quo fit, ut nemo audeat, crudelitatem ueritus inſidiantium. Id inquit, grauiter perſequi ſolẽt Prędides ad pœnam uſque Capitis. Dignum ſcitu, In Arabia Vim Balſami ma-

gnam ſubnaſci. Amare porro Viperas tum Arboris ſuccum, quo alantur plurimum, Tum etiam Vmbram. Vbi uero Arabibus appetat tempus Balſami ſucculentum excipiendi humorem, Scytalas fert unuſquiſq; duas aduerſum Viperas, Quippe inuicem iis allifis, ſono illas abigunt. Interfeciſſe nanque cauent cumprimis, Balſamo ſacras opinati. Quod ſiquē ſorte mordicus apprehēderint, fit Vulnus, perinde ac ferro illatum, Sed Veneni timor nullus, Quando Cibis paſtę odoratis Viperę Virulentiam letalem alias, mitiore permutant poteſtate. Inſignem quippe uenenis molliendis, uel accendendis uim habent alimenta. Siquidem in Phœnicia compertum, uel halitu modo truculētioris Viperæ pernecari hominem. Quod Radicum illic ſuccreſcentium potentia creditur fieri.

¶ Nabatæorum mores. Nabaten uocari ex Adulterio conceptum. Reges apud Homerum ſolitos ſibiipſis ſubſeruire. Caput XXXVI.

n Abatæos eſſe felicium Arabum gentem, omnibus arbitror notiſſimum. a Nabate quodam ſic nuncupatam, Græci ſcribunt, dici'q; Nabaten ex adulterio conceptum. Horum Continentiam laudibus efferunt celeberrimi Auctores. Necnon cumulandis, aſſeruandis'q; diuitiis curam exactiſſimam. Illud admiratione non caret, Mulctam dici publice iis, Qui rem aliquo modo decurtarint, imminuerint'ue. Augeſcentibus opibus, honor eſt Domino exqſitus. Rara inibi Seruitia. Miniſteria ex cognatione frequētiora, Vel ſibi unuſquiſq; miniſter eſt. Quo more ne Reges quidem expertes ferunt, A quibus identidem parari dicuntur Conuiuia. In iis plura duodenis exiccaſſe pocula, ignominioſum. Rex ibi auctoritatis adeo dilutæ, ut non ſibi modo, uerum & aliis interim adminiſtret. Cæterum & Homerici Reges eius quoq; modi comperiuntur, ex quo item αὐτοδιάκονοι inueniuntur, ideſt ſibi ipſis ſubſeruientes, quando Priamus etiam ἡνιοχεῖ, ideſt aurigat'. Achilles cō cidit carnes, Icit fœdus, immolat'q; Agamemnon. Meminit Libro primo Athenæus. Nabatæorum ſuſtructiones impendio pretioſæ. Vrbes nullis communitæ mœnibus uiſuntur. Summa enim regioni pax. Equorum, quibus carent, uicem implent Cameli. Perfuncta fato Corpora retrimētitię ſordis Loco illis ſunt. Regium cadauer, ut rite cōtumulet', in Sterquilinia deiectatur. Sol illis ſacratiſſimum numen. In Arula res illi peragitur diuina, quam in ara excitarint.

¶ Ægyptiorum inuenta. Et eorūdem ritus. Calaſiris quid. Laura locus delitiarum. Dulcis cubitus apud Sardis. Caput XXXVII.

q Vid uero de Ægyptiorum ingeniis, de'q; eorum doctrina ſentiendum uideretur, abunde alias executi ſumus. Nunc nihilo ſecius prolibabimus quę piam eiuſdē gentis peculiaria, nequid per incuriam tranſiliamus, uelut cōniuentes, quod noſtros libellos adiutum eat. Igitur Quia in artibus reperiendis ſolertem fuiſſe Gentem eam, & in cognitione rerum indagādaſagacem, multi prædicant, compertum in Literis id primum, Ab Ægyptiis ex cęleſtium rerum ſcientia, & obſeruatione Anni rationem excogitatā primo, Inde portiones duodecim, quæ de Lunæ nomine Menſes nuncupantur, diſtributam. Græci quidē fuit moris, tertio quoq; anno, ut fieret aptior temporum reſponſus, menſem interiicere, quē Intercalarem dicimus. At Ægyptii, re uniuerſa, uti uiſum eſt, comperta certius, Singulis quidem mēſium tris dierum attribuentes Decadas, euoluto deniq; anno, quinq; etiamnum ſuperadiiciunt dies. Traditum porro, Duodecim Deorum rationem ab Aegyptiorum ſcientia Græcos ad ſe corriuaſſe. Proximos item Deorum excitaſſe aras, ꝓflaſſe ſimulacra, actē pla cōſtruxiſſe. Quin & Animaliū effigies Saxis inſculptas oſtendiſſe. Quæ ad gētis mores ſpectāt, & inſtituta, a cæteroꝝ ingeniis diſſita lōge cōperiunt'. Nā taceo illud, Veteꝝ Ægyptioꝝ alimēta ab herbis petita, paluſtri'q; caule, ea'q; quā Agroſin uocāt, Vnde irrepſit mos eadē Diis ſupplicandi. Mox uero ad piſcitiū trāſiſſe, ac nōnullos ad Carnes, pellib⁹ ad inte-

gumenta

gumenta Corporum reiectis. Sicuti ex Arundinibus attexebantur Domus. Ægyptios Hecatæus Artophagos nuncupat, Qui Cylleſtiis ueſcerentur. Proditum a' Sacerdotibus eſt, a' Mercurio deinde Artium, Diſciplinarum'q; excogitatos modos. Cęterum ferri hęc poſſunt, Illa admiratione non carent. Tenet quippe fama, fœminas inibi negotia obire, Cauponam exercere, ac id genus alia pleraq; peragere. Viros autem domi ſe continere, quæ alias muliebris cenſentur muneris, tractantes. Onera item capitibus geſtare, Virorum eſt. Humeris autem fœminarum. Veſicæ retrimenta reddunt Fœminæ ſtantes, Viri ſedentes. Ciborum ſuperfluitates intra domeſtica conſepta excernuntur. Veſcuntur in propatulo, uiis'q;. Sacerdotium nullum adit Mulier. Virile habetur id. Maribus Parentes alendi neceſſitas nulla. Filiabus autem ſumma. Scribunt non uti nos, a' ſiniſtro in dextrum pergentes, Sed ediuerſo. Prædicant tamen ipſi, Nos in ſiniſtrum produci, Se uero in dextrum. Literæ eorum bifarię ſunt, Sacræ, ac Populares. In Deorum cultum præter cæteros ſtudio feruntur exuperantiſſimo. Virilia circuncidere, non diffitentur, Sed rationem promunt, ut mundiores ſint. Sacerdotum tota leuigantur corpora, omni prorſum decuſſo pilo, 'nequid ſordium ſe proferat in re diuina. Amicula Linea ſunt, Calcei papyracei. Aliis uti nefas. Aegyptiorum Dii uniuerſim quidem Iſis, & Oſiris, quem Bacchum intelligunt. Seorſum uero & Alii plures. Nam apud Thebas arietina facie coli Iouem, traditur, quod Herculi ſeſe ita uiſendum præbuerit, ut Arietis detruncati pelle corpus obſepſerit. Quia uero Iouem Ægyptii Ammonem dicũt, inde Ammoniorum, Quos Aegyptiorum, atque Aethiopum colonos prodidere, cognomen celebratum, ſimul & Oraculi apud eoſdem uulgata fama. At Mẽdeſii inter octo deos Pana connumerant, quos priores duodecim illis opinantur. Eius Simulacrum caprinã præfert faciem. Crura uero hircina ſunt, non quia talem arbitrentur eum, Sed Veritatis arcanum myſtico adumbratur uelamento. Aegyptiace uero Pan dicitur Mendes, quo nomine Hircus item deſignatur, quãquam eſt quoque in Thracia ciuitas Mende, uel Mendis, ut eſt apud Apollodorum, unde Mendæum uinum. Sunt & in Sicilia prope' Palicos Mẽdæ. Suilli pecoris apud Aegyptios deteſtatio ſumma. Argumentum euidens, Siquis tranſeunter ullo modo belluam attigerit, eueſtigio cum indumentis omnibus in flumine abluitur. Propterea inibi Subulcis interdicitur templis uniuerſis, Nec per connubia quiſpiam cum eo genere affinitates conciliarit. Animal id nec Diis immolatur ullis, præterquam Libero, ac Lunę. Niſi ubi plenam uiſitationem illa facit, Liberum enim tunc ſacrificium eſt, nec Suillam carnem a' menſa reiiciunt. Maximus apud eos Senectuti honos. Veſtes non aliæ magnopere, quam Lineæ, circa crura ambitu extremo fimbriatæ, quas Calaſiris uocant, quanquam ibidem Calaſiries item Pugnatores uocantur. Sicuti etiam Hermotybies. Laneas ueſtes intuliſſe templo, profanum. Scelus item, inuolutum iis cadauer condidiſſe. Aegritudinum ibi non unus eſt Medicus, Suus eſt unicuiq; morbo deſtinatus. In funeribus is irroborauit mos, ut decedente aliquo, Caput ſibi muliebris familia, & uultum deformet Luto, excurrat deinde per Vrbem, ac ſe plangat. Conuerberantur & Viri renudatis pectoribus. Salinariis mox cõdiendum traditur Cadauer, cum odoribus, tum etiã Sale. Muliebre corpus domi diutius aſſeruatur, ne Veneria fœditate a' Salinariis inquinetur, quod experimento cognitum quãdoque eſt. Vnguenta Aegyptiis, præſertim in paluſtri ſolo, ex Sillicypriorum fructu, ipſi appellant κύπι. Cogebatur Aegyptiorum unuſquiſque deſtinato Magiſtratui, quo ſe artificio tueretur, palam facere, Quod ſiquis ementiretur, morte luebatur mendacium. Eam Legem ad Athenienſes quoq; tralatam a' Solone, auctor Diodorus, pdidit. Poſtremo nec illud ſilentio inuoluendum, In numeroſa Aegyptiorum Regum ſerie, mãdatum literis, etiam Fœminas quãdoq; regnum tenuiſſe. Ganeata eorundem cibaria literis cõmẽdarũt multi, Sed palam facit hiſtoria potiſſimum, qua proditur memoriæ, aduerſus Perſarum Regẽ Ochum expedito cum exercitu irruiſſe Aegyptium Regem, mox'q; a' Perſis ſuperatum. Cũ ab Ocho tractaretur humane, etiam menſæ adhibitus, ridere perexit perſicam lautitiam, ut tanto principe indignam prorſus. Acſi collibeat inquit, noſſe, Cuiuſmodi eſſe deceat felicium Regũ mẽſam, imperato meis olim Coquis, Cœnã parent Aegyptiã. Cũ adnuiſſet Ochus, arriſiſſent'q; plurimum id genus condimenta, Malũ male inqt, o Aegyptie diſpdant te Dii. Qui hiſce neglectis, uiliores affectaſti dapes. Fuit apud Alexãdrinos Loc⁹ Laura noie, ĩ quo oĩum, quæ ad delitias ſpectarẽt, uiſebat' fox. Sicuti fuit apd Samios Laura quoq;, Polycratę

tyranno ſtruẽte, Vt apud Sardis qui eſt, Dulcis cubiti exhiberet imaginem, Lydorũ imprimis molliciem amplexatus.

¶ Aphrorum ritus diuerſiſſimi. Necnon de Carthaginienſibus. Ammon Iupiter unde. Parammon Mercurius. Gorgia quid. Gorgones Animalia. Boues retro paſcentes.

Caput XXXVIII.

a Phricam eſſe hominibus fœcundiſſimam, auctor probat Herodianus, proinde Gentes diuerſiſſimæ in eadem, & moribus maxime miris. Nobis omnia conſectari, non eſt conſilium, cum delectu curioſo, quod hactenus, fecimus, paucula ex ſtrue cumulata præcerpemus. Aphricam M. Tullius omniũ uocat prouinciarum arcem, natam ad bellum contra Vrbẽ Romanam gerendum. Adyrmachidas ad Ægyptum uergẽtes eiſdem fere uti moribus accepimus, quibus & Ægyptii narrãtur imbuti. Vxoribus in utroq; crure armilla ineſt ærea. Caput inſigniter comatũ. Siquos, uti aſſolet, pedunculos ceperint, præmordent, ac mox abiiciunt. Virgines iam maturas Viro aſtituunt Regi. Quæ præcipue illexerit animum, præfloratam dimittit. Naſamonum ſingulis de more adſunt Vxores plures, Cum quibus uel palam congredi, receptum apud eos eſt, Prius Scipione prætento. Nuptiali cœna diſcumbentium ſingulos, adit Noua Nupta Veneris gratia. Congrediuntur illi, domo allatum donum contribuentes. Sicubi iuriſiurandi uſus ueniat, concipitur id per Viros, qui olim apud eos plurimo Virtutum ſplendore enituerint. Affuſis precibus ad maiorum monumenta, futurorum ſcientiam aucupantur incubantes manibus. Fidei ſanctio maxima, inuicem ſibi idem propinaſſe poculum. Cuius ſi inopia fuerit, e cinere idem petitur argumentum. Scatet feris Garamantum ſitus. Tenet conſtans fama, auerſari eos hominum commercia, immo uero etiam aſpectum fugitare. Arma illis nulla, Quando nec tueri quidem ſe audent. Macas memoriæ proditũ eſt, ſumma Capitis curioſius deradere, relictis in meditullio capillis, quos ſuccreſcentes circuntondent eadẽ cura. Poſſent uideri Sacerdotes noſtri ritum inde mutuati, Niſi quod Capitis Corona ex Romanę Eccleſiæ inſtitutione regnum præfert, quod in Chriſto expectatur. Capillorum uero decuſſio temporalium indicat bonorum depoſitiõem. Gnidanum Vxores fimbriarum copia perſtrepunt, pretium id concubitus eſt, quo pluribus quæq; uiſatur exculta, eo plauſibilior eius forma cẽſetur, ceu quam adamarint innumeri. Machlyes comam in occipitio connutriunt. Auſes uero Capronas e fronte demiſiſſe, gaudent. A Virginibus honori Mineruæ, quam indigenam arbitrantur, certamen editur quotãnis, Arma Lapides ſunt, fuſtes q; Siqua ex ictu deceſſerit, falſa cenſetur Virgo. Quæ omnium præſtantiſſime depreliata eſt, a cæteris græca condecoratur armorum facie. Subuehitur q; curru per Tritonidis ambitum paludis. Putant uero Mineruam Neptuno prognatam, & palude eadem. Coargutam uero grauius a Patre, indignabundam q; inde, adoptandam ſe Ioui inſinuaſſe. Promiſcuus porro illis, ac ferarum prorſus more paſſiuus cum mulieribus congreſſus. Troglodytas Æthiopum inenarrabili pedum celeritate mirantur rerum Cõditores, Non articulatior illis Vox. Verum qualis in Veſpertilionibus inauditur, Stridor. Cibus non aliunde, quàm ex ſerpentibus, Lacertis ue, ac omnino reptili genere. Libycum uero inſtitutum id item eſt, Vt Quos in uenatione, uel pugna Elephantes attriuerint, magnifice ſepeliant, ac Hymnos præterea concinant. Quorum id ſit argumentum, ἀγαθοὺς ἀφθάρτους εἶναι τοὺς ἀπὸ πολέμου γιγνομένους θηρίων βούτῳ, ideſt Viros eſſe bonos, Qui tam atroci belluæ exaduerſum ſteterint. Quod Mors glorioſius comparata ἐνθάρσιον ſit τῷ θαπτομένῳ. Atlantes propriis carere nominibus tradunt, ſolos hominum, quod nobis compertum ſit. Hoſce memorant orientem execrari Solem, ac omnifariam ingerere conuitia, quia ipſos perurat, & inutilem reddat regionem, caloris exuperantia ambuſtam. Aphris porro paſtoribus mos ille uetus eſt, Quadrimis filiis Verticis Venas, aut ẽt Tẽpora, Lana, quã Succidã dicimus, adhibita, inurere, Cõpeſcẽdis e Capite fluctionibus. Propterea q; inter oẽs, pſperiore uti ſe putãt ualetudine. Ac re uera eiuſmodi cõperiuntur. Quod ſi amburẽdis uenis forte Spaſmo corripiant Pueri, inſperſam Hirci urinam, præſentiſſimũ malo remediũ, arbitrantur. Aphras mulieres ſuper Veſtẽ nudas geſtare Caprarũ pelles fimbriatas, ac rubrica litas. Vnde apud Græcos defluxerit Ægidis appellatio. Quadrigarũ item morẽ indidẽ in Greciã demanaſſe, pdunt.

Sepeliendi

Sepeliendi ritus a' Græca non ita abiungitur consuetudine. Risu non caret, quod in more Nasamonibus est, Qui sedentium habitu mortuos astituunt, id ipsum & inter moriendum curiosius attendentes, ut Sedentes expirent. Ammon celeberrimum est Libycis numẽ, Cui de Pastoris nomine, a' quo illi primo erectum Simulacrum est, appellationẽ factam, in Messeniacis rebus auctor Pausanias est, Sicuti Babyloniorum Belus ab Ægyptio quodam Belo creditur nuncupatus. Scitu uero dignum, dici nõ Iouem modo Ammonem, Sed & Ammoniam Iunonem. Quin & Parammon Mercurius colebatur in Libya quoq;, Sed ita, Vt Helei in Peloponneso eisdem pariter rem obiisse diuinam memorent. Maxyes in parte Capitis dextra comam enutriunt, in sinistra decutiunt. Minio linunt corpora, se'q; a' Troianis propagatos, fabulantur. Oblinuntur colore eodem Zygãtes, quibus ex Simiis alimẽta sunt. T. Liuius perfidiam Pœnis attribuit, quam uel punica maiorem in Annibale fuisse, scribit. Cicero calliditatem, Sicuti numerum Hispanis. Robur Gallis. Artes Græcis. Italis Sensum. Romanis pietatem, ac Religionis Sapientiam. In Floridis Apuleius Carthaginem miris efferens laudibus, inibi Pueros omnibus imbui disciplinis, scribit, quas & ostentent Iuuenes, doceant Senes, Esse porro Carthaginem eius prouinciæ magistram uenerabilem, Aphricę musam cælestem, Camenam Togatorum. Carthaginiẽsium Iuuentutem uidetur non citra probrum Ennius tunicatam dixisse, Quoniam primum tunica non uterẽtur Romani, mox substrictam admiserint, breuem'q;, citra humerum desinentem, quã uocant Exomida. Carthaginiensium item mores incessit Plutarchus, ut amarulentos, tristes, subditis graues, in terroribus haudquaquam generosos, in Ira peragrestes, ac feros, pertinaces in iis, quæ semel complacita sint, ad lusum, & gratiam immites, asperos'q;. Illud hic obiter subnotarim, Esse in Libya Gorgonas animalia κάπω βλέποντα, ideſt despectantia semper, Ouibus creduntur agrestibus similia, aut Vitulis, sicuti quidam uoluere. Pestilẽs iis est oris halitus, qpe intereunt mox afflata omnia. Sed nec innocentior ab oculis radius manans, ubi concussa, quæ a' fronte in oculos propendet, Coma, spectarint aliquid. Cognitum id a' Marii militibus aduersus Iugurtam bellantibus. Esse item in tractu eodem Boues Hopisthonomos. i. retro pascentes, id exprimentibus cornibus, quæ adnuunt, proclinantur'q; in ima, Gorgia, ideſt γόργεια ad Gorgonas pertinent nihil, nam dicuntur eo nomine Dorienſibus histrionum Personæ.

¶ Clepsydræ notiones plures. Hydrologium quid. De Clepsydrio item. Caput XXXIX.

Æterum relictis deniq; Gentium moribus, Quos miscellanea quadam ratione, ac promiscua, ut se inter legendum obtulere, prætexuimus, ad institutum,
c ueluti postliminio redeamus. Atq; illud attingamus primum, Clepsydram dici quandoq; Astronomicum organum, horas metiens. Clepsydris inquit, Martianus, Lunæ magnitudo cognoscitur. Hydrologia uidetur appellasse Cleomedes in tractatu, de cælestium Orbium contemplatione, quibus Solem dimetiebantur. Pausania uero auctore, scimus in uertice montis' Ithomes Arcis Messenensium, Vnde Ithomęa dicantur festa, Iouis Ἰθωμάτα honori dicata, Fontem fuisse, nomine Clepsydram, in Arsinoen fontem alterum influentem, credo, quia quandoq; exundet, quandoq; deficiat. Fuit & in Arce Athenis eodem nomine fons, ita nuncupatus, quod flare incipientibus Eteſiis impleatur, flaccescentibus autem, desinat, ρsimili fere' ratione, qua Nilus. Legimus & Metichen Scortillum Clepsydræ cognomentum sibi adoptasse, cum ad Clepsydram concubuisset, ac uniuersa defluxisset aqua. Euboli quoque Poema dictũ legimus Clepsydram, quod Auctor prodit Athenæus, Dipnosophistarum Libro tertio ac decimo. Qui Clepsydræ æqualitatem custodiret, Ephydor dicebatur. Quia uero est horonomicon Vas Clepsydra, hinc præfinito dicentes, ad Clepsydram id agere, pronuntiamus. Hinc Cicero, Cras ergo ad Clepsydram. Clepsydram graphice Apuleius expingit. Clepsydrii auscultationes inuenimus apud Philostratum, quibus Adrianum tyrium ascriptum refert, ab Hero de Attico, tãquam rei maxime arcanę. Item Pausaniam Cappadoca unum ex iis fuisse scribit, qui Clepsydrii participes forent, quos inquit, aliqui uocant διψῶντας, ideſt Sitientes. De Clepsydræ porro' ratione in Encycliis Quæstionibus Aristoteles.

¶ Vocabulum Lutra quàm uarias recipiat notiones. Da Lutrophoris, & corriuatis a' Lutra dictionibus. De Aqminariis, Aquariis item, ac Cerere Lusia, & Arione Equo. Nept. & Cereris eiusdem fabella. Caput. XL.

1 Vtras sunt qui in nostris literis aquas immundas dici a' Græcis, interpretẽtur, opinor inde adductos, quia Sudas λοῦϑον exponit τὸ ἀπόλουμα τὸ ῥιπαρόν. Sunt & Lutræ fibrorum e' genere, quas nunquam mari accepimus mergi. Hasce uero etiam Lytras, Varrone auctore, dicimus, quia radices arbor in ripa succidãt, quamuis possit uideri etiam a' Luendo Lutra nuncupari, quod aquis se lutet, quoniam Enhydris græce interdum nominetur. Elytron uero crustam dicunt pennas superueuientem, quasi uagina inclusas, ut in Scarabeis, nam inde Anelytra dicuntur, quæ detectas habent pennas, uti Apes. Luntę uocantur Aues, quæ Lauandi usu non carent, Sicuti Conisticæ mersantes se puluere, uelut pulueratrices. Lutra Græci genere neutro etiã Balnea dicunt. Sicuti etiam Lutronas, ut Xenophon. Balnei uero Aquam Lutrion, ut Aristophanes ἐν ἥρωσι, noua etiam Comœdia Lutas. Inuenio & Lutrophorum appellari, Qui nouis nuptis lauacra deferebat, Athenis quidem ex Callirrhoe, aut ex Enneacruno, Alibi uero undecunq; Puerum genere propinquissimum eo fungi solitum munere, scribunt Nõnulli. Fœminam uero in eo usu intelligere uidetur Pollux. Quin & in Veneris templo apud Sicyonios Virginem, quæ annuo fungatur sacerdotio, Lutrophoron dici, Pausanias scribit. Nymphica item Lutra fuisse dicta, reperio. Erant & sui defunctis, Qui cælibem trãsmisissent uitam, Lutrophori, ideſt Pueri hydriam tenentes, qui super monumentum astituebantur. Lutra uas item apud Latinos. Vnde Elutriatum Vellus apud Plinium, quod de Vase in Vas tralatum est, quod transuasare item dicitur, sed rarius. Elutriare lintea ex Laberio apud Gellium, pro lauare positum uidetur. Sicuti Labandria, quæ ad lauandum sunt data. Putant ex Eruditioribus aliqui, a' Lutra dici Elutriare uerbum. Id uero est Os Culei. Vnde & Lurcones capacis gulæ homines. Apud quosdam Luter uas est, quo miscetur aqua uino. Eius commeminit Hieronymus in Iouinianum. Et quoniam de Aquis mentio est, Aquarios lego nuncupatos Hęreticos quosdam, qui aquam offerebant solam in calice sacramenti. Apud Ciceronem in Epistolis familiaribus a' Cælio concinnatis, uidentur esse Aquarii, qui aquam circunferunt uenalem. Nisi ego inquit, cum Aquariis, & Tabernariis pugnarem, Ciuitatem Veternus occupasset. Iuuenalis, Veniat conductus Aquarius. Aquaria prouincia in Cicerone aduersus Vatinium, Cura est Quæstoris, præfecti mercibus, quæ mari, uel omnino aquis subuehuntur, nequid exportetur. Sed et publicis aquis præfici solitos quosdã, scimus. De qbus qñq; sit Senatusc̃ōsultum factum, ut, cum eius rei causa extra urbem forent, Lictores binos, & Seruos publicos ternos, Architectos singulos, & Scribas, & Librarios, Accẽsos, & Prȩcones totidẽ habere liceret. Hosce dici quandoq; Aquarum Curatores animaduerto, interdum & Aquarios. Iulius Frontinus. Ille Aquariorum tollẽdus reditus, quem uocant Pũctam. Et mox docet, fuisse quendam, qui appellaretur a' Punctis, Pertinebant & ad eãdem aquarum rationem, qui uocabant' Villici, Castellani, Silicarii, Tectores. Sed hæc ferme' Ministeria erant. Alibi Frontinus Aquariorum fraudem nominat, quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum usum deriuare deprehendisset. Super qua re Cælii Rufi edita quoque legebat' Oratio, Cui titulus fuit de Aquis, Vbi Aquariorum dolo, irriguos agros, tabernas, cœnacula perpetuis salientibus coarguebat instructa. Vnde illustratur Cęlii eiusdẽ Locus, de quo diximus. Qua in parte mirari quis potest Interpretum uanitatem, sępius in uado hærentium, aut prora illisa, uel suppressa etiamnũ naui, uix enatantium. Aqminaria uasa apud Pomponium iurecon sultũ ab aqua deducunt', ut sint ad abluẽdas manus instrumẽta. Quę escario argẽto ꝓtineri putat. Scribit Herodotus historia prima, Aqminaria duo Apollini delphico fuisse a' Crœso oblata, aureũ, argẽteum q;. A' Græcis ποδανιπτῆρα nuncupari uident'. Aqualẽ cũ aqua, ubi in Curculione Plauti legimus, notionem arbitror manifestam. Aquarium in Pomp. digestis de seruitute rusticorum prædiorum, esse locus uidetur, unde ducitur aqua in fundum riguum. Sunt & Aquilices apud Callistratum. Lusiam, ideſt λουσίαν inuenio cognominatam Cererem in Arcadia apud Thelpusãm, Quod olim ei quærenti filiam congredi concupisset Neptunus, id ut uitaret Dea pudica in Equã se deformauit. Dolo percognito, Deus

Equum

Equum induit, ac mox Cererem adiit. Quæ initio factum tulit permoleſte, Inde ira deſita, Ladonis aqua expetiuit relui. Hinc producta cognomenta duo, Nam Erinnys nuncupari cœpit, Quoniam indignari apud Arcadas ἐρινύειν dicitur. Ex ablutione uero Luſiæ prorepſit appellatio. Sunt, qui Luſiæ ibi Simulacrum non Cereris eſſe coniectent, Sed Themidos, toto, quod aiunt, Cælo aberrantes. Ex concubitu eo natam ferunt puellam, Cuius nomen non initiatis enuntiaſſe, nefas arbitrabantur. Natum item Equum Ariona. Qua ratione Hippion Neptunum Arcadas putant cognominaſſe primum. De Arione hoc intellexiſſe in Iliade Homerum uolunt,

ὃν δ' ἔτεκεν μετόπισθεν ἀρίονα δῖον ἐλαύνειν,
Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ Δηοΐην γένος ἦεν. Sed & in Thebaide ſic legimus.
ὃς ἄρρηκτος ἔφυγεν ἐκ θηρῶν εἴματα λυγρὰ
φέρων ἐπὶ ἀρίονι κυανοχαίτῃ.

In Arcadia interluit Gortyna uicum fluuius initio Luſius cognomento, quod natum ibi Iouem abluerint, mox & Gortynius, Cuius aqua creditur omnium frigidiſſima.

¶ Alopeciæ morbo unde factum nomen. Hydrocephalæ affectiões. Quid Alopecium. Alopecades. Vulpio. Vulpis fraus. Scolios. Cerdo. Cynalopex. Cinados. Baſſarus. Baſſæ. Alopeconeſus Apollo Epicurius. Caput XLI.

Alopeciam, morbum inde dici, Galenus arbitratur, cum alibi, tum apud Hippocratem ſententiarum Libro ſexto, quia Vulpina ſit affectio, Quod approbat itē Paulus Æginita, Libro tertio. Vbi in humano capite areas & glabreta Capillus deciduus facit. Idem erat Ophiaſis. Sed hæc a Serpēte, inquit Galenus, cui ſubſimilis eſt, nominis rationem ducit. Ex ſucci prauitate utraq; res conſurgit, quemadmodum & Madaroſis. i. glabritas. Plura in Cornelii Celſi de medicina Libro ſexto. Cæterum quod in græcis monumentis ad hunc uſum cōperi, minime diſſimulandum. Eſt inquiunt, Pathos Pſiloticum, hoc eſt decutiens pilos morbus, Alopecia dictus ex proprietate urinæ animalis eius. Vbi enim Lotium id fuerit affuſum, eueſtigio infructuoſus efficitur Locus, areſcentibus herbis, nec ſuccreſcentibus nouis. Morbū hunc inuenio ἀλωπεκίασιν dici quoq;. Verum, uberius ut iſta proſequamur, Circa Cutem Capitis, inquit Galenus, ſeſe promunt Affectiones hæ, μελικηρίς, Meliceris, Atheroma, ideſt ἀθέρωμα. In extimis uero Alopeciaſis. Sunt & Hydrocephalæ affectiones. Earum ſpecies nouimus quatuor, Aut enim coit aqueus humor in Cerebri meditullio, & panniculi, Aut panniculum inter, ac Os, Aut inter Os, & Pericranium, Aut in Oſſis, & Cutis medio. Pericranos inquit in Libro, Cui titulus, ὅροι ἰατρικοί, Galenus, eſt pellicula neruoſa totum complexa Craneum. Verba ipſius hæc, περὶ κρανος ἐστὶν ὑμὴν νευρώδης, πᾶν τὸ κρανίον. Ambeuntes uero Cerebrum Panniculi μήνιγγες dicuntur. Eos finit idem σώματα νευρώδη, καὶ ἀρτηριώδη. Lego Alopecia item Vulpium Luſtra recte dici. Alopecades uero Vafer eſt. Vulpionem noſtrates uocant, & in Apologetico Apul. nam Cicero de Officiis primo, Fraudem Vulpeculæ attribuit. Vim Leoni. Proinde Lacedæmonius Lyſander, cum ei uitio uerteretur a non nullis, quod fraude ſubinde agere uideretur, Quo inquit, Leonis peruenire pellis non pōt, Vulpinam aſſuiſſe, haud dedecuerit. Huiuſmodi uero uafricie inſignes homines, ac panurgos ex interpretatione Procli Diadochi Scolios uocat Heſiodus. i. tortuoſos, obliquoſq;, ubi ait σκολιὸν ἰθύνει, Hoc eſt, Scolium dirigit caſtigādo, & ad ſimplices reuocat mores. Vulpem porro dici item a græcis Cerdo, notiſſimum arbitror, a Cerdoſyne, quæ aſtutia eſt, maxime Fallens. Sed & Cerdos aſtutiam indicat uulpinam, Ariſtophanes in Comœdia, Cui titulus ἱππεῖς, δόλιαν κερδὼ, πολύϊδριν. Hoc eſt, doloſam Cerdo, multiſciam. Philoſtratum quendam laſciuiuſcule ſe ornantem idem Ariſtophanes uocauit κιναλόπηκα, ideſt Cynalopeca, ex cane, ac Vulpe concinnata dictione, Niſi ad Cynnam ſcortillum referre malueris. Cinados tamen inquit Theocriti Interpres, Vulpes nūcupatur, παρὰ τὸ κινεῖσθαι ἀναιδῶς, ideſt ab impudenti motu, uel quia doloſe motetur, Meminit pro Cteſiphonte Demoſthenes. Sunt qui eo nomine feram quālibet intelligant. Alii paruū animal genitalia nunc proferens, nunc retrudens, quod Ariſtophanii Interpretes adnotarūt,

refert Harpocratio, Cinadion dici a' Siculis Vulpem. Est item apud Sophoclem Cinados. Eo quoq; nomine Nauis Menelai gubernatorem nũcupatum, Pausanias scribit, Cuius fuerit monumentum in promontorio, Quod in Laconia uocant, ὄνου γνάθον, idest Asini maxillam. In Sudæ Lectum monumentis est, Vulpem apud Herodotum nũcupari Bassarum. Bassæ autem locus est in Cotylio monte prope' Phigaliam in Arcadia. Vbi celebratur Epicurii Apollinis templum, nato inde cognomine, quod in pestilenti morbo tulisset opẽ. Qua ratione ab Atheniensibus dicitur Alexicacus. Alopeconesus uero insulæ nomẽ est, uelut inquit Stephanus, hellespontiæ Cheronesi Ciuitas, inde ex Oraculo adepta nomẽ, ut ibi Athenienses Ciuitatem conderent, ubi Vulpium Catulos comperissent. Est & Alopecia insula Straboni Libro decimo.

¶ Asciam cruribus illidere quid. De Antiphonte, ac Dionysio. Dolabella'ne dicat', An Dolobella. Caput XLII.

a Sciam cruribus illidere, ex Apuleii doctrina per parœmiam dici de iis uidet', qui ipsi sibi mala accersunt, impingũt'q; aut sponte, aut per temeritatem, qd' genus nimio plus frequens est. Sæpe etiam per libertatis exuperantiã, ad qd' scita hercle, & digna, quæ non prætereatur, ex Philostrati Sophistis suggeritur nobis historia. Siquidẽ Dionysio Siciliæ tyranno amplius scrutante, Vbi terrarum exquisitius haberetur Æs, Respondit Sophistes Antiphon, ut erat ingenii extemporalis, semper'q; in numerato, Optimum se nosse Athenis, ubi erectę starent Harmodii, et Aristogitonis statuæ. Fuerant uero hi tyrannicidę, Innuebat Antiphon, esse itidem Dionysium ab eiusmodi hominibus dignum, qui contrucidaretur. Verum dicacitas tum petulãs, tum nimia homini male cessit, ac inter alia euidens peperit exitium. Asciam nonnulli etiam Dolabram dici rentur, Vnde inclinetur Dolabella, ut secũda syllaba prorsum habeat a, nõ o, ut fere' uulgo receptũ est, Quod Cæcilius Minutianus Apul. in Libro de Orthographia monumentis prodidit.

¶ Craterem Helenę, habere prouerbii formam. Nepenthes homericum quod nam sit. Pista medicamina. Epipasta, Christa. Item Nepenthes auscultationes. Cap. XLIII.

c Raterem Helenę apud Philostratum eundem prouerbii forma enuntiatum, animaduertimus de iis, Quæ nobis æstuationem mentis leniunt, solicitudinem sedant, molliunt'q;, & disserenato animo, ac fronte erugata, exporrecta'q;, curarum obliuionem inducunt. Ita enim in Sophistarum Vitis, in epistola ad Antoninum legimus cõscriptum. τόδε φρόντισμα τοῦτο ἄριστε ὑπάτων, καὶ τὰ ἄχθη σοι κουφιεῖ τῆς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς ἑλένης τοῖς αἰγυπτίοις φαρμάκοις. Qualis uero fuerit Crater hic, uerbis potissimum Plinii, ex XXV. naturalis historiæ percipi facillime quadantenus potest. Homerus inquit, primus doctrinarum, & antiquitatis parẽs gloriam herbarum Aegypto tribuit. Herbas'q; Ægyptias a' Regis Vxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud Nepenthes obliuionem tristitiæ afferẽs, & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinandum. Porro' sunt ex diligentioribus, qui rimati exactius, cuius nam modi foret pharmacum id, ex quibus'q; ꝯcinnaret', suspicati sunt, esse Buglossam. Propterea quod de ea sic prodiderit Galenus, καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνης αἴτιον γίνεται, idest Vino iniecta hilaritatem inducit. Medicamenta uero hoc genus dicebantur Pista. i. πιστὰ, iuxta Æschylum, quod ebiberentur, uelut ποτὰ, uel πότιμα. Erant & quæ uocarentur Epipasta, quoniam inspergerentur, postremo & χριστὰ, quæ Litu proderant. Tres uero hæ Pharmacorum Ideę Homero celebrãtur imprimis. Dignum item relatu, qd' enotatum reliquit Philostratus idem, Antiphontem illum, qui a' persuadendi potentia Nestor est cognominatus, Nepenthes auscultationes promittere solitum, quando nullus tam atrox est, infestus'q; dolor, Cuius uellicationes ciuili eloquentia non lenire modo, Sed excutere ẽt quiret. Ex quo arbitror Plut. scribere. Ab Antiphõte excogitatã τῆς ἀλυπίας τέχνην, idest artem Alypiæ, quæ uox tristitiæ carentiam indicat.

¶ De Archytæ

¶De Archytæ tabella, ſeu Platage. Item quid Crotalum, & Crotalus. Crocala. Cocalia. Aſcari. Lumbricorum ſpecies. Aſcarophori, Aſcarides. Ciriæ. Tæniæ. De Platagonio quæpiam non inſcita, & Telephyllo, ac Anemone. Caput XLIIII.

a Archytæ tabella in Græcis plerunq; auctoribus celebrata, quem habeat uſum, egregie Politicorum octauo, præmonſtraſſe Ariſtoteles uidetur, ad uerbum fere ita prodens. Inſimul inquit, neceſſarium eſt, Pueros re quapiam diſtineri, exerceri ue. proinde Archytæ tabella recte admodum, & ſcite fertur excogitata. Exhibent enim pueris eam, ut eius detẽti luſu, nil eorum, quæ ſunt domi, oblædant, comminuãt ue. Quando inſitum pueritiæ, nuſq; quieſcere. In quo tñ etiam atq; etiam commonendi ſumus, In codicibus Græcis ita adnotatum reperiri. καὶ δεῖ τοὺς παῖδας ἔχειν τινὰ διατριβήν. καὶ τὴν ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι καλῶς. Vbi Philoſophus hic Platagen dicit, Quam Arretinus Tabellam nobis reddidit. Id cur, nõdum cõperi, niſi quod buxeam quandoq; fuiſſe Platagen, ex Leonidæ tetraſticho, Vbi πυξινέη nominatur πλαταγὴ, animaduerto. Sic autem habent primores uerſus.

Εὐφημόνηοι σφαῖραν, εὐκρότα λόντε φιλοκλῆς
Ἑρμείη ταύτην πυξινέην πλαταγήν.

Græci tamen finiunt, eſſe inſtrumenti ſpeciem Platagen ſonori, & obſtreperi ex ære. Vnde illud, ὁ δὲ πλαταγὴν χαλκευσάμενος ἐπλατάγη. Sunt qui putent Platagen eſſe æneum Crotalum. Apollonius eius mentionem facit,

χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ πινάσσων,

λούπει. Crotalum uero doctiſſimi interpretantur calamum ſciſſum proprie, ac ſtudioſius comparatum, ut efficere ſonum queat, ſiquis uerſet manibus. Vnde & maſculino genere Crotalus dicitur, qui lingua eſt expeditiore, ac uoce ſonãti, & propè tinnula, loquaci quoq;, ſicuti Euſtathio credimus, Qui ex teſta, Ligno, ære concinnari ſolitum ſcribit Crotalum. Inueni, qui Crotalum intelligant inſtrumentum Muſicum, quo in Deorum cęrimoniis utantur Aegyptii, & a uerbo Græco inflectant κρούω, quod pulſo eſt. quãuis non deſint, qui pro plauſtro reſonanti accipiant. Quidam Annulum interpretantur ex ære, qui ferreo quatiatur baculo, unde illud ex Poetica officina.

Coppa Syriſſa Caput graia redimita mitella.
Criſpum ſub Crotalo docta mouere latus.

Dicuntur & quibuſdam fluminum calculi, lapilli ue Crocala. Nam Cocalia, ideſt κωκάλια ſunt inter animalia, quæ teſta conteguntur. Sicuti Limaces. Sunt qui Crotala dici quoque Aſcaros putent. quãquam & Sandalia quædam eodem cenſentur nomine. Aſcarophoron uero φορτηγὸν interpretantur, ideſt onera ducentem, geſtantem ue. Aſcarides autem, ut in parerga excurramus protinus, Galeno ſunt Lumbrici minores Vermibus ſimiles. Nam qui oblongi uiſuntur, lati q;, uocantur κειρίαι, Quod aſſimilentur κειρίαις. Nuncupantur ratione compari & ταινίαι. Sunt & Lumbrici rotunda ſpecie, ac σπιθαμιαῖοι, aut etiam maiores. Lumbricos uniuerſim ἑλμίνθους appellant. Ciriæ uero ſeu κειρίαι inde nominis rationem habent, Quoniam Cirias uocant Græci Inſtitas, Sed & Zonas, quibus reuinciuntur lectuli. Ariſtophanes Auibus, οὐδ' ἂν χαυδυῆ πάνυγε κειρίαν γ' ἔχων. Dicitur Ciria item σπαργάνωσις, ideſt faſciatio. Cæterum, ut ad Platagẽ redeamus, Eam fuiſſe puritiæ dicatam, in Sympoſiacis teſtari Plutarchus uidetur. Si autem inquit, dare non oportet, ueluti pueris interquieſcere neſcientibus, haſtam, uel Enſem, Sed Platagen, & Pilam. ſicut temulentis ferulam tradidit Deus, leuiſſimam, molliſſimam q;, ut feriãt qdem, uerum non lędant. Hinc Adagii forma obrepit non inſcita, ut arbitror, aduerſum eos, qui prudentiæ inopia, aut ingenii obtuſa quadam hebetudine, uel etiam, ut ſæpe ætatis uitio repuerascunt, ueluti q; ad luſus redeunt pueriles. Hoſce enim ad Archytæ Platagen eleganter recidiſſe pronuntiamus. Eam uero fertur Archytas excogitaſſe primus, unde & appellatio ducta. Platagonion uero inquit Pollux, nuncupatur Crotalum, Siſtrum q;, quo utuntur Nutrices, dum lenire Infantes cupiunt, qui difficilius conſopiantur. Addit, Amantes quoq; platagonio luſitaſſe. Hoc uero Græci quidam interpretantes ita accipiunt, Eſſe Platagonium Papaueris, & Anemones herbæ folia, ἀφ' οὗ πλατάσσει, ἦχον ἔχειν, ideſt a ſono, quem

collisa faciunt, iis siquidem periclitabantur, Ecquid Amasiis suis forēt grati, esset'q; affectus mutuus. Siquidem Pollici imponentes ea, & Indici, mox collidebant, quod si ꝑcrepuissent, amari se augurabantur. Sin minus, ut frustrati ingemiscebant. Id ipsum uero plane' significat Theocritus hisce uersibus.

Ἔγνων πρὰν ὀκάμου μεμναμένου, εἰ φιλέεισμε.
Οὐ δὲ τὸ τηλέφυλλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν,
Ἀλλ' αὔτως ἀπαλῷ ποτὶ πάχεϊ ἐξεμαράνθη.

Idest Cognoui uel prius, quando periclitante me, an amarer abste. neq; Telephyllon insonuit collisum, Sed uane molli in brachio conflaccuit. Vbi Telephyllon Poetæ illius Interpretes esse autumant Papaueris ramum, cuius foliis intra manum collisis, ex sono, ut diximus, de Amore coniectabant, dictum'q; putant, quasi δηλέφιλον, quod amorem præmonstret. inde sunt, qui non per υ, sed per i, scribendum astruant. Alii putant, esse ῥιζιόντι θαμνῶδες κάτωθεν ἀναβαίνον τρίκλωνον. Apud Aristophanios Enarratores in Equitibus, inuenio Verbum πλατυγίζειν signare peculiariter, sinistræ platagonium imponere, mox'q; dextra impacta, sonum elicere. Quod autem de Anemone commeminimus, Scribunt nonnulli ex Græcis, Ex Adonidis sanguine prognatam. Sosibius ait, apud Laconas esse Anemonias, quæ uocentur Phænides. Ni φεννίδες fuerit rectius, quo Pilæ signantur Lusus.

¶ Athenodori, & Philostrati iudicium de Iulio Polluce. Cap. XLV.

a Thenodorum legimus, cauillatum genus dicendi, minus altis subnixum radicibus, Iulium Pollucem esse ueluti Tantali hortos, dictitare solitum, rem uidelicet leuiculam, & momenti non magni, quæ'q; esse aliquid uideatur, cum sit nil fere'. Sed & Philostratus de eodem ita sibi scribere permisit. Pollucem inquit, Naucratitem ambigo, doctum'ne appellem, An imperitum. An quod fatuum forte uidebitur, doctum pariter, & indoctum.

¶ Byzantii Laus præcipua. Byzantios fuisse οἰνόφλυγας, idest Vinolentos. Macedonis Philippi dictum præclarum. Cap. XLVI.

b Yzantium Thraciæ Ciuitatem perillustrem, Vtriusq; linguæ monumentis celeberrimam, Sors delphica uel præcipue extulit, quæ scitantibus Megarensibus ad eam pertinens reddita ferme' sic est.

Ὄλβιοι οἱ κείνην πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν
Ἀκτῆς θρηϊκίης ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα πόντου.

Felices uero futuri pronuntiantur Viri, Qui thracii litoris Ciuitatem habitabunt ad Pontios. Quāquā non me fallit, Byzantios ita quandoq; a' Græcis cōuelli, ut Acolasti dicantur, idest intemperantes, quippe qui in Venerem ferrentur præcipites, & uinum. Quod in uaria historia recensuit Aelianus, Illos plurimum in Caupona solitos uersari prodens, Proinde ἐκ τούτων inquit, ἔξεστι νοεῖν, ὅτι καὶ πρὸς ὅπλα, καὶ πρὸς πολέμους ἀλλοτριώτατοι διάκεινται βυζάντιοι. Narratur illud quoque, Cum uehementius obsidione premeretur Byzantium, nec in mœnibus contineri tamen Ciues possent, quod in Tabernas ex more diuerterent uinarias, Leonides eorum dux ad Mœnia excitari Cauponas, imperauit, Quo effectum Sophismate est, Vt in officio continerentur Byzantii. Approbantur uero hæc Damonis quoque auctoritate, Subscribere & Menander uidetur, ubi ait, μεθύσους τοὺς ἐμπόρους ποιεῖ τὸ βυζάντιον, ὅλην ἔπινε τὴν νύκτα. Illud adiecero obiter, Argiuos item, ac Tirynthios, & Illyricos quoque, ut Vini cupidiores, a' grauissimis Græcorum incessi plerunque. Denominatum uero Byzantium creditur a' Conditore Byzante. Vel quod ductor Classis quidam fuerit Byzes nomine. Diu autem post Constantinopolis nuncupata, & noua Roma. Felicitati, ac pulchritudini Ciuitatis Macedonis Philippi calculus plurimum item suffragatur. Auctor quippe in Sophistarum historia Philostratus, Ductanti aduersus Byzantios instructissimas Copias Philippo Leonem Sophistem obuium se ingessisse, atq; ita scitari institisse, Quid tibi inquit, factum o' Imperator, qua'ue nostra extimulatus iniuria in

nos ꝓruis

nos proruis armatus? At Philippus quoniam inquit, Patria tua, omnium ſpecioſiſſima Ciuitatum, in ſuos amores me facile pellexit. Proinde q̃ ad delitiarum mearum portas appropero, Signa illaturus. Sed inquit Leo, Amatores, qui redamari poſtulent, armis minime craſſantur, neque enim bellica, Sed muſica expetunt organa, Qui amori ſtudent. Citharœdus Stratonicus eſſe Byzantium dicebat Græciæ μαχαίλω, ideſt Subalã. Sicuti Rhodios eſſe prædicabat albos Cyrenæos, & Procorum Ciuitatem, cum illos animaduerteret Spatalonas, & Thermopotas, ideſt fluere delitiis, & calidum haurire. Heracleam uero Androcorinthum. Leucadios putres Corinthios. Ambraciotas autem Membraciotas.

¶ De Pythagora enotantur pluſcula. Item quibus argumentis comprobetur fuiſſe Magus. De Boue, Empedoclis. Caput XLVII.

Pythagoram philoſophum, Quem ut diuinum uirum ſuſpicit, & admiratur Plato, ea fuiſſe Sapientia legimus, ea mentis acie, nunquam non collimante, inſuper & Animi bonitate, ut Conſulentes nunquam falleret, Salubria ſemper forent illius monita. Hinc effluxit appellatio nobilis, ut Pythagoricus diceretur Tripus, tanquam uera nihilo ſecius, quàm Apollo, effari conſueſcet. Cæterum inde quoque, diuino quodam afflatu, Viro ipſi inditum nomen, Ariſtippo tradenti credimus. Sed & augurem fuiſſe, lectum eſt, ac uaticiniis ab eo auctoritatis plurimum adoptatum. Verum enimuero nil tam exquiſite afformatũ, nil adeo amuſſitate, aut graphice concinnatum, compoſitum, elaboratum q̃ cura peruigili, Cui rubiginis non affricetur aliquid, aut loliginei ſucci labecula ſordidior allinatur. Etenim comperti nobis, Qui Viro alias Coryphæo propemodum, Magicæ uanitatis crimen inuſtum uelint. Ea ſeu uera ſint, ſeu falſa, hiſce noſtris Cõmentationibus adglutinaſſe, uiſum operæpretium eſt. Timon Phliaſius, Sicuti auctor Plutarchus eſt, ita ſuper hac re ſibi ſcribere ꝓmiſit.

Pythagoram q̃ tuere magum, Qui nomine flagrans
Pergeret eloquiis homines captare uenuſtis.

Proditur item memoriæ, cum ſuperuolantem ſuſurraminibus magicis excantaſſet Aquilã, ita deduxiſſe, ut mitem redderet, ac prorſus cicurem. Ad hæc ſiquando Gallum gallinaceũ plumantem candidius comperiſſet, ueluti fratrem, ſi credere libeat, amplexabatur, amabat q̃. Legimus id quoq̃, fuiſſe Vrſam quampiam feritate conſpicuam, magnitudine inuſitata, quæ uiſentib⁹ modo horrorem incuteret. Eam uero Vir hic accerſitam, demulctam q̃ apud ſe aluit. Mox dimiſſurus, ueluti conceptis uerbis, iureiurando, ut ſic dicam, adegit, nulli Animantium cunctarum, damno, obleſioni ue futuram. Abiens illa in ſyluas ſe coniecit ſuas, ſumma q̃ fide, quod inter homines quoque perrarum eſt, in quod adiurata receſſerat, præſtitit. Hinc forte Pythagoricam Necromantiam per literarum numeros, & Lunæ ſolitam exerceri, recenſuit Aug. Narratur certe Pythagoras idem, Bouem ubi prope Tarentũ conſpexiſſet fabaciam ſegetem morſicatim corrumpentem, tum etiam proterentem pedibus, Bubulco inſinuaſſe, Bouem moneret, frugibus parceret. Ridens Buſequa, Ego inquit, Bouatim non didici. Tu, qui uidere Scholarum id genus experiens, obeas uicem meam. Eueſtigio Pythagoras auribus ſeſe admouẽs ſui artificii quæpiam immurmurauit. Res additur mira, obedientiſſimus Bos, ut ab eo, qui amplius ſaperet, edoctus, lacerare mox ſegetem deſtitit. Quin etiam in futurum eiuſmodi pabulo abſtinuit. Sed & bubulum deſiit obſequium, factus q̃ de rureſtri colono ambulator Vrbanus, Tarenti placide conſenuit, de manibus hominum uictitãs, Vt ſolida demum, ac plena admiratio fiat. Verũ, ut iſta iam reſecemus, Pythagoram, proditur memoriæ, cum noui quippiam excogitaſſet in Geometria, Muſis Bouem immolaſſe, quod inquit apud Ciceronem Cotta, non credo. Quoniam ille ne Apollini quidem delio hoſtiam immolare uoluerit, ne aram ſanguine conſpergeret. Cęterũ auctor idem M. Tullius eſt, tantum exiſtimatiõis apud ſuos eſſe adeptum Pythagoram, Vt, ſiquid affirmarent in diſputando, cum ex eis quæreretur, quarè ita eſſet, reſpondere non uererentur αὐτὸς ἔφα. Hoc eſt, Ipſe dixit. Ipſe autem erat Pythagoras. tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam ſine ratione ualeret Auctoritas, quæ obeſt plerunque diſcere uolentibus. Deſinunt enim ſuum iudicium adhibere. id habent ratum, quod ab eo, quem pro-

bant, iudicatum uident. Obiter uero illud adnotarim in Græcorum commentariis obſeruatum, ἐκεῖνον, & αὐτὸν capi pro nominibus propriis, Nam & Homerus Thetin inducit ſic dicentem, Ὕπτε μ' ἐκεῖνος ἄνωγε μέγας Διός. Et apud Ariſtophanem αὐτὸς dicitur de Socrate. Scribit in Magia Apuleius, Pythagoram proxime Metapontum, in Italiæ litore, quam Succiſiuam Græciam fecerat, cum a piſcatoribus Euerriculum trahi animaduertiſſet, Fortunam eius boli, ſiue iactus emiſſe, ac pretio dato, mox irretitos piſces mitti iuſſiſſe. Id cur factum a Viro Philoſopho, ſuperſedit Apuleius explicare. Plutarchus in Sermone, qui eſt, Quo quis pacto etiam ab inimico iuuetur, Fieri ſolitum uideri uult, ut per ea tacitis, uelut ambagibus inſinuaretur, a crudelitate abſtinẽdum ſemper, & moderationi inſuescendum, plus habendi reſecta cupiditate. Pythagoram uiuum fuiſſe a Cyloniis exuſtum, Plutarchus idem prodidit. Factum hoc Laertius ſcribit in Milõis Crotoniatæ domo, a quodam, quem in diſciplinam admittere abnuiſſet. Scitu uero dignum illud, ex Pythagoræ inſtituto propagatum, Empedoclem quandoq; ubi Olympia uiciſſet Equis, Quod animatis ex præſcripto abſtineret, ex Myrrha, Thure, Aromatibus aliis Bouem concinnaſſe, quem ad Panagyrin conuenientibus diſtribuerit, quod Paroemiæ quadam imagine uſurpari à nobis poteſt in iis, quæ de Saccaro paſſim coaptari, conformari'q; animaduertimus.

¶ Mineruam cur Lacedæmonii Chalcioecum uocent. T. Liuii, & Plutarchi codices emaculantur. Chalcopus, Chalcotypus. Caput LXVIII.

Chalcioecum fuiſſe Pallados cognomentum Spartæ, certatim Græci fere omnes tradidere. Id cur ſic, uideri ambiguum poteſt, ac indagine certa perquirendum. Ne uero inſcitior quiſpiam diutius quæſitum eat, Quid ex mutis, quod aiũt, mihi compertum magiſtris ſit, pergam hinc promere. Dictam igitur ſic Gloſſularii interpretantur, uel quia domum haberet Aeneam, quam uocant οἶκον, Aut quia ex Euboea Chalcidenſes Fanum conſtruxere. Templi eo nomine meminit Aemylius Probus, In id Pauſaniam confugiſſe memorans, atque inibi interiſſe, Matre etiamnum principe, audito filii ſcelere, ad occludendum illi egreſſum lapides ingerente. Meminit & in Parallelis Græcis, Romanis'q; Plut. in hiſtoriæ eiuſdem explicatione. Sed & in Commentatione, quæ eſt περὶ ἀδολεσχίας, Hoc eſt, de Loquacitate, addita item hiſtoria altera Tẽpli ſpoliati, & Lagoenæ inanis ibidem ab expilatoribus relictæ. Quin & nono uariæ narrationis Aelianus, Et in Laconicis rebus Pauſanias, Qui eandem Poliuchon eſſe arbitratur, ideſt πολιοῦχον. Templi ſubſtructionem a Tyndaro inſtitutam primo tradit, Mox & filios perficere adortos non quiuiſſe, deſtinatis ad opus Aphidnæorum ſpoliis. Cæterum multis annis poſt perduxiſſe ad Vmbilicum Lacedæmonios, ex ære Simulacro conflato. Cuius auctor fuerit Gitiadas Vir indigena, Qui & cantica cõcinnarit dorica, & præterea in Laudem Deæ hymnum. Porro eſſe inibi quoq; alterum Palladis templum, Quam dicunt ἐργάνην. Quin ad ſiniſtra Chalcioeci erectum item Muſis ſacellum, Quod non clangentibus tubis, progrediantur in prælia Lacedæmonii, Verum tibia, Lyra, Cithara præcinentibus. Sed ad rem, Taceo nanque in dextris Chalcioeci eiuſdem Iouis Simulacrum plane omnium antiquiſſimum, Quæ Aenea habeantur. Hiſce uero ſulti Auctoritatibus, Quis calculum adiicit Græcorum Schola uniuerſa, commonemur, ut T. Liuii codices temporum iniuria decurtatos, & Librariorum inſcitia maculoſos extergamus, & genuino reſtituamus candori. Ita enim libro trigeſimoquinto. Ab. V. C. ſcriptum paſſim lectitatur. Aetoli circa Chalciotem, Mineruæ id eſt templum æreum, cõgregati cæduntur. Reponendum cenſeo, Chalcioecum, expungendum, Chalciotem. Conſimile irrepſit in Plutarchi libros mendum, Apud quem in Agidis, & Cleomenis uita ſic legitur, E Regibus Agis quidem in Aſylum, quod Chalchichon uocant. Cleombrotus autem in Neptuni templum confugit. Subſtitue, ut in Liuio, Chalcioecum, eraſa dictione nihili, & adulterina. Mentio Aedis huius in Plutarchi eiuſdem Apophthegmatis eſt frequẽs. Chalcodontis fanum in Attica recenſet idem in Theſeo. Chalcopus Erinnys firma dicit, infatigabilis'q;. Chalcotypus plaga eſt illata ferro. Erat & χαλκοῦς θάλαμος apud Argiuos in ſubterraneo ædificio. Eum ſtruxerat cuſtodiendæ filiæ Acriſius, Quod ſcribit Pauſanias, At

as. At demolitus fertur Perilaos tyrannus. Sed & templum quandoq; delphicum ex ære factum, Græci scribunt. Quin & Romæ forum magnitudine quidem fuit insigne, Sed imprimis, quod æneum esset tectum. Propterea non mirandum magnopere, Aeneam fuisse Aedem Pallados.

¶ Chalceum quàm multa signet apud Græcos. Chalcea festa. Exchalciare uerbum. Chalceati dentes. Orichalcum. Chalcenterus cur diceretur Didymus, & Bibliolathas. Codones quid sint. Caput XLIX.

c Halceum uero, idest χαλκεῖον plures apud Græcos recipit notiones, quandoq; enim Ahenum signat, aut ex ære uas quodlibet, nam & in plerisq; Italiæ locis id genus uasa dici nunc quoq; audias Chalcedra, quasi a' χαλκὸς, quod æs indicat, & ὕδωρ aqua, sit dictio compacta, ueluti Aqualia significentur conceptacula ex ære ducta, conflata'ue. Eodem porro' nomine & fabri nuncupatur æraria Officina. Dignum uero obseruatione, lapsum uideri fœde Polyhistorem Libycorum tertio, dum ea appellatione in Libya Ciuitatem intelligit. Neque enim, ut inquit Libro duodecimo Polybius, ulla eius nomenclaturæ in eo mundi situ Ciuitas est, Sed sunt inquit, χαλκουργεῖα, idest Aerariæ fabricæ. Porro' Chalcea festa quædam erant, Quæ nonnulli uocant Athenæa. Alii etiam Pãdemum, quoniam ab omnibus celebrarentur, quanquam mox a' Cerdonibus tantum, aut Operariis, & Fabris præsertim, ut refert Harpocratio, & Apollonius Acharneus. Quo argumento prodidere quidam Athenienses primum Aerariam fabricam exercuisse, quod scribit Eustathius. Fuit & Menandri fabula titulo Chalcea. Scribit Phanodemus, non utique Mineruæ sacram fuisse Chalceorum celebritatem, Sed Vulcano. A' dictione autem Græca, quæ Chalcos est, Lepide quidam uerbum concinnarunt Exchalciare, quod est ære spoliare, ac numos auferre. Lusit facetissime quispiam in Voranum Q. Luctatii Catuli furacissimum Libertum, quẽ cum deprehendisset Numularius numos de mensa subtrahentem, ac in Calceos sibi infarcientem, belle inquit, te Numularius exchalciauit. Chalceatos dentes ex hac item ratione legunt nonnulli apud Plautum. Chalcenterum inde appellatum tradunt grammaticum Didymum ob infatigabile studium, Sicuti a' Demetrio Trœzenio, ut scribit Athenæus, dicebatur Bibliolathas, ex uoluminum numerositate, quæ incredibiliter concinnasset, quando fuere tria millia super quingenta. Illud libenter adnotarim ex Interprete Aspidis Hesiodicæ, Orichalcum esse uideri æneum metallum, idest Chalcoma, quod in montibus enascatur. Aiunt alii, quorum est Philoponus, esse materiam metallicam quidem, Sed ære pretiosiorem, quæ inquiunt, modo non comperitur. In Pomp. Sexti fragmentis lego, Quosdã etiam Aurichalcum enuntiare, Veluti dictione ab Auro, & ære connexa, concreta'ue, quoniam Auri præferat colorem. proinde inueni, qui uulgo dici Ottonem, opinentur. Quin ita quoque in Plauti fabula Pseudolo adnotatum repperi, Di Immortales Aurichalco contra non carum fuit Meum mendacium. Græci utique ὀρείχαλκον pronuntiant, correpta principe Syllaba. Hinc Codonas ex Orichalco legimus. Sunt autem Codones, idest κώδωνες, quos Vulgo Sonalios uocamus, ex Equorum phaleris propendentes plerunque. Et in Epigrammate ὀρειχάλκου λάλα κύμβαλα, Hoc est ex Orichalco garrula cymbala. Sed & Columnas, idest Stelas indidem conflatas quoque obseruauimus. In India nasci Orichalcum, scribit Diodorus Bibliotheces tertio. Strabo Cosmographiæ libro tertio & decimo, & ab eo mutuatus Stephanus, Apud Andira inquit, Lapis reperitur, qui exustus transit in ferri uim. Mox cum terra quadam καμινευθεὶς, idest in fornace concoctus ἀποστάζει ψευδάργυρον, stillando Pseudargyrum exudat. Dein, si æri promisceatur, fit Orichalcus. Apollonii Interpretes argonauticon quarto, dici Orichalcum opinantur, ἀπὸ ὀρείου τινὸς γενομένου εὑρετοῦ, idest ab Orio quodam inuentore. Apollonius,

λαμπετίη δ' ἐπὶ βουσὶν ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ,
πάλλεν ὀπιδέουσα καλάβροπα.

Orichalcum metallis omnibus fuisse pretiosius, coniectat Seruius grammaticus, Plautinum illud aduocans ex milite,
Ego istos mores Orichalco comparem.

Aristoteles ἐν πλειστοις abnuit Speciem metalli huius comperiri usquam. Plerosq; enim suspicatos, nominari Orichalcum quidem, Cæterum haudquaquam esse, Verum & hoc de iis unum censeri, quæ prodita temere sint.

¶ Aes cur a' Græcis χαλκὸς dicatur. Aeris inuentio, & auctoritas. De Combe puella. Lesche quid. Aeneum uinculum cur pro perpetuo. De Adamante paucula. Telephia uulnera, & Chironia. Cysolesches. Caput L.

Es autem Græci χαλκὸν dicunt, uti præstruximus. Eius uerbi etymon afferri uarium solet, opinatis quibusdam inde corriuari, quod fortitudini sit accõmodum, quam ἀλκὴν uocant. A dicta crassioris soni litera ex linguæ doricę proprietate. Ioannes Grammaticus in commentario in Hesiodum, a' Chalybum gente inflectit, ut dicatur Chalcos, quasi Chalybos. Apud eos uero in Scythia populos primitus inuentum traditur Ferrum. proinde'q; Chalcon id nuncupauere, nam ante ferri usum Aes memoratur compertum. Propterea id Ferro nomen impositum. Quod Eustathius quoque significat. Et cum apud Homerum legimus χάλκεον ἔγχος non utiq; Aeneum interpretantur, Sed ferreum, ex ueteri more appellatione propagata. Quod uero armis uterentur æneis prius, non ferreis, Astipulatur Hesiodus eo uersu,

a

χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Aere laborabant, necdum ferrum erat nigrum. Sũt qui ferrum putent per appositi formam dici χαλκὸν, παρὰ τὸ χέειν τὴν ἀλκὴν, quod fundat, dissipet'q; interemptorum uires. Chalcida Eubœæ Ciuitatem arbitrantur appellatam nonnulli, quod ibi primum æreariæ fabricæ memorentur compertæ. Quanquam alii, quod Eustathius scribit, a' Combe puella Chalcidis cognomento, Asopi filia, duci uocabulum putant. Cui Aeneæ armaturæ inuẽtionem acceptam referunt. De qua intellexisse Ouidium arbitrantur Metamorphoseos septimo.

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis,
Ophias effugit natorum uulnera Combe,

Quam Iamben transtulit Planudes, uti meminit Cæcilius Minutianus Apuleius. Aerarios porro' fabros in Lemno Insula fuisse plures, comperio, Qui omnium primi Aenea commoliti tela, Sinties hinc uocitati traduntur, qua uoce nocumentum Græca ratione signatur, nata inde fabula, exceptum a' Lemniis lapsum de Cælo Vulcanum, Quod referũt alii ad eos, Qui crebri uisuntur in Insula Ignium Crateres. Chalcẽ Eustathius purpuram interpretat'. unde appellari Chalcantem coniectat, ut qui profunde uaticinia conciperet, quanquam & ab æneo colore fingi potuisse nomen, nõ inficiatur, quẽ tamen purpureum intelligit. Apud Aristotelem est inter pisces nomine Chalcis, quem Aericam reddidit Theodor⁹, ab aliis dicitur etiam Zygnis. Aes porro' in sacris, & excantationibus magnam habuisse ueteribus auctoritatem, ac uim, scribit Theocriti Interpres in poetæ Pharmaceutria, propterea'q; in Lunæ deliquiis adhiberi solitum, καὶ ἐπὶ τοῖς καθαρμένοις, purius enim cæteris habebatur, καὶ ἀποτελεστικὸν τῶν μιασμάτων, idest pollutionum expiatorium. Inde eo utebantur in purificationibus uniuersis, ut in libro de Diis scribit Apollodorus. Et Sophocles in Tragœdia, cui titulus Rhizotomi, idest radicum Sectores, Medeam scribit herbas secantem, succos in cados refudisse æneos, Herbas uero æneis subsecuisse falcibus, Ex quo & Virgilius.

Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte ueneni.

In his uero potissimum sacris Aenea adhiberi Vasa Macrobi⁹ solita scribit, quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut denique exigere Morbos uellent. Sed & Carminius libro de Italia secundo, Thuscos æneo Vomere in condendis urbibus usos, in traiectitiis eorum sacris, se inuenisse scribit. Quin & Sabinorum Sacerdotes ęneo cultro attonderi cõsueuisse. Aeris porro' sonos, ceu rem potentissimam, multis rebus Græcorum uetustissimos adhibuisse, palàm est. Cur uero æris dissono crepitu deficienti Lunæ auxiliarentur Antiquiores, quod & Manilius significat, Sed & Ouidius.

Te quoque Luna traho, quamuis temerata labores
Aera tuos minuant,

Alexander etiam rationem affert eiusmodi, Aes & ferrum inquit, quatiunt

quatiunt Mortales, quod inde abigi Dęmonas, creditum sit, quo tempore Sydera hæc uim suam ad terras non perducant, quæ & hominibus prosit, & improbos retrudat Dæmonas. Moris huius meminit T. item Liuius Ab V.C.XXVI. Campanorum inquit imbellis multitudo, cum æris crepitu, Qualis in defectu Lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem. Et, ut Plinium præteream, etiam Thebaidos sexto Papinius, Procul auxiliantia Gētes Aera crepant. Porro addamus, quod scribit item Ioannes Grammaticus, Aerarias fabricas quādoq; Leschas nuncupari, quoniam Pauperiores, hyemali præsertim Sydere, illuc caloris gratia se conferrent, ac, ut assolet, nugari plurimum consueuissent. Sicuti Romæ in furnarias domos, ex quo Oratius,

Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos. Propterea Hesiodus,

πάρδ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην.

ὥρῃ χειμερίῃ Vbi Aerariorum sedes prætereundas monet, ac nugas arationis tempore. Seniorum porro congressum consultandi causa, Tragicus quidam, Eustathio referente, σύγκλητον λέσχην nuncupauit. Erat Spartæ, ut prodit Pausanias, Lesche κροτανῶν. Sunt autem Crotani Pitanatarum portio. Pitana uero fuit Tribus. Nam & Menelaum Pitanatem legimus. unde & Græcorum exercitus Pitanates dicitur quandoq;, & πιτανάτης ἀγὼν, In Pitana celebratus. Est uero Lesche, idest λέσχη nunc confabulatio, nunc nugæ. Dicebatur & publicus locus, in quo uersarentur πτωχοὶ, idest Mendici inuicem garrientes. Signat & Conuiuiis destinata publicitus loca, idest δειπνιστήρια, seu Cœnacula. Item Sermones, inibi qui haberentur. Deniq; tepentia loca dici eo modo ualent. Fuit apud Delphos Cassotis fons, a Nympha sic dictus parnasia. Super Cassotida uero ædificium, Quod a Delphis Lesche dicitur, à disertationibus. quæ ibi fierent, & multa eiusmodi fuisse in Græcia testari Homerus uidetur in Melanthi iurgio cum Vlysse,

οὐδὲ θέλεις εὐδεῖν σκολκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν,
ἠέπου ἐς λέσχην, ἀλλ' ἐνθάδε πολλ' ἀγορεύεις.

Lescheos uero, idest λέσχωος de bello scripsit Troiano, In quo, una cum Auctore Cypriorum Carminum Aeneę Vxorem facit Eurydicen, tradentibus aliis Creusam, Quam Auctore Pausania, Deū mater, & Venus liberarint a Gręcis. Sed & in plerisq; aliis a cōmuni dissidet sententia Lescheos. Nam Cassandræ gratia uenisse Corœbum, & a Neptolemo peremptum, multi tradūt, Hic autē a Diomede mauult. Leschas apud Plut. inuenies in Lycurgo, cuius uerbi notio ex iis, quę diximus, ꝓiectari libere potest. Aeneum uinculū ꝓ ꝑpetuo accipiunt Poetę, quoniam, ut inqt Porphyrio, Aeris metallū rubigine non cōsumitur. Oratius, Diductos'q; iugo cogit aheneo. Cuiusmodi Adamantina item dicuntur, tum quia sit ferri species Adamas, Vt nonnulli Hesiodi astruunt Interpretes, tum lapidis insita densitate ignibus, ac ferro inuicti, quāuis plumbo, & Leonis, Hirci'q; sanguine molliatur. Aeris porro auctoritatem indicat illud quoque, quoniam ærea cuspide, siue etiam ferrea Telephum sanasse Achilles perhibetur. unde natum Adagium Eustathius scribit, ὡς ὁ τρώσας, καὶ ἰάσεται. Quod qui uulnus intulit, ille idem persanabit. Qua in parte illud obiter quoque subnotandum, Vulnera, quæ malignitatis præferant multum, dici τηλέφεια τραύματα, Vt quæ salutarem Achillis manum requirant. Veluti & Chironia dicuntur δυσαλθῆ, idest quæ medicam uix recipiant curam. Et Chironem aliquem respectare uideantur, Vt inquit Paulus Medicinæ quarto. Quod uero de Lesche diximus, Id neutiquam prætereundum, dici Cysoleschen Cinædologum, idest Sermone turpem. Nam ueteres tam Cysthon dicebant, quam Cyson, Sicuti Auctor probat Eustathius, Iliados rhapsodia octaua. Lego denique, poculis Aeneis usos esse priores, ac præcipue, qui diuitiis præstarent. unde & eorum repositoria Chalcothecas uocabant. Verum id ex auri, argenti'q; paucitate fieri solitum, innuere Athenęus uidetur. Nam Macedonum Rex Philippus Phialium nactus aureum, id puluino subiectum semper habebat.

¶ In Cubiculo Nola, quid sit in Oratoriis Quintil. Institutionibus. De Tintinnabulis. Iassæorum historia. Caput LI.

Vlius Pollux Onomastici ad Cōmodum Cæsarem libro sexto, Loquacis synonyma, ut lectio suggerebat multifaria, congerens in unum, denique sic ait, Ahenum ex Dodone, Iliade longiora garriens, Alcini apologus. Arabius tibicen.

Hactenus is. Quod uero principe loco positum est, & Græce sic habet, δωδωναῖον χαλκεῖον, ideſt Dodonæum tintinnabulum. Cuius meminit uel Euſtathius. Anſam præbere mihi eſt uiſum ad explicãdum Quintiliani, aut quiſquis fuit Auctor primus, inenodabilem nodum. In quem impacti Plerique omnes cohæſerunt. Obſcuritas uero nodata hęc eſt libro octauo, In cubiculo Nola. Coniectura ducor ex Græco adagio, eſſe itidem hoc prolatum in garrulum deſidentem dies totos domi, & nugali uerborum futilium importunitate, & copia exundanti detinnientem, ut obſtrepera loquacitate, uti Pica uerboſiore, obſurdeſcerẽt Aures, ac ueluti tintinnabulo ꝓuulnerarent. Vel, qd arridet ampliꝰ, Eos intelligamus, Qui domi qdem fluenta uerborum promunt, in foro autem, ubi ciuili eloquentia gloriam ſibi comparant Viri præſtantes, ut teſtis comprobat Homerus, aut in Senatu penitus conſileſcunt, fiunt q, quod Græci dicunt, etiam piſcibus magis muti. Nolam ſiquidem pro Campana dici obſeruauimus, Etiamſi apud Recẽtiores ſæpius, Nil tamẽ obſtat, eſſe uerbum id inter inuẽtu rara, Cuiuſmodi adnotata Politiano quędam. Meminit quodã loco Laurẽtius quoq. Sed occurrent Recentiores, nouitium cenſeri inuentum id. Ego de nouitate nihil diſputo, Vnum ſcio, fuiſſe Veteribus quoq ex ære inſtrumentum id, aut proximum. Quo remotioribus, ut conuenirent, daretur, proponeretur ue ſignum. Quod duabus fulcimus Auctoritatibus, præter q, Hiſtoria. Val. Martialis in Apophoretis,

Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine uis ſola lotus abire domum.

Aes nanq Thermarum Tintinnabulum ſignat, quo e gymnaſio lauaturi reuocabantur ad Thermas. Sed & Iuuenalis,

Tot pariter pelues, tot tintinnabula dicas.

Hiſtoriam uero hanc apud Strabonem, ad hoc ipſum præcipue ſpectantem, obſeruauimus. Iaſſus inquit, incolas habet parte plurima piſcitio, & piſcatu uictitantes, cum infœcunda fere ſit regio, Verum piſculenta. Hinc iucundum narratur factum, documento etiam magno futurum, quantum ſæpe nos fallat Opinio. Oſtentabat inibi Citharœdus artem. Audiebãt, ut tum eſt uiſum, attentius Iaſſæi omnes, mox uero, ut editum tintinnabulo ſignum uendẽdo piſcitio eſt, Confeſtim cum ſua ſibi Muſica deſtituto Artifice, auolarunt omnes, uno uix excepto, qui oblæſo erat auditu, proinde captum eum artificii ſuauitate opinatus Citharœdus, propius accedens, Eſt quod agam gratias inquit, & quidem maximas, tum quod Muſicæ negligens haudquaquam uidere, tum quod deſpectui me prorſus non habueris. Nam reliqui quamprimum tintinnabulo cecinit ſignum piſcarium, dicto citius hinc ſeſe propipere. At is, uelut commotior, ac excitatior, An inquit increpuit Aes, Eo uero adnuente, bene tibi ſit inqt, Magiſter optime, ac conſurgens ad Viuariũ feſtinabundus accurrit ipſe quoq.

¶ Super Phauorino adnotata, quæpiam minus extrita. Vocis acutæ ratio in Eunuchis, Item nuditatis barbitii, Cur ue Amaſii ſint. Vocis magnitudo, uel paruitas unde ſit, ex Galeno. Interim Imperatoris laudem eſſe præcipuam, Indignationem comprimere.

Caput LII.

P Hauorinum uel Gellii monumentis percelebrem, fuiſſe patria Gallum, me morię proditum eſt, ex Arelate op. prope Padum. Inter Philoſophorum familias a multis connumeratus. Ab aliis uero Sophiſtis inſertus, quod homi nis fecit eloquentia, & Rhetoricæ ſtudium ſingulare. Dignum ſcitu eſt, Virum hunc ita cooptatum qua quidem inter Sapientes, qua uero inter Oratores, Diphyen fuiſſe, ac Androthelyn, hoc eſt, naturæ duplicis, & Virum ſimul ac fœminam. Cuiuſmodi ſunt, Androgyni qui nuncupantur, & Hemaphroditi. Ab Ariſtotele dicti quoque Arſenothelyes, ideſt Maſculofœmini, ſicuti uertiſſe Theodorum ſcimus, quanquam id cenſent Eruditi fidelius, quam felicius. Sed hi non ſunt Androgyni proprie, Quoniam eo nomine a Philoſopho intelligantur Animalia, quæ ipſa ſe ineunt, uti inter piſces Trochus. In Phauorino præterea tria fuere maxime mira. Et primum quidem eſt, quod Gallus cum foret, Græce tamen optime ſciuerit, adeo ut Gentis illius eloquio, ue luti dolatorio leuigatus, excomptus q, præter q Sapientia imbutus celebre ad Poſteros nomen dederit.

men dederit. Deinde, cum foret Eunuchus, adulteraſſe tamen Conſularis Viri Vxorem creditus, ſubiit eo nomine iudicium, ab eodem poſtulatus. Adeo libidinis etiam erat præferuidæ. Poſtremo principi Adriano factus offenſior, nihilominus inde nullo affectus incommodo ſuperuixit. Quæ Laus Imperatoris eſt uel maxima, Qui ex æquo diſceptaret cum eo, quem iure ſuo poſſet euertere. Ex quo illud ſic a' Philoſtrato enuntiatur, βασιλεὺς δὲ κρείττων, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρνιβ, ἣν ὀργὴν κρατῇ, ideſt Præſtabilior cenſetur Rex, Si inferiori iratior indignationem comprimat. Effœminatæ porro', ac degenerantis naturæ in Phauorino illa ſe promunt indicia manifeſta. Nuda barbitio facies, uel magno natu, etiam Senio ultimo iam appetente. Vox inſuper acuta, & tenuis. Qualis fere' Eunuchorum natura pernoſcitur. Omnes ſiquidem Agoni, hoc eſt Seminis expertes, ut Pueri, Mulieres, Decrepiti. Spadones Oxyphoni ſunt, ideſt acutæ uocis. Viri autem grauis, & βαρύφωνοι, ut Græci dicunt, Quod Antiquitatis, & Literarum parens Homerus hiſce uerſibus monſtraſſe uidetur. In quibus de Virili, muliebri'q; uoce, ita canit, quamuis aliud agere uideatur.

τῷ δὲ βαρυστενάχοντι παρίστατο πότνια μήτηρ
ὀξὺ δὲ κωκύσασα, κάρη λάβε παιδὸς ἑοῖο.

Huic autem grauiter gementi aſtitit Mater uenerabilis,
Acute uero lamentabunda, caput ſui apprehendit filii.

Alibi porro' idem Poeta Seniores Cicadis comparat, quæ animalia ſunt plane' ὀξύφωνα. Cæterum effectus hic manifeſtus utique. At ratio non forte obuia. Plutarchus quidem præciſe nimis, & obſcure contingere iſta ſcribit, διὰ τὸ λεπτὸν τῆς πνεύμαλος, hoc eſt, ex Spiritus tenuitate. Verum iſta fuerant enarratius promenda in literas. Nam ſicuti linea, cætera'q; tenuia dimenſionem duntaxat unam ſortiuntur, Craſſa uero pleraque plures obtinent, Ita Vox etiam tenuis unam dimenſionem habuerit. Vnum autem efficere, ac mouere facilius eſt, quàm plura. Ergo, cum prædicta illa Spiritum habeant imbecillum, non niſi parum Aeris moueri ab illo ſpiritu poteſt. Minimus autem eſt, qui dimenſione conſtat una, quem tenuem eſſe, uocem'q; talem ab eo proficiſci, neceſſe eſt. Vox autem acuta, quæ tenuis eſt. Igitur qui prolifico ſemine carent Vocem hinc merito reddunt acutiorem. Viri robuſti, quoniam Spiritu ualeant, multum Aeris incitare queunt. Quod cum multum ſit, tarde mouetur, Vocem'q; efficit grauiorem. Motu enim ueloci, & tenui uocem reddi acutam, conſtat iam. Porro' qui natura ſunt calida magnam emittere uocem ſolent, quia multum in his Aerem, frigidum'q; ineſſe, neceſſe eſt. Caloris enim uis facile adſe & Spiritum trahit, ac Aerem, eo'q; amplius id agit, quo amplior eſt, Vox autem magna, tum oritur, cum aeris multum agitatur, Vt'q; acuta, cum celeriter. Sic grauis, cum tarde. Adde quod ſublatis teſtibus, tentio quoque meatuum laxatur, ſicuti in fidiculis, & ſtamine, ſublatis pōderibus, quæ Textrices Græco uerbo λαιὰς, ideſt Læas nuncupant. Laxatis uero iis, principium, quod moueat uocem, eadem ratione laxatur. Teſtium ſiquidem natura meatibus adnexa ſeminalibus eſt, qui meatus ex uena tendunt. Cuius ex Corde origo eſt. Iuxta ipſum principium, quod Vocem mouet, Quamobrem meatibus immutatis ſeminalibus ætate, qua excernitur Semē, Pars illa item immutatur, qua immutata, Vox etiam mutatur, maribus maxime, Sed & fœminis, quanquam obſcurius, quod quidam dicunt φαγίξειν, ideſt hircire, ubi inæqualis mittitur Vox. Galenus uero ἐπὶ τῆς τέχνης, tractatu de Signis, Cauſam uocis magnæ, uel paruæ, non uidetur in' caliditatem, aut frigiditatem rettuliſſe, Sed amplitudini aſperæ Arteriæ potius magnam aſcripſiſſe, & inſufflationi tamen uehementiori. Paruam uero anguſtiis eiuſdem. Et in libro de Voce in eandem refert Arteriam acutæ, grauis'q; Vocis rationes, Arctum enim iter acutam, Amplum, & ſpatioſum grauem uidetur efficere. Anguſtia ſiquidem, & expanſio cauſam præbent Aeri, ut uelociter, aut tarde moueatur. Verum, nequid uideatur contrarium, Sic ſtatuunt Eruditiores, Vocem magnam effici utique a' caliditate primo, & mediate Aerem plurimum agitante. Poſtremo autem, atque immediate ab Aſperæ Arteriæ amplitudine, ac uehementi inſufflatione. At Magnitudo, & paruitas Vocis, inquit Galenus, non fit ex caliditate ſemper, neque præcipue. Sed per accidens. Eſt & Platonici eruditi ſuper eadem re ſententia, Quæ Scitamentis hoc genus congruit plane', Cur inquit, ita acutæ ſint uocis Eunuchi, ut ſæpe mulier, an Eunuchus loquatur, niſi uideas, ignores? Id uero ex ſupflui humoris abun-

dantia effici, reſpondendum. Ipſe enim Arteriam, per quam ſonus uocis aſcendit, efficiens craſſiorem anguſtat uocis meatum, & ideo uel fœminis, uel Eunuchis Vox acuta eſt, Viris autem grauis, In quibus Vocis tranſitus habet liberum, & ex integro patentem meatum. Naſci autem ex pari frigore in Eunuchis, & Fœminis parem penè importuni humoris abũdantiam, etiam hinc liquet, quod utrunque corpus ſæpe pingueſcit. Certe Vbera propè ſimiliter utrique grandeſcunt. Septentrionalium, inquit Albertus, & fœminarum Vox euadit acutior, quàm meridionalium ob pulmonis molliciem, & Arteriæ, quæ arctior item intelligitur. Molliorem certe uocem facit Organorum humectatio, debiliorem pulmonis imbecillitas, ac reſolutio. Aegrotantium acuitur Vox, quia Siccitas arctet meatus, uel etiam ex intemperanti frigiditate, aut forſan ex opprimente humectatione. Sed cur nam eueniat Eunuchis, ut ſint ἄφωνες, ideſt glabri, perinde ac mulieres? Hæ utique frigoris ui denſa corporis habent ſpiramenta. Siquidem obſtipat, arctat'q; frigus, proinde non fere pilis ad exitum meatus patent. Eunuchi porrò, utpote humidi, & ualde redundantes. Nam hac de cauſa lorum pleraque nimia humoris exuperantia adobruta, rurſum'q; nimis areſcentia, aut Saxoſa, & Caluoſis conſimilia, uelut Græci dicunt, ἐοικότα ταῖς φαλακρώσεσι, herbas haud quaquam proferunt. Illud quoq; non indignum quæſtione, opinantur Eruditi, unde nam ſit, Quod Eunuchis Venerii prolubii incentiua interextincta haudquaquam ſunt, Verum ſæpe amoribus irretiuntur, quod de Phauorino aſtruximus. Nempe multis, cum pubeſcerent, ſubſecti teſtes ſunt, aut eliſi, & quodammodo ἡμιτελεῖς εἰσὶν εὐνοῦχοι, ideſt Eunuchi quidem ſunt, ſed non pleni. Et qui Hepate ſunt natura feruentiore, ac genitalia uaſa poſſident capaciora, Vſum quidem imaginantur, concipiunt'q;, Sed non perficiunt, nec Voti euadere compotes queunt, quoniam Verenda ipſa efflaccuerint, Qui enim tumeſcere facit Spiritus, emarcuit, qui a Semine ortus per ſeminales meatus ferebatur ex eis partibus, quæ circa lumbos habentur, Vt in pueris ſeminales occæcantur meatus. Illud ex Græcis obſeruatum, Quibuſdam in bello præ formidine intercipi uocem. Proinde Menelaum laudare Homerus uolens, ut minime formidoloſum in bello βοὴν ἀγαθὸν appellat, ut qui uocem nullo minueret terrore. In Oratore demum Tragœdoq; Vocem exigunt Eruditi, ſicuti acumen Dialecticorum, ſententias Philoſophorum, memoriam Iureconſultorum.

¶ Super Vocis ratione adnotata pluſcula, de'q; Soni, ac Vocis interſtitio. Pollucis obſcuritas illuſtratur. Tertiata uerba quæ intelligantur. Caput LIII.

Edenim, quia de Voce mentio eſt, non grauabimur peripateticas Scholas ingreſſi amplius de eadem ratiocinari. Primas igitur, ac prícipes Sonorum
f differentias acumine, ac grauitate tradunt conſtare. Quæ appellationes ab iis, quæ tanguntur tralata, Sonis accommodantur. Vt enim quod in mucronem faſtigiatum eſt, momento penetrat, Quod uero hebetius, retuſius'q; eſt, Non ita, Sed cum mora, & ſegniter. Conſimiliter uibrata Vox, & acuta auditum peruellit, ac fodicat. Grauis obtundit, ueluti trudendo. Euenire autem utrunq; celeris, aut tardi ratione motus, liquet. Hinc etiam percipi illud poteſt, a læuigatis corporibus, latioribus'q; acutiorem promi ſonum, Quoniam ab iis celerius agitetur Aer, celerius'q; diſſiliat, unde & Auditus ualide, citóq; laceſſitur. Videtur autem nõ eſſe aliud Sonus, quàm eliſus Aer, paſſus'q;. Aer autem ipſe duplex. Alter, qui inter colliſa deprehenſus proſilit. Alter, qui ab hoc incuſſus primum, mox ſucceſſu motus ad Senſorium euadit. Hoc uero id demum eſt, quod inaudimus. Interſtitium uero illud ſeruãdum magnopere, Dici in Animantibus tantummodo Vocem, quod Inanima eſſe uocalia nequeant, ni metaphorice abutaris proprietate, ut ſi Organa nuncupes uocalia, quod iis quodammodo afformari uerba, & effingi alloquia uideas. Sed nec Animalia cuncta recte uocem habere pronuntiaris, Quando exanguibus Vocis nulla ſuppetit facultas, Sicuti Inſectis, & iis, quæ cruſta integuntur. Nam ea, quæ concentum etiam ꝓmere ſentiunt, ut Cicadæ, quam habeant rationẽ, alibi edocuimus. Tribus porrò Vox, Sonus ue ꝓſtare planè uidet. Primũ eſt, qđ Plagã incutit, Mox cui ea ipſa incutitur, Tertio ſtatuitur loco id, in quo hæc aguntur. Aerem ſanè in utroq; haberi, neceſſe eſt, quãquam non eodem modo in utroq;. Nam ad Vocem elidendã non omnis ac

cõmodari

cõmodari Aer ualet. Sed ſolum ſpiritꝰ is, quẽ anhelitu reciproco promimus, aduocamusq;. Huius uero munia duo, Veluti etiam linguæ. Quam prompſit natura, tum Victus neceſſita tipficiendæ, & ſaporibus præguſtandis, quod omnibus fere animantibus adeſſe ꝙuiſimus. Tum uero ad locutionis articulatã rõnem, qd ad Vitę excellentiã ptinet, & uni modo inter cũcta Homini cõtributum, Nã hinc Pſittacen ἀνθρωποφθεγλοστον dici comperimus ab uno loquendi uſu. Propterea in Timęo ita ſcribit Plato, Verboꝝ aũt effluxio, miniſtra Prudentiæ, effluxionum omnium optima eſt, atque pulcherrima. Ratione eadem in Spiritu reciproco duplex recognoſcimus naturæ propoſitum, & Scopum quidem unum habet intimi caloris Refrigeratio perneceſſaria. Alterum uero Sermonis conformatio, ac uocum dearticulatio, in mille abiens uarietates, non perneceſſaria quidem, Sed ad infinitos mortalium uſus inſigniter accommoda. Anhelitus organum Guttur eſt. Huiuſmodi igitur nunc admiſſus, nunc remiſſus Aer, Arteriæ deſtinato alliſus, Vox eſt. Quamobrẽ tuſſis, & id genus Soni plures, ubi irraucuerimus, quanquam eiuſdem concipiuntur partibus, a Vocis definitione abiunguntur, quoniam conſilium abeſt, & Animi certa intentio. Eſſe nanq; Vocem finiunt, Sonum ex ſignificandi propoſito editum. Præmonſtrat autem Vox omnis aut ægritudinem naturalis affectus, aut Voluptatem, Qualis eſt Brutina Vox. Aut ea, quæ Hominum neceſſitates exigunt, infinitis propemodum uocabulis inuicem diſparata. Membra reſpirationi deſtinata ſunt, Lingua ea, quæ fiſtulis duabus interiacet, nunc conniuens, nunc reſurgens. Tum Arteria, Quæ ad Pulmones pertingit. Ex iis uero lux infertur, opinor, Iulio Polluci, ſecundo Onomaſtici ſic ſcribenti. Epiglottis eſt ſimplicis organum uocis, Lingua uero Articulatæ. Scribit porro Galenus in libro de Voce, Exufflationem eſſe qdem Vocis materiam, effici tamen eam, commiſſo thorace ab Intercoſtalibus muſculis, Quibus nihil agentibus, Animal Vocis priuatur uſu, Nam cum ex alto prolapſus foret quidam, afflicto Dorſi initio, tertio die exiguam admodum Vocem emiſit, At quarto prorſum obmutuit, reſolutis ſimul cruribus. Verum nec Spirationem amittebat, neque difficulter ſpirabat, Quoniam Intercoſtales modo Nerui affecti erant omnes, Nullis omnino Vocis particulis affectionem ſentientibus. Sunt autem hæ uniuerſim quidem Guttur. per partes uero Carthilagines tres, quibus accedunt Nerui a Cerebro demiſſi. Et Ligula, quam uocãt Epiglottida. Illud obiter adnotarim, dici quandoq; Verba Tertiata, quæ imperfecta enuntiantur, & lapſitantia, Vbi uix tertia proferuntur, intermediis deuoratis pauoris opere.

¶ Sonus quo modo illabatur auribus. Cur Quali figura Aures, & Lingua. Item pleraq; Muſicæ conſonantiæ organa. Caput LIIII.

Radunt uero Phyſici, quod equidem adnotandum hac parte, etiam atque etiam eſt uiſum, Sonum in Orbicularem figuram multis gradatim amplificatam circulis ad Aures peruenire, non aliter, quàm in Stagno ex iactu lapidis ab alto Circuli multiplicantur ad litus. Themiſtius etiam in libros Ariſtotelis de Anima paraphraſi ſecunda ita ſcribit. At Aer, qui primo inſonat, non abiungitur ſic, ut ad auditum ipſe accedat, Sed proximum ſibi, & continuum aerem commouet, atque hic ſubinde alium excitat eo modo, quem in fluctibus cernimus. in quibus alter alterum trudit, & pulſus obiter ſequentem impellit. Hinc Vitruuius, Mouetur inquit, Vox Circulorum rotundationibus infinitis, uti ſi in ſtantem aquam lapide immiſſo, naſcantur innumerabiles Vndarum circuli, a Centro creſcentes, & quamlatiſſime poſſint, uagantes, ni loci interpellarit anguſtia. eo tamen interſtitio, quod in aqua Circuli ęqua planicie in latum mouentur. Vox etiã in latitudinem progreditur, & altitudinem gradatim ſcandit. Concentum uero ex grauibus, acutisq; conflatum, uelut unam formam, & hanc rotundam quidem, Sed Oualem illabi auribus, arbitrantur Platonicis innutriti Scholis. In qua quidem octaua Vox quaſi per acutiorem uerticem, Vocis primæ latitudinem ſibi continuãs ex ſe ipſa, atque prima unam iam conflat Vocem. Atq; ſicut Oculus Oualem rotunditatem, tanquam unam uidet figuram, quamuis hinc latam magis, inde minus. Sic Auditus Vocẽ ex graui, octaua q; reſultantem haurit, tanq̃ unam, ab amplo quodam pfundo, quaſi in acutam ſublimitatẽ Oui inſtar gradatim ſeſe, ac ſuauiter attollentẽ, hinc itẽ

fieri opinantur, ut & eiuſmodi quaſi figuram audiendi inſtrumento natura tribuerit, Simi-
lem'q; inſtrumento loquendi. Et Ars præterea ſimilem, quoad fieri potuit, Muſicis inſtru-
mentis. Ea certe conſonantiora ſunt, Quæ ouali figuræ propinquiora.

¶ Calaſtri pueri, qui ſint. De Carneade, & Antipatro. Calamouoas qui dicatur. Quid unde. Antiphona quid. Pſithyriſſare. Arteria Caput LV.

Et quia de Vocum ratione ex Philoſophiæ ſacrariis, quæ uiſa ſunt, abunde præcerpſimus, Nunc quæ tum hiſtoria, tum Grammatici ſuggerunt, promi-
e ſcue adiiciantur, Vt uel pullato circulo non deſit, ex quo ſupellectilem ſibi cõ paret. Lectum igitur in Veterib⁹ memoriis primum, Eſſe in Aphrica fontem Zamen, ex quo Canoras effici uoces Varro ille doctiſſimus prodendum cen ſuerit. Sed nec Vitruui⁹ ignorauit, tradẽs, Quæſitos a' regibus ad id muneris pueros, Quos etiam Calaſtros nuncuparint, uel, ut alii codices præferunt, Cataſtlos. Carneadem Plutar-chus ſcribit fuiſſe μεγαλοφονότατον, ideſt maximæ, ac ſonantiſſimæ uocis. Antipater ue-ro Stoicus eam Vocis magnitudinem cum nec poſſet, nec uellet aſſequi, aggreſſus Antilo-giarum concinnare libros, cognominatus & ipſe καλαμοβόας eſt, ideſt Calamo uocife-rans. Cum in Auribus tenuis quidam obtinnit Sonus, dicitur id Græce ψιθυρίζειν, ideſt Pſithyriſſare, περὶ τὸ ψίθυ ἐντοῖς θύραις, ἤγουν τοῖς ἀκοαῖς, ut inquit Theocriti Interpres, quod ſignat tenuiter mouere in Audiẽdi Ianuis, nam & pauloante idem Auctor, ψίθυ ex-poſuit pro λεπτώσεων, ideſt attenuare. Vnde ſit apud Homerũ ψιὰς, ideſt Pſias, quę ſignat κατὰ λεπτὸν τὸ ὕδατος ἔκχυσιν, ideſt guttatim factam humoris erogationem. Improprie tamen etiam de Arborum ſuſurro dicimus Pſithyriſſare. Arteriam uero, qua commeat Spi ritus per Diaſtolen, aut Syſtolen, Albertus dici opinatur, ueluti arctam Aeris uiam. Sed ho mini Græcæ doctrinæ ignaro facile ignoſcendum. Arteria peregrina dictio eſt, proinde ety mon latinum nequit admittere. Illi ergo, quorum genuina Vox eſt, ex Aeris nomine, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ ἀέρος, καὶ τηρεῖν, quod ſeruare indicat, Inflecti uerbum, ac compingi tradunt. Genere neutro uſus eſt de rerũ natura quarto Lucretius, ubi an ſit corpea Vox, latius pqui-rit. Verſiculi ei⁹ ſunt hi, In qb⁹ correpte, nõ, ut uulgo aſſolet fere', tractim enũtiat' penultima.

Corpoream quoq; enim uocem conſtare, fatendum eſt,
Et ſonitum, quoniam poſſint impellere Senſus.
Præterea radit Vox fauces ſæpe, facit'q;
Aſperiora foras gradiens arteria clamor.

Adnotemus & illud doctiuſcule a' Plutarcho poſitum in Sermone de Oraculis, quæ defe-cerãt. Nam quia Græci φωνὴν dicunt Vocem, Inde ἀντίφωνα futurorum dicuntur ab eo, quæ facta pauloante, uentura mox uelut digyto, ac uocis perfunctione quadam præmon-ſtrant. Emandatus inquit, a' Mardonio eſt ad Amphiarai oraculum Seruus ſcitatum ſu-per iis, quæ adminiſtrarentur. At is per quietem putauit, Dei miniſtrum ſibi aſſiſtentem primo qdem uoce repellere, ceu abeſſet Deus, mox uero, ut minus obſequentem manu etiã obtrudere. poſtremo pertinacius perſeueranti lapidem bene magnum in Caput impegiſſe. ταῦτα δ' ἦν ὥσπερ ἀντίφωνα τῶν μελλόντων, ideſt Hæc autem erant, uelut futurorum Antipho na. Superatus nanq; Mardonius eſt, Regis adminiſtro Græcos ductante, ac lapide ictus ce-cidit. Dici opinor Antiphona, quoniam res Vocis munus implerent. Sicuti ἀντίθεος æqualis Deo intelligitur. ἀντίχειρ pollex, manui æquiualens reliquæ.

¶ Scruta' quid ſint, & quid Scrutaria. Enarratur Oratius. Cap. LVI.

Stapud Oratium in Epiſtolis Verſiculus hic,
Vilia uendentem tunicato ſcruta popello.
e Scruta Verbum rarum eſt, quando id Latinæ elegantiæ ſtudioſi haud fe-re' præter paucos admodum, admittendum cenſuere. Sed cuiuſmodi ſit uerbi eius notio, rarior etiãnum eſt, infrequentior'q;, qui ſe ſcire profiteatur. Nam Acroni, & in aliis itẽ paſſ curioſo ſatis, ſuper'q; uiſum eſt dicere, Scruta uulgus Scru-tas uocat.

tas uocat. Aliter Scrutum eſt fractum miliũ. Sũt qui pelles, aut inteſtina interpretentur. Ego uero amota omni Veſica, quæ gloriolas captantibus nimio plus familiaris eſt, eo uerbo Veteramenta omnifaria ſignificari puto, quæ cum uſu iam detrita ſint, pretio item deminuta cẽſentur. Hinc ſignificanter ab Oratio Vilitatis appoſito expreſſa, præmonſtrata'q; ſunt. Ex qua origine factum, ut Scrutaria dicantur uiliſſima quæq;. Quod ut ſentiam, Lucilius facit apud Gellium Noctium Atticarum libro tertio.

Quid ni & Scruta quidem ut Vendat Scrutarius laudat,
Perfractam ſtrigilem, Soleam improbus dimidiatam.

Sidonius item Apollinaris uocabulum in Centurias allegiſſe uidetur. Nunc inquit, friuola quædam, nunc ludo apta Virgineo Scruta donabat. Quo in loco ſunt, qui Imagunculas pueriles operis dulciarii Scruta poſſe accipi, augurentur. Ad hæc, quæ de Scrutorum ſignificantia pronuntiauimus, plane' alluſit Apulei⁹ fabulæ Græcanicæ Libro quarto. Enimuero Vos bonæ frugi Latrones inter furta parua, atque ſeruilia timidicule per balneas, & anules cellulas reptantes, Scrutariam facitis.

Super Mæandro, & Protagora relatu non indigna quæpiam. Magorum ſententia de Diuinis rebus. Item de Sophiſtis pluſcula. Ancalidophori. Ancalides. Phaceli. Caput LVII.

m

Aeandrum Protagoræ Patrem adeo opulentia, & omnifaria rerum copia præcelluiſſe, ſcribunt ex Græcis nonnulli, ut Xerxem Perſarum Regem, a' quo mox Græcia concuſſa eſt, & domo, & donis excipere auſus ſit, qua occaſione illi inſinuatus, Protagoræ filio Magorum congreſſum impetrauit, Quando Perſarum Magi in doctrinæ participatum non temere quẽquam niſi iuſſu Regum admittunt. Vnde is de ratione diuina falſam, immo inauſpicatiſſimam traxiſſe opinionem uidetur. Siquidem quodam loco ita exordiri auſus eſt. De Diis utrum ſint, an non ſint, nihil habeo dicere. Quo argumento pulſus ille ab Athenienſibus eſt. Magicum uero dogma eſt, ut Philoſtratus putat, Clàm quidem rem diuinam obire, Palàm uero Deum abrogare. Quo facto quid excogitari inſolẽtius queat? Niſi quod cauſa, propter quam ita faciunt, longe execrabilior, tumidior'q; eſt. Neque enim uideri uolunt, Siqua in eis Virtus eniteſcat, a' diuina ui, uelut ex fonte perenni in riuulos corriuari. Qua ſententia quid omnino infantius, quid magis Brutum ſit, non magnopere diſpicio. Primus hic Protagoras mercede traditur, docuiſſe. Quæ res, inquit Philoſtratus, uitupe/rari nec poteſt, nec debet. Quæ enim impendio aliquo nobis conſtant, gratiora demum ueniunt, quoniam, ut inquit etiam Hieronymus, putent gratuitæ merces, dictus tamen inde eſt, λόγος ἐμμισθος, ideſt Oratio mercenaria. Primum item hunc Sophiſtem cognominatum accepimus. Hoc uero nomine dixerunt Veteres, ut Græci ſcribunt, non modo Oratores præſignes, & ſumma dicendi copia perilluſtres, Sed & Philoſophos quoque, dictione non uſquequaq; infantes. Nam & Plutarchus auctor eſt, Sapiẽtes a' nonnullis etiam Sophiſtas nuncupari. Sicuti & apophthegma teſtatur illud, μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός. Odi ſapientem, qui ſibi ſapiat nihil. Et Ariſtarchus Theodectæ pater, Olim uix ſeptem fuiſſe Sophiſtas, pronuntiauit, mox tantam eorum ſcaturiſſe multitudinem, ut pullatam exuperaret turbam. Sophiſtarum tamen Artem, perinde ac in Patrem, in Gorgiam referimus. Sophiſtices uero, quæ ſecunda dicitur, principem ferunt Aeſchinem. Qui, tametſi, ut φιλοπότης ἀνὴρ, καὶ ἀνειμένος, hoc eſt, Vini appetens Voluptarius, ac remiſſior inceſſitur, Primus quoque inter Sophiſtas creditus eſt, θείως λέγειν, hoc eſt diuine dicere. Noſtri ſic diſtinguunt, Vt Rhetor ſit, qui literas docet, atq; artis traditor eſt Eloquẽtiæ. Sophiſta uero, apud quẽ dicẽdi exercitium diſcit. Orator, q in cauſis priuatis, & publicis plena, & pfecta utitur eloquentia. Sed de Oratoris, & Sophiſtæ interſtitiis Cicero in Oratore plura. Attingit & in cõmentariolo περὶ φιλαδελφίας Plut. Plato autẽ Sophiſtas ubiq; oſtentãtes inducit, iactabũdos, glorioſos, temerarios, inſup & Auaros. Nec illibatæ prſum uitæ, Sed Sequioris. Nam & in libro de Platonis definitionibus Speuſippus, Sophiſtam eſſe

dicit Iuuenum nobilium, atq; diuitum mercenariũ Venatorem. Hoſce Plato, quãuis omnia profiteantur, nihil prorſum ſcire conuincit, Vt maleficos item inſectatur, atque ueneficos. Philoſophos nãq; arbitratur, qui ſtudioſius Veritatem aſſectentur, operis tantum ipſius intuitu, ac perpenſione. Sophiſtas uero intelligit, Qui opinionem modo affectent, opinionis ipſius amore. Hos item amarius inceſſens Seneca, Illos mihi inquit, Circulatores Sophiſtas, qui Philoſophiam honeſtius neglexiſſent, quàm uendunt, in faciem ingeret. Sunt inter Sophiſtas, Qui ab Ariſtotele in procœmio Rhetorices ad Alexandrum Parii nuncupantur. Ariſtophanes in Nebulis Sophiſtas accipit pro Mathematicis, iiſq;, qui de Sublimibus diſertationes inſtituunt. Alias uero inquit Interpres Sophiſtas intelligimus τοὺς τε πεπαιδευμένους, ideſt Eruditos. Porrò ſcribit Gellius, Protagoram inſyncerum quidem fuiſſe Philoſophum. Sed acerrimum Sophiſtarum. Adoleſcentem quoque uictus quærendi gratia uecturas onerum corpore ſuo factitaſſe. Sudas quinetiam ſcribit, fuiſſe prius φορτηγὸν σάκκην, quod ſignat Onerum Geſtatorem. Et in quadam epiſtola Epicurus Phormophorum uocat, ideſt Sportuligerum, & Xylophorum. Cuiuſmodi homines dicuntur Ancalidophori, ſicut Aſini quoque Ancalidas ferentes, ideſt Ligna Vlnæ menſura. Nam & grauia lignorum onera apte colligata, Phaceli uocantur, quando ſic Thucydides ſcribit, φορούντες ὕλης φακέλους. ideſt ferentes materiæ Phacelos. Mirum uero id de Protagora, ſi Patre diuite, ac etiamnum inuidioſo eſt natus.

¶ Pythii hominum ditiſſimi hiſtoria, de'q; Vxoris eiuſdem non uulgari prudentia. Caput LVIII.

Q Voniam Mæandri opes attigimus, ſuccurrit tempeſtatis eiuſdem Vir alter Pythius nomine, Cui ſe tota ui ſic denique Fortuna infudit, Vt reſidens Celænis, Vrbe in Phrygia, natione Lydus, Atys filius, Perſarum exercitum terræ, mari'q; grauem, Ac Xerxem quoque hoſpitio excipere auſus ſit, & quidem exuperanti magnificentia. Quin adeo ſuperfuit illi Animi magnitudo præſignis, & pecuniæ uis immenſa, Vt inſuper ad belli uſus, & Stipẽdia pol liceretur. Sed non hic primum Viri ſeſe raro alias audita largitas prompſit. Quippe Dario ante Xerxis patri auream elargitus fuerat Platanum, & ex eadem quoque materia Vitem. Quanlibet Generoſum Principem tam munifica, tam'q; inenarrabilis Benignitas, uel uſq; ad aras, & ultra deuincire abunde potuerat. At in Virum hunc exerta tamen Barbari Regis barbara, efferata'q; Sæuities eſt. Siquidem natu maximum ex Pythii Liberis, cui petebat militiæ immunitas, medium diſcindi iuſſit Xerxes. Eius'q; diſciſſi dimidium ad uiæ dextrã, reliquum ad ſiniſtram locari, & illac demum Copias pertranſire omnes, Luſtrationis imagine quadam. Fuit & Pythio ſingularis prudentiæ Vxor. Ea lepido commento Viri infinitam cupiditatem auro congerendo compeſcuit. Cum enim is totam fere Ciuitatem refodiendis theſauris attereret, adeo ut non temere ibi aliud rerum obiri poſſet, Plerique uero etiam laboribus uicti interirent, Iuſſit Sagax mulier omnifaria, quibus duci imprimis Martum ſciebat, conflari cibaria ex auro. Aberat tum Pythius, Aduenienti igitur aurea apponitur menſa. Inſuper ex auro omnia. Is necdum Cõſilii gnarus, nec quò tenderent iſta, percipiens, elegantia rerum oblectabatur, mox quæ forent eſui, flagitat inferri, At proba Vxor aurea item obſonia pergit inferre. Stomachanti iam, & eſurire ſe, amplius inclamanti (fames nanq;, & bilis naſum conciunt). Quæſo inquit illa, ne excandueris, & pax ſit rebus. An non ſentis Pythi præ unius Auri ſtudio in Ciuitate omnia iam perire, Agri'q; colendi ſtudium penitus deſtitutum? Quin intereunt item homines. Quod ſi pergis, quid aliud in eſcam ceſſurum ſit, non uideo. Quid plura? ſalubri commento Pythius reſipiſcens Auri quidem ſtudium non remiſit omnino, Altius enim auiditas inhæſerat, Sed quintam modo Ciuitatis partem in opere continuit. Hunc Pythium accepimus, imparem dolori, quo miſere ob immanem Filii necem a Xerxe, conflictabatur, cum paulo molliore animo foret, nec ſatis adeſſet roboris ad uindicias ſecũdum libertatem, quando nemo poteſt inuitus ſeruire, in monumentum ſe conieciſſe, quod ipſe tumuli uertice excitarat. Atq; inibi flebiliter, quod

ſupererat

ſupererat uitæ, compleſſe, Summittente illi diebus ſingulis cocta cibaria Vxore, Cui principatus moderamina per manus tradiderat.

¶ Hiſtoria Paridis paulo remotior, de q̃ inter Deas iudicio, & Dardano eiuſdem filio. Caput LIX.

d E Paride allecto inter Deas de formæ præſtantia certantes iudice, Varia pro ingenii captu afferri ſolere, Vel inter eos, qui ἀγοραῖοι nuncupari ſolent, & ſunt, ideſt Vulgares, uiles q̃, non me fallit. Nunc illud iure latii donabimus, Quod, dũ iſta pderemus, ex Græcorum theſauris interluxit. Parin uidelicet hunc Priami filium educatum Patris iuſſu in loco, quem Amandrum dixere, mox uero & Parion de ipſius nomẽclatura, tribus ferè annoꝝ decadibus. Atq̃ inibi cũ natura ingenioſus foret, nec ad doctrinarum ſtudia ineptus, Græcis imbutum diſciplinis. In quibus ubi haud parum promouiſſe eſt uiſus, Etiam Veneris Laudes, Oratione edita, proli bauit. In q̃ ea Palladi, ac Iunoni præſtare contendit. Quando ut uidetur, Deæ nomine Cõcupiſcentias eſſe intelligẽdas ſignificabat, atq̃ uoluptates, Sicuti meminit Athenęus quoq̃, Vnde mala omnia ſeſe Mortalibus agminatim, ac fluẽti exæſtuantis more affundant. Atq̃ hinc fabellæ occaſionem datam, inter diſceptantes Deas captum Iudicem, datum q̃ Veneri malum, ideſt Victoriam. Quin & Paris idem atq̃ in eandem hymnum ceciniſſe narrat, quem uocant Ceſton. Belli uero primordia hinc prorepſiſſe, quod euolutis iam ſpatiis annorum XXX. A Patre accerſitus, emiſſus q̃ ad rem diuinam obeundam, cum Spartam appuliſſet, Helenam rapuerit. Ex qua Dardanum ſuſceperit filium, quod Dionyſium Scytobrachiona, monumentis ferunt prodidiſſe. propterea In Homeri Iliados Rhapſodia tertia ſcriptum reperiri, ἄγονος γ' εἶναι, ἀγάμος τ' ἀπολέσθαι, ideſt ſine ſemine eſſe, & citra nuptias mori, Vt Schema ſit προθύστερον, Prius enim ducitur Vxor, Mox prolis ſuſceptio conſequitur. Eſt enim Agonos, qui Aſpermos, ideſt ſine ſemine, ac filiis, quãuis exponant Alii μὴ γεννηθεὶς, ideſt non natus. Sunt autem Hectoris ad Paridem uerba.

¶ Senectutem imbecillem euadere ob Adoleſcentiæ intemperantiam. De Gorgiæ ſenio præuiridi. Caput LX.

m Ilonem Crotoniatem, memoriæ proditum eſt, cum iam Senex eſſet, Athletas q̃ ſe in curriculo exercentes ſpectaret, ſuos lacertos amplius intueri cœpiſſe, illachrymantem q̃ dixiſſe, At hi quidem iam mortui ſunt. Verum inquit Cicero, non tam iſti, quàm tu ipſe nugator, neq̃ enim ex te unquam es nobilitatus, Sed ex lateribus, & lacertis tuis. Et poſt multos item uerſus, Iſta ipſa inquit, defectio uirium Adoleſcentiæ uitiis efficitur ſæpius, quàm Senectutis, Libidinoſa enim, & intemperata Adoleſcẽtia effœtum corpus tradit Senectuti. Cyrus quidem apud Xenophontem eo ſermone, quem moriens habuit, cum admodum Senex eſſet, negat ſe unquam ſenſiſſe Senectutem ſuam imbecilliorem factam, quàm Adoleſcentia fuiſſet. L. uero Metellus poſt Conſulatum Pontifex Max. ita bonis uiribus extremo ætatis tempore fuiſſe narratur, ut Adoleſcentiam non requireret. Sed enim omnes ferè Corporis robore, Senſuum integritate, Ingenio uegeto, memoria firma exuperaſſe Gorgias Leontinus uidetur. Itaq̃ produci in Adagium Gorgiæ Senectus ualet, de optima, nec annis exoluta, quæ q̃ uireſcens omnium præſtantia ſemper quodammodo pubeſcat. Quæ omnia fuiſſe in eo Viro, Græca memorat hiſtoria, etiamſi ætatis annum attigiſſet octauum ſupra centeſimum. Fuit uero Charmantidæ filius, Empedoclis diſcipulus, Præceptor Poli Agrigentini, Item Periclis, & Iſocratis, & Alcidamantis. Traſymachũ, & Gorgiam omnium primos arte quadam uerba iunxiſſe, auctor eſt in Oratore M. Tullius. Hic porro Gorgias, ut eſt apud Platonem, de omni re, quæcunque in diſceptationem, quæſtionem q̃ uocaretur, ſe copioſiſſime dicturum, profitebatur. Is q̃ princeps ex omnibus auſus eſt in cuentu poſcere, qua de re quiſque uellet audire. Ei quoque tantus honor habitus eſt a Græcia ſoli, ut Delphis non inaurata, ut cæteris, Statua, Sed aurea plane ſurrigeretur. Quod de Oratore libro tertio commemorat Cicero. Gorgiæ alterius meminit libro nono Quintilianus.

¶ Aetatum humanæ uitæ diſtributio. Fabulam ætatis peragere, apud Cic. quid. Vitæ metam quam ſtatuant pleriq. Caput . LXI.

e

T quoniam ingeſſit ſe nobis Senectus, ſuccurrit, ut nonnulla de Aetatum diſtinctione promamus in medium, eo quidem procliuius, quod mirum eſt, quàm non omnino ſuper ea re conſentiant Auctores. Quippe doctiſſimus Varro, & πολυγραφότατος, quinque ætatis gradus æquabiliter putat eſſe diuiſos, ac ununquẽq; præter extremum, in annos quindecim. Propterea ſectio prima annum quintumdecimum attingens Pueros habet, ex puritatis ratione ita nuncupatos. Secũda ad triceſimũ porrecta Adoleſcẽtes, ab incrementi notione nomen indeptos. Iuuenes ſectionem faciunt tertiam ad annos quinq; & quadraginta. Quibus inde appellatio facta, quod in bellicis uſibus Reip. adiumento forent. Et inde huiuſmodi ex Catalogo eſſe dicuntur, Sicuti ultra Catalogum, qui iam militiæ habentur inepti. Ad ānorum decada ſextam Seniores perueniunt. Reliquum uitæ tempus Sectionem habet quintam. In qua qui agunt, iam uocantur Senes. Ex hac Varroniana Aetatum diſtributione commoneor, ſcite admodum, & congruenter Vitæ tempora fabulis comparari. Nam & Cicero, Qui hiſce inquit, Auctoritatis præmiis ſplendide uſi fuerunt, ii mihi ſunt uiſi fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati Hiſtriões in extremo actu corruiſſe. In fabulis uero Actus ſeruari quinque, non arbitror eſſe, quem fugiat, Quando nec Perſona quinquies egreſſa ultra exire poteſt. In quo attente animaduertendum, ubi, & quando Scena uacua ab omnibus ſit perſonis, Vt in ea Chorus, uel Tibicen audiri poſſit, Id enim cum uiderimus, Ibi Actum eſſe finitum, debemus agnoſcere. Hippocrates, ſicuti libro de die natali prodit Cenſorinus, ſeptem Aetatis conſtituiſſe gradus deprehenditur, ac primum quidem anno ſeptimo terminaſſe, Secũdum quartodecimo, Tertium duodeuiceſimo, Quartum triceſimoqnto, Quintum duodequadrageſimo, Sextum ſexageſimoprimo, Septimum ad Vitæ coronidem protendit. Solon decem fecit hebdomadas. Staſeas addidit etiamnum duas, & plenioris uitæ ſpatia annis quatuor & octoginta metitus eſt, quod præſcriptum ſiquis tranſmittat, idem illi uſuuenire, quod Stadiodromis, & Quadrigis ultra deſtinatum procurrentibus. Hetruſci uitalem menſum hebdomadibus finiunt duodecim, quod Varro ſcribit. Aſtrorum peritus Dioſcorides anno centeſimo uitam circũſcripſit, Cordis ratione, quod in anniculo menſum habeat drachmarum duarum, in Bimo quatuor, inde procurſu pari in ānum quinquageſimum. A' quo decremẽta ſupputentur ad æquilibrium, quæ ambitu peracto, ad metam redeant eandem. proinde non ſupereſſe ſpatia, uiſceris eius dilapſu. Quam hæreſim fuiſſe item Aegyptiæ gentis, Plinius ſcribit. Galenus in libro, Cui titulus, ὅροι ἰατρικοί, Aetates ſtatuit omnino quatuor, Ex quibus primam facit τῶν νέων, ideſt Iuuenum, Secundam τῶν ἀκμαζόντων, ideſt uigẽtium. Tertiam τῶν μέσων, ideſt Mediorum, Poſtremam τῶν γερόντων, ideſt Senum. Iuuenes poſtmodũ eſſe ait temperatura calidos, humectoſq;, Veri præcipue aſſimiles. In Vigore conſtitutos calere ſimul, areſcereq; Aeſtatis modo. Medios eſſe pronuntiat frigidos, ac ſiccos, perinde ac Autumnus eſt. Sunt uero humecti cum frigiditate Senes, τῷ χειμῶνι παραπλήσιοι. Effloreſcit in Iuuenibus Sanguis. In uigentibus ξανθὴ χολή. In mediis μέλαινα, In Senibus τὸ φλέγμα. Et hæc caloris intimi ratione omnia.

¶ Aetates humanas Planetarum conſequi rationem. Martialis, & Apuleius declarant, nec non Oratius. Philoſophorum placita, & Auicennæ de Aetatibus. Item de Fabula ætatis. Vocabula plura, quibus Aetates a' Græcis diſtinguuntur. Caput LXII.

i

Llud uero cõcinne admodum huic parti appingetur ex Procli, inter Philoſophos haudquaquam poſtremi, doctrina. Aetatum ordinem ſequi ordinem uniuerſi. Quippe princeps ætas Lunarem conſequi poteſtatem animaduertitur. Tunc enim ex Nutritiua, Vegetaliq; degimus potentia, & in utriſq; porro humecta uis præcellit. Secunda Mercurialem, quando Literarum, Citharæq;, & Luctæ, ac deniq; conſimilium nobis ſtudium ingeneratur. Et Arithmetices imprimis, ut auctor probat Ptolemæus. Immoq; forſan decantatum, Negotiis illum præeſſe, ac lucro.

lucro. Inconſtans porro Sydus traditur, ac omnino eiuſmodi, quale id, cui adhæſerit, cum benignis benignum, exitiale cum exitialibus. Tertia Veneream, quando obturgeſcũt mem bra ſeminibus, & ad genituram protinus incitantur. Qua in parte ſciendum amplius, Vbi laſciuiente pruritu, & Venerio prolubio nimis approperetur Coitus, præmature item bar bam promi, quoniam concubitu augeſcit circa Rhenes inſitus, genuinus q; calor, quo fit, uti affluentius ſumma Corporis Vapores ſcandant, quæ eſt pilorum materia, Vnde illuſtratur Martialis illud libro undecimo.

Inde tragus, celeres q; pili, miranda q; matri
Barba.

Adiuuat & Apuleius in Magia. Inueſtem puer accepiſti, Veſticipem ilico reddi diſti. Quarta Solarem, tunc enim regnat uigor, ætatis q; perfectio properat, Aetas q; media. Vt uero Sol fons luminis, & Cæli oculus, ac Mundi mens, ut priores dixere, Conſimiliter Iuuenilis ætas flos Vitæ delibatus. Mars porro Virilitati dominatur, planeta calidus, et ſiccus, ac præparans ad robur. Sexta ætas Ioui ſubiicitur, quæ prudentiam, & uitam actiuam, ciuilem q; deſyderat. Septima Saturnum reſpicit, in qua naturæ conſentaneum, a generatione ſequeſtrari, & a corporeis abiungi, alteram, & incorpoream affectando Vitam. Nam decrepitos inuadens Saturnus implet naturæ ſuæ malis, frigiditate, pigritia, & triſtitia que rula. Sedenim nec illud omittendum, Ratione admodum diuerſa præfici Infantibus, dum geſtantur utero, Planetarum, ut ſic dicam, uultus, Quoniam primo conceptionis menſi Saturnus præeſſe narratur. Iupiter ſecundo. Tertio Mars. Sol quarto. Venus quinto. Sexto Mercurius. Septimo Luna. Rurſum uero octauo Saturnus. Nono Iupiter. Inde quoque partus fieri improſperos coniectant menſe octauo, At nono optimos. Verum ut poſtliminio redeamus, Philoſophorum placita præferre uident, Tres tantum dici ætates, Incrementi. Status. Diminutionis. Quod ex Ariſtotele aucupantur, tertio de Anima, ſic ſanciente. Neceſſe inquit, eſt, Omne, quod generatur, augumentum habere, ac ſtatum, & decrementum. Sed idem Philoſophus in libro de moribus ſentire diuerſa deprehenditur. Auicenna autem prima primi. Cap. de Complexionibus, Aetates inquit, omnes quatuor ſunt. Adoleſcentia prima eſt, ad annum fere producta XXX. Secunda uero Conſiſtentiæ nuncupata, uel Pulchritudinis ad annum fere quintum poſt trigeſimum. Conſequitur inde diminutionis occultæ tempus, quæ Senectus nuncupatur, ad annum fere Sexageſimum. Subeſt mox Aetas, quæ ad manifeſtum nos interitum præcipites agit, In qua qui diutius perſeuerat, dicitur νύμφης ἰσήλιξ, ideſt Nymphis æquæuus. Suppartitur inde Adoleſcentiam in minuties alias, Quas qui expetit nouiſſe, & locum habet, ac quem adeat, Auctorem. Sciendum uero, Aetatum commenſus non ubiq;, nec ſemper haberi eoſdem, Sed euadere diuerſos pro Complexionis ratione, aut Sexus, uel etiam regionum, ac terrarum ſitus, Cæli quoq;, & Victus temperamenti, & aliorum plurium. Nam ſexto de Sanitatis regimine, Galen⁹, Stato inquit, Annorum numero Aetates circunſcribere nequimus, quod tamen quidam faciunt, niſi Latitudinis modo, Nanq; pubertatem auſpicantur aliqui anno quartodecimo, alii anno adiecto, aut etiam alio modo, Et quibuſdam decrementi exordia contingunt, mox ab anno triceſimo. Aliis, quinque accedentibus. Proinde ſignate Princeps in ætatum diſtributione aduerbium fere adiicere ſolet. Porro, quia de fabula Aetatis mentio facta nobis pauloante. Ad idipſum Apuleiana facit ex libro Floridorum tertio concinna ſententia. Deinde inquit, regreſſi ad populum renuntiauere, Philemonem Poetam, qui expectaretur, qui in theatro fictum argumentum finiret, Iam domi ueram fabulam conſumaſſe. Enimuero iam dixiſſe rebus humanis ualere, & plaudere. Adiuuat & ad Lucilium Seneca. Quo modo inquit, fabula, Sic Vita, non quandiu, ſed quam bene acta ſit, refert. nihil ad rem pertinet, quo loco deſinas, quocunque uoles, deſine, Tantum bonam clauſulam impone. In hac uero Aetatum mentione, ac pragmatia uehementer adnotandum, quod ſcribit Magnus Albertus, Virilem ætatem, ac Senum præcipue inſigniter areſcere. Cui rei argumentum ſuggerat membrorum durities, & laxior cutis, ac corrugata, quod frigiditas efficit, cum ſiccitate. Quippe laxat hæc. contrahit in rugas illa. Frigidum enim complicat conſtringendo. Ex iis porro liquere arbitror, Cur ſit in Epiſt. ab Oratio enuntiatum, Nigros anguſta fronte Capillos. Quo Iuuenilis indicatur ætas. Ex Græcorum autem doctrina comperimus, nomina ſic per incrementa diſtingui, Vt ſit primo βρέφος ſtatim natus puer, mox παιδίον, ubi iam inceſ

ſus datur, Pædarion. Poſt dicitur παιδίσκος. At παῖδα nuncupant, qui encyclicas obire diſciplinas denique ualet. Inſequentem uero Aetatem πάλλακα uocant, Parectatũ quoq; quia pueritia in pubertatem protenditur, & βουπαῖδα, & ἀντιπαῖδα, ac Mellephebum. Mox habentur Ephebi. Hos Triacatos appellant Cyrenei. At Cretenſes dicere ἀποδρόμους malunt, non quia Curſum deſierint, quod præpoſitionis innuere poteſtas uidetur, Veluti ἀπιχθὺς dicitur, qui piſcitio abſtinet. Apobomia ſacra, quæ non in altari peraguntur, ſed in pauimento, uel ſolo, & apud Callimachum Apotriches, qui ἄνηβοι intelliguntur, ideſt Impuberes. Verum Apodromi nuncupantur, qui per ætatem certamina currendi publica necdum adiere. Baliciotæ apud Cretenſes item Vocantur Synephebi. Baliotæ dicuntur Progenitores. Ballas Cyprii Gradus nuncupant. Balaros Cyrnii exules dicunt, Pauſania tradente, Quod nomen Sardiniæ montana incolentibus adhæſit, Cum illuc ſeceſſiſſent a' Carthaginienſibus deficientes. Libyes autem Corſicam incolentes inteſtinis agitati diſcordiis in Sardiniam commigrarant. Sequitur Miraciõ. inde Mirax, qui & Neaniſcus, uel Neanias, ideſt Iuuenis. Hoſce uero ἱππεῖς, ideſt Equites appellant Spartani. Sicuti inter eos, qui præſident, Hippagretas. Iis inhærent Nymphii, uelut Sponſos dicas. Poſtea eſt Pater. inde Vir νέος, ideſt Iuuenis & uirens. Mox Vir meſos, ideſt medius. inde a' Canicie, Hypopolios. poſt Geron, ideſt Senex, qui & Præſbytes. inde Eſchatogeros, poſtremo Poliocrotaphi. Ab inſtituto non diſſentaneum prorſus illud fuerit, Senilem cutem, quia ætate aſperior fiat, Paguron a' Caſandra dici, Eſſe uero inter Cancrorum genera Paguros, ſciunt plerique omnes.

¶ Aeneam pietate in Deos, ac Parentem inſita, clementer a' Victoribus tractatum Græcis, ac liberum abire cum domeſticis permiſſum bonis. Cap. LXIII.

e Tiamſi non me fallit, E' Græcis Auctoribus celeberrimum Dionem, condito uolumine, Conatum rationibus multis, & a' uero haud ita diſſultantibus argumentis comprobare, Ab Ilienſibus fuiſſe Græcorum exercitũ bello uictũ, fugatum'q;, Nec ab eo Ilium, quod Homerus cecinit, expugnatum, Nihilominus Quæ ab Aliis prodita ingerunt ſe nobis, dum in libris, noſtra plane' ſupellectile, uerſamur, allidere, ueluti abortiua, non ſuſtineo. Vt Qui Maronem tractant aſſidue, & interpretantur, ſufferti amplius habeant aliquid, Vnde Auditoribus ſuis ſatiſfactum eãt. Igitur ſic compertum mihi ex Adiuratiſſimis. Ilio expugnato, Captorum Fortunam Græcos, Qui Genti ſuus eſt mos, clementer eſſe amplexatos, ac miſeranter. Eo'q; nomine a' Victoribus pronuntiatum Ducibus, Liberorum unuſquiſq; ex domeſticis rebus unum quid tolleret, auferret'q;. Tunc Aeneam, cunctis aliis facile neglectis, aut neceſſitate reiectis, Patrios ſelegiſſe, quos aſportaret, Deos. Id cum intuerentur Græci, plurimum'q; ea re forent oblectati, Eidem permiſere, iterũ quod uellet, ex bonis ſibi caperet. Qui geminata pietate, multo iam ſenio feſſum Parentem humeris ſubiens efferre properabat. Ea cum, uti erant, ſtupẽda Victoribus acciderent, Viro maxime pio domeſticis cædentes omnibus, quotquot iure belli erant adepti, abire, quo' uellet, libere ꝑmiſere, fatentes, hoſtilitatis remitti iura, & manſuetudinem induere aduerſum eos, Qui uerecunde in Deos ſe, ac Parentes ita gerant.

¶ Citharœdi prudens reſponſum apud Alexandrum fidibus utẽti ruſticius. Quo pacto Linum peremerit Hercules, a' quo Muſica imbuebatur. Caput LXIIII.

a Lexãdrum Macedona, Philippi filium, Cum Puer etiamnum ageret, Ac Genas necdum conueſtiſſet Pubertas, Citharæ ferunt operæ quippiam impendiſſe, Inter'q; inſtitutiõem, uti aſſolet, ac rudimenta prima certam ex fidibus canore pulſari, cum identidem commonefaceret peritus Artifex, Sicuti exigere uidentur τὰ κιθαρίσματα, ideſt Citharœdicæ leges, Et quid intereſt, Alexander inquit, Si hanc pulſaro. At is, Si uti Rex paulo mox futurus, hæc infers, nil ſane'. At ſi Artifex, plane' multum. Videtur autem hic haudquaquam rerum Vir imperitus Lini euentum prorſus expauiſſe, Is nãq; puerum itidem Herculem Cithara imbuebat, Qui cum inconcinnius, ruſticius'q; uteretur fidibus, excanduit in eum Linus. At indignabundus Hercules illi

cules illi Plectrum impegit letiferum.

¶De Tityris, Silenis, Satyris, Quæ ſit nominum ratio. Bacchus cur dicatur Phleon, Item Cognomina alia. Caput LXV.

q Vi cum Dionyſio per tripudia, & feſtos luſus pleraq; terrarum obiere, nunc Satyros nuncupant, Quandoq; & Tityros, puto, de Cantuum laſciuia, Quę πυρετίσματα dicunt, Quibus id genus duci magna parte, animaduertitur. Satyros autem ἀπὸ τῆ σατηρέναι, uocitatos opinant. Nam Sileni appellantur ἐκ τῆ σιλλαίνειν. Quod & alibi attigimus. Sillon autem morſum cum luſu uocant ingrato, infeſtiuoq;. Silenis indumenta fuere ἀμφίμαλλοι χιτῶνες, ideſt utrinque uilloſæ tunicæ. Quod tacitis uelut ambagibus plantādi ex Dionyſio Artem innuit, ac item Palmitum conſtipationem. Quia uero apud Veteres φλύειν multum ferre fructum, ideſt τὸ πολυφορεῖν indicat, Hinc factum, Vt Dionyſium dicerent φλεῶνα. Quin eundem Protrygen appellarunt, & Staphyliten, ac Omphaciten, Sed & modis item aliis ſane diuerſis. Tityrum ſunt, Qui Auem item interpretentur, Aut Calamum quoque. τιτυρῆνος dicitur certe ex Calamo tibia.

¶Diuerſi Populorum mores, breuibus, ac miſcella enotati opera. Qui nunquam riſerint. De Ceo Sene Caniciem coloribus obſcurante. Cap. LXVI.

e Tiamſi pauloante Gentium diuerſarum mores, ut ſeſe inter legendum ingeſſerant, præcerpſimus, enotauimusq;, Tamen Quæ rurſum occurrunt, allidere, aut præfocare, nequimus, Sicuti illud eſt, Stagiritis fuiſſe legem, Quam prorſum, uereq; opinatur Græcam in Variis narrationibus Aelianus, ὃ μὴ κατέθου, μὴ λάμβανε. Quod non poſuiſti, ne tollas. Sed & Biblium tantæ Virum integritatis, ac abſtinentię accepimus, Vt ſiquid intereūdum ei fuiſſet alieni oblatum, omnino intactum præteriret, οὐ γὰρ ἡγεῖτο τὸ τοιοῦτον εὕρεμα, ἀλλὰ καὶ ἀδίκημα. Ceu eiuſmodi non inuenta forent, Sed Iniuſtitiæ germina. Lucanis lege Sancitum, ſcimus, Nequis Sole occaſo, diuertentem Hoſpitem exigeret, Quod ſi feciſſet, κακοξενίαν agebatur Reus, atque eo nomine mulctam ſubire, prorſus neceſſum erat. Dardaneos ſub Illyride ter tātum modo in Vita balneis operam audio Solitos dare, Nuptiarum, & Partiōis tempore, ac denicq; Mortis. Indis omnino fœnus ignotum. Quin & maximum inibi nefas Iniuriam uel facere, uel pati. Proinde nulla illis Syngrapha, nullum depoſitum. Sardoa lex eſt, Seneſcētes iam Parentes fuſtibus letaliter a filiis cędi, ac mox contumulari. Turpe ſiquidem arbitrant, multo confectum Senio ſupereſſe diutius, Cum in pluribus aberret Corpus, annis feſſum denicq;. Illuſtrius uero multo Inſtitutum illud, Quo peraguntur ἀργίαν δίκαι, ideſt Otii Iudicia, Quæ ſubirent temere, ac citra Vitæ propoſitum agentes. Sic enim exprimebatur illis, Vt unde alerentur, Magiſtratibus approbarent. Berbicæ dicuntur ipſi quoque, certam Aetatis metam tranſgreſſos perimere, Viros quidem īmolantes, Mulieribus autem præfocatis. Lydæ mulieres prius quam Cōiugia inirent, Corpus in uulgum dabant. Iunctis, ſi deliquiſſent, ueniæ Spes nulla. Athenienſibus pridem inoleuerat, Vt ſi forte Homini occurriſſent inſepulto, Terræ mandarent, gleba iniecta, Sed ita, ut Exortum ſpectarent. Rurſum & illud ſeruatum diu, Ne Bouem, Cuius opera, uel aratro, uel curru uterentur, omnino īmolarent, ὅτι καὶ οὗτος εἷς ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός, ideſt Quoniam & hic Colonus ſit, ac laborum quoque noſtrorum particeps. Perſarū mos eſt, Cibis expleri prius, ac ut Plautine loquamur ſaburrari, Mox potui, & Propinationibus indulgere largius. Quo etiā tpe ueluti in hoſtem depugnaturi, Veſtes exuunt. Illi uero Hominum mores comperti peculiares, Clazomenium Anaxagoram riſiſſe nunquam, immo ne riſus quidem ueſtigium omnino ullum prætuliſſe. Huic quoq; rei inimicatum inſigniter Ariſtoxenum ferunt. Quin & Heraclitum, ὅτι πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ ἔκλαιεν, ideſt Quæ ſint in hominum uita, fletu proſequebatur omnia. Nec illud a moribus hominum abiungitur expingendis, Siquidem facta noſtris nos plerunq; coloribus ſuppingunt: Ceus Quidam narratur Lacedæmona ueniſſe, iam utiq; æui maturus, Verum elatior impendio, & confidens quantumuis, Inſuper caneſcens caput inficere conatus, annos obſcurabat, Ita uero affectus, cum in Concionem prodiens peregiſſet, Quorum cauſa uenerat, exurgens Archidamus Lacedæmoniorū

Rex, τί δ' ἂν ἔφη οὗτος ὑγιὲς εἴποι, ὃς οὐ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρει. Et quid nam inquit, salubre dixerit hic, Qui non in Anima modo mendacium circunfert, Verum & in Capite?

¶ Zeuxin spectatum Helenam a' se pictam neminem admisisse, ni erogata prius stipe, Quo nomine appellata est Meretrix. Epicuri dictum nobile, Videri felicem, Cui Vitæ suppetant necessaria. De Pecuniæ cura difficili. Cap. LXVII.

z Euxin pictura nobilem, inter cætera eius Artificii, haud parum multa Quæ circunferuntur, & Hominum desyderia uix explent, Helenam quandoq; ab eo expictam ferunt, Cui tantum sane' attribuerit, Vt non temere, nec Quenlibet, ac, ut Græci dicunt, ὡς ἔτυχε, spectatum admitteret, Ni ῥητὸν ἀργύριον, idest propositam pecuniæ quantitatem erogasset. Quo expressum nomine Græcis est, Vti, Heracleote sic mercenariam stipem ab adeuntibus, ac uelut manuarium æs corrogante, mox Helenam dicerent illam ἑταῖραν, idest Meretricem. Ceu plane' capturas sibi, prostituto corpore, ab inuisentibus turpiter quæreret. Lepide sic, ut interpretari libet, deformato item Artifice, Vt qui auidius Quæsticulum corraderet. Id quod prudentissimus quisq; facile aut spreuit, aut neglexit. Nam tãtus ille Voluptatis assertor Epicurus, Cũ Ioue se ꝓmptius de felicitate in certamẽ uentuꝝ, asseuerabat, Si Maza modo suppeteret, ac Aqua. Scires Gargetii Senis hæresin aliud præscribere omnino, quàm prætendant Verba. Cæterum quod ad numariam pertinet curam, parerga uelut opera, Id itẽ suppingemus, Ab Adiuratissimis proditum monumentis, ὡς περὶ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα. Quod est, Sicuti Echinum utique cape, facillimum est, Retinere difficillimum, Ita & Pecunias. Sententiæ huic succinit fere' Anaxagoræ illud ἐν τῷ περὶ βασιλείας, χρήματα χαλεπὸν συναγείρασθαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι, idest Pecunias cumulare, arduum est, Verum custodire difficilius multo. Nec relatu indignum, Quod grauis Auctor imprimis prodit Archilochus, Quanquam non citra consuetum illi κακοῤῥῆμον, Numos sæpe, uel minutiis hinc inde corrasis, nec sine sudore cõparatos πολλάκις εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρειν, idest In prostitutarum delabi interanea frequenter.

¶ Animos halucinantes, malis edoctos sæpius resipiscere. De Hierone, Ptolemæo Secũdo, Phrage, & Damocrate Palęstrita. Caput LXVIII.

h Ominis prudentiam Fortunæ indulgentia nunquam non remissiorem, laxiorem'q; malis sæpenumero ad se redire, ac, ut sic dicam, in numerato, & procinctu stare, non Sanctis modo testatum literis, Quarum est scopus inconniuens Veritas, Sed & nobilibus exemplis aliquot, palàm factum. Ex iis aliqua attigisse, interest plurimum Vitæ, Vt inde edocti a' linea identidem non aberremus, Sed in harena uersemur nostra, idest ex formula uiuamus, ne alioqui in decuriam trãscribamur non tam male uiuentium, quàm male pereuntium. Igitur proditum Memoriæ est, Siciliæ tyrannum Hierona fuisse prius & priuatum, & plane' omnium præcipue inconcinnum, inelegantem'q;, & agresti porro' natura incõciliabilem, ferum'q;, ac prorsum a' fratre Gelone nil diuersum. Sedenim posteaquã ægritudine implicito a' publicis curis indulta uacatio, feriari'q; abunde licuit, febre interpellante, Hominum factus elegantissimus est. Siquidem quod uel inuito, recusanti'q; otium ex morbo impertiebatur, εἰς ἀκούσματα πεπαιδευμένα, idest doctis impendere disciplinis adortus est. Quamobrem iam suæ spontis, ac prorsum cõualidus Simonide utebatur Ceo, ac Thebano Pindaro, nec non Bacchilide. ὁ δὲ γύλων ἄμουσος ἄνθρωπος. Ipsum hoc & Ptolemæo Secundo usuuenisse, compertum est. Quin Auctor item Plato est, Phragen non alia magis ratione sacris initiatum Philosophię mysteriis, Quàm quod ἡ νοσοφοφία εἴργουσα αὐτὸν τῶν πολιτικῶν συνήλασεν εἰς τὸν τῆς σοφίας ἔρωτα, idest familiaris Aegritudo a' Ciuiliun cura ipsum abducens in Sapientiæ amorem coniecit. Quod si est, Nimirum extẽtis optanda Votis tristior Valetudo Critiæ fuerat, & Alcibiadæ, ac Pausaniæ insuper Lacedæmonio, Et compluribus id genus aliis. Porro' &

Palestẽ

Palæsten legimus Damocraten pedibus ægrum, ut siqua effici posset, morbum discuteret, Certamina adiisse sacra, Eo'q; productum denique, Vt in Stadio Lineam sibi circunduceret, Aduersariis iussis, extraherent ui, si possent. Nequeuntibus uero, abiit demũ coronatus.

¶ Super Electra adnotantur paucula, Quæ dicta prius Laodice sit. De Gyge, qui mulieres primus εὐνούχισεν. Necnon de Alcimi Lydorum Regis felicitate. Interim & Xanthi memorantur duo, Poeta, & Historicus. Cap. LXIX.

x Anthum fuisse Melorum Poetam, puto, omnibus notum, Qui Græca paulo uberius attrectarunt. Ab eo autem præter cætera, id item proditum memoriæ est, Electram Agamemnonis, non ea utiq; initio fuisse nomenclatura, Sed dictam Laodicen. Quippe Agamemnone perempto, nupsisse Aegistho Clytemnestram, Qui & principatu sit potitus, Electram uero, ut quæ neglectui foret, consenuisse Virginem, Qua ex causa ab Argiuis id esse nominis sortitam, διὰ τὸ ἀμοιρεῖν ἀνδρὸς, καὶ μὴ πεπειρᾶσθαι λέκτρου, idest Quod Viri expers fuerit, nec lecti experiens. Fuit & non incelebris rerum Conditor Xanthus, patria Lydus, Qui & Voluminibus quatuor Lydiaca fertur complexus. In eorum secundo, id quod haud relatu indignum opinatus sum, Gygen omniũ Principẽ scribit, dum Lydis imperaret, γυναῖκας εὐνουχίσαι, idest mulieres Eunuchas fecisse, ὅπως αὐταῖς χρῶτο ἀεὶ νεαζούσαις, idest ut illis perpetuo iuueniliter florentibus uti ualeret. Cæterum amplius memorat Xanthus idem, Lydorum Regno potitum quãdoq; Alcimum, Qui & præcipua fuerit insignis pietate, ingenio'q; mitissimo. Proinde Stationis eius tempore uniuerso Lydis altissimam cõtigisse Pacis tranquillitatem, & diuitias quoq; affluentissimas. Et ita quidem, ut intrepide ageret unusquisq;, omnino'q; citra insidiarum ullum metum, uel, ut Græce dicam, ἀδεῶς, καὶ ἀνεπιβουλεύτως. Id eo adnotaui bibentius, Quod inde Adagionis speciem posse aptius conformari, palàm est. Vbi quis ἐν εὐποτμίᾳ τε καὶ εὐδαιμονίᾳ διάγει.

¶ Qua ex causa prædicent Delii, Philosophum non incelebrem Syrium Pherecydem tam tetro, tam'q; exitiabili peremptum fato. Caput LXX.

f Vper Pherecyde, Quem ferunt Pythagoræ doctorem, alibi hoc opere commentati sumus, Nunc & ad id Quæ ingerunt sese, haud insuper habebimus, ut locupletior fiat lucubratio. Igitur scribunt Celeberrimi e' Græcis Conditoribus, In Morbi, ut sic dicam, propylæis ab eius Corpore deliquatum similem Visco calidum sudorem, mox & ferinum quendam, Postremo succreuisse Pediculorum sobolem diram, qua colliquatis Carnibus contabuerit. Sed antea, conspectu horrorem incutiente, familiariũ reclinare cõsuetudinem cœpit. Vbi uero accessisset Quispiam; ex eo, ut haberet, sciscitaturus, διὰ τῆς ὀπῆς τῆς κατὰ τὴν θύραν διείρασ' τὸν δάκτυλον, ψιλὸν γεγονότα τῆς σαρκὸς, ἐπέλεγεν, οὕτω διακεῖσθαι καὶ τὸ πᾶν αὐτοῦ σῶμα, Hoc est per Ianuæ peruiam portiunculam digyto immisso, iam carne prorsum renudato, addebat, Corporis reliquum compari affectum modo. Memorare autem Delios ferunt, consuesse, Apollinis indignatione Philosopho tetram adeo incussam plagam, Quod tumidius, insolẽtius'q; Cum Discipulis in Delo sedens multa quidem de Sapientia sua ostentasset, Verum & id reticere nõ quisset, Nulli unquam se Deoꝝ immolasse, Nihil'q; minus iucunde sibi ad id temporis actos Vitæ annos, Nec citra omne incõmodum minus, quàm Qui Hecatombas subinde oblatum eant. Quo dicti tumore, uel leuitate potius, Quam κουφολοτίαν uocant, grauissimam rependisse pœnam, probabile prorsum fieri.

¶ Herculeas Columnas prius Briarei nuncupatas. Epaminondæ paupertas, & magnanimitas Persarum Regis munera spernentis. Cap. LXXI.

e T Aristoteles quidem tantus in doctrinis Vir, leuicula tamen quæpiã in libris non reformidasse, animaduertitur, Quando Herculeas scribit Columnas prius fuisse Briarei nuncupatas. Nam inquit, posteaquam ab Hercule perpurgata Terra est, & Mare item, Comparuit'q; omnino is in genus hominum bene-

ficus, Briarei monumenta nulli prorsum rei esse, arbitrati Pleriq; In Herculem loci appellationem facile corriuarunt. Cæterum etiam si nec huiusmodi negligenda usquequaq; duco, Nihilo secius multo illud grauius, Vitæ'q; commodius longe, Quod Græca uersanti nuper compertum mihi est, Epaminondæ Thebanorum Principi, tantum'q; non Græciæ totius, Vnum modo affuisse indumentum, & quidem rude, ac pertritum, addo etiam sordescens satis, Quo nomine siquando expurgandum Fulloni traderet, Interim uestis inopia alterius Domi se continebat. Quamuis autem a' re familiari sic haberet, nihilominus a' Rege Persarum uim Auri haud paruam ad se transmissam non admisit. Quo fit, inquit Aelianus, Vt respuentis Animus maior lõge, amplior'q; uideatur, quàm Dantis. At quia ex fide parum forsan promi hæc a' nobis, opinabuntur Aliqui etiam Serii, Super tota re Historici uerba subscribam. Cui, opinor, in rem adducti præsentem haud colaphum ducent, ἐπαμεινώνδας ἕνα εἶχε τρίβωνα καὶ αὐτὸν ῥυπῶντα. εἴποτε δὲ αὐτὸν ἔδωκεν εἰς κναφεῖον, αὐτὸς ὑπέμενεν οἴκοι δ' ἰὰ πορίαν ἑτόρου. ἐν δὴ τούτοις τῆς πορισυσίας ὢν, τοῦ πορσῶν βασιλέως πέμψαντος αὐτῷ πολὺ χρυσίον, οὐ προσήκατο. καὶ εἴτι ἐπὶ νοῶ, μεγαλοφρονέστερος ἦν τοῦ διδόντος, ὁ μὴ λαβών.

¶ Hominum ingenia tyrannica, uel mitia facile plerunq; coniectari. De Pericle, ac Gelone, Item de Dionysio Posteriore. Catapultæ inuentio. Cap. LXXII.

Vppetit ex historia plerunq; uel tyrannica Hominum ingenia, Vel mitia imprimis, & popularia spectare. Id ipsum & mihi nuper usuuenit Græca uoluenti quæpiam. Quippe animaduerti, Athenis Prætura dum fungeretur, Periclem, inter alias uel hãc censuisse statuendã Legem, Vt ni Parẽte natus Quis foret Ciue utroq;, in Reipublicæ participatum haudquaquam admitteretur. Cæterum tumor hic plane', nimio plus sibi applaudentis illuc erupit demum, Vti in eũdem grauior expeteret Nemesis. Etenim cum ei duo essent Liberi, Paralus, & Xanthippus, crassante publicitus sæuo pestilentiæ malo, uterq; est absumptus. Quamobrem sobolis legitimæ, ac solenni conceptæ toro inops Pericles, reliqui habuit nil prorsum, nisi, ut Spuriorum præsentia superstitum, Sed Reip. ipsius sanctione expertium, æstuantem leniret animum. At Cõtra, si Gelonis expendas Animi altitudinem, & in Siciliam uniuersam benignitatem eminentissimam, Quis non illius allisam uelit Animi elationem, Huius uero bonitatem rarenter uisam alias, amplexetur, exosculetur'q;? Hic Quippe Victis Carthaginiensibus apud Himeram, & Occidione occisis, factus Siciliæ totius Compos, exuperanti Mentis magnitudine in forum pergens nudus alacriter pronuntiauit, Siculis se principatum resignare. At illi ore consono succlamantes, id se non admissuros, asseueranter prædicarunt, Vt qui populares eius, gratissimos'q; mores diu antea forent piclitati, diuersos longe a' Monarchico Spiritu, intolerando plerunq;. Argumento eius facti est, In templo surrectum Specie nuda Simulacrum. Sed & rei gestæ testimonium dictat Epigramma. Quam Virtutem si promere scisset Dionysius Posterior, etiamsi multa Principatus propugnationi comparasset, Catapultam quoq; excogitasset primus, Tyrannide uiolenter Dionis opera excussus, Nõ omniũ inops infeliciter, quod Vitæ supererat, ac turpiter transmisisset, hebetiore etiamnum uisu ex meri intemperantia, Sicuti a' Theopompo proditũ monumẽtis, sciunt Politiores paulo.

¶ Philippum uictoria elatum, ne unquam fieret Rationis impos, Iniunxisse Puero, mane ingressus diceret, Homo es Philippe. Caput LXXIII.

Osteaquam apud Cheroneam Macedo Philippus Atheniensium profligauit opes, felicitate nimia efferri aliquantulum cœpit, Sed ita, Vt rationis tamen limites nec transcenderet, nec proculcaret. Proinde ad Iniustitiam, aut Victorum ludibria, & Subiectoꝝ iniurias, nec dilaberetur. Id ne fieret quandoq;, Vti sunt plerunq; Hominum ingenia in peius mutabilia, Sic propemodum cauit, Nam ex Pueris uni Muneris id modo iniunxit, Vt ad Solis exortum ingressus inclamaret, Meminisset, Hominẽ esse se. Id ab eo ꝯstanter adeo seruatum, ferunt, Vt nusquã omnino uel progrederetur ipse, Vel familiarium quempiã, aut Alioꝝ Regis operam requirentium admitteret, Quã quot diebus Puer intonuisset ter, φίλιππε ἄνθρωπος εἶ.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD DOCTISSIMVM IVRECONSVLTVM ZACHARIAM RHODIGINVM PRAEFATIO VNDECIMA.

I Vlli unquam, Doctiſſime Zacharia, grauior incubuit cura Patriam demerendi, ac Ciues ſuos omnes, Ego plane eum eſſe me, poſſum profiteri, Quando Veterem Athenienſium ἀμνησίαν inſecutus, traditis obliuioni omnibus, reiectiſq; Animum quæ repetita ualent exulcerare, ac magna parte obductũ uulnus refricare, Non deſino pro Virili utroſq; propagare in æuum, Vt iam hinc cuncto terrarum orbi, qua modo Romanæ linguæ ſonus pertingat, palàm fecerimus, Eſſe in rerum natura Rhodigium, Quod ad hanc diem (nec dici tamen arroganter uelim) Cimmeriis obuolutum tenebris latuerat penitus. Eadem porro Animi ſimplicitate Ciuiũ nonnullos duxi Scriptis meis (Siquis tamen eorum futurus eſt Genius) illuſtrandos. Nam Antiſtiti reuerendo Ioanni Mariæ Mattarello ſecundum noſtri, ut ſic dixerim, certaminis ſtadium cenſui dicandum. Exigebant id Mores eius excultiſſimi, Doctrina ſingularis, Et quam ſuſtinet honeſtiſſime, Dignitas clariſſima. Exigebat, immo efflagitabat, ut ſignificantius agam, Sanguinis coniunctio, & Larium fere communium, peruetuſta quidem, Sed tamen prædulcis memoria. Nunc autem in neceſſitudinis ratione ſentire ſum uiſus aurem mihi denuo peruelli, & inſuſurrari grauius, Viri me nõ boni ſubiturum crimen, Si Zachariam meum ab iiſdem manantem fontibus præteriſſe ſuſtinerem. Ego uero Iureconſultorum Scientiſſime toto feror animo in tui nominis gloriam, Si modo is ſum, Qui tibi in maximo doctrinæ faſtigio diu iam cõſtituto ad laudem aliquid poſſim adiicere. Quoniam, dum in Romana profiteris Academia, tuarum Virtutum ſplendorem ipſe uniuerſis abunde patefacis; Veterum placita Sapientium in ſanciendis legibus promẽdo in lucem nitidiſſimam. Adeo ut obſcuritatis nubilo ampliſſime diſcuſſo, & Squalore omni deterſo, in poteſtate omnium, Qui te utuntur Doctore, quod mirum eſt, ſiquid aliud, omnino comperiantur. Equidem parum perſpicaces illi eſſe mihi uidentur, Siqui Soli lumen afferre contendant, Sedenim conſanguinea huc me affectio trãſuerſum rapit, Vt quantulacunque ex libellis noſtris promi gloria poteſt, Eam lætiſſimo uultu tecum ueniam participatum. Tantum abeſt, Vt Mentium hyſtricularum approbem uirus, Quo contacta extabeſcunt omnia, dum alienæ derogando famæ, Quod ſanguinarium eſt, Scientiam in ſe profundiorem probare hominibus uolunt, etiamſi noctuinis oculis nunquam non caligare uel luce nitidiſſima pernoſcuntur. Sed Libitinas facio miſſas. Illud grauius multo reliquum fit mihi, Vt amanter, extenteq; doctiſſime Zacharia obteſtari, non deſinam, Quæ de myrotheciis noſtris, Qualiacunque comperiantur, nunc primum in odores ſparguntur, & laborioſiſſimis euigilata curis publicum tandem indipiſcuntur, munuſcula boni conſulas, putesq;, non quidem magnitudini ſatiſfactum tuæ, Sed ab imbecillitate noſtra, id demum, quod eualuimus, munificentiſſime oblatum. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LECTIONVM LIBER VNVS, QVI VNDECIMVS.

Octimeſtris partus cur raro uitalis. Caput Primum.

Vm pauloante aſtrueremus, præficia Cæleſtium rerum Peritis nõ Aetatibus modo Planetas, Sed & Infantibus prius, quàm promantur in lucem, quãquam, ut prætexuimus, ratione diſparili, Adiectũ id quoq;, d Octimeſtrem partum ideo non fere cenſeri uitalem, quia Saturnum habeat Epiſcopum, Cuius frigiditas, ac ſiccitas Vitæ plurimum contrarię ſint. Adnotãdũ uero nũc, Eſſe inter apprime doctos, Qui aſtronomica ratione eliſa, aliud, quod ſequantur magis, excogitent. Siquidem Embryon ſæpe menſe ſeptimo, ab Vteri conceptaculis egreſſum affectare, ac in id colluctari plurimum, uerum conatu excidere, atq; interim fatigatum effici imbecillius. Quod ſi nec-

dum refectis uiribus, octauo rursum eundem petat conatum, oblæsum frequentius intermori. Hippocrates summus medendi artifex, qui tam fallere, quàm falli nescit, onerosam, molestam'q, ac perdifficilem eius mensis gestationem autumat, tum matris ratione grauiter affectæ, tum Vteri incommodius se habentis, ac quodammodo ingestabile onus respuentis. Proinde si se ostentet partio, dupliciter inde Vterum gestantes uexatas, & a' fœtu prodeunte, & affectione propria, insigniter imbecillitate urgeri. Vnde consecutione probabili fœtum item oblæsum raro non emori. Alicubi tamen, quod huic Sententiæ calculum adiicit, Corpore uegeto scimus, ac succulento, robusto'q Prægnãtes octauo etiam promere uitalem fœtum, Id quod in Hispania usuuenire, scribit Auicenna, & in Aegypto Aristoteles.

¶ Fabulam fieri quid sit. Vitam nostram esse item fabulam. Platonis de Spe Apophthegma. Caput II.

f Abulam fieri eleganter, docte'q usurpamus pro eo, quod est, muniis uitalibus perfungi, & abire, ut Plautus inquit, in Communem locum. Persii satyrici Poetæ id Auctoritas comprobat,

Indulge Genio, carpamus dulcia, nostrum est,
Quod uiuis. Cinis, & manes, & fabula fies.

Hoc uero ex illo Oratiano apparet profluxisse,

Iam te premet Nox, fabulæ'q, Manes.

Quin facete lusisse putatur Quidam, non omnino malus, nec imperitus, Viuentes etiamnum fabulam esse. Quando uti fabulæ nec uera insunt, nec uerisimilia, Compari modo Vita nostra nec Veritatis quicquam, nec certitudinis habet, nisi illud, quo certius nihil, Hominem bullam esse. Sed multo magis Senem, ut M. Varro ait. Ex quo rectissime uidetur Euripides, οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται, τὴν αὔριον μέλλουσαν ἐβιώσεται, quod nostris uerbis sonat. Mortalium nemo est, qui crastinum sibi audeat polliceri. Et, quod grauius aliquanto est, οὐβίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά, Hoc est, Vita non uere Vita est, Sed Calamitas. Sicuti Euripides idẽ subnotauit sententialiter. Vnde & Palladas scite.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω.
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον ὅλον ἔφυρον.
Ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀθλιον, οἰκτρὸν,
Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ δαλυόμενον.

Lachrymans sum natus, Sed & lachrymans morior.
In lachrymis uniuersam comperi uitam.
O' genus hominum lachrymosum, debile, miserabile,
Tractum in terra, solutum'q.

Nos tamen opinionũ illecti uanitate, nobis'q blandius ementientes, Spes confouemus inanes, quod ad præsentem attinet Vitæ Statum, nec Philosophum audimus eminentissimum Platonem subinde insusurrantem τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι. Quam sententiam iure Latii sic donamus, Spes esse Vigilantium Somnia.

¶ Maronis locus ex primo Georgico, Septima post decimam felix. Lunam humectare, non arefacere. Tetradistæ qui sint. Caput III.

e Rat in manibus nuper Maronis Georgicon liber primus, eo gratior nobis, quod Columellæ testimonio Poeta hic, ut in aliis summus, Ita & Agricolationis disciplinam Carmine potentem fecit. Quo nomine eũ plerique omnes bene literati, adprobi'q obseruant, ueluti τεμενῶν ἱερὰ, ideſt Templorum sacra. Ita est doctrina multifarius, & morum sanctitudine præcellens. Inibi ergo hosce uersus legebamus, Vbi Lunarium ratio dierum pertractatur.

Septima post decimam felix, & ponere uites,
Et prænsos domitare boues, & licia telæ
Addere. Quæsitum diu, & anxie in Eruditorum Scholis, quid sit, quod Poeta nobilis ait, Septima post decimam felix. Seruius multa quidem affert, Sed quia dictorum rationes minus

nes minus protulit, Posteris amplius quærendi curam iniecit non mediocrem. Nos ergo, quæ apud Cælestium rerum Peritos obseruauimus, hinc iam attexere pergemus. Illud autem traditur primum, Lunæ calorem esse imbecillem prorsus, Adeo uti nequaquam ita unquam augescat, ut siccitatem queat inducere. Cæterum ad humectationem usque modo progredi. Vnde & illud consecutione quadam manifestum, pro luminis copia, & ex eo etiam caloris, corpora humectari. Consimiliter ad defectum tendente lumine, humectationis detrimenta fieri, & caloris. Sciendum & illud, Lunam priore dichotomia excalfacere plus, atque humectare, quàm sequenti, ratione, ut prætexuimus, augescentis, aut decrescentis luminis. Ex iis deprehendere Periti rerum, increscentis Lunæ spatia esse Plantationibus uelut decretoria, quoniam humoris exuperantia Semen madescens celerius uendicet incrementa. Vbi uero deteritur lumen, Cædi optime materiam, quæ arescat tunc, attenuetur ue. Propterea nec carie computrescat. Quamobrem apud Maronem cum Septima post decimam nominatur, neutiq; decimam septimam intelligi posse, quamuis id non abnuat Interpres. Hanc siquidem ponendis Vitibus incommodam censeri, prope in confesso est, ob luminis detrimenta. Verum probabilius id, aut Septimam significari, quæ sit post decimam prima, & melior, ideſt quartamdecimam, quæ dies comprobari omnium calculis potest, Luna tum plenam faciente uisitationem, Aut dies collaudasse duos, credamus Poetam Agricolationis peritissimum, Septimum, ac decimum, Sed hunc eo amplius. Septima utique Luna dimidio orbe cæsa conuisitur. Decima amphicyrtos, ideſt utrinque gibbosa. Et utrobiq; humor affatim, calor q; radicibus affundi facile potest. Quod uero Septima decima die subuectari in aream fruges, Poeta Hesiodus prodit, non aliunde uideri natum potest, quod item ex Procli interpretatione liquet, quàm quod a circumacto Lunari orbe protolluntur fere Ventorum afflatus euentillandis frugibus peraccommodi. Ad rem forte illa nil admodum attineant, Sed enotasse prius, nil obfuerit, quod positum a Plutarcho scimus, Aegyptios fabulari, eadem die Osiridis interitum esse peractum. Pythagoreos uero Antiphraxin eam diem mathematica ratione nuncupare, & abominari imprimis. Tetradistas denique a Græcis uocari Vita laboriosos, ac multis occursantes turbinibus, conflictatos q; crebris Fortunæ assultibus, ab Hercule ducta uocabuli ratione, quem quarta natum Luna ferunt. Sunt qui Coitionem eo nomine intelligant familiarium Iuuenum κατὰ πρᾶσιν γινομένην.

¶ Sententia triplex de Lunari lumine. Quibus probetur rationibus, Lunam repercussu lucem non propagare. Caput IIII.

IN hac Lunæ mentione subeunt obseruata in Veteribus memoriis digna relatu uel præcipue. Scribit enim Architecturæ nono Vitruuius. Sed & in libro de Orbium Cælestium contemplatione Cleomedes, inter Berosi placita contineri, Corpus Lunæ pilam esse dimidia parte candidam, Altera Ceruleam. In Coitu uero Solis ardore corripi, conuerti q; partem eius candentem proprietate quadam naturæ luminis ad lumen trahendi, quo quidem tempore nostri Auersam dicant eam, quæ enim non uisuntur, quæ q; latent, ita nuncupantur. Plinius, In coitu utique non cerni, quoniam haustum omnem lucis auersa illo regerat, unde acceperat. Cum uero plena fuerit, ut conspici tota possit, Aduersa. At Græci per Diametrum hæc, & dimetientem lineam obiecta appellare solent. Ceruleam uero, Hoc est inferiorem eius partem, quia candens non sit, propter Aeris similitudinem obscuram uideri. Eandem porro sententiam in Deo Socratis exprimit Apuleius. Sunt qui Lunam a Sole illustrari autument, Vnde & nothum eius lumen uocarit Catullus. Verum per refractionem illuminare aerem, quod usuuenire in Speculis conspicimus, splendentibus q; argenteis laminis, siue Argyromatis. Hasce duas sententias in psalmorum enarratione cum rettulisset Augustinus, Difficulter inquit, perspici posse, utra demum sit uerior. Extat & sententia tertia, Misceri eius lucem propriam solari lumine, ac huiusmodi fieri, haud utiq; carentem ipsam affectu, nec uelut Corpora solida, splendida, micantes habentem splẽdores, illuminantem q; aera repercussu, exceptis a Sole radiis, quos deinde ad nos tegerat a Sole alterata (Vt sic interim dicere pmittamur) tali tẽperamẽto, ppriũ habens ful-

gorē non primo qdem, & per ſe, Veꝝ per participationem. Hāc opinionem Eruditi ſanio/rem interpretantur, quàm ſit ea, quæ Lunam aſſerit per reflexionem illuminare, regeſtis ab ipſa fulgoribus. Quod a` luminoſis fieri corporibus, quando ſunt ſolida, animaduertimus. Quod uero impoſſibile ſit, Lunam repercuſſu Lucem propagare, hiſce opinor, fere` ratio/nibus Cleomedes idem comprobat. A` Corporibus ſolidis non eſt quidem impoſſibile, re/flexionem fieri, non item ab aqua. Cui ipſi ineſt denſitas quædam. At a` raris corporibus refractio fieri nequit, Qui enim fiat, ut ab Aere, aut Igne repercuſſus efficiantur, Cum eiuſmodi tam extrorſum, quàm introrſum radios admittant? Sicuti Spongias oppleri aqua, animaduertimus. Adde, quod qui ex refractione ſeſe promit ſplendor, prætenuis eſt, ac fe/rè nullus. A` Luna uero non terra modo colluſtratur, Sed & Mundi uniuerſa. Cum regeſtus lucis ne duorum quidem ſtadiorum mēſum ſuperferatur. Liquet id in Speculis, & id genus aliis. Quod Si lunari amplitudini acceptum referri oportere, contendat quiſpiam, Sciat ue/ro is, tam in paruis, quàm uaſtioribus lucem regerentibus analogi rationem haberi conſimi lem. Porro` ſi Luna repercuſſu colluſtraret, neque cum in Cornua ſinuatur, neque item di/chotomos, uel diuidua terræ lucem infunderet, Quando quæ reflexu illuminant, ad rectos angulos lucem promūt. Proinde orbe pleno, ad occidua, Solem'q; ipſum fiet lucis reflexio. Lunæ uero mediana tantum terræ ſplendorem affundent, Orbis uniuerſus minime. Quip/pe ex meditullio tantum rectiangulus radius ad terram promi poteſt. Quod uero ab Or/be toto colluſtretur terra, euidens inde ſumi argumentum poteſt. Nam ubi emergere pri/mum ab Orizonte incipit Curuatura, proiectantur ad terram radii, Deuexis partibus Cæ/lum, non terram ſpectantibus.

¶ Lumen eſſe Cæleſtium Virtutum uehiculum. Cur a` nobis longius abeat Sol. nec Lu/na eundem præferat Schematiſmum. An item a` Planetis illuſtretur, uti a` Sole.

Caput V.

Sſe uero lumen Cæleſtium uirtutum, & quidem omnium ueluti uehiculum, in Meteorologicis libris Auicenna ſcribit, & comprobat Albertus in libro de Somno, & uigilia. Inde ambiguitas haud contemnenda exoritur, Si ita ſit, ue/luti propemodum aſſentimur, Cur nam ſtatis temporum cardinibus longi/us abeat a` nobis Sol, nec Luna eundem præferat Schematiſmum aſſidue. Hæc uero qui æqua lance penſitarit, ſumma diuini examinis ratione diſpenſata, comperiet. Siquidem terrena fragilitas Cæleſte bonum, quamuis inenarrabile, pati diutius nequiſſet. Proinde diuinæ prouidentiæ inconniuens acies hyemali ſydere longius Solem abduxit, ut noctium humecta opacitate reficeretur terra, exuſtione alias primo quoque tempore peri/tura Mortalium uſibus, & Animantium cunctarum, nam & ſic etiamnum perit parte haud contemnenda. Eadem uero diuinitatis diſpenſatione, nec perpetes, eoſdem'q; Solis ad nos profundit radios Luna, Sed nunc parcius, nunc uberius pro Schematiſmorum ad So/lem euariatione. Qua ex cauſa neque item proprio admodum eſt condecorata lumine. Quod ſi in diſquiſitionem euocet quis illud quoq;, An Lunari ſyderi lucem fœnerent Pla/netæ item alii, Sicuti Sol, aſſeueranter aſtruendum, non fœnerare, quod Silentis Lunæ ratio dictat, quem Coitum uocant, quo pene` deſtituitur luce, quia ſplendoris de Sole hauſtum habeat nullum in aduerſo nobis diſco, futura non adeo lucis inops, ſiquid a` Planetis mu/tuaretur.

¶ Item de Lunari lumine. Cur Selene. Cur in Dianæ ſacris faces, & cur tergemina Diana, & Hecate. De Geryone paucula. Hecatompedon. Hecatombæum. Mænides.

Caput VI.

Vnam uero de Solari fonte haurire, uel nominis etymo coniectat Erudito/rum ſchola, nam Selenen dici, quod lucem nouam habere perpetuo uidea/tur. Adiiciunt calculum & Dianæ ſacra, quæ uocant Artemia, in quibus ex hoc argumento geſtantur faces. Quia uero triplicem faciat uiſitationem Luna, Cum ſurgit in Cornua, & falcata dicitur, cum'q; diuidua eſt, & cum Orbe circumacto, Hinc propagatum autumant, Poeticum commentum de Triformi Dia/na. Vnde

na. Vnde Sit & Maronis illud decãtatũ Grãmaticis, diuerſe'q; p ingenioꝝ captu expoſitũ. Tergeminam'q; Hecaten, tria Virginis ora Dianæ.

Quod exprimens Auſonius in ternarii numeri Grypo, inquit,

Tergemina eſt Hecate, tria Virginis ora Dianæ. Verum in eius loci enarratione, ut nil prſum diſſimulem, Varia, ut dixi, pmuntur a' Studioſis p inuentorum ratiõe. Sunt enim, qui Hecaten ibi tergeminam dici opinentur, quia ſit, ut ſcribit Orpheus in argonauticis, trium Capitum, Eam ſiquidem φιαροκέφαλον inde appellat, ita quod dextrum Caput ſit Equi, Siniſtrum Canis, Medium Hominis agreſtis. Eſſe quoque Tartari filiam, eiuſdem comprobat Carmen. ταρταρόπαις ἑκάτη. Ex quibus Seruium coarguere nituntur, iterationem eſſe ibi tradentem. Nam etiam ſi Hecaten dici Proſerpinam, ſæpe inuenias, Tamen intelligi quandoq; ſeparatum numen. Putãt alii, quia multi Hecaten cum Iunone coniungunt, Vt ſit eadem Iuno, Diana, & Proſerpina, Ex quibus Hecate, ut eſt apud Lucanum, commune efficiatur numen, Iccirco, ne alterutrum Poeta damnaret, utrunq; dixiſſe. Nam eſſe item, Qui Hecaten Perſeo Titane, & Aſterie Latonæ Sorore prognatam ferãt. Cui elementa ſubiecerit Iupiter, fecerit'q; Cælo, Herebo'q; potentem, ut cecinit Poeta nobilis, Vnde etiam Hecaten dictam uoluit Heſiodus, a' multiplici uidelicet poteſtate. Aiunt & illud Græci, Terniones, ideſt τὰς φιάδας apud Inferos cenſeri admodum, Vt qui ſint Hecates numini conſecrati. Cui item argumento compari Trigla piſce rem diuinam fieri, et ſurrigi in triuiis Simulacrum, quod, ut inquit Ariſtophanis Interpres, Luna, Diana, Hecate idem crederetur numen. Cui Sole occiduo, uice ſacrificii cœnam mitterent Ditiores in Neomeniis, quam famelici pauperes diriperent, uorarent'q;, a' Dea factum id cauillantes. Quod ad Triglam attinet, ſic in Euſtathii monumentis legimus, Trigla inquit, ex ueterum ſententia Dianæ creditur ſimulacrum, quatenus, ut Cilix poeta aſcribit, ſic dicitur, quoniã ter anno gignat. Luna uero tertio poſt coitum die manifeſtam uiſitationem facit. Hecaten in Bœotia præcipue coli ſolitam, ſcribit Theogoniæ Heſiodi Interpres. Dici autem Hecaten διὰ τὸ ἑκάσου προνοεῖσθαι, quod uniuſcuiuſq; prouidentiam gerat. Nam quicquid in terra uiſitur, ac mari, fato ſubiici, Quod ut numen, uenerentur plerique omnes. Hecatomphonia ex Lege immolari a' Meſſeniis ſolita, in Septem Sapiẽtum conuiuio auctor Plut. eſt. tanquam ex hoſtibus centum interemiſſent, ut inquit Pauſanias. Id ſacrum obiit Ariſtomenes Ioui ἑκατόμπεδα. Verum ad præſens negotium nihil, Sicuti nec Hecatompedon, quod fuiſſe Pallados templum autumant, omnibus lateribus pedum omnino centum. Id & Parthenon dicitur pleriſque. Neque item Hecatombæon, qui Athenienſibus menſis erat, Soli ſacer, Cuius quia tunc magnus ſit curſus, inde Tempori factum nomen, quando Numerus is ſignare magnitudinem aduertitur plerunq;, quod probant Hecatombæa. Menſis hic Cronion dictus Veteribus quoque a' ſacrificiis, quæ Crono fierent, ideſt Saturno. Sed ad rem. Theagenem quendam domi Hecates ſimulacrum, quod Hecateum uocant, adeo ſuperſtitioſe coluiſſe, Græcorum monumentis adnotatum eſt, Vt nuſquam omnino proferret pedem, ni id conſuluiſſet prius. Hecate demum Mænida putant immolari, quod ſit quibuſdam maniæ, ideſt furoris cauſa. Vt iis, qui dicuntur σελινεαζόμενοι. Antiphanes certe Mænidas uocat Hecates cibum. Eſt autem notiſſimus piſcis. Quanquam ſunt & Leucomænides. Boacas nuncupant Quidam. Alibi Poeta idem Mænidas, & Triglas Helenæ dixit cibaria. Mænis a' Theodoro dicitur Alec. In Apuleii magiæ Apologia prima obſeruatum illud quoque. Ad Magorum Cerimonias aduocari Mercurium conſueſſe, Carminum uectorem, & Animi illicem Venerem, ac noctium conſciam Lunam, & manium potentem Triuiam. Ad malignos certe Spiritus, loco mouendos, diuinationem'q; per mortuos explendam, Ptolemæus in quadripartito conferre putat cæleſtem harmoniam, quando Luna fuerit magiſterii domina, colat'q; Iouis ædes, Sagittarium, uel Piſces. Quod uero paulo ante de Lunæ Schematiſmo triplici protulim⁹, apud Heſiodicos Enarratores comperimus illud item, Adcredidiſſe plerosque, Geryonem tricipitem, hoc eſt, φικέφαλον γηρυονῆα, non eſſe alium, quàm Lunam. Sed alii ea fabula ſignari prodiderunt hyemale ſydus. Alii tempus ipſum, in quo præſens, præteritum, inſtans, ueluti tria cenſeantur capita. Poſtremo ad triplicem Lunæ mutationem quot menſibus prouenientem Calendarum, Nonarum, Iduum'q; diſtributionem referri oportere, contendunt Auctores eminentiſſimi.

¶ Septem ab aliis dici Lunæ permutationes. Quid Phasis. Iugum dici de Libra. Cicero inibi explicatur. De Diana, Quam uocant Agroteram, & Endymione. Cur Lunæ appellatione Mundus significetur. Caput VII.

Vnt autem, q dissecantes curiosius septẽ faciãt Lunæ ꝑmutationes, eas'q; dicãt Phases, quo uerbo utit' in libro de mẽsibus Theodorus quoq;. Sed & Aristotéles Meteoroꝝ primo, in Cometaꝝ ratione. Euenit inquit, hoc Mercurii Stellæ, διὰ γὰρ τὸ μικρὸν ἐπαναβαίνειν, πολλὰς ἐκλείπει φάσεις, idest, quia parum a' Sole abscedit, multas relinquit Phases. Sed & pauloante Anaxagoram refert, ac Democritum dixisse, Cometas non esse aliud, quàm σύμφασιν τῶν πλανητῶν ἀστέρων, hoc est, ut uerbo uerbum reddam, coapparitionem errantium Stellarum. Quãquam est apud Pollucem, Phasin dici delationem eorum, Qui in metallicis, aut Emporiis aliquid peccassent, Vel etiam in Vectigalibus, Vt qui publica usurparent. Ac omnino Phasis dicitur cuiuslibet occulti criminis apud Magistratus demonstratio. Meminerunt uerbi huius Dinarchus, & Demosthenes. Præterea siquid Orphanorum tutores in domorum elocatione fraude agerent, eius denuntiatio facti recte appellabatur Phasis, ut Lysias commeminit. Sed ad Lunam redeo. Primam in ea Phasin statuunt, cum exoritur, emergit'ue a' Sole. Et Corniculatio dicitur, aut Corniculans Luna. Ea uero a' Græcis figura Menoides nominatur, Sicuti Martiano propemodum credimus, Vnde Lunata Conchylia dicantur Plinio. Sunt tamen, qui emergentem primitus Lunam Artitocon nuncupent, mox Menoide. Postea est Dichotomos, hoc est, dimidio orbe cæsa, uel Diuidua. Porro' Amphicyrtos, quod est, utrinque gibbosa. Inde Panselene, siue Plena. Rursus'q; Amphicyrtos, ac denuo Dichotomos. Demum luminis uniuersitate priuatur, cum Silere intelligitur. Ex hac Schematismorum diuersitate subinde euariante in Sanctis literis legimus quandoq;, Per Hierichо, quod uerbum Lunam indicat, Mundum significari, quia ueluti Luna, in continua sit transmutatione. In iis postremo, quæ de Luna diu commentamur, nec Ciceronis quidem nodus ex diuinationum secundo prætereũdus silentio est, Qui paulo impolitioribus, uelut sufflamen molestius, iniicere morulam potest. L. inquit Tarutius Firmanus Romam, in iugo cum esset Luna, natam esse dicebat. Iugum hic Libram accipe ex Solino in Polyhistore, Et Græcis prætera, Qui Scorpii priorem partem, ζυγὸν dicunt, idest Iugum. Deniq; quãdo Diana eadem cum Luna est, Transmittentibus Hilissum terræ Atticæ fluuium, unde Hilissiades nuncupentur Musæ, occurrit, Pausanias inquit, Regio, Quam dicunt ἄγρας, Vbi fuerit Dianæ ἀγροτέρας templum, quod inibi uenatã primo Deam fabulantur è Delo profectam, quo nomine Simulacrum arcu erat insigne. Lunam denique ab Endymione amatam fabulantur, atque inde filias esse susceptas quinquaginta. Vero similius fit, inquit Pausanias, Vxorem illi fuisse Asterodiam, siue Chromiam, uel etiam Hyperippẽ, Natos'q; ei Liberos, Epeum, Aetolum, Pæona, puellam Eurycœdam. Ab Epeo autem dictos uolunt Epeos, quibus imperauit, a' Pæone Pæonas ad Axium fluuium. Fuit Aethlii filius Endymion. Eius sepulchrum Helei ostendunt. Heracleotæ, qui ad Miletum sunt, in Latmum secessisse prædicant, ubi Endymionis agnoscitur Adytum.

¶ Memoria matutina, quæ intelligi debeat. Quintiliani locus explicatur. Rursum de Memoriæ ui pluscula. Caput VIII.

Emoriam matutinam dici quandoq; inaudias, nec aliam prorsum intelligi, q̃ quæ firma, constans'q; sit, ac eorum, quæ semel apprehenderit, retinentissima. Siquidem syncerius, cohærentius'q; agglutinantur, quæ proferẽte se die, percipimus, Quo iam auctiore subsultat Virtus ea, hebescit'q;. Nec id alia magis ratione, quàm reꝝ turba, uti assolet, sese ostentantiũ, ingerentium'q;. Proinde recepta, obfirmata'q; etiã inter politiores opinio est. Iuniores ꝑcipiendis, quæ tradant', a' natura uideri magis factos, quoniã omniũ pene' ignari cõperiunt'. Etenim qbusdam imbuti aduentitia mox non æque hausta recipiunt. Sed Seniores item amplius uegeta mente pollere, traditum est. Ex iis uero, Quæ de Aristotelis fontibus in hosce libellos corriuauimus, facile Quintiliani locus explicatur ex libro institutionum Oratoriarum primo, scribentis, Natura nos tenacissimos esse eorum, quæ rudibus annis percipimus. Cæterum

id exacte

id exacte obſeruandum tamen, Pueros admodum, ac Senes item iam proiectiores, ideo memoria minus pollere, quod in motu inceſſanter, ac perpetim agant. Et illi quidem ex genuino crementi officio, At hi decrementi damno, deminutione'ue. Suppetit & in Pueris ratio quoque illa, quod annis aliquot Nanis perſimiles animaduertuntur, Quos præcipue fluxa eſſe memoria, hebeti'q; non fere' latet. Sicuti omnes, quibus Superiora Corporum uaſtitate nimia cum reliquis portionibus reſponſum non habent. Siquidem in hiſce Vis Senſus primatis onere premitur inutili, ac ingeſtabili, propterea in tam obeſa, & craſſa materia deſignari, aut exprimi formæ rerum non poſſunt, Sed quaſi fruſtrantur, & diſſiliunt Plagæ. Nec initis modo imaginibus præduri, & ſpiſſi Senſus reſiſtũt, Sed ſiquas ob inſignẽ earum pulſum admiſerint, hauſerint'ue, non ita uidentur admittere, ut cum reminiſci uolunt, facile ad Imperium ſubeant, aut recto itinere ad condictum ſequantur. Verum quia in memoriæ mentionem uolentes incidimus, non inutile fuerit in Peripateticorum ſacraria diuertiſſe parumper, in quibus affatim potentia hæc rationalis Animæ ad examen, libram'q; reuocatur. Ergo ex Ariſtotelis interpretatione Themiſtius inquit, Præterita modo, dilapſa'q; iam ad memoriæ Theſauros pertinere. Nam extantia Senſui ſubiiciuntur. Inſtans uero ſpem confouet. Semper uero Animus, quoties meminiſſe uult, Hoc autem eſt, ad imagines conuerti eorum, quæ perceperit olim, neceſſario adhibet dilapſum tempus. Hinc fit, ut cum aliquis meminit quippiam, dicat, huius ſe antehac aliquando aut ſenſum, aut intellectum habuiſſe. Hinc in libro de Oraculis, quę defecerant, Plutarchus Eſſe Diuinationi Antiſtrophon Memoriam ſcribit. Dum præterita, uelut præſentia aſſeruando facit. Quippe fiunt'uniuerſa, Simul & dilapſa pereũt, Veluti fluctu auferente cuncta. Ipſa uero hæc Animę facultas perinde ac occurſans non exiſtentibus iam Phantaſiam circũponit, ac Eſſentiam. Eſt igitur Memoria non Senſus, non Imaginatio, non Intelligentia, Sed alicuius horum habitus, aut affectio, cum tempus adiungitur, quo facta impreſſio eſt, & derelictum in Anima Spectrum eſt. Vnde conſequens illud eſt, Animalibus iis memoriam adeſſe, quæ Senſum, & notitiam temporis habeant. Nec meminiſſe parte Animæ alia, quàm Senſuali. Nam qui in præcipitium alias abierit Aſinus, Si rurſum ei occurſet locus, in memoriam reuocabitur ſtatim, ſe alias in ima dilapſum. Eo tamẽ diſcerniculo diſparãtur ab Homine Bruta, Quod non ſolum ſe uidiſſe, aut quandoq; audiſſe, commeminit rationale Animal, Verum etiam extantis temporis ſpatia ab elapſo ſecernit. Brutis uero illud modo ſuppetit, ſe nunc corruere, aut olim eẽ in pręceps delata. Rurſum Homo recordari ſe, animaduertit, Quod Brutis adeſt haudquaquam. Inter Animantes uero memoriæ facultate pollent imprimis, quibus expurgatior, abſolutior'q; Imaginatio eſt, Cuiuſmodi pernoſcuntur Apes, & Columbæ. Obliuioni autem obnoxiæ, quibus uis ea offenſior, turbulentior'q; eſt. Sicuti uſuuenire Vermibus liquet, ac Muſcis. Siquidem in ea parte Animi ſtatuenda memoria eſt, in qua Imaginationis potentia uiget. Quoniam uero in Sẽſu principe Simulacra rerum inſita ſunt, Princeps autem Senſus in quibuſdam mollior, dilutior'q; habetur, In quibuſdam rigidior, Item aliis in motu eſt, Aliis quieſcit. Neceſſe eſt, Simulacra in eo condita eandem conſequi, imitari'q; ratiõem. Hinc illa numeroſo diſcrimine Ingeniorum uarietas. Deſultoria, & fragilis in paruulo Memoria eſt, ut præſtruximus, ex iugi motu. In iis, qui ætate media ſunt, quæ cõſtans, adulta'q; dicitur, quia ſtatu indecliui, temperato'q; exigunt, firmiſſima, & tenaciſſima eſt. Sicuti uero in profluentem impreſſus ſignatorius annulus imprimit nil, obſignat'q;, Ita illorum memoria conſeruare nil poteſt, Qui aut Aegritudinis uiolentia, aut ætatis fluxu agitatione raptantur continua. In iis item memoriæ uis nulla fere', quibus duriuſculi, & inflexibiles Senſus, ac corneoli quodammodo ſint. Qui enim fiat, ut annuli impreſſionem recipiat Lapis? Illud uero reticendum haudquaquam, quod in Conſolatiõe comprobat Boetius, & non inficiantur Platonici nonnulli, a' Senſibilibus non imprimi formas in Anima, tanquam a' Sigillo in cera. Verum ſicut ſunt in Anima naturales ſubſtantiæ uires, Intellectus, Ratio, Imaginatio, Senſus, Ita rerum quoq; cognoſcendarum rationes habet, quaſi uires eſſentiales. Vbi igitur aliquid meditatur, ſe ipſam ex naturali uirtute in actum naturalem circa id ipſum educit, Quod ſi attentius meditatur, & diutius idem, in hoc ipſum ſe ualentius conformat, id'q; eſt meminiſſe, Hinc & facilius reminiſcitur. Si formæ inquit Plotinus, reſiderent, conſyderatione ad reminiſcendum nequaquam indigeremus.

¶ Reminiſci quid ſit. Aliud eſſe, iterum diſcere, Aliud Reminiſci, ex Placitis Ariſtotelicis. Et qui in Reminiſcendo Soloœciſmus. Pauca de Platonis Reminiſcentia ex Procli doctrina. Animã non eſſe Tabellam literis uacuam. Caput IX.

Eminiſci uero, ex Ariſtotele idem Themiſtius ait, eſt ex aliquo ueſtigio conſeruato, & incolumi referre ſe incognitionem eius, quod memoria excidiſſe
z uideatur. Diſparatur uero apud Peripateticos Reminiſci ab eo, quod eſt iterum diſcere. Siquidem qui reminiſcitur, ab ipſo ſe mouetur, & ex principio quodam incolumi, & manente intus. At qui addiſcit, ex præceptore mouet'. In reminiſcendo id uſuuenire quandoq; ſolet, ut cum nominis alicuius meminiſſe uolumus, in affine aliud deerremus. Poinde oberrantes, ueluti Soloœciſmum admittimus, Vt ſi Leophanis reminiſci ſtudeas, & in Leoſthenem deflexeris, Soloœciſmus eſt. Ad ea uero, quæ alibi adnotata nobis ſunt de Platonis reminiſcentia, attexamus & Procli comprobationem. Diſciplinas inquit, eſſe Reminiſcentias illud confirmat, Quod enim reſpõdentes ex ſeipſis, omnia dicant, maximum eſt Reminiſcentiæ ſignũ. Animas uidelicet rationes. Sermones'q; ex ſe ipſis promere, atque ſolo ſuſcitante quopiam indigere. Neque eſſe tabellas uacuas literarum, quæ extrinſecus figuras accipiant. Sunt enim ſemper inſcriptæ, & ipſe Scriptor eſt intus. Neque tamen omnes inſcripta legere poſſunt, Vel quod inſcripta ſint, cognoſcere, Quippe cum ob geneficam obliuionem oculus earum ſit ſordibus circunfuſus, atq; ex ipſa obliuione in perturbationes inciderint, Opus modo eſt, auferre, quod obſtat appoſitum, innoteſcet'q; tum demum, Verum eſſe Platonicum illud, Animam omnia noſſe, Solo'q; indigere quodam ad reſpondẽdum extrinſecus incitante.

¶ De Attico Herodis filio memoriæ nullius. Scip. Apophthegma in Appium, Itẽ Themiſtoclis. Cur Muſæ Iouis, & Mnemoſynes filiæ. Qui Amnemones in Cnido. Muſa quid ſit, ac unde dicatur. Themiſtoclis dictum de Memoriæ Arte. Lethe fons ad Trophonii Specu. Item alter Mnemoſynes dictus. Caput X.

T quoniam de Memoria ſatis multa non citra delectum congeſſimus, Illud minus reticendum opinamur, quod & ipſum in eundem dirigitur Scopum.
e Atticum Herodis Sophiſtæ filium præter ingenii hebetudinem, ac ſtolidatem, ita fuiſſe memoria nulla, ut ne Elementorum quidem nomina perdiſcere, aut retinere unquam potuerit. Cui infortunio ut mederetur Pater, Quatuor & uiginti pueros, coæuos, & a literis cognomina ſingulos habentes cum filio, ſimul educabat, ut hac ſaltem ratione illi inſiderent. Suppetit in tractatu hoc, exemplum item aliud, quanquam diſſimile. Petebat Appius Claudius Cenſuram cum Scip. Aphricano, a quo deleta Carthago eſt. Vt uero fauorabilior fieret, memoriam quoque oſtentando, nominatim a ſe populum Ro. ſalutari prædicabat, cum Is omnes fere ignoraret. At Scipio illudens Vera inquit, narras. Ego enim non ut multos cognoſcerem, Sed ne ab ullo prorſus ignorarer, ſum adnixus. Illud uelut Auctarium adiecero, ad ea, quæ alibi ſunt enotata nobis, quod Proclus Diadochus in Heſiodicis enarrationibus ſcribit. Muſas ideo tradi Iouis filias, & Mnemoſynes, Quia ad procinctum in literaria uelut peleſtra tendentem neceſſe ſit, νοητικόν εἶναι, καὶ μνημονικόν, ideſt intelligendi, percipiendi'q; poteſtate, atque item retinendi præcipue pollere. Iouem autem contribuere τὸ νοητικόν. At Mnemoſynen τὸ μνημονικόν. Quæ uoces a Mneme producuntur, quo uocabulo memoria ſignificatur, Vnde & Amnemones in Cnido nuncupati, ſexaginta delecti ex optimatibus Viri, uelut Epiſcopi, ad quos de maximis rebus referrent. Dicebantur uero Amnemones διὰ τὸ ἀνυπευθυνον, quia in iudicium non uocarentur. Aut certe uelut πολυμνήμονες, ideſt memorioſi. Muſam interpretatur Euſtathius, Animæ cognitionem, quæ diuinum ſit quiddam, ſicuti Anima item. Id ſenſiſſe Homerus uidetur, cum θεὰν dixit, ἀπὸ τῆ θεειν, ideſt a cognitionis celeritate. Ab Indagine uero dici Muſa uidetur. Quippe ex Sapientum ſententia, gnoſtices copiæ mater eſt indagatrix Inopia. Adiiciamus id quoq;, Themiſtocli cum artem memoriæ polliceretur Simonides, ſiue is alius fuerit, Obliuionis inquit, mallem, nam memini etiã

mini etiam quæ nolo, obliuiſci non poſſum, quæ uolo. Verum iam receptui canendum: neque enim de memoria propoſita nobis commentatio eſt. Illud modo adieciſſe, non fuerit uacantis operæ, Apud Trophonii Specu fuiſſe fontem, Qui diceret Lethe, cuius aquam haurirent deſcenſuri, ut omniū irreperet obliuio, Rurſum alter item erat, Quem μνημοσύνης, ideſt memoriæ uocabant, ut hauſta inde aqua, omnium recordarentur, quæ uidiſſent.

De Scopeliano Sophiſte pleraq; non indigna relatu. Vitam eſſe Vigiliam. Tranquilli hiſtoria illuſtrat. Vites in Aſia haberi prohibitas ab Impatore Domitiāo. Cap. XI.

f Copelianum Sophiſten uel præſtantiſſimum, Philoſtratus ſcribit, a' Liuidis quibuſdam, & dentis rubiginoſi, ac male feriatis hominibus ex eo fuiſſe ordine ſummotum, quod intemperans foret, καὶ διθυραμβώδης, hoc eſt dithyrambicum tumorem oratione proflaret. Id parum recte ingenio facūdiſſimo eſſe inuſtum, nititur comprobare, & perficit plane', quod intendit, ac inter reliqua Scopeliani præſignia nocturnum illius ſtudium ſummis effert laudibus. Eum ſiquidē ἀϋπνότατον ἀνθρώπων fuiſſe, commemorat. Hoc eſt inter Mortales omnes Somni parciſſimum. Solitum'q; ſubinde ſcitum illud proferre, ὦ νὺξ, σὺ γὰρ δὴ πλεῖστον σοφίας μετέχεις μέρος θεῶν, ideſt O nox, tu quidem Sapientiæ diuinæ obtines plurimum. Narratur ſæpe a' Veſpera in diluculum lucubrationem protuliſſe, quo nomine ſcitiſſimum inde promi adagium poteſt, Vt Scopeliano more dicamus eos libris inuigilare, Qui ſumme lucernarum fuligines hauriūt, & inexplebiliter, Ac minus iuſto Valitudinem cum ſomno computant. Elegantiſſimum eſt illud Plinii Cæcilii de Auunculo, Repeto inquit, me correptum ab eo, cū ambularem. Poteras inquit, has horas non perdere. nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Quid illud ex hiſtoriæ naturalis præfatione, Dum iſta muſſitamus, pluribus horis uiuimus. Profecto enim Vita uigilia eſt. Ariſtoteles uero ſcientiſſime, ut omnia, de Animalium generatione libro qnto, Somnus inqt, talis ſua natura eſſe uidet', ut uiuendi, & non uiuendi interliminium ſit. Et neq; omnino ſit, qui dormit, neq; non ſit. Viuitur enim potiſſimum uigilia propter Senſum. Et Plato de legibus ſeptimo, καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. Nullus inquit, conſopitus indicaturę cuiuſpiam fuerit, non magis, quàm qui iam hominem exiuit. Et facete Plut, Etiamſi breuiſſima ſint homini uitæ ſpatia, nihilominus Sopor præterea, ueluti Publicanus, dimidium aufert indidem. Hinc natum & Ariſtotelicum id ex primo de moribus, οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἄλλων, ideſt felices nil admodum a' cæteris diuerſos fieri Vitę dimidio. Proinde ſcienter Plinius quoque in Vinolentos cenſorie declamans, Interea inquit, ut optime cadat, Solem orientem non uident, ac minus diu uiuunt. Et, quoniam ad manum Vigiliæ ſunt, Succurrit nunc Senecæ id ex Epiſtolis prouerbiale, Ad faces, & Cereos uiuere, de luxu perditis hominibus. Vita quorum in contrarium circumagitur. Lucifugæ infames, ac Lychnobii, Quibus res ſordida eſt, trita, & uulgari uia uiuere. Sed poſtliminio redeundum. Proditur memoriæ, Scopelianum in declamationibus, in quibus Darius effingeretur, aut Xerxes, tanto impetu, ac uehementia ſolitum dicere, Vt ex Polemonis aſſectatoribus Quidam eum, ut furentem, ac omnino debacchantem ſcommate urbanius laceſſiuerit, τυμπανίζειν illum dicendo. Cui Scopelianus Tympanizo inquit, Sed Aiacis ſcuto. Dignum ſcitu id quoq; quod Græcorum monumenta præferunt, Edixiſſe quandoq; Imperatorem, ne in Aſia Vites haberentur, quoniā Vini ubertate, ſeditionibus agitari uideretur. Legationem publicam uiſa tum res exigere, Virum'q; tum prudentia præſignem, tum uero in dicendo minime infantem, Sed qui foret uelut Orpheus aliquis, aut Thamyris. Igitur omnium ſuffragiis huic muneri præficitur Scopelianus. Qui tanta eloquentiæ ui, atque dexteritate iniunctam obiit prouinciam, Vt non ſolum id conſequeretur, quod erat Caput, necui fraudi foret, plantaſſe Vites, Sed inſuper, ut pœna irrogaretur, Qui eo munere abſtinuiſſet. Quin & ornat° donis honeſtiſſime dicit' ab Impatore. Hæc eo libentius ſum executus, quoniā ad ea ptinent, quæ Tranqllus memorat in Domitiano, ab eius Enarratoribus prętermiſſa. Ad ſummā inqt, Vini ubertatē, frumēti uero inopiā, exiſtimans nimio Vineaꝝ ſtudio negligi arua, edixit, neqs in Italia nouellaret, ut'q; in prouinciis Vineta ſuccideren'.

relicta, ubi plurimum, dimidia parte, nec exequi rem perſeuerauit. Apolloni⁹ uero Tyaneus ex hac hiſtoria, Eunucham feciſſe terram Domitianum, conqueſtus eſt, quod alicubi a'me item ſubnotatum ſcio. Scopelianum uero fuiſſe Apollonio ſynchronũ, ſiue contemporaneum, multa quidem patefaciunt, ſed Apollonii præcipue adhuncipſum Epiſtolę, Quem ſub Nerua item floruiſſe, Græca teſtantur monumenta.

¶ Hominem cenſeri prudentiſſimum, quia ſit Capitis non magni modi. Inibi quæ ſit congrua Capitis uel magnitudo, uel figura. Cur magnis Viris caput aperire, moribus receptum ſit. Hippocratis imago pileata. Cap. XII.

q Væſitum ab Eruditiſſimis eſt, quidnam cauſę ſit, Quod Animantium prudẽtiſſimus Homo ſit. Id aliqui Capitis paruitati aſcribendum, cenſuerunt. minimum enim id in homine ad reliqui corporis proportionem, Et qui ea parte deminuta ſunt, eſſe ferme' Prudentiores, compertum eſt, quàm qui grandiori, quos μεγαλοκεφάλους uocant Græci, Sicut illos μικροκεφάλους, q habitu corporis ſunt contrario, Ni forte probabilius fiat, quia ſit prudentiſſimus, ideo tale ei contributum Caput. Cęterum hac parte illud minime diſſimulandum, prodi monumentis à Galeno medicæ profeſſionis poſt Hippocratem principe, libellis iis, quorum attitulatio eſt 'μικροτέχνη, hoc eſt parua Ars. Caput paruum eſſe ſignum proprium malæ formæ Cerebri. Quo in loco Enarrator Hali Rhodoan cauſam quoq; aſcribit, Conſtrictionem, coarctationẽ'q; Ventrium Cerebri, ex qua Spiritus animalis libere non ualeat expatiari, addita quoq; eorum imbecillitate, quæ inde producuntur. Etenim, ſi exigua ſit radix, uix inde prodire aliquid magnum poteſt. Proinde inter diſſidentes Eminentiſſimorum ſententias, ita ſtatuendum uidetur, Caput paruum ab Ariſtotele laudari, quod oſſium, & ambeuntis Carnis, aut Cutis mole nõ extuberet, quod genus ferè in Brutis uiſimus, quæ propterea Capitis quoq; ſunt demiſſi. Quod ſignificat Ariſtoteles de partib⁹ quarto. Solus inquit, Homo Animaliũ omnium erectus eſt, quoniam eius natura, atque ſubſtantia diuina eſt. Officium autem diuini eſt, intelligere, atque ſapere, Quod non facile foret, Si uaſta Corporis moles aſſideret. Pondus enim tardiorem reddit & mentem, & Senſum communem. Quãobrem concretione, ac pondere grauiore opprimente, Corpa uergere in terrã, neceſſe eſt. Et mox, Quãobrẽ inquit, Bruta hominibus ſunt dementiora. Etenim inter Homines Pueri Viris, & inter Viros Pomiliones mente deficiunt. Cuius rei cauſa, quod principium animi admodum difficile motu, corpulentum'q; in iis eſt. Caput uero, quod intus exigue capax ſit, Cerebrum oblędit, ac proinde uituperabile cenſetur, de'q; eo Galenum intellexiſſe, euidens comprobat ratio. Accedit & Ioannis Alexandrini in Hippocratis Epidemias Commentatio, in qua ita legimus, Caput paruum ſemper malum eſſe, Sicuti & paruũ pectus. Hoc enim ideo malum, quia Pulmonis domicilium eſt, ac cordis, quæ membra latius exigunt ſpatium. Occluſum enim anguſtiis Cor minus motatur, inde'q; præfocatur naturalis calor, ac debilitatur. unde indigeſtio conſequitur, & Superfluitatum accumulatio. Capitis uero laxior requiritur capacitas, quia multarum eſt uirtutum conceptaculum'. Senſitiuarum uidelicet, quæ præcipuæ ſunt, Et motum præſtantium. Si enim amplum fuerit Cerebrum ad Capitis proportionem, manifeſtum eſt, Calorem naturalem bene agere. magnis quoq; ſphondylibus, magnis item pectoris Oſſibus, quę oblique a' Sphõdylibus exordiuntur. Hinc uitalium uirtutum optima prouenit cõſtitutio, & mox Corporis totius cõnutricatio peraccõmoda. Porro' primo Canonis Auicenna, Orbiculari figura eſſe tornatum caput, uideri uult, tum capacitatis ratione, tum ut nocumentis minus occurſet. Eſſe tamen quadantenus oblongum, Quoniam neruorum ex Cerebro propagines per longitudinem conſtituantur. Extumeſcere item uerticibus geminis, ut illis ueluti Superciliis prominentibus, præſentius ſuppetat neruis tutamen. Sed & Galenus eam Capitis eſſe ſtatuit figuram optimam, quæ orbicularis ſit, ac ex parte utraque preſſa leniter, Et rotũda quidem, quoniam ea figurarum ſola capaciſſima eſt. Aut quia ex Cælo infuſa nobis eſt rationalis Anima. Scribunt Platonici, Deos Capitis figuram ad mundanę rotundationis ſimilitudinem compegiſſe. In eo'q; duos illos Animæ diuinos circuitus interlocaſſe. Ac eſſe membrum corporis diuiniſſimum, & reliquorum facile

princeps.

princeps. Cui totum corpus connexum Diis ſubeſſe, ac parere iuſſerint. In Platonis Timæo id obſeruatũ certe eſt, Caput quoq; dici non principale ſolum, Sed etiam totũ in Corpore. Reliqua enim ſolum, ut Capiti ſeruiant, adiuncta eſſe. Proinde colligunt Periti, Hominem contemplationis gratia eſſe natum. Qua forte ſententia in Veteri etiam diſciplina inoleuit, Vt uirtute aliqua, uel nobilitate, aut dignitatis amplitudine conſpicuis Viris aperire caput, conſenſu gentium comprobetur, Quanquam eius rei rationes alias Plut. Plinio'q; placuiſſe, non ignoro. Certe diuiniſſimo in nobis membro diuinitus eniteſcentem in aliquo præſtantiam reuerenter, & religioſa quadam obſeruantia excipere, congruentiſſimum fuiſſe, arbitror, quando non corporea, non fluxa, & inſtabili noſtri parte cæleſte donũ honore proſequimur, Sed mente, quæ, ut Lactantius ſcribit, ac prius docuerat Plato, in ſummo Capite collocata, tanquam in arce, ſublimis ſpeculatur omnia, & contuetur. Pilei denique umbraculo Hippocratis imagines contegebantur, ut ſignificaretur, quammaxime cuſtodiendam partem illam, in qua, tanquam Domicilio princeps Animus reſidet, & intelligendi ponti-ficium poſitum eſt. Etiamſi nobilitatis id haberi argumentum, nonnulli ex Græcis interpretantur.

¶ Cur Capite deminuti fere' impetuoſi ſint. Cephale unde corriuetur. Aram potentiarum Animæ eſſe in Capite. Quod & Olympus dicitur, & Trito. De Tritogenia pluſcula. Virgilii locus de Olympo Omnipotente. Caput XIII.

a

De ea uero, quę hactenus de Capitis modulata ratione diximus, uehementer faciunt & quæ in Librum de Senſu, & Senſili ad hunc fere' modum prodidit Beatus Thomas, Caput inquit, ac Cor ſitu oppoſita ſibi inuicem ſunt, ut Cerebri frigiditate huius contemperetur calor. Inde uero fit, ut paruo capite homines ſecundum membrorũ aliorum proportionem impetuoſi ſint, ac uiolenti, Quippe cordis calore non ſatis per Cerebrum reflexo. At in diſpoſitione diuerſa affectio item prouenit contraria. Capitis paruitas, inquit Medicinæ primo Paulus Aeginita, prauæ Cerebri conſtitutionis peculiare indicium eſt. Magnitudo autem non utique neceſſario bona. Nam ſi Cæli, regionis'q; ampliore uĩ, materiam probam affatim artifici ingenio ſuggerentis, id obueniat, Indicium utique bonum. At ſi ſola materiæ copia, οὐκ ἀγαθόν. Sedenim quia ſatis, ſuper'q; Philoſophiæ ſacrariis Caput inſeruĩmus, clathris nil admodum officientibus, mutuemur & a' Grammaticis aliquid, quæ noſtra ipſorum harena eſt. Scribit Oppiani Interpres Cephalen, ideſt Caput dici παρὰ τὸ κάρφεσθαι, quod areſcere ſignat, quia inaruerit pars ea, ut quæ oſſea plurimum ſit. Apollodorus uerbi etymon rimatur, ut a' κολύπτω profluat, quod eſt operio, quoniam ſit Cerebrĩ integumentum, ueluti κολύφη τις οὖσα. Alii uero, quod inibi κεῖται τὰ φάη, quaſi κὰ φάη. de luminum uidelicet interlocatione. Aut a' κάπω, quod indicat nobis ſpiro, quia ſit difflationis locus. Vnde & domi, qui perflatum haberet, locum uocabant Cepum, ideſt κῆπον. At id eruditius multo, Quod ex Ioannis Grammatici commentario in Heſiodum obſeruauimus ſuper eo uerſu, οὐδ' ἀθανάτους θεραπύειν ἤθελον. neque inquit, animales potentias, & affectiones colere uolebant, puta κρατεῖν θυμοῦ, ideſt Iram comprimere, ac remollire. Et mox. Ara inquit horum Deorum, ideſt animalium potentiarum eſt in Capite locus, ubi rationalis reſidet facultas. Nam & Euripides inquit, οὐκ ἔστι πείθους ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγος, καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐν ἀνθρώποισι φύσει. Suadelæ ſacellum nõ eſt aliud, præter Orationem, Ipſius autem ara eſt in hominis natura. Idem quoq; Interpres alibi. Olympus Cælum eſt, & uniuerſus mundi ambitus, quod undiq; colluceat. Sed & Cæli quadam ſimilitudine Sphæroides hominis Caput, in quo eſt τὸ ὁλολαμπὲς λογιστικὸν, ideſt hinc inde eniteſcens rationis facultas, Olympus dicitur. Sed & in primum Iliados Euſtathius οὐρανὸν apud Homerum ab Antiquis pro capite accipi ſcribit, proinde Pallada e' Cælo fingi deſcendiſſe, quæ amplius intumeſcentem Achillis Iram comprimeret. Minerua autem inquit, eſt ἡ παραυτῷ ἀγχίνοια. Tritogeniam Democritus allegorice Prudẽtiam interpretat', ut ſcribit Euſtathius idem, dictam ſic, quod ab ea oriantur tria, Bene cogitare, Bene dicere, quæ ſis meditatus, demum'q; bene perſequi cogitata, dicta'q;. Et qa de Olympo facta mentio eſt, Scribit Cæcilius Minutianus Apuleius Olympum etiam dici Iouem, unde Næuius,

Panditur interea Domus altitonantis Olympi.
Ex quo Virgilius Omnipotentis Olympi, Quod si est, falluntur, Qui legendum arbitrant, Omnipatentis Olympi. Nam & Ennius ait, Decessit Olympius antro. Illud uero in Græcorum cõmentariis extritum, & in Hesiodi Aspide ab Interprete relatum. Caput ab Aeolibus dici φρίπω. unde Trittogenia Pallas, ut uolunt Aliqui, quod ex Iouis Capite sit nata. Verum & in ea re mira est opinionum diuersitas. Sed lepidum inde prouerbium non reticebo, quo filius optatur Tritogenes, nequaquam uero Tritogenia, quoniam sint puellæ πολυδάπανοι, idest impensæ multæ. Sic uero sonat Græce παῖς μοι φιλογυνὴς εἴη, μὴ φιλογύνεια. Tripsin autem, idest φρίψιν nuncupant Græci, Quam Frictionem nos. At μηρῶν διαφρίμματα femorum intertrigines intelligunt.

¶ Super Lydorum inuentis, & mollicie adnotata paucula. De Lydio ornatu, & Mastur batione. Aleæ, & Tesserarum, ac Pilæ lusus Inuentores. Necnon aurei, argentei q; numi. De Caryce, & Candaulo cibis. Caput XIIII.

LYdos omnium primos Caupones, institores q; extitisse, aliquot ex Græcis memoriæ cõmẽdarunt, necnon Aleæ lusum, & Tesserarum excogitasse. Item pilæ, & id genus alia plura, Sed & aureum quoque, argenteum q; numum principes feriendum curasse. Sunt qui scribãt, Cyrum Lydis superatis, ademisse arma, & talares gestare uestes iussisse, quo nomine remollitos Cauponariam factitare cœpisse. Lydium certe ornatum pro molli, & parum uirili in Iconibus accipit Philostratus illis de Pelope uerbis, ἔσκλασται δὲ ὁμὲν τὸν λύδιόν τε καὶ ἁβρὸν φόπον. Lydorum porrò illud etiamnum peculiare, meridianis horis turpiter manibus indicere Talassionem, Vt fierent sine Fœmina mariti, Vnde & Lydum uolsum legimus a' Plauto dici. Super qua re aliubi aduocata nobis plura. Lydos improbitatis primas rettulisse, adnotatum a' Græcis est, Aegyptiis gradu secundo constitutis, Caribus autem tertio. Legimus item Lydam gentem, uel cumprimis Auguriorum, omnino q; Diuinationum superstitionibus fuisse mancipatam. Deformat prouinciam eandem M. Tullius pro Flacco. Quid porro' inquit, in Græco Sermone tam tritum, atq; celebratum est, quàm siquis despicatui ducitur, Vt Mysorum ultimus esse dicatur? nam quid de Lydia dicam? Quis unquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua Seruus primarum partium non Lydius esset? Quod de Aleæ lusu diximus, scien dum, ab Eustathio proditum κυβείαν, idest Cuborum lusum, & πεττείαν idest Pessorum a' Palamede fuisse excogitatum apud Troiam, etiam si ad Aegyptios id referunt quidam. Quãuis apud illos non tam παικτικὴ, idest Lusoria foret ratio hæc, quàm Philosophica, & ex intimis eruta doctrinæ cõceptaculis. Amplius de Lydis compertum nobis, Andramyten Gentis eius Regem omnium primũ fœminas εὐνουχίσαι, idest Eunuchas feciisse, eis q; Eunuchorum uice usum, quod in secundo rerum Lydiarum prodidit Xanthus. Lydorum denique emollita improbitas illuc progressa fertur, Vt alienas Vxores, Virgines q; in locum producentes, quem a're Agneona uocarunt, omnes constuprarent. Vnde tyrannidem asse cuta Omphale, Stupratarum una illatas ulciscens iniurias Seruis Dominas prostituit in loco eodem. Quem rei atrocitatem mollientes Lydi γυναικῶν uocant ἀπῶνα, idest mulierum certamen, & γλυκὺν ἀπῶνα, idest iucundam, & dulcem luctam. Carycem, ganeatum cibum excogitarunt hi. De quo multa, Qui Opsartyca scripserunt. Alterum item genus Candaulum dicebant ex elixa carne, ac pane, Caseo q; phrygio cum Anetho, & pingui iure.

¶ Quàm Late pateat Animæ rationalis imperium in Corpus. Vnde sit grauidarum mollicies, & Appetitus absurditas. Cap. XV.

IN hac Lydorum mentione succurrit, quod Auctor Herodotus prodit, plures q; præterea ex eisdem haurientes fontibus, Crœsi filium naturali impedimento mutum, repente uiso Patris periculo, uocalem euasisse, atque exclamasse, homo ne perimas Crœsum. Quin & in reliquum quoque tempus fuisse Vocis compotem articulatæ. Id multis scio uisum iri præter historicam fidem,

fidem, ac ex Græca prolatum uanitate. Verum conſyderanti mihi rationalis Animæ uim, poteſtatem'q; in terrenum hoc, hebes'q; corpus, nil profecto uideri incredibile debet. Nam inde certior eſt Eruditiſſimorum coniectatio, Animam eſſe formam excellentiſſimam, ac ſubſiſtentem per ſe, nec peregrino adminiculo, ac uelut ſubſtrato indigentem. Quando manifeſtum ſit, tam præſigni in corpus imperio non pollere formam, quæ per corpus exiſtat. Quàm uero procliue humanum corpus deprehendatur ad Animæ obſequia, inde modo coniectari poteſt, quod cæteris collatum terrenæ feculentiæ modum contineat non magnum, & eum quidem prætenuem. Defecatiorum autem elementorum partem uberiorem, Vt pro cæleſtis Animæ præſtantia conceptaculum item compingeretur, quantum ratio patitur, æque præſtans. Argumento eſt, Viros ingenio præſignes ſæpius eſſe mollicu-los carne, præmacros, & ualitudine nonnunquam parum ſecunda. Hinc Platonis illud ex Timæo. Potuerat inquit, Deus tam ſolidum corpus hominis concinnare, ut nocumento forinſecus occurſanti minus foret obnoxium. Sed mollius efficere præoptauit, quo eſſet cõtemplationi paratius. Adnectit porro, Animi præpotẽtis motiones proprium corpus quan doq; reſoluere, ac diſſoluere. Sed cur item ex animantibus cunctis homini tantum Riſus eſt datus? datę ſimiliter & Lachrymæ? nempe ex poteſtate, quam in corpus habet Anima. Sed age, Affectus, qui phantaſiam conſequuntur, diſpiciamus. Sunt uero hi quatuor numero. Appetitus, Voluptas, Metus, Dolor. Qui ubi uehementius ſe intenderint, non corpus modo exagitant proprium, Sed & peregrinum afficiunt nonnunquam. An non liquet, quàm ardentes, euibratos'q; motus Irarum æſtus concient in corde? quo titillatu Iecur libido permulceat, immo uero & pulſum afficiat, emutet'q;? Nam ex uibratiore eius aſſultu medicæ profeſſionis ſolertiſſimus Eraſiſtratus Antiochi in nouercam Stratonicen amorem deprehẽdit. Vnde apud Galenum agitata quæſtio eſt, ſit'ne pulſus aliquis Eroticus. Rurſum & Maleficorum ex nocendi auiditate Oculus fixis obtutibus non'ne prę molles faſcinare infantes creditur? Quid uero prægnantium deſyderiis apertius? Quis ſæpe in utero geſtatorum commaculatur caro, inuritur'q; tenellis expetitæ rei nota. Eius tamen rei, ſimul & faſtidientis ſtomachi ratio ſic a Phyſiologis reddi ſolet, Quod conceptu inito, & proinde menſibus repreſſis, ſanioſus ſanguis intra Venas cohibitus, & ad Stomachi uillos redundans, ac Hepar nauſeam concinnat, & Cibi faſtidium, abſurdarum'q; appetentiam rerum. Nec prius naturalis reſtituitur appetitus, quàm ſanguis eiuſmodi in Vbera copioſius cœperit corriuari, Stomacho liberato. Quid, non'ne in uſu Venereo Cogitatio utriuſlibet animo tranſuolans effingere ſimilitudinem exiſtimatur? Quæ ratio, ut Plinius inquit, plures in homine, quàm in cæteris Animantibus diuerſitates producit, quoniam uelocitas cogitationum, Animi'q; celeritas, & ingenii uarietas multiformes imprimit notas, cum cęteris Animalibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus, ſingulis'q; in ſuo cuiq; genere. Produnt tamen nonnulli, & in Animalibus alba naſci, ex genitoribus alba imaginãtibus. Sicuti relatum de Pauõibus eſt. M. Tullius uero Thuſculanarum primo, Similitudo magis apparet in beſtiis, quarum animi ſunt rationis expertes. Taceo & quoſdam gulæ, uentri'q; mancipatos ita ſæpenumero ganeata quædam cibaria concipere animo, ita iamiam deglutire, ut ſaliuam ſuam conſimili ſapore inficiant. Quàm uarii lætitiã conſequuntur euentus? Quàm multos ita expiraſſe legimus? Sed & nonnullos leuatos item morbo? Quantum uero efficiat dolor, quem fallit? Iam Pueris, quandoq; & adultioribus potione amara necdum ori admota, Linguæ tamen humor infici amaritudine præſentitur, quam rem uehemens efficit imaginatio. Qua ratione nonnullis & aſpectu aliquo, & auditu ſtupent Dentes. Quin & ſanguinem humanum ſi ſpectent effuſum aliqui, Spiritu intercepto, nimio miſerationis affectu, ſæpe collabuntur. At Timor quàm efficax quãdoq; animaduertitur? Ex prælatis deſpicientes ſpeculis ita nonnunquam caligine offundimur, ita deficiunt Vires, ut metu exuperante corruamus pręcipites. Timore ſubito nõ trepidat modo Cor, & ſubſultat, uerum & arriguntur comæ, ac intercipitur Vox, Sæpe uero & Vita, aut affectiones conſequuntur tum graues, tum diuturnæ. Sed & uſuuenire compertum, ut timore præſigni morbi etiamnum diſcutiantur, cuiuſmodi ſingultus, & Quartana febris. Quod ſi formidini uehementiſſimæ uehementior acceſſerit auiditas, mirus ſæpe promitur inde effectus, quod in Crœſi filio patuit iam. Plura ex ratione Phyſica congeri in unum poterant. Sed nos hæc ex occurſu, & ſucci-

ſiua quodammodo opera muſſitamus. proinde in noſtram reflectemur deniq; harenam.

¶ Exempla hiſtorica ad idipſum. Caput XVI.

e X hiſtoria uero promi aliqua ualent, quibus inenarrabilis, nec ſine ſtupore uis Animæ in corpora quædam ubertim explicatur. Nam, ut præteream, quod Auicenna ſcribit, fuiſſe quendam, qui, cum uellet, corpus ſuum paralyſi oblædebat, nec a' noxiis feriebatur Animalibus, niſi cum ea ipſe coge ret, quæ tamen mox, ut ſic demum impleatur admiratio, intermorerentur. Scribit Aurelius Aug. fuiſſe quoſdam, qui aures pro arbitrio mouerent, uel ſingulas, uel ambas ſimul. Item qui totam Cæſariem capite immoto, quantum Capilli occupant, deponerent ad frontem, reuocarent'q;, cum uellent. Illud uero admirationem fere excedit omnem, Quoſdam repertos, qui eorum, quæ deglutiſſent incredibiliter plurima, & uaria, paulatim contrectatis præcordiis, tanquam de facculo, quod placuiſſet, integerrimum proferrent. Iam nec illud abditum, Nonnullos uoces Auium, Pecorum'q;, & aliorum quorũlibet hominum ſic imitari, atq; exprimere, ut niſi uideantur, diſcerni omnino non poſſint. Nonnulli ab imo ſine pudore ullo ita numeroſos pro arbitrio ſonitus edunt, ut ex illa etiam parte cantare uideantur. Idem Auguſtinus expertum ſe refert, Quendam ſolitum fudare, ubi uellet, Notum etiam eſt, Aliquos flere, cum uolunt, ac ubertim etiam lachrymas profundere. Narratur præterea Præſbyteri cuiuſdam Reſtituti nomine ſtupenda naturæ uis. Is, ubi collibuiſſet, rogabatur autem frequenter, ut faceret, ſe auferebat a' Senſibus, & iacebat ſimilis mortuo, ut non ſolum uellicantes, atque pungentes minime ſentiret, Sed etiam ſi igne ambureretur admoto, ſine ullo doloris ſenſu, niſi ex uulnere poſtmodum, perſeueraret. Non obnitẽdo autem, Sed non ſentiendo immotum ſeruaſſe corpus, eo probabat' argumento, quod uelut in defuncto, nullus inueniebatur anhelitus. Hominum tantum uoces, Si clarius loquerentur, tanquam ex longinquo, ſe poſtea audiſſe, referebat.

¶ Quid ſit Imaginatio, ſiue Phantaſia. An cum opinione coniungatur. Caput XVII.

f Edenim quia de Phantaſia pauloante facta nobis mentio eſt, ac neſciunt Plerique, quid Phantaſia ſit, Breuibus afferam, quid in Peripateticorum diſciplina ſuper ea re contineatur, Sicuti in Themiſtii paraphraſi tertia de Anima obſeruauimus, Vbi ſic fere' adnotatum legitur. Nam & Hic noſtra hæc, cuiuſcunque ſint modi, ἐφοδίζει plerunq;, ideſt inſtruit, apparat'q; uberi, ut ſic dicam, Viatico. Imaginatio eſt motus Animæ, quem Senſus in actu poſitus creat. Cæterum, quoniam uiſus Senſuum omnium acerrimus, præſtantiſſimus'q; eſt, Inde Imaginatio Viſi, & Viſionis nomen accepit, & Phantaſia dicta ex argumento lucis, ſine qua cerni, & uideri non poteſt. Animalium quoque uita, actiones'q; magna ex parte uiſis reguntur. Propterea quod in iis imagines diu hæſitant, & ſimillimæ perpetuis Senſibus ſunt, In hoc tamen diſtinctio illa ſuccedit, quod alia uiſis ducuntur, quia uim nullam ſuperiorem hac habent, ut Bruta. Alia, quod plerunque accidit, ut nobiliorem potentiam aut morbus intercipiat, aut Somnus impediat, neceſſe eſt, Imaginationem ſequantur, ut Homines. Plato ſenſiſſe uidetur, Imaginationem nihil aliud eſſe, quàm ſentire aliquid, & illud ita opinari eſſe, ut ſentiatur. Ariſtotelem ſecuti Imaginationem cum opinione non ſemper coniungi, demonſtrant, Quoniam ſit Imaginatio quaſi quædam impreſſio, & ueſtigium Senſus, non complexio opinionis, & Senſus. Nam remos ſi mergas, uidentur infracti, primum'q; id Senſus iudicat, deinde Imaginatio ſequitur. Sed opinio, quæ Viſis obſiſtit, utrunque coarguit.

¶ Ventorum finalis ratio quæ ſit, de'q; eorundem materiali cauſa. Flatum a' Vento diſtare. Aeolipilæ quid ſint. Empedoclem dictum fuiſſe Colyſaneman. Caput XVIII.

Inter

Nter alia, quæ ingenio ſingulari, doctrina nequaquam extrita, uel Plebeia, prompſit in literas Auctor Seneca, illud inſigniter obſeruandum ingerit ſe modo de Ventorum ratione, quod & apponam, Sed ipſius maxime uerbis ob elegantiæ concinnitatem, & Sententiarum iucundam grauitatem. Ergo Vētos inquit, dedit Summus ille rerum Artifex ad cuſtodiendam Cæli, Terrarum'q; temperiem. Ad euocandas, ſupprimendas'q; aquas, Ad alendos ſatorum, atque arborum fructus. Quos ad maturitatem cum aliis cauſis adducit iſta iactatio, in ſumma cibum attrahens, & ne torpeant, permouens. Dati quoque Venti ad ulteriora pernoſcenda. Quippe fuiſſet imperitum animal, & ſine magna experiētia rerum Homo, Si circunſcriberetur natalis Soli fine. Dedit item Ventos parens Deus, ut commoda cuiuſq; regionis fierent communia, non ut Legiones, Equites'q; geſtarent, Nec ut pernicioſa Gentium arma tranſueherent. Hactenus de Ventorum cauſis finem complectentibus ex Seneca. Cæterum, cum ſit Exhalatio duplex, Vt Ariſtotelica nos placita commonent, Nec omiſit Albertus, Vna quidem Vapida, & humecta, Altera uero fumida, & arida, Earum neutra ſine altera inuenitur, At ſimul ambæ. Verum a' dominante, atque exuperante altero Totum appellatur. Quæ itaq; plus humidi habet exhalatio, ea pluuiæ aquæ principium eſt. Quæ autem plus aridi, principium creditur, & cauſa, materia'q; Ventorum, reliquorum'q; flatuum. Proinde ita finit Albertus, Vētum eſſe Vaporem terrenum, Aeris ſuperiora tranſcendentem, & Aerem ipſum fortius percutiendo impellentem. Porro' ſicuti non omnis, utcunque fluat aqua, Fuuius dicitur, Sed qui fluendi principium fontem habet, Ita nec flatus quidem omnis Ventus nominatur, Sed ſui fluxus, tanquam fontem, habens principium. Nam ex terra ſuſpirationes Flatus quidem ſunt, quoniā flāt, nec tamen Venti ſunt dicendi. Auctor idem Albertus eſt, Ventum omnem fieri ex Vapore frigido, & ſicco. Auſtrum uero eſſe calidum non exhalationis natura, Sed loci. Sunt qui Ventorum materiam eſſe opinentur calidam exhalationem, aridam'q;. Nec tamen uideri calidos Ventos, quod Aerem moueant, qui multo, & frigido Vapore offertus agnoſcitur. Ita nanque e' corpore prorumpens flatus prope' os calidus, cum longius abierit, frigidus ob eandem euadit cauſam. Omnis utique exhalatio tam arida, quàm humida ob inteſtinum calorem euaporat, ac ſuperna petit. Sunt itaq; qui Ventum eſſe finiant Aeris fluentem undam, cum incerta motus, redundantia. Naſci uero cum humorem feruor offendat, Cuius impetus uim exprimat ſpiritus flantis. Argumento eſſe, Aeolipilas æneas, cauas, quibus inſit punctum anguſtiſſimum, quo aqua infundatur. Hæ uero admotæ igni, prius quàm incaleſcant, ſpiritum concipiunt nullum, At ubi feruere cœperint, mox euidens proſilit flatus. Addunt Iidem & Ventorum proprietatem miram in Leſbo fere', apud Mitylenem obſeruatā. Vbi auſtro flante, ægrotant homines, At Coro tuſſiunt. A' Septentrione in integrum facile reſtituuntur. Verum frigore urgente, in angiportis, plateis'ue conſiſtere nequeunt, quoniam parum prudenter ab Architectis poſitum ſit oppidum, magnifice alias extructum. In quod uitium ne dilabi inter ædificandum Athenienſes poſſent, Andronici cura Octogonos excitata turris eſt marmorea, Collocata in lateribus ſingulis Venti Imagine contra ſuum cuiuſq; flatum. In turris demum uertice Metalis præ[illegible]t prominētia, ſuperincumbēte Tritone Aeneo, dextra uirgam intendente, Quæ flantis [illegible]nti Imaginem indicaret, Nam ita Libratus ſtabat Triton, ut circumagentem perpetuo ſpectaret Ventum. Cæleſtium rerum ſcientia imbuti, Stellarum poteſtatē contingere iſta contendunt. Euocari ſiquidem, protolli'q; Ventos ab Oriente Solis ui, Iouia autem potentia a' Septentrione, Lunari ab Occāſu, Martia a' Meridie. Sed & Signa Ventos prolicere. Sicuti triangulum igneum Orientales. Triangulum terreſtre Meridionales. Aereum triangulum Occiduos. Triangulum aqueum Septentrionales Ventos. Quin & ratione ea de Elementis Triangulorum nomenclaturam eſſe enatam in Signifero. Ex eiſdem ſcholis eſt, Libram dici Ventorum ſignum, quod Sole in ea conſtituto, ubertim meridionali Vento ſuppeditetur exhalationum materia. Notiſſima quoq;, quantum ad hoc, Ariſtotelis ſententia ex Meteororum ſecundo, ὁ δ' ἥλιος καὶ πνέει, καὶ σωτερμᾶ τὰ πνεύματα. Quod eſt, Sedat Sol, & concitat flatus. Tenues enim ac debiles exhalationes ui redundantis caloris reprimit, atque tabefacit. Verum in libro, quem de Ventis concinnauit, plura de iis Theophraſtus. Equidem cunctanter apponendum,

quod ſequitur. Verum tam prodẽdum nobis, quàm proditum Veteribus eſt. Legimus Empedoclem quandoq; nuncupatum Colyſaneman, ideſt κολυσανέμαν, quæ Vox cum indicat, qui Venti inhibet flatum, nam cum Agrigentini Vento infeſtarentur uehementiore, illum auertiſſe Empedocles dicitur, circumpoſitis Vrbi pellibus Aſinorum innumeris.

¶ Ventorum ſpecies aliquot, Vulgo haud ita notæ. Apogæa retinacula, ſeu Epigæa. Amuſium Organum. Strobilus quid. Pallas Anemotis. Sardinia cur peſtilens. Sardoa herba. Pleſiſtius Ventus. Pleſignathus Panis. Phyſignathos. Caput XIX.

Aeterum præter celebratam omnibus fere Ventorum rationem uniuerſam, Sciẽdum eſt, Quoſdam naturæ peculiaris quibuſdam dominari locis, ex quibus proflatus initia indipiſcuntur. Nam, uti nos edocet in libro, cui de Mundo titulum appoſuit, Ariſtoteles, Qui ex humecta perflant terra, Apogæi nũcupantur, Quos matutino imprimis ſpirare, Theophraſtus ꝓdit, uapore refrigerato, Quãq; & nauium retinacula quædam dicunt Apogæa, ſeu Apogea, ideſt ἀπόγεια. Sicut etiam Epigæa. Qui uero ex Sinu quopiam euaporant, Eccolpias appellauere. Qui ex mari ipſo, dici a noſtris Altani ſolent. Cum iis proportionem habent aliquam ex fluuiis, Stagnis'q; conſurgentes. At qui diſciſſa, concerpta'q; prouolant nube, Si diſcuſſionem craſſitudinis in ſeſe contorſerint, τυφῶνες a Græcis, a noſtris Turbines uocantur. Sin autem minus denſi, Ecnephiæ. Fiunt hi, ut Ariſtoteles inquit, Vere quidem, Sed autumno imprimis. Apud Gellium libro noctium Atticarum decimo nono ita legimus. Quin Turbines etiam Crebriores, & Cælum atrum, & fumigantes Globi, ac figuræ quædam nubium metuendæ, quas Typhonas uocabant, impendere, imminere'q;, ac depreſſuræ nauem ꝓidebantur. Plinius etiam prodit ad hunc modum. Repentini flatus maiore illati pondere, incurſu'q;, Si late ſiccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ uocatur a Græcis Ecnephias. Sin uero depreſſo ſinu arctius rotati effregerint, ſine igne, hoc eſt ſine fulmine, Vorticem faciunt, qui Typhon uocatur, hoc eſt uibratus Ecnephias. Et mox. Quod ſi maiore de preſſæ nubis erupit Specu, ſed minus lato, quàm procella, nec ſine fragore, Turbinem uocant, proxima quæq; proſternentem. Idem ardentior, accenſus'q; dum fuerit, Præſter uocatur, amburens contacta pariter, ac proterens. At enim flatus, qui cum aqua tumultuoſe profuſa inhorrentes, & fragoſi feruntur, Exhydriæ ab Ariſtotele dicuntur. Quicunque uero in rectum proflant, Euthypnoi nuncupantur. At qui in ſua ſe reflectunt primordia, Sicuti Cæcias, Reflexi flatus. Ex Violentis autem flatibus Catægis eſt, deſuper pulſans cum fragore. Thyella, hoc eſt procella, flatus eſt cum tumultu ualido efflans, ex'q; improuiſo inter flandum, proſultandum'q; uehementer ſtridens. Lælaps autem, & Strobilus eſt flatus reuolutus ex inferno loco ſurſum uerſus. Eſt tamen & Strobilus nux pinea. unde illud, καὶ ξανθοὶ μυελοὶ ἐκ στροβίλων. Sed Carcini item Poetæ filios lego Strobilos nuncupatos, Concinnato inde prouerbio per Ironiam, felicior Carcini Strobilis. Strobili quoque ſunt Limacæ, ac Marini Ceryces. Terræ autem Anaphyſema, hoc eſt cum tumore efflatio, ex imo flatus eſt, uel effractione uomitu terræ ſeſe, eruptione facta, attollens. Qui cum reuolutus fertur, multum quoque ſecum affert æſtum, Præſter terreſtris appellatus. Sicuti Ariſtoteles monuit. Quod ut exprimeret Apuleius. Anaphyſemata inquit, Græci eos nuncupant Spiritus, qui de fundo, uel hiatibus terræ exploſi ad ſuperna maris ſolent deuenire. Hi cum maiore ui torti ſunt, fit procella, quæ Præſter a Græcis nomen accepit. Seneca Præſter inquit, eſt igneus turbo. In hac porrò Ventoꝝ diſpenſatione illud haudquaq; omittendũ, Ventos quãdoq; (Quod diximus) ſibi ipſis aduerſos ſpirare motu quodã reciproco, Sicut Qui inde appellant Palimboreę, ueluti Retrogrados dixeris Boreas. Putat Theophraſtus iſta ꝓuenire locorum, montium'q; prominentia, Quibus occurſantes flatus, cum nequeant tranſilire, neceſſario repercuſſi reſiliunt. Sicuti in Macedonia uſuuenire, obſeruatum eſt. Vbi Boreas Boreæ aduerſus diffiare, animaduertitur, montium ſuperciliis, & Olympi imprimis, atq; Oſſæ reiectus. Ventum proſperius flantem homerice dicas utique πληστον, ideſt uela implentem. Sicuti Panem quiſpiam protulit πληγναθον, ideſt maxillas obſarcientem. Ad quam Imaginem conformatur & Phyſignathos, ideſt inflans buccas. Amuſium com-

perio dici

perio dici Ventis reperiendis excogitatum organum. In agro denique Sicyonio Ventis ſuſtructam fuiſſe aram, inuenio, Sacrificii more noctem unam occupante modo quotannis, Sed & in foſſis quatuor arcana fiebant quædam placandis a' Sacerdote truculentioribus Ventis, Qui & Medeæ, uti ferunt, ἐπωδὰς adhibere, ideſt excantationes, ſolenne habebat. Apud Mothonen quoque Peloponneſi Ciuitatem, Pallados fuit templum ἀνεμώτιδος, Diomede Simulacrum dicante, Quod ante id Violentiores loca ea Venti inſigniter oblæderent, haud tempeſtiue ſatis perflantes, Qui mox fuſis Deæ precibus, deſierint, nullum'q; deinceps Calamitatis genus Incolis indidem enatum. Vnde cognomen Minerua eſt adepta. Illud hac parte nequaquam ſubticuerim, quod noſtram adiuuat interpretationem, alibi depromptam in literas de Sardinia peſtilenti. Nam Pauſanias inquit, Eius Inſulæ aerem eſſe θολερὸν ὡς ἐπίπαν, καὶ νοσώδη, ideſt turbulentum fere', ac morboſum. Cui rei anſam inquit, præbent concreſcens Sal, & Graues Auſtri, ac Violenti. Nam montium altitudo Boream repellit, retundit'ue. Idem porro' Pauſanias herbæ Sardoæ mentionem faciens, quam Selino ſimilem dicit, ac mortem cum riſus ſpecie afferre, naſci'q; in ambitu fontium præcipue, Subdit, Inde Homerum, ac Poſteros Sardonium riſum nuncupaſſe τὸν ἐπ' οὐδενὶ ὑγιῆ,

¶ Super Polemone enotata quæpiam. Manu Solœciſmum facere quid. Quintilianus illuſtratur. Varus pergæus. Pelargi cognomen. Item quid Typos, & Tyrbe. Cap. XX.

Polemonem fuiſſe apud Græcos Sophiſten haud ingratum, minime'q; infantem, ſat notum ex Gentis eius monumentis, reor. Succurrunt ex ea hiſtoria, quibus uelut floribus, noſtri Libelli lætiores fiant. Celebrabantur, Smyrnæ Olympici ludi, Præſidebat Polemo, Tragœdia forte actitabatur, Inibi inſulſus Actor cum ὦ Iupiter exclamaſſet, manum in terram protendere perexit. Rurſum cum diceret, ὦ γᾶ, in Cælum ſuſpectabat, manum eodem intentans. Demiratum uero hominis imperitiam Polemonem ferunt, ex theatro ſe proripuiſſe inſuſurrantem, οὗτος τῇ χειρὶ ἐσολοίκισε, Quod eſt, manu hic Solœciſmum fecit. Hoc uero eo appoſui gratius, Quoniam Oratoriarum Inſtitutionum primo Quintil. In geſtu quoque nonnullos putaſſe, ſcribit, Solœciſmi uitium ineſſe, Cum aliud uoce, aliud nutu, uel manu demonſtratur. Huic Opinioni inquit, neque omnino accedo, neque plane' diſſentio. Sed ad Polemonem redeo. Erat itidem Smyrnæ fluxa mēte, & moribus Adoleſcens. Suppetebant affatim diuitiæ, Intemperantis naturæ Magiſtræ nequiſſimæ. Varus nomen fuit homini, quāquam erat & alter Varus Pergæus Sophiſtes, quem a' forma naſi Pelargum uocabant, ideſt Ciconiam. Sed hic, de quo nunc agimus, Aſſentatoribus nunquam non erat obſeptus. Quorum ueneficiis corruptus imbiberat animo, eſſe ſe Omnium formoſiſſimum, ſtaturoſiſſimum, Arte quoque, & robore in palæſtra omnes antecellere. Immo ne Muſas quidem ſuauius cantillare. Quin & Sophiſtas quoque pleroſque dicendi ui exæquabat opinione ſua. Nam & declamatorium attētabat forum. Id uero agentem frequentabant, quibus fœnori pecunias erogaret. Siquidem Vſuris perſolutis aſcripturi, declamantem audiſſe. Inter eos fuit quandoq; etiam Polemo, qui tamen mox auſcultatione eiuſmodi abſtinuit, Quo nomine, cum æs alienum minus diſſolueret, Inſtabat Adoleſcens importunius, Typos illi ſubinde intentans. Erat id iudicium, quo iis interdicebatur foro, qui Creditoribus non paria facerent (Tyrbe autem obiter feſtum Dionyſii eſt in Agro argiuo, ex Pauſaniæ Theſauris) Ea moleſtia perpulſus Polemo, ac præterea multorum ſtimulis, ad audiendum hominem pergit. Inſulſe declamabat is, Sed ex more. Negotium nimis diu protendebatur. Finis comparebat nullus. Barbariſmis, & Solœciſmis perſtrepebāt Omnia. Tum ſtomachabundus Polemo exiluit, ac ꝓtentis manibus Vare inqt, Typos ꝓfer. Quibus Vir eruditus, innutritus'q; eloquētiæ diſciplinis palā faciebat, malle ſe iudiciū ſubire, quàm id genus ineptias ineptiſſimas pati diutius. Hunc item Polemona proditum memoriæ eſt, Viuentem adhuc ſuo ipſius iuſſu contumulatum, quod articulari morbo, quem Arthritida illi dicunt, Violentius infeſtaretur, Iacentem'q; in Conditorio identidem inclamaſſe, ἔπαγε, ἔπαγε. μὴ γὰρ ἴδοιμε σιωπῶντα ἥλιος. Obducas inquit, obducas. abſit, ut tacentem

me intueatur Sol. Rursum'q; flentibus ubertim amicis, cognatis'q;, Date inquit, mihi corpus alterum, & mox emigrabo. At prius cum subinde a' Medicis dissecaretur, insusurrabat illud, ἐκτέμνετε τὰς πολέμωνος λατομίας, excidite Polemonis Latomias. Quod ad typos attinet, illud ex abundanti adiecero, Esse demonstrationis genus, quod Græci τύπους uocant, idest formas, & ὑπογραφὰς, idest descriptiones. Nam finitiones Horismos dicũt. Fuit & Veteribus Festum, Quod dixere τύπας, quãquam & eo nomine Plagas intelligimus. Sicut τύπης Percussor dicitur. Nã Typias uocatur τῶν τοῦ χαλκοῦ τὶς φοχῶν.

¶ Manum in Aetolis habere, ac mentem in Clopidis, quid sit. Aetolorum furta. Aetoli Epitheton, quid sit, & unde. Clopia. κλωπᾶσθαι. Caput XXI.

e St Aristophanis Poetarum facetissimi Comœdia, cui titulus ἱππεῖς, idest Equites. In ea Cleon remis, uelis'q; proscinditur, Inter probra alia, quibus eius infamatur Vita, illud item est. Vbi Cleonis manus esse in Aetolis scribit. Mentem uero in Clopidis. Sed rectius, commodius'q; fuerit, Græca subtexuisse uerba, Quæ solicitius forsan Studiosoꝝ reqrent aliqui.
τὼ χεῖρ' ἐν αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν κλωπιδῶν.

Quid uero sit, in Aetolis manum habere, Poetæ Interpretes appositissime explicant, & meminit Eustathius, Cum in Sordis extremæ hominem, semper'q; in petendo paratum, ac nil nisi rapinas meditantem, Vt qui nil suauius opinaretur, quàm accipere, dici interpretantur. Ioci autem gratia ex uerbi Græci notione consurgit, nam αἰτεῖν petere signat. Sed & qui Ethnica scripsit, Aetolum esse Epitheton, quandoq; scribit ab αἰτεῖν. Quod uero infertur, in Clopidis fuisse mentem. Vrbanissime item in depeculatorem pronuntiatur, quando κλοπὴ furtum indicat. Vrbanitas uero elicitur inde, quia Cropidæ in Leontide recensebantur tribu. Dum ergo signari loca uidentur, mores Impostoris, ac nefarii hominis scitius, occultius'ue reteguntur, Comico'q; insperguntur felle. Faciunt ad hæc, quæ apud Athenæum legimus obseruata. Aetolicum fuisse rapere τὰ τῶν πέλας, idest res eorum, qui prope' sunt, νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω, idest nunc, & quæ remotiora. Clopia uero, idest κλωπεία Saltationis fuit Species, meminit Theatricorum quarto Iubas. Dignum scitu, κλωπᾶσθαι Græcis dici, clàm, tacite'q;, idest ἀψοφητὶ, facere quid, uel loqui, aut furari.

¶ Pterophori apud Plutarchum in Othone qui nam intelligendi. Item quid Ptera, aut Pteromata. Peripteron. Pseudoperipteron. Pterophori Sacerdotes. Caput XXII.

p Lutarchus in Othonis uita Iam inquit, nuntiabatur, Vitellium Imperatoris dignitatem, atque potentiam sibi uendicasse, καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων, ἀεὶ τὶ προσχωρεῖν ἐκείνῳ φράζοντες. Hoc est, & Pterophori assidue adueniebant, illi subinde accedere quippiam afferentes. Verbum id Pterophori quid sibi uelit, non satis tenuisse Interpres animaduertitur. Ego Cursores, Tabellarios'ue eo nomine intelligo. Quoniam Dionis historia prodit, Eos peregre proficiscentes surrectas in Capite pennas gestare consueuisse. Cui sententiæ adiicere calculum id Satyrici Poetæ creditur,

Tanquam de Catis aliquid, toruis'q; Sicambris
Dicturus, tanquam diuersis partibus Orbis
Anxia præcipiti uenisset epistola penna.

Est & Pterophoros in Septentrionibus ad Rhipæos montes nuncupata regio, ab assiduo niuis casu, pennarum quadam similitudine, quod Herodotus significat, & a' Plinio relatum scio. Sic enim barbara, inculta'q; Scytharum gens opinatur, pennis esse oppletum Aerem, proinde'q; non patere in longinqua prospectum, neque item transitum. Pennas uero πτερὰ uocant Græci, quãquam sunt etiam Ptera, uel, ut est apud Vitruuium, Pteromata in templis muri duo, ut Strabonis quoque monumentis comprobatur, ad altitudinem eorum utrinque consurgentes alarum uice. Meminit Plutarchus quoque, Sed & Plinius in Mausolæi mentione. Leges item Peripteron ædem, quam circulatam intelligunt. Hinc &

Pseudoperipteron

pseudoperipteron non prætermittunt Architecturæ magistri. Inuenio item Ptera, idest πτερὰ neutro genere dici Babylonis arcem. Nam est in Medis Ciuitas Pterion. In Sinope autem Pteria. Signatur & Pterophori nomine πόλις ἡ στρατιωτικὸν, uel ex eadem pennarum ratione, hoc est διὰ τὴν ἐν τοῖς λόφοις πτέρωσιν. Sunt in Aegypto Sacerdotes sic quoque nuncupati.

¶ Plutus diuitiarum Deus, cur Cæcus effingatur. Herodis Sophistæ munifica, & proinde mirabilis natura. Chalcidissare. Auaritię improbatio. Aloadę q dicant. Cap. XXIII.

P Luton esse diuitiarum deum, & quidem cæcum, neminem puto, qui nesciat, Cui saltem eius nominis Comœdia apud Aristophanem non sit incognita. Plutarchus uero Auctor est, emanasse celebratum illud, in una omnium, quę sub Sole sunt, Vrbium Sparta seruari diuitiarum Deum & cæcum, & iacentem, ut picturam inanimatam, ac immobilem. Quod ibi uictus facilitate, & communi cœnandi instituto efficeretur, Ne furto diuitiæ conciliarentur, uel potius, ut ait Theophrastus, honori haberentur. Nam ut taceam, quod prudenter Seneca inquit, multum esse, Diuitiarum contubernio non corrumpi, & affluentibus hinc inde diuitiis, uitiorum fomitibus, animum seruare inconcussum. Certe, ut Philostratus inquit, non sunt tractabiles diuitiæ, debent'q; inter ardua, & difficillima quæq; connumerari. Qui enim diuitiis, ut sic dicam, inebriantur, non desinunt subinde iniurios se præbere. Et in magna, ampla'q; Fortunæ laxitate cæcutiunt. Quod si opulentiæ adhiberetur utendi ratio, reciperet iam uidendi usum Plutos. Quod Sophistę Herodi factitatum, scimus. Apud quem minime luminibus captus diuertisse uidetur is Deus, quando bonorum affluentiam ad liberalitatis usum contulit. Quod sciret τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν εἶναι πόσης κακίας, idest Auaritiã esse totius uitiositatis Metropolin. Quæ res illi, ut taceã, quod eum Rufus Perinthius Græcorum nuncupabat Linguam, & Orationis Regem, immortalem apud Posteros gloriam comparauit. Amicos siquidem ampliter confouebat. Ciuitates, Gentes'q; inopia adobrutas subleuabat. Erat enim hic Thesaurus illi accuratissimus, multis bona sua impertiri. Addebat'q;, congruere imprimis non abutenti diuitiis, Indi gentibus opem ferre, ut desinant indigere. non indigentibus item, ne forte quandoq; indigeant. Inconsultum uero diuitem, ac sordidum, cumulandis'q; pecuniis immorientem, esse mortuum prædicabat Pluton. Thesauros porro, in quos nullo fine congerantur opes, Pluti Carceres uocabat. Eos, qui sepositam pecuniam uice numinis colerent, Aloadas esse dicebat. Qui cum in uincula Martem coniecissent, eidem mox rem diuinam obire perexerunt. Postremo elegans est apud Græcos uerbum χαλκιδίζειν, idest Chalcidissare, quod signat auidius pecuniæ inuigilare, quoniam eiusmodi fuisse Chalcidenses feruntur.

¶ Diuitiarum usum quem esse deceat. De M. Antonio, Ptolemæo, Bione. Diuitiarum genera duo. Caput XXIIII.

E T Græcus quidem hic recte admodum, & synceriter, ex'q; mortalium usu imprimis. Sed & apud Rhabirium Poetam M. Antonius persancte, cum Fortunam suam ad alios emigrantem ingemisceret, Hoc habeo, quodcunq; dedi. Illud inquit Seneca, quod suspicis, quo te diuitem quoque, ac potentem putas, quandiu possides, sub nomine sordido iacet, cum donasti, beneficium est. Propterea Notissimus Poeta,

Extra Fortunam est, quicquid donatur amicis.
Quas dederis, solas semper habebis opes.

Diuitias ueras docet Aristoteles dici eas, quæ necessaria uitæ suggerunt, & utilia ad Ciuitatis, & domus societatem. Iis siquidem sufficimus ad bene uiuendum. Esse diuitias non ueras, quarum acquisitionem χρηματιστικὴν nuncupant, idest pecuniariam. Hæ uero dicuntur infinitæ, nec uerę, quoniã appetitum nõ explent. de quis item intellexisse Solon uidet', Sicuti cõmeminit etiam in libro περὶ φιλοπλουτίας Plut. πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισι κεῖται. hoc est, Diuitiarũ nullus est prostitutus finis hominibus. Nã diuitię, quę necessa-

riis rebus constant, finitæ sunt. Extant autem Organa Oeconomici, & Politici. Iis enim utuntur ad domus, & Ciuitatis administrationem. Diuitias ueras ex naturæ fontibus principia ducere, palàm est, Alteras uero minime. Adhæc autem Epicuri illud spectare, Non latere arbitror, Si ad naturam uiues nunquam eris pauper, Si ad opinionem, nunquam diues. Exiguum Natura desyderat, Opinio immensum. Etenim sicuti prudentissime Seneca scribit, Congeratur in te, quicquid multi Locupletes possederunt. Vltra priuatum pecuniæ modum Fortuna te prouehat, auro tegat, purpura uestiat, & eo' delitiarum, opum'q; perducat, ut terram marmoribus abscondas, & non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias. Accedant Statuæ, ac picturæ, & quicquid ars ulla luxuriæ elaborauit. Maiora cupere ab his disces. Naturalia desyderia finita sunt. Ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, non habent, Nullus enim terminus falso est. Plato autem de legibus quinto, Diuites ualde, simul'q; probos esse, arbitratur impossibile, propterea'q;, nec felices. Et mox Pecuniarum inquit, cura ultimum honoris teneat locum. Hinc illud Ptolemæi laudatur eximie, Qui apud amicos cœnitare assuetus, sæpe etiam dormire, si quandoq; illis reponeret, Vasa commodo ab eisdem summere non uerebatur, Stragula item, ac id genus alia plura, quod ipse in domestica supellectile nil admodum præter necessaria haberet. ἀλλὰ τοῦ πλουτεῖν ἔλεγε τὸ πλουτίζειν εἶναι βασιλικώτερον. Nam ditare, quàm ditari magis uideri regium, asseuerabat. Quid, quod immodicæ diuitiæ, sicuti docuit Apuleius, uelut ingentia, & enormia gubernacula facilius mergunt, quàm regunt, quod habeant irritam copiam, noxiam nimietatem. Denique is plurimum habet, qui minimum desyderat. Quippe Animus est, qui diuites facit. Pecunia ad Animum nihil pertinet. Aurum, Argentum, magni, leuati'q; mensarum Orbes terrena sunt pondera, quæ amare nequit syncerus, ac sui memor Animus. Rem familiarem largam, & uberem populo elargitus est Crates. Diogeni, & Antistheni pera fuit, & Baculus, quod Regibus Diadema. Proinde iucundum Bionis illud, Qui cum apud Theognin legisset,

Γᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὐτέτι εἰπεῖν,
Οὐ θ' ἕρξαι δύναται, γλῶσσα δὲ οἱ δέδεται.

Paupertate quisquis premitur, nec dicere,
Nec facere quippiam ualet. obligata siquidem lingua illi est.

Quo inquit, pacto ipse inops tantum nugaris, deblateras'q; aduersum nos? Diogenes Diuitem indoctum esse Ouem asseuerabat uellere aurato. Cæterum in hoc usu scitissimum est illud Oratii ex Epistola ultima.

Quid Vici prosunt, aut horrea? Quid'ue Calabris
Saltibus adiecti Lucani? Si metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?

¶ Carthaginiensium, & Homeri sententia de Diuitiis. Eulogiæ quid. εὐοῖ. Eua mons. De Solone. Themistocle. Timotheo. Pelopida. Item de Pluto Cæco, & Phryne. Aphnii sacellum. Thesaurum recondendis pecuniis structum a' Minya primum. Tirynthi mœnia. In Adulteros Lex prima. Caput XXV.

Arthaginienses uero, ut docuit Aristoteles, non optimos solum, Sed & ditissimos censebant Magistratibus admouendos, ueluti arbitrarentur impossibile, Eum, qui egestate premeretur, recte, synceriter'q; magistratum gerere, aut quietem optare. Diuitias porro' esse Deorum donum Homerus canit.

Καὶ θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων, & rursus

Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι.

Sed & Solon diuitias inquit, habere quidem cupio, per iniuriam uero consequi nolim, subsequitur. n. mox suppliciũ. Inter L. Metelli felicitatis argumẽta id recenset', Pecuniã magnã bono modo inuenisse. Insulas collustrãs Themistocles pecuniã hinc inde corrogabat. Adiit & Andrios, urgẽs'q; infestius duos inqt, ad Vos afferro Deos, Vim, & Suasionẽ. At illi nec minus festiue, Duos quoq; apud se, & magnos qdẽ residere Deos, intulere, Pauptatẽ, et Impossibilitatem, Qui numos illi erogari, ꝓhiberent. Succurrit & in mẽtione ista lepida eqdẽ,

nec inutilis

nec inutilis hiſtoria ſuper Citharœdo Timotheo. Agebat is apud Archelaum, Sed cum ſpe aliquanto parcius ab eo donaretur, non deſinebat illum laceſſere. Quin ſuccinens quandoq; Commation illud, σὺ δὲ τὸν γηγενέταν ἄρ᾽ γρον αἰνεῖς, Tu autem terræ filium Argentum laudas? Intendebat in Archelaum. At is feſtiuiter, σὺ δὲ αἰτεῖς; Tu autem petis? Nec minus ſcitu iucundum id eſt, Eulogias dici munera, quæ Prælatis offerant ſubditi, & quæ ſacra petentes concilia deferant Præſbyteri. Dicuntur uero Eulogiæ, uelut benedictiones plane ſint. βοῦς autem obiter Vox Bacchantium eſt, unde Eua Meſſeniorum mons eſt nuncupatus. Pelopidam uero ſcribunt Eruditi, Cum ab Amicis incuſaretur, quod pecuniæ cogendæ, rei imprimis neceſſariæ, parum curioſus foret, Per Iouem reſpondiſſe, neceſſariæ, Sed Nicomedi huic. Erat Nicomedes claudus, ac mutilus. Illud poſtmodũ adiiciamus, quod non ingratum in Sympoſiacis refert Plutarchus. Vbi diuites inceſſit Domicilia comparantes triancontaclina, & eo etiamnum ampliora. Horum inquit Conuiuia Panagyriarcho uerius, quàm Sympoſiarcho indigere uidentur. Plutum enim arbitrantur Aplutũ, ac Cæcum uere καὶ ἀδιέξοδον, ideſt citra decurſum, ni teſtes ſortiatur plures, Sicuti Tragœdia Spectatores. Nam & nobile ſcortum Phryne, atque eo nomine prædiues, mœnia Thebana ſubſtructuram ſe, pollicita eſt, modo aſcribi paterentur Ciues, ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ φρύνη, ideſt Euertit Alexander quidem, Sed reſtituit Phryne. Illud uero non inſuper habendum, in Tegeatum agro eſſe Montem Creſium nomine, ideſt κρήσιον, in quo fuerit Aphnii Sacellum. Nam ubi cum Aerope congreſſus eſt Mars, ueluti me morãt Tegeatæ, Natus inde Aphnius Matri nihilominus inhæſit, partui quãuis immortuæ, ac ex uberibus ui numinis paterni multum, copioſum'q; Lac ſuxit. Qua ratione in Deos tralatus Aphnios, ideſt Diues, fertur nuncupatus. Theſaurum recondendis pecuniis, Hominum primus ſtruxiſſe Minyas traditur. Fuit hic Chryſæ filius ex Chryſogenia nati, & Neptuno, A'quo nuncupatos ferunt Minyas, Quibus imperitarit. Hic præterea Minyas diuitiis creditur cunctos anteiſſe Mortales. Miratur Pauſanias, in Celebrandis Pyramidibus Græcos hiſtoricos multum operæ impẽdiſſe, Theſauri huius præcipue memoria digni, nullam prorſum feciſſe mentionem. Sicuti nec Mœnium apud Tirynthum. Minyæ filius Orchomenus fuit, unde Orchomenii nuncupati. Ad eum Vir Argiuus uenit Hyettus poſt Moluri cædem, in Vxoris adulterio deprehenſi. Is ab Orchomeno Regionis parte accepta, Omnium primus in adulteros Legem ſanxit. Quam poſtea ſit imitatus Draco Athenis.

¶ Lapidem Leſbium in funeſtas admitti domos ſolitũ, de Herode, ac Lucio, item Marco Imperatore. Caput XXVI.

1 Eſbium lapidem eſſe ſubtriſti aſpectu accepimus, ac nigricante, quo nomine in funeſtas quandoq; ueniſſe domos, ex Philoſtrati quoque hiſtoria comdiſcimus. Ab eo nanq; proditum eſt, Herodem Sophiſten, diuitiis perilluſtrem, ex luctu forma domus ſubmutata, parietum ornamenta florida tum uelis nigricantibus, tum lapide Leſbio induxiſſe, ex quo emerſit facetiſſimũ Scomma Lucii cuiuſdam, Sapientis quidem Viri, Sed Herodi etiam perſamiliaris. Is ergo Pueros conſpicatus Rhaphanidas, hoc eſt radices ſic Græcis nuncupatas perluere, quæſiuit, cuius nam foret ea cœna. Audiens uero, Herodi eam parari. Atqui inqt, Rhegillæ Herodes iniurius eſt, qui alba ueſcatur rhaphanide in funeſta, & pullata domo. Quæ illi renuntiata eatenus inſederunt, ut mox domeſticas tenebras, & parietum, ut ſic dicam, nubila diſcuteret, ne ludibrio ſtudioſis, & magnis Viris fieret. Fuit alioqui Lucius is naturæ, ut uidetur, paulo mordacioris, ac liuidæ. Marcus Romanorum Imperator Sextio Philoſopho utebatur familiarius ex Bœotia. Inuiſebat perſæpe illius domum. Romam nuper uenerat Lucius hic. Ex occurſu inſtitit ſcitari, quonam, aut cur pergeret. Reſpondit Imperator, καλὸν καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. pulchrum etiam Seneſcenti diſcere. Peto Philoſophum Sextium percepturus, quæ necdum edidici. Tunc Lucius prolata in Cælum manu, ὦ Iupiter ait, Romanorum Imperator, iam appetente Senio, geſtans librum, qui pueris mos eſt, Præceptorem adit. At meus Imperator Alexander annum ſecundum & tricesimum agens mortuus eſt.

¶ Nobilitatem in Aſtragalis geſtare, quid. De Herode item. Aſtragalus quid, & Aſtragaliſis. De Talorum figuris, aut numeris. Diagrammiſmus. Grammæ, ſeu Lineæ. Cuborum inuentor. Caput XXVII.

Nobilitatem in aſtragalis habere, ex Adagio uidetur recte dici de eo, Qui generis præſtantia tumens, nulla ipſe propria nititur uirtute, cum præſtet tamen ingenium excoluiſſe, in quo uera ſunt Stemmata, & genuina hominis excellẽtia, Sicuti a' Platone ſummo Philoſopho comprobatum, ſcimus. Nam in pedibus nobilitatis inſignia, ſi aliud adſit nihil, geſtare, odioſa tantum eſt, & inanis oſtentatio. Nec eiuſmodi hominem ab Imagine, quam ſcientiſſimus Artifex concinne, uel, ut Græce dicam, γραφικωτάτως expinxerit, magnopere diſtingui, cenſendũ eſt. Propterea prudenter admodum Socrates ille in Apuleii floridis, cum Adoleſcẽtem uidiſſet diu tule tacentem, Dic aliquid inquit, Adoleſcens, ut te uideam. Sic enim hominem uoce, uti fiſglinum ſono pernoſcimus. Quod Platonem quoq; dicere ſolitum, ferunt. Sed ad prouerbiũ redeo, Cuius ex hiſtoria ratio eſt. Erat Herodi Sophiſtæ, Cuius facta nobis mentio eſt, Rhegilla Vxor nomine. Eam ob peccatum haud ita momenti magni, iuſſit a' Liberto Alcimedonte cædi. Forte tunc geſtabat utero, agebatur q; a' conceptu menſis iam octauus. Igitur hominis imprudentia ingeſtis in Ventrem plagis, non ferens mulier iniuriæ uim, immaturo partu, naturæ cõceſſit. Eo nomine poſtulatur cædis Herodes apud Romanum Senatum ab Vxoris Fratre. Nomen Viro Bradeas fuit. Is maiorum claritate longe princeps eſſe, nec minor nobilitatis oſtentator. Argumentum generis erat in Calceis Epiſphyrion menoides eburneum. Id ſignificat fibulam corniculantem, qualis ferme' figura in Luna eſt, cum tenuem uiſitationem facit, uel etiam paulum craſſeſcit. Prodiens igitur is paratu magno ad peragendum Reum, de Cauſa quidem pauca ferè, aut nihil, In laudibus uero propriis etiam nimius, immo uero totus. Cum multa iam de familia perilluſtri emugiiſſet homo imperitus, Scommate illum excepit Herodes, tu inquiẽs in Aſtragalis nobilitatem geſtitas. Eſt autem Aſtragalus latine Talus. Plinius de Polycleto. Fecit & talis nudos ludentes, Qui uocantur Aſtragalizontes. Et ſunt in Titi Imperatoris atrio, quo opere nullum abſolutius, pleriq; iudicant. Dicuntur & Aſtriæ, Sed a' Poetis tantum, ut Scribit Pollux, Sicuti Ariſtophanes etiã Aſtrichos uocauit. Sunt & in Columnarum Spiris partes dictæ Aſtragali. Sicut Torus, atq; item Scotia, ſeu Trochilus, Et Supercilium, necnon Plinthus. Dignum relatu, quod in Ariſtotelis primo Rhetorico enotauimus, talorum ludum dici Aſtragaliſin, Sicuti etiam Sphæriſin pilæ nuncupat ludum. Sed & Cybian, & Pettian, ideſt κυβείαν καὶ πεττείαν. Ἀστραγίζειν eſt talis ludere apud Callimachum, ut probat etiam Auctor Euſtathius. In ludendo autem Teſſeris utebantur tribus, Talis uero quatuor. Id quod in diuinationibus Cicero commonuit, & ex ea obſeruatione Val. Martialis.

Non ſum talorum numero par teſſera, cum ſit
Maior quàm talis, Alea ſæpe mihi.

Nec illud indignum ſcitu, in Talo figuras in cadẽdo uicem habuiſſe numeri. Monada enim ſignificans uocabatur κύων, ideſt Canis. Canicula uero & a' Perſio dicta.

Scire erat in uoto damnoſa canicula quantum
Raderet. Propertius autem Canes nuncupauit eo uerſiculo,
Semper damnoſi ſubſiluere Canes.

Hic iactus etiam Chios dicebatur. Cous uero, qui & Hexites, Senio eſt. Binarius, & Quinarius numerus in talis non erat, ut in Cubis, hoc eſt Teſſeris. Quin & in Talario ludo numerus quidam Steſichorius dicebatur, qui non alius erat, quàm Octonarius, quoniã eius Poetæ Conditoriũ magnifico extructum impendio, ex octonis, ut Pollux inquit, cõſtabat omnibus, angulis uidelicet, Columnis, Gradibus. Fuit in Himera Siciliæ ciuitate, Alii in Catana ſcribunt. Euripides uero numerum continebat quadragenarium. Quoniam uidetur unus fuiſſe Euripides præfectorum quadraginta, poſt XXX. Tyrãnos Athenis exactos. Fuit uero in Teſſerario ludo Midas iactus, & quidem fortũatiſſimus. Teſſerarii ludi ſpecies fuit Veteribus Diagrãmiſmus a' uerbo γραμμίζειν, adhibebant', ut inqt Euſtathius calculi ſexaginta tum albi, tũ nigri. Meminit Philemõ, μεθύει, διαγραμμίζει, κυβίνει. Sed ludũ hũc Grãmas item dicũt,

item dicunt, ideſt Lineas. Cubicum luſum a' Palamede inuentum, Pauſanias ſcribit.

¶ Cur Lunulas geſtarint in calceis Romani ueteres. Nobilitatem nil prodeſſe, ni adſit Virtutis meditatio. Terræ filii qui dicantur. Caput XXVIII.

Pud Romanos, auctor Plutarchus eſt, omnes, qui nobilitate præſtarent, Lunulas in Calceis ſolitos geſtare, unde & Lunata pellis Martiali, & apud
a Satyricum Poetam,
Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit Alutæ.
In id argumentum ratiões afferuntur plures, Illa interim arriſit plurimum. Etenim huic inſtituto affuiſſe uideri poteſt nobile antiquitatis documentum, tacitis uelut ambagibus commonentis, non inſoleſcendum, nec proſperiore ſucceſſu efferendos animos, inconſtantiæ rerum ſemper memores, qua humana conflictantur. Cui argumentum præbeat Luna, Quæ primo quidem ex obſcuro prodeat, Mox ſplendido refulgens nitore uiſenda conſurgat facie. Sed cum iam clariſſimam præferat Candoris ſpeciem, rurſum conſeneſcens defloreſcit. Donec ratione quadam reciproca in nihilum denuo redeat. Cæterum ab inſtituto non alienum omnino, & ad uitæ mores eximie pertinens, quod Lycurgum prædicare ſolitum accepimus, Qui Ciuibus ſuis identidem comprobare adnitebatur, nil profuturam illis nobilitatem, & quod ab Hercule uiderentur propagati, niſi ea facerent, meditarentur q̃, quibus ille hominum ſummus euaſiſſet, Catulorum etiam argumento, quos eiſdem prognatos Parentibus educationis diſſimilitudine moribus etiam longe diuerſis oſtentabat, Cum Lucernarius foret unus, alter Venaticus, & qui generoſos Spiritus alunt, laboribus innutritus. In hac uero nobilitatis mentione, adieciſſe ſuperpondii quippiam, non fuerit oneroſum, opinor, eo quidem amplius, quod multi nominis Viri, ac primæ quodammodo notæ non omnino doctis auribus paria feciſſe uidentur, dum Terræ filios pro ignobilibus aſſeueranter exponunt, & prædicant. Quando uel una Fabii reuincantur auctoritate ex Oratoriarum Inſtitutionum libro tertio, Multum inquit, Auctoritatis affert uetuſtas, Vt iis, qui terra dicuntur orti. Quod uero ex Iuuenale affertur,
Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe Gygantis,
Potes ad Pygmæos referre, qui & ipſi terra editi ferantur, quod indicat Philoſtratus in Imaginibus, In Herculis mentione, abs quo perempto Antæo, conſilio inito, aduerſus Herculem irruiſſe Pygmæi tradũtur, fratris mortem ulturi. Antæus quippe Terra natus memoratur. Quia uero ex Quintiliani uerbis Terra orti uidentur dici, quorum genus aboleuit uetuſtas, inde Lux Ouidio infertur Metamorphoſeos primo.
Iupiter e' terra genitam mentitur, ut Auctor
Deſinat inquiri. Scribit in Apologetico Florens Septimius, Terræ filios dictitari uulgo, quorum ſit incertum genus. Sicuti Ignotos item, aut ex inopinato apparentes de Cælo ſuperueniſſe, dicunt. Sedenim Cælum, & Terram, inquit Matrem, ac Patrem honoris gratia, uenerationis q̃ recte appellarit unuſquiſque. Sunt qui terræ filios ſæuos dici, ac immanes homines putent, Quando & Callimachus immanitate, ac truculentia præſignes feras terra prognatas intelligi uoluit. Legimus porro', quod ab Inſtiſtuto diſſitum non eſt, Præſtantiſſimos Virtute, Prudentia, Viribus Iouis filios a' Poetis dici conſueſſe, Sicuti ab omni ſeiunctos humanitate, uelut marinis editos fluctibus, Neptuno fuiſſe adoptatos. Scribit tamen Cæcilius Minutianus Apuleius, in libro de Orthographia, Ignobiles, ac quorum ignoretur genus, Terræ filios a' Cicerone, & aliis nuncupari.

¶ Vocabula plura de rebus conformata, quę geſtantur. Item ad id pertinentia alia. De Hypomochlio, Vecte ferreo, & Lingula, Sera. Vectiarius quid, & Mochlos, Mochlia, Exholcyſmus. Phragma. Caput XXIX.

Erſabamus nuper Theſauros Iulii Pollucis, ex iis ueluti cella quadam proma, hæc deprompſimus, quibus Grãmaticorum ſupellex inſtructior fiat. Hy
u drophoros dici, qui aquam ſubuehant. Xylophoros, qui ligna. Hylophoros,

qui materiem. Plinthophoros, qui Lateres. Pelophoros, qui cœnum, aut etiam uinum. Phryganophoros, qui farmenta. Positum id nomen in quadam Lysiæ Epistola. Apud quem est & Xylophoria. Ex eadem sunt forma, Coprophori, qui fimum, aut stercus ferunt. Nam Comicus Plato Ventrem Copragogum dixit. Sunt & qui umbellam gestitent Sciadephori. Sicut Lampadophori, qui faces. Phalangas dicunt, quibus Baiuli ferendis utantur Oneribus. Ea Plato, ut idem auctor est Pollux, ἐν οἷς ἡαλουμένῳ Sceuophoria nuncupat. A Phalangis certe Phalangarios appellari, animaduertimus, Quos esse quandoq; Hexaphoros, Interdum Tetraphoros tradunt, quod Architectonicæ decimo repetit Vitruius. Vectis autem ferreus dicitur, quo Onus alioqui uel multis immobile manibus, unius pressione hominis protollitur. Quod Vecti subiicitur, Hypomochlion ab Aristotele dicitur in Mechanicis. Corrupte apud Vitruuium legitur Hypomodion. Pars Vectis, quæ onus subit, & Hypomochlio incumbit, Lingula uocatur. Dici Hypomochliō uidetur ex ὑπὸ Græca præpositione, sub nobis significante, & μόχλος, quæ Vox indicat planè Vectem, quo utuntur plerunq; parietum perfossores. Inueni, qui Seram quoque nuncupent Organum, quo ad aliquid mouēdum utamur. A Vecte inflectitur Vectiarius apud Vitruuium. Ipsum inquit, Torcular si non Cocleis torquetur, Sed uectibus, & pręlo premitur, quadraginta pedum longitudine ꝓstituatur, Vt sit Vectiariis spatium expeditum. Sceuophora item a Græcis uocantur, quæ latina historia Impedimenta dicere consueuit. Baiulorum merces Comistrum appellatur, & Phoretrum, etiam Phorion. Sunt & Clitellæ Ephippia quædam, quæ Iumentis imponuntur Dossuariis ad onera commodius gestanda, Vulgus, detorto a Græcis uocabulo, Bastos nuncupat, nam βαστάζοντας pro Baiulis dici ab illis, aliubi hoc opere adnotatum, non excidit. Quoniam uero de Mochlo facta mentio est, Sciendum, dici a Galeno Mochliam ossis tralationem ex eo, quod est præter naturam in id, quod ex natura est. Sicut Exholcysmus est Ossis tralatio ex superficie in profundum. At Phragma, ex profundo in superficiem.

¶ Inuidiæ detestatio. Quid Inuidia. Prouerbium, Aegyptio Scytha non inuidet. βασκανία ridicula. Caput XXX.

Inuidia nullum esse pernicioſius crimen humanis ingenitum mentibus, a magnis proditum Auctoribus, scimus, Sed Basilio imprimis. Hoc uero etiamsi Inuidioso minimum infert molestiæ, Præcipuum tamen, & intestinū inuidi malum est. Nam sicuti rubigo ferrum. Ita Inuidia animum hominis, ubi insita est, consumit, ut dicere solebat Antisthenes. Et uerius, ut Viperas tradunt aliqui, Ventre, in quo genitæ sunt, corroso, nasci, eodem modo Liuor oppressum exedit Animum. Propterea & Q. Curtius Inuidos homines nil esse aliud scribit, quam ipsorum tormenta. Est enim Inuidia ex proximi commodo proueniens dolor, Originem ex Superbia ducens, sicuti interpretatur Augustinus. Ea uero est propriæ amor excellentiæ, unde huic affectioni fomenta suggeruntur. Sed illud in hac peste prorsus pestilentissimum, quod liuidus mentis æstuationem grauius distrahentem nemini audeat omnino aperire. Sed defixus hærens uno obtutu, ut Virgiliano abutamur uersiculo, non uellicatur modo, Sed lancinatur, ac demum excarnificatus tantæ solicitudinis rationem comprimit, credo, diuino iudicio protinus irrogante supplicium. Ita enim intolerabilius uritur, dum fateri erubescit, Inuidiæ se stimulis exagitari, Secundis a mici rebus ingemiscere, fratris Fortunam uideri nimiam. Est enim huius mali proprium, ut Gentilis sui unusquisque æmulus sit. Verum ex gentilibus quoque ne ignotis quidem inuidet aliquis, At notioribus tantum, uicinis q̄, Aut eodem quæstu, Alia'ue similitudine coniunctis, ut Coætaneis, Propinquis, Fratribus. Et sicuti ærugo præcipua est frumenti calamitas, Ita Inuidia intestinus etiam Amicitiæ morbus. Inter hos furor hic execrabilis sæuit, & debacchatur. Inde datus apud Eruditos prouerbio locus, Aegyptio Scytha non inuidet. Quando in dissimiles, & quos nunquam nouerimus, non exeritur uirulenta rabies. Quæ apud quosdam adeo uidetur abominanda, adeo nulla prorsum ratione ferenda, ut Inuidos

uidos putent etiam ſolo aſpectu nocere, ut bonæ etiamnum habitudinis corpora, quibus illi inuideant, extinguãtur, aut eorum relangueſcat nitor, & omnis ꝓflacceſcat gratia. Perinde ac pernicioſa mali uis, & radius peſtifer ab oculis profluat, quo mortale corpus inficiatur ac grauius oblædatur, uel uſque in tabem. Adeo naturæ gignere in toto corpore, & quorũdam oculis quoq; uenena placuit, nequid uſquam mali eſſet, ut inquit Plinius, quod in homine non reperiretur. Quanquam non me fallit, eiuſmodi ſententiam a' grauiſſimis uulgarem putari, & anicularum fabulis perſimilem. Cæterum ſcire conuenit, Aliud plerunque Chriſtianæ ueritatis aſſertores ſtatuere, quàm a' priſcis Viris proditum ſit. Ego uero, quantum ad doctrinam pertinet, quam hiſce libellis inſpergimus, plurimum Veteres conſector Nullius addictus iurare in Verba magiſtri,

Quo me cunque tulit tempeſtas, deferor hoſpes.

Sed redeo ad Inuidos, Quorum inauſpicata, infelix q; natura, Sicuti Plut. ſenſit, & docuit, Optimum quẽq; uirulentia ſua infectatur, Sed imprimis, quem ſummo niſu ad Virtutem ſe proripientem intueatur. Quo nomine Themiſtoclem ferunt, cum etiamnum adoleſcens foret, nihil ſplendidum a' ſe fieri, inde coniectare ſolitum, quod inuidos adhuc nactus non foret. Etenim quemadmodum Cantharides lætioribus frumẽtis, & uiridioribus innaſcunt roſis, Sic & Inuidia eos arrodit præcipue, qui boni ſunt, qui q; ad gloriam Virtutis craſſantur uia. Obſeruatum tamen, Felicitatis magnitudinem, ac Splendorem ſæpenumero Inuidiæ uirus retundere, atque interextinguere. Neque enim credibile eſt, Alexandro, aut Cyro inuidiſſe quempiam imperitantibus iam, & cunctorum dominis. Sed ut Sol eius umbrã, ſupra cuius caput aſtiterit ſuis aſpergens radiis, aut prorſus extinguit, aut longe minorem reddit, Ita & Felicitas, cum magnam nacta altitudinem fuerit, & ſupra Inuidiæ caput aſtiterit, ſplendorem q; inſperſerit ſuum, eam attenuat, expellit q;. Sed nec miſeris inuidet aliquis. Vnde præclare a' Sophiſte dictum accepimus, Inuidos homines libenter commiſereri. Sciendum præterea, Inuidiam duntaxat eſſe hominis, & aduerſus hominem. Neq; enim inter feras inuidia fuerit, Vt quibus nullum ſit de felicitate alterius iudicium, neque gloria titillentur, aut dedecore moueantur, quibus rebus incrementa inuidiæ ſubiici, palàm eſt. Sunt qui Oculorum affectioni liuorem perſimilem faciant, & rectiſſime quidem. Illi quippe lumen clarius ferre nequeunt, & ad omnem ſplendorem caligant, Quod eſt item Inuidię proprium. Cuiuſmodi uero ſint Inuidiæ faces, graphice Ouidius exprimit illis uerſibus,

Pallor in ore ſedet, Macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle uirent, lingua eſt ſuffuſa ueneno.
Riſus abeſt, niſi quem uiſi fecere dolores.

Dignum ſcitu illud in hac mentione, Veteres ferrarios fabros ante fornaculam ſolitos Ridicularia quæpiam appendere, Inuidiæ auertendæ gratia. Ea uero dicebantur Baſcania.

¶ Quem Aegyptium Sophiſten intelligamus. De q; Proteo allegorice pluſcula. Caput XXXI.

a Aegyptium Sophiſtam ex prouerbio adnotauimus poſſe dici de eo, qui ſuſpẽſas habeat uitæ rationes, ſemper q; aliunde pendeat, hoc eſt ex aſtantium iudicio. Nam, ſicuti a' doctiſſimis traditum ſcimus, Nihil omnium eſt, quod fugere Sapiens æque debeat, quàm ad oſtentationem uiuere, ac populares curas ſequi. Quod pleroſque omnes Philoſophiæ ſectatores feciſſe, Hieronymus adeo uidetur comprobaſſe, ut illos gloriæ Animalia nũcuparit, & auræ popularis uilia mancipia. Vera autem ratio eatenus uitæ dux eſt habenda, ut, etiam ſi uniuerſi reclament homines, nil eorum mutetur, quæ recte ſemel fuerint inſtituta, etiam ſi infamiam, uel pericula pro recte factis ſubire, dimicare q; pro aris, focis q;, neceſſe ſit. Qui uero imbutus, innutritus q; ſecus eſt, nil ab eo differt, quem Aegyptium appellauimus Sophiſtam, Qui arbor fiebat, & aqua, & fera, & poſtremo quicquid collibuiſſet, Siquidem Iuſtitiam laudibus effere, modo id ex animo audientium eſſe, intelligat. Quandoq; uero ratione eadem uitupe rare itidem permittet ſibi, modo Auditori (etiamſi turpiter) arridere iniurias animaduer-

tat. Atque, quod Assentatorum est proprium, ut Polypus ad speciem Subiecti soli colorem permutat, ita & ipse ad uoluptatem audientium sententiam nunc hoc, nunc illo dictabit modo. Sophisten uero hunc Proteum intelligunt Auctores magni, Sicuti Hydram Plato, & repetit Eusebius, Callidissimum item fuisse generis eius hominem. Sunt qui putent Proteum esse Veritatem ipsam, quæ quia latet, ac alta premitur rerum caligine, ideo traditum a' Mythicis, Senem Proteum in antro obdormiscere. Porro' ipse hic in uarias transit effigies, &, ut Poeta omnium maximus scienter canit,

Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignem'q; horribilem'q; feram, fluuium'q; liquentem.

Siquidem dum ratione ducitur Ingenium ad Veritatis indaginem, Variæ tunc cooriuntur rerum formæ, Quæ Veritatis speciem ostentantes, animis nostris fallaciarum nubila obiectant. Multa enim putamus uera, ac bona, quæ non sunt. Itaq; Protei conformatio imaginum falsarum rationem cõtinet, quibus deludimur. Sunt enim qui in Voluptate summum statuant bonum. Hanc per Suem exprimi concipimus. Alius expleſſe iram, crudelitatis conceptaculum, inter optanda maxime opinatur. Tunc in Tigridem demutatio recognoscitur. Draco autem eorum nobis errores innuit, qui terrena pulchritudine felicitatem metiuntur. Inuenias, qui ambitione, & superbia. Id exprimit Leo. Nam flamma etiam irę typum habet. Fluuii liquentis nomine intelligo eos, quorum sententia Animæ post mortem Corpoream tribuit nihil. Sed uita hac fluxa, & inconstanti, qua singulis momentis in decliue, hoc est ad interitum ducimur euidentissimum, totum metiuntur hominem. Verum quo plures ingerunt se nobis obices, eo instandum acrius, & toto, ut Græci dicunt, pede eatenus enitendum obnixius, donec suæ se figuræ reddat ambagiosus Proteus, ut Veritas demum illucescat. Quam magno, et excellenti ingenio Viri enixe perueſtigare adorti quidem sunt, Sed conatus omnium cessisse in irritum, res ipsæ perdocent, cederent'q; etiamnum, ni Saluator præpotens Christus ex sacris æterni Patris fontibus tanti arcani prompsisset oracula. Nec frustra a' M. Tullio nuncupatis expetitum uotis sciremus, ut tam facile posset uera inuenire, quàm falsa conuincere. De Proteo Herodotus item historia prima, & post eum alii quoq; plures.

¶ An credibile sit, Silentem Lunam aliquid in nos agere. Qui dicantur Icadistæ. Athenęi locus declaratur. Caput. XXXII.

q Væsitum a' doctioribus naturæ arcana rimantibus, tum ut sic perfectius ingenium expolirent, tum ut Posteris se uixisse testarentur, Sit'ne a' Luna defluus effectus aliquis, dum silet, dum'q; in coitu est, quando lumine nullo, aut sane' minimo, uirtute quoque esse prætenui, aut prorsum nulla, probabile uideatur. Certe si intimo non omnino exuitur splendore, quod alibi sentire Cleomedem, adstruximus. Defluere inde aliquid, consentaneum est. Inter Galeni tamen Placita reperimus, Lunam eo Schematismo, quod Interlunium appellamus, nil omnino suæ uirtutis affundere. Proinde apud eum consurgit mensis dierum numero sex & uiginti, addito etiamnum semisse. Tot enim diebus insigniter, nec uanum nobis Lumen insinuat, absumpto fere' triduo, dum Solis radios subit, donec in emersum properans, consuetum induat habitum. Dici tamen non improbe potest, Lunari ui tunc affici aliquo modo inferiora hæc, Quatenus dum agit nihil, subducta luminis potestate, nocumẽtum affert nonnullum, Quæ incrementum adepta adolescẽtiæ uim impertitur, largius alendo, ac succulentius amplexando. Postea uero quam de Luna satis multa ex diuerso congessimus, Farraginem, ut sic dicam, adiuuabit nostram illud quoque, si Epicureos docuerimus a' Græcis, & Athenæo præcipue Dipnosophistarum libro septimo, ἐικαδιστὰς, idest Icadistas nuncupari, Quoniam Icadas colerent, Quas intelligimus ferias Epicuri nomine institutas mensibus singulis uicesima Luna, qua natus credebatur Is, Quem superstitiose adeo uenerabantur, Vt Vultus gestarent per cubicula, circunferrent'q; secum. Immo uero, ut quinto de finibus Cicero scribit, non in annulis modo, Sed & in poculis haberent. Feriarum mentio quoque est libro operis eiusdem secundo.

Adulationis

¶ Adulationis malũ. Quid Cercopiſſare. Quæ Climacides. Adulatorum Appellatiões diuerſæ. Crocidiſſare qd. Carphologia. Tylæ. Crocylia. De Dionyſii Adulatoribus, & Antigoni. Adulatorũ cognomina plura. Colax unde, & item Cœlia. Clymenus pro Plutone.

Caput XXXIII.

Dulationem perpetuum eſſe malum Regum, quorum opes aſſentatio ſæpius, quàm hoſtis euerterit, Q. Curtius ſcribit. Abs quo proditum itẽ ſcimus,
a Id eſſe natiõis Siculæ uitium proprium, Germanum'q; Cynicum Diogenẽ ſcite admodum, & uere ſolitum dicere, accepimus, κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀποτελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας, ideſt præſtare ad Coruos redigi, quàm Adulatoribus exponi, quoniam illi Morticina modo conſectentur, hi etiamnũ uiuos, bonos'q; lania tu peſtifero excarnificare non deſinant. & Anaxilas dixit, Adulatores eſſe diuitum σκώληκας, ideſt Vermes. Monet Seneca, Adulatoribus non eſſe præbẽdum latus, qui artifices ſint ad captandos ſuperiores. Habere enim hoc in ſe naturale Blãditias, ut cum reiiciant', etiam placeant, Sæpe'q; excluſas nouiſſime recipi. Remedium tanti mali eſt, nolle laudari. Et alibi Seneca idem, Pro ſua quenq; portione adulatio ſatuat. Dicamus, Vos quidem dicitis me eſſe prudentem, Ego autem uideo, quàm multa inutilia concupiſcam, nocitura optem. Adulatorum porrò guttur dicitur in Pſalmo Sepulchrum patens. In præceptis Cĩilibus Plut. ſcribit, Demetrii Adulatores indignum putaſſe, quo illum opinor, arctius illaquearent, ac compeditum tenerent, Cęteris Regium nomen impertiri. Nam Seleucũ Elephantarchen nuncupabant. Lyſimachum uero Gazophylaca. At Ptolemæum Nauarchũ. Agathoclea Neſiarchen. Idem alibi Plut. Nil intentius cauendum, quàm Adulatores monet, Quoniam nullum ſit pernicioſius genus, quod'q; in præcipitium feſtinantius Iuuentutem agat. Quippe Parentes, ac Liberos radicitus exterunt. Relatu dignum eſt, κροκιδίζειν uerbum Adulatoribus congruere, Vbi ſubblandiendo floccos, pilos'q; ex Veſtibus legunt, Quos uocant Græci κροκίδας, Item γναφάλα, & τύλας. Ex quo elegantiſſime Galenus Phrenetios ſigna commoſtrans, eſſe in Iis inquit, ſtultam Manuum iactationem, καὶ κροκιδισμὸν, καὶ ἁρφολογίαν, ideſt Crocidiſmum, ac Carphologiam, ideſt feſtucarum collectionem. Crocylia uero Ciuitatis eſt nomen. Scribunt græci κερκωπίζειν eſſe adulatorum uerbum item proprium, tralatione tñ a' Brutis ducta, quæ caudã motantia, quam dicunt κέρκον, ſubblandiri aſſueuerint. Id uero noſtris literis Cercopiſſare dicetur recte. Fuiſſe Iuniori Dionyſio Adulatores legimus plures, quos etiam plerique Dionyſiocolacas nominant. Hi primum ſe non acute admodum uidere, aſſimulabant, quia ſic afficeretur Dionyſius. Expuenti quoq; faciem obiiciebant, quam is conſpueret, nec ſatis, Superfluitates oris collambebant etiam, quæ euomuiſſet, melle dulciora uideri, aſſeuerantes. At Apollophanes Antigoni adulator, Illius dicebat fortunam ἀλεξανδρίζειν. Sũt qui ex adulandi geſtu Adulatorem nunc Paranchoniſten, nunc Schematothecen nuncupent, quoniam ſit propemodum Proteus quidam. Pſomocolax legitur quandoq; in ueteribus libris. Eſſe is uidetur, qui panis, ac bucellæ gratia, quam uocant Pſomon, fuſim ablanditur. Qui uero etiam plagas pati poteſt, Pſomocolaphum opinor, recte dixeris. Nã & Colax indidem ſibi nomen uendicat, quoniam cibum etiam Colon uocent. unde & Bucolos. Quin Cœlia quoque, ideſt uenter hinc originem ducit. Cyprias uero mulieres aſſentandi artificio pernobiles, cum in Syriam tranſmiſiſſent, Climacidas legimus nuncupatas, quoniam acclinatæ currum inſcẽſuris Regum Vxoribus gradum ſtruerent, ac uelut Scalam arrigerent, quàm uocant Climaca. Eſt item Schema, quod dicunt Grammatici Climaca, & Climacotõ. Dicitur uero pulchritudinis Schema, panegyricis plurimũ orationibus accommodatum. Clymenum uero coli cum audis ab Ermionenſibus, non alium, Pauſania tradente, accipias, quàm Plutonem. Nam & inibi uiſebatur hiatus, per quẽ eduxiſſe Cerberum Hercules memoratur. Dici autem Clymenon interpretantur, ὅτι πάντας πρὸς καλεῖται ἐς ἑαυτὸν, quod ad ſe accerſat omnes. Vel κλυτὸν πάντων ἀκουόμενος, ideſt Quem audiunt omnes. Eſſe quoque Plutonem hunc, teſtatur Epigrãma de Orpheo concinnatum.

ὅς καὶ ἀμειλίχθιο βαρὺ κλυμένοιο νόημα
καὶ τὸν ἀμείλικτον θυμὸν ἔθελξε λύρᾳ.

¶ Vitæ diuturnioris, breuioris q; rationes ex Philosophorum Scholis, Item de ratione Maris, & Fœminæ in plantis, Atq; inibi Plinius illustratur. Caput XXXIIII.

1 Longioris, aut breuioris uitæ discrimina esse bifaria, proditum ab Eminētissimis est. Sunt enim Animalia quædam, quæ uitæ comperiuntur lōgioris p totā speciem, Sicut Homo, diutius enim uiuit hic, quàm Equus. Alia uero sunt, quæ inter se differunt. Nam inter homines sunt, quorum spatiosior uita est, quod ipsum duabus de causis contingere potest. Altera promitur ex complexionis ratione. Ex regionum diuersitate altera. Qui in regione agunt calida, & humida, uel temperata, procul dubio longiora sortiuntur uitæ spatia, sicuti Aristoteles arbitratur, quàm qui in frigida. Præterea, qui sanguinei sunt, annosiores degunt. Existunt .n. calidi, & humidi. Quibus uitam consistere maxime deprehenderunt Scientissimi. Melancholici uero ratione diuersa commoriuntur uelocius. Neq; credendum magnitudinē Corporis, uel paruitatem esse diuturnioris uitæ causam. Equus enim breuioris est uitæ, quàm Homo, & Insectorum multa sunt ἐπέτεια, hoc est annuum tantum tempus degentia. Neq; item Plantæ animalia exuperant uitæ longitudine, Quando inter ipsas annuæ sunt, pleræq;. Neq; item sanguine prædita superant exanguia, Quoniam Apes multa præcellunt, quę sanguinem habent. Nec rursus Exanguia Sanguineis diuturniora. Etenim, quæ Malaca uocantur, Epetia quidem sunt, Sed sine sanguine. Neq; in terra degentia iis, quæ in mari. Nam ex terrestribus multa uix annum implent. Et in mari quoq; pleraq; sunt uitæ breuioris. Nam mollioris, durioris q; testæ Animalia breue admodum durant tempus. Verum, ut ratio euidens proruatur effectus huius, Ita omnino coniectandū uidetur, Vt Veterum prætereamus sententiam, statuentium, fellis priuationem uideri longioris æui argumentum. Omne animal est calidum, & humidum, &, quod sit calidum, hinc peruincitur. Omne enim uiuens alimento indiget. Alimentum in principio contrarium est, in fine simile. Vnde necessarium uidetur, Id à principio aliquo intrinseco commutari. Hoc autem non aliud est, quàm calidum. Proinde omne uiuens caliditatem habet, Sed calidum sine humido nequit consistere. Hoc enim est proprium calidi subiectum. Propterea, quod uiuit, utrunq; habeat, necesse est. His enim Vita constat. Senectus uero, quæ corruptiōi proxima est, frigida est, ac sicca. Amplius uero corrupta iam, & mortua. Porrò quia Senescētia exiccantur assidue, ac necessario. Siquidem calidum assidue in humidum agit, ac diuexat illud, simul q; se ipsum. Nam humido corrupto per accidens, & ipsum flaccescat, necessum uidetur. Vitæ longioris causa agnoscitur prima. Si genuina humectatio talis fuerit, ut non facile arescat, exteratur q; ab intimo calore. Proinde pinguia longioris uitæ sunt. Nec facile computrescunt. Illud enim pinguedinis proprium, ut partes agglutinet, quia uiscidi habet multum. Et inde Aeris quoq; plurimum, pingue enim aereum est. Aer autem sic se habet ad aquam, & terram, ut Ignis ad omnia elementa. Qui illorum respectu imputrescibilis est. Itaq; & Aerem respectu aquæ, & terræ nescire putredinem, certum est. Deinde si humectum hoc non pingue solum, uerum cum calore compari fuerit copiosum, consequetur ratio secunda diuturnitatis uitæ. Nam si humidum proportionem non habet ad calidum, largitate sua, & redundantia illud præfocabit, uel ipsum concrescet. Propterea inqt Aristoteles, δύο γὰρ τὰ αἴτια, τόπε ποσὸν, καὶ τὸ ποιὸν, Idest duæ enim causæ sunt, quantum & quale, Quod est, multum esse quidem, Sed non extra proportionem. Qua ex causa inquit, Homo diuturnitate uiuendi multa præcedit animantia. Quibusdam uero animantibus humidum inest pingue, Indeq; duo proueniunt. Nam eiusmodi humectum non exicatur facile, quod iam diximus. Rursus nec facile frigescit, cum pingue Aereum sit. Aer uero calidus, quod uero calidum est, non fere concrescit, Immoq; nec pinguitudo. At in quibus fuerit aquaticum humidum, uitæ procul dubio sunt breuioris. Tale enim humectum crassius est, frigidius q;, Immoq; etiam concretioni obnoxiū. Cæterum ex iis, quæ iam nobis exposita sunt, euidentius illa pernoscuntur. Cum sit genitale Semen superfluitas digestionis tertiæ Etenim calidum percoquens plus sæpe digerit, quàm ad nutricationem uideatur necessarium, & augumentum, idq; Superfluum fit Semen, Quæ frequētius coeūt, breuioris sunt uitæ, & maturius Senectute conficiuntur. Nam cum superfluū eiusmodi in-

temperantia coitus egeſtum fuerit. Id demum emittitur humidum, qđ nutrimento deſtinatum à natura fuerat, Vnde exiccatio conſequit'. Inde fit, ut Muli equos exuperent uiuendi diuturnitate. Item'q uniuerſim Fœminæ Mares, quia plus hi egerãt urinæ genitalis, qđ & in Paſſeribus perſpicuum eſt. Alioq cũ ſit Mas calidior Fœmina, & uitam longiorẽ fortiri eum, non diſſimile ueri eſt. Quam rem & in Plantis intelligimus, etiã ſi improprie Maſculus, & Fœmina dicuntur in iis. Maſculus ſiquidẽ proprie eſt, qui in aliquo generare poteſt. Fœmella, in qua generari poteſt, Qua rõne Maſculus, & Fœmina eẽ in plantis nõ que unt. Ea tamen diſtinguunt' appellatiõe, qđ quædam illis inſint Maſculorum proprietates, & Fœminarũ. Nam quia Maſculus maioris eſt Virtutis, ut plurimũ, quàm Fœmina, Ideo Planta, cui maior uis adeſt fructus promendi, maſculi indepta nomẽ eſt. Cui autẽ minor, Fœminæ. Hæc uero ideo executi ſumus, Vt Pliniana eruditio amplius innoteſceret. Sic. n. naturalis hiſtoriæ Libro tertiodecimo legimus. Arboribus, ĩmo potius omnibus, quæ terra gignit, herbis'q ẽt utrunq; ſexum eſſe, diligentiſſimi naturæ tradunt. Cum tamen Ariſtoteles libro de Animalium generatione primo, Marem à Fœmina non ſeparari in iis ſcribat. At Dioſcorides ſyluæ medicinalis Libro ſecundo, Anagallidis inquit, ſpecies duplex, flore differens. Quæ enim cyaneum habet, Fœmina dicitur, Quæ phœniceum, Mas.

¶ Cur Sexus uterq; minus in Plantis diſtinguatur. Cur Iupiter dicatur Mas, & Fœmina. Cur Herceus Iupiter Oculorum trium. Arbores in quo ſimiles habeantur Inſectis, & quo differant. Caput XXXV.

Æterum quia huc producti ſumus, cum Platonicis ita poſſumus contẽplari. Maſculina uirtus, & fœminina. i. generãdi, & concipiendi, quæ in Animalibus ſunt diſcretæ, coniunctæ in plantis ſunt in eodẽ plantæ corpore, ob hoc dũtaxat, quia natura plantæ ita eſt inſerta cõmuni naturæ, ſicuti Plantæ corpus cõmuni corpori. Vis aũt maſculina, & fœminina ad naturã pertinentes coniunctæ ſunt in uniuerſali natura, quãuis in aliis ſeparatæ. Sicut Viſus, ubi perfectus eſt, uim perſpicacem habet, cum illuminante coniunctam. Similiter Intellectus. Sic Orpheus naturam, múdanum'q Iouem marem appellat, & fœminam, eodem modo & Mercurius. Hac ratione Aeris Animam Iouem, Iunonem'q appellant. Animam terræ non ſolum Cererem, atq; Veſtam, Sed etiam Plutonem cũ Proſerpina coeuntem. Sic uero hæc allegoriã habent, Veluti & illud, Iouem tribus inſignẽ oculis, Quorũ unus modo foret in fronte, reliqui, uti aſſolet. Priamo fuiſſe Patrium Deũ. i. πατρῶον in Aulæ hypæthro. i. ſubdiali portione, ad Cuius arã, capto Ilio, defugerit, Quod Pauſanias ſcribit. Eius Simulacrũ eſt mox Argos tralatũ à Sthenelo Capanei filio. Triũ oculorum rõ Prouidentiam cõtinet triplicẽ. Nam Cælo imperare creditur. Sed & apud Inferos ab Homero ζεὺς τειχιοχθόνιος dicit', καὶ ἐπειὴ τερποφόνεια. At Æſchylus Euphorionis etiam in mari Iouem uocat. Sed à diuerticulo repeto fabulam. Coniunxit uero natura ſexum utrunque in Arbore, quia nequit hæc ad aliã coeundi gratia progredi, Quãuis alibi præualeat alter, tunc'q appropinquare plantas, neceſſe eſt. Verum quia in uitales rationes uolentes incidimus, id obiter inſertum huic parti attexemus. Plantas eatenus conſimiles Entomis uideri, quatenus ut Entoma, ſiue Inſecta, interciſæ uiuunt. Eius ratio inquit Thomas, reddi poteſt, quoniam eis inſit Anima actu quidem una, potentia uero plures. Hoc tamen differre deprehenduntur, quod Entoma præciſa, conſecta'q uiuunt quidem, Sed nõ perdiu. Cuius ratio euidens. Nam ſi perdurare diutius deberẽt, Organa illis diuerſa forent neceſſaria. ut Os, & Stomachus. Quod non fit. Neq; enim habere poſſunt in qualibet corporis portione principium, quo nutrimentum admittant, Immo'q nec perſeuerare diſſecta diutius queunt. At Plantæ reciſæ uiuunt diu, quoniam in qualibet ferè parte potentia, & Virtute germen habent, ac radicem. Hoc uero in nodis fit, propterea durant, quia trahere alimentum ualẽt, Gignunt quoq;, cũ germinandi inſita ſit Vis.

¶ Climactericos annos à Ptolemæo haud quaquam probari. Caput XXXVI.

Cribit uero in noctibus Atticis Gellius, obſeruatum in multa hominum memoria, expertumq́, Senioribus pleriſq́ omnibus Sexageſimum tertium uitæ annum cum periculo, & clade aliqua uenire aut corporis, morbiq́ grauioris, aut uitæ interitus, aut animi ægritudinis. Hunc item annum appellari tradit, Climactericum. i. Gradarium, uel Scanſilem. Cuius mẽtionem quoq́ in Epiſtola ad Caium Nepotẽ Auguſtus fecerit. Proíde Vitæ breuioris unum id eſſe argumentum, colligunt ex Doctioribus pleriq́. Siqdem auctor Iulius Maternus eſt, propterea ſexageſimum tertium annũ ætatis præcipue uideri periculis inſignẽ, Quoniam numerus uterq́, ſeptem & nouẽ, Quì decretorii, maleficiq́ ſint, & ad uitam ſuccidendam pollẽtes, in unum quaſi confluant. Nouies. n. ſeptẽ, & ſepties nouem ſexaginta tres efficiunt, & ob id Climactericus præcipue annus is uocatur, quia a` Septimo incipiens Vitã hominis quaſi per gradus quoſdam agat. Ita & quinquageſimus quartus, & alii minores Climacterici nuncupantur, quoties aut per Septem, aut per nouem conſurgunt. Ad ipſa porro` hæc reſpectare Senecæ illud uidetur ex ſeptimo de Beneficiis, Sic inqt, in hoc ſtudio multa delectant, pauca manent, licet neſcias, quæ rõ Oceanum effundat, ac reuocet, Quare ſeptimus quiſq́ annus ætati ſignũ imprimat. Cæterũ illud grauiſſime adnotandũ, altiusq́ oĩno mẽti imprimendũ, Summis qdem Viris rationes haſce numerales arriſiſſe plurimum, Propterea q́ plurium uoluminibus inſertas. At Aſtrologoꝝ Princeps Ptolemæus, atq́ in ea decuria prudentiſſimus ex aſſe placita eiuſmodi reiieciſſe, atq́ alliſiſſe, animaduertitur. Quãdo ſua ſe dogmata perſcripturũ pollicitus, id ſe præſtaturũ ait, non per partes, & numeros inefficaces, & cauſæ rationem non habentes, quæ ſuperflue multi, nulla ad perſuadẽdum ratione, fabulantur. Nam cum Numeros dicit, Dodecatemoria ſignificare deprehẽditur. Et qui Climactericos annos ex numerorum obſeruatione ſola conficiunt, Vt Enneadicos, & Hebdomadicos.

¶ Quibus conſtet Sanitas, quibusue conſurgant Morbi. Cur tam Longæui ante diluuium. Cur Cyrnii Macrobii. Mellis præſtantia in producenda uita. Democriti Hiſtoria. Caput XXXVII.

Anitatem, Alcmæon ſcribit, Iſonomia contineri, Hoc eſt æquabilitate facultatum quarundã, Humecti uidelicet, Calidi, Sicci, Frigidi, Amari, Dulcis, et id genus aliarum. Quod ſi Monarchia, ſe in his oſtentarit aliqua, tunc uero cooriri Morbos, & Mox conſequi interitũ. Diocles ægritudinũ plurimas innaſci ex elementoꝝ in corpore Anomalia ſcribit, καὶ τὸ κατασημικὸς. Era ſiſtratus in alimenti copiam, & Cruditates, corruptionesq́ Morboꝝ cauſas reiiecit, qppe moderationem & αὐτάρκειαν, ideſt Sufficientiã eſſe Sanitatem. Stoicorum Scholæ calidi defectu obrepere Senium autumant. Æthiopas anno triceſimo conſeneſcere, Aſclepiades arbitrat' ex ambuſtione Solari. Nã frigoris ratione diuerſa, in Britannia Ætatis anno centeſimo ac Viceſimo Seniũ cõtingere. Obſtipari ſiqdem in iis locis corpora, obſeptumq́ ſeruari genuinum calorẽ. Qui euaneſcat in Æthiopibus, Solis ui laxatis eorũ corporibus. Sed Cur nam adeo longæui ante uniuerſalem terrarũ inundationẽ Homines fuiſſe narrant? A` Chriſtianis Theologis eius rei rõnes promũtur aliquæ, Corporibus quippe bñ compactis Parentum primoꝝ, tam longæ ætatis beneficiũ præcipue aſcribendum, rentur. Quæ Complexionis bonitas quo abierit longius, eo degenerarit magis. Conſequebat' & Victus moderatio inſignis, Necnon Alimenti præſtantia. Cui a` Diluuio multũ acceſſerit prauitatis, qñ dilutiora euaſerint omnia, Terræ itẽ ex Oceani ſalſedine uberi fertilitate corrupta. Suppetebat porro` Prĩcipibus illis Viris omnifaria Herbaꝝ, Fructuum, Lapidumq́ ſciẽtia, Quibus produci uitam in immenſum ſalutari temperamento, ac inenarrabili ope tũc potuiſſe, non fere` diſſonum uero eſt. Aderat & benignior, clementiorq́ Syderum aſpectus, Quem motus rotata uertigo annorũ ſerie numeroſa demutarit. Sed affuit imprimis Sapientiæ diuinæ prouidentia Sagax, inculpabilisq́, ea maxime rõne mortalis naturæ incrementa procurantis. Auctor Athenæus ſcribit, Cyrnios, Qui Corſicam incolãt, ideo eſſe Macrobios, ſiue Polychronios malis dicere, hoc eſt Longæuos, qñ mellis cibo utantur aſſidue, quod

apud

apud eos habetur copioſius, Et interrogatus Democritus, quo nã pacto ſanum quis poſſit agere, Si interna inquit, Melle rigaris, Oleo aũt extima. Quin Pythagoræ conſectatorum menſa pane conſtabat, melléq; , Sicuti prodit Ariſtoxenus. Ille uero ipſe Democritus, cum ingruerent Theſmophoria, ne domum funeſtaret, rogatus dies aliquot Vitam produxiſſe dicitur ſola mellis anaphora, ideſt Euaporatione, quãquam alii calentium panum odore id factum malũt. Alioqui melle oblectatus aſſidue Philoſophus is in annum centeſimũ nonuḿq; fati diſtulit diem.

¶An mors ulla dici naturalis poſſit. Naturale non uno intelligi modo. Fatum capi pro natura. Virg. locus explicatur. Caput XXXVIII.

Quoniam uero in Vitæ uel contractæ, uel productioris contemplatione diu iam uerſamur, inferamus & quæſtiunculam forte doctrinarũ myſteriis nunc primum initiatis futuram non omnino iniucundam. Sit́ne Mors ulla, quæ dici recte naturalis poſſit. Ac eſſe quidem, Præclaris, Magniśq; Auctoritatibus ſuffulciri, ac comprobari ualet. Nam primo Canonis Princeps, Et hæc eſt inquit, naturalis Mors, cuiq; indiuiduo deſtinata ratione complexionis primæ ad metam, quam ſuapte ui continet ad intimam humectationem conſeruãdam. Idem apud Ariſtotelem, in Libro de Morte, ac Vita non incurioſus Lector comperiet. Sed & primo de Sanitatis moderamento Galenus, Cap. Primo, Duas eſſe naturales Corruptiões ſcribit, quas productorum Corporum nequeat ullum euadere. Altera eſt, quod areſcimus perpetuo. Alteram ſubſtantiæ effluxus inceſſanter genuini caloris ui conficit. Verum enimuero argumentari aduerſum hæc modis aliquot planè licet. Ac primum quidem, Quod Ariſtotelis teſtimonio in moralibus, Eſt ultimum terribilium Mors, Proindéq; haudquaquam naturalis, quippe, quod Naturale nuncupatur, amicum quippiam, & conueniens inſimul amplecti uidetur. Porro ſi dicitur Morbus Corporis habitus contra naturam, quanto id de Morte conſtitui probabilius poteſt? An non Vitam dicimus naturalem? id ſi eſt, Mors contra naturam erit, uelut cõtraria. Deinde ſi præter naturam Senectus, eo amplius Mors ipſa. Deniq; ſi eſſet homini Mors ulla naturalis, eſſet nimirum ſecundum naturam, aut ratione formæ, aut ratione materiæ. Siquidem in formam, & materiam Natura diſtribuitur, ex ſecundo Auſcultationis phyſicæ. Verum ex forma non contingit Mors, cum ſit immortalis Anima. Non item ex materia, quoniam & hæc ipſa perſeuerat eadem ſub utroq; tranſmutationis termino. Cæterum, ut ambagioſæ quæſtionis diſcutiatur nubilum, Scire oportet, non uno tantum modo dici Naturale. Nam quandoq; Vt artificiali oppoſitum, ítelligi, ne ceſſe eſt. Cuiuſmodi eſt ex materia, & forma coaptatum corpus, quæ naturæ dicuntur, quod in ſe habet motus, & Status principia, Sicuti legitur in ſecundo de Auſcultatiõe Phyſica. Alia item ratione nũcupatur Naturale, ut aduentitio obiectum, Siue poſt generationẽ comparato, quod moralium ſecundo innuit Ariſtoteles, Cum ait, Nullum eorum, quæ naturaliter exiſtunt, aliter inſueſcere. Tertio modo dicitur Naturale, quod rei neceſſarium eſt, Cui naturale traditur, Ad eaḿq; materialis, formalis, aut finalis cauſæ habitudinẽ poſſidet. Qua ratione Medicorum peritiſſimi, Res naturales ſeptem prodidere. Quarto modo Naturale aliquid ítelligimus, quod cuipiam congruit, ut ſit, uel ut conſeruet. Sic enim eſſe naturalem Equis Auenam pronuntiamus, Et Locum Locato. Poſtremo Naturale eſt, quod neceſſario rei naturam conſequitur, cuius eſt. Ita quod in ea exiſtentiæ ſuæ principium habet. Huic uero naturali Violentum exaduerſo conſtituitur. Qua ratione, ut eſt Meteororum quarto, Putrefactionem eſſe naturalem colligimus, Ambuſtionem uero uiolentam. Quin in Libro de Maraſmo Senium a` Galeno ſecundum naturam conſtituitur. Nec tamen inquit, Sicuti connutricatio, & crementum. Sũt enim hæc Naturæ opera. Senium uero non opus, Sed affectio conſequens neceſſario. Quãdo, Animantium nulla in lucem prodiit uitalem Senectutis neſcia. Proinde ſecundum naturam obuenire ſtatuitur, Vt quæ neceſſario conſequatur omnia, quæ a` natura diſpenſantur. Quo ſanè modo & Mortem eſſe naturalem, colligi poteſt, Quæ ineſt Homini ex materia Phyſica iam poteſtatibus Animæ ſubſeruire amplius nequeunte. Quam quidem materiam eſſe corrupti

bilem ſcimus, nec manere eandem ſub utraque tranſmutationis meta, Sicuti manere Hylen, Prudentiſſimi naturæ rerum comprobarunt. Hanc uero moriendi naturam etiam Fatum dicimus. Nã & quito Auſcultatiõis Phyſicæ Ariſtoteles Fatalẽ nũcupat generationẽ, quæ ritu fiat Naturæ. Hinc Virgiliani Carminis diſcutitur nubilũ ex quarto Æneidos.

Nam quia nec Fato, debita nec morte peribat.

Quippe quod ſecundo loco poſitũ eſt præcedentis expoſitio uidetur, qui mos eſt Virgilio uel frequentiſſimus. Quid enim eſt Fatalis mors aliud, quàm debita, & naturali proueniens diſcraſia?

¶ Aphetica in Cælo quæ dicantur ab Aſtrorum Peritis, & qui Aphetæ, item Apheteria quæ ſint. Caput XXXIX.

Inter alia, quæ haud parum multa ſuis complexi uoluminibus ſunt eius adiuinationis Sectatores, quæ de Syderum ratione concipitur, Si modo concipi ulla poteſt, Obſeruatum nobis id quoq; quod & arripuimus, quando labor hic noſter plane` miſcellaneus eſt, ac, ut ſic dixerim, congeſtitius. Eſſe in Cæleſti templo Loca quædam, Græco nuncupata uocabulo Aphetica, Carcerum imagine quadam, quas uocant Apheterias. Dicũtur uero ſic, quoniam inde uitalẽ auſpicemur decurſum. Sicuti Aphetas item appellauere annorum diſtributores, Quos ex Apheticis Locis putant, quodam uelut afflatu, procurſum in Vitam elargiri, perinde ac a` linea Certantes emittũtur Quadrigæ. Eſſe uero Aphetas Ptolemæi obſeruatio arbitratur Solem, Lunam, Horoſcopum, partem Fortunæ, & Prædominantes in illis locis erraticas Stellas. Illud uero ex Literis eſt noſtratibus, Aphetas quoq; dici Magneſiæ Ciuitatem, facto inde nomine, quod in illis locis Herculem liquerint Argonautæ. Apellãt & eodem uocabulo locum prope` Athenas, ubi Xerxis primum infeliciter concuſſa ſit claſſis. Apheteria uero genere neutro Machinas obſidendis urbibus accommodas ſignant.

¶ Super, Hermogene ex Græcis deprompta quædam periucunda. Caput XL.

Ingeniorum illud præcox genus non temere unquam peruenire ad frugem, dictum eſt a` grauiſſimis Auctoribus. Id ſi alias unquam, in Hermogene deprehenſum maxime eſt. Cui uix dum pubeſcenti uim ingenii miram, & doctrinam minus peruulgatam, neq; ex Triuio, quod aiunt, Natura ĩdaginiad nexa curioſiori ingeſſit, adeo ut natus annos Duodeuiginti artem concinnarit Rhetoricen, quæ non citra admirationem omnium atteritur manibus. Nec indignum putarit Philoſophus Muſonius declamãtem præſentia ſua honeſtare. Immo uero nec Marcus Imperator, ad quem extant uerba illa, Sicuti auctor Philoſtratus eſt, Venio inquit, ad te Imperator Pædagogo indigens Rhetor, Quem etiamnum Ætas moratur. Quo nomine a` Marco munifice dimiſſus eſt. Cæterum ipſe hic ingenioſus adeo, & ultra ætatem diſciplinis imbutus, expolitus q; Agens quartum & uiceſimum annum mente lapſus eſt, nulla euidenti cauſa, propterea Antiochus Sophiſtes ita in eum eſt cauillatus, ἑρμογένης ὁ ἐν παισὶ γέρων. ἐνδὲ γέρουσι παῖς, Quod noſtris uerbis eſt, Hermogenes inter pueros Senex, Inter Senes puer. Quod & in Prouerbium duci poteſt, de iis, quorum ingenia cõcitata primo, & Vegeta deflacceſcunt mox, ac ueluti Bulla euaneſcunt. Fuerunt & qui Vrbanè iocarentur, uere appellaſſe Homerum λόγους πτερόεντας, Quod eos ueluti pennas abieciſſet Hermogenes. Vixit quidem diu, Sed ut unus ex multis. Memoriæ proditum eſt, Mortui corpore diſſecto, Cor hiſpidum fuiſſe repertum, Sed & magnitudine uiſenda.

¶ Procœmio male uti, quid ſit, Item de Philagro Sophiſte. Caput XLI.

Procœmiis male uti, tralatiõe pereleganti de iis dicitur, qui negotium, quod piam obituri, initia, & quæ Conatum præcedunt, minus uident, aut curãt. Sumptum id ex Attici Herodis uerbis, quibus Philagrum Sophiſten reperiſſit. δοκεῖς μοι ἐφηδέως παίζεσθαι, uideris inquit, mihi procœmiis non

miis non bene uti. Illum uero iis coarguebat, quod parum accurate Auditorum beneuolẽtiam uenaretur, Quam esse constat, ueluti Proœmium declamaturo, & sese ostentaturo. Fuit Philagrus hic, Cilix patria, Lolliani auditor, Sophistarum uehemẽtissimus, Sed & maxime iracundus. Narratur quandoq; dormitanti auditori pugnum in malam impegisse. Natura porro difficilis erat, & minus tractabilis, quæ res nec ipsum fefellit, Nam scitanti amico, quid ita non placeret ei filios tollere, Quoniam inquit, nec mihi ipsi placeo.

¶ De Aristide Adriano. Qui dicantur Vomentes. Scomma in Philippum. Caput XLII.

a Ristidem patria Adrianum ex Mysia, Eudæmonis filium, proditur, dicendi copia, & ui expressisse Marco Imperatori, ut Smyrnam motu terræ, ac hiatibus labefactatam, & funditus pene euersam restitueret. Cum monodia hoc est oratione querula, & flebili frequens eliceret Suspirium, mox uero etiam lachrymas, ac demum intulisset, ξέφυροι ἐρήμην αὐτὴν κατα πνέουσιν. Hoc est, desolatam perflant Zephyri. Erat quandoq; in Ionia Imperator Marcus, necdum Aristidem nouerat. Euocatum ergo ad se ita interrogare perexit, Quando inquit, te audiemus? Hodie ait ille, proponas, cras uero audias. οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμόντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβῶντων, hoc est, non exuomentibus sumus, Sed ex eorum numero, qui accurate dicunt. Vomentes uero intelligebat, qui extemporali uterentur Oratione. Ad quam cum minus ipse proclinis foret Natura, ut assolet, rem totam, ut incuriosam, aspernabatur, irridebatq;. Hic porro Aristides scommate Philippum lacessere, non expauit, cum Arimaspos μονομμάτας, ideſt Vnoculos illi cognatos dictitaret.

¶ Vomentes item qui dicantur. Pomp. Scomma in Marcellinum. Vomitus ratio. Cotabissare. Lecanion. Lebetion. Scapha. Caput XLIII.

s Ed enim scitu non iniucundum, Vomentes dici non hosce modo, de quibus facta nobis mentio est, Verum & luxu item diffluentes eodem intelligi uerbo, ut qui repletione nimia uomere sæpius cogantur. Scitissima est Pompeii ad hoc ipsum sententia. Nam diffidente illo apertius iam cum Cæsare, Marcellinus ex iis unus, qui essent ad honestiorem locum a Pompeio producti, eum in Senatu proscindere grauius cœpit, ut qui Cæsaris partes, mutato consilio, foueret. Quo nomine commotior Pompeius, Non ne erubescis inquit, ὦ Marcelline, dum honeste minus de meis rebus loqueris? An excidit, opera mea ex muto te Vocalem factum, ἐκ δὲ πεινατικοῦ ἐμετικὸν, hoc est ex famelico quoq; Vomitorem? Certe qui auidius in Dies epulis distenduntur, & ultra, quam genuinus Stomachi calor perficere queat, ifarciuntur, aut quotidianam cruditatem Laconicis excoquunt, aut Vomitu leuant. Aut Catharticis extrudunt. De Vomitu, primo Canonis Auicenna, Cum inquit, Vorandi assiduitate repletio superfluxerit, Aut eius, quod est in Stomacho quispiam inundauerit motus, ad Vomitum est festinandum. Sed & alibi Princeps idem Hippocrates inquit, Vomitum collauda uit quot mensibus per biduum non interciſum, Vt sequenti educatur, quod priore haud quiuerit. Hac autem ratiõe Sanitatis pollicetur securitatem. Sed frequentius hoc agere, arbitratur malum. Nam & Rasis quarto Almansoris, Vomitus inquit, admitti frequenter haudquaquam debet, inde nanque Stomacho insigne infertur nocumentum, quippe cuius Virtus destruitur. Rarenter si fiat, approbatur uel Galeni auctoritate, quarto de utilitate particularum. Sed & Rasis idem post nimiam Cibi ingestionem fieri suadet, Alias durum esse ait. Alibi uero Vomitus temperati hæc recenset emolumenta, Imprimis expurgari Stomachum scribit, Digerendi facultatem effici auctiorẽ, Corpus detergi, ac nouari, Caput cum Sensu leuius fieri, Visum acui. Plinius undecimo Naturalis historiæ, Vomitiones inquit, homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, Inimicæ oculis, maxime autem dentibus. Cornelius Celsus medicinæ primo, Vomitum quotidianum ei, qui ualere, ac Senescere optarit, reiiciendum commonet, Nam & Asclepiades in uolu-

mine de tuenda sanitate Vomitum exclusit, offensus puto eorum consuetudine, qui quotidie reiectando uorandi facultatem moliuntur. Nam pleriq; , ut censorie queritur Seneca, uomunt, ut edant, edunt, ut uomant, Epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. Et alibi idem Auctor, Quid enim oro te liberale habent isti Ieiuni Vomitores, quorum corpora in sagina, Animi in macie, & ueneno sunt? Plutarchus porro, Vomitus, & Alui ductiones medicaminum ui, esse scribit μιαρὰ παραμύθια πλησμονῆς, idest mala repletionis solatia, Certandum'q; potius ὑδροποσίᾳ καὶ ἀσιτείᾳ, idest aquæ potu, ac inedia, decurrendum πρὸς κλυστῆρα, idest ad Clysterem. Medicamenta uero esse ueluti Ecbolia, & Phthoria, quibus intemperantes mulierculæ partum abigant, ut impleantur de nuo, & Veneriis perfruantur delitiis. Emetica uero censentur, idest ad Vomitum propẽsiora, quæ sunt εὐρυστήθη, idest pectoris Lati. Ex Grammaticorum uero Thesauris illud est, Bene potos quosdam uomere consuesse. Id nonnulli κοταβίζειν dicunt, siue Cotabissare, Vas eiusmodi negotio accommodum dicitur Lecanion, item Lebetion. Sed & Scapham nuncupauit in Anagyro Aristophanes.

¶ Nil prorsum corpori indulgendum uoluptatis nomine. Carcerem instruere, quid sit. De Platone. Pythagoreis, & Plotino, & Agesilao. Caput XLIIII.

Plato non minor bene uiuendi, quàm Sciendi magister, tantum inquit, Corpori indulgendum, ut Philosophiæ ministerium præstare possit. Nã & Apostolus Paulus ille celebratus magister gentium, Non oportere ait, nos prouidentiam aliquam corporis habere Voluptatum nomine. Quoniam qui curiosius, intentius'q; illi uacant, Animam uero, Cuius est imperare proprium, despectui habent, nil admodum ab iis diuersi uidentur, Qui ut organa quam optima habeant, summo studio conquirunt, Artem uero, cuius gratia comparantur, negligunt. Quamobrem inquit magnus ille Basilius, Ratio diuersa potius seruanda. Nam castigare corpus, & compescere illius impetus, ut immanem quandam belluam, oportet, & eiusdem aduersus Animam temerarios motus rationis habenis compescere. Nec Voluptatibus frena remittere, Animæ curam prorsus abiiciendo, ne instar Aurigæ, impetu Equorum, & uiolentia rapti feramur in præceps. Proinde Pythagoram ferunt, cum audisset quendam ex familiaribus, cibis, exercitationibus'q; ut pinguis fieret, curare, dixisse, Non cessare illum molestiorem sibi carcerem instruere. Quæ res cedere in prouerbium potest de iis, Qui teterrimi mancipii, ut sic dicam, saginæ intenti nil omnino suspiciunt, uel prospiciunt. Sed proni, uelut pecora, terrena modo meditantur, & cogitant, tanquam quod supra nos est, nostræ omnino curæ non sit, optime'q; cum illis decidat Fortuna, Si numerosis, & fumantibus patinis titillatur relanguescens appetitus, distenditur Venter. Sardanapali obuoluuntur plumis. Anima uoluptatum congerie remollita fatiscit, neq; uenit in mentem, Platonem, cum Corporis habitudine uteretur nimium prospera, quæ ueluti Vitis luxurians foret resecanda, Academiam insalubrem Atticæ locum delegisse, qua quod redundans, nimium'q; sentiebat, loci intemperie supprimeretur. Quid, quod peritissimi ex Medicis astruunt, Summã corporis ualitudinem esse periculosam? Ita profecto est, Corpus hoc animi pondus, ac pœna est, premente illo, urgetur, in uinculis est, ni Sapientiæ studium accesserit, et illum respirare Naturæ rerum spectaculo iusserit, ac à terrenis dimiserit ad diuina. Equidem maiores sumus, & ad augustiora geniti, quàm ut corporis nostri mancipia simus, quod non aliter inspectare decuerit, quàm ut arctius libertati nostræ obiectum, circunductum'q; Vallũ, ac planè Loriculam. Cuius habitaculi ueneficiis imbuti, ac deliniti, ut Porphyrius scienter & sensit, & docuit, altiore hic opprimimur somno, propterea diuina comtemplaturis abstinentiam ab Animalibus necessariam arbitratur. Quando & Veterum Sapientum pleriq; omnes summa declinabant cura, quicquid animam arctius Corpori adnecteret, ac, ut sic dicam, ferruminaret. Vnde notissima Pythagoreorum expetita Solitudo, ac templorum, lucorum'ue inhabitatio, Et quorundam etiam celebrata occæcatio, nequid usquam foret, quod Contemplandi suauitatem interpellaret, Tantum aberant, ut Corporis saginæ uacarent attentius, qua Carcer obsepitur durior. Temperare nequeo mihi, quãdo huc pro-

ducti

ducti sumus, Quin Plotini Philosophi sæculo illo singularis sentẽtiam ad hæc maxime faciẽtem, huic inseram loco. Auctor siquidem Porphyrius est, Virum hunc summa Sapientia pudore quodam affici solitum, quod Anima eius esset in Corpore. Proinde'q; quibus esset ortus Parentibus, neque etiam qua patria oriundus, æquo animo narrasse. Idem quin immo tantopere indignabatur, effigiem corporis tradere Pictoribus, & Plastis exprimendam, Vt cum Amelius obsecraret, ut imaginem suam pmitteret effingi, Quasi uero inqt, non satis hanc imaginem ferre sit, quam Natura nobis ab initio circundedit, etiam censes imaginis huius imaginem diuturniorem insuper Posteris, ut opus spectaculo dignum, relinquendam. Scribit Xenophon, quod proposito nostro uehementius inhæret. Agesilaum illum magnum, & Spartanorum Regem, Corporis imaginem sibi statui summa ui abnuisse, cum id ei gratificatum irent nonnulli. Cæterum Animi elaborare monumenta, nunquã destitisse, cum ita conciperet, illud Statuariorum, hoc suum ipsius esse opus, Rursum'q; id esse Locupletum, hoc autem Bonorum. Meminit historiæ in quadam ad Lucceium Epistola etiam M. Tullius. Sed redeo ad Plotinum, Cuius morientis uerba literis plane` aureis, & siquid auro reperitur etiamnum pretiosius, perscribenda, quia quid nostrum cuiq; meditandum, obeundum'q; sit, summa ueritate præscribunt, non duxi per incuriam transmittẽda. Nam, cum iamiam foret Animam acturus, perexit ad eum inuisendum Eustochius, Sicuti ab eodem relatum sibi, Porphyrius scribit, Habitabat is Puteolis. Adhuc ĩquit Plotinus, te expecto, atque equidem iam adnitor, quod in nobis diuinum est, ad diuinum ipsum, quod uiget in uniuerso, redigere, Spiritum'q; his uerbis emisit. Quamobrem omne studium adhibere, ut Corpori quam optime sit, Hominis esse uidetur, seipsum ignorãtis, nec intelligentis, Oraculum Viri magni, Non esse hominem, id quod uidetur. Nec cuiusmodi sit honesti facies, quæ si oculis cerneretur, ut in Phædro docuit Plato, et est a` M. Tullio repetitum, mirabiles amores excitaret Sapientiæ.

¶ Homo uerus quid sit ex Platonicorum sententia. Duas esse quodammodo in nobis Animas. Caput XLV.

Vanuis autem maiore sit opus Sapientia, ut quisque nostrum, quid tandem ipse sit, perspicere ualeat, & ex unguibus, quod dicitur, agnoscere, præsertim quod singularis, necessaria uidetur Mentis expiatio. Sine qua, ueluti lippitudine crassiore obseptis, obstipatis'q; oculis uibrans Solis lumen pati nequimus, Ita naturæ intima pertingere, prorsum impossibile. Expiationum uero illa efficax imprimis, Voluptatum, quas Sensus pernicioſi Satellites prætendunt, contemptus. Tamen in præsentia pro uirili promere iam enitar, quæ mihi Platonicorum magistra lectio suggerit, ex qua uelut cella quadam proma, mira sæpe nobis sufficitur rerum excellentia. Igitur Hominem uerum inquiunt, non esse corpus, illud argumento est, quoniam hoc utimur, ut instrumento. Neque item est Vita Corpori propria, & adnexa, addicta'q;, quando hæc nobis est cum Brutis quoque communis, & quia nonnunquam huic ratio ipsa, per quam ipsi sumus, aduersatur, & imperat. Non porro` quiddam ex corpore, & eius Vita propria consurgens, Hoc enim est Animal. Non denique ex Anima rationali, & uiuente irrationali coniunctum, quoniam ex indissolubili, & dissolubili unum confici nequeat. Sed Hominem esse animam, idest Substantiam incorpoream rationalem, ex diuino quidem intellectu existentem, in se uero consistentem. Corpori autem non inhærentem, Sed potius assistentem. Atque ipsa sui præsentia uitam hanc in corpore producentem, ex qua & corpore compositum Animal appelletur. Vita autem huiusmodi Animatio, & uiuificatio dici debet, Communi tamen Licentia, Illam quidem Animam dicimus primam. Hanc uero secundam. Atque a` prima, eius'q; Viribus Secundam, Vires'q; eius oriri. In prima quidem ab Intellectu ratio, A` ratione Imaginatio proficiscitur. In secunda Vires quoq; tres præcipuæ sunt. Imaginatio, idest Communis Sensus quidam. Deinde Sensus exterior in partes quinq; diuisus. Postremo potentia genitalis, quæ & Natura uocatur, generationis, augumẽti, nutritionis origo. Porro` non esse Animam compositi partem, in Libro de Bea

titudine significat Plotinus, ubi ait, Animam non esse coniuncti portionem, testatur ipsa eius a' Corpore sequestratio. Vbi separationem intelligimus duplicem, unam per moralẽ Philosophiam, qua se a' perturbationibus corpori seruientibus segregat. Alterã per contemplatiuam, qua se a' Sensibus, & imaginatione seiungit. Debet uero Philosophus, ad utentem rationem instrumentum hoc conuertere, ut ei libentissime pareat. Et rationem ipsam ab hoc usu seuocare, quoad fieri potest, ad contemplandum.

¶ Hominem ab Aliis finiri ex Anima, Corpore q̃ concinnatum. Homo interior, & exterior qui sit. Caput XLVI.

a Tqui dicat aliquis, uideri quidem hæc acute satis, solerter q̃ excogitata, esse tamen præter communem hominum conceptum, quãdo, ut Augustinus scribit, non totus homo, Sed pars melior hominis Anima est, At cum est utrũq̃ coniunctum simul, tunc demum consurgere, conflari q̃ hominis nomen. Quod tamen & singula sibi uendicent. Siquidem communi quadam loquẽdi lege, illatum conditorio hominem pronuntiamus, Corpus tantum intelligentes; Rursum q̃, ad cælestia tralatum, aut in Barathri supplicia intrusum, dum Animam modo significamus. Cui rationi, seu consuetudini calculum adiicit etiam Scriptura, Animam interiorẽ appellando Hominem, Corpus uero exteriorem. Ceu duo plane' sint homines, cum simul utrunq̃ sit homo unus. Significare obscurius hoc ipsum Eustathius quoq̃ animaduertitur, ubi αὐτὸς inquit, idest ipse, nunc quidem dicitur de Anima tantum. Nunc de Corpore uel mortuo, ut apud Homerum, αὐτὰρ ἐπὶ λώρια τεύχε κυσίν, Nunc uero & de utroq̃, idest homine composito. Proinde perpendendum amplius, qua ratione dicatur Homo ad imaginem Dei factus. Et esse item terra pronuntietur, denuo q̃ in terrã abiturus, dici nãq̃ illud rationalis Animæ intuitu, palam fit acrius inspectanti, qualem Deus insufflando, uel, si commodius dicitur, inspirando indidit homini, idest hominis corpori. Hoc autem Corporis ratione, Qualem hominem ex puluere finxit Deus. Cui & animam est impertitus, ut sic concinnaretur animale corpus, idest Homo in Animam uiuentem. Varro item ille doctissimus, cum animaduertisset, in hominis Natura duo esse quædam, Corpus, & Animã, addubitauit primum, an hominis appellatione intelligi tantum Anima deberet, cui ita foret Corpus, ut Equiti equus, An Corpus tantum aliquo modo se habens ad Animam. Sic uti ad potionem poculum. Mox uero hominem non Animam solam statuit, non item Corpus, Sed quod ex utrisq̃ consurgit. Proinde summũ hominis bonum, quo euadat Beatus, ex utriusq̃ rei bonis constare.

¶ Adam, & Euæ allegorica ex Platonicis significatio. Caput XLVII.

u Erum nec uacantis operæ fuerit, attexuisse huic potissimum loco, qua ratiõe Mosaicam doctrinam, & uelata mysteria Plotinus, Origenes, & Ammonius per allegoriæ acumina secretiora sint ĩterpretati, etiamsi facta nobis alibi quoq̃ mentio est. Astituunt enim primum Personas duas, hominem ipsum, quasi Adam, & humanum aĩal inde emanans, atq̃ degenerans, quasi Euã, quæ ex consopito Adam tracta narratur. Quoniam Animal ex se tũc propagat Anima, qñ ex priore inter cælestes uigilia ad Naturalia labens, diuinorum q̃ oblita iam dormit, & somniat. Proinde tunc affundere uitam corpori dicitur, Euæ nomine significatã, Quæ & prior errore deuio prolapsa, illius deniq̃ suffragium impetrat. Quamobrem cum esse traduntur duo in carne una, duas uelut in corpore uno Animas recte accipi posse, arbitrantur. Verum hæc sint illorum placita. Nos ne latum quidem unguem a' Christianorum patrum scitis reuellimur.

¶ Argiuo scuto dignus, prouerbium, quam rationem habeat præter Zenobii sententiam. Sagma quid, Defenditur Lectio in Lactantio grammatico. Scutum sacrum. Caput XLVII.

Argiuo

Rgiuo clypeo dignus, dicit ex Paroemia, ut Zenobius ſcribit, de eo, qui exi-
mia ob generoſitatem Veneratiõe ſit dignus, id q; ex Argiuorum ueteri mo-
a re propagatum, quo honeſtioribus pueris contribueretur honor is, Vt Scu-
tum geſtantes pompam ducerent. Cæterum quæ fuerint eius rei initia, non
fere traditur. Ego tamen omnem, quod dicitur, Lapidem proruens uideor
aliquid eruiſſe certius, quod & protinus hiſce libellis ſperſi. Legimus uero, fuiſſe Argiuo
rum Regem Enhippum felicitatis miræ, Cuius clypeum, qui apud Græcos inſigniter rem
geſſiſſet, accipiebat, ut per urbem incedens honeſtaretur. Vnde obrepſerit in ignauos pro-
uerbium, Cuius etiam meminerit Callimachus. Mentio item & Regis, & Scuti ẽ apud Pa
pinium Hiſce uerſibus. Celſam ſubeuntibus arcem.

In gradibus ſummi delapſum culmine templi
Arcados Enhippi ſpolium cadit, Æreus orbis.

Porro in hac Scuti mentione addamus & aliud, quod uſui ſit legiſſe. Scuti thecam dici
Sagma, teſtimonio Ariſtophanii Interpretis in Comœdia, cui titulus, ἀχαρνῆς. Super eo
Poetæ uerſiculo,

Τίς γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῶ σάγματος.

Quis Gorgona excitauit ex Sagmate? Nam Sage inquit, ideſt σάγη, Scutum indicat. Vn
de & Panſagia dicatur Panoplia, ideſt armatura. Sagmatis meminit etiam Sophocles.
κάλλιστα τύχη δ' ἐν καλοῖσι σάγμασι. Meminit & Lactantius grammaticus in Thebaidos nonum. Corytus theca inquit, arcus Solius. Sicut
Pharetra ſagittarum, Sagma Scuti. Quem tamen locum uelut repaſtinaturus Quidam, ex
puncta lectione tum uetere, tum etiam uera, ut conſtat, Sacconiam repoſuit, errore manife
ſtario. Sagma inuenies & apud Pollucem Onomaſtici ſeptimo. καὶ σάγματος λύσον, τὸ
τῆς ἀσπίδος. Sed & Libro decimo Sagmata Iumentorum ex quorundam ſententia, Phi-
lippicorum quinto inueniri ſcribit. Sed & Leuitici quintodecimo, Sagma ſuper quod ſede
rit, immundum erit. Quo nomine uel Sellam interpretãtur, uel inſtratum, quo mollior fi-
at Seſſio, Proinde in hebræo Equitaturam haberi. Eſt apud Arrianum Scuti ſacri mẽtio,
quod de Palladis templo cum detraxiſſet Alexander, eo ſemper prælato, prælia inibat. Il-
lud uero ex hiſtoria ſuperpondium fuerit. Oſtentabat Aphricano iuniori Adoleſcens qui-
dam affabre compactum ſcutum, & exquiſitius expictum. At is decet inquit, Romanum
uirum in dextra magis, quam in ſiniſtra ſitam Spem putare.

¶ Iouem Lapidem iurare apud Gellium quid ſit. Ciceronis Locus explicatur
ex Epiſtolis. Caput XLVIII.

Ellii ex primo noctium Atticarum Verba hæc ſunt, Iouem inquit, Lapidẽ,
quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum, paratus ſum ego iurare, Vir-
g gilium hoc nunquam ſcripſiſſe. Quæſitum memini ex me a doctiſſimis Iu-
uenibus, dum Patauii iſta muſſitaremus, quid ſibi uellet Lapis Iupiter apud
Gellium auctorem perilluſtrem, & facundiæ haudquaquam extritæ, ob-
uiæ q;. Reſpondi tum pro tempore, arbitrari me, Loci eius nubilum Sexti Pomp. enarra-
tione diſcuti clariſſime. Apud quem legiſſem, Iuraturos per Iouem Lapidem tenere ſili-
cem ſolitos, eiuſmodi fere uerba enuntiantes, Si ſciens fallo, qui me deſpicit, ſalua urbe, ar
ce q;, bonis eiiciat, ut ego hũc Lapidem. Ad quam uerborum conceptionem amplius, pen
ſitatius q; inſpicienti, alluſiſſe M. Tullium, liqueret, Epiſtolarum familiarium ſeptimo, per
maximam Interpretum halucinationem. Ita enim Scriptum ĩuenias. Delitiæ uero tuæ no-
ſter Æſopus eiuſmodi fuit, ut ei deſinere per omnes homines liceret. Is iurare cum cœpiſ-
ſet, Vox eum defecit, in Loco illo, Si fallo ſciens. Meminit T. Liuius Ab V. C. Libro primo
& Viceſimo, Ea q; inquit, ut rata ſcirẽt fore, Agnum Læua manu, dextra Silicem retinẽs,
ſi falleret, Iouem, cæteros q; precatus Deos, ita ſe mactarẽt, quemadmodum ipſe Agnum
mactaſſet, & ſecundum precationem caput pecudis Saxo eliſit. Sed & alibi T. Liuius idẽ
huiuſmodi Iuriſiurandi formulã latius exequitur. Verum, ſiquid etiamnum ſubſultare ui-
detur apud ingenia lectionis multæ, & id genus quæſtiunculis perexercitata, audiãt quæſo
Polybium ita ſubſcribentẽ. Ergo inquit, Carthaginienſes Deos patrios iurati ſunt. Deinde
Romani, per Lapidem ſecundum uetuſtiſſimum ritum, Martis, Quirini q; numinibus ad-

ditis, Iusiurandũ præstiterunt. Ritus uero Lapidis fuit huiusmodi, Fecialis sumpto in manibus lapide, postquam de Fœdere inter Patres conuenerat, Hæc uerba dixit. Si recte, ac sine dolo malo hoc fœdus, atq; hoc iusiurandum facio, Dii mihi cuncta præstẽt felicia. Sin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus saluis, Solus ipse peream, uti Lapis hic è manibus meis decidet. Nec plura locutus, manu Lapidem excussit.

¶ Hastarum Auctoritatem fuisse ueteribus religiosam. Hasta pura, et Præpilata quę sit. Hastam, & Caduceum mittere. Caducei ratio, quid Cerycium, & quid Ceryces. Seneca declaratur. Præconum species. Caput XLIX.

h Astas, in ueteribus memoriis legimus, Regii Fastigii insigne Diadematis loco fuisse, quas dixere Græci σκῆπτρα. Nam & a' rerum origine Deorũ immortalium uice cultas, obseruatũ item est. Ex cuius ritus memoria diu quoq; custoditum, ut Deorum simulacris adderentur. Hinc lectum est, esse in Sicilia urbem, cui nomen Aegion, Antiquissimã quidem, & Dearum religione celeberrimam, Quæ Materæ nuncupentur. Quarum Simulacris tum Meriones, tum Vlysses Hastas affixerint, in scriptis etiamnum dicantium nominibus. Scribunt Apollonii Interpretes, Cæneum adeuntes compulisse per Hastam iurare, Cui, neglecto Deorum cultu, preces fundebat, rem quoq; faciebat diuinam. Quippe factus elatior, ut scribit Eustathius super Iliados primum, quod Neptuni munere ex puella Vir esset factus, præterea'q; inuulnerabilis, &, ut Græci dicunt, ἄτρωτος, in fori meditullio surrectam fixit Hastam, pro'q; Deo censeri iussit. Et in T. Liuii Historia Ab V. C. Libro quadragesimo Lectum est, nuntiasse Pontifices inter prodigia alia, Hastas motas. Curitin quoq; Iunonem dictam tradũt ab huiusmodi Hastæ latione, quæ lingua Sabina Curis diceretur, quod Sex. Pomp. refert. Vnde a' Priscis institutum, ut nubentium caput Hasta comeretur, quam Cælibarem núcupabant, quod sint in Iunonis tutela Matronæ constitutæ. Eius certe Sigillum in Pilo subiatum Plut. tradit. Qui auctor item est, Lãceam in Regia positam fuisse Martis nomine insignem. Lancea quoq; donari solitos, qui in bellis acriter, strenue'q; pugnantes laudem meruissent. Id immo institutum Sex. Pomp. refert, quia Hasta summa armorum, & Imperii erat. Quamobrem & Captiuos sub ea solitos uenire, quos Græci δορυαλώτους, καὶ δορυλήπτους uocant. Sicinium Dentatum Plinius scribit, fuisse donatum Hastis puris duodeuiginti. Hastam puram Grammatici intelligunt sine ferro. Id enim fuisse præmium apud maiores eius, qui tunc primum uicisset in prælio, sicuti scriptum in Libris de Gente Pop. Ro. Vn de Poeta nobilis,

Ille uides pura Iuuenis, qui nititur Hasta Donatus puram quidem accipit sine Ferro, Sed addit, Pacis id esse signum, non belli. Præpilatas inuenimus Hastas dici, quæ Ferreas habent Cuspides, quasi Præferratas, quanquam & Præpilatum sit quoq;, quod Ferro utiq; caret, Sed in Mucronem tamen est exacutum, ut Locustarum cornua, quibus natant. Ruidum pilum in Plinio accipiunt Eruditi non tam, quod Ferrum non habet, quàm quod asperum, impolitum'q;. Cheroneos legimus ex Diis omnibus colere præstim Sceptrum, Quod Vulcanum affabre feciſſe, Homerus scribit, datum'q; Ioui, A' quo diu post ad Agamemnonem peruenerit. Appellant autem δόρυ, idest Hastam. Templum quidem publice nullum ei dicatum uisebatur, nihilominus quot diebus res illi fiebat diuina, apponebatur & mensa omnifariam carnibus, ac Bellariis onusta. Alexandrum Pheræum prodit Historia, Hastam, qua Polyphranem auunculum interemerat, consecrasse, additis etiam Corollis, & tanquam Deo rem diuinam feciſſe. Legimus fuisse Vetus Adagium, quod ex Pausaniæ monumẽtis est, Hastã, & Caduceũ mittere, Quod ẽ, ut arbitror, pmittere, ut pro arbitrio qs bellum ineat, siue ẽt pacẽ amplexet'. Docet id Polybius Libro quarto, Quod cũ inqt, Rhodii intellexissent, propositũ suũ ad finem pducere cupiẽtes, Legatũ ad Byzantios Aridicẽ misere, ac cum eo Polemoclẽ cũ triremibus tribus, uolentes, id q d'in prouerbio est, Hastam simul, & Caduceũ Byzantiis mittere. Aut de iis dicatur, q ad hortantur quidem, sed interim ẽt minant'. Vel qui pacem utiq; ostendunt, Sed bellũ mox inferunt. Scimus præterea Carthaginienses, cum Bellũ uellent, Romam Hastam misisse.

Caduceũ

Caduceum uero esse Pacis insigne, Caduceatorę quoq; nomen demonstrat, Sic.n.uocantur, qui ad pacem mittunt̃ Legati. Qua uero forma Caduceus foret, Ita in Græcis auctoribus adnotatum inuenimus. Cerycium inquiunt, Lignũ erat rectum, utrinq; duos cõtinens Serpentes ĩplexos inuicem ita, ut se mutuo, & exaduersum intuerentur. Quales illi uocant ἀντιπροσώπους. Feruntid Caduceatores, & inde illis iniuriam intulisse, maximũ habebat̃ nefas. Et rectum quidem lignum συμβολικῶς, & operte Orationis rectitudinẽ significat, Serpentes uero impliciti Castra castris iuncta nobis innuunt occultius. Quibus se, dissidentes conciliatura uolũtates, Orationis inserit Virtus. Sed de Caduceo aliqua item in medẽdi ratione Plinius, plura Macrobius in cœnis. Cerycium uero, nequẽ græca offendat dictio, Caduceum plane` signat. Nam esse id Legatorę gestamen, finit Pollux, quãdo & Mercurii uirga dicit̃ κηρυκίνη ῥαυδος. quãquam & Cerycia uocant præconũ, seu Caduceatorum mercedes, qui nuncupant̃ Ceryces, Habebant̃ uero hi generis nõ unius. Nam alii mystici erant, sic dicti à Ceryce Mercurii filio, & Pandrosi Cecropis filiæ, Fuisse hos Athenienses proprii generis, tradũt multi, & Munus eorę minus fuisse uulgare, coniectatio certa est. Nã & Seneca scribit, Nõ uis nisi Cousul, aut Prytanis, aut Ceryx administrare Remp. Cerycũ honeste meminit, in decem Rhetorę uitis Plu. Fuere Certaminũ item præcones. Alii ẽt in pompis, qdam Venalium quoq;. Cerycĩ porro` ẽt præconium signat. Dicerem plura, sed alieno loco satis multa, nisi quod Eustathii sententiam præterire nequeo tradentis, Caduceatores, aut Cerycas fuisse ἀσύλους, ideſt nefas fuisse a` quoq̃ uiolari, quod crederent̃ θεῖον γένος, ideſt diuinũ genus ex origine, quã præstruximus, Proinde in Odyssea Vlysses explo ratoribus comitem adiecit Ceryca, διὰ τὸ ἄσυλον. Achilles uero Cerycas Iouis nuncupat nuntios, & hominum, qm̃ sacrificiorũ quoq; ministerio adessent. Athenæus quinẽt Coquinariam exprimens dignitatem, eius esse argumentum Cerycas Athenis scribit, Qui & Coquorũ, & Butyporum haberẽt ordinem, Quod prodidit Clidemus protogoniæ primo. Ceryca item dicunt Græci, Nos Buccinum.

¶ De Auctionum Hasta, & Magistris. Cicero, & Fabius explicantur. Item Locationũ, & Salutis Hasta. Caput L.

Via uero dicebat̃ Romæ auctio Hastæ, res uel imperitis notissima, cũ publice Ciuium bona distraherent̃, hinc refrixisse Hastam eleganter pronuntiamus, cum desitum tandem significamus, cessatum'q; uel a` Magistratu uiolẽto, & sordido, aut tyrannica rabie desæuiendi in miserorũ bona. Nam & M. Tullius eloquenter, & scite, Hastam Cæsaris refrixisse, dixit. Sed & Hastam sperare Scelerati, ac perditi homines dicunt̃, Qui ciuium affectant bona. Sicut Hastam uibrare dicunt̃, Qui sanguinariã huiusmodi consectant̃ auctionem. Cicero de Officiis secundo, Dum homines perditi Hastam illam cruentã & meminerint, & sperabunt. Quã P. Sylla cum uibrasset, Dictatore propĩquo suo, Idem trigesimo, & sexto anno post a` sceleratione Hasta non recessit. L. uero Sylla, quantũ uobis suggerit historia, addidit & uocẽ ĩtolerabilẽ. Nam cũ posita in foro Hasta, Ciuium bona uenderet, prædam suã se uendere, sæuissime dictitabat. Proinde Hastam huiusmodi Perticam quoq; tristem nuncupari animaduertimus. Apud Tertullianũ in Apologetico Hastarium dici legimus, Vẽditionẽ id genus, In Hastario inquit, Vectigales sumus. Nec illud parte ista omittendum, Vt obscurissimum Ciceronis, & Quintiliani locum aperiamus, Magistros dici, qui bona sub Hasta uẽdunt. Vt de id in Epistolis ad Atticum Libro primo. Vnà agebant cæteri Creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio. Et is, quem putabant fore Magistrum, Si bona uenirent, L. Pontius. Et Libro sexto, De possessionibus hæreditatum, & possidendis bonis. Magistris faciundis, uendendis'q; ex edicto, & postulari, & fieri solet. Ex iis inquam infertur lux Verbis Fabii Libro sexto, de Iocis, Peruenit res inqt, usq; in Aenigma. Quale est Ciceronis in Pletorium, Fonteii accusatorem. Cuius matrem dixit, dum uixisset, ludum. Postquam mortua esset, Magistros habuisse, Dicebantur autem, dum uixit, infames Fœminæ ad eam conuenire solitæ. Post mortem bona eius ueniebant, quanquam hic ludus per translationem dictus est. Magistri autem per ambiguitatẽ. Hactenus ex Fabio. Ad hosce porro` Magistros

forte reſpexit M. item Tullius, ubi ait, Heus tu manum de tabula, Magiſter adeſt, in familiaribus epiſtolis, Etiam ſi nõ excidit, quid alibi præceptum a me ſit. Cæterũ obſeruauimus & illud, Haſtã in claſſicis auctoribus non de auctionibus, uenditionibus q̃ modo dici, Sed & de locationibus, quæ publice fiant. Vnde aſſueti Haſtæ appellati eleganter, Qui ea conducere conſueuerunt. Docuit hoc. T. Liuius Ab V. C. uiceſimo quarto libro. Cum Cenſores inquit, ob inopiam Aerarii ſe iam Locationibus abſtinerent Aedium ſacrarum tuẽdarum, curulium q̃ equorum præbendorum, ac ſimilium rerum, Conuenere ad eos frequentes, qui haſtæ huius generis aſſueuerant, hortati q̃ Cenſores, ut omnia perinde agerent, locarent q̃, ac ſi pecunia in Aerario eſſet. Cornelius Nepos in Attici Pomponii Vita, de hac item intellexiſſe uidetur, ubi ait, Ad Haſtam publicam nunquam acceſſit, nullius rei neq; Præs, neq; Manceps factus. Quin & Ouidius, Libro quarto de ponto.

Aut populi reditus poſitam componet ad Haſtam,
Et minui magnæ non ſinet urbis opes.

In Quintiliani uero declamationibus Haſtam Salutis dici inuenies, de frumenti uenditiõe in fame, ac penuria non ferenda. Sed ſi ſemel inquit, ponis Haſtam Salutis, & Redemptores Vitæ admittis, & nos admone, melius uendes.

¶ Haſtici ludi, ſiue Xyſtici. De Xyſto, & deriuatis inde, De Aeganea, & Ancyle, ac Gæo. Item plura ad Haſtas pertinentia. Necnõ quid rectis, aut infeſtis Haſtis uenire. Phalanx quid.

Caput LI.

h Aſticos uero Ludos, quos in Latina quãdoq; hiſtoria lectitamus, græce contenderim appellari Xyſticos. Velut & Gladiatores quoq; Xyſticos nuncupatos, ſcimus, quod Haſtili uterentur, quod ξυστὸν græci uocant, quanquã & eo nomine dicitur Locus, in quo exercentur Athletæ. Xyſti pro telo meminit Arrianus, Xyſtis inquit, quæ prælongæ Haſtæ ſunt, corneis aduerſus tela, quæ Palta uocant, utebantur. Xyſtarchum uero pro Gymnaſii principe legimus. Nuncupatur quandoq; Dromos Xyſtos, ideſt curſus Xyſtos, ut in Ariſteæ Orpheo, ἦν μοι πάλαιστρα καὶ δρόμος ξυστὸς πέλασσον, ideſt erat mihi palæſtra, & Dromos Xyſtos propè. Xenophon, in Oeconomico Xyſtum pronuntiauit ſimpliciter, ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοῦντι, qđ eſt, ſi in Xyſto obambularent. Xyſtida uero tunicam interpretantur talarem, muliebrem. Alii tragicum putant indumentum. Sunt qui prætenuem ueſtem eo nomine accipiant. Eſt & Xyſtis alio uocabulo dicta Stlengis. Hoc eſt Strigil. Legitur id nomen apud Epicharmum, & Diphilum. Ambitus item Gymnaſii apud Helidem totus dicebatur Xyſtus, Quoniam Hercules Amphitryonis exercitii gratia quotquot ſuccreſcerent Spinæ, ſingulis diebus ἀναξύειν, ideſt eradere conſueuerat, ſicuti auctor Pauſanias eſt, Heliacorum ſecũdo. Intra eum uero ambitum ẽ alter, quem a Figura uocant Trigonũ. Quin eſt tertius quoq;, Cui nomen à mollicie loci μαλθώ. Ad Gymnaſium id Via erat, quã ab Exploratorũ ſilẽtio σιωπὴν nuncuparunt. Erat & Dianæ ſacellum φιλομείρακος, ex Gymnaſii propinquitate Dea cognominata. Aeganeam ſcribit Euſtathius Iaculi Leuioris eſſe ſpeciẽ, ἀπὸ τῆς ἄγαν ἰέσθαι, quod longius mittatur. Vel quod Ancyle ex pelle concinnaretur caprina, qppe capram uocant αἶγα. Signat uero Ancyle Iaculi anſam, quam uocant λαβὴν, Eſt tamen Ancyle item iaculum quoddã, Vnde Ancyliſtæ, qui eo utunt̃. Apud Lycophronem Sigymnum Iaculi genus eſt. Apud Pauſaniã Gæus, ſiue Gæũ dicitur telum oĩno ferreũ, aut embolium ὁλοσίδηρον. Meſancylon nominat Euripides, & forte idem ſit, qđ Ancyle. Sigymnum uero Sigynnum Apollonius ſcribit, Dicunt q̃ eo uerbo ſignari alicubi parua Peltaria. Eſt item Ancyle cubiti curuatura, & Poculi genus, Cottabis accommodum. Vñ apud Æſchylum Cottabos legimus Ancyletos. Vt uero ad Haſticos redeamus, non ineptum foret, eo item uocabulo Equeſtres ludos intelligere, Quorũ nunc uſus eſt multiplex, & ſæpe Haſtis concurritur, & dicuntur uulgo Cloſtra, quod Clauſtris obſepiantur temporariis, Sicuti Veteribus Euripos, ſiue Nilos, ut in Legibus Cicero ſcribit, circunducere moris fuit. Quoniam uero de Haſtis mentio nobis plurima eſt, Haſta Præconis inſectari, non aliud fere arbitror, quam curare, ut bonorum ſub Haſta uenditio fiat. Cicero de Lege agraria, Iubet eos agros uenire, quos Rex Mithridates in Paphlagonia,

Ponto,

Ponto, Cappadocia'q; poſſederit. Num obſcure uidentur propè Haſta præconis inſectari Cn. Pomp. exercitum, qui uenire iubeant eos ipſos agros, in quibus nũc ille etiam bellum gerit. In Philippicis uero cum Tabulas dicit ab haſta, non alias intelligit, quàm emptionis ſub haſta factæ. Sunt & Haſtæ gramineæ Ciceroni item Actione in Verrẽ ſexta, In quibus inquit, neq; manufactum quicquam, neq; pulchritudo erat ulla. Sed tantum magnitudo incredibilis, de qua audire ſatis eẽt, nimium uidere plus quàm ſemel. Haſtarum repoſitorium Homerus Syringa uocat Iliados decimo nono. Iulius Pollux Dorothecen. Alii etiam Dorodochen. Haſtæ poſtremum uocatur Sauroter, quãquam eo nomine ſunt, qui ſtelligunt Locum item, in quo reponatur Haſta. Medium uero etiam Ancyle appellãt. unde ἀγκυλίζειν uerbum, uel ἀγκυλίσασθαι. Lignum Iaculi ipſius à quibuſdã dicitur Styrax. Alii ea uoce intelligunt haſtæ partem, quam manu tenemus, & affigitur terræ. Styracion dicitur à Thucydide, συρακίῳ inquit, ἀντὶ ξύλου χρησάμενος ἀντὶ ϛαλάνου εἰς μοχλὸν, quod eſt, Styracio uſus Iaculi pro Balano ad Vectem. Iulius uero Pollux ita. Haſtæ ſiquit, prominens αἰχμὴ uocatur, ideſt Cuſpis, & Epidoratis, & Styrax. Apud Euſtathium ita obſeruauimus. Styrax inquit, Plantæ ſpecies eſt, unde ſunt iacula Styracina Corneis conſimilia. Poſtmodũ ſunt, eodem tradente Polluce, Haſtilia quædam Naumacha, teſte etiam num Homero, ea uero prælonga erant. Acinaces Arrianus ſcribit, eſſe haſtas perſicas. Idẽ tradit, Equitibus haſtas macedonicas pro Barbaris Meſancylis datas. Gæſa ſunt Gallorũ propria tela, Sicut Sariſſæ Macedonum. Germanorum Frameæ. Sed & fortes Viros dici à Gallis Gæſos, adnotatum à Seruio eſt. Gæſatas tamen appellari ab eiſdẽ mercenarios milites, Plutarchus auctor eſt. Porro illud item haud negligendum, quod & Paroemiæ formam habet. Rectis, an proclinatis haſtis uenio? quod eſt, Amicum ne uultis, an hoſtẽ? dictum uero id ex hiſtoria. Lyſander ſiquidem, cum Bœotiorum agros peruaſurus foret, quæſiuit ab illis, πότερον ὀρθοῖς τοῖς δόραξι, ἢ κεκλιμένοις διαχωρεῦντε τὴν χώραν αὐτῶν, ideſt, Surrectis ne, an infeſtis haſtis per ipſorum agros iter faceret? Haſtarum uero uſus agnoſcitur duplex. Aut enim è manu utimur, & uocantur Anchemalæ, uel Orectæ, Nam ὀρέξαι ſignat, manu percutere. Aut mittimus, ſicuti quæ dicuntur à uibratione Palta, ideſt Iacula. Contus utrunq; implere uſum poteſt. A quo & Contobolia dicitur, Velut etiam Sariſſa, atq; item Hyſſus. Stadia uocatur pugna, & συστάδην pugnare, ubi cõminus certatur. Vnde & Anchemachi nuncupantur, qui ita pugnant, ſeu haſta id faciant, ſeu Enſe. Non ignorandum tamen, Veteres Lignis, Corynnisq; ideſt Clauis depugnare conſueuiſſe, quæ ratio militum Phalangibus nominis cauſam præſtitiſſe creditur. Siquidem Ligna nuncupãtur Phalãgia. Argumento eſt, quod ex materia compactas ſuſtructiones etiam Phalangas uocitamus, & inde forſan Phalangia nuncupata, quæ è trabibus telas contexunt. Et quæ nauibus ſubiiciuntur Hermata, ideſt ſuſtentacula, dicuntur item Phalangia. Ad digytos quin etiam uerbum id reuocat Ariſtoteles. Nam qua flexus conſtat, Condylus inquit, appellatur, qua non flectit, Phalanx. Addamus de haſtis illud quoq; Eſſe qui haſtæ cuſpidẽ, quam terræ infigimus, ab Homero quandoq; etiam Vriachon, nuncupatam, ab Aliis Crosphon, uel Groſphon. Verum de iis ſatis iam, ſuperq;, ad alia deniq; faciendus gradus.

¶ De Iſthmo. Prouerbium, quod eſt, Iſthmum perfodere, quam rationem habeat. Papinii locus ex quarto Syluarum explicatur. Qui adorti ſint rerum naturæ faciem hic, aut alibi mutare. Iſthmi notiones, & deriuata. Caput LII.

a Nguſtias, unde procedit Peloponneſus, Iſthmon dici, nemo non paulo politior nouit. In eum Locum inquit Plinius, irrumpunt è diuerſo maria, omnemq; ibi lancinando uorant latitudinem, donec contrario incurſu æquorum tantorum in quinque millium paſſuum interuallo, exeſis utrinq; lateribus, anguſta ceruice Pelopõneſum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur Sinus. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc anguſtiarum termini. Multos hiſtoria prodit, Spatium id adortos interſcindere, ut nauibus pateret nauigabilis meatus. Memoratur uero imprimis Demetrius Rex, Dictator Cęſar, Vt Tranquillus etiam Auctor eſt, C. Princeps, Nero Domitius. Verum quia omnium conatus non

in irritum modo ceſſit, Sed & exitu infauſto id fuiſſe inceptum, compertum eſt, Quia, ut inquit in rebus Corinthiacis Pauſanias, diuinitus conſtitutis rebus manum iniicere non licet. Siquidem Gnidios Iſthmum interdicere adortos Apollinis deterruit Oraculum, Inde nata elegantis Adagii ratio, Vt qui improſperius, & inauſpicato rem quampiam conãtur, commoliuntur q̃, Iſthmum perfodere prædicẽtur. Quod uero ad Demetrium ſpectat, Illud perpenſione dignum amplius, fuiſſe a' quibuſdam proditum Literis, Eum ab Architectis, ne propoſitum exequeretur, deterritum. Quod cum illi metarentur, renuntiaſſent, Sinus Corinthiaci mare eſſe altius, quàm quod ad Cenchreas, Itaq; intermedium ſi interciderет locum, uniuerſum ad Æginam tranſitum, cum ipſa pariter Ægina, & proximas Inſulas demerſum iri. Porro' nec nauigationi Alueum futurum habilem, ob affluxus rapidã Varietatem, qualis in Euripio uiſeretur. Ex hiſtoria uero huiuſmodi amplius commonefor, quo Senſu enuntiarit in ſyluis Papinius de Via Domitiana.

His paruus, niſi deuiæ uetarent,
Inous freta miſcuiſſet Iſthmos.

Sed nec me fallit, uerbum Deuiæ, quod Senſui præcipue congruit, ac Hiſtoriæ, ab Interprete acutiſſimo expungi, pro' q̃ eo reponi Lechiæ, nec ſyllabarum menſu offendi ſe ſignificat. In quem uelut Scopulum impactus Hermoleos, ut eſt in re Literaria Lynceus, atque optime de re latina meritus, Verbum Cenchreæ ſubſtituere mauult. Sentit & ipſe hoc nõ omnino accommodum, Sed minus putat habere morulæ, quàm id Domitii. Ego nil immutandum contenderim, quando ſic illibatior prolicitur Senſus. Quod ſicui amplius arridet nouitas, Hiſtoriæ nihilominus inhærendum, non inficiabitur, quiſquis citra Liuoris labeculam ſibi iſta expendere permittet. Sed ad inſtitutum redeo. Memorabile uero id quoq; eſt, Herodem Athenienſem, cuius alibi quoq; commeminimus, uel ſæpe tot, tãtis q̃ fuiſſe diuitiis inſtructum, &, quod omnia excedit, tanta fuiſſe animi magnitudine, ut quamuis plurima paſſim non tota modo Græcia, Sed in Italia quoque opera edidiſſet, quæ Viro haud dubie immortalitatem comparatura uidebant', Tamen altior, & inquies Animus nil ſe dignum perfeciſſe opinabatur, Quoniam Iſthmum non perfodiſſet. Splendidum ſiquidem arbitrabatur, Continentem abſcindere, Maria diuerſa cõiungere. Ambitum ſex milliũm, & uiginti Stadiorum, tot enim fere' nauigando conficiuntur, in breue coniicere. Affectabat ille quidem hoc, Vt magnificum, & illuſtre, Verum ut poſſet, ab Imperatore nõ auſus impetrare, deſtitit, ueritus ne uitio illi uerteretur, uelut id animo agitanti, Cui ne fuiſſet quidem Nero par. Dignum relatu id quoq;, Conſimili conatu excidiſſe Nicanorem Seleucum, Qui perfodere excogitarat ſpatium a' Boſphoro cimmerio ad Caſpium mare, quo tempore a' Ptolemæo Ceraunio ſit interfectus. Eſſe uero id interuallum CL. mil. prodidit Claudius Cæſar. Idem ſtudium in mutanda rerum naturæ facie Ægypti Reges agitauit, ut nauigabili meatu proſcinderẽt interſtitium a' Rubro mari ad Nilũ, qua parte uocat' Delta, Seſoſtri omnium principe id tentare adorto, inſecuto mox Perſarum rege Dario. Deniq; Ptolemæus foſſam eduxit latitudine pedum centum, altitudine triginta, uſque ad fontes amaros. Vltra deterruit inundatiõis metus, excelſiore tribus cubitis, ut Plinius ſcribit, mari Rubro comperto, quàm terra Ægypti. Quod uero ad Iſthmũ attinet, abs quo exorſi ſumus, Scribit in tertium Sententiarum Hippocratis Galenus, Tonſillas eſſe locorũ ad Iſthmum attinentium inflammationes. Per Iſthmum uero oportet inquit, intelligere partem illam, quæ Os, & Gulam interiacet, quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab iis, qui proprie dicuntur Iſthmi. Sunt autem anguſti quidam terræ tranſitus inter duo maria ſitæ. Iſthmum uero Grammatici inde trahunt, quia Iſthmata ſint τὰ βήματα, hoc eſt gradus, eſt enim βάσιμος τόπος, ideſt inter duo maria meabilis Locus. Illa uero ex Theſauris Iulii Pollucis ſunt, Guttur propter anguſtias dici Iſthmum, ex quo portiões utrinq; Poſitæ Pariſthmia apte uocantur. Sed & alibi Colli recẽſens ornamẽta, Quæ Collo inquit, circumponuntur, Peritrachelia uocantur, & Perideræa, Item Deræa, & Hypoderia. Sicut Hypoderides, Iſthmia, Plocia, Stomia, Malacia. Porro' nec illud ignorandum, Iſthmum, ubi anguſtam terram ſignat, quam duo lancinent maria, Aulam quoq; nominari. Sicuti quandoq; etiam dicitur ἀμφιπλοῦς, & ἀμφοτερόπλους. Nam Porthmon, ſiue fretum Aulona item uocant, ac Euripum.

¶ Equo

¶Equo Sophocleo ſimilis, prouerbium quid inferat. Item Damiani, & Sophoclis hiſtoria. Caput LIII.

Quo Sophocleo ſimilis, adagium in eos eſt, qui ætate feſſi, & imbecillo corpore, Animi tamen uigorem ſeruant etiamnum. Philoſtratus in Damiano Sophiſta, καὶ εἶδον ἄνδρα παραπλήσιον τῷ σοφοκλείῳ ἵππῳ. Et uirum inquit, uidi perſimilem Equo Sophocleo. Sed & mox infertur ratio, νωθρῶς γὰρ ὑφ' ἡλικίας δοκῶν, νεάζοντι ὁρμὴν ἐν ταῖς σπουδαῖς ἀνεκτᾶτο, ideſt Languidus quamuis ætate uideretur, tamen Iuuenilem in ſtudiis refouebat impetum. Erat aũt Damianus hic, de quo hæc Philoſtratus dixit, Epheſius, ſummo loco natus, opulentia magna, &, quod oía exuperat, diuitiis bene utebatur. Fuit præterea eloquentiſſimus, Adeo, ut Soteri, Soſi, Phædri, & Cyri, Ludibria uerius Græcoꝝ fuerint, Quam Sophiſtæ digni, de quibus mentio fiat. De Sophocle uero, qui iam ſenio confectus inſaniæ a multis accuſabat, ut Plutarchus ſcribit in Libro, qui eſt, An Seni adminiſtrãda Reſp. Copioſéq; M. Tullius Sophocles inquit, ad ſummam Senectutẽ tragœdias fecit. Sed cum propter ſtudium in re familiari negligẽtior foret, Poſtulatus a filiis eſt, ut, ſicuti more Romano, male rem gerẽtibus Patribus interdici bonis ſolet, ſic illum, uelut deſipientem, a re familiari remouerent Iudices. Tum Senex dicit, eam fabulam, Quã in manibus habebat, & proxime ſcripſerat, Oedipũ Coloneum recitaſſe Iudicibus, quæſiſſéq; num illud Carmen deſipientis uideret, θαυμαζόμενον τὸ μέλος φανέντος, ut inquit Plut. προπέμφθη μετὰ κρότου, καὶ βοῆς τῶν παρόντων, ideſt cum id apparuiſſet admirandũ, plauſu, & clamoribus aſtantium p̃miſſus eſt, Velut cygneũ neſcio quid, & ſolito dulcius uicina morte ceciniſſet. Satyrus uero, ut ẽ apud Ariſtophanis Interpretem, Sophoclis apologiam huiuſmodi fuiſſe, prodit. ἐμὲν ἐμὶ σοφοκλῆς, ὁ παραφρονῶ· εἰ δὲ παραφρονῶ, Ϭφοκλῆς οὐκ ἐμί. Si Sophocles ſum, non deſipio. Si deſipio, Sophocles nõ ſum. Quod aũt de Equo dictũ Sophocleo eſt, arbitror in eo alluſum ad Tragici cothurni maieſtatẽ, q ſit ueluti Equeſtris, Comicæ humilitatis rõne. Vñ in arte poetica Orat. Et tragicus plerunq; dolet Sermone pedeſtri.

Vel quia Poetæ furoris diuini afflatu perciti uicem Equi implent, Equitis uero inſidẽs numen, ſiue is Apollo ſit, Seu Muſa, Siue quiuis alius. Nam & in Sibylla, hoc ipſum ſeruauit Poeta nobilis. Ea frena furenti
Concutit, & Stimulos ſub pectore uertit Apollo.

¶Coloneus Oedipus cur dicatur. Colonos fuiſſe in Attica duos. Euryſacion qd. Colonarii Colonitæ. Colonarium quid. Interim & de Equo Sophocleo. Caput LIIII.

Æterum ingerit ſe difficultas haudquaquã extriuio, & quam Lyncei noſtrates, ẽtſi trans parietes proſpectare ſibi uidentur, non explicuerunt ſatis. Quid ita Sophoclis tragœdiæ titulus ſit factus, Oedipus Coloneus. Sunt q a loco ſentiant fieri uocabuli corriuationem, Sed ubi nã gentium reperiatur is, Aut cur ſic dicat, parum docte, parum q; exacte perpendiſſe, animaduertũtur. Id nos, ut id genus alia pleraq;, ex Scientiſſimoꝝ Pomœriis proferemus. Igit apud Pauſaniã ita primum legimus. Hac regiõis inqt, parte apparet Timonis turris, qui ſolus nouit, nullo pacto fieri poſſe, ut qſpiam Beatus ſit, niſi aliorũ Hominum ꝓſuetudinem declinarit. Oſtẽditur ẽt Agger, Qui κολωνὸς ἵππιος, ideſt Colonus Equeſter dicit, In quẽ primum Atticæ locum Oedipodem ueniſſe, aiunt. Nam & inibi uiſebat Equeſtris Neptuni ara. Necnõ Mineruæ itidem Equeſtris. Heroũ p̃terea Pirithoi, Theſei, Oedipodis, Adraſti. Porro Onomaſtici ſeptimo Iulius Pollux, Duos fuiſſe Colonos ſcribit, Quorũ alter diceret ἵππιος i. Equus, in quem confugerit Oedipus. Ad qđ forte ꝓuerbium reſpectat, quod de Equo Sophocleo p̃texuimus, eo qdẽ procliuius, ſi inibi quoq; habitauit Sophocles, quod in qnto definibus Cicero ſignificat. Alter uero in foro erat Colonus apud Euryſaciũ, quo qa conuenirent Mercenarii, Colonitæ ſunt nũcupati, Sicuti meminit Hyperides. Euryſacion interp̃tatur Harpocratio Neptuni templũ, Ni mendũ exemplariũ eſt. Nã id Aiacis malunt alii intelligere, q Euryſaces diceret a ſcuti magnitudine. Eſt uerbũ id apud Sophoclem quoq;. Colonus uero hic forẽſis dicebat, ſiue Agoræos. Colonas porro, & Colonos. i. κολωνὸς terra

rum ſupcilia, aut ēt promontoria uocant Græci. Oedipi Colonei meminit in Magia Apuleius, Sed codicibus inſigniter interpellatis. Fuit & Spartę locus, Pauſania tradēte, Qui dicitur Colona, exaduerſum Ioui Ambulio, & Palladi Ambuliæ. Inibi uiſebatur itē Dionyſii κολωνάτα templum. Colonariam uero conditionem in Canonicis decretis, diſtinctione LXXXVII. Et apud Iureconſultos, eam accipio, quæ ad rem ruſticam tractātes pertinet. Vñ & Colonarios in Epiſtola Cælii humiliores intelligimus Homines, forteq; ruſticanas tribus. Nolo te putare inquit, Fauoniū a' Colonariis præteritū, Optimus quiſq; nihili eum fecit. Sic.n.uidetur Legendum. In Epiſtolis ad Atticum, Colonariū eſſe arbitror uectigal, quod pro re penderet ruſtica. De aquæductu inqt, probe feciſti, Colonariū uide, ne ullum debeamus, quanquā audio, eam illic cōmutatam eſſe Legem. In eundem ſenſum dixit Cæſar Libro Ciuilium belloꝝ tertio. Et qa ab Oedipo exorſi ſumus, illud item opera uelut parergā huic parti impingamus, Fuiſſe apud Thebas fontē, Oedipodiā cognomēto, Quoniā ibi cædis paternæ cruorē abluiſſet Oedipus. In propinquo Hectoris uiſebat monumentū, ex oraculo illuc oſſibus ab Ilio tralatis. Adnexū & illud, Eſſe prope Thebas locum, Qui dicātur σῦρμα ἀντιγόνης, Quoniā cum Polynicis cadauer tollere neqſſet, illud protractum in ardentem Eteoclis coniecit pyrā. Nec me fallit, aliter Pauſaniæ ſententiā a' Domitio tralatam. Super illud Satyricum, Syrma uel Antigones. Verū Pauſaniæ uerba ſunt hæc. καλεῖται δὲ ὁ σύμπας ἕτος σῦρμα ἀντιγόνης· ὡς γὰρ τὸν τῆς Πολυνίκης ἄρασθαι οἱ προθυμούμενοι νεκρὸν δόλιμόν ἐφαίνετο ῥᾳστώνη, δεύτερα ἐπενόησε ἕλκειν αὐτὸν, ἐς ὃ εἵλκυσέ τε, καὶ ἐπέβαλεν ἐπὶ τῇ ἑτέρᾳ κλέος ἐξημμένην πυρᾷ. In ea porro parte ſingulari certamine compugnaſſe Polynicen, ac Eteoclem, ſignificat idem auctor, mutuis q; ſe uulneribus confeciſſe. Vbi & Menœcei extabat monumētum. Et Herculi Iunonem Lac præbuiſſe Iouis fraude, putāt Thebani. Haud longe demum ſub Dio Hercules ſtabat ῥινοκολάστης cognomento, qm̄ Orchomeniorū Ceryceibus Nares amputaſſet, Qui uenerant tributa repetituri.

¶ Hippon apud græcos dictiōes intendere, Hippobinus, Laſtaurus. Cillones q ſint. Plura ab Hippos deriuata. Polion. Prophoros, & Acoſte quid. Item Lochia. Caput LV.

QVoniam Equi facta mentio eſt, ſubnotabimus hic protinus nōnulla ex ſupellectile Grammatica. Quæ curioſius Verborum ſectatur ꝓprietates, Vocabula proruit hinc inde, qbus locupletior, inſtructior q; fiat loquendi rō. Q̄m igitur Equum Græci ἵππον dicunt, animaduerto id nomen multifariā ꝓdire in uſum Doctoꝝ. Nam ſcite admodum, & docte Hippobinū uſurpāt ꝓeo, Qui meretricio amore debacchetur, aut q inexplebiliter Venerea cōſectetur. quem Latinorum nonnulli ēt Laſtaurum dicunt. Sed Græce tamen, ut ex Athenæo liquet. Nam eo uerbo Pomp. Leneus nobiliſſimo hiſtorico uelut neuū inuſſit. Id uero ſignare hominē libidinis ualidę, in Libro de Grāmaticis, & Rhetoribus auctor Suetonius ē. Vocabuli rō hæc, quia Græcoꝝ lingua λᾶ dictiones intendit. Taurus uero eſt pudendoꝝ pars, Sicuti adnotatum a' Galeno, ſcimus. Necnon a' Quintiliano. Eam ſub Oſcheo poſitam Euſtathius ītерpretatur, Quāquam eſt & apud Trœzenem nomine eodem fluuius, ex Quo Tauria nominatur apud Sophoclem Aqua. Alii Laſtaurum dici putant, quaſi λασιόταυρον, quod Hiſpido ſit pudēdo, ut idem Euſtathius aſtruit. Nam Laſtaurocaccabum apud Chryſippum in Libro περὶ καλᾶ, καὶ ἡδονῆς, Legimus eſſe delicatioris edulii genus, uti eſt apud Athenæum. Vt quod ſit Libidinis incentiuum, Sicuti apud eundem leguntur λάρο βίνη τιῶνται βρώματα ratione eadem. Eſt & Las Viri proprium nomen, Cuius ab Achille interempti, quē ambiuiſſe Helenam ferunt, uiſebatur monumentū in Arēno Laconiæ, ut ſcribit Pauſanias. Laſtaurios Quidā mi alunt ſcribere, ut ſint οἱ περὶ τὸν ὀρθὸν ὀκλάζεις, καὶ πόρνοι τινὲς ὄντες. Cillones uero apud Ciceronē in Saluſtiū, Cinædi ſunt, ac turpiter ceuētes, qa Cillere motitare eſt, Sed ad Hippobinum redeo. Inuenio id nomē poſitum in Ariſtophaniis Batrachis, Cuius fabulæ Interpres a' Laſciuia id duci ſcribit, quoniam in Magnis rebus ἵππον Græci accipiant. Sicut ἱππόπορνος, Cinædus dicit. Magnus βινεῖν autem ſignat coire. Vnde illud in Epiſtolis ad Pætum. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus, At cum bini, obſcœnū eſt. Hinc & Seuinus, hoc eſt σείων, ducitur. Quod nomen eſt apud poetam Platonem. Porro Hippon dictiōes augere, ex Galeno quoq; didicimus, Qui ſeptimo ſimpliciū Pharmacorum Auctor eſt. Hippom arathron dicit fœniculum Syluestrē ab iſigni magnitudine.

Id uero

Id uero dici recte, Dioſcoridis auctoritas comprobat, Nam tertio Libro ſyluæ medicinalis, Hippomarathron inquit, Romani uocãt fœniculum erraticum. Eſt autem Marathron, fœniculus Sylueſtris grandior. Sed & Hippoſelinum eodem mõ a' magnitudine nuncupari uidetur. Cui ſententiæ aſtipulatur Dioſcorides idem. Eſt aũt Hippoſelinum, qđ Olus atrũ Romana uocatur lingua. Cronippum præterea Græci nuncupant magnas nugas. Cronia nanq; uidentur eſſe nugalia oía, & prærancida quodammõ. Sed de hac uoce non ſunt hic ingerenda plura, ne plane' fiat, quod Græci autumant, Iouis Corinthus, dum idẽ ſubinde inculcando repetimus, Quãuis non ignorẽ, eſſe apud Platonem bis, ter'ue dici, qđ pulchrũ eſt. Hippicum uero eſſe menſuræ nomen, nouimus, Plutarcho docente, Sed cum inqt, nec perennibus fluuiis, nec lacubus, quibuſdam, nec uberibus fontibus regio abundaret, & pleriq; Atticorum puteis uterent' manufactis, Lege ſtatuit Solon, ut ubicunq; publicus puteus eſſet, intra Hippicum homines uterentur. Eſt aũt Hippicum quatuor Stadiorum diſtantia. Orica iuga cum legimus apud Æſchinem ἐν τῷ πρὸς τῆς παραπρεσβείας, de mulis dici interpretantur, Quos appellari Oreas, Auctor cum Ariſtophane Homerus eſt. Hippalectryõ dici uidetur Staturoſus Gallus. Putant aliq eẽ marinum Animal, etiamſi in rerũ id Natura compertum quandoq;, abnuant Philoſophia imbuti Pleriq;. ἱπποσοφίαν .i. Equorum nutricationem, quod ea res magno conſtet ĩpendio, apud Spartanos inter execrationes uſurpari ſolitam, ſcimus ex Græcorum libris. Nã & Ariſtophanius ille Senex ita queritur, ἀλλ' οὐ δυνάμαι δείλαιος εὕδειν δακνόμενος ὑπὸ τῆς δαπάνης, καὶ τῆς φάτνης. i. nequeo miſer dormire, me nãq; mordicus lancinat impenſa, & præſepe. Archidami Spartanorum Regis filia, Mulierum prima, inqt Pauſanias, Equos alere adorta eſt. Prima'q; curru adepta uictoriam eſt in Olympicis. Eius Heroum uiſebatur in regione, quã de Platani copia Plataniſtã uocãt. Philoſtratus in Hippodromo Sophiſta. Olympiodoro eius patri gloriæ aſcribit, Qđ Hippotrophia cunctos præcelleret Theſſalos. Hic uero eſt Hippodromus, ut obiter aliqd ſubnotemus, Qui Homerum dixit Sophiſtarum patrem, cum Nicagoras Tragœdiam eſſe matrem, pronuntiaſſet. Et rurſus Homerum eũdem uocẽ, Æſchylum uero Spiritũ appellauit. Hippoſtaſium eſſe uidetur equorũ ſtabulum, Sicuti Boum Buſtaſium. Nã & Equũ ab Armento ſequeſtratum iam, & Stabulo, ac Præſepi applicitum, Græci elegãter Staton. i. στατὸν dicunt. Ordeo dum connutritur Equus, ἀκησήσαι pronuntiatur. Qm̃ ut interpretãtur Gloſſematarii, Acoſten Ordeum uocat Nicãder. Sed apud Theſſalos cibaria, & alimẽta omnia nuncupari Acoſtas, traditum ueteribus eſt. Sunt qui apud Homerũ Iliados Rhapſodia ſexta legant ἀγοσήσας ἐν φάτνῃ. exponant'q; ſordidatus in ſtabulo. Nam γοῦλος .i. Gœtus ſordes indicat. Eſſe uero Equum Animal Philolutron, ac Philydron. i. balneoq;, et Aquæ expetens, Auctor probat Ariſtoteles. Taraxippum inuenio nuncupari Heroũ Myrtilo a' Pelope ſtructum, In quo & rem diuinam illi obierit, Vt perpetratæ cædis iram leniret. Nominis ratio eſt, quod in eo loco Myrtili arte iniectus ſit Oenomai Equis terror. Sũt, qui ab Oenomao id ſolitum peragi, fabulent'. Quidam inibi ĩfoſſa aliqua à Pelope, ſibi ab Amphione tradita Thebano, Quibus non Oenomai modo exterriti ſint, Verum exterreãtur omnes, illac tranſeuntes Equi. Fuiſſe uero Ægyptii putant Magicæ peritũ Amphiona, propterea petras illi in Thebarum mœnibus ſuſtruẽdis uiſas obtemperare. Sicuti Orpheo ratione eadem feræ obediuerũt. Fuit & in Iſthmo Taraxippus Glaucus, Quem peremiſſent Equi. Illud obiter adnotarim, Marmaca omnium primũ ueniſſe Hippodamiæ procũ, Ante'q; alios ab Oenomao necatum. Eius Equas tradunt uocatas Parthenian, & Eriphã, Quas cum iugulaſſet Oenomaus, iuſſit ſepeliri. a' Parthenia uero impoſitum fluuio nomẽ. Eſt & alter Harpinates, a' Ciuitate Harpina, quã inhabitarit Oenomaus, ſic a' matre nũcupatam. Illud poſtremo non negligendũ, Videri Apud Plutarchum dici Hippocentaurum pro Equitatore præſtantiſſimo, & prorſum incxuperabili. Ipſe ĩquit, ſe ait perniciter currere, Illum aũt uolare. Se cõmode in Equo uehere ἀλλὰ ἐν πρὸς ἱππόκενταυρον τοῦτον, quod eſt, Sed qd ad Hippocentaurum hunc? Ampyx aurata dicit' catena Setas uinciẽs Eqnas in frontis ambitu. Vnde & Martis Equi Chryſampyces Homero dicunt'. Sunt & q eo noſe Reticulum ĩtelligant muliebre. Equas in partu uacare admodũ purgamentis, ſcribũt Naturales. Ea uocat Ariſtoteles Lochia. Nam humor cruentus, aquoſus'q; intra membranas cõtentus, qbus obuoluitur Embryon, Prophoros dicit', eſt & Polion. i. πώλιον, quod ante

partum emittit Equa. Propheres uero dicitur re ipſa Iuuenis, Aſpectu tñ ſenex. Cui contrarius dicitur Sclerus.

¶ Quæ dictiones itẽ Græcis amplitudinis ſignificantiã habeant. Aeginæa mercatura. qd Rhopon. Rhopes. Rhopographi. Strabo illuſtratur, Item Virgilius. Æginæum pro magno. Rhoptron. Aetnæum pro magno. Sic & Parnaſium. Pſammocoſium. Gargara. Carcinus unde.

Caput LVI

Edenim eiuſdem Linguæ proprietate in rerũ quaſi uaſtitate exprimenda, nõ Hippos modo in uerbis, quæ ex pluribus conſurgunt, ſuggerit menti amplioris ſignificãtiæ notã, Sed & pleraq; comperiunt alia, uſum eundẽ in magnis Auctoribus iunctim implentia, ac ſeparatim. Quippe grãdiora qñq; Æginęa dici animaduertimus, Quod ex Talenti rõne productum, Grãmatici coniectant, Quod in ea inſula exuperabat Atticum. Quãquã non latet, Venaliũ onera nũcupari ẽt Æginæa. Vnde corriuati, qui dicunt Aeginæopolæ, hoc eſt ἀιγιναιοπῶλαι, merciũ id genus Venditores. Nam eſt ibi factum emporiũ, ob inſitam loci ſterilitatẽ hominibus maritimam negotiationẽ obeuntibus. Vnde inqt Strabo, Rhopon multimodis rebus conſtantem, Æginęam dicimus mercaturam. Sic. n. Græci ſanciunt, Rhopon. i. ῥῶπον ſignare παντοδαπὸν φόρτον. i. miſcellaneum onus. Hoc eo libentius appoſui, qa Strabonis tralatio ſubſultat. Dicunt & Rhopes ſyluoſæ plantæ. Vñ & Rhopographi nuncupant. Vulgus nauti cum Rhopon nunc Gropon dicit, ut reor, dictione luxata, q mos imperitis eſt uel frequentiſſimus. Rhopen uero, & Rhipen dicunt Græci momẽtum, uel ictum, aut Oculi motum. Rhoptra apud Archilochum petaura dicunt laqueorum, ſiue Scandalethra. i. flexuoſa ligna capiendis feris, uel auibus. Porro Aetnęum itẽ pro magno reperies in Libris Auctoritatis non dilutæ. Vñ & Cantharus Aetnæus magnus intelligit apud Ariſtophanẽ in Comœdia, cui titulus ἀρήνη. De montis Aetnæ magnitudine. Vel qa Aetnæi Equi habeant præceleres, & in currendi certaminibus inclyti. Ex qua rõne, Virgiliũ quoq; fratres appellaſſe Aetnæos, ſimile ueri eſt. Cõſimiliter apud Ariſtophanem eundẽ in Comœdia, cui titulus ἀχαρνῆς, dicuntur ἀνθρακιὰς παρνάσσιοι. Quem locum enarrans Interpres, Parnaſiũ ex more pro magno fatet poſitum. Ab harena quoq;, quã uocant Pſammon, dictio cõfigurata ẽ, Pſammocoſius, quæ pro immenſo accipi numero uidet. Nam Eupolis ἀνχρυσῷ γένει, Spectatores appellat Pſammocoſios, numeroſos intelligens. Verbũ aũt coſia, eſt numerorum deſinentia poſt centum. dicunt. n. Diacoſia. Triacoſia, Tetracoſia, & deinceps. Sic ẽt Gargara pro multitudine excellenti poſita inuenias, Sicut apud Ariſtomenẽ ἀν βοηθοῖς, Intus nobis ſunt Gargara, poſitum id uerbũ apud Sophronẽ quoq;. Et in tragœdia legimus, Pecuniarum gargara. Quin Carcinum, quæ uox Cãcrum ſignat, hinc duci opinant Eruditiores a` pedum multitudine. Quãquam a` Capitis motatione, ita dici putant alii, quaſi Caracinos quidam ſit.

¶ Quos dicamus Equos Lycoſpadas, Lycos frenum, ſeu Lupatũ, Lycopodes qui, Lymax, Lymata, Item Phaſiani Equi. Et Neſæi, Hippona, et Onoſcelis, Et Hippo, Equus primus. Centrineces, Encentrides qui, Peroriga. Plinii locus perpenditur.

Cap. LVII

Ignum uero obſeruatione cenſuimus, & quod huic potiſſimũ Loco adglutinemus, Dici a` Græcorum ſcientiſſimis Quoſdã Equos Lycoſpadas, ideſt λυκοσπάδιαν. Id uerbum quã habeat rationem, ambiguum, & tenebris aliquo modo obuolutum, Scio uiſum iri, quando eſt haud ita frequens. Ego uero Etymon duplex comperiſſe uideor. Alterum eſt de freni genere, quod Lycon uocent. Noſtri Lupata dicũt. Nam & Georgico tertio Virgilius, Nãq; ante domandũ

Ingentes tollent animos, prenſi q; negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere Lupatis.

Quo in loco Seruius, & qui ab eo mutuati ſunt plures, eſſe Lupata tradunt frena aſprima, ſic de Lupinorũ dentiũ ſimilitudine nuncupata, Quos eſſe inæquales conſtet, Vñ & morſus infigat ſummi nocumenti. Hoc uero frenorũ genus Eqs adhiberi præſeruidis, ac ferociẽtibus, ſæpe q; ob inſitam animoſitatẽ rebellibus, ut retundatur impetus, hebeſcat q; generoſitas nimia, moris eſſe, nemo non nouit. Sicuti ẽt Lycon dici Lupum, Vñ Lycophilios pro ſuſpecto ponitur, & Latenti, ut eſt apud Aelium Dionyſiũ, & Menander ita ſcriptum reliquit.

reliquit. λυκοφίλιοι μὲν ἐσὶν αἱ ὀρθαλμαί, ideſt ſuſpectæ quidē conciliationes ſunt. Nam & Lycophos pro tenebroſo poſitū inuenimus, aut pro crepuſculo, qñ Lupi color cinereus eſt, Nec nigredinem præferens intenſiorem, qđ inqt Euſtathius. Lyceæ Dianæ templū apud Trœzenios fuiſſe ab Hippolyto excitatum, Auctor Pauſanias ē, Qui tñ eius rōnem cognomenti ignorare ſe, fatetur. Sed ex Macrobio aucupari, opinor, licet, Vbi diſſeritᵉ, Cur Apollo dicatᵉ Lycigenetes, ac Lycos. Añ templum Lapis uiſebatur Sacer dictus. In quo Trœzeniorum Viri nouem aʼ Cæde materna Oreſtē ferūtur expiaſſe, adhibitis cum expurgationi bus aliis, tum aqua ex fonte, quem ἵππια κρήνην dicunt, Nam & hic apud Trœzenios mōſtratur, Pegaſo terram inibi pulſante, ſcaturiſſe. Fuit apud eoſdem añ Apollinis ſacellū locus, quem Oreſtis Scenā dixere, quod nō dū is expiatus, nemine eū recipiente, ibi diuerſaretur. Adobrutis uero in propinquo purgamentis, enatam Laurum memorant. Lymax ad Lycos pertinet nihil, Nā eſt eo nomine apud Phigaliā fluuiº, in Arcadia, In quem purgamina, ſordesq; ꝓiecerint Nymphæ, cum Iouē peperiſſet Rhea. Sordes aūt Græci ueteres Lymata uocarunt, uel Homero teſte, cum ait, λυματ' ἔβαλλον. Dicuntur & Lymaces petrę. Sed redeo ad Lycoſpadas. Sunt q malint Lycoſpadas inde dici, quod q pullina ætate in Lupos inciderint, Si periculū euadant, inſigniter bonitate proficiant, ac pernicitate. Cæterꝫ perpenſione dignū, Cur nam eiuſmodi caſum conſequatur Euētus hic. Niſi dicamus, ideo credi uehementiores effici equos ab ea impoſtura, qm̃, ni fuiſſent Natura tales, haudquaquam dilabi eualuiſſent. Neq;.n. prudētem euaſiſſe Vlyſſem dictitamus, Cyclope declinato, Sed ideo declinaſſe, quia foret prudens. Equos uero ad ſonum quēlibet, uel minimū cōpaueſcentes expreſſius Græci ψοφοδεῖς nuncupare ſolent, dictione compactaaʼ ψόφος, q eſt Sonus, & δέος, timor. Quod uero in eiuſdem Linguæ monumentis legimus quādoq; Lycopodas, ad equos ea res omnino pertinet nihil. Nam ea uoce Tyrannoꝝ ſatellitiū ferèſignificatᵉ. Erant uero hi corpore uegeto, & animo præſigni Iuuenes. Vocabuli rō eſt, qa pedes Lupino circuntegerent corio, Aut qa in Clypeis Lupi geſtarent inſigne. Phaſianos Equos inuenimus ab eius auis ſuſto inſigni, Vel qm̃ ad Phaſin Equi habeantur pulchritudine præſtantes. Neſæos Equos nuncupat Herodotus, qui prægrandes naſcerentur in Neſæo Medicæ regionis Campo. Sic.n. Stephanus ētᵉ ſcribit, νησαῖον πεδίον, pudendo cuiuſdam errore, qui eo uocabulo ſignificari inſulares eſt opinatus, Meminit & Loci, & Equoꝝ Arrianus quoq;. Sed & in Legibus Plato, ut Strabonem præteream. Equos Gregales Græci Phoruadas dicunt. i. φορβάδας, Domeſticos uero Trophias. i. φοφίαδ'. Nā Empyi intelliguntur, quos Suppuratio infeſtat, Quæ inter Equorum recenſetᵉ morbos. Sicuti Crithiaſis. i. Hordeatio, & Lymphaticus morbus, quem dicunt νυμφιᾶν. In quo ad tibiæ ſonum quies contingit, fronte demiſſa, quod uocant κατωπιᾶν. Sunt inter Equos qui uocētur Athletæ & Agoniſtæ, item Hodœporici, & Pōpici, Quos itinerarios dicere potes. Porro & Stratiotici. i. Militares. Digna uero Scitu & illa, Equum prominentibus oculis Exophthalmū dici, Sicut Cœlophthalmū, q cōtrario affectus mō eſt, cuius in receſſu cauo oculi ſunt. Chelidon ungulæ diciᵉ concauitas, Sed & in Canibus eodē mō. Eſt & Chelidon ſupra cubitū pars. Chamelas. i. χαμηλὰς uocat Xenophon ungulas pleniores, carnoſasq; citra cauitatem. Cirſos nuncupant, q adnaſcunᵗ Equorū tibiis. Pedes anteriores Proſthios appellant, Cæteros uero Opiſthios. Pedum Virtus Eupodia uocatᵉ. Ephippeion eſſe interptantur Sellam. Ephippion uero eſt currentium equorū certamen. Lego in Plutarchi paralelis, Fuluium quendā mulierū odio Equā ſolitum inire, Vñuenuſtior enata puella ſit, quā dixere Hipponā. Sicuti Epheſius Ariſton ex Aſinæ initu formoſam ꝓgenuit Oneſcelin, qđ admirabiliū ſecundo Ariſtoteles ſcribit. Nam Onochelom Chriſtianoꝝ Deū qdam intelligere maluerunt, auribus Aſininis, altero pede inungulato, librū geſtantē, togatumq;. Nā et Aſininum Caput uice numinis coli aʼ Iudæis ſolitum, Cornelius Tacitus, mendaciū, ut Septimii Florētis utar uerbis, loquaciſſimus, ꝓdidit. Quod in Arabia ſiticuloſa deꝑhenſi, Onagris ducibus, ꝓducti ad Aquaꝝ ſcaturigines ſint. Sed inter Græcos quoq; noſis haud obſcuri Damocritus aureū Aſelli caput aʼ Iudæis cultum, nō tacuit, nec ritu quidē Sacrorū negleto, Septimo quoq; anno ꝑegrinum hoſem perduci aſſueuiſſe, ſcribens, ac κατὰ λεπτὰ .i. fruſtillatim conciſum necari. Stabuli uero Deā Apuleius Hipponē uocari tradit, ut placere Doctioribus animaduerto, q̃q̃ pleriq; Hipponā & legunt, & interꝑtantur, Vt eſt apud Ter

tullianum, Sic & apud Iuuenalẽ Legunt, Iurat Solã Hippo, & facies olida ad præſepia pictas, ea nimirũ forma, qua Dido, & Manto, pro Didonẽ, & Mantonẽ dicimus. Illud minus omiſerim, Neptunũ a Mythicis appellatũ tradi Petræũ, quod olim ſup ſaxo cõſopitus Vrinam ꝓfuderit genitalem, Vñ enatus ſit Equus primus, quẽ dixere Scyphiõ. Lactãtius uero grãmaticus, in Theſſalia terrã tridente ꝓcuſſam ſcribit, a Neptuno, ex quo, mirũ dictu, ꝓſiluerint Equi duo, Scyphios, & Arion, ĩde nata Theſſalicoꝝ Equoꝝ prꝫſtantia. Quia uero Equitandi artẽ .i. τὴν ἱππικὴν primus excogitarit Neptunus, inde factũ, opinat Pauſanias, Vt dicat Ἵππιος, potius q̃ cauſa alia, Q ñ & in Equoꝝ certaminibus Homerus ꝓ Hippium Neptunũ iurare Menelaũ fingit. Sed & qui Hymnos ſcripſit antiqſſimos Pamphus Neptunum dicit Ἵππων δώτηρα .i. Equorũ datorem. In hac deniq; Equorũ mentiõe, illud ex Homero addidiſſe, offecerit nihil. Centrineces nũcupari Equos Centro obediẽtes. Cẽtra uero inqt Euſtathius, ſunt quæ Encentrides itẽ dicunt .i. inhærentes calcaneo ſtimuli, quibus excitari Equos nouimus. Ichthycentrũ eſt fuſcina. Erãt & ſuæ furibus Encẽtrides, qbus ꝓ parietes obrepebãt, uelut factitaſſe Coroebus dicit. Apud Pauſaniã. Deniq; Perorigã dici inuenio, eum q Equos admittit, eo.n. adiutante, Equa alligata celerius initur, nec Equi fruſtra cupiditate ĩpulſi ſemen eiiciunt, Quo fit, ut apud Pliniũ Libro VIII Cap. de Equis rectius forſan Peroriga legatur, q̃ Auriga, ut mõ legit, Quem ab Equa laceratũ ſcribit: Ἵππων ἆθλιον .i. Equum Durium Epei opꝰ, fuiſſe Pauſanias interꝑtatur, machinam muris diſſoluendis, Cuius æneum ſimulacrum in Acropoli fuerit.

¶ Prouerbium De Corintho ſuperciliоſa, quam habeat rationẽ. Corinthi felicitas. Aes Corinthium cur pretioſum adeo. Caput LVIII.

Trabo nõ Hiſtoricus mõ ꝑſignis, Sed Philoſophus quoq;, & Mathematicus adeo celebris, & peruulgati noĩs, ut eum Theſſalonicẽſis Euſtathius ꝓ quãdam Exochẽ Geographi noĩe ꝓſæpe ſignificet. Is inq̃ Strabo poſt multa de Corintho cõmemorata Libro VIII, demum ita ſcribit, Ciuitas ipſa Corinthiorũ ampliſſima diu fuit, & opulentiſſima, Siue Viros ĩnumerabiles ad Ciuile regimẽ peritiſſimos, Siue eximias Opificũ artes aĩo uertas. Ager aũt nõ admodũ tellutis bonitate pollebat. Quippe q obliquus foret, & aſp. Vñ ſupcilioſam Corinthũ uocãt uniuerſi, & ceſſit ĩ uulgare ꝓuerbiũ. Corĩthus ſupciliis, curuitatibus q; laborat, Cuius ẽt memĩnit Euſtathius. Eius adagii mentionẽ faciens Quidã Græce, Latine q; doctiſſimus ĩgenue fatis fatet, nõ ſe uidere, ubi nã uſui eſſe poſſit, niſi inqt, quis detorqueat ad Hoĩem intractabilẽ, aſpero ingenio, & ſibi ipſi inæqualẽ, parum q; ſibi cõſtantem. Ego uero aliud ſpectaſſe Prouerbii ꝓditorẽ ꝓmũ, ꝓtenderim. Nã qa nõ ꝓſequit Ager reliquã ſuæ Vrbis felicitatẽ, inde dicti uim Straboni manaſſe ꝓtenderim. Q ñ nil eſt tã diuitiis ĩſtructũ, tam q; artibꝰ, & uirtute ꝑclarum, Nil poſtremo in humanis rebus adeo numeris oĩbus abſolutũ, quin aduerſi aliqd, & ĩproſperi protinus ĩſit, & affricet Mortaliũ rubigo, & Fortunę, ut ſic Loquar, Liuor, liuidiſſimus, qd ueluti labecula, ac uerius nubilũ, Lętitię ĩfuſcet Splendorẽ. Quãobrẽ ubi Corinthum dicimus ſupcilioſam, id qdẽ meo iudicio ĩnuimus, Oĩa utiq; ineſſe, quæ & placere, ac poſſint ẽt faſtidientẽ allectare. Verum eſſe aliqd unũ, quod offendat q̃dãtenus, qm̃ nil ſit ex omni parte beatũ. Ex iis uero, ni fallimur, & noſtra ita amamus, ut neſciamus ꝓdere, ꝓſpicuum iam eſt introſpiciẽti exactius, Adagii uis quo tendat, & qd uelit ſibi. Q d ſiqs in ſtudiis adeo inſolens eſt, ut Corinthiorũ neſciat felicitatem, Is Homeꝝ cõſulat, Qui Iliados ſecundo Corinthũ diuitẽ uocauit, ἀφνειόντε κόρινθον, Q d tñ ex Geographi ſententia ad Emporiũ inibi cõſtitutum refert Euſtathius. Nã & Thucydides Græciæ emporiũ uocat Corinthũ. Audiat & L. Florũ, ita ſcribentẽ. Corinthus Achaię caput, Græciæ decus, inter duo maria Ioniũ, & Aegæũ, quaſi ſpectaculo expoſita. Et ĩfra, ubi ruinas eiuſdem felicibreuitate trãſcurrit. Quid ſignorũ? qd Veſtiũ? qd ue tabularũ raptũ, incenſum, proiectũ eſt? Quãtas opes Victor abſtulerit, et cremarit, hinc ſcias, Quod qcqd Corinthii æris toto orbe laudat, ĩcendio ſupfuiſſe, cõperimus. Nam & Aeris notã ꝓtioſiorẽ ipſa opulẽtiſſimæ urbis fecit iniuria, qa incẽdio puſtis plurimis ſtatuis, atq; Simulacris, Aeris, auri, Argẽti q; Venæ in cõe fluxere. Hinc Æra Ephyreia celebrata Virgilio, quibꝰ cũ uehemẽtius caperet Auguſtus, ẽt dici Corinthiarius cœpit. Traditũ porro in fabulis eſt, qd repetit in Epidicticorum rõne Menãder, De Corintho, et Iſthmo Solẽ, Neptunum q; cõtendiſſe. Sicuti de Athenaꝝ

Ciuitate

Ciuitate cũ eodem Neptuno Mineruã. Et qd pluribus agimus in re cõfeſſa? M. Tullius, In Rullum, Deinde agrũ optimũ, & fructuoſiſſimũ Corinthiũ uenire iubẽt. Nã quod in Græcæ gentis contẽptum dicere Philippus ſolebat, habere ſe κλεῖς τῆς Ἑλλάδος, ut Pauſaniæ te ſtatum monumentis eſt, Cum in Eubœa Chalcidẽ p̃ſidio teneret, In Iſthmo Corinthũ, in Theſſalia ſub Pelio Magneſiam, præſens forſan inſtitutum nil iuuerit, Significabat aũt Philippus Ciuitates eas eſſe, uelut Græciæ claues, ac ὁρμητήρια κατὰ τῆς Ἑλλάδος. Cæterum iam in alia demigret Stilus.

¶ Iouis Corinthus, Prouerbium, quẽ hẽat ſenſum apud Philoſtratũ. Quæ dicãt Anacalypteria, Et Encalypteria, Encalymmata. Epicalymmata. Edna. Opteria. Diaparthenia. Necrocorinthii qui ſint, & quid Defunctus. Mortuale, Morticinum. Caput LIX.

Porro qa de Corintho nobis mentio eſt, pgamus porro attexere Adagiũ alterum ab eadẽ productum Ciuitate, Ita.n. habet, Iouis Corinthus. Id uero quo enuntietur ſenſu, enarratũ ampliter a Suda nouimus, & Ariſtophanis Interprete, ac pleriſq; aliis. Sed & in Literis latinis alicubi expoſitũ, non incurioſus Lector inueniet. At qa diſſonum qddã apud Philoſtratũ ab horum ſemita dep̃hendimus, Vt quæ mox afferent, clarius, & apertius innoteſcant, totã Græci ſcriptoris ſententiã, quæ ad p̃ſens negotium ſpectat, tralatam huic Loco ĩferemus, Mox q̃q; qd ipſe ſtatuam, nõ grauabor pluribus explicare. Iudicabunt uolentes, neq; n. ſine ꝓuocatiõe ſunt hæc. Ergo ita habet, Antipatro inqt, Qui tum Imperatori ab Epiſtolis erat, auidius affectãte, filiam, quæ fuerat ei forma haud ſane cõſpicua, Hermocrati in matrimoniũ tradere, Nõ cenſuit is arripiendam felicitatem eiuſmodi. Immo nuptiarũ conciliatrice inſtãte acrius, ac Viri potentiam memorante, Doti inqt, Magnæ non ſeruiã, neq; Soceri ſupbiæ. Cum uero etiã iuncti Sanguine ad nuptias omnino propellerent, Quod Iouis Corinthũ eſſe putarent Antipatrum, non ceſſit prius, q̃ ab Imperatore accerſitus Seuero, puellã ſibi iungi paſſus ẽ. Quo tempore ſcitante ex eo Familiariũ quodã, qñ eẽt Anacalypteria præbiturus, Vrbane inqt Hermocrates, immo uero Encalypteria, poſteaq̃ ita deformem ſum ducturus. Cæteq; Mox paulo ẽt dimiſit, quod neq; oculis foret grata, nec moribus cõmoda. Hactẽnus ex Philoſtrato. Iam neminẽ arbitror itã hebeti iudicatũ, ẽt ſi fere ſit elementarius, cui nõ p̃ſpicue pateat, nihil eoꝝ, quæ Græci in Literas miſere, cum Philoſtrati ſententia cõgruere, & proinde aliud q̃rendum. In quo ne amplius fatigentur Bonarum Literarum ſtudioſi Iuuenes, quibus hæc, qualiacunq; ſummis tamen laboribus congeſta ꝓcudimus, Ego Iouis Corinthum hic intelligo feliciſſimũ quendã Hominem, ac p̃potentem, uirgula q̃dam oblatũ diuina. Quiq; tanto Imperatori, q uice numinis coleret ab Hominibus, eẽt ĩprimis carus. Nã, ſicuti tradunt Mythici, cum Aletes Corintho eſſet potitus ex Iouis Dodonæi reſponſo, uideretq; nobilem, ac præualidam Ciuitatẽ ſubiectam ſibi, Eam Iouis appellauit Corinthũ, Vnde irrepſit Prouerbii rõ apud Philoſtratum. Et nos in id genus rebus uti cõcinne poſſumus. Sudas tñ alicubi ab hoc ſenſu non eſt omnino deuius, Cum ſcribat, Iouis Corinthum eſſe Parœmiam de iis, Quibus quandoq; lætius arriſerit Fortuna, Mox uero non ita. Vt uero plenam præſtemus operam, & Hiſtorici nubilum diſcutiamus, Sciendum eſt, Anacalypteria in Philoſtrato dici munera, Quæ Vir, & domeſtici, atque Amici Sponſæ contribuebant, cum primum retecta uiſendam ſe præberet. Nam apud Græcos ἀνακαλύπτειν reuelare eſt, & Anacalypſis reuelatio eſt. Hæc ab aliis Theoretra item dicta inuenimus. Encalypteria uero facetiſſime uidentur dici, quæ dentur, cum Puella obuelata nolit uideri, quod ſane congruit deformi. ἐκκαλύπτειν enim integere eſt, & obuelare. Vnde & Cancrorum loculoſa opercula, rugoſaq; Epicalymmata uocant πτυχώδη, Anacalypteria uero Edna item dicuntur, & Opteria, Proſphthencteria quoq;, Agias uero Comicus etiam Diaparthenia, quoniam διαπαρθενεύειν deuirginare ſignat, ut uerbo utamur Recentioribus frequentiſſimo. Anacalypteria poſtremo donorum nũcupatur dies. Scitu Præterea dignum & illud in hac Corinthi mentione tam multa νεκροκορινθίους, ideſt Corinthiorum defunctos uocari in Hiſtoria Signa fictilia, quæ Corintho euerſa, Romam impleuere, Quoniam ex recluſis ſepulchris eam excerperent prædam. Obſeruandum & illud, νεκρὸν dici Latine Defunctum, hoc eſt Cadauer, Quod Hieronymus Mortuale, Morticinum q̃q; uocauit.

Plinius, Vt qui Latiſſime rura metatus fuerit, ultraq; famam exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? uel cum ad menſuram Auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem Defunctus eius obtineat? M. Tullius Sepulturam quoq; nuncupauit, ut cum ait, Illam inſepultam Sepulturam, Emortualem diem Plautus appellare uidetur, in quo qs mortuus eſt. Illud poſtremo ſubnotandum, de Corinthi nomine confingi Græcis uocabum κορινθιάζεσθαι, quod ſcortari ſignat, & Lenocinari, ideſt μαστροπεύειν.

¶ Super Heraclide ſcitu digna quæpiam de Græco excerpta penu. Lepidum Ptolemęi factum. Caput LX.

m Vltos ingenio, & ui percipiendi, quæ tradantur, anteire aliis, notius eſt, q̃, ut ſit pluribus probandum, Sed & illud a Quintiliano traditum, non præterit nos, Neminem reperiri, qui ſit ſtudio nihil conſecutus, Id equidem nõ argumentis modo ualet comprobari, quia multum facit in qualibet re quantulacũq; ſedulitas, Sed exemplis quoq;, Quæ nobis paſſim Hiſtoria ſuggerit. Reliqua miſſa facimus, Heraclidæ tantum commeminiſſe collibuit parte iſta, Cuius in ſtudiis diſciplinarum cura mire ab Auctoribus prouehitur. Erat uero hic natione Lycius, hebeti ingenio, & ad politiorem cultum ineptiſſimo. Tamen ſedulitate, ac Lucubrandi, fuligines q; Lucernarum bibendi, & in ſudata ueſte durandi laboribus, ac propoſito pertinaci id demũ eſt aſſecutus, ut a magnis Auctoribus dignus ſit habitus, Qui inter facundiæ ſtudioſos recẽ ferretur. Immo uero etiam elegantiſſimus, atq; eloquentiſſimus appellaretur, Quod eo mirabilius contingit, quod cum, ut πολύφαγον .i. Voracem notat Hiſtoria. Relatu iucũdum eſt, quod ei uſuueniſſe, proditur memoriæ, Siquidem re ipſa edoctus, eſſe nihil, quod ſprobus uolentis labor, & pertinax non peruincat, Librum concinnauit, Cui titulum fecit, πόνου ἐπώμιον. i. Laboris laus. Forte ita euenit. Obambulabat quadam Die, eumq; Librum manibus geſtans apud Naucratim (eſt ea Ægypti Vrbs) Ptolemæo factus obuiam eſt, facundiæ ſtudioſo & ipſi, Ab eoq; interrogatus, quidnam eſſet id, quod prompſiſſe in Literas uidebatur, reſpondit πόνος eſſe ἐπώμιον. Capit Librum Ptolemæus, ac facetiſſime primo elemento, hoc eſt, π, expuncto, abraſoq; ita, ut reliquum fieret ὄνου ἐπώμιον. Quod non aliud profecto eſt, q̃ Aſini præconiũ. Accipe inquit, & lege laudis nomen, attitulationemq;.

¶ Qui maledicta leniter tulerint, Antigonus, Philippus, Auguſtus. De Demochare, qui dicebatur Therſites. Caput LXI.

e Logium Vetus eſt, & nulla non hora iracundis iſtis, ac tumentibus ingerendum. Eſſe imprimis Regium, male audire. In ea re ob ſignem Animi moderationem pleroſq; eximie laudatos, neminem, puto, fallit, Qui paulo humanior ſit. Nos, quę ad manum ſunt, exempla non præteribimus, uelut conniuentes. Imprimis uero ſeſe oſtentat Antigonus, cui tantum ſuperfuit animi, modo uelis, omnia ſupergredientis, Vt uel manipulares petulantius lingua utentes leniter ſit paſſus. Incumbebant illi Regio tabernaculo, nec ſibi temperabant, quin, quod periculoſiſſime qdem, Sed libentiſſime perſequunt Homines, q non continent redituras per iugulum uoces, male de Rege ſuo exiſtimarẽt, & loquerent. Ex proximo exceperat omnia Antigonus. Quippe interiacente modo lineo, ut ſic dicam, pariete, excanduiſſet alius, Protinus q; ultimi ſupplicii terrore perfuſos abripi iuſſiſſet Homines. At is comiter, ac ſedate Abite inquit, longius, ne obloquentes forte obaudiat Rex. Idem itinere nocturno, & pręmo leſta ob cœni altitudinem uia, ubi milites ægre ferẽtes animaduertit, palamq; illi improſpera omnia imprecãtes, adire eos perexit, qui p̃cipue uoragine impliciti diſtinerent. Cumq; eos explicuiſſet, nec eſſet ab eis percognitus, Execremini inquit, Antigonú, q uos in Haſce coniecit difficultates. Ei uero, qui inde uos extraxit, bene p̃cemini. Affulſit et patientiæ Virtus, inſtrumentũ ad tutelam regni p̃clarum, Philippo Regi. Siqdem perbenigne Atheniẽſium Legatione audita, demum iamiã remigraturis Ecqd inquit, noſtis, quod a me gratũ in Ciuitatem ueſtram proficiſci ualeat? Aderat forte Democharis, ob nimiam, et procacem linguam cognominatus Therſites, Is ergo excipiens, Si te inquit, Suſpenderis, commouerat tam intempeſtiuum, tamq; attox reſponſum Legatorum reliquos, exortaq; oĩum cum

fremitu

fremitu indignatione, molliter Philippus Nuntiate inquit, Athenienſibus, multo elatiores uideri, qui ob animi impotentiam hiſce non abſtineant, quàm qui impune dici permittãt, ac iniuriæ inſolentiam facile concoquant. Hiſtoricus Timagenes Auguſtum, Vxorem, Domum uniuerſam procacius, impudentiusq; proſciderat in Libris, ac dicaciter lapidauerat. Monuerat Imperator, ut facile appareret, illi non imperaſſe Iram, moderatius lingua utere tur, pergenti etiamnum, ac liberius Naturæ indulgenti ſatis habuit, domo ſua interdicere.

¶ Conſtantiæ bonum. Leuitatis fœda ſuggillatio. De Animi mobilitate. Deſultorium ingenium. Fortunæ appellationes diuerſæ. Caput LXII.

q Vi officiorum rationem in obeũdis Vitæ muniis, Quidq; deceat, & aptum Perſonis ſit, Temporibus, Aetatibus, exactiſſima cura ſibi ſcrutandum, cẽſue runt, tandem deprehendiſſe ſunt Viſi. Nil eſſe, quod tam deceat, q̃ in omni re gerenda, conſilioq; capiendo ſeruare conſtantiam. Nanq; ita quoq; Natura cõparatum, ut quiſquis ſe aliquid ordine, ac recta mente complexum confidit, uel iam geſtum, ſi Obtrectetur, Acriter tueatur, uel nondum Editum, ſi Interpelletur, ſine ulla cunctatione ad effectum perducat. Hæc cum ita profecto ſint, & Calculis omnib⁹ paſſim, & fœde damnetur Leuitas ipſa ſine ampliatione, quando uel plebeculæ imperitæ eiuſce turpitudo uitii plane liquet, Natum adagium eſt, Vt Deſultorium nuncupemus ingenium, quod mobile eſt, uarium, ac omni tipula leuius, facileq; momentis horarum ad tenuiſſimum quenq; afflatum in diuerſa tranſiliens inſtar foliorum, Quæ, ut Poeta ĩquit, Mobilibus uentis arida facta uolant. Ægri proprium eſt, nihil diu pati, & mutationibus, ut remediis uti, Semper præſentibus eſt infeſta leuitas, Quæ eo preſſius, enixiusq; cauenda, qđ Natura humanus animus agilis eſt, ac ad motum pronus. Mobilis inquit Seneca, & inquieta mens homini data eſt, nunquã ſe tenet, ſpargitur, & cogitationes ſuas in nota omnia, & ignota dimittit, uaga & quietis impatiens, quod non miraberis, Si originem inſpexeris. Ex cæleſti nanq; deſcendit Spiritu, Cæleſtium autem Natura ſemper in motu eſt. Quod uero ad deſultorium attinet, felix quoq; Capella de nuptiis Philologiæ primo, Deſultoriã Fortunæ leuitatem nuncupaſſe uidetur, Ita.n. ſcribit, Tũc etiam omnium garrula puellarum, & contrario ſemper fluibunda luxu, leuitate pernix deſultoria geſtiebat. Quam alii ſortem aſſerunt, Nemeſinq; nonnulli. Tychen quãplures, aut Nortiam. Quam uero rationem habeat dictum hoc, pergam iam explicatius enarrare.

¶ Deſultorii Equi unde, & qui dicantur. Iulii Pollucis codex uindicatur a uitio. Amphippi qui ſint. Item Hamippi, & Prodromi. Caput LXIII.

d Eſultorios Equos uideo dici a deſiliendo. Nam, ut Sex. Pomp. ſcribit, Paribus Equis. i. duobus Romani utebant in p̃lio, Vt ſudante altero, tranſirẽt in ſiccum. Nã & Parariũ dicebat ęs, quod Eqtibus duplex pro binis Eqs daba tur. Iulius uero Pollux Libro Onomaſtici primo Equitũ ſpecies recẽſens, ita ſcribit. Hippotoxotæ, Doratophori, Contophori, Hypaſpiſtæ, Sceuophori, Hippagogi, Anhippi. Hi uero duos habebãt Equos. Alter ab Altero trahebatur, ita demũ exercitatis militibus, ut in alterum nullo negotio trãſilire poſſent. Sed in iis Pollucis uerbis labes extergenda eſt. Siquidem nõ Anhippi, Quæ uox ſignat ſine Eqs, Sed Amphippi, Legẽdum eſt. Impegimus ſæpe in eum ſcopulũ, Mendum irrepſiſſe, manifeſtũ erat. Quid ſubſtitueret, non facile peruidebamus. Deniq; lapſitantibus, conniuentibusq; manũ quaſi p̃buit Ælianus. Qui de Phalange diſſerẽs, q̃ Antiſtomus dicat, a duplici frõtis, ſeu oris obiectu, quaſi Occeps, ita inſtituta, ut mediis tergis inter ſe oppoſitis cõſtet, Ita deniq; infert, Valet inquit, hoc inſtruẽdi genus potiſſimũ contra Barbaros, Qui loca amni Iſtro uicina incolũt, Quos Amphippos cognominant, a mutatione Equoꝝ. Ex aliis.n. Eqs in alios trãſilire cõſueuerunt. Traditum hoc & a Suda in parte, quæ eſt de uocabulis rei militaris. Sed Hamippos item dictos quandoq; aduertimus, & ita forte ſcripſit Pollux. Sed eo uocabulo pedites cum Equitibus diſpoſitos, accipiunt Thucydides, ac Xenophon, quos Philochorus Prodromos dicit. Caſſiodorus tñ in Epiſtolis, Equi inqt, Deſultorii ſunt, p quos Circẽſiũ mini ſtri miſſus denũtiãt exituros. Illud uero pte hac cõmonẽdi diligẽter ſumus, Aliud oĩno deſultorem uideri, Aliud Deſultorium Equũ. Nã illud ad Hoĩem utiq; ſpectat equos alẽtem, docẽtemq;, Qui dicant Deſultorii. Docuit nos id Varro Terentius. in Cui⁹ Libro de ruſti

cis rebus ſecũdo ita Legimus, Itaq; peritus belli alios eligit, alit, ac docet, Aliter Quadrigarius, ac Deſultor, neq; idem, Qui Vectorios facere uolet. His aſtipulari Liuius quoq; uidetur Libro A. V. C. Tertio & uiceſimo, Numidis inquit, Deſultorum in modum binos trahentibus Equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem Equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat, tanta uelocitas ipſis, tam'q; docile Equorum genus eſt. Quin & eum, q certat, recte Deſultorem dixeris, Quod comprobat Vlpianus digeſtis de Præſcriptis uerbis. Tu'q; Deſultor in his cucurreris, & uiceris. Cicero autem ait, quaſi Deſultorius in q̃driga curriculum incurreret. Deſultorem porro' deſignat Elegiacũ illud ſcientiſſime ꝓcinnatum. Eſt etiam Aurigæ ſpecies Vertunnus, & eius

Traiicit alterno Qui leue pondus Equo.

¶ Equitum Species plures. De Curribus bellicis, & Certaminum ſacrorum ratiõe. Nomina armorum, quibus Equi muniũtur. Subſellares quid, Catalogi libri, & Tactici, Selma Sellium, Selmides. Caput LXIIII.

IN hac uero rei militaris mentione addamus & aliqua, Legentibus futura nõ ingrata, Qua in parte illud fuerit primum, Equites quoſdam ab Alexandro inſtitutos, quos a' duplici genere pugnæ appellabant Dimachas, Et hi quidem ex Equo pugnabant pitiſſime, Vbi uero exigeret neceſſitas, & foret Regio Equitatui inepta, Cuiuſmodi Græci uocant ἀφίππων, Mox deſilientes ex Equis congrediebantur, Vt Pedites, ne omnino forent ἀπόμαχοι, ideſt pugnæ expertes, & Lydium paterentur incommodum. Idem Alexander Agmen pubeſcentium puerorum triginta millium numero, Epigonos appellabat. Hi uero Barbari erant Macedonicis inſtructi moribus. Dicuntur Epigoni uelut poſteri, Nam & Thebanorum Epigoni Leguntur ad uerſus Thebas excitaſſe bellum, Quos non fuiſſe alios Euſebius ſcribit, quàm Interfectorũ poſteros. Libyes ex Curribus pugnabãt, Sicuti apud Homerum Heroes, Hic enim nouiſſe Monippos non uidetur, Sic. n. uocitant uno depugnantes Equo. Qui uero Iugum ſubeunt Equi, Zygii nominantur. Qui latera ſtipant, Pareori, penultima extenſe pronũtiata (Etiã ſi Dionyſius diſcrepare quadantenus uidetur) Et Paraſyri, ac etiam Siraphori, item Siræi, Sicuti eorum habenæ Siræ, ac Pareoriæ dicuntur. Duobus modo Equis ad Currum adhibitis, Heroes depugnaſſe, in Iconibus Philoſtratus ſcribit, etiam ſi Hector audacia præſtans quatuor uteretur. Vectabula hæc, ſeu Iumenta Græci uocant ἅρματα πολεμικά, In quibus præſto' Auriga eſt, pugnat Parabates, aut aliud quid facit etiam propter ſynodiam, ut inqt Euſtathius Eum Plato Anabatam micraſpida uocauit, Homerus Iliados ψ, αὐτὰρ ἔβαν, ἐν δ' ἅρμασι πατρὸς βάτην, ἡνιόχοιτε, Ideſt Currũ inſcenderũt Parabatæ, ac Aurigæ. Dionyſius Libro VIII Parabatas ꝑ Aurigis accipit, Quos Atheniẽſes Apobabatas uocabãt. Ariſtophanis Interpres Currũ inſcendere ſolitos ſcribit, Hoplitẽ, & Parabatẽ, Ac id genus currus a' Theſeo excogitatos primũ. Porro' Eqtatus ipſe Hippicũ dicit' a' Græcis. Verum ex Armaturę genere diuerſa ſortitur nomina, Siquidem alii ſunt Equites Cataphracti, Alii Acataphracti. Cataphractos intelligi eos uolo, qui non ſolum ſua corpora, Sed etiam Equos lorica undiq; muniunt. Hos ſcribit Vegetius eſſe quidem a' uulneribus tutos, Sed propter armorum impedimenta, & pondus capi ſumma facilitate. Et Q. Curtius Eqtibus tradit, Equis'q; Perſarum tegumenta fuiſſe ex ferreis laminis, ſerie inter ſe connexis. Sunt & qui dicantur Chryſophalari, aut etiam Argyrophalari, Cuiuſmodi in Ludis produxit Antiochus, qui Epiphanes quidem fere' cognominat', Sed ex geſtoꝝ rõne ẽt Epimanes a' furore. Ex Acataphractis uero alii Haſtati hñtur, Alii Ferẽtarii. Haſtati, q manus ꝓferũt, & cõminus Haſta decertant, Quoꝝ Alii ſcutũ gerunt, & θυρεοφόροι uocant', hoc eſt Scuta ti. Sine Scuto alii Haſta ĩpugnãt. Hi noſe ſpeciali Haſtati uocant', et Cõtati. Ferẽtarii Eqtes ii dicunt'q eminus ſolẽt dimicare, Quoꝝ alii Iaculis utunt' Alii arcu Iaculant'. Quos Tarẽtinos uocam⁹, Arcu utunt', Qui Eqtes ſagittarii, & a' nõnullis Scythę ẽt uocant'. Tarẽtinoꝝ duo faciũt gña, Alios nãq; ſuo noſe Tarẽtinos uocãt, q è lõginquo iaculari ꝓſueuerũt, Alios Leues, qui pugnã cõminus ſubeunt. In ſacris uero certaminibus duo erant certandi Equis genera, Synorides, & Celetes. Synoris erat biga e' duobus Eqs, non pullis, ſed adultis, q̃q̃ poſt è pullis quoq; iuncta eſt. Inueni tamen apud Ariſtotelẽ in Libro de mundo, ẽt in bello

uſos

uſos Synoride. Celetes ſingulari currebãt Equo, Quẽ Monatora ẽt Græci uocãt, ut ẽ apud Ariſtophanis Interptẽ, Acceſſerũt & alia duo Calpe, & Apene. Calpe trahebat Equa, Sed ita, ut extremũ curſum Anabatę, hoc eſt Seſſores ipſi deſiliẽdo, apphenſis manu habenis, pficerent. Apene mulas iũgebat. Cãpion porro curſum uocabãt nõ rectũ, nec ſimplicẽ. Sed flexiones habentẽ, qs uocant καμπάς. De Synoride Ariſtophanis Interpres in nebulis ita. συνωρὶς ſqt, ẽ Currus nõ plenus, Sed ex duob⁹ iunctus Eqs, quẽ nũc Diphrõ uocam⁹. Quã q eo pprie dicit nomine in Curru ps, ubi cũ Parabate uerſat Auriga, Vñ ẽt inclinatur, qſi δυοφόρος .i. duos ferens, Auctor Euſtathius. Falcatas uero in bello Quadrigas eſſe unicum nonnullæ gentiũ auxiliũ, multiplex pdit Hiſtoria, & Q. Curtius nõ ptermiſit. Vt uero ad Eqtes redeamus, Scribit Arrianus, Hipparchiã dici Alam, q qngẽtis, ſiſup'q duodecim cõ ſtaret Equitib⁹. Idẽ & quoſdã Eqtes in Alexãdri exercitu Sariſſophoros appellatos tradit, Sicuti & nonnullos, q dicerent Amici. Necnõ Alam Eqtum, quæ dicat Agema, q̃q̃ & de Peditib⁹ dici ἄγημα, idẽ teſtat Arrianus. Laphytas porrõ, & Centauros fuiſſe nobiles Theſſalos Eqtes, Palęphatus ſcribit icredibiliũ primo. Apud Homęr Hippocoryſtas ſunt, q in terptent in Galeis eqnas habentes ſetas. Sed ſqt Euſtathius, ſi ita foret, Hippocorythas dicere debuerat, q forma Corythaices nuncupant, & Corythæolos appellat Hector. Eſtigit Hippocoryſtes, q & Hippiocharmes. i. ἱπποχάρμης, Hoc eſt ex Equo bellator, qm χάρμην dici pugnã, nemo non nouit. Aſtraben eſſe Aſinũ interptant, nõnulli, aut Mulã. Quidam ὑποζύγιον oẽ. i. Iumentũ, quo ſubuectent Homines. Dicit & Aſtrabe in Ephippiis Lignũ, quod manu cõtinent ſedentes. Sũt q doſſuarium Mulũ Aſtraben nũcupent. Aſtrabelatẽ uero aurigã. Aut Notophorũ. i. dorſo ferẽs, ac gerulũ Iumentũ. Podoſtrabe aũt Vcnatoręſt inſtrumentũ capiendis feris cõcinnum. Equinas ungulas a Stygis aqua ſolas non perrũpi, Pauſanias ſcribit. Qui obiter Illud addit quoq, Sibi nõ ſatis eſſe conſtitutũ, An eo ueneno perierit Alexander. Deniq prius, q hinc reuellamur, ſubnotemus & illa, q auidas ẽtnum ex plere aures ualeãt, Equos qppe armis pmuniri, ſciunt oẽs, Sed eoręnoſa, ni fallor, nota pauciſſimis. Igitur quæ a fronte ppendent, Prometopidia, Quæ ab auribus Parotia, Pareia, q maxillas pfulciunt, appellari debent. Proſternidia uero, q Pectus. Parapleuridia, q lateribꝰ obiacent. Parameridia, q femoribus. Solet ea uulgus Coxalia nuncupare. Paracnemidia tibiis apponi pſueuerunt. Illud itẽ huic parti attexuerim libẽter, Equitantiũ adminicula, qbus pedes inſerunt, ut Seſſio fiat cũmodior, & Staphas nuncupat inſciũ uulgus, ab Auicennæ Interpte, primo Canonis dici Subſellares, qa ſub Sella propendeãt, Vt docti iterptant. Monet aũt inibi Princeps, nõ oportere Subſellares, aut pedũ integumẽta eſſe iuſto arctiora, qm eius mẽbri motus lõge facilius arcere ualeat frigus. In Græcis auctoribꝰ ſic ferme uideor cõperiſſe, Selma poſitũ pro Cathedra, uñ Selliũ inclinat. Propterea Nauis ὅσιλμος dicit. i. ὅλκος, ut eſt apud Theocritũ, q ſedilia hẽat accõmoda, Sunt q funes dici Selmidas pronũtient, & Naues nuncupari Euſelmos, q apte rudentibus ſint inſtructæ. Deniq Libros, in qs deſcripta militum nomina ſeruarentur, Catalogos dici a Græcis, alicubi obſeruauimus. Sicuti armorum Magiſtros uocari Tacticos.

¶ De Aeliano Sophiſta quædam inuulgata minus. De Socrate, & Aglao Pſophidio. Caput LXV.

Elianum Sophiſtam (ut protinus eo a nobis ornet cognomẽto, Cui ex ingenita modeſtia, & prudentia pſpicaci ipſe imparem ſe, ut Romanæ grauitatis
a Virum decuit, ppetuo aſſeuerauit) proditũ memoriæ eſt, Cum minus ſibi uirium, ac uehementiæ, uel Spiritus adeſſe, non eſſet neſcius, q, ut declamatoriam palæſtram calefaceret, in qua deſudarent quidem multi, laudẽ referrent perpauci, Ad Syntaxes, & ad promendum quippiam, quo ſe uixiſſe, apud Poſteros teſtatiſſimum faceret, ſe totum intruſiſſe, Quod quidem uſque ad ſtuporem impleſſe, narratur. In dicendo Apheliam maxime affectauit, Quam nos ſimplicitatem dicimus, quæ q, uti pdit Fabius, ſimplex & inaffectata habet quendam purum, qualis etiam in Fœminis amatur, ornatum. Nicoſtrati uenuſtatem expreſſit, Ad Dionis tonum reſpicit quandoq. Huic olim occurrit Lemnius Philoſtratus librum indignanter, & concitate lectitãti. Inſtitit quærere, quidnam foret ſub incude, Elaborauimus inquit, Gynnidis accuſationem (Sic. n. Tyrãnũ uoco) Qui pauloante Romano Imperio ſfamiæ labẽ inuſſit moręturpitudi

ne. Cui Philoſtrat⁹ grauiter admodũ, Admirarer inqt, ſi penſius, Si uiuentẽ accuſaſſes. Siqdẽ ſupſtitẽ tyrannũ laceſſere, Viri opus cẽſeo, functũ uero fato, Cuius qꝫ. Cædit hoc in prouerbium, Cuiuſmodi & Plinianũ illud ex p̃fatione Naturalis hiſtoriæ. Cũ mortuis, nõ niſi laruas luctari. Porro illud de Æliano uelut ſuppondiũ addamus, Quod in eo uiro nõ parũ admirationis habet. Quippe p̃dicare ſolitũ ferunt, nunq̃ ſe extra Italiã peruagatũ. Nauẽ nunq̃ inſcendiſſe. Mare nec nouiſſe qdem, quo noſe in magna erat auctoritate, ueluti patrii moris ſtudioſus imprimis. Conſimilia iis ſunt, quæ a Socrate narrãtur in Platonis Phædro, Vbi illo dicẽte, O admirabilis Vir abſurdiſſimus qdam uideris, ac hoſpiti, nõ incolæ ſimilis, qñ nec fines noſtros tranſiſſe unq̃, neqꝫ extra mœnia ipſa egreſſus uideris. Mox Socrates ita, Ignoſcas optime Phædre, Nam diſcẽdi cupidus ſum. Agri uero, & Arbores nihil docere me poſſunt, Sed Homines, qui in Vrbe uerſantur. Cognata iis fere, quæ itẽ de Aglao Pſophidio prodita memorię ſunt, Quem ẽt, ſcitante Gyge, tunc ampliſſimo terrarum rege, Apollo felicem pronuntiauit, Qui ſenior in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo paruũ, Sed annuo uictui large ſufficiens prędium colebat, nunquã ex eo egreſſus. Atqꝫ, ut ex uitæ genere manifeſtum eſt, minima cupiditate minimum in Vita mali expertus.

¶ Antipatri præſtantia in ſcribendis Epiſtolis, Deorum p̃ceptores q dicantur, Mos referẽdi in Deos. Faſtigiũ decernere qd. Antigoni hiſtoria. Laſanophorus qd ſit. Ca. LXVI.

a Ntipatrum Hierapolitanum ſcribunt ex Grẽcis nõnulli, adeo in Literis ꝑſcribendis p̃celluiſſe, ut in ea re nõ temere excellentior repiatur alius. Fuit hic Seuero Impatori ab Epiſtolis, Cuius ẽt res geſtas uidet̃ hiſtoria cõplexus. Sed Epiſtola ꝑprium erat Viri opus. In ea ſplendidũ qddam inſonuit. Nec a decoro Impatoriæ dignitatis recedebat. Perſpicuitas erat Sẽtentiæ iũcta magnitudini. Aſyndetorũ, quæ nos diſſoluta dicimus, iucũditas mira. Etenim ea ꝑimis Epiſtolam illuſtrant. Fuit Seueri eiuſdẽ filiorũ item Præceptor, Propterea dũ laudibus eũ meritis optimi Iuuenes onerarent, ſubinde Deorũ p̃ceptorẽ nuncupabant. Quæ res & in prouerbiũ trahitur, Vt qsqs Principum, aut Optimatium ẽt Liberos inſtruit, Is Deorũ dicatur inſtitutor. Nã & Ariſtophanes μακάρων διδάσκαλον dixit Regia cõuiuia, hoc eſt Beatorũ epulas. Non fere eſt, q neſciat, ex adulatione natũ, Vt Impatores perinde ac Dii, haberent̃, colerẽtur qꝫ, Euſtathius tñ in Iliados primũ, ex ui benefica, aut p̃claro inuento intelligere maluit, Vñ inquit, Cæſar apud Romanos primus, uiuens qꝫ Dei nomẽ eſt ſortitus. Sed & eiuſdem filius Auguſtus. At inqt in Apologetico Tertullianus, maledictũ eſt, ante Apotheoſin Deum Cæſarẽ nuncupare. Auguſtus ne dominũ qdem ſe dici patiebat̃. Eſt. n. hoc Dei cognomen. Nouimus tamẽ ex Appiani Alexãdrini hiſtoria, Templa Iulio Cæſari, ueluti Deo publicis ſtatuta decretis. Atqꝫ inſup commune ipſi, Clementiæ qꝫ conditũ unum. Et qa Lucianus ille Blaſphemus cognomento, q nec Diis, nec Hoĩbus pepcit, uti Lactantius inqt, cũ riſu qñqꝫ Auguſtum Deũ nuncupat, Plutarchum habemus auctorẽ, Lyſandro itẽ, Sed primo Græcorum templa fuiſſe erecta. Cyro Mortaliũ primo adoratiõis cultum fuiſſe delatũ, ſcribit Arrianus, Quã humilitatẽ Perſæ poſtea ſeruarĩt, et Medi, Q ñ ut Curtio ẽt credim⁹, ĩter Deos recẽſuere Reges, tãq̃ maieſtas Impii Salutis ſit tutela. Cõſecratũ quoqꝫ uiuũ, ſentientẽ qꝫ accepimus Apollinis iuſſu, & Iouis Deorũ ſummi, uti tũ creditũ eſt, aſtipulatu Euthymũ pyctã, ſemp Olympiæ uictorẽ, & ſemel uictũ. Amplius de Dictatore Cæſare ſic prope modũ Trãqllus, Ampliora ẽt humano faſtigio decerni ſibi, paſſus eſt. Sedẽ aureã in Curia. Et pro Tribunali thẽſam, & ferculũ Circẽſi põpa, templa, aras. Simulacra iuxta Deos, puluinar, flaminẽ, Lupercos. Meminit & in Philippicis M. Tullius iiſdem fere uerbis. Herodianus auctor eſt, in Seueri Apotheoſi extructum fuiſſe ſuggeſtum, lignis ingentibus cõpactum, ſpecie quadrangula, æquis lateribus in faſtigii formam. Quod extrinſecus intextis auro ſtragulis, atqꝫ eboreis ſignis, uariiſqꝫ erat picturis exornatũ, Intrinſecus uero poſitum eſt minutum tabernaculũ, Tertiumqꝫ item, ac quartum ſemper ſuperiore cõtractius, poſſis eius Aedificii formam cõparare turribus iis, quæ in portubus exſtruuntur, naues nocturno igne dirigentes. Quas uulgo Pharos nuncupant. Porro cum legimus, faſtigium Imperatori decretum, intelligendam etiam arbitrantur dignitatem humano faſtigio celſiorem, aut templum faſtigio inclytum, uel ẽt conſecrationem, quã & ἀποθέωσιν Græci uocant. Nec

apud

apud Romanos tm̃, & quos diximus, putet aliquis hunc conſecrandi morem irroboratum increuiſſe. Reges maximos, ac potentiſſimos legimus, Virtutis admiratione, aut munerũ, uel artium repertarum in Deos fuiſſe relatos. Nam & M. Tullius non ſolum perfectus Orator, Sed ẽt Philoſophus, nõ dubitauit dicere, Deos, qui publice colerẽtur, homines fuiſſe. Qua ratione filiam omnium optimam, doctiſſimaḿq; approbãtibus Diis immortalibus, in eorum Cœtu locatam, ad opinionem oĩum Mortalium pollicetur conſecraturum. Eſt uero huic loco peraccommodum, & ſcitu hercle dignum, quod lectũ de Antigono eſt. Quẽ cum ex Adulatione, quæ peſtilens, & uirulenta nulli non rei ĩducit tabem, Hermodotus in Poemate Solis dixiſſet filium. Non hæc ĩquit, de me ſentit Laſanophorus. Veluti obſcure inſinuans, cum alimentis egeam, cum inde retrimenta fiant plura, ſubinde egerenda, mihi ſane mortalis uideor, nõ Dei filius, aut Solis. Siqdem eſt Laſanophorus, q matulã domino ſubiicit, Laſanũ qppe Virog eſt, Sicuti fœminarũ trulla Scaphiũ dicitur, ueluti Pollux ſcribit, Eupolidẽ ſecutus. Laſani meminit Oratius,

Te pueri Laſanũ portantes, Oenophorṹq;.

¶ Cur multis rebus ſit contributum Dei nomen. Iuuenalis locus perpenditur de Pecunia Dea. Veterum de Deo placita. Deum inuenire eſſe impoſſibile. Caput LXVII.

Aeterum nec homini ſolum ſacri nominis participatio facta eſt, & contributus honor, Verum uti Auguſtinus ĩquit, etiam diuinis muneribus. Nec utiq; c quod Deos ea crederẽt, Sed quoniam ſciebãt, nemini talia, niſi aliquo Deo largiente, concedi. Quorum Deorum nomina non inueniebant, earum rerũ nominibus Deos appellabant, quas ab eis ſentiebant dari, aliqua inde uocabula inflectentes. Veluti a bello Bellonam nuncupauerunt, non Bellum. Item a Cunis Cuninam, non Cunam, a Segetibus Segetiam, non Segetem, a Bobus Bubonam, nõ Bouẽ. Vel etiam nulla uocabuli declinatione, ut res ipſæ nominantur, ut Pecunia dicta eſt Dea, q̃ dat Pecuniam. Hic uero illud obiter ſubnotandum. Aeris Deum ex Varronis ſpicilegio ab Auguſtino dici Aeſculanum, Proinde Admiratione uideri dignum põt, quid ita Iuuenalis ſibi ſcribere ſic permiſerit.

Etſi funeſta Pecunia templo,
Nondum habitas, nullas numniorum ereximus aras.

Verum enimuero quem nam dicere Deum uerum oporteat, parum Veteribus conſtitiſſe uideo. Nam Mileſius Thales, qui omnium primus Naturalia exactius ſcrutari eſt auſus, Aquam eſſe dixit, de qua nata omnia ſint. Deum autem eſſe Mentem, quæ ex aqua cũcta formauerit. Pythagoras uero Deum eſſe Animũ credidit, per uniuerſas mundi partes, omneḿq; Naturam commeantem, atq; diffuſum, ex quo omnia, quæ naſcũtur Animalia, uitam capiant. Anaxagoras auctor eſt, Deũ eſſe infinitam mentẽ, quæ per ſeipſam mouea tur. Cleantes, & Anaximenes Aethera dicunt eſſe ſummum Deum. Ex quo & Virgilius.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus Aether
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno permixtus corpore fœtus.

Ariſtotelem putat Lactantius diſſidere ſecum, ac pugnãtia & dicere, & ſentire, in ſummã tamen Vnam Mentem mundo præeſſe teſtari. Parmenides commentitium quiddam Coronæ ſimilitudine effecit. Stephanem appellat, continentem ardore lucis Orbem, Qui cingit Cælum. Quem autumat Deum. Alii ẽtnum aliter. At Cotta ille apud M. Tulliũ, Roges me inqt, quid, aut qualis ſit Deus, Auctore utar Simonide, de quo cum quęſiuiſſet hoc idẽ Tyrannus Hiero, deliberandi cauſa ſibi unam diem poſtulauit, cum idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petiuit, cuḿq; ſæpius duplicaret numerum dierum, admiranśq; Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia quanto inquit, diutius cogito, tanto mihi res uidetur obſcurior. Hinc Plato ſemper fere diuinus Deum putat indictum, innominabilem, &, ut ait ipſe, ἄῤῥητον ἀνωνόμαστον. Cuius naturam inuenire difficile eſt. Si inuenta ſit, in multos eam enũtiari nõ poſſe. Platonis hæc uerba ſunt. Θεὸν εὑρεῖν μὲν, ῥᾴδιον· νοήσαι δὲ ἀδύνατον, ideſt Deum qdem ĩueniſſe haud facile eſt. Intellexiſſe aũt, ĩpoſſibile. Sed Mox de Platonis dogmate plura. Nunc quia liber hic extumuit ſatis, ne fiat Elephantinus, aut lõgas uideamur condere Iliadas, Coronidem impingemus, daturi Mox initium nouum. Si il

lud item adiecero ex Theologicæ ueritatis Myrothecio, Dei ſubſtantiam, Sicuti eſt, ne Angelorum quidem ullum peruidiſſe. Propterea in Sanctis Literis, Regi aũt ſęculorum ímortali, inacceſſibili. Et rurſum, lucem habitat inacceſſibilem.

¶ Alexandrum appetiuiſſe, dici ſe Deum, Lacedæmoniorum prudens in eo Decretũ. Antigoni commonitio ad filium. Caput LXVIII.

n On fruſtra dictum a' Veteribus, animaduerto, Auctoritatis non dilutæ Viris, Secundas res Sapientium animos fatigare, At probare aduerſas. Siquidẽ externant' quandoq; Fortunæ afflatu ꝑſperiore Viri alias magni, & Cælo quo dammodo pares. Miſſos nunc facio cæteros, Alexãdri magnitudinem, & omnium capacem animum qs non nouit? At is Dario iam excuſſo, et Perſarũ Regno, Præter'q; tot, tantarum'q; Gentium principatu potitus, ueluti felicitate multa ebrius, ſapere ſupra Hominem cœpit, Ac ſibi deniq; uideri Deus. Quo nomine datis ad Græciæ Ciuitates Literis, ridicule ſatis íſtitit petere, Decreto publicitus ipſum ſtatuerent Deũ. Et Quæ minus ei impertita fuerat Natura, Ab Hominum expectare inſtitutis, non eſt ueritus. In eo igitur Alia Alii decretis approbarunt. Lacedæmonii uero ſic, ἐπειδὴ ἀλέξανδρος βούλεται θεὸς εἶναι, ἔστω θεός, ideſt poſteaquã eſſe uult Deus Alexãder, eſto ſane'. Prorſum laconice, ac patrio more, Alexandri ſtupidum tumorem coarguentes. Quãto demũ prudẽtior, ac circúſpectior Antigonus, Qui filium intuitus Subditis uiolentius utentem, ac ſuperbius, ἠ οἶσθα ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἔνδοξον εἶναι δουλείαν, ideſt An ignoras ô fili, Regnum noſtrum non fere' aliud eſſe, quàm ſeruitutem glorioſam?

¶ De Titormi Buſſequæ incredibili robore. Item'q; de Milone paucula. Vñ natus Adagio, Alter hic Hercules. Caput LXIX.

s Vm memor alibi à me Crotoniatæ Milonis factam mentionẽ, Nunc de Græco penu id ſe oſtentauit, Quod & arripuimus. Fuiſſe Buſſequã Titormũ Corpore ſtaturoſum, Viribus ꝑcellentem. In eum ubi incidiſſet Milo hic Crotoniates, Virium fiducia elatior, ac ſibi placens ꝓcupiebat, uiſa proceritate inſigni, illius periclitari robur. At is non ſine Ironia, poſſe nil ſe magnũ, aſſeuerabat. Mox tñ in Euenũ deſcendens, reiecta Veſte, ꝑmagnũ arripit lapidẽ, Quem primo qdẽ ad ſe ꝓtraxit, Inde & ꝓpulit, bis'q;, ac ter ipſum hoc effecit, poſtea ſuſtulit, Sed nõ ultra genua, Demũ humero impoſitũ ad qnquaginta fere' tulit Orgyias. i. Vlnas, ꝓiecit'q;. At Lapidẽ Vix emouebat Milo. Cæterũ eo nec contentus Buſſequa ꝓgit in Armentũ, Stans'q; in medio ferociſſimi oĩum, maximi'q; Tauri pedẽ corripit, furentem'q;, ac íde ſe proripere ad nitentẽ fruſtra, retinet ꝓſtantiſſime. Nec ſatis, Quinímo manu altera Prætereũtis forte Tauri alterius pedẽ apꝑhendit audaciſſime, ac cõprimit ferociter. Id cũ ítueret' Crotoniates, in Cælũ manibus ſublatis, ὦ Ζεῦ πάτερ, μὴ τὸν Ἡρακλῆν ἡμῖν ἕτερον ἐπιφέρῃς. i. O Iupiter inqt, An alterũ ꝓfeminaſti nobis Herculẽ hũc? Hinc deniq; Prouerbii demanaſſe ꝑmordia, mẽorãt, ἄλλος ἔτος Ἡρακλῆς, Hic alter Hercules. Titormũ fuiſſe patria Ætolũ, ꝓdidere Nonnulli.

¶ Periandros fuiſſe duos, Miltiades tres, Sibyllas quatuor, aut decem, Bacchides tres, Quos educauerint Bruta. Appellis dictum de Protogenis Ialyſſo. Caput LXX.

c Vm inter legendũ, excerpẽdum'q; ꝓciſa quædã mihi ſe ígeſſerint, breuitate cõpari noſtris hiſce Cõmentationib⁹ duxi inſerenda. Ne, qd' aliquo mõ relatu dignũ eſt, ſi ꝑtereat', ex formula dãni illati mecũ agant φιλομαθεῖς, nil affectãtes grauius, q̃ut πολυμαθεῖς dici ualeãt, & ſint, qñ nil dulcius, q̃ oĩa ſcire. Illud igit' fuerit ꝑmum, Q d' ποικίλης ἱστορίας undecimo non ꝑtermiſit Ælianus, Periandros fuiſſe duos, Sapiẽtia illuſtrẽ unũ, Sed Tyrãnide alterũ. Miltiades uero tres. Sibyllas q̃tuor, Erythrę̃am, Samiã, Aegyptiã, Sardianã. Sunt q ſex itẽ adiiciũt, Inter quas Cumæã, Iudæam'q;. Bacchides poſtmodũ tres, Ex qbus unus tradat' Hellen. i. Græcus mõ. Alius Athenienſis. Tertius deniq; Arcas. Præcerptum illud quoq;. Cyrum a' Cane educatũ, a' Cerua Telephum, Auges filium, & Herculis. At Neptuni, & Tyrus Peliam ab Equa. Quin Alexandro item Priami Vrſam alimẽta ſuggeſſiſſe, adnotatum eſt. Sicuti Aegiſtho Thyeſtis, & Pelopię Capram. Nec illud præteritur, Nobilẽ pictura Protogenem annis uix ſeptem celebratam oĩbus, Ialyſſi Imaginem abſoluiſſe. Quam ubi eſt ꝓtemplatus diu Apelles, primum quidem ſtupentem ferunt obmutuiſſe, ĩopinam admiratũ excellentiam, Mox

uero

uero intuliſſe, καὶ πόνος μέγας, καὶ ὁ τεχνίτης γοῦν τῆς χειρουργίας ἡ χάρις. ὃς ὁ ἀνὴρ εἰ τύχοι, ὁ πόνος αὐτῷ τῷ οὐρανῷ ψαύσει, ideſt Et Labor magnus, & Chirurgiæ artifex Gratia. Quã ſi Vir hic aſſequatur, Tum uero Cælum contingent plane Labores eius.

¶ Quos ab Infimo gradu ad maximũ dignitatis faſtigiũ euexerit, pſperior Fortuna. Inter ibi Quid Tymbalus, & Tymbades. Necnon Catapontiſtes. Oecotrips q ſit. Cap. LXXI.

Iris plerunq; haud ita nobilitate inſignibus Fortunæ ſecundioris afflatum, ſi ne ullis Imaginibus etiamnum, ſic affuiſſe, Nos cõmonet Hiſtoria, Vt Virtu
u te ſua facile Maioribus pluxerint, Ac ignoti antea, Inde aliquo haberi nume/ro exorſi ſint. Quis n. neſcit, filium Hiſtaſpis Dariũ Cyri φαρεσόφορον fuiſ/ſe? Nam poſtremus illi ὁ μώνυμος, ab Alexandro uictus, ẽt Lictorio functus dicit munere. At Macedonum Rex Archelaus Simiche natus Serua deformat. Auum Phi lippi Menelaum in Spurios deſiiſſe, memorant. Sicuti eius filius Amyntas Aeropes dicitur Seruus. Perſeus, Opes cuius afflixit Æmylius Paulus, Fuit qdẽ Argiuus genere, Ac Igno/bili prognatus Patre. Eumenen inopi editum Parente ferunt, ac Tymbalo. Nã & Tymba/das nuncupant Pharmacidas mulierculas ἀφ' τῶν τοὺς τύμβους ὀρύττειν, καὶ τὰς νεκροὺς ἀκρωτηριάζειν, ideſt Q m̃ Sepulchra oberrẽt Mortuos demutilaturæ. Antigonus Philippi, Qui & ἑτερόφθαλμος, ideſt Monoculus erat, Indẽ q; Cyclops itẽ cognominatus, αὐτουργὸς fuit, Hoc eſt, artificio ſe ꝓfouebat. Latrocinia uero exercuit ẽt Polypchõ. At Themiſtocles Barbaros Qui nauali bello ſupauit, Quĩ q; ſolus Oraculorum reſponſa nouerat diſcutere, Thracia natus matre eſt. Phocion χρηστὸς cognomento, Patre fuit, Qui λοίδορος .i. Co/chlearia cõficeret. Demetrium Phalerea ſeruiſſe apud Timotheũ, & Conona, ꝓditur me/moriæ, hoc eſt fuiſſe οἰκόφυρβα. Quo nomine Græcis ſignificatur, Qui Parentibus, ſeruitu tem Qui ſeruierint, eſt editus. Nã eſſe οἰκέτης poteſt, Qui αἰχμάλωτος .i. Captiuus. Epa/minondã obſcuris prognatum Parentibus, ignorat Nemo. Sicyoniorum Tyrannus Cleon fertur, & καταπόντιστης, ideſt Pirata fuiſſe prius, Qui non præda contentus, Captos etiamnum in Mare dat præcipites.

¶ Diogenis Apophthegmata duo, In Demoſthenem unum, In Spartiatam alterũ. Sci ta quoq; Ariſtotelis commonitio ad Medicum, A quo inuiſebatur Æger. Caput. LXXII.

Iogenem ferunt Prandii cã in Cauponam qñ q; diuertiſſe, Mox q;, cum p̃ter euntẽ foret conſpicatus Demoſthenẽ, inuitare ad idem perexiſſe, Eo aũt mi
d nus obtempante, Erubeſcis ὦ Demoſthenes inqt, Cauponã ingredi? Atq Dominus tuus hic quot diebus obuerſat, Populum innuens obſcurius, Q m̃ multitudinis Serui fere ſunt δημήγοροι, καὶ ῥήτορες. Cũ uero Spartiata qdam Laudibus efferret Heſiodicũ Carmẽ, Quod in Ergis Legit,

εἰ μὴ βοῦς ἀπόλοιτο, ἐμὴ γείτων καλὸς εἴη,

Ideſt Nec pereat Bos utique, Ni affuerit Vicinus malus. Audiens Diogenes καὶ μὴν μεσή/νιοι, καὶ οἱ βόες αὐτῶν ἀπολώλασι, καὶ ὑμεῖς αὐτῶν ἐστὲ οἱ γείτονες. Atq inqt, & Meſenii periere, & Eorundẽ Boues, in uicinia Vobis conſtituti. Quippe Meſanã bello afflixerãt Lacedæmo/nii. Quod diſertiſſime amplius ꝓſequitur Pauſanias. Sed qa Excellentis Viri, ſententias ap poſuimus, nõn inſup habeamus ſcitũ hercle, ac Philoſopho congruens ſprimis, Apophthe gma Ariſtotelicũ. Nam cũ iaceret grauiter affectus, ac eũ inuiſens Medicus Quæpiã man/daret, μήτε inqt Ariſtoteles, ὡς βουλάτην με ἰατρόπονε, μήτε ὡς σκαπανέα, ἀλλὰ δίδαξαι πρῶ προν τὴν αἰτίαν, ὅπως ἐξῇς ἕτοιμον πρὸς τὸ πείθεσθαι, διδάσκων ἐκ τούτων μηδὲν χωρὶς αἰτίας πρόσ φέρειν. Ne mihi perinde, ac Buſſequæ, aut foſſori Medicam adhibueris manũ, Sed reddita cõium rõne prius, dicto audientiorẽ es habiturus, Vt q citra cãm nil te ꝓferre, iam docueris.

¶ Socratis Apophthegma, de Alcibiadæ muneribus. Item in eum, Qui diceretur ma/gnum quippiam expetere, arduumq; factu. Necnon de Otio. Caput. LXXII.

E uero longius a Philoſophia ſeiungamur, Proditũ memoriæ, ſcimus, Q ñ q; multa iam nocte a Cœna domũ ſeſe commodum recipiẽtem Socratẽ, Quoſ
n dam Adoleſcentiũ intemperanter, ac laſciue craſſantiũ plerunq; perterꝛefa/cere adortos, cũ eſſe uenturum præſciſſent, Illi ergo p tenebras ĩgeſſere ſe ar/mati facibus, & Erinnyum cultu reliquo, Id conſpicatus Socrates, nil admo/dum compauidus, quod eos ſciret, aliis itidem ſolitos illudere, Otio abutẽtes, placide pror

lum ſubſiſtens, Quærere ex eis cœpit, Vti ex aliis item in Academia ꝓfuerat, aut Lycio. Succurrit & alterum eiuſdem Animi planè inuicti exemplum. Cōgerebat ambitione quadam in Socratem munera Alcibiades, Eoꝝ admirata multitudinem Xāthippe, ac indicaturā, digna opinabat, Quæ à Socrate non reſpuerentur. At is & nos inqt, ambitiōe tenemur quapiam. Ambitioſe iſta mittit Alcibiades, Itidem Nos ambitioſe non admittimus. Circūfertur Socratis eiuſdē dictum aliud, nec p̄clarum minus, Cui cū ſuggeſſiſſet Neſcio qs, Arduum uideri admodum, Id conſeq, Quod concupiſceret Quidam, ἀλλὰ μεῖζόν ἐστιν ἔφη, τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν τὴν ἀρχήν, At maius fuerat inqt, initio ne optaſſe qdem. Ab eodem quoq; memorari ſolitum, accepimus, ἀρχὴν εἶναι ἐλευθερίας ἀδελφὴν, ideſt Eſſe Libertatis fratrē Otiū, Argumento eſſe, prædicabat Indos, Perſas q̄, Qui & fortiſſimi cenſeantur, & Liberi cum primis. Eſſe autem utroſq; otioſos præcipue πρὸς χρηματισμόν. At Phrygas, Lydoſ q̄ operi maxime intentos, Seruitutis malo premi aſſidue.

¶ Super Eurydamante pycta, Et notæ dicacitatis Homine Zoilo adnotata de Græco penu quæpiam. Caput LXXIIII.

q Vibus contigerit hominibus diſparatum à reliquorū menſu, uiq; ingenium, alibi hoc opere non negleximus, Nunc Quæ occurrūt exempla duo, ad Tabulas, quod dicitur, Ceritum non reiiciemus, Sed ut ineant, ꝓtinus ſuffragia, permittere, in animo eſt. Fuit Pyctes nobilis Eurydamas, Cyrenæus patria, Inter certandum forte, Quem ualidū nactus fuerat, Dentes ei Plagarum ui, & frequentia excuſſerat Aduerſarius. Cui ne ſpectaculo Animum adderet, proindeq; inſuperabilis cooriret, Omnes deuorabat. Qua ratione ad illum ne minima quidem facti ſuſpicio peruenit. Zoilum, Qui in Homerum, Platonem, Alios q̄ cōplures acerbe, uirulenterq; ſtilum diſtrinxit, fuiſſe Amphipoliten, accepimus, ac Polycratis auditorem, Qui aduerſus Socratem accuſatorio ſpiritu Orationem concinnarat. Zoilum uero ferūt cognominatum κύνα ῥητορικὸν, ideſt Rhetoricum Canem. Habitu ferè eo fuit, ut Barbam quidem amplius promitteret, Capite uel ad Cutem deraſo, Indumentum nec Genua contingebat. Dicendi cura erat ei uel maxima, Sicut Odii quoq;, ac cum pleriſq; inimicitiarum, Cumq; Līgua foret uirulentus, ac unumquenq; proſcinderet audacius, Quidam haud ſanè illiteratus ex eo inſtitit quærere, Vt quid procliuiter adeo alienam Laceratum famam pergeret, Quod inquit, ποιῆσαι κακῶς βελόμενος, ἀδυνάμαι, ideſt male facere cupiens nequeo.

¶ Scitum Dionyſii reſponſum, Quod relictum à Parente Imperium nequiſſet ſeruare. Caput LXXV.

d E Dionyſio Poſteriore facta iam aliquoties mentio nobis eſt, Illud huic ſuppingam parti, ſcitu non hercle īdignum. Annalibus adnotatum cōperi, Dionyſium, & Philippum Amyntæ congreſſos quādoq;. Cumq; hinc inde multa forent pronuntiata, uti par eſt, Demum illuc prouectus eſt Philippus, Vt ex Dionyſio amplius quæreret, Qua eſſet factum ratione, Quod præclarum adeo, illuſtremq; à Patre acceptum Principatum nequiſſet aſſeruare, eo excuſſus ab Inimīcis. Ad ea Dionyſius non inſcite prorſum, nec illepide, ὅτι τὰ μὲν ἄλλά μοι κατέλιπεν ὁ πατὴρ, τὴν δὲ τύχην, ἣ ταῦτα ἐκτήσατο, καὶ διεφύλαξεν, ἀκέστι, Quoniam inquit, Alia quidem reliquit mihi Pater, Fortunam uero, Qua hæc ſibi quæſierat, cuſtodierat q̄, non utiq;.

¶ Meſonis aſſimulatus furor, ne cum Athenienſium reliquis Siculā iniret expeditionē, Quod Aſtrorum peritia futuram prænouiſſet afflictionem. Caput LXXVI.

e Nauigaturis in Siciliā belli cauſa Athenienſibus, Claſſe iam īſtructa, Ex Catalogo erat Vnus item Aſtrorum peritus Meſon, Qui, cum ingruētium uimalorum Artis beneficio, uelut ex ſpecula eminentiore, ꝓſpectaret, miſſionē quoquomodo quærens, ne initam obiret militiam, Cum in irritum cederet Conatus omnis, Demum inſaniam aſſimulauit, ac multa, ut ſibi fidem compararet, dixit, fecitq;. Inter alia etiam domui, quam inhabitaret, faces ſubdidit. Quibus ſanè omnibus adducti Bello Præfecti, uerum arbitrati furorem, dimittendum cenſuere hominem, ueſania percitum, ac debacchantē planè, felicius longe, quàm Vlyſſes olim, Quē ingenioſe, ſolerterq; deprehenderat Palamedes. Meſonis aſſimulationem, & quidē Athenis, diſpicere quiuit nemo.

¶ Dicta

¶Dicta uel facta, Quorundam scitu digna, Quæ ex diuerso, miscella uelut opera, sunt in unum congesta. Caput LXXVII

a Lexandrum Imperatorem nobilissimum fuisse ira præferuidum, indicio multa utiq; fuerint, Sed & Aristotelis commonitio prudens, Qui illum conspicatus omnibus, ac per omnia succẽsentem, per Epistolam salubriter sic perexit admonere, ac remollire, ὁ θυμὸς, καὶ ἡ ὀργὴ οὐ πρὸς ἴσους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κρείττονας γίνεται, σοὶ δὲ οὐδεὶς ἴσος, idest Furor, & ira non aduersus ęquales exerũtur, Sed in meliores, pręstantiores'q;. At tibi ex æquo stat utiq; prorsum nemo. Cercidas ex Arcadia Megalopolites, cum iam conclamatus, ac in Proserpinæ peculio adnumeratus decũberet, ad suos cõuersus, Iucunde se a' Vita demigrare pronũtiauit, Quod Animo concepisset, mox paulo Ex Sapientibus quidem cum Pythagora congressurum se, Ex Historicis cũ Hecatæo, Ex Musicis cum Olympo, Ex Poetis cum Homero, Inter hæc autem Animã egisse, proditur memoriæ. Palaton ζωγράφος, siue Pictor, cum Homerum describeret, Illum quidem uelut Vomentem exprimebat, Poetas uero reliquos per ambitum astitutos ἐμημεσμένα ἀρυομένους, idest Quæ reiecisset Is, absorbentes. Clisthenem ferunt Atheniensem Ostracismi, Seu Testularum rationem omnium principem induxisse, primum'q; eisdem damnatũ suffragiis. Pindarus nouem Lyricorum Princeps Cum Thebis in Poetarum uenisset commissionem, per Auditorum inscitiam quinquies a' Corinna fertur uictus. Classem coegerat aduersum Thurios, instructam'q; ducebat Dionysius. At uehemẽtior coortus Boreas naues disiecit omnes, attriuit'q;. Quo tãto permulcti beneficio Thurii Boreæ, uti Deo, sacra peregere, Insuper'q; in Ciuitatis Iura cooptarunt, Domo itidem illi comparata. Vt minus iam mirandum accidat, dici ab Atheniensibus Ventum hunc κηδεστὴν, idest Affinem, A' Pausania etiam Megalopoliten.

¶Zaleucum filio iussisse alterum ex oculis erui, Alterum sibi, ut lata a' se de Adulterio seruaretur Lex. Adulterii pœna apud Gortynam. Caput LXXVIII.

z Aleucum, de quo aliubi paucula cõmentati sumus, Inter alias ferũt, Quas Locris constituit Leges, sanxisse illam quoq;, Vt quisqs deprehenderetur Mœchus, pœnas lueret, excussis oculis. Hoc, sicuti uidetur, ut sanguinarium, cũ improbaret Dæmon, Ælianus inquit, præter opinionem, præter'q; Spem, In Auctorem regessit primum. Nam, ubi Zaleuci filius Adulterii est conuictus, Ex Paternis sanctionibus præstitutum subire supplicium cogebatur. Quod ne irritũ fieret, posteaq̃ semel erat cõplacitum, Qui sanxerat, pœnæ sibi partem irrogauit, ac uelut partiario Legis corroborauit integritatem. Nam filio excuti oculum iussit, At sibi alterum. Quod sic exprimit Ælianus, ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τῶν τοῦ παιδὸς ὀφθαλμῶν, ἀντιδοῦναι τὸν ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ ὄνεα νίσκος τυφλωθῇ τελείως. Apud Gortynam deprehensus Adulter ad Magistratus producebatur, si fuisset cõuictus, Lana coronabatur. Qua re illi plane' mollior opprobrabatur natura, effœminatior'q;. In reliquum præterea Ignominiosus erat imprimis, & Reipublicæ in nullo particeps.

¶Silentii bonum ex Græco Dysticho, & Gnathænæ meretricis historia lepidiuscula. Caput LXXIX.

d E Silentii bono, quantum'q; insitæ præferat prudentiæ Lingua præparca, Et Nos alibi commentati sumus, Et Gręcanicum quidẽ illud amplius patefacit,

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω,
Κρείσσων γὰρ ἐπέων, ἢ κτεάνων φυλακή.

Verum & ad ipsum id Lepida confert historia, Etiamsi decora non satis est, Quæ inducitur Gesta res. Ex Hellesponto in Atticam uenerat Amator Quidã, Gnathænę Scortilli fama illici pellectus, Cum'q; admissus cõmodũ accubuisset, erat inter pocula loquacior impendio, ac plane', ut Gręci dicunt, φορτικός. Id mirabunda Mulier, Cupiens'q; finem, Sic illum adorta fertur, An non ab Hellesponto profectum te dicis? cum adnuisset Is, Et quo inquit pacto Ciuitatum illic primam ignorare uideris? Scitante autem eo, Quæ nã

foret hæc? Sigeum respondit Gnathæna, καὶ ἐμμελῶς διὰ τοῦ ὀνόματος κατεσίγασεν αὐτὸν, idest apte admodum, & concinne ex nominis ratione Silentium illi suadere est uisa.

¶ Prudens Olympiadis apophthegma, quo Alexandri tumorem repercussit, diuina sibi quærentis in Vita. Caput LXXX.

O Lympiadem Alexandri matrem, prodit Historia, Cum inaudisset, filium diutius Sepulturæ honoribus exutum iacere, uelut neglectum, Grauiter eo nomine indoluisse, flētem'q; inter crebra suspiria inclamasse altius, miserabilius'q;, ὦ τέκνον, σὺ μὲν οὐρανοῦ μεταχεῖν βουλόμενος, καὶ τοῦτο σπεύδων, νῦν οὐδὲ τῶν κοινῶν δήπου, καὶ ἴσων πᾶσιν ἀνθρώποις μεταχεῖν ἔχοις, γῆς τε ἅμα καὶ ταφῆς, idest O fili Tu quidem Cælum tibi uendicare satagebas, hoc'q; unum festinabundus habere opus uidebare, At nūc, Quæ cæteris ex æquo communia omnibus censentur, ne iis quidem potiri uales, Terra, & Cōditorio. Qua sane' ratione uisa Olympias est, non imprudens, nec inscita mulier & suam ipsius commiserari fortunam, & filii tumorem coarguere.

¶ De Insula Samo, & in ea feris, quę dicantur Neides, Et Hirūdine alba. Aesopo. Hermodice item Midæ uxore, Cumæis prima Quæ numos cudit. Mœchorum suppliciū apud Lepreos quod fuerit. De Lucania, seu Samothracia, & Thespiensibus, Et Magnetum malis ac Insula Icaro, & Piscium excellentia, Ac Georgio Trapezuntio. Cap. LXXXI.

Q Voniam publico bono nil legimus fere', qn aliquid subinde præcerpamus, Et separatis Capitibus perscribi multa nequeunt, concisa nimis, ac deminuta. Proinde in unum regerēda parte hac duximus, Ne disiecta, uelut'q; dispalata pereāt. Igitur Lego primum, Insulam quidē Samum initio fuisse Incolis uiduam, desertam'q;. Cæterum succreuisse inibi ferarum uim, Quarū audiretur intolerandus, uelut Barritus, Dicebantur νηΐδες, hoc est Neides. Nuncupatā prius Samum etiam Parthenon, Mox & Dryusam. Apparuisse in Samo item Hirundinē quandoq; albam, Perdice haud minorem. Æsopum præterea inuenio Logopœum fuisse Thraca genere, Conditione Seruum, manu tamen ab Idmone missum, ac Xantho seruisse prius. Hermodicen scribunt Veterum pleriq;, Phrygum Regis Midæ Vxorem, tum forma fuisse cōspicuam, tum uero Sapientia, & artifici ingenio præstitisse plurimum, Siquidem Cumæis primam cudisse numos. Leprei, Quos deprehenderint adulterātes per triduum uinctos circa Ciuitatem ducunt, Mox toto Vitę tempore contemptibiles habent. Quod mulieribus itidem fit, Nisi quod hæ diebus undecim in foro stare coguntur discinctæ, & tunica circunuestitę pellucida. Sicuti Romæ in publicum egredi togatæ cogebantur Mœchæ, Quod approbat Martialis illis Versiculis, Vt Oratium præteream cum eiusdem Interprete.

Telim uiderat in Toga Spadonem,
Damnatam Numa dixit esse Mœcham.

Lucanos, uel, uti enuntiant Græci, λευκανοὺς esse ferunt φιλοξένους, idest Hospitibus affici plurimum, insuper & Iustos censeri. Apud eos regnasse quādoq; Lamiscum, Cui tertius a' Magno digytus in pede Lupinus fuerit. Samothracen qñq; dictam olim λευκανίαν, διὰ τὸ λευκὴν εἶναι, idest Quod albicet. Mox a' Thracibus habitatam dici cœpisse Thraciam, Quibus item deficientibus Samii superuenientes Samothracen fecere. Magnetas pluribus conflictatos infortuniis, Suffragari Archilochus uidetur, ubi ait, κλαίω θαλασσῶν, οὐ τὰ μαγνήτων κακά. Icarum Insulam ab Icaro mox cognominatam, prius inuenio solitā dici ἰχθύουσαν, d. Piscium excellentia, Qui caperentur inibi. Apud Thespienses turpe cēsebatur, Artem didicisse, uel Aruo studuisse, Propterea illorum Paupertas tum frequens, tum insignis præcipue Nec illud reticuero, Georgium Cretensem, Qui Trapezuntius dici maluit, conditis Voluminibus, Platonis uitia expendisse plura. Quo argumento sit Cęnotimon nūcupatus, Atq; Erinnys item. Quo modo est a' Bessarione insigniter proscissus.

Lodouici Cælii

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD MAGNIFICVM COMITEM, AC EQVITEM IOANNEM MARIAM GVIDONEM FERRARIENSEM PRAEFATIO DVODECIMA.

Quoniam Liber hic, Qui eſt futurus noſtri laboris duodecimus, ab inenarrabili diuinæ maieſtatis ratione orditur, in qua Veterum Sapiẽtum ingenia mire halucinantia, multiplici errore obſepta ſe torſerũt, Quod necdum Veritatis arcanum, intimis occluſum penetralibus, in Lucem ab ĩtelligibili productum Sapientia foret, facturum me operæpretiũ, arbitratus ſum, Quãdo mutua nobis neceſſitudine peruinctos, Certum eſt, in ſingulis noſtri operis uelut Propyleis, amice cõſultare, Si ad libelli huius partes te aduocaro potiſſimũ. Quippe Sicuti Balbi Balbos intelligunt, ac amant, Ita & a' Diuino cultu non prauitate ulla reuulſus Vir, Orationi imprimis, Quæ Deum uel exprimit, uel rimat', cumprimis affici ꝓſueuit, fronte inſigniter exporrecta. Tu uero Ioannes Maria Nobiliũ ſcientiſſime, ac Sciẽtum nobiliſſime ſic Chriſtianæ ueritatis aſſertorẽ te ubiq; præſtas, Vt Vitæ cura innocẽtiſſimæ, & Religionis reuerẽtia uel Religioſiſſimis eſſe quoq; integritatis exemplar ſingulare uideri poſſis. Nam etiãſi Conſpicuos, uel Iunior Magiſtratus geſſiſti, In quibus, quod Guidonũ claritati cõſentaneũ fuerat ſane', eam prætuliſti grauitatem, Vt ſeueritas prędulci temperata comitate, Iuſtitiã non utiq; rigĩdam, aut ulla ex parte immitẽ a' Caluo, quod dicitur, ad Caluũ Ciuitatibus exhiberet, Sed uel damnatis amabilem, Nihilominus a' Publicæ rei moleſtia magnam partẽ abiunctus, & tibi quodãmodo uiuẽs, Nec magnope, Quod Greci dictitant, ἔξω βλέπων, Intellectua lem potentiã ad id, quod Vere eſt, per mometa ſurrigis, Verã arbitratus felicitatem, ab Hominis ueri ueſtigiis non abire longius. Nec tibi Equeſtris dignitas, aut qd' dicaris, & ſis Comes, ut Doctrinæ Ciuilium dogmatum inſignia prętereã, Nec inquã iſta tibi animos tollũt, Quod ſane' agnoſcimus in plurimis, Sed mira in oĩbus benignitate ita mores attemperas, Vt perhumanũ te, facilem'q; ſentiãt mediocres Viri, Summi ẽt hac, quã ſuſtines, perſona dignum, opinentur. Sunt præclara iſta qdem, Sed Fratris nõ abſona Virtutibus, honorũ ſerie cõſtipatis, nõ abſona uniuerſæ Domus Guidonum amplitudini tum Ferrarię, tum Mutinę, unde oriundi eſtis, Sed & in aliis Italiæ locis pręcipuis. Quãobrem habebit Liber hic, opinor, quod ſibi placeat. Nec id, quia Vmbilicis exeat auro niteſcẽtibus, Sed quod in ueſtibulis ſuis præclarum cernat ſtare uelut Herman, Sed nõ utiq; ἄκωλον, Quin undecunq; amuſitatũ, prędarum'q;. Qui ſit fortiter Libitinas reiecturus naſutiores, ac ſordidum dẽtem, ne uirulẽtus infigi ualeat morſus, Quo cõuulnerata plerunq; exareſcũt omnia. Quod ut facias, Vir clariſſime, puelim utiq;. Sic enim fiet, Vt gratam tibi, quãtulacunq; ea eſt, Sedulitatem hanc noſtram, & in te, tuoſq; omnes propenſiſſimã uoluntatem, fuiſſe intelligam. Nec ipſe immemor uideberis initæ olim in Patria mea inter nos amicitiæ, Quam uno ductu pro uiribus perpetuo & foui, & auxi. Nec ipſe aſpernari es uiſus. Quod ſupereſt, Viuas, opto, diu felix, & Lodouicum tuum ames. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LECTIONVM LIBER VNVS, QVI DVODECIMVS.

Prolepſin, ideſt de Diis anticipationem Omnium' eſſe Mentibus inſitam. Cur Deo ſummo Solem perſimilem dicat Plato. Caput Primum.

Quidem conſyderanti mihi amplius rationẽ hanc, quæ de diuinis eſt, uelut ex Oraculo promptum uidet', quod apud M. Tulliũ prius, mox & a' Seneca comprobatũ, legimus, Omnibus de Diis eſſe inſitã opinionẽ. Nec eẽ Gentem ullã adeo extra leges, mores'q; pie ctamquę Deos aliquos opinione nõ cõcipiat. Notionẽ hãc ipſa nobis impreſſit Natura, & ſine doctrina ineſt anticipatio quædã diuinitatis. Hęc uero eſt, quã Epicurus πρόληψιν dicit. i. anteceptã Animo rei quãdã informationẽ. Cæterũ ubi ad ſummũ, ac principẽ oĩum Deum, Quẽ Græca natio τ' ἀγαθὸν nũcupat, hoc eſt, Bonũ ipſum, humana Mẽs audacius

assurgit. Siquid scrutando attentius, & perpendēdo lance examinatissima differēdo defini re pertentet. Cum inenarrabilis amplitudo illa, & infinita maiestas humani animi ꝯceptus omnes longissimo a' se interstitio relinquat, nedum Sermo ullus illuc eualeat pertingere, ad id deniq; rerum excellentia caligans diuertit, ut Similitudines quęrat, & exēpla. Qua ratione etiā Plato περὶ ἀγαθοῦ. i. de ipso bono differere, adortus, Dicere qd esset, nō est ausus, Quoniam humanæ potestatis mensum tantæ claritatis excedat splendida uis. Illud modo latius indagando est assecutus, ut quod inter obiecta Sensuum præcipue nitidū, præclarum, immēsum, admirabile animaduertisset, illi Simillimum astrueret. Hunc uero esse Solem uoluit, per cuius similitudinē humanæ imbecillitati gradū pręstari ad nō cōprehensibilia quadantenus, est opinatus. Proinde a' Sapientibus receptum fere', Principi summo illi, ac ineffabili prorsum nulla surrigi simulacra debere, Sicuti Diis aliis constituisse Veteres, cōpertum est. Quando, ut sciēter Plotinus inquit, neq; cognitionem, neq; intelligentiā illius habem⁹. Loquimur tamē de illo, ut Parmenides, & Dionysius ait, per negationes, atq; relatiōes. Sūmum genus scientiæ est, inquit Cassiodorus, scire, Deum tanta pręstare, q̄ta humanus Sensus non ualet attingere. Lumen infinitum ab intellectu creato perspici nequit, ni gloriæ lumen accesserit. Nam ut se habet Noctuę oculus ad Solis lumē, Ita Intellectus noster ad manifestissima in natura. Nec me fallit tamen, Cottam illū Ciceronianū dicere, multas se arbitrari Gentes, sic immanitate efferatas, ut apud eas, nulla Deorum suspicio sit. Quid Diagoras inquit, ἄθεος qui dictus est, postea'q; Theodorus, non'ne aperte Deorū naturam sustulerūt? Nam Abderites qdem Protagoras Sophistes temporibus illis uel maximus, uelut alibi quoq; cōmemoratū est, cum in ꝓncipio libri sui posuisset, De diis neq; ut sint, neq; ut nō sint, habeo dicere, Athenienſiū iussu urbe, utq; agro est exterminatus. Libri'q; ei⁹ in ꝓcione cōbusti. Cæteꝝ q̄ est a' me cōprobatū pauloante, in Libro de mysteriis ita ꝓfirmat Iamblichus, Añ oēm inqt rōnis usum inest naturaliter insita Deoꝝ notio. Et alibi, Esse Aīæ inqt, est quoddā intelligere. s. Deū, unde depēdet. Porro' esse nostrū putat, Deū cognoscere, qa præcipuū Animæ sit Intellectus, In quo idē est esse, q̄ intelligere diuina actu ꝓpetuo. Sed & Plutarchus, Deos inqt opinat', qſqs bene sentit. Galen⁹ in Libro de Philosophi historia Dei inqt, notionē habemus ex pulchritudine operū illi⁹, et excellentia. Propterea & Euripides, ἀστέρες δ' ἐν οὐρανῷ ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ, ideſt Stellæ in Cęlo Varietas sapiētis fabri. ¶ Quā absurda prioribus Deoꝝ uarietas. Deus ignotus Athenis. Dei sūmi descriptio. Cælestia qui primum adorarint. Vnde dicat' Theos. Cælestia an uiuāt. Apomyius Iup. Spodi⁹ Apol. Gratiarum sacra.

Caput II.

a Tqui ipsum hoc numē immēsum, inenarrabile, augustissimū, oēm'q; humanæ mētis captū excedēs, ex ipsa hac maiestate ꝑcelsa mirū est, q̄tas, quāq; absurdas interdū ambages in Mortaliū Animis peperit. Nā ignotis etiā Diis fuisse Athenis erectas aras, Philostratus scribit. Meminit Laertius quoq; in Epimenide, ut Pausaniā taceā, ἑλλάδος πολιήσει, ad Phalerū θεῶν ἀγνώστων βωμὸς statuētem. In Canonicis uero decretis adnotatū ab Interprete est, Apostolū Paulū, cū eiusmodi arā uidisset, titulo notissimo, Ignoti uidelicet Dei, in quo uiuimus, mouemur, sumus, altius intonuisse, Quē uos ignotū dicitis, Ego prędico. Hūc Plato, sicuti ex Speusippo didicim⁹, ita describit, Viuēs īmortale, ꝑfectum ad beatitudinē sufficiēs, Essentiā sempiternā ipsius boni causam. Addit ex Platonis eiusdē sentētia Apuleius, Incorporeū, Aperimetron. Beatū, Beatificum, Oīum Patrē, Optimū, nulla re indigentem, cuncta ꝓferentē. Esse uero innumeros qdā prodidere. Nā & Chrysippus, quē Stoicoꝝ Somnioꝝ uaferrimū interpretē Epicureoꝝ nuncupat Schola, magnā ꝓgregat & ipse ignotoꝝ Deoꝝ turbā, atq; ita ignotoꝝ, ut eos ne ꝓiectura qdē informare, ut ille ait, possimus. In Sicyonia ēt ὑγείας. i. Sanitatis simulacrū celebriter cultū, adnotauimus. Quod uix tñ cōparebat, passim illi a' mulieribus Capillis dicatis, quos Deæ honori resecare, moris illaꝝ est. Ambeūt & Babylonię Vestis Telamones. Quin Herculem in Olympia rē diuinā obeuntē, Cū muscaꝝ multitudine infestaret', Ioui sacrificasse ἀπομύῳ, protinus'q; ultra Alpheū Muscas esse abactas. Sed & Helei itidē Ioui Apomyio dicunt' q̄q; immolasse. Apollinē cognomento Spodiū Thebis cultū, animaduerto, Cuius ara ex Sacrificiorum cineribus foret ꝓstructa. Vñ nata cognominis rō. Gratiis Eteoclem ferunt Andrei, & Euippes filiū, Sicuti a' Bœotiis memorat', Hominū primū rē diuinā fecisse, Qui

bus esse

bus eſſe tres itē placet, ētſi nomina nō tenēt. Gratias haberi qdem duas, Inter Lacedæmonios placita eſt. Quas nūcuparit Lacedæmon κλωπὰν καὶ φαεννὰν. Tres ſunt apud Athenienſes ad Acropolin, Vbi & arcanā multis Teleten agūt. Has in Theogonia cecinit Heſiodus, eſſe Iouis, & Eurynomes filias. Nomina uero hæc facit, Euphroſynen, Aglaiā, Thaliā. Antimachus Aegles filias ꝓnūtiat, Et Solis. Gratiaꝝ ſimulacra Veterib⁹ nō fuere citra indumēta, inqt Pauſanias, At poſteri neſcio cur, nudas pingere, ac ſculpere adorti ſunt, Antiquorū rōe mutata. Democrit⁹ duos eē Deos opinat Penā, & Bñficiū. Sicuti ī Acrocorīntho fuiſſe ꝓdit Pauſanias. Neceſſitatis ſacellū, et Violētię. Sed īgredi inqt, putat haud legitimū. Multas itē gētiū per fœtidos iurare cibos, ꝓditū eſt. Siqdē Cepas, Allium'q; inter Deos iureiurādo habet Aegyptus. Harpocratē quoq; habuit eadē, & Cynocephalum, ſiue Anubim. Quorū imagines digytis geſtare, moris ēt Romani fuit qñq;. Scitu dignū id quoq;, Oīum primos, q olim Aegyptū occupauerant, cæleſtia ſuſcipe, atq; adorare cœpiſſe, noctiū ſerenarū bene ficio, & qa plurimū ſub dio agerēt, ita exigente mundi ſitu eo. At Plato in Libro, cui titulus Cratyli eſt, de recta nominū rōne diſſerēs, Videnť mihi inqt, Græcoꝝ priſci Deos ſolos putaſſe eos, Quos ēt his tēporibus Barbaroꝝ plurimi arbitrāť, Solē, Lunā Stellas, Terrā, Cęlū. Et cū hęc omnia ꝓpetuo in curſu eē, ꝓſpicerent, ab hac natura τὸ θεῖν, hoc eſt, currēdi, ϑεὸς. i. Deos nominaſſe. Nec miꝝ id uideri admodū debet, Præſertim ſi Veterū Sapiētū in iis placita curioſius diſcuſſerim⁹. Nā Cęleſtes Sphęras habere Animas, nō Platonici mō, Sed oēs ēt Peripatetici ꝓfitēť. Id ipſum & ſecūdo Cęli docet Ariſtoteles. Rurſus ſeptimo & octauo Naturaliū, ſecūdo de Aīa. Vndecimo Diuinoꝝ. Theophraſt⁹ quoq; eiuſdē diſcipulus Libro de Cælo. Sed & Auicenna, & Algazeles ſummope cōfirmarunt. Auguſtinus Aureli⁹ in Enchiridio. Et Thomas aduerſus gentes Libro ſecūdo tradūt, Nihil, q̄tum ad Chriſtianam doctrinā ſpectat, intereſſe, Cæleſtia corpa Animas habere, uel nō habere. De Elementis ꝓſtat apud Platonicos. Ambigūt recētiores Peripatetici. Porro cęleſtia uiuere, eſſe'q; aīata Aſtronomici auctores ꝓcedunt. Ptolemęus præſertim, & Abumalar, & Zaeles. Quod & Hali cō firmat, illos deridēs, qui uiuere cæleſtia diffidāt, & hoc Ptolemæū ſecutus. Idē Aratus arbītratur, & Manilius. Deniq; Theophraſtū dicere, ſcimus, Nō eē Philoſophū, q cæleſtibus abneget uitā. Quin Orphei Theologia Sphęrarū Aīas ita partiť, Vt cuilibet geminam ꝓtribuat uim. Vnā in cognoſcēdo poſitā, Alterā in Sphęrę corpore uiuificādo, atq; regēdo. Ergo in Elemēto terræ illam uim Plutonē Orpheus noīat, hanc Proſerpinā. In Aqua Oceanum illā. Hāc Tethyn. In Aere fulminantē Iouē, ac Iunonē. In igne Phanetā, & Aurorā. In Anima Sphęrę lunaris illam Bacchū Licnitē, hāc Thaliā muſam. In Anima Mercurii Bacchū Silenū, & Euterpē. Veneris Lyſiū, & Erato. Solis Trietericū, & Melpomenē. Martis Baſſareum, atq; Clio. Iouis Sebaſiū, & Terpſichorē. Saturni Amphietū, & Polymniam. Octauę Sphęrę Perictioniū, et Vraniā. In Anima uero Mundi uim priorē Bacchū uocat Eribromū, Secūdā uero Muſam Calliopē. Singulis porro Muſis unū præficit Bacchū. Q m̄ is ſymbolicos & operte diuinæ cognitiōis nectar prudētioribus monſtrat. Veꝝ enimuero neqd, uelut in utranq; ꝓſopiti aurē, prętereamus, Hebręos obſeruauimus ſolos ex omnibus pia, ſancta'q; ꝓſyderatione primū Elemēta, & quæ ab Elemētis cōpoſita ſunt, Solem ſimiliter, & Lunā, ac Stellas reliquas, & Cælū ipſum nō ſolū Deos nō eſſe, Verū etiā Animæ penitus exptia, iudicaſſe. Nicolaus quoq; Theologus in Geneſeos caput primū, Corpa inqt cæleſtia inanimata ſunt, & ſine ſenſu, ex Damaſceni doctrina. Auguſtinus itē loco eodē, Solet quæri inquit, Vtrū hęc luminaria ſola ſint, An habeant rectores Spiritus, & ab eis uitaliter inſpirentur. Sicut p Animas Animaliū carnes animanť. Sed de tam obſcura re nil temere credēdū. Alii uero, quę dicantur de hominis Animo, ad Cæli quoq; animum poſſe tranſferri, opinantur. Et eſſe illū cæleſtē Hoīem. Nam & Timęus prodit, temperatos animos noſtros ab Opifice Deo in eodē cratere, ex iiſdem'q; elemētis cum cæleſtibus Animis. Inde uidēdū, aſtruētibus Eruditis, ne nos illorum Seruos uelimus, quibus nos fratres coaptauit Natura.

¶ Diuinoꝝ inſcitia ubi exorta primū. Deoꝝ multitudo ex Varrone. Itē Deū eē unū, nomina plura. Stator unde dicať. Quid Amum. quid Phtha, & Oſiris de Meliſſeo itē, & Meliſſa, ac Iunone.

Caput III

a T enim curioſior aliqs, neq;, quod diciť, hoc ꝓtentus Catone, inſtet protinus, urgeat'q; infeſtius, ecqd compertius, exploratius'q; in literas mittere aggredia

mur, Qui nã primi Potentiam omnia ſupeminentem, Longe, late'q; infinitæ naturę germi na ꝓpagantẽ uel diſſimulare cœperint, uel mox ẽt prorſum neſcire multa ꝓbruti reꝫ cali/ gine. Mihi uero multa diu uerſanti ex Arabũ Gẽtibus tantæ inſcitiæ, mali'q; plane' ꝓtagioſi primordia, & in proximos quoſq; craſſantẽ primo labẽ, inde latius profudiſſe incẽdiũ, uide/ tur, quo uniuerſus fere' deflagrarit Orbis. Chananæos uero in eo terraꝫ ſitu Sacræ ſtatuũt literę, Iam inde a' Cham uno ex Noe Liberis corriuatos. Cui cum ob impietatẽ diras extuliſ ſet Pater imprecationes, nullis etiãnum is imbutus diuini cultus rationibus, raptim a' Parẽ/ te reuulſus in Arabas ſeceſſit. Vnde mox diuinitatis inſcitia inibi irroborata primũ, in plures data. Hinc'q; numeroſa Deoꝫ ſeries pro cuiuſq; libidine, aut cõmodo eatenus extumuit, Vt Varro Terẽtius Deos ad calculum reuocet ab hominis exorſus ꝓceptiõe, initiali exordio a' Iano deducto, numerum'q; ad decrepiti prouehat metas. In qbus aſtituit Næniã, quæ in Se nũ recinat' funeribus. Inde uero in digytos mittit Deos alios, qui nõ ad ipſum qdẽ ꝓtineant Hoíem, Sed ad ea, quæ ſunt hoís. Quo in genere Victus eſt, ac Veſtitus, Porro' & quę Vitę uſibus neceſſaria, præmonſtrans in oíbus, Quod ſit cuiusq; munus. Quin & municipales in Italia legunt' Dii Sicuti Cruſtuminoꝫ Deluentinus. Narnienſiũ Viridianus. Aeſculanorũ Ancharia. Volſcinienſiũ Nortia. Adeo colebat unuſqſq; quod uolebat, Vt nõ ꝓuinciis mõ, ſed & ſuus eſſet unicuiq; Ciuitati Deus. Præſto' tamẽ ſunt, q noía qdem eſſe fateant' plura, Deum tñ unũ. Sic nõ aliud eſſe Naturã, q̃ Deum ipſum interpretant'. Hoc eſt, toti mũdo, & partibus eius inſertã diuinitatis rõnem. Iouẽ quoq; optimũ maximũ nobis ipſum hunc inge rere. Quin & Statorẽ quoq;, Quẽ ſic appellatũ prodũt Hiſtorici, qd' poſt Votoꝫ ꝓceptionẽ, nũcupationem'q; fugientiũ Romanorũ ſteterit acies. Sed id rectius multo, & uero ꝓſonum magis, Principẽ illum, & uniuerſalẽ Architectũ Deum dici Statorẽ, quod ſtẽt bñficio eius omnia. Fatum itẽ ſi hunc dixerimus, nõ aberrarimus. Nã ſi eſt fatũ implexa cauſaꝫ ſeries, Il le eſt Oíum cauſa princeps. A' qua ꝓpendẽt reliquæ. Deniq; tot excogitari cognomẽta que unt, Quot eius recognoſcimus munera, ne nunc Indigitamẽta excutiamus oía. Nã & in Li bro de myſteriis Iamblichus. Opifex inquit, Intellectus, q & ueritatis eſt dominus, atq; Sa/ pientia, quatenus in generationẽ ꝓgrediens, occultã latentiũ rõnum potentiã traducit in lu cem, Amum ægyptiaca lingua uocat'. Quatenus aũt ſine mẽdacio pagit oía, Et artificioſe ſimul cum ueritate, Phtha nuncupat'. Græci uero hũc Vulcanum nominãt, artificioſum dũ taxat cõſyderãtes. Quaten⁹ uero effector eſt bonoꝫ, appellat' Oſiris, alias'q; denominatiões habet, propter potẽtias, actiones'q; differẽtes. Illud tñ parte iſta haud quaquã tranſmiſerim, Quod a' Didymo ꝓditũ ſcimus in libris enarrationis Pindaricę. Meliſſea Cretẽſiũ Regem Diis primũ rem obiiſſe diuinã, ac ritus nouos, Sacrorum'q; pompas introduxiſſe. Huius por ro' filias Amaltheã, & Meliſſam, Quæ Iouẽ Puerũ caprino lacte, ac melle cõnutrierint. Vn/ de datum mythicis locũ, ꝓfigendi aduolaſſe Apes, atq; os puerile ſucci blandiſſimi liquore colliuiſſe. Meliſſam uero magnæ Matri Sacerdotẽ fuiſſe inſtitutã primã. Vñ ꝓpagatũ mox, Vt qbus eiuſdẽ iniungeret' Sacerdotii functio, Meliſſæ itẽ dicerẽtur. Sed nõ utiq; prætereũ/ da Aeliani admirato eſt, prodẽtis, Barbararũ Gẽtiũ Sapientiã uideri laude dignã, Quando nulla prorſum εἰς ἀθάνατα ἐξέστασις. i. eo' producta eſt, ut Deũ negaret, aut oíno ambigeret, Sit'ne Prouidẽtia ulla, an temere ferant' oía. In quã ueſaniã dilapſos nouimus, Euemerum Meſeniũ, Diogenẽ Phryga, Hippona, Diagorã, Soſiam, Epicurũ. Illud non negligendum, Poeticã quod inſtruit enarrationẽ, Temenũ Pelaſgi filiũ in Arcadia Stymphalũ habitaſſe antiquã, Atq; inibi Iunonẽ ab eo educatã, & Deæ Sacrũ inſtitutũ triplex ex triũ rõne cogno minum. Siqdem Parthenon uocauit Puellã adhuc. At Ioui nuptã τέλειαν. i. Adultã. Diſſi/ dentem uero cũ Ioue, ac Stymphalũ denuo repetentẽ χήραν. i. Viduã. Apud Menalũ fuiſſe dicit' ἀγαθδ νάος. i. Boni templũ. Id referẽdũ ad Iouẽ Pauſanias ſuſpicatur. Quoniã ἀγαθῶν ἅπαντες οἱ θεοί εἰσιν ἀνθρώποις, ξδὺς δὲ ὕπαθος θεῶν ὄδε. Panos præterea ſacellũ Locis aliquot excitatũ, Legimus, Eſſe quoq;, Qui opinent', Eiuſdem eſſe pontificii Hoíum uota ad exitũ ꝓducere, Quin & Sceleſtis ꝓ dignitate, ac meritis rependere. Sed & olim eſſe uaticinatũ, traditur itẽ. Affuiſſe uero illi προφῆτιν Erato Nympham, Quæ Arcadi Calliſtus fuerit iun cta. Prope' Lycoſurã eſſe dicunt' montes Nomii, In qbus & Panos nomii ſacellũ, Melpiã. i. μέλπειαν uocãt Locũ, quod inibi fiſtulæ melos cõpererit Pan. Montibus factum nomẽ pu/ tant ab eius Dei Paſtionibus. Etiãſi a' Nympha credũt Arcades. Fuit & in Parthenio mon

te Panos

te Panos delubrum. Vbi & Teſtudines conficiendis Lyris peraccõmodas haberi, proditũ memoriæ eſt, Quibus tamen parcũt, Quod Pani ſacras opinẽtur. In hac uero Deorũ fuſione Pragmatia, Nec illud neglectui habuero, Quod eſt ab Oenomao traditũ, Triginta millia Deorũ in Orbe terrarũ fuiſſe culta, Q̃ ipſum & Vates aſſeruerit Heſiodus. Hinc obrepſiſſe opinor, petulantius in blaſphemias prorũpẽtibus, Vt alliſa quodã modo patientia, facturos ſe quippiam triginta milliũ Diabolorũ nomine, nõ citra impietatẽ pronũtient. Trecentos itẽ fuiſſe Veteribus Ioues, adnotatũ a' Varrone eſt, ac a' Septimio Florẽte repetitum.

¶ Platonem, & Platonicos nõnullos ſentire, Vnũ modo eſſe Deum. Cap. IIII

Sed rurſum obiiciat ſe quiſpiã, & qm̃ a' Platonicis tam reuelli neſcimus, q̃ nolumus, quærat ſolicitius, quid nã parte hac illorũ Coryphęũ Platonẽ ſenſiſſe, opinemur, qd'ue cæteris inſinuemus de tãto aſtruendũ Philoſopho. Ego uero, ut qui norim elogium illud ſæpe repetẽdũ, Pauculis mõ mutatis, Platonicos plane' Chriſtianos fore, Nam & Auguſtinus Sapientiæ ꝓfunditatẽ admirat⁹, Neminẽ eo Philoſopho propius religionis noſtræ pulſaſſe metas, ſcribit, Obſeruaſſe uideor, ab Eminentiſſimo quidẽ Viro plures ſæpe noſtri Deos, uerũ nõ tã Deos intelligi, q̃ diuinos, angelicos'q; ac cæleſtes Dei miniſtros. Nã Angelos non fuiſſe Platoni incognitos, aſtipulat' & Florens Septimius in Apologetico. Siqdem in Parmenide, ac Timæo Vnicũ, & per ſeipſum eẽ ſancit Deum. Inſecuti uero Doctoris ueſtigia ſingulari ingenio, Eloquẽtia nõ incurioſa Platonici multi Vnũ mõ eſſe Deũ, rõne triplici probare connitunt'. Primo inquit, qa ſumma eſt Vnitas. Nam ſi quodlibet ſummũ eſt unicũ, qd magis unicũ eſt, q̃ ſumma Vnitas? Eſt etiam unus, quia eſt Veritas. Sũma enim Veritas una eſt, Nã ſi duæ ſummę Veritates eſſe dicant', Aut una earũ habet, qcqd habet altera, aut nõ. Si prius dat', Vna eſt, nõ duæ. Si ſecundum eſt, neutra eſt ſumma. Deeſt. n. iſti illud Veritatis, quod in illa eſt. Et illi quod eſt in iſta. Itẽ unus eſt Deus, qa ſumma ẽ Bonitas. Sũma qppe Bonitas, qcqd boni reperiri uſquã poteſt, cõplectitur. Quod ſi duas induxeris Bonitates ſummas, qcqd boni eſt in una, eſt & in altera. Alioqui neutra eſſet ſumma. Et ſecundũ Boni ipſius naturã unum ſunt, nõ duo, neq; eſt aliqd aliud illis admixtũ, præter Bonitatis naturã, qa Summę nõ eſſent, Sed inqnatæ. Vnũ itaq; ſunt oĩno. Propterea Manichæis, Gnoſticis'q; Philoſophis aſſentiendũ nullo mõ eſt. Duos eſſe Deos aſtruentiũ. Quorũ alter ſit bonorũ oĩum auctor, Alter uero malorũ. Nam ſicut Deus, qui Bonorũ eſt auctor, ſummũ Bonũ eſt, mali totius expers, Ita ꝓtrarius ſummum malũ, omni bono priuatũ. Hic igitur neq; aget qcquã, neq; cognoſcet, neq; uiuet, neque erit oĩno. Siqdẽ eẽ, uiuere, cognoſcere, bona, expetẽda'q; ſunt. Vnũ igit' oĩno ſit rerũ ꝓncipiũ, Et uocet' Vnitas, Quia ꝓ excellentiſſimã ſimpliçitatẽ ſupeminet oĩa. Veritas, qa ꝓducendo eſſe dat oĩbus. Bonitas, qa producta ad ſe reuocãdo, prẽſtat & bñ eſſe. Atq; ut tradit Ioannis Apoſtoli theologia, Theologorũ bĩum diuiniſſimi, Quẽ Platonicus Amelius libẽter amplexat', Vnitatẽ uocato principiũ, Veritatẽ ꝓncipii rõnem, Bonitatẽ deniq; principii rõnalis amorẽ. Cæterũ, poſteaq̃ parte hac ſatis, ſup'q; euagati ſumus, cũ Mercurio ita Coronidẽ impingamus. Sanctus Deus pater oĩum. Sanctus Deus, Cuius uolũtas a' ꝓpriis implet' poteſtatibus. Sanctus Deus, qui tuis familiaribus innoteſcis. Sanctus es, quẽ nũq̃ creauit natura. Sanctus es, oĩ poteſtate ualidior. Sãctus es, oĩ excellentia maior. Sanctus es, oĩ laude melior. Excipe uerborũ Sacrificia ſancta, ab Anima, & tibi dedito corde manãtia Ineffabilis, Solo ſilentio prædicãde ab eo, Qui fallacias uerę cognitioni ꝓtrarias declinauit. Annue, Corrobora me, Atq; huius gratiæ participes effice eos, q in ignorãtia uerſant'. Ipſe Pater es uenerãdus, Homo autem tuus ſanctitate una' tecum potiri exoptat, cum poteſtatem illi omnium, arbitrium'q; conceſſeris.

¶ Sup Memnonis Sepulchro & Statua ex Græcis adnotata pluſcula, unde Iuuenalis illuſtratur, de Rhodio Memnone, ac Palto, Dipaltus, Euhelii, & Memnonidibus. Item quid Apaſtia. Suſa cur dicantur. Caput V.

Memnona poetis cantatiſſimũ nemo non nouit. Comperta nobis nõnulla de eo ſunt, iis plane' adnumeranda, quę præcipue digna admiratione ſunt in naturę cõtemplatione. Vel ẽt quæ fidẽ rei nouitate uix impetrant. Ac de Memnonis quidẽ Statua mox paulo. Interim Sepulchrum eiuſdẽ pergamus illuſtrius facere, hiſce memoriis inſpergendo, Quę grauis auctor Iſephus prompſit in literas. Cuius hiſto-

ria, qa minus inuſta mendacio eſt, in cuiuſq; Aium facile, quod ſubnectemus, põt irrepere. Quod ita habet. Eſſe Ptolemaida Galileę Ciuitatẽ montibus hinc inde fere` obmunitã, cõuallatam'q;. Siqdem A` meridie Carmelo ꝓſtipatur. A` Septẽtrione uero, quẽ uocant Incolæ Scalam Tyriorũ. Ab Vrbe duorum fere` Stadiorum interſtitio fluuiolus offert ſe Beleus nomine. Eius in propinquo Memnonis eſt Sepulchrũ, Cui adiacet locus oĩum admiratiõe digniſſimus. Ea eſt Species Vallis circũactæ in orbẽ, Quæ uitream harenam emittit, Alioq; & ſingulare miraculũ adeſt. Cõmeant illuc numeroſi nautę genus terrę auecturi. Sed qcqd inde egeſtum fuerit, repletur mox. Eadẽ ſemper Campi facies. Produnt Peritiores, Ventorum id opa contingere', Qui ex circũiectis ſuperciliis difflatu ſuggerãt metallum. Nec tamẽ uno ibi eſt miraculo natura ꝓtenta. Quicquid aliunde ꝓgeſſeris harenæ, tranſit eueſtigio in Vitrum. Quod ſi ultra loci Margines fuerit denuo proiectũ, in habitũ priorẽ eadẽ redit celeritate. Illud porro` nõ negligendum, Quod ad Memnonis ſpectat Sepulchrũ. Nã in Troade id ſtatuit Strabo. Ita enim libro tertiodecimo ſcribit. Vltra Eſapi hoſtia tumulus quidã occurrit, in quo uiſitur Memnonis Sepulchrũ eius, qui Tithoni filius fuit. Cui proximus ẽt Memnonis uicus. Dicat aliquis, Memnonẽ eum, de quo Ioſephus, ab hoc fuiſſe diuerſum. Nam & Strabonis eiuſdem monumẽta Rhodiũ habent Memnona. Qui fuerit Perſici ductor exercitus, & Hermiã Eunuchum circũſcripſerit. Qui Platoni, Ariſtoteli'q; dediſſet operam. Mox uero principatu ẽt potitus. Vel id Memnoni forte obueniſſe, quod & claris plerunq; Viris, Quibus imaginaria Sepulchra multis in locis admiratione uirtutis qñq; excitata fuiſſe, obſeruauimus. Nam Strabo idẽ alibi, Memnon, inquit, Sepultus dicitur circa Paltum Syriæ iuxta flumen Bandam, Vt Simonides ait, Paltum uero Syriæ Ciuitatẽ agnoſcit etiam Stephanus. Vñ ſit Gentile nomen Paltenus, uti a` Damaſco Damaſcenus. Sed eſt itẽ Paltum teli genus Arriano libro primo. Meminit Xenophon. Vñ apud Sophoclem Dipaltus. Dicitur & παλαὸν πῦρ, pro fulmineo igne. Strabonis auctoritatẽ ſuffulcire Plinii quoq; calculus uideť, ſic ferme` Libro ſexto prodẽtis, Aegyptioꝝ bellis attrita Aethiopia eſt, uiciſſim imperitando, Seruiendo'q; clara & potens, etiam uſque ad troiana bella Memnone regnante. Et Syriæ impitaſſe eam, noſtro'q; litori ætate Regis Cephei, patet Andromadę fabulis. Porro` de Memnonis ſtatua in Baſaltæ lapidis mentione Plinius idẽ ita ſcribit. Nõ ab ſimilis inquit, illi narrať Thebis delubro Serapis, ut putant Memnonis Statua dicatus, quẽ quotidiano Solis ortu ꝓtactum radiis crepare dicunt. Philoſtratus ẽt in Iconibus. Memnon inquit, in Aethiopa deformatus eſt in lapidem nigrum, ſedẽtis habitu. Solaribus radiis ſtatua ubi ꝓtingitur, uelut plectrum incidens Sol in Memnonis Os, elicit inde uocẽ. In Toxari Lucianus prodit, Demetriũ Sunieum peregrinationẽ obiſſe in Ægyptũ, ut Pyramides ſpectaret, ac Mẽnonẽ. Quod illas inaudiſſet, quãuis altiſſimas, umbrã tñ nõ iactare. Memnonẽ uero ad exorientẽ Solem inclamare. Strabo ibi ſe affuiſſe ſcribit cum Aelio Gallo, & amicorũ multitudine, ac militũ. Circiter'q; horam primã ſonitum audiuiſſe, ſiue a` baſi, ſiue a` Coloſſo, ſiue a` circunſtantibus de induſtria factum. Id enĩ inqt, haudquaquã affirmarim, cum propter incertã cauſam oĩa magis, ſubeat, ut credam, q̃ ex Lapidibus ſic cõpactis, cõcinnatis'ue crepitum edi. Pauſanias miratur in Megarẽſium mœnibus lapidẽ, quem ſiqs calculo ꝓcuſſiſſet, nõ ſecus inſonaret, ac Lyra. Sed multo me inqt, maiore admiratiõe affecit Ægyptiorum Coloſſus, Qui Thebis Ægyptiis eſt, poſtquã Nilum traieceris. Vidi.n. ad hoc uſq; tempus Statuam ſedentẽ iuxta eum locũ, quẽ Syringas uocant. Eam pleriq; Mẽnonem dicunt. Quem ex Aethiopa profectum in Aegyptum ueniſſe arbitrantur, Ac Suſa uſq;. Thebei Memnonẽ negãt, Sed quẽdam populariẽ ſuũ eſſe aiunt, Cuius ea ſtatua ſit. Audiui etiã, qui hanc Seſoſtri ſtatuam tribuãt. Quã Cambyſes mutilauerit. Reliquũ corpus ſedet, καὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν αὐλίζοντος ἡλίου βοᾷ, καὶ τὸν ἦχον μάλιστα ἐκφάσει ἕως μεθέρους, ἢ λύρας ἐκγεισης χορδῆς. i. & quotidie inſonat oriẽte Sole. Quẽ ſonitũ ſimilẽ dixeris diruptæ chordę in Lyra, uel Cithara. Legimus porro` Tyaneũ Apolloniũ ueniſſe qñq; in Memnonis templũ, De'q; eo Damin ita rettuliſſe, Auroræ filium fuiſſe Memnonẽ, Occubuiſſe uero non apud Troiã, Quo` etiã neq; ueniſſe illum ſatis ꝓſtet, Sed in Aethiopia, cũ regnaſſet apud Aethiopas per generationum qnq; ſpatium. Ipſos tamen Aethiopas, quãdo lõgiſſimæ ſunt uitæ extra Mortalium reliquorum ꝓſuetudinem, quaſi in adoleſcentia Memnonẽ lugere, quæ'q; in acerbis promi funeribus ſoleant, facere. Locum præterea, ubi erectum ſteterit tẽplum, antiquo foro

conſimilem

consimilē fuisse. Cuiusmodi uisebātur multa in uetustissimis Ciuitatibus, Vbi etiānum Columnarū extant fragmēta, & parietum uestigia quędam. Porro Sedes, ac Mercurii Simulacra. At Memnonis statuam Adolescētis impuberis imaginem referre. Esse autē ex nigro lapide confabricatam, & ad Solis radios conuersam, utroque pede solum attingentem. Erectas autem manus sedi inniti, Hominis surgere uolentis similitudine quadam. At Oculorū, & totius oris habitū quasi loquentis esse hoīs. Vbi uero Solis radio percutitur, quod matutino euenit, Tū utiq; summam parere admirationē, Loqui enim tunc perhibent, ubi primū ad illius os radius peruenerit. Nam splendentes oculi, lætiq; ad Solem expositi sunt, ueluti eorum, qui ualde Solis aspectum tolerare possunt: Quos Græci ἀμαλίας uocāt, Hoc est Euhelios. Scribunt itē ex Græcis nōnulli, Memnona apud Ilium Aethiopibus quidem pręfuisse, Aethiopem tñ non fuisse, Verū apud Persica Susa, & fluuiū Choaspē Gentibus illis imperasse. Argumento autem esse, quod a Tithono Memnonis Patre Susa dicantur condita, Vel, ut alii, a Memnone potius. Dictā uero Vrbem a Liliorum copia, quæ Gentium earum uocabulo dicantur Susa. Sed illud etiamnum euidentius, Susorum arcē a Memnone Mēnonium nocari. Susios item Cisios appellari. Quia Memnonis matrem Cisiam uocet Aeschylus. In Pausanię monumentis lectum est, Memnonem Aethiopum quidem fuisse Regem, non tamen ex Aethiopia Ilium ueniisse, Verum a Persicis Susis, & Choaspe, quę sibi subiecerat loca. Nam sunt Auctores quoq; quotannis aduolare Ilium ex Aethiopia Aues, Et cōfligere ad Memnonis Sepulchrū, Quas ob id Memnonidas uocent. Hoc idē quinto quoq; anno facere eas in Aethiopia circa Memnonis Regiam, exploratum sibi, Cremutius tradit. Ex Memnonis cineribus apud Troiam interempti natas Aues, cecinit Ouidius, nō suppressoitem depugnandi more, Ita enim scribit Libro tertiodecimo.

Præpetibus subitis nomen fecit Auctor, Ab illo
Memnonides dictæ, cum Sol duodena peregit
Signa, parentali morituræ more rebellant.

Memnonidum item Auium mētio Pausaniæ est, illas in Mēnonis chlamyde picta expressas memoranti Apud Delphos. De Mēnonis porro statua, Satyrus quoque hisce cōmeminit.

Effigies Sacri nitet aurea Cercopitheci
Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.

In cuius Loci enarratione, allatis modo, quæ prodit Strabo, Interpretes mira sese inde expediunt breuitate. Bibliotheces item tertio Diodorus, a Theutamo, tunc Asiæ imperāte, missa ad Troiam Aethiopum decem millia scribit, totidemq; Susianos, cum ducētis curribus, Memnone duce. Qua tempestate Pater eius Tithonus Persarum gesserit Satrapiā. Sed & nonnulli Idam uocant Memnonis matrem. Inuenio item Memnonas esse Aethiopum Gētem, quam, ut Auctor est Polyhistor, Agrestem interpretant, Sed tamē pugnacem, ac difficilem. Quod uero de Rhodio Mēnone, Cuius etiā meminit Arrianus, nec tacuit Q. Curtius, pauloante protulimus, Sciendum amplius, Vocem eius memorabilem uideri pręcipue dignam, quæ utriusque linguę monumentis certatim celebretur, maximo documēto, debere stipendia faciētes lingua pręparcos, manu largiores esse. Is siquidem, cum aduersus Alexandrum summa ui bellum gereret, Quendam de Alexandro obloquentē, ac multa per imperitiam, Tum etiam assentandi studio differentem cum inaudisset, eoq; nomine commotior foret, Quod maximus Imperator ab inertissimo, ac prorsum, ut uidetur, gregario milite proscinderetur, Hominem acrius lancea percussit, & mox, Ego te inquit, alo, ut pugnes, non ut Alexandrum petulantia tua fordide incessas. Illud uero superpondium fuerit, Quod a Græcorum Grammaticis exaratum subscribemus, Memnona, & Sarpedona Iouis filios ad Troiam interisse. Tanto autem a Diis honore affectos, ut ferente legem Patre, funeris diem luctu, & Ieiunio celebrarent. Quod Comici ueteris auctoritas illis comprobat ueriſiculis, Vt protinus Legentium demereamur assensum græca, uti aiunt, fide.

πολλάκις δ' ἡμῶν ἀγόντων τῶν θεῶν ἀπαξίαν,
ἡνίκ' αὐτὸν θῶμεν, ἢ τὸν μέμνον', ἢ τὸν σαρπηδόνα
σπένδετ' ὑμεῖς, καὶ γελᾶτε.

Sæpe inquit, nobis Diis apastiam ducentibus, Vbi lugeamus Memnona, uel Sarpedonem, prolibatis Vos, & ridetis. Apastia uero, quod scitu reor dignū, signat nobis Ieiuniū. Quā-

do παιδὸς dicit, q cibo operã dedit παρὰ τὸ πῶ, quod ἐσθίειν. i. uesci indicat. Vnde irrepsit insciæ plebeculæ, ut passim pro Cõuiuio Pastum usurpet. Et saginatos Anseres, ac id genus cætera fere consimiliter nuncupet.

¶ Prouerbium, quod est, Numerare nouit, quã uim habeat. De q Arithmetice occultiore. Caput VI.

a Venzoaris Viri Babylonii, & scientię recõditæ, Verbũ fuisse pręclarũ, & sensus profundioris, Abumasar auctor est, Scire omnia, et nosse exactius eum, qui Numeros scientiã teneat. Quod immo dici opinãdum est, qa priscis ingeniis; Quę nobis res multas lucẽ peperere, a uulgari, & exculcata rõne sequestrata, abiuncta q Philosophandi per Numeros cõsuetudo fuit. Eã uero cũ a Theologis excultam, accepimus. Tum imprimis nõ neglectam a Pythagora, Aglaophemo, Platone, cæteris q id genus cõpluribus. Sed & in Epinomide ab ipso traditũ Platone, nouimus. Inter oẽs liberales artes, & theoreticas scientias præcipuã, & maxime diuinã uideri Numeros scientiã. Cę tes id cõprobari qui põt, Si eam numerãdi peritiã accipias, In qua uel negotiãtiũ, ut negotiosissimus qsq est, ita pręstat imprimis? Quid. n. præter cæteros illi norũt? Scientia oĩno fuit hæc, extra q̃ pleriq uel opinẽtur, uel sciãt, Certe mira. Immo q nostra tẽpestate minus ptrita. Quinimmo occlusa adeo, uelut sanctius arcanũ, ut qualis sit, ne suspicemur qdẽ, aut uix attingant pauci. Quod neqs ambigat, Scitatur Plato, Cur sit Homo Aĩal sapiẽtissimũ, suppingit mox respõsum, Quia inqt, numerare nouit. Et rursum in Epinomide, Opus inqt, est Numeris nõ iis, qui corpus habẽt, Sed q oẽm paris, imparis ue generationẽ, atq Virtutem, quã ad pficiendam, cognoscendam q rerũ naturã cõferunt. Proinde nos adagiũ præstruximus, quo in eum uti possumus, q oĩbus calculis credat undecũq scientissimus, ac prope perfectiõe omnifaria eminẽtissimus. Meminit & in Encycliis quęstionibus Aristoteles, Cur inquit, homini potius, q̃ cuiquã ex cęteris Animantibus credendũ est? An qa, ut Plato Neocli respondit, Homo solus oĩum aĩantium ἀριθμεῖν ἐπίσταται. Hoc est nouit numerare? Quẽlo cum, sit uenia uerbo, Philosophus qdam interpretatus, dũ nihil altius suspicat, Id modo dicinde, opinat, Quod is sit rõnis actus. Qui enim numerare scit, disciplinis imbibẽdis non uidet impar. Insuper ratione prędito amplius fidendum, quia præter eam, dũ talis est, operatur nihil. Vel inquit, qm̃ perpendit acrius, bonum, malum q metiens. Sed nos in sanctis item literis legimus, Deum omnia in numero, mensura, pondere perfeciss̃e, quę ipsa & Plato aperte significat, Dum numeros, mẽsuras, solida in medium adducit. Sed per numeros intelligi uult ipsas rerum naturalium species, formas q substãtiales, quas etiam Aristoteles numeris comparat. Per mensuras autem certas, instrumẽtales q figuras, uel magnitudines speciebus certis accommodatas. Per solida deniq, atq uires significat qualitates, quæ & cum molibus penitus protenduntur, & præstant motionibus, actionibus q momentum. Ex hac item occultiore facultate scribit Aurelius Macrobius, Numerorum certam, constitutam q rationẽ Animas sociare corporibus. Qui numeri dum superfint, perseuerat corpus animari. Cum uero deficiant, arcanam illam uim solui, qua societas ipsa constabat. Et hoc esse, quod Fatum, & Fatalia uitę tempora uocemus. Vnde sit illud doctissimi Vatis, Explębo numerum, reddar q tenebris. Hinc item probabile est, Veterum Sapientum curam pronuntiarę non dubitasse, Animam esse numerum se mouẽtem. Hoc Pythagoricum esse decretũ, auctor Plutarchus probat Libro de iis, quæ Philosophis placeãt, quarto. Sed adiicit; ἀριθμὸν αὐτὸ τῷ νοῦ παραλαμβάνειν, ideſt numerũ pro Mente accipere. Esse quoq in Anima numerum, scribit Plotinus libro Enneadis quintę primo. Non enim inqt, moles sunt prima naturæ, neq ullæ magnitudines. Crassa. n. hæc posteriora sunt, Quæ Sẽsus existimat entia, Iam uero nec in seminibus hoc ipsum humidum est, quod æstimatione dignum censetur, Sed quod Sensibus non apparet. Id autem Numerus est, Atq ratio. Est item in Intellectu primo Numerus Idearum ratione formali inter se differentium. Si modo per eas intelliguntur, & fiunt formæ rerum re ipsa discrepãtium. De qua re, si nostrũ esset onus, dicerẽ plura, Sed alieno locó satis multa. Illud Boetii multũ ad hęc ipsa facit, cũ ex mathematicis Arithmeticã pcipi primũ tradit, qm̃ matris quodãmõ ad cęteras obtineat portionẽ. Tũ uero qd

hanc ille huius

hãc ille huius mũdanæ molis ꝓditor Deus primũ habuit ſuę rõcinationis exẽplar, & ad hãc cuncta conſtituit, quæcunq; fabricãte rõne ꝑ numeros aſſignati ordinis inuenere ꝓcordiam.

¶ Pythagoræ placita de Monade, ac Dyade. Item de Pari, Impariq;. Cap. VII

Ythagorã igitur Legimus opinatũ in numeris maximã eſſe uim. In eosq; refe-
P rẽda omnia, Syderũ ambitus, & Aĩalium ꝓductiões. Duo itẽ feciſſe principia, definitã unitatẽ Alterũ appellãdo. Reliquũ indefinitã dualitatẽ. Sed illã bono rũ. Hanc maloꝝ exordiũ, & cãm eſſe dicebat. Vnitatis ſiqdẽ natura inſita circũ ferẽtiæ tẽperiẽ, Animis Virtutẽ, Sanitatẽ corpibus. Domibus, & Ciuitatibꝰ pacẽ, & Aĩorũ gignit ꝓſpiratũ. At Dualitas diuerſa omnia. Aeri hyemẽ cõtribuit. Aĩs malitiã, ægritudines corpibus. Ciuitatibus ſeditiões, & domibus diſſidia ĩducit. Oẽ ſiqdem malũ ex diſparili in-oriẽ uolũtate. Hinc exꝓſequẽtibus numeris parẽ qdẽ demõſtrauit indigũ, ac deficientẽ, atq; impfectũ, Imparẽ uero plenũ, ac ꝑfectũ. Etenim pari ꝑmixtus uim ſuã ſeruat ꝑpetuo, cõduplicatus uero eũdẽ gignit. Ita ut fœcũdus ſit, habeatq; principii uim, diuiſionis ipſe neſcius, unitate ſemꝑ in eo redũdante. Par uero imparẽ ꝓducit nũq;, Neq; eſt indiuiſibilis. Proinde Homerus quoq;, quẽ ꝓfundior nulla præteriiſſe uideꝰ doctrina, Vnitatis naturã in boni quidem portiõe cõſtituit, In mali uero dualitatẽ. Nã bonũ ἐννέα ſæpe dicit, & ἐνείην affectũ eiuſmodi. Cõtrario autẽ mõ δύην uocat afflictionẽ, ac diuexationẽ. Et Supis imparia qdẽ ſemꝑ tribuit. Inferis uero paria. Nã Neſtor Neptuno ĩmolat ἐννεάκις ἐννέα ταύρους. Achilles uero Patroclo paria offert omnia, ἵππους μὲν τέσσαρας, δώδεκα δὲ Ζώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλούς. Plurimum uero ternario utiꝰ numero. Item quinario, ac ſeptenario. Maxime uero nouenario, Vt τοίσι δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν. Et alibi, καὶ ἐννέωροι γάρ τοίγε.

¶ De Nouenario numero. Virgilii locus explicatꝰ ex Æneidos primo. De Helicone muſico organo, De Muſis pulchra. Febrium ſpecies. Caput VIII.

Ed cur nã eſt numerus hic ꝑfectiſſimus? nempe qa eſt ab impari primo q̃dratꝰ,
S & impariter impar in tres diſtribuiꝰ triadas, ſiue mauis, trinitates dicere. Quarum itẽ quęlibet in tres diuidiꝰ unitates. Qua in parte admonẽdi ſtudioſi ſunt, Illud uehemẽter obſeruandũ, Qd in literis latinis a' pauciſſimis aĩaduerſum, miror. Nouenariũ numeꝝ præcipue Veterib⁹ ꝑ multitudine qlibet poſitũ, Sicuti ꝓbat Nicãder. Qui duos hñtem aculeos ἐννεάκεντρον uocauit, Qdẽ aculeoꝝ nouẽ. Sed & alibi in quodam genere Scorpionũ, qbus ſeptẽ inſunt Sphondyli, dixit, σφόνδυλοι ἐννεάδικοι. Nam Enneadeſmos uocat ſphondylos, uolẽs ſignare polydeſmos, ac ſi dicas multaꝝ cõmiſſurarũ, aut colligationũ. Idipſum in Pręconũ Enneade apd Homeꝝ Iliados ſecũdo adnotauit Euſtathius. Sed & in nouẽ bellatorib⁹ Hectori obiectis. Ad quã Græcoꝝ doctrinã Optimũ maximũ Poetã reſpexiſſe, cõtẽderim. Cũ ait, Et nouies Styx interfuſa coercet. Sed & cũ Æneidos primo ita de Timauo flumine ſibi canere permiſit, Atq; intima tutus.

Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timaui,
Vnde per ora nouem uaſto cum murmure montis
It mare proruptum, & pelago premit arua ſonanti.

Nã cũ Timauo ſeptẽ ora contribuant alii, nõnulli ẽt nouem, ut Pomponius, Alii etiã octo. Vnde & multifidum ẽt appellauit Timauũ Val. Martialis Epigrãmatum octauo.

An tua multifidum numerauit Lana Timauum,
Quem prius Aſtrifero Cyllarus ore bibit?

Propterea doctiſſimꝰ Auctor in opinionũ fluctu nouenariũ ſibi numeꝝ cẽſuit maxime uſurpandum. Vt interiorũ literaꝝ, ſicuti frequẽter ſolet, quippiã operi inſpergeret, qd illotis, ut aiunt, pedibus ingrediẽtes maleferiati qdam, aut tranſiliũt, aut impingũt. Eodẽ mõ & Oratianũ illud ex arte poetica intelligendũ, Nonũq; prematur in annũ, q̃q̃ lectiõe interpolata, decimũ pleriq; legũt, & interpretentꝰ. Quod ſi ad decadis ꝑfectionẽ referas, concoq; poteſt. Aſtipulaꝰ & Theon Arati Interpres doctiſſimus, q ſuper eo Poetæ uerſiculo,

χειμῶνος μέγα σῆμα, καὶ ἐννεάγηρα κορώνη,

Ennea inqt, pro multis poetice accipiẽdum, ἤγουν ἡ πολύγηρα κορώνη. Nouenarius inqt Heſiodus, Muſaꝝ dies eſt, Heliconiadũ. Hic ſiqdẽ numerus inquunt Græci, ἱ σάκις ἱ ὡς ἐστὶ, & bonus in oĩbus, aptusq; Heliconiadibus, ſic nũcupatis, nõ quia ab Helicone ſint, Sed qa, ut in Ptolemæi muſica lectũ ẽ, Organum habeꝰ muſicũ, qd Helicõ diciꝰ, In quo nouẽ quędam

chordæ ſunt, quaꝝ tres ſunt τὸ δι' τεσσάρων, uel Epitriti, Tres aũt Diapente, ſeu Hemiolii. Tres aũt δι' πασῶν, ſeu diplaſi, Quas & nouẽ appellarunt Muſas. Cæteꝝ id obiter quodã modo parte hac ſciẽdũ, Muſis in Helicone rẽ diuinã obiſſe Otũ, & Ephialtem primos, Sacrum'q; illis montẽ dixiſſe, Quas tres mõ intelligi uoluere, Meletẽ, Mnemen, Aœden. Nouem poſtea fecit Pierus Macedo, Nominibus, quę nũc habent', impoſitis. Sũt q nouẽ fuiſſe Piero filias putent, Quibus eadẽ, quæ Muſis noĩa indiderit. Ad Nouenarii, deniq; rõnem forte ſpectat illud quoq;, Febriũ ſpecies p̃mũ qdem eſſe duas. Quippe aut συνεχὴς dicit', uel Synochos, Quæ Cõtinua. Aut διαλείπουσα. i. interuallata. Huius apud Veteres diſcrimina p̃noſcebãtur ſex, Vt ſentit Galenus, ἀμφημερινός, Quæ Quotidiana. τριταῖος, quæ Tertiana. τεταρταῖος, Quartana. πεμπταῖος, Quintana. ἑβδομαῖος, Septimana. ἐνατεῖος poſtremo, dicere quã poſſumus Nonanã, Sunt uero etiãnum febres dictæ πλάνητες. i. erraticæ, quæ ordine craſſant' nullo, ἀλλ' ἀκαταστάτως γίνονται. i. citra ſtabilitatẽ fiunt. Periodus aũt eſt ἐξ ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως σύνθημα τοῦ χρόνου. i. ex intenſione tẽpus in morbo, & remiſſione.

¶ De Monade. Cur'q; ea ad Deum referat'. De Ternario item. ac Quaternario. Triembolum quid.

Caput IX

a T qm̃ ipſa nos rõ in numeroꝝ uirtutes ꝓiecit, Nõ fuerit ab inſtituto ſeiunctũ, quędã porrò fuſius hinc inde, ueluti amœniores quoſdã floſculos, ac diuerticula nõ ingrata legẽtibus, Quos alioq nouitatibus excitari ſcio, cõgeſſiſſe in hunc præcipue locũ, in quo Arithmetices uim ꝓlibamus, Ac, ut ab uno exordiamur, qd' eſt in hoc genere primordiũ, dicit'q; a' Græcis μονὰς. i. Vnitas. Cõpertũ nobis eſt, marẽ credi, & Fœminã, Parẽ itẽ, atq; Imparẽ, nõ numeꝝ, Sed fontẽ, & originẽ numeroꝝ, Zaratam uero Pythagoræ doctorẽ, Dyada numeroꝝ dixiſſe matrẽ, Monada uero Patrẽ. Proinde inter numeros prę̃ſtare, q monadi p̃cipue aſſimilent'. Eſſe quoq; Monada hanc initiũ, finem'q; oĩum accepimus, neq; ipſam finis, aut p̃ncipii ſciẽtẽ. Referri uero ad Deũ, eius'q; intellectũ a' ſequẽtiũ numero reꝝ, & poteſtatũ ſequeſtrare. Qui qm̃ in unũ diſperſa cogit, inde ẽt dicit' ἑνιᾶ. Monas uero appellat', ὅτι πάντων φθειρομένων, αὐτὸς μόνος μένῃ, καὶ ὅτι μονὴν ἔχει ἐν τοῖς αὐτῷ ϑελήμασι, ut inqt Ioãnes Protoſpatharius. Dieꝝ Heſiodi Phyſic⁹ Interpres, Dicit' inq̃ Monas, qm̃ tẽdẽtibus in corruptionẽ oĩbus, Solus ipſe p̃ſeuerat, Et qm̃ in ſuis habet firmitatẽ ꝓſiliis. De Ternario uero qd hic exequamur potiſſimũ? An Illud imprimis? Trinitatẽ Pythagoricos Philoſophos reꝝ oĩum mẽſurã eſſe uoluiſſe. Credo rõne illa, quod ſummus rerum Opifex ternario numero uniuerſa diſpẽſat. Immo uero etiã res ipſæ numero eodem terminari pernoſcuntur, ad quod reſpiciẽs Poeta nobilis, Numero inquit, Deus impare gaudet. Siquidẽ ineffabile illud agens creat primo ſingula, rapit mox, ac deniq; p̃ficit. Singula quoq; imprimis ab illo perẽni fonte effluunt, dum naſcuntur. Deinde in eundem refluunt, dum originem mox ſuam repetunt. Poſtremo perficiuntur, ubi in ſuum redierint principium. Id ipſum uaticinatus Orpheus Iouem principium medium, & finẽ uocauit uniuerſi, principium, ut producit, mediũ, ut producta retrahit ad ſeipum. Finem, ut redeuntia perficit. Sed in Cõuerſiõe hac trinitas obſeruat' mira, Q ñ in ea Mercurius primũ obtinet gradum, animos p̃ rõnem ad ſublimia reuocãs. Secũdum Venus, peruiſum ad ſupna ꝓliciens. Poſtremũ Phœbus, id ipſum efficiẽs p̃ auditum. Et Mercurius qdem ad ipſum prę̃cipue p̃lectat bonum. Ad Intellectũ Venus, in quo radians p̃noſcit' pulchritudo prima. Ad Aĩam uero prouocat Apollo. Cuius eſt harmonia peculiaris. Hinc Regẽ illũ uniuerſoꝝ bonũ, pulchrũ, Iuſtũ, quod ſæpius a' Platone ſignificat', poſſumus nũcupare. Bonũ inquã, dum creationẽ obit. Vbi allicit, pulchrũ. At iuſtum, quatenus ꝓ cuiuſq; meritis ꝓfectionem elargitur. Pythagoricos itẽ Plut. ſcribit, Vnitatẽ ſolitos Apollinẽ nũcupare. Dyada uero Litẽ, et audaciã. Triada autẽ Iuſtitiam. Cũ. n. Iniuriæ illatio, aut ꝓpeſſio ꝓ defectũ obueniat, aut exceſſũ, inferit' iis Iuſtũ ad ęqualitatẽ, retrahens. Adnotatũ a' Grãmaticis illud quoq;, Numeꝝ qm̃q; hunc ꝓ multitudine capi. Vnde Triembolum pro Virili pudendo inuenimus poſitum, Vt quod iniici ſæpius queat. Eſt eo item nomine nauis, Quando Neſtoris nauem Decembolum dixit Æſchylus. Sed illud grauius multo, Principem Deũ tribus coli, Adoratione, Thuris ſacrificio, Hymnis. Et id utique ter ex totidem Hemiſphærii pũctis, mane, Veſpere, meridie. Proinde Legibus ſanciri pleriſque, nouimus, Exortum ab adorantibus ſpectandum, Quod eſt Pythagoricis obſeruatum, Nec ſpreuit Chriſtiana Veritas. Triſmegiſtus ad meridiem conuerſus

ridiem conuerſus ad ipſum obibat. Moſes, Iudeiq; ad occidua. Ratio inde promi poteſt, quod ab oriẽte motus eſt diurnus, At Planetæ, quos eſſe Ptolemæi doctrina ſtatuit, uelut Cæleſtium ſignorum Animas, ab occaſu Vertiginis ſumunt initia. Sed uiuificũ Lumen a meridie per circuli redit obliquitatẽ. Adoratio reuerẽtiæ cultum exhibet. Thus ſuauiſſimæ cognitionis diuinæ diſtributionẽ cõplectit. Hymnoq; ſuauitas Cæloq; refert ꝓcentũ, Vt Pythagorici ſanciũt, nec tacuit Mercurius. Vel Subſtãtiaq; harmoniã ſeparataq; in Laude intellectuali, Vt Peripatetici. Quid porro de numero dicã ꝙternario? poteſtas eiꝰ, ut ſit mirãda, illud potiſſimũ facit, Quod ꝓſenſu tacito Gentes ferè oẽs prẽcipuũ Dei nomẽ quatuor modo literis enũtiant, quę res citra diuiniorẽ afflatũ nõ uidet potuiſſe ꝓtingere. Nã quem nos Deũ nũcupamus, Aegyptii Theut. Perſæ dicũt Syre. Magorũ diſciplina Orſi, unde profluxit Oromaſis. Iam apud Hebrẽoq; Gẽtẽ celebre eſt quatuor uocaliũ Dei ſacrũ nomẽ, quod inde Tetragrãmaton dicũt, & Alia uoce exprimit, quæ Adonai eſt, quæ apud eos tñ Adni ſcribit. Significat aũt Dñm noſtrũ. Grẽcis uero Θεὸς appellat, Arabibus Alla. Ieſu autem Salutare gẽtibus nomẽ ab Angelo accepimꝰ. Porro Quaternariũ Pythagorici numeq; oẽm uocabãt, Quoniã numerus denaria pficit multitudine. Denariꝰ uero eſt quaternarii cõpoſitio, ꝓinde totũ numeq; πεφακτὺν uocabãt. Ex eo & Iuriſiurãdi religionẽ ſibi fecerãt. Vñ illud, Ita per Quaternitatẽ Aĩæ noſtræ tradẽtẽ perẽnis fontẽ naturę. Nã & ꝙternitate Aĩam cõſtare arbitrabant. Eſſe. n. Mentẽ, Sciẽtiã, Opinionẽ, Sẽſum. Oĩa porro quæ ſunt, ꝙternarius numerꝰ ꝓiũxiſſe, ac colligaſſe uidet. Elemẽta. Numeros. Horas ãni. Aetatũ cõpagines. Deniq; dici nil poſt, quod a numero quaternario, tanq; a radice, ac principio nõ depẽdeat. Cuius cognitio Pythagoreis ab ipſo tradita Pythagora eſt, ꝑ quẽ etiã iurabãt, ueluti iurare per Magiſtrũ deceat, obſeruantiæ, ac uenerationis rõne, Qui quaternariũ ipſis numerũ tradidiſſet. Qui nõ utiq; Deus fuerit Immortalis, nõ Heros, Sed Vir ſimilitudine Dei prẽditꝰ. Porro πᾶς. i. quaternarius omnis ſacer eſt, ac ſolidus, Nã quæ ꝓſiſtunt, omnia ex puncto ꝓducta primũ ſunt, Siqdem punctũ fluens lineã facit, Linea Epiphaniã. i. ſuperficiẽ. Superficies ſolidũ, quare perfecta habet Tetras, & quę colat digna. Dicit nãq; & Harmonia, habet. n. Epitritũ, Quaternarius. n. ad ternariũ Epitritus, ad binariũ duplex, unde & Diplaſius eſt, Habet & tetraplaſion eius ſymphonię, quę uocatur διὰ τεσσάρων. Quatuor. n. Vnitatis ſunt Tetraplaſia.

¶ Quinarii numeri potentia. Cur Senſus tantum quinq;. Et quæ prẽcellãt Senſibus. Pempazin quid. Pempobolum Pentadactylus. Pentaſublon. Triobolum. Cap. X.

Quinarii uero potentiam ex Sciẽtiſſimis pleriq; admirati, multa in ſe illum obſeruare prodiderunt, aut a Quinarium habentibus prodiiſſe, quales ſunt hominũ manus. Immoq; nec iniuria diuinũ cẽſeri, ac merito Diis artium, Mercurioq; imprimis eẽ dicatũ. Ex Veteq; doctrina illud itẽ ẽ, numeri huius uim tanto haberi quaternario auguſtiorẽ, quãto animatũ inanimato præcellẽtius credatur. Nos id certe obſeruauimus, ſolũ hunc numerũ omnia, quæ ſunt, quęq; uident eẽ, cõplexum, animaduerti. Eſſe aũt dicimus intelligibilia, uideri eſſe Corporalia oĩa, ſeu diuinũ corpus habeãt, ſeu caducũ. Hic ergo numerus ſimul oĩa & ſupera deſignat, et ſubiecta. Aut. n. Deus ſummus eſt, aut ex eo nata Mens, in qua ſpecies rerũ ꝓtineri, platonicũ dogma eſt. Aut Mũdi Anima, abs qua reliquas animas, ceu ex fonte, ꝓfluere tradũt. (Platonice ſemper loquor, neq;. n. nũc Chriſtianæ ueritatis dogmata promimus, Sed Veterum placita ꝓſectamur, quæ inſtituto noſtro ſcribendi ſuggerũt argumẽtum) Aut cęleſtia ſunt uſq; ad nos, Aut terrena natura eſt. Quinq; porro Viuentiũ traduntur genera, Principem locũ ſibi uendicante Deo, Sequentibus mox Dæmonibus, inde Heroibus, quarto autem loco cõſtitutis Hominibꝰ, ultimo Brutis. Quin & Animę poteſtates ſunt q eodẽ terminẽt numero. Prima enim uis Threptica eſt, ſiue Vegetatrix. Secũda Senſuũ potẽs. Tertia Epithymetica, ſeu concupiſcibilis. Sequitur mox Thymoides. i. iraſcibilis, inde Logicon i. rationalis facultas. Ad, de quod, ſicuti Aphrodiſeus Alexander docuit, Si tamẽ ex illius officina liber is prodiit, qđ non uidet, qm̃ eius Philoſophi haudquaquã in pleriſq; reſipit hęreſin. Eorũ numerus, quæ ſub Senſum cadunt, quinarius eſt. Vnde factum quoq;, ut Senſus item dũtaxat quinq; ſint. Quod ad ſenſibilium naturam Sentiẽdi quoq; inſtrumẽta ſint. Tactus ſiqdem aſpera experitur, & leuia. Nec non dura, mollia q;, quę ſolidoq; qualitates ſunt, Guſtus dulce, & amaq;,

ac salsum. Quæq; in humidis sunt, id genus alia, & siccis, Olfactus qd' bene, & male olet. Quæ in euaporationibs inueniunt'. Auditus, Sonituũ, & fragorũ est explorator, quæ in Aeris collisiõe uersant'. Visus colores discernit, qui in tenuissimo, & Aetheris lucidissimo Spiritu sunt collocati. In qua qdem ratiõe Sensuũ illud obiter adnotabimus. In Cane uim odorandi esse pręcipuam. In Aquila uisum. In Protogeuste, indico Animali gustum. In Serpẽtibus, et quibusdam Auibus tactum. In Apris auditum, uel, ut Græcus præfert codex, in Anseribus. Quintas porro' esse fugiendas, Hesiodus præcipit, quod inquiunt græci Interpretes, allegorice signat, Nuptias multas. Quinarius. n. γάμος dicitur, ex binario nãq; pari consurgit, & impari ternario, dicitur & numerus hic δίκη, idest Iustitia, quia denarium ex æquilibrio secet. Quinta porro' natas Erinnyas ferũt, quæ plus habendi desyderia castigãt. Pempazin, idest πεμπάζειν est per pentadas, idest Quiniones numerare, nam Æoles πέμπε dicunt pro πέντε. Vnde & Pẽpobolum ueru, cui quinq; sunt ad assandum ordines, quod & Pentadactylum dixeris, & Pentasublon. Cumæorũ autem qui Aeoles sunt, inuentũ id est, Nam cæteris in usu Triobola fuere.

De Senario numero. Et quæ Numeroꝝ partes dici iure possint. Caput XI

Senarii uero numeri uim id puto abunde declarauerit, quod Mosaica Sapientia, a' nemine unq̃ laudata satis, eo numero Mũdi genesin absoluit. Sed & Pythagoras Senarium numerum genesi, nuptiis'q; accommodari, probat. Vnde & Gamon appellauit, quoniã eius partes iuxta positæ ipsum gignant, similem'q; reddant genitum genitori. Numerus porro' Senarius, uti Augustinus scribit, primus completur suis partibus. i. sexta sui parte, & tertia, & dimidia, quæ sunt unũ, duo, tria. Quæ in summã ducta sex fiunt. Hinc Plutarchus Gamon dici scribit, propter Paris, & Imparis commixtionem. Partes autem in hac consyderatione numerorum illæ dicendæ sunt, Quæ quotæ sint, dici põt. Sicut dimidia, tertia, quarta, & deiceps, ab aliquo numero denominatæ. Neq; enim, exempli gratia, quia in nouenario numero quatuor aliqua pars eius est, ideo dici potest, quota eius sit. Vnum autem potest. Nam nona eius est, Et tria possunt, nã tertia est eius. Coniunctæ uero istæ duæ partes nona, scilicet & tertia. i. unũ, tria, longe sunt a' tota eius summa, quod est Nouem. Adnotanda porro' Augustini item grauissima sentẽtia. Numeri inquit, ratio contẽnenda nõ est, quæ in multis Sanctaꝝ Scripturarum locis, quanti æstimanda sit, elucet diligenter intuentibus. nec frustra in Laudibus Dei dictũ est. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.

¶ Multiplex Septenarii potestas. Cur ante diem septimũ Infanti nõ imponeret' nomẽ. De partu Septimestri, item Octimestri, Et de Saturno paucula. Caput XII

Sequitur inde Septenarius numerus, quẽ maxima ingenia mirari nõ cessant. Siqdem totus impar numerus primus ternarius est. Totus par quaternarius, ex quibus duobus consurgit Septenarius. Ideo pro uniuerso sępe ponit', Sicuti est, Septies cadet Iustus, & resurget. i. quotiescunq; ceciderit, non peribit. Quod non de iniquitatibus, Sed de perturbationibus ad humilitatem perducentibus intelligi debet. Et Septies in die laudabo te. Quod alibi alio modo distum est. Semper laus eius in ore meo. Et multa huiusmodi in diuinis Auctoribus reperiũtur, in quibus Septenarius pro cuiusque rei numerositate poni solet. Propterea eodem sæpe Sanctus signat' Spiritus. Hinc est illud propheticũ, Augustino Interprete, Eloqa domini, eloqa casta, Argẽtum igne examinatum, probatum, repurgatũ, septuplũ. Et in Euangelio Lucas scribit, de Magdalena septem prosiluisse dæmonia. Quo fit, ut homericũ illud ad hunc ferme' Sensum interpreter, etiamsi Strabo grauissimus auctor aliter & sensit, & docuit.

τρὶς μάκαρες δαναοὶ, καὶ τετράκις, οἵ τοτ' ὄλοντο.

Quod est ex Virgiliana tralatione, Oter'q;, quater'q; beati, Qui tunc opetiere, Vt sit, quod græce dicitur apud Thucydidem, & Ælius Dionysius interpretatur, πανσυδεὶ διέφθαρται, Quod est omnino, prorsum'q; periit, siue παντελῶς. Nam sic dicit' πανσυδεὶ, ut & ἑπτάκις, idest septies. Meminit quidem loci huius Vir reconditissimæ scientiæ Macrobius, Sed

συμβολικῶς adeo,

συμβολικῶς adeo, ne tenebroſe dicã, Vix ut auribus, quantumuis mordaci lotis aceto, ſatiſſa ciat. Septenario præterea ſummum rerum opificem Deum maiorem in modum delectari, hinc licet coniectare. Quod ſeptem appoſuit Cælo uagantes ſtellas, Quas Planetas dicũt, quoniam προποδίζουσι, καὶ ὑποποδίζουσι, καὶ ἀδέποτε φυλάττουσι τὴν οἰκείαν τάξιν. Nam ἀπλανεῖς ſunt, ut duodecim Zodiaci Animalia, quæ ordinem norũt proprium. Nec uideas unq̃ Cancrum ante Leonem, nec hyemalia ſigna æſtate collucere, Vt Heſiodicus Interpres ſcribit. Sed & quem ſuas eſſe delitias uoluit, Hominem ita moderatus eſt Deus, Vt & concipi hac ratione poſſet, & perfici, & adoleſcere, & confirmari. Et demum huiuſmodi omnia ad hũc ipſum redegit numerum ſeptenarium. Quin Veteribus etiã numeri huius obſeruatio magna, ut auctor Ariſtoteles eſt. Siquidem nato Infanti ante diem a' natiuitate ſeptimũ nomen non imponebant, ueluti prius non uideret omnino uitalis. Apud alios inuenio tamẽ, decima id Athenis die ſolitum factitari, quando congregatis tum conſanguineis, tum amicis, peracta re diuina, ſplẽdidum parabatur Conuiuum, quod uocabãt δεκάτην ἐστιάσει. Nã quinto a' nato infante die Amphidromia agebatur, qua manus expurgabant, quę obſtetricis munere fuerant perfunctæ, Curſu'q̃ ad focum ferebatur Puer, mittebantur'q̃ a' propinquis Polypodes, ac Sepiæ, munerum loco. Sed illud amplius, quod ad homines pertinet naſcendos, Semen, quod poſt iactum intra horas ſeptem nõ fuerit in effuſionem relapſum, hæſiſſe in uitam, pronuntiatur. Quin & Semen idem intra formandi hominis monetã locatum folliculo obambit genitiuo artifex natura ſeptimo die quoq̃. Quod Hippocratis perceptum experientia eſt, a' quo edocta mulier eo a' conceptu ſpatio, ſaltu folliculum id genus excuſſit. Sed & per dierum hebdomadas incrementi infantilis, adoleſcendi'q̃ corporis rationem concipiunt rerũ naturæ Periti. Quærit Alexander, unde fiat, quod ἑπτάμηνιαῖοι, ideſt Septimeſtres infantes ſint ζώιμοι, ideſt Vitales. ὀκτάμηνιαῖοι, ſiue Octimeſtres minime, nã & inde, ut ex Græcis item aliis didicimus, ſeptenarius numerus uocatur ζωογόνος, quod eo ſpatio prodeãt e' bulga matris uicturi Infantes, magis q̃ inſequẽti mẽſe. Subdit uero Alexãder, Septenarii perfectione ita euenire. Vt Pythagoræ probatur teſtimonio, & conſentiunt Arithmetici, nec inficiant' Muſici. Eſſe uero Octonarium imperfectum, & inde cenſeri Vitæ ominoſum, inhabilem'q̃. Edi porro' Septimeſtres ob ualidiſſimam in uulua informatricem uim, quam is δύναμιν διαπλαστικὴν gręce dicit, Quę utilem, ac moderatum ſanguinẽ comperiens, fœtum celerius explicat in Vitã. Sciendum tamen, natum quandoq̃ Infantem octauo cõceptionis mẽſe, nocte ſub Saturno ſtationario, ſtatione prima in Sagittario aſcendente, Semianimem quidem, adhibitis tamen remediis opportunis refotũ, coalitum'que in multos annos prorogaſſe uiuẽdi ſpatia. Vt ſciamus rationẽ illam a' Saturno ductã ab Aſtrorum peritis, uti alibi cõmeminimus, non perinde cẽſeri efficacẽ, perpetuam'q̃. Nã & Aſtrologorum plerique In Indico tractu, Saturno ſubiectum quem faciũt, eſſe fatentur' Vitas uel longiſſimas. Vtiq̃ Peripatetici, ac Medicinam profeſſi aliunde, q̃ a' Saturno, octimeſtris partus rationes petunt. Ariſtotelicum certe illud eſt ex quarto de Animaliũ generatione, Qui octauo menſe naſcuntur, & ſi minus, tamẽ poſſunt uiuere. Septimo præterea mẽſe Infantes dentire, cõpertũ eſt, Anno ſeptimo immutare, Pubeſcere annorum hebdomade ſecũda, in uiritatem tertia exire, quæ ipſa & incremento in longitudinẽ coronida impingat. Sicuti quarta etiam in latum. In quinta roboris ſumma fit auctio, quod ſeruet Sexta. Septima deterat, q̃uis per momenta. Proinde ab hac annorum ſerie a' militiæ laboribus eſſe feriatis licet. Poſtremo eſſe numerum hunc Apollini Sacrum, Plutarcho credimus.

¶ De Octonario. Vbi Octimeſtris partus uitalis. Exterricinei qui ſint. Epitoca. Gellius illuſtratur. Parcarum nomina. De Ilithyia, & Telepho. Octonario ſignari Iuſtitiam.

Caput XIII.

OCtonarii uim, & quidem uitæ auſpiciis uel inauſpicatiſſimã iam attingimus. Sciendum tamen, fœtus eiuſmodi in Ægypto non fere' intermori. Tralatitium quippe in ea prouincia & octauo gigni. Aſclepiades itẽ auctor eſt, Naxias mulieres ὀκτόμωα. i. Octimeſtria edere puerperia, uel Iunonis munere, id illis gratificantis ob Dionyſii beneuolentiam. Vel quia Bacchus ipſe ſic creditur natus. Quo nomine Naxum nuncupari Dionyſiam, Quamuis de Vinearum ferti

litate appellari ita, magis Plinio placeat, nam & in ea fons uino fluere tradit, quod sit præ/dulce. Apud nos uero si peperit prægnans octauo mense, & intermoriatur fœtus, matrem quoq; subinde morituram certissimo, ut putant, præsagio uaticinantur. Quin si concubue/rit mense octauo Parens, fiet Infans oppletus Lentoris mucosi, & cute fœda. Cæsoniã octa uo mẽse genitam, quæ fuit Vxor C. Principis, prodit historia. Hic illud obiter adnotauero, Exterricineos nominari Festo ante tempus natos, tanquam eos mater exterrita aluo eiiece/rit. Græci ἡλιτομήνους uocant, ueluti fallentes in mense. Sicut Epitoca elegãter, quibus iã pariendi instat tempus. Quia porro Partus octimestris non fere uitalis est. Putat Cæcilius Minutianus Apul. Parcis tribus facta nomina hæc, Mortuam, Nonam, Decimam. Quod si est, Gellius illustratur egregie, simul & falli eos dilucet, Qui pro Morta uel mortua Mœrã subsituunt. Ilithyiam sunt qui δόλιον dicant, ueluti eadem sit cum Parcis, auctore Pausa nia. At Ilithyiam Tegeatæ, Cuius & templum in foro habent, & Simulacrum, ex historia dicunt ἐνγόνασιν. Nam cum Nauplio filiam tradidisset Haleus, mandans in mare præcipi/tem mitti. Illa dum in perniciem duceretur, in genua procubuit, atq; ita puerum enixa me/moratur, Vbi postea Ilithyię delubrum est excitatum. At produnt Alii, patre insçio, Augen peperisse, ac in monte Parthenio infantem Telephum esse expositum, Cui lac præbuerit Cerua. Cæterum illa tamen octonarii laus uel præcipua, quod eo apud Pythagoricos Iusti/tia significatur. Cum enim Iustitia sit æqualis pro cuiusq; meritis distributio, Ciuitatis q; so/lidum fundamentum, iuste per octonarium describit numerum, Qui & solidorum primus est. Primus q; omnium in numeros ita soluitur pariter pares, hoc est in bis quaternos, ut ni/hilominus in numeros, æq; pariter pares diuisio quoq; ipsa soluat. i. in bis binos. Rursus q; qua æqualitate resoluitur, eadem quoq; contexitur. Nam bis bini bis octonarium cõstituũt. Hinc Orphei institutum amplius propagatum per numina octo iurantis, sicubi diuinam ob testari Iustitiam uellet. Eorum uero nomenclatura hæc. Ignis, Aqua, Terra, Cælum, Luna, Sol, Phanes, & Nox.

¶ Denarii numeri potestas. Cur dicatur Decas. Et cur eo nomine dicatur Mundus. Cur in suppliciis denario numero utatur Plato. Virg. explicatur. Decatones. Decateutę. Decate logi. Icostologi. Decaduchi. Caput XIIII

Denarii uero numeri excellentiam multa equidem declarant. Illud utiq; mirũ, quod est ab Aristotele proditum, cum alibi, tũ Auscultatiõis physicę tertio. Omnes homines tam Barbaros, q̃ Græcos priscam seruasse consuetudinem perpetuo ad decem usq; numerandi. Neq; enim censeri fortuitum debet, ueę/ex naturæ fontibus propagatum, quod semp fiat, atq; item ubiq;. Id uero nu/meri huius absolutam indicat qualitatem. Continet quippe hic numerandi genera uniuer/sa, uti par, Impar, quadratum, quadrantale, siue cubum. Longum, planum. Primum cõpo/situm. Denarius porro fons est, ac principium. Quippe qui ex uno, duobus, tribus & quatu/or cõstet. Nec illud reiiciẽdum, dedisse nobis in manuum digytis eum numerum ipsam re/ę Naturam. Vna tamẽ gẽs Thracum narratur ad quatuor modo numerandi seriem termina/re. Quoniam amplius ritu puerorum nequeat meminisse, nec fere usum habeat rerum mul/tarum. Denarium porro Decada Græci uocant, quasi Dechada, quod omnem in se nume/rum recipiat. Atenim Pythagorei Decada etiam Mundum uocabant. Quod eo numero sit compactus. Constat enim Sphęra, quæ dicitur Aplanes, & Planetis septem, Elemẽtari na/tura. Postremo Antichthone, quo tamen nomine, quod mirum est, intelligebant illi Lunarẽ Sphęram, quia ut terra Lunam umbra hebetat, Ita Solem Luna nobis adimit plerũq;. Adii/ce illud item, Ex numeri huius religione quadam, & obseruantia, moris fuisse Veteribus, ut Iustissimi quiq; fidei comparandæ gratia Dextras iungerent, quia sic denarium præmitte/rent numerum. Nec illud negligendum, Platonem ad delendam culpam numero uti De/nario, Centenario, Millenario. Cuilibet siqdem uoluptatis gradui suppliciorum decem cõ/tribuit. Ita enim oblæsæ maiestati diuinæ rependi, omnino par fuit. Adde, quod sicut Bea titudinis gaudia Iustitiæ humanæ dolores exuperant. Sic miseriæ cruciatus Iniustitiæ uolu/ptates. Denarii porro rationem continere & Centenarius uidetur. Sed & millenarius. Nã

& hi uniuersi

& hi uniuersi cẽsentur. Quoniam ex denario uniuerso ꝯsurgunt. Proinde numeri, quos Vniuersos dicimus, purgationi, & emaculandis dicantur animis, ut Labes ex peccato inusta, cõcreta'q; prorsum eluenda significetur, ut candidissima Aeternitatis luce perfrui ualeamus, Quæ depuratum modo, extersum'q; nitidius admittat Aethereum sensum, atq; aurai simplicis ignem. Propterea reconditioris Sciẽtiæ Poeta nobilis Platonicorum mysteriis ampliter imbutus, Ita pronuntiat,

Centum errant annos, uolitant'q; hęc littora circúm. Et alibi ad eũdem sensum.
Mille rotam uoluere per annos. Adnotatum quoq; a' Theologis nostris decem Virginum appellatione in pagina euangelica Vniuersitatem signari Contemplantiũ, Quia sit numerus hic digytus primus, ac numerorum Limes. Adiiciendum uero illud operę Leuioris, Decatones dici, & Decateutas, qui decimas exigũt. Vnde apud Abydenos Decateuterium legitur, quod nauli habebatur genus. Decatelogi sunt qui Decatones, εἰκοστόλογοι uidentur, qui Vicesimas colligunt. Qui sane' inter probrosos recẽsentur, quos ἐπονειδίστους nuncupant Græce Periti. Decaduchi legũtur sæpe in græca historia, & apud Lysiã. Quippe Decem Viri exactis triginta Tyrãnis, Remp. Athenis administrarũt. Eorum unus qsq; dicebatur Decaduchus. Meminit Isocrates ad Callimachum.

¶ Ex numeris qui dicantur Lineares. Plani. Solidi. Numerus quid. Qui numerus dicatur potentia, & qui actu. Digytus in numero quid. Item Articulus. Caput XV.

p Orro' in Pythagoreorum mysteriis, & Platonicorum quoq; triplices inuenio numeros, Lineares, Superficiales, siue Planos. Solidos. Et esse Lineares quidem, quos sola metitur Vnitas, quasi punctum, ut binarius, ternarius, quinarius. Solus enim attenditur processus, nulla habita ratione deductionis numeri in numerum, ad linearum modum, unam habentium dimensionẽ tantum idest longitudinem citra latitudinem. Hoc uero fit, cum dicimus, Vnum, duo, tria. Planos autem intelligimus, qui ex numeris, quasi lateribus multiplicantur, ut adnotatũ est Geometriæ octauo, uelut Senarius ex bis tribus fit, uel ter' duobus. Ex Planorum autem numero eos Quadrãgulos, & Aequilateres appellamus, Qui ex numeri alicuius ductu in seipsum conficiuntur. Sicuti quaternarius ex bis duobus. In æquilateres autem, qui ex ductu numeri minoris in maiorem, cuiusmodi Senarius fit ex duorum in tria deductiõe. Dicimus & Oblongos, qui ex ductu numeri admodum minoris in numerum longe maiorem conficiuntur, ut est Denarius ex deductione duorum resultans in quinq;. Solidi uero sunt, qui ex reductiõe, atque deductione numeri alicuius in seipsum efficiuntur, instar molis solidę in trinam quasi producti dimensionem, ut bis duo, bis octo, ter tria ter, uiginti septem, quater quatuor quater, Sexaginta quatuor. Numerus autem, quoniam de hoc iam diu disserimus, sicuti decimo Metaphysices traditur, una dicitur mẽsurata multitudo. Septimo autem Geometrię finitur, multitudo ex unitatibus aggregata. Numerorum uero alius est potentia, ut Vnitas. Est enĩ omnis numerus potẽtia, Sicuti aptissime colligit Boetius. Alius uero actu. Vt cęteri. Adhuc numerorum alius dicitur Digytus, Alius Articulus, Alius cõpositus, siue commixtus. Digytum appellant numerum omnem denario contentum. Articulus est numerus omnis, quem possis in denas partiri partes æquales, nullo redundante, ut decem, uiginti, triginta. Cõpositus numerus ex digyto, et articulo constat, ut quatuordecim, quindecim. Quadratum numerum octauo Geometriæ intelligit Euclides, qui quatuor ęqualibus continetur lateribus. Vt Quatuor, Octo, Sexdecim.

¶ De mediis duobus Arithmetico, & Geometrico. Plutarchi illustratur obscuritas. Caput XVI.

h Æc habui de numeris, quæ ex diuerso congesta nostris insererẽ libellis. Illud hinc non ita censebitur abiunctum, quod peripatetica ingressi pomœria præcerpsimus. Igitur Aristoteles moralium secundo summa, ut solet, subtilitate, ac edocenter tamen, morales astruẽs uirtutes esse mediocritates quasdam, mediocritates inquam non rei, Sed respectu nostri, Medium esse duplex signifi-

cat, Rei ſcilicet atq; Rationis. Hoc eſt medium Arithmeticum, & medium Geometricum. Taceo nunc de medio muſico, Medium uero ex parte rei eſt id, quod adamuſſim æquipera tum, & in Librili perpẽſum æque diſtat ab utroq; extremo, eſtq; idem apud omnes, & hoc Medium dicitur ſecundum rationem, uel proportionem Arithmeticam. Sicuti ſenarium nu merum conſiſtere in medio dicimus inter duo & decẽ. Quia ſicut ſex excedunt duo in qua tuor, Sic a` Denario in quatuor item deficiunt. Medium uero rationis, & reſpectu noſtri nõ ita ſe habet, nec eſt idem apud omnes. Et conſiſtit in proportione geometrica, hoc pacto. Si cut ſe habent ſex ad quatuor, Ita ad nouem. Non eſt autem medium inter quatuor & no uem, ut æqualiter excedat quatuor. Et excedatur a` nouem. Sed habet æqualitatẽ ſecũdum geometricam proportionem, & rationis ſimilitudinem, Quia ſicut Sex cõtinet totum qua tuor cum dimidio, Sic continetur a` nouem, quę dicitur proportio Seſquialtera. Eius exem plum eſt apud Philoſophum eiuſmodi. Si ueſci duobus panibus eſt parum omnib⁹, decem uero nimium, Medium non erit, conueniens cuiq; ſex panes comediſſe, quod foret rei me dium. Sed medium ſumetur id, quod erit cuiq; conueniens, ut eius requirit complexio. Hoc uero eſt reſpectu noſtri medium. Ita ut non res, Sed nos ſimus termini medii ipſius. Idem & Geometricum dicitur. Hinc uero lux infertur plurima Plutarcho ſympoſiacon ſecundo. Vbi Conuiuii improbare Dominum uidet, qui in Epularum ratiõe Arithmeticam ſpectet mediocritatem, nõ Geometricam. In Conuiuium pergit unuſquiſq; inquit, proprium affer rens Ventrem, quem non explet æquale, Sed quod ſatis eſt. Tollitur & nubilum ex Libro περὶ φιλαδελφίας, Solon in Politiæ rationibus inquit, edocens, ex Aequalitate Seditiones non produci. Turbulenter admodum eſt uiſus Arithmeticam, Democraticam'q; inducere analogiam. Cum geometricam debuiſſet potius. Comprobantur item ipſa hæc a` Proclo, ut interim & Platonicos reſpectemus. Eſt inquit, Iuſtitia cauſa pulchritudinis, & pulchra. Eſt autem duplex Iuſtum, Vnum quidem in contractibus, quod Arithmeticã ꝓſeruat ęqua litatem. Alterum uero in diſtribuendo uerſatur, in geometrica cõſiſtens æqualitate. Vt quẽ admodum differunt inter ſe Perſonę, Itidem differant inter ſe diſtributa Perſonis.

¶ Cauillum ſuper litera μ, qua Dionyſio concionis habendæ facta poteſtas eſt. Quid Mo rologia. Quo ſenſu dicatur, Sortitus es τὸ μ. præter Gręcorum interpretamẽta. De Dionyſio Seniore pluſcula. Item de Iuniore pauca. Dionyſocolaces qui, & Alexandrocolaces. Caput XVII.

Syracuſis uetuſtum inoleuiſſe morem legimus. Vt prodituri in cõcion em lite rarum notis deſignarent. Illæ uero ducebantur ſorte, Ac ubi quis literam ſuã foret indeptus, alloquẽdi populum poteſtas ei fiebat. Ritu ergo necdum exo leſcente, cum Dionyſius etiamnum priuatum ageret, ſortitus eſt concionis habendę ius per literam μ. Quo nomine quiſpiam deſpicatui, opinor, illum habens, ac nihili Hominem arbitratus, nullius'ue aut ingenii, aut facundię, mox intulit· μωρολογεῖς Διονύσιε; Id ſi interrogandi nota legis, acutior fiet intellectus, eo ſenſu, & tu garrien di poteſtatem ſortitus es? Eſt enim profecto Morologia fatua loquacitas, & inſulſa. Nã Mo ri dicuntur Stolidi, ac fatui, hianti ore, qui et Mammachuti nuncupent, unde & Morari pri ma producta, legimus apud Tranquillum, pro inſanire. Reſpondit Dionyſius eludẽs ſcom ma, ſimul'q; ad ſortitionis literam alludens, μοναρχήσομεν ἂν ἐᾶτε. Monarchico igitur inq;, potiemur principatu. Veluti elementum id non morologiæ, ut ille cauillabatur, uel concio nis faceret poteſtatem, Sed plane` monarchici Imperii futuri mox præſagium foret. Sicuti etiam obuenit. Nam haud ita longa intercapedine, habita concione, Prętor a` Syracuſanis eſt deſignatus. Qui fuit ad Tyrannidem gradus peraccommodus. Sunt ex Græcis, Qui ἔλαχες τὸ μ, ideſt ſortitus es literam M, Eſſe in ſtultos adagionem arbitrentur. Ego ex hiſto ria, quam prætexui, malim de iis dici, Qui interim contemptibiles neſcio qui, & ex multis eſſe creduntur, Mox tamen tum Vafricia ingenita, tum Virtute, nominis ſibi pariũt clarita tem. Siquidem Dionyſium hunc, qui Senior fuit, non inſulſum quẽdam fuiſſe, aut mentis, & prudentiæ inopem, multa ſunt utiq; argumento. Illud uero Animum minime ſegnem, Sed erectum, & multorum capacem, facile indicarit. Nam adeptus iam Tyrannidẽ, coortis

in eum

in eum Syracuſanis, cum arctius oſidione premeretur, Amplius'q; inſtarent Amici, faceſſeret ſuadentes abdicatus imperio. Ne haud ita multo poſt factus hoſtium poteſtatis contrucidaretur uſq; ad Eorum lųdibria. Forte ita euenit, ut interim iugularetur a` Coco bos, quẽ momento prolapſum intuens in mortem Dionyſius, ad amicos conuerſus inquit, nõne deforme eſt, mortem adeo celerem, & ut ſic dicam, tranſuolantem expaueſcentes tantum, talem'q; relinquere principatum? Illud in eo uiro pręclarum ſine dubio, Pulſis Sicilia Carthaginiẽſibus (Neq; enim cum quolibet hoſte res fuit) occupato'q; totius Inſulæ imperio, cum graue otium regno ſuo, periculoſam'q; deſidiam opinaretur tanti exercitus, ne remolliretur animi, Sed laborum aſſiduitate augeſceret mentis uigor, Italiæ principatũ affectare cœpit, protinus'q; traiectis copiis, in Gręcos, qui oram incolerent, craſſari adortus eſt, Illis'que mira felicitate iugum ſubactis ferre, ulteriora ſemper appetere pergebat. Breui'q; profeciſſet multum, Ni irruentibus in Inſulam Carthaginienſibus, reuocatus, inſidiis denique ſuos impetitus occubuiſſet. Memorabile eſt, quod prodidere Annales. Eo bello Carthaginiẽſes, cum ſe literarum Græcarum commercio proditos ſenſiſſent, ac quicquid fuiſſet ab ipſis decretum, Dionyſio ſignificatum, Senatusconſulto cauiſſe, nequis poſtea Carthaginiẽſis aut literis Gręcis, aut Sermoni inſueſceret, ſtuderet'ue. Scribit Politicorum quinto Ariſtoteles, Dionyſium hunc inſectando Daphnæum, & alios Ciuitatis præpotentes, ac principes Viros, dignum eſſe habitum, cui crederetur Tyrannis, cõiectantibus omnibus, ſuſceptas cum illiuſmodi uiris inimicitias eſſe popularitatis indicium. Circunferuntur in Græcorum literis Dionyſii huius dicta aliquot præclara, Et memoria, uti arbitror, digniſſima. Audierat, a` filio, cui principatum deſtinabat, Ingenui Viri Vxorem adulteratam, ob quod iratior illi factus, inſtitit quærere, nunquid a` ſe id genus quippiam perpetratum ſciret? Tu inquit is, patre Tyranno non es prognatus, Ego memini me Tyranni filium. Nec tu inquit Pater, principes Liberos relicturus uideris, ni flagitia eiuſmodi deſieris. Rurſum ingreſſus ad eundem Dionyſius, ubi eſt conſpicatus uim magnam aurei, & argentei operis, intonuit altius, οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ τύραννος, non aſpiras ad Tyrannidem, nec omnino eiuſmodi in te quippiã ineſt. Quã do ex tot, & tam pretioſis, quæ a` me ſuggerunt', poculis neminem prorſus inde tibi amicũ conſpicor. Erat ei affecta iam ætate Mater, Quę cum intempeſtiuius nouas appeteret nuptias, Vis inquit, legibus afferri poteſt, naturæ non poteſt. Illud porro` non imprudentis Animi indicium, Quod cum ſceleris conuictos grauius plecteret, Eos, qui Veſtes ſuffurarẽtur, quos uocant Lopodytas, permittebat illęſos, non quidem ut impunitate creſceret audacia, & aleretur, augeſceret'q; flagitiũ, Sed ut ea ratiõe Syracuſanos a` comeſſationibus, & ebrietatibus, quibus nimio plus diſtinebantur, abduceret. Illud uero uafri, & plane` Tyrannici. Cum a` duobus ſe adoleſcentibus conuitiis proſciſſum, inaudiſſet, Vtrunque uocari ad cœnam iuſſit, Eorum alterum intuitus multa per uinolentiam leuiter deblaterantem, Alterum ſub quibuſdam quaſi magiſtris ſe caſtis poculis exhilarantem, Illum quidem, Vt qui nil eẽt formidoloſus, Sed uino dicatior fieret, dimiſit. Hunc uero iuſſit interimi, Vt qui cogitato, & præmeditate, & conſilio certo hoſtilia diceret, & ſi offerretur occaſio, etiam facturus uideretur. Dionyſium uero Iuniorem uſque ad oculorum inſigne uitium mancipatum uino, Theopompus ſcribit. Quin diebus quandoq; nonaginta nuſquam interpellatam ebrietatẽ, in Syracuſanorum politia tradit Ariſtoteles. Ab hoc nuncupati Dionyſocolaces, Qui ſubblandiendi cauſa nil ſe eorum, quæ apponerentur, uidere ita ementiebant', Vt ab ipſo Dionyſio ductari manu geſtirent. Cæterum & Id genus homines Alexandrocolaces mox nuncupati, a` magno, ut fere` creditur, Alexandro appellatione propagata.

¶ Cuiuſmodi foret mos ſortiendi per literas Athenis. Item inter Athletas. Qui dicatur Ephedrus. Caput XVIII.

Voniam uero præcedẽtis Capitis initio ſortitionis per literas facta nobis mẽtio eſt, nec ambigimus, rem multis fore obſcuriorem, quàm ut facile illius aſ-
q ſequantur intellectum, Iam hinc, ut qui ſatiſfactum omnibus uelimus, attexere pergemus exemplum, unde nubilum ſuperioris ſententiæ diſcutiat'. Ex eo enim coniectatio erit facillima, Cuius nam modi Syracuſanorum fuerit inſti-

tutum. Athenis ergo plura fuiſſe Dicaſteria, hoc eſt Stationes ius dicentium, comperimus. In aliis expendebantur, quæ φονικὰ Græci uocant, ubi ageretur de Vita. In aliis Ciuiles tractabantur Lites, hoc eſt, τὰ δημοτικῶν. Vnicuiq; Stationi de Elementorum ſerie appellatio indebatur. Erat enim quæ diceretur Alpha. Et quæ Beta. Item Gamma. Et deinceps, uſq; ad literam κ. Quippe decem fuere Stationes. Ianuæ porro uniuſcuiuſq; coloris rubri ſuperpictum erat Elementum, ex quo nomen loco foret. Quotquot erant Athenis, q iudicialibus fungerentur muniis, pro Stationum ratione pugillares habebant ſinguli. In q/bus exaratum ſeruabatur tum ipſoꝛ, tum Stationis nomen. Habebant & Virgulam inſcriptam pariter. Vbi igitur iudicandi appeteret tempus, In forum cõmeabant omnes Iudices, Coniectiſq; in Vas ſortibus, Qui ſortitus mox foret eam, quę præferret Alpha, in Stationẽ pergebat eius literæ cognominem. Atq; deinceps ſerie eadem. Quod ſiquis ad iudicãdum nulla ſortitionis habita cura, perexiſſet, grauis irrogabatur mulcta. Cum uero forent Athenis decem omnino Tribus, ex omnibus ſeligi Iudices, mos irroborarat. Ex unaquaq; ergo quinque ſecernebantur, illuſtriſſimus Quiſque. Ex quibus unus modo iudicaret, quem ſors ſelegiſſet. Celebratur & a Luciano conſimilis fere inter Athletas, Pancratiaſtaſq; ſortitio. In Argenteam inquit Calpin, ideſt urnam coniiciebantur minutulæ ſortes, faba nõ amplio res. Eo ſemper ordine ſeruato, ut binis eadem inſcriberetur Elementi nota. Pro Athletarũ numero ſortibus item auctioribus. Cum impenderet certandi tempus, prodibant ex Athletis ſinguli ſortem educturi, nec inſpectandi productam ius erat, Quando id prohiberet aſſiſtens Maſtigophorus. Peracto autem orbe, Ambiens Alytarches inſpectabat Sortes, atq; ita diſpenſabat, Vt qui Alpha eſſet ſortitus, cum eo componeretur, qui eandem eduxiſſet literam. Atque ita deinceps Homogrammi certaturi prodibãt. Fieri uero ſic, moris erat, Si certaturi pares fuiſſent. Quod ſi quinque, aut ſeptem, Coniiciebatur in Vrnam ſolitaria litera, quę Antigraphon, ſiue Antigramma non haberet. Qui uero eam eduxiſſet, reſidebat expectans, quandiu certarent alii, congreſſurus mox cum fatigatis uigens ipſe, atq; integer uiribus. Quod ſane uel feliciſſimum cenſebatur. Dicebatur uero hic Ephedrus, ideſt ἔφεδρος. Quæ Vox apud Sophoclem indicat nouiſſimum.

¶ Potentiam ui quadam inſita Sapientiam cooptare. De Ioue, Saturno, Pallade. Athenęum quid. Sais. Singa. Zoſteria Pallas, Zonæ appellatione quid intelligatur Veteribus. Caput XIX.

Etus inter Græcos adagio eſt, & a Platone non prætermiſſus, Sapientum cõgreſſu Principes ſapere. Cum id amplius mecum expenderem, animaduerte/
u bam profecto id ex diuiniore quodam promptum oraculo. Quando intima quadam ui Potentia magna Sapientiam ſibi geſtiat adglutinare. Præfert id primum inenarrabilis diuinæ potentiæ ſplendor ſapientiſſimus. Natura taciris uelut ambagibus inſinuat, perdocent id ipſum & Artes. Atq; in Deo quidem inſolubili, ut ſic dicam, ferrumine duo hæc ineffabiliter coaluiſſe ab æuo, fabuloſa etiamnum edocet Theologia Iouis, atq; Promethei occultiore inuolucro. Illius ſiquidem nomine Potentiam, Huius uero Prouidentiã intelligi oportere, deprehenſum a Peritioribus eſt. Sed & utriuſq; rei indicia ſeſe promunt in natura. Quippe ſpectatur ubiq; poteſtas mira ordini adnexa mirabili, quadam proculdubio Sapientiæ imagine. Quod ipſum & in artibus conuiſimus. In quibus eniteſcit primum Ingenii, Memoriæ, atque uoluntatis facultas nobiliſſima. Nec inferior affectatur Sapientię uis, in actionibus ſeriem promens compoſitiſſimam. Ex iis uero omnibus id colligitur deniq;, Potentum, Sapientum q; ueluti nexum quendam ita conflari oportere, ut inde naturalis cooriri neceſſitudo uideat. Siquidem Sapientia, ſi ſummouea/tur, auocetur q; a potentia longius, prodeſſe quampauciſſimis queat. Hæc rurſum ab illa ſi ſeligatur, nocumenta indidem emanantia perpauci ſint euaſuri. Inſinuant id & cæleſtium rerum ſtudioſi in Coniunctionum, quas ipſi magnas dictitant, ratione. Siquidẽ Iupiter Dominus eſt, Saturnus uero Philoſophus. Qui ſi coaptentur, mirum eſt, quàm præclara moliantur. Illam uero perbeatam Plato neceſſitudinem cenſet, Quam Sapientia conciliet, atq; potentia. Quod ſi in Anima una conſpiret utraq;, Illam uero arbitratur feliciſſimam. Quã

rem ſignificare

rem ſignificare Pallas animaduertitur, quando una eſt belli potens Dea, & artium ſciens. Vnde & Athenęum pro auditorio poſitum inuenias. Hieronymus, Quãdo omne Athenęum Scholaſticorum uocibus conſonabat. Pallados tamẽ Ἀγοραίου templum fuiſſe in Laconia, legimus. Sed id, quia ibi Amazones progredi ulterius deſierũt. Pallas Phœnicum lingua dicitur Singa. Ægyptiorum autem Sais. Quo ſane argumẽto reuincunt, Qui ex Ægypto, non ex Phœnicia Cadmum aduenisſe, contẽdunt. Nam Thebis extabat Pallados ſimulacrum, Cui foret nomen Singa, nequaquam uero Sais. Dicatũ autẽ id a Cadmo, aſtruũt Thebani, & ſcribit Pauſanias. Illud item obiter adieciſſe, nil obfuerit, Simulacra apud Thebanos ſtetiſſe Pallados ζωσηρίου, quod inibi arma ceperit aduerſus Euboœos, & Chalcodontem. Quippe Veteribus ζώσασθαι ſignat ἐνδύναι τὰ ὅπλα, ideſt arma induere. Nã & Homerus, ubi Marti Zona ſimilem facit Agamemnonem, non aliud Zonę prorſum nomine intellexit, quàm armorum apparatum.

¶ Epilogus præſtantiſſimorum Regum ex Veteribus memoriis. Plut. codex emaculat Macedonibus fuiſſe cautum legibus, ne Trophæa conſtituerent.

Caput XX

Q Vi in re militari, aut rerum publicarum adminiſtratione cũ illuſtri laude uerſati ſint, Complures, opinor, in ueteribus memoriis comperiũtur, At qui Regium indepti faſtigium inſignem inde ſibi gloriam pepererint, Eos nõ admodum multos, animaduerto. Ex Perſarum quidem gente præclarum agnoſcimus Cyrum. Nec minus Hiſtaſpis filium Darium. Siquidem intra priuatum uterq; prognatus modulum, uirtute extimulante, ita demũ proferre Caput eſt auſus, ut Regalem non expaueſcentes amplitudinem, tãta ſe ipſi maieſtate non indignos cõprobarint, quanquam euentu diſpari. Quando Darius annis iam feſſus, nullos aſſultantis Fortunæ reflatus ſentiens placide hominem exuit. At Cyrus armis innutritus, & bellicũ ſpirãs, in Maſſagetas dato impetu, prælio uictus occubuit. Dignum uero ſcitu eſt, Darii monumento inſcriptum, ἀδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν, καὶ τὸν φέροντα καλῶς, ideſt & Vini haurire poterã plurimum, & pulchre etiamnum ferre. Adduntur ex eodem Mundi ſitu tres item memorabiles, Xerxes potens adeo, pollens q; ut Hominis ſpecie crederetur Iupiter humanũ genus exciuiſſe ad excitandam e ſedibus ſuis Græciam. Artaxerxes porro duo, Alteri quorũ cognomen factum Macrochir, ueluti Longimanus, Quod manuum altera foret ei oblõgior. Alteri uero μνήμων, ideſt memor. In quo ſubmonendi ſunt ſtudioſi, mendoſam uideri latinam hiſtoriam, in qua legitur quandoq; Memnon pro eo, quod eſt, Mnemon, facili, ac lubrico lapſu. Eum uero Iunioris Cyri fuiſſe fratrem, legimus apud Græcorum pleroſque, Qui ea in re maximam rettulit laudem, quod non ipſe modo paſſim adire ſe uolentibus facilem præſtabat, Sed legitimę item Vxori id iniunxit, ut intecto, nullis q; obſepto aulęis curru uectaretur, quo indigentibus promptior fieret, ac paratior aditus. In fuga uero quandoq; apparatu eius direpto, Cum aridis modo ficis, ac pane ueſceretur ordeaceo, Cuiuſmodi inquit, Voluptatis expertem me Regalis fecerat affluẽtia? Hunc fuiſſe Darii, & Pariſatidis filium, produnt Chronographi. Macrochiri laudem peperit inſignem decentiſſima Corporis amplitudo, quam belli decora non pauca auguſtiorem fecere. Tenet fama, Non fere inter Perſas compertum manu fortiorem. Primus Venatiõis Legem ſanxiſſe narratur, Vt quibus affatim Vires pręſto forent, ac uoluntas, iactu primum in feras aſſultarent, quod Græci προβολεῖν dicunt. Viri ingentes, generoſos q; ſpiritus illud retegit pręcipue. Fuerat ei Catacœmiſtes, ideſt Cubicularius Satibarzanes nomine. Hic ab eo inſtitit petere iniuſti quippiam, quod triginta millibus, Daricorum fuiſſet corruptus, quos ei pollicitus is fuerat, pro quo petebatur. Id cum explorate perdidiciſſet Rex, Eandem ſummam confeſtim erogari a Quæſtore iuſſit. Addito elogio longe clariſſimo. Accipe inquit Satibarzane, His mihi peruentibus, nihilo ſum deteriore loco futurus, At ſi tibi benigne adnuero, plane iniuſtior. Inter Macedonicæ claritatis faſtigia eniteſcit imprimis Philippi gloria præcellẽs. Sed magni Alexandri, Qui Patris ſtationem excepit, Virtus uibrans latius, inſtar fulguris coruſcantis præſtringit oculos. Cuius Viri peculiaris laus, Orbem terræ communem omnium Patriã

fecisse, Cuius Arx, præsidium'q; Castra forent ipsius. Qui & cognatum arbitraretur Optimum quenq;. Alienigenas uero tenebrarum alumnos, & flagitiis adobrutos. Primus ex Europęis, ut inquit Pausanias, Elephantos habuit, Poro, & Indis superatis. Eo autem humanis perfuncto, Inter reliquos possedisse plures memoratur Antigonus. Affuerunt & Pyrrho Epirotæ, capti in prælio aduersus Demetrium. Vnde iniectus Romanis legionibus terror. Sed Alexandrum repeto, Quem eminentissimum terrarum Regem insignia dehonestarunt Vitia, Vini'q; auiditas imprimis, Adeo ut ex uinolentia biduum sępe obdormiret integrum, Quod in Ephemeride ipsius Cardianus attestatur Eumenes, Vt Diodotum prætream, & in Dipnosophistis Athenæum Libro decimo. Iactatũ paulominus Prouerbii loco, ἀλεξάνδρου πλέον πέπωκας τοῦ βασιλέως. Alexandrum bibendo Regem præcellis. Certe ex ebrietate Veneris usus hebetior ei fuit, Quod Theophrastus probat, Et in epistolis Hieronymus rettulit (Græcus hic, & notissimus auctor fuit) Vinolentorum porro` semen dilutius euadere, ab Aristotele in Physicis quæstionibus uidemur didicisse. Proinde ualeat Arrianus, qui coniecturis rem toto, quod dicitur, Cælo notissimam nititur expurgare, ac conuelare etiamnum. Delitias porro` Alexandri, & ingenium ἀφόρητον, ut Gręci dicunt, idest intolerabile, ac φονικὸν, idest in cædem procliue, immo uero melancholicum, amplius qui expendisse cupit, Athenæi adeat Librum duodecimum. Illud forte mirum historiam tanti Principis uersanti contingat, Nullum omnino uel Darii afflictis opibus, uel fusis, fugatis'q; Indorum exercitibus numerosis, fuisse ab eo excitatum Trophæum, Qui mos Græcorum fuit celeberrimus. Cęterum scire licet, Macedonum Regibus cautum lege, ne facerent. Nã cum Caranus quandoque propinquum Barbararum Gẽtium Regem Cisseum retudisset, ac ex Argiuorum institutis Trophęum constituisset, uictoriæ monumentum, Veniens ex Olympo ferocior Leo id euersum disiecit. Inde sancitum, ceu id plane` ominosum foret, ne quis in reliquum Macedoniæ Regum erexisse Trophæum uellet. Tanquam res ea Inimicitias indicet ἀδιαλλάκτους, uelut dicas irreconciliabiles. Pyrrhi quoque Epirotæ illustris fama est, Qui uehemens, ac imperatoriis imbutus Virtutibus, semigræcam uindicaturus Ciuitatem cum totius Epiri uiribus, Thessaliæ item, Macedonię'q;, ac ad eam ętatem incognitis Elephãtis, terra, mari'q;, cum populo Romano bellaturus in Italiam trãsmisit. Celebris est Dionysii Prioris gloria, de quo iam, quę uisa sunt, prægustauimus. Fuit is manu promptus, & fortis, Et, quod in ea Fortuna perrarum est, minime libidinosus, non luxuriosus, nõ auarus, nullius rei denique cupidus, præterquam singularis, perpetui'q; imperii, atque eo nomine immitior, crudelior'q;. Nanq; Marsiam quẽdam ab ipso potissimum ad altius euectum fastigium ea tantum causa interemit, Quod is per quietem iugulare se Dionysium existimarat. Eo` deniq; formidinis est progressus, ut cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adureret capillum. Quin & tondere filias docuit, a` quibus tamen ipsis etiam ferrum remouit, instituit'q;, ut candentibus Iuglandium putaminibus barbam adurerent, & Capillũ. Sed in tam nobili censura quis tam patiens, ut concoquat, Si Romanos principes transmisero tacitos? Etenim ardentem, & concitatum Romuli animum quis non nouit in arripiendo regno, et Ciuitate condenda, abs qua uelut cęlesti arce iura mox terrarum orbis peteret? Quam artifex in Tullo ingenium? Qui romanę iuuentutis robur animasse est uisus, addita rei militari disciplina, ut ratiõe instructa Virtus exacueretur. Quid Mithridatem hic memorem, tot, tantarum'q; Gentium principem, ut annis quadraginta a` uictore terrarum Populo, cum eo sit bellatum, Ac uix, uelut ariete triplici, deniq; sit æquatus solo, ac principatu, uita'q; pariter excussus, Syllę Cornelii felicitate, Luculli uirtute, postremo magnitudine Pompeii? In hanc uero censuram adeo grauem minus forte admittendus uideatur Ptolemæus Ægypti Rex secundus, grauis quidem, & doctrinis, siquis alius, imbutus, uerum delitiarum emollitus contubernio, mox eatenus mente creditur excussus, ut se perpetuo uicturũ opinaretur, diceret'q;, a` se uno immortalitatem inuentam, Verum mox infestante podagra, Ægyptios intuitus ad fluuium incuriosius discumbẽtes, O me miserum inquit, ex iis saltem unus qui non fuerim.

¶ Philosophos, qui Imperia arripuerint, crudelius illiteratis rem administrasse.

Caput XXI.

Sed enim

Ed enim quia Dionysii, de quo carptim, uellicatim'q; diximus, filium etiã Philosophiæ studiosum fuisse, a' grauissimis proditum Auctoribus est, Et
s nos pauloante, ex Platonicorum fontibus, ut sæpe, humore corriuato, Potentiam mire sibi cooptare Sapientię salubritatem, astruximus, Subit recordatio eorum, quæ a' Socrate disseruntur libro quĩto de Iusto. Sic enim ꝓfecto ait, Nisi Philosophi Ciuitatibus dominent', Vel hi, qui nunc Reges, Potentes'q; dicuntur, legitime, satis'q; philosophentur, In idem'q; Ciuilis potentia, & philosophia concurrant, neq;, quod nunc fit, a' diuersis hæc tractentur ingeniis, Nõ erit Ciuitati, Vel, uti mea fert opinio, Hominum generi ulla malorum requies, neq; prius hęc Resp. quã uerbis exposuimus, Orietur pro uiribus, & lumen Solis spectabit. Hæc quidem Socrates. Cõfirmata porro' a' M. Tullio, cum alibi, tum in Epistola ad Q. Fratrem didascalica. Hãc coniunctionem inquit, potestatis, et Sapientiæ saluti cẽsuit Ciuitatibus esse posse, Princeps ingenii, & doctrinæ Plato. Verum enimuero, si oratorie licet in partem utranq;, quæ probabilia sunt, afferre, Quæso quonam hęc pacto uideri possunt uera? Nam etiamsi rationibus abunde colligi queat, ita rem habere, Obluctantur exempla tamen pleraq;, ac ueluti reclamant, & quoquo te uerteris, agi rem lanceis, quod dicitur, argenteis coarguunt. Nam quot quot ex Philosophorum progressi Scholis Tyrannides arripuere, crudelius, auarius, immanius'q; eas exercuisse comperiuntur, quàm ignari prorsus literarum. Patriam libertatem obsecro uos, quanta feritate Atheniensis Ariston, Epicureorum innutritus scholis oppressit? An nõ ante illum etiam Critias? Qui'q; cũ Critia Philosophiæ mysteriis sunt initiati? Quid uero de Pythagora dicam? Quid de illis ipsis Septem Sapientibus, aliis'q;, Qui maximarũ rerum pondera subire adorti sunt, non'ne imperio usi crudelissime deprehenduntur. Athenionis ex Athenæo nimio plus apud Athenienses crudelitas mithridatico innotuit bello. Nec Lysiæ Tarsensis tyrãni ex philosophorum Scholis latet'. Quem cum Stephanophorũ allegisset Patria, idest Herculis Sacerdotem, arreptum semel imperium non abiecit tyrannum agens ex professo. Qua hominum sæuitia sanguinaria commotus Demochares, siue is fuerit Crates, lepide fertur dixisse, Sicuti ex thymbra lanceam nemo concinnarit, Ita nec ex Socrate inculpatum militem. Hinc in historicis commentariis scribit Carystius, a' Lysimacho exactos toto regno philosophos, Verum quid Lysimachũ dico? Alcium, & Philiscũ Epicureos Romani exigendos censuere. Sectæ eiusdem Cõplices omnes Messenii. At uniuersim Philosophos Antiochus. A' Sophocle quodam per decretũ ex Attica pulsos eosdẽ; accepimus. Proinde in eum a' Philone Aristotelis familiari concinnatam nouimus orationem, Demochare rursum Apologiam excogitante. Romani quoq; Sophistas, ut Iuuẽtutis corruptores, longius summouendos censuere. Nam eleganter Anaxippus, Sapere quidem uerbis Philosophos, Re autem uideri prorsum ἀνοήτους, idest rudes, fatuos'q;. Et ille ait, nil esse Philosophis ἀφιλοσοφότερον. Proinde ambiguum uidetur, ac suspicionibus plenum, Virtutis'ne gratia, an coacti paupertate, & rerum gerendarum impotentia Sapientię sacris imbui perexerint, ut qualecunq; possent, inde inopiæ, humilitatis'q; lenimen uenarentur. Dum uero Diuitibus, ac principibus Viris inustas acerbius calumnias uolunt, id agere non tam eorum insolentia animaduertuntur, quàm inuidiæ stimulis exagitati. Quamobrem, q; bus ita Theoninum impressere dentem, quos'q; pestilentis naturę ueneno inspergere adorti sunt, Sapientius longe, atq; secundum hominem magis illorum latratus risu excepere, liuori suo, & tabidæ dicacitati miseria relicta. Porro' nec ab hisce dissentaneum est, quod ab Eudæmonida prolatum legimus. Qui, cum Philosophum audisset disserentem, Solum Sapientem uideri Imperatorem bonum, Respondit, Dictio quidem admiratione digna, ὁδὲ λέγων οὐ περισσάλπισθαι. Hoc est, Qui uero dicit, Tubæ clangorem ne inaudiuit qdem.

¶ Tyrannos raro consenescere, Amicorum inopia potius, quàm Auri.

Caput XXII.

Erum quia Regiam ingressi sumus, & nos hinc inde flosculos præcerpimus, Cur nam Tyrannum senem, aut incruenta morte pereuntem rarissi
u me conspicantur Mortales? Sit hoc huiusce pragmatiæ auctarium, Quod ut elargiamur copiosius, a' magno Viro faciẽda Versura est, Is erit Dion,

Cuius uerba ex Epistola ad Dionysium tyrannum suppingere collibuit. Et mihi inquit, de Euripidis tragœdia illud subit mentem. Te, rerum quandoq; usu ita ferente, ut Vir tibi assistat huiusmodi, optaturum impensius. Meminisse item uolo, & Tragicos alios, ubi Tyrannum aliquem inducunt pereuntem, hasce illi uoces attribuere, Heu pereo miser nullis fultus amicis. Auri uero inopia male perire aliquem, nullus adhuc rettulit Poetarum. Ex iisdē porro' fontibus illud item a' Sapientissimis summe comprobatur. Non Auri fulgorem in misera Mortalium uita rarissimi, non Adamantem, non Argenteas mensas, Quæ apud homines censentur pręcipue, ita coruscare, neq; latifundia, aut culta pinguia tātum ualere ad Vitam, quantum Virorum mens bonorum conspirans, consentiens'q;.

¶ Regium esse, ne tenuia quidem aspernari. Apologia aduersus superciliosos Vitilitigatores. Mnaseam cur Veteres Salpam cognominandum censuerint. Spartanorum Sacrificia prætenuia. Caput XXIII.

a Rtaxerxem Persarum Regem legimus, summa prudentia, & morum grauitate præditum. Quod mirum in Gentibus illis uideri potest, adiudicasse non uerbis modo, uerum & ipsa re, nil minus esse amplitudinis regiæ, parua si offerant', lęte excipe, q̄ magna. Quę summi fastigii creditur contribuisse. Nam cum illi obequitanti Mercenarius, & uilis, ac imperitus quidam, ut cui aliud eēt nihil, Aquā utraq; manu e' proximo haustam flumine obtulisset, Non pedē supplosit ille qdem, Sed hilaris, ac renidēs excepit. Quippe qui non rei, quę dabatur, uel inopia, uel usu, Sed alacri dantis uoluntate gratiam metiretur. Hoc mihi nunc collibuit interfari, propter fastosos istos subnixe ambulantes, quibus Alabastrus unguenti putere quādoque solet, A' quibus scio, uitio nobis uersum iri, quod tanto studio ubertatem consectemur, & inepta fortasse, aut Græcula, cum recondita, retrusa'q; debuerimus, & īdicta, quę'q; ex Cimmeriis uiderentur euoluta tenebris, & in album elata. Nobis uero, quod sæpius testatum uolumus, ista, ut sic dicam, Conuasatio Vasaria omnia excutiēs, plurimum arridet, necdum nostri nos pœnitet. Nam & Mnaseam, qui pægnia concinnauit, a' Familiarib⁹ ex argumenti uarietate Salpan inuenimus cognominatum, quod piscitii genus id uarium præcipue conuisitur. Quin & depacisci mortem cupimus, modo quę cōcepimus animo, ad destinatā publico bono metam prouehantur, Quo nomine uelut Caduceo uel inter Hostes abunde præmuniti poteramus uideri. Vt ne suspicemur quidem, Nos σιωάγειν ὄκνου τὴν θώμιγγα. Sed norint item censorio tumentes supercilio, Lycurgum Spartæ Legum latorem celeberrimum, Non ideo creditum Cælestibus inimicum, uel rei diuinę parum studiosum, quod tenuissima Ciuibus suis sacrificia instituisset. Immo uero factum ea re esse, ut expeditius, facilius'q;, & inde frequentius quoque rebus diuinis intenderent, Quod mola tamen salsa litarent. Si minus suppeterent thura. Hoc ego argumento nostra hæc, qualiacunque, ueluti Xeniola quædam, & literarii stipendii primitias bonis Iuuenibus duxi offerenda. Legant, si ad stomachum faciunt. Sin minus, remittant, Sed citra bilem. Quanquam non parum sum ueritus, ne sæpe occursent, quę uel politissimos fatigent, ita omne studiorum genus attentamus, quę non a' limine modo salutauimus, Sed & Cauædium ingressi non trāsfugiendi proposito, Sed explorandi, Vt inde præuertamus, concoquamus'q; pluscula, ut q Sortem fieri ex usura, didicerimus abunde. In hęc quandoq; diuertisse, uitio ne fuerit, propter Catonum censuram seueriorem, & Tragœdias nōnunquā importuniores. Quibus ad Venena prorsum natis, uelut excantamine funestius euibrato, frugum Germina conflaccescunt, intereunt'q;, abominando Spiritu perniciose cuncta afflante.

¶ Super omnem Irin, Adagio quid sit. Iridis rationem esse admirabilem. & cur Thaumanthis credita filia. Item appellationes eiusdem uariæ. Ac cur dicta Arquus Dæmonis. An in ea sint clementiæ diuinę pręsagia. Item de Cataclysmo, siue Abluuio, & Conflagratione, siue Ecpyrosi. Cataractæ Cæli ruptæ quæ intelligātur. Demum de Columba indice subsidentium Aquarum, ex Plutarcho. Caput XXIIII.

Cum Philostrati

Vm Philostrati Iconas euolueremus, præfloraturi, siquid se ostentasset dignum, quod hisce libellis operæ leuioris, si spatiosa Legum Volumina spectentur, aut Physica perpendantur acumina, uel primæ Philosophiæ sacram intueamur altitudinem, Protinus inspergeremus, ac, ut sic dicam, inocularemus. Inter cætera non citra genium illud se nobis ingessit, quod & apponam. Pasiphaes Vestem in Neapolitana illa porticu diuinum quiddam enituisse, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἶριν, hoc est super omnem Irin. Id quod Adagionis formam habet, de Veste splendida, coloribus uariantibus, ac omnino contexta pretiosius. Siquidem Iridis colores esse inter naturæ mira, neminem præterit. Quando & Plato inde creditam scribit, Thaumantis filiam, quod admirationis inferat plurimũ, quod rettulit Plutarchus quoque. Sed illud maximo esse argumento potest, A' Pictoribus formam eiusmodi, speciem'ue colorum exacte necdum exprimi quisse. Tum quod a' similibus adeo auspicantur, ut indiscreti uideantur colores, Qui tamen desinant in diuersissima. Tum etiam qđ Iridis colores in substantia fiunt peruia, ac diaphana. Quam rem æmulari nulla queat Ars, quæ terrestri materiæ colores appingit. Est & res hæc in aliquo nominum ambitu. Alius enim Irin dicit. Arquum uarium alius. Sunt & qui Arquum Dęmonis, idest Intelligentiæ, uel Sapientiæ. Astruunt'q̃, esse in eo diuinę clementię præsagia, Quę mundo cladem igni, uel aqua non uideatur illatura, Quod inibi rubens uisatur color, Qui confit ex humido inflammato, quo significetur, humectam naturam non pręualere, Cum Ignis in Arquu suam præferat uim. Cęruleus uero color, qui & ipse indidem uisitationẽ facit, constat'q̃ ex aqueo indigesto, Igneam uim haud ita præcellere, uidetur præmonstrare. Addunt illud quoque, Irin apparere nunquam, nisi, ubi partim disserenarit, Partim humoris persistat densitas. Serenitatem uero ex calido prouenire, ac sicco, Quod igneæ congruit Virtuti. Humoris densitatem ex frigido, humecto'q̃, Quę Aquę proprietas est. Hęc uero natura diuersa cum simul fiãt, Victoriam in æquilibrio positam, plane' insinuant. Sunt uero ex Theologis, nec Philosophiæ ignaris, Qui inundationis uniuersalis, Quam pręlicenter Abluuium dixit Laberius, aut Conflagrationis causas naturali prouenire ratione non posse, contendant. Immo'que esse ridendos, Cataclysmum attribuentes Planetarum humidorum coniunctionibus in signis pluuialibus. Sicuti Ecpyrosin Planetarum calidorum in calidis signis. Potest quidem inquiunt, diluuio terrarum inundari portio, tota terra nõ potest, præsertim excessu adeo miro, Vt quindecim cubitis excedantur montium uertices. Quod antiquitus factitatum, nouimus. Nam & Aristotelis auctoritas astruit hoc ipsum Meteororum secundo, Vbi ait, Si terræ pars mari adobruatur, Alteram ediuerso retegi, ac arescere. Totam uero terram latere sub Aquis, uideri impossibile, Si naturæ duntaxat rationes consectamur. Sanctę literę Inundationis illius uastissimæ causam efficientem in diuinam reiiciunt Virtutem. Materialem in Oceani aquas. Ecce inquit Dominus, adducam aquas diluuii super terram. Et alibi, Rupti sunt omnes fontes Abyssi magnæ, & Cataractæ cæli apertæ sunt. Hoc est fenestræ Aerei Cæli, in quo generantur nubes, & pluuia. Vbi uero optimus maximus Deus ait, Arquum meum ponam in nubibus, Et erit signum fœderis inter me, & inter terrã, Intelligunt Scripturarum Periti, Signum uocari ad placitum ex diuina institutione, Quoniam Artifex ille maximus ita disposuerit, Vt esset Iris attestatio fœderis ipsius cũ Noe post diluuium, Quo in reliquum terra non foret peritura. Fuerat ante cladem illam Iris, Sed non ut signum. Veluti si cogites lapidem immobilem diu, & neglectum, Mox factum distinctionis alicuius signum. Strabus inter Sacros Interpretes non negligẽdus de Iride sic ferme' prodit. Arquus duos habet colores Cęruleum, & Igneum. Qui duo exprimũt iudicia, Vnum Aquæ, quod præteriit, Alterum ignis, quod Venturum creditur, seculi fine. Quamobrem Cęruleus color extrinsecus. Igneus uero introrsum uisitur. Dignum uero relatu, quoniam de diluuio facta nobis mentio est, in Plut. monumentis legisse me, Columbam ex arca emissam indiciũ Deucalioni præbuisse, subsidentium aquarum, & cessantis hyemis.

¶ Affectionum, quæ in Aere fiant, ratio duplex. Item Videndi ratio per lineas. Remus cur in aqua uideatur fractus. Iris quomodo fiat, & eiusdem colorum distinctio. De Ophthalmicis non nihil. Caput XXV.

Erum in Philoſophorum ſcholas iam diuertendum, apud quos unguenti facile plus reperias, quam apud noſtrates olei. Primum quę a Plutarcho fi-
u at uerſura. In Cuius libro de iis, quę Philoſophis placeant, tertio, de Iridis ratione ſic propemodum legimus, Eorum, quæ in ſublimi fiãt, quæ πάθη Græci uocant, Nos dicere Affectiones poſſumus, Alia per hypoſtaſin, ſiue Subſtantiã effici, Cuius eſt modi imber, Grando, id genus alia plura. Alia uero κατ' ἔμφασιν, ideſt ex apparitione, Quam primo de generatiõe Ariſtoteles Symphaſin uocat. Nam & nauigantibus nobis, moueri Continens uidetur. Eſt ergo per Emphaſin Iris, Quam purpuream Homerus dicit, hoc eſt, πορφυρέην ἶριν. Sed & ex Mythicis nonnulli habere eam Tauri Caput, fabulati ſunt, ac ἀναῤῥοφεῖν, ideſt exugere, abſorbere quę flumina. At quo nam modo fiat Iris? Viſus inquit Plutarchus, aut per lineas efficit rectas, aut flexas, aut refractas. Per rectas quidem, ut in Aere, aut διὰ τῶν λίθων τῶν διαυγῶν, ideſt per lapides perſpicuos, Tenuium ſiquidem hæc omnia ſunt partium. Per flexas lineas in aqua. Vi quippe flectitur uiſus ob denſius aquæ Elementum. Quæ ratio efficere creditur, ut inibi Remus flexi, fractiue ſpeciem prębeat. Aut quia in aquã demiſſus per naturæ pellucidam raritatem enatantes remittit a ſuo corpore fluẽtes imagines ad ſummam aquę planiciem, quæ inibi commotę infracti ſpeciem oculis ingerunt. Tertius uidẽdi modus in refractis eſt, Sicuti per Specula, Cuiuſmodi eſt Iridos affectio. Humecta enim ítelligẽda eſt Euaporatio in nubem tranſmutata, Inde ſenſim in puſillas, humectantes quę aſpergines, uel, ut græce dicam, εἰς μικρὰς ῥανίδας νεύζουσας. Cum ergo Occaſum Sol petierit, Exaduerſo eius Irin ſpectari neceſſe eſt. Cum uiſus incidens in aſpergines refringitur, Vt Iris fiat. Sunt autem aſpergines οὐ σχήματος μορφὴ, non figurę forma, ἀλλὰ χρώματος, Sed Coloris, Habet quę primum puniceum, Aliud Oſtrinum, purpureum ue. Tertium Cyaneũ, & Praſinum, ſiue Cæruleum, & uiridem. Iridis exemplum ſuppetit in Infcrioribus. Siquis eregione radiorũ Solis aquam ore conceptam effiet, ac aſpergines ipſæ ἀνάκλασιν, ideſt refractionem admittant in Solem, Ibi iam effectam Irin comperies. Nec minus, qui Ophthalmici ſunt, ita afficiuntur, Vbi in lucernam intenderint aciem.

¶ Item quę requirantur ad Iridis effectum. De quodam, qui imaginem ante ſe propriam uidebat. Caput XXVI.

Æterum Meteororum tertio prodidit Ariſtoteles, Vt contingat Iris, requiri prędẽſam nubem, ante quam altera ſit nubes roſida, Quoniam in nube
c concipiatur Iris quadam ſpeculi ſimilitudine. Roſida Solis radium tranſmittit. Denſa repercutit. Sic in Speculo fit per uitri perſpicuitatem, & plũbi ſpiſſitudinem. Effigies corporum inqt Albertus, naturę ui effingi in aere poſſunt humecto, & in aqua eodem modo, quo imagines rerum ſunt in rebus. Et quia humiditas perſimilis Aeris humiditati, & Aquę defluit in oculum infirmum, inde fit, ut ſimilis effingatur imago quãdoq; in Oculi humore. Propterea ſcribit Ariſtoteles, Cuidam ex uidendi infirmitate cõtigiſſe, ut Idolum ſuum aduerſa facie ipſum præcedere, arbitraretur. Sed hoc inquit, eueniebat, Quod radius uiſiuus ad ipſum repercutiebatur. Adeo enim ex morbo imbecillis erat, Vt ſpeculum fieret propinquus Aer, nec poſſet omnino penetrare.

¶ An Lunaribus radiis effici poſſit Iris. Plinius emaculatur. Caput XXVII.

In Lunaribus radiis confici non poſſe, Veterum nonnulli ſunt opinati, Credo, quia difficilis ſit obſeruatio. Ariſtoteles fieri poſſe non inficiatur, Sed Luna modo plena, & ea in occaſu, uel ortu poſita. Et amplius, annorum ſpatio quinquaginta bis tantum. Id quod nulla ratione dici, argumẽtantur Eruditiores. Immo eodem anno bis uiſam nocturnam Irin, experimentis probant. Quin & in Aquilone, Luna in meridie conſtituta, nec utiq; plena.

utiq; plena. Sed ea phasi, quam alibi Amphicyrton docuimus appellari. In tantum fallitur Plinius, Qui noctu fieri pernegat, Quamuis inquit, Aristoteles id ꝓdat aliquando uisum. Quod tamen fatetur, non nisi tricesima Luna posse. Irrepsit turpe mẽdum in Pliniana uerba, Qui enim scribi potest, tricesima Luna? Cum Aristoteles, ἐν τῇ παντελήνῳ prodiderit. Quod est, in plenilunio. Id autem quartadecima Luna contingere, interpretantur Eruditi. Et perdocet ratio ipsa. Arati quoq; Interpres Theon, Anaximenis recensens opinionem super affectione huiusmodi. Et noctu inquit, fieri astruit. Sed perraro, Quoniam non semper sit plenilunium.

¶ Rotundationis in Iride ratio. Item Colorum. Cur Hesiodus Irin dixerit πολυώνυμον ὕδωρ. Caput XXVIII

p Vtat quidem Aristoteles Irin neq; circulum esse, neq; Semicirculo maiorem, Sed uel semicirculum, uel semicirculo minorem, Quanquã Hesiodus maiorem intelligit. Verum rotundationis ratio duplex, tum ex subiecto, tum ex efficiente causa. Ex subiecto quidem, Quoniam id est rosidus humor, Qui globosa quidem effigie est, sed pyramidali. Certum enim est, omnia grauia descendere ad angulum. Porro ex Sole quoq; luminosus radius pyramidis exit figura. Cuius superior tantum arcus in semiglobo rorationis commoratæ effingit, tum etiam quia est Sol nubibus altior. Est quidem Iris τείχρως, hoc est colorẽ trium, ut inquit Arist. quãuis eẽ quoq; quatuor possint. Causa uero Ordinis colorẽ est, Quia in rosido humore portio aliqua est fumidi uaporis, & pinde leuioris, & scãdentis altius. Indeq; superior in Iride color, rubens uisitur, ac dicit uinosus, & puniceus, qui fit radio tangente superficiem rotunditatis nubis. Puniceum quoq; apparet lucidum, & album, per atrum si spectetur. Crassum uero aqueum rosolutum descendit, grauitatis natura. Proinde inferior, exteriorq; color uiret. Aer autem humefactus, ac spissus in meditullio est. Acimo cæruleus color ibidem albo intermixto. Aer autem is sæpe uniformis est. Et hinc tres tantũ uisuntur colores. Interdum euariat, Ita ut quatuor appareant. Sunt qui putẽt hosce colores a quatuor trahi elementis, Vt ex igni rubẽs sit in summo. Ex terra uiridis in imo. Ex Aere lacteus, Ex Aqua cæruleus. Ex Colorum certe multiplicitate uidetur Hesiodus πολυώνυμον ὕδωρ Irin dixisse, idest multi nominis aquam.

¶ Obseruationes item super Iride plures. Maronis locus explicatur. Nec non Plauti, ac Propertii. Caput. XXIX.

n On omittendum hic rusticanum prẽsagium, & uulgo celebratum. Si fuerit color rubens in albido, significari fertilitatem. Cuius ratio est, Quia color is fit ex materiæ raritate, ubi radius Solis fortius agat. Rara autem materia facile a Sole resolui potest. Quo eueniente, non insequeunt pluuiæ iuges, Quis plurimum impediri fertilitas solet. Cęterum hoc perpetuũ nõ est. Porro sunt, qui Aristotelem ea ratione Arquus tantũ duos posse apparere, literis autument tradidisse, Quod in eadem nube, ac materia eadem non queat diuisio multa fieri subtilium, & crassarum partium rorantium. Sed calor fortis, & minus fortis facit in diuersis, & distantibus partibus diuisiones duas, & raro plures. Probabile tamẽ habet Albertus, tres, & aliquando plures posse contingere. Qui etiam putat, in hyeme, Sole in meridie posito, Irides duas posse apparere ex oppositio situ, etiãsi raro id ꝓtingit. Paruas utiq;, & uelut incumbẽtes terræ in ortu, uel occasu. Sed cur (Id Quod Philosophicis imbuti sacris constanter astruunt pleriq;, Etiãsi admittit Seneca) non fit in meridie? cum tanta sit declinatio Solis ad Aquilonem, quanta ad meridiem. Qua ratione ita ibi distinguũtur climata, sicut hic, Quamobrem necessario fiet in meridie quoq; Iris per demonstrationẽ perspectiuam. Ideo colligunt Eruditi, fieri quidem, Sed a nobis nõ uideri. Nã nec Irin uidet ferẽ aliqs ultra tria millia passuũ. In Vespere autẽ, & meridie omni tẽpore anni põt apparere Iris in oppositia nube. Illa porro obseruanda, Irin nunquam fieri ascendente nube, Sed ad

imum uergente, Illo enim modo non rorat, Sed cum defiuit. Oportet item nubem a' uento quieſcere. Alioqui planæ non fierent partes perſpicui. Nec imago Solis in roratione conci/pi poſſet inquieta. Euaneſcit primo quoq; tẽpore Iris, quia generatio eius eſt in materia iam deflua. Quippe ubi primo eleuatur Vapor, Diu perſtat prius, quàm frigore expellatur cali/dum eleuans, Et denſetur in nubem. Vbi uero iam nubes eſt, diu perſeuerat, nec ſtatim reſi dent partes, ut conuertantur in aquam. Verum ubi id obuenerit, non diu poſt inſequit' plu uia. Quia uero concipitur Iris in portionibus Aquoſæ nubis, quæ iam ad ima feruntur, tam diu apparet, donec appluat iam, quamobrem deficit mox. Hac de cauſa uel imperiti eadem hora ingruere præſagiunt pluuiam, qua ſeſe oſtentarit Iris. Quę ubi euaneſcere incipit, Ver titur in pallorem, uiſuntur q; in nubibus Virgę intermixtę, deſcendentes, quia tunc defluit roratio per guttas grandiores. Quod de Pluuiæ diximus præſagio, Lucem infert opinor, Virgiliano uerſiculo, Et bibit ingens Arcus, Georgicon primo. Quem locum per incuriam pleriq; negligunt. Meminit etiam Seneca naturalium primo. Quãquam inquit, non eaſdẽ, undecunq; apparuerit, minas affert. A' meridie ortus magnam uim aquarum uehet. Vinci enim non poterunt uehementiſſimo Sole, tantum eſt illis uirium. Si circa occaſum refulſit, rorabit, & leuiter impluet. Si ab ortu, circa'ue ſurrexerit, ſerena promittit. Ex iis etiã clarius ſe aperiunt Plautini Sales ex Curculione de Anu Vini Vas exiccante, Ecce autem bibit ar/quus, pluet credo hercle hodie. Item apud Elegiacum poetam legimus.

Cæruleus pluuias cur bibit Arquus aquas?

¶ An recte dicatur Iris caua nube concipi. An Iridis Colores ſint ueri. Cap. XXX.

Quod autem Irin ſtatuunt Plerique, eſſe imaginem Solis caua nube conce/ptam, Id uero a' nonnullis rerũm naturę peritis perſpicue refellitur ob in/congruitatem eorum, quæ contingerent, ſi ita detur. Nam & Poſſidonius eſſe nubem Solis ſpeculum ſcribit. Irin uero Solis imaginẽ in Speculo cõ/fuſam. Id ſi ita eſt, debet ſe imago illa ingerere noſtris obtutibus ex profun do nubis per tantum interſtitii, quantum ab occidente eſt ad Ortum, hoc eſt, a' Sole ad nubem, quæ Speculum dicitur Solis. Id uero eſſe falſum, euidens comprobat experimentum, Cum ſæpius uiſatur Iris longe ante nubis ſuperficiem, in qua' apparet. Qui enim rerum naturam ſcrutantur ſolicitius, experti ſunt, Alterum Iridis cornu uiſitationem facere inter obſeruantis aciem, & montem haud ita ſciunctum, diſſitum'ue, aut propinquã arborem, a' qua longo interuallo abſint nubes, In quibus item reſultet. Inde autem ita fieri, coniectant, Quod montem, arborem'ue iiſdem infici coloribus, ſit obſeruatum. Quod ue/ro aſtruunt, Veros non eſſe Iridis colores, Meras eſſe nugas, fatendum eſt, Si Peripateticos audire ſcientiſſimos uolumus. Cum enim Lux omnium ſit colorum hypoſtaſis, & ſubſtan/tia formalis, & conſtituat colores intinctis radiis in perſpicuo denſo, Conſtat, ibi ueriſſime ineſſe colores, ubi eiuſmodi lux tingitur in perſpicuo Aeris humidi, uel rorationis deſcendẽ tis, Eo nanq; modo Iris colores concipit, Et ideo ueri ſunt cenſendi, tanto naturæ artificio, ut eos conſequi nulla'queat Ars, Cum tranſitus internoſci haud poſſit, Qui in ſequentem uertantur, nullo medio, Sicuti Boetius adnotauit in Muſicis item contingere. Ex quo recte Ouidius.

Qualis ab imbre ſolet, percuſſis Solibus Arquus
Inficere ingenti longum curuamine Cælum,
In quo diuerſi niteant cum mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.

Quod uero ingerunt Pythagorici, ideo non uideri colores ueros, quod non pmaneant diu, uaniſſimum eſſe, aiunt. Id enim obuenire, certiſſimum eſt ſubiecti, ratione. Quod in dilapſu eſt conſtitutum. Alioqui colligemus, ueriorem uideri hominẽ uitæ diuturnioris eo, Qui cõ/moritur ſtatim productus in lucem. Quod quis non uideat eſſe abſurdiſſimum?

¶ An Ex Iride Odor accedat uel Terræ, Vel Arboribus. In Oriente cur odoratiora con/ſurgant. De Aſpalatho, & Rhamno. Caput XXXI

Sed & parte

Ed & parte hac sciendum illud quoq; Veteribus esse creditum. Terram halitum quendam pręsuauem emittere ex eo loco, in quem cælestis arquus decubuerit. Id nequis fingi a' me, putet, Verba eminētissimi Auctoris ex Libro naturalis historiæ decimoseptimo subnectam. Quod si inquit, admonendi sumus, qualis sit Terræ odor ille, qui quæritur, Contingit sæpe etiam quiescente ea, sub occasu Solis, in quo loco cęlestis Arquus decubuerit capitib⁹ suis. Et cum a' siccitate continua immaduerit imbre, Tunc emittit halitum illum suum diuinum ex Sole conceptum. Cui comparari suauitas nulla possit. Cæterum scitu item dignissimum est, quod eminentissimus Philosophus super iis est commentatus. Terra inquit, cum feruet, atq; inuritur, quod ediderit principio, bene olet. Etenim quæ parce humido quendam in modum recaluerint, odorata redduntur, humor enim calore concoqui, potest. Hinc quæ ad Orientem spectant, odoratiora exurgunt. Irin uero efficere hoc putant, Quoniam sine aqua effici nunquam potest. Cum uero materies immaduerit, calore'q; interiori concoxerit, respirare iam incipit. Vaporem'q; interius conceptum emittit. Nec uero aquam nimiam accessisse oportet. Eluit enim, atque extinguit. Calorem ab igne iniectum. Quę autem post Arquum eueniunt, semper fere' mediocres sunt. Hęc qui non suspicantur, cum causam nullam reperirēt insignem, Iridi effectum contribuerunt. Quod uero alibi Plinius scribit. In quocunque frutice curuetur Arquus cęlestis, eandem, quęcunque sit Aspalatho, suauitatem Odoris existere. Sed in Aspalatho inenarrabilem quādam. Ex eodem ita cōpertum nobis Aristotele est, Nec omnes Arbores, nec semper aliquas odorē ita acquirere, pala'm esse. Sępe enim Arquū cælestem constitisse, nec tamen Arbores odoris spirasse quicquam. Quod sensum mouere posset. Causa uero ad Arquum per accidens referenda est. Pręsertim si Arquus ipse nulla est natura, quæ fixa, & permanens sit. Sed obtutus tantum refringendi affectio, & apparitio. Prouenit autem Odoris affectus ille, non qualitercunque se materies habeat. Neque enim in uiridi, neque in arida, Sed in exusta post aquam, quæ Arquui superuenerit, certam reddi suauitatem odoris, Pastores referūt, pręcipue ubi Aspalathus, aut etiā Rhamnus est. Aut id genus alia. Quorum flos suauiter oleat.

¶ Iridis notiones aliquot. Radix Marica. De Melino colore. κυανίζειν qd. Iris pro arquu unde dicatur. Aquarium dici de Iride. De Arquato morbo non nihil. Caput XXXII

Erum ut in Grammaticorum etiam diuertamus hortulos, quando & ibi Dii sunt. Nequis protinus obiiciat, Ollas ostentari a' Nobis, Sciendum est, Iridis nomine nonnunquam placentæ intelligi speciē. Sed & lapides cristallini generis. Et aromaticam item herbam, quæ a' Romanis dicatur Radix Marica, Ab aliis etiam Cōsecratrix. Ab Ægyptiis uero Nar. Eius etiam commeminit Plinius. Sed, ut auctor est Dioscorides, a' similitudine cęlestis Iridis appellatio ducta. Flores enim habet mira distinctos uarietate, tum enim pallent, aut albent. Tum melinum pręferūt colorem, Quem Luteum interpretantur. Quod ex Plinio euidentissimum, ac Dioscoride. Quamuis etiam a' Melo Insula pro candido accipiatur Plinio, Plutarcho, cęteris. Nec ignoro Seruium Georgicon tertio, Giluum colorem Melinum interpretari. Giluum uero sunt, qui ex Palladio cinericium accipiant. Virgilius.

Glauci'q; color deterrimus Albis,

Et Giluo. In Iride inquam uisuntur ex floribus alii purpureo nitore. Alii Cyaneo, hoc est Veneto. Cuiusmodi Græci dicunt ἄνθη κυανίζοντα. Est & fluminis nomen Iris, ut apud Apolloniū, ποταμὸν ἀγχίῤῥοον ἶριν. Cum pro arquu accipitur, trahitur a' uerbo εἴρειν, quod dicere interpretamur, Sicuti in Cratylo comprobat Plato. Quoniam in Iride præsagia concipiantur hyemis, uel serenitatis futuræ. Non quia Serenitatem Iris faciat, Sed quoniā eius causa, est item Serenitatis interdum causa. Est & pupillam ambiens circulus nomine eodē. Sed de eo affatim alibi. Inueni etiam Qui Irin signare Philosophiam autument. Iam huic capiti coronidem fueram impacturus, Cum Arati uenit in mentem prodentis, Irin geminā esse pluuiarum euidens prognosticum, eo uersiculo.

Ἡ δὶ δύμη ἔζωσε διὰ μέγαν οὐρανὸν ἶρις.

Cõfirmat & illius interpres Theon. Cum inquit, multa fuerit nubium cõſtipatio, ex priore Iride Altera fit circunſcriptione conſimili, imbrem portendens plurimum. Nec illud prętermiſerim, quod eſt ab Heſiodi Interprete adnotatum, Irin dici quoq; προφορικὸν λόγον, ab ἔιρω, quod eſt dico, uti prænotauimus, uidentes enim, admirantesq; Orationẽ proferimus. Irin poſtremo a Seneca dici Aquarium, adnotaſſe uidemur, A Virore, qui in Iride uiſitur. Arquatum dici morbum regium, cõtendunt Grammatici, de quo eſt illud Hieronymi notiſſimum, ille putrefactus morbo regio Cadaueri ſuperuiuit ſuo. Sed comprimam ſtilum, ne ab erudita Iridis diſſertatiõe exorſi turpiter atrum deſinamus in piſcem. Et ſuccinat aliquis, κύπφος ὠδίνει, Parturit Larus.

¶ Super Phrygii, ac Pieriæ amore adnotata paucula, deq; indidem nata Paroemia. Caput XXXIII.

p Ythen genere perilluſtrem tradunt Hiſtorici celeberrimi, Vxorem duxiſſe Iapygiam, Exq; eo matrimonio natam illi filiam Pieriam nomine. Erat propè iuge bellum Myuntiis aduerſus Mileſios, Sed non ἀκήρυκτον, ideſt citra Caduceatoris officium, Quippe ſtatis temporibus patiebantur Mileſii Illorum mulieres ad ſe rei diuinæ cauſa cõmeare. Inter eos, qui Myuntem incolerẽt, erat hic, quem diximus, Pythes. Eius Vxor cum filia, Dianæ celebritatem, ut obiret, quam uocant Neleida, Miletum perexit. Ibi tum Phrygius ex Nelei Liberis natu maior, Pieriam conſpicatus, eiusq; forma incẽſus, amare uehementer puellam cœpit. Quiq; eſt amantium affectus, cupiens illi gratificari, inſtitit quærere, quid nam ei iucundiſſimum a ſe poſſet præſtari. Prudens puella, & quod in Viris rariſſimum inuenias, etiam pia, Id uero ſibi omniũ longe gratiſſimum reſpõdit fore, Si daret operam, ut quamſæpiſſime, multisq; comitibus Miletum conueniendi poteſtas fieret. Animaduertit Phrygius, nil futurum Pieriæ gratius pace. Proinde Mileſiis in concionem euocatis, confeſtim de finiendo cum Myuntiis bello, deq; ineunda cum eiſdem amicitia uerba facit. Placet res omnibus. Componitur pax. Inde euentu tam felici, tamq; iucundis exorſo initiis, apud utrunq; populum Pieriæ nomen celebre fuit, Adeo ut mulieribus abierit in Adagium res, Vt in Votis illarum id eſſet antiquiſſimum, Sic ſe amari uelle, Veluti Pieriam Phrygius adamaſſet.

¶ Amor cur apud Platonicos dicatur Dęmon. Et cur admirandus. Amoris principium quale ſit. Caput XXXIIII

q Via uero in Amorem uolentes incidimus, etiamſi non me fallit, aliubi nos eẽ de ea re commentatos, ſuccurrit nunc, aliqua item ex Platonicorum arcanis promamus in hoc album, præſertim cum ſciamus. Phędrum Platonicum laudibus Amorẽ grauioribus efferre adortũ, pnũtiaſſe, Magnũ uideri Dęmona. Siqdẽ amatorius ordo, Vt Platonicus docuit Proclus, cauſa ꝓuerſionis eſt rebus oĩbus ad diuinam pulchritudinem, atq; formam, ſequentia omnia ad illam reuocans, eiq; connectens, connexaq; confirmans, replensq;. Dum diuini luminis profluentes inde dotes per omnia radiant. Quippe medium replet ubiq; inter illa, quæ appetunt, & quæ appetuntur. Ipſum quidem, quod eſt amandum, gradum ſibi uendicat primum. Amans autẽ gradum tertium ab amato. Amor deniq; uſurpat inter utrunq; medium, implẽs meliore deterius. Dicitur quidem & admirandus, quãdo id amat unuſquiſq;, cuius admiratur pulchritudinem. Ac Dii quidem, ſiue, ut Chriſtiane loquamur, Vltramundani Spiritus, & Aſtra matutina diuinum amant decorem. Corpoream uero etiam gratiam Homines, quæ ſit tamen ad ſupereminentem, ac inenarrabilem illam gradus unus, qui & primus. Nam, ut docuit ſcienter Plotinus, Siquis amatorii affectus principium ponat, antiquam ipſius Pulchri inſitã Animis appetitionẽ, cognitionẽ, notionẽ, & quãdã ſine rõnis actu cognatõis pceptionẽ. Is a Veritate cauſæ, ut arbitror, non aberrabit. Nẽpe qd turpe eſt, id naturæ eſt, Deoq; contrariũ. Natura.n. ſpectans Pulchrum agit. Spectat aũt determinatũ. Quod qdẽ in boni ordine collocatur. Indeterminatum uero turpe eſt, ordinisq; contrarii. Quin in amoribus

ueneream

ueneream appetentes mixtionem, in pulchro quodam procreare percupiunt. Penes illos uero, qui ab hoc pulchro in ſuperni Pulchri reminiſcẽtiam reuocantur, Pulchrũ hoc, uelut imago diligitur. At penes illos, qui minime recordantur, ob affectionis ignorãtiam, noſtra hęc uera creditur Pulchritudo. Acſi temperati ſint, inita cum hoc Pulchro familiaritas uitio caret, Lapſus uero intemperantium in Veneream mixtiõem eſt peccatum. Hinc apud eundẽ Platonem improbat uehementer Pauſanias, Siquis generationis Auidior contemplationẽ deſerat, aut generationem præter modum cum fœminis, uel contra naturæ ordinem cũ maſculis proſequatur. Aut formã corporis pulchritudini animi præferat.

¶ Venus duplex quæ ſit. De q̃ Amore gemino. Vraniam Venerem qui adorti colere primi ſint. Caput XXXV.

q Via uero humanis Animis gemina ineſt uis (Habem⁹ enim & intelligẽdi, & generandi potentiam) Vires haſce duas eſſe in nobis Venerem duplicem, deprehendere Platonici ſcientiſſimi, quas & Amores gemini comitentur. Equidem ubi humana ſpecies Venuſtius concinnata ingerit ſeſe nobis, Mens noſtra, quam eſſe in nobis Venerẽ unam ſtatuimus, & quidem ſuperiorẽ, eam, tanquam diuini decoris imaginem, amplexatur, & ſuſpicit, per q̃ huius quandoq; ueſtigia ad illud arrepit, ſtruit q̃ gradum. Generandi uero facultas, quę altera dicit Venus, pulchritudinis illecta radiis, ac permulcta formam illi perſimilem geſtit effingere. Quamobrẽ utrobiq; Amorem recognoſcimus. Sed cõtemplatur unus, generare Alter cupit, atq; expingere, quod decentiſſimum animaduertit. Amor uterq; honeſtus, ac probandus, quando uterq; diuinam conſectatur imaginem. Nec me fallit, Eruditos in mente diuina ꝓſtituiſſe Venerem primam, Cuius quidem mentis eſſentiam uocant Saturnum. Vitam Iouem. Intelligẽtiam Venerem. Alteram uero in mundi Anima. Quæ ut ſuperna percipit, dicatur & ipſa Saturnus. Vt Cælorum motricem habet potentiam, Iupiter. Vt inferiora generat, Venus. Natã ſine matre priorem illam, ſine materia Plotinus interpretatur. Cælum uero patrem Deum intelligunt ſummatem. Secundam Venerem ex Ioue natam tradunt, & Dione. Quod eſt ex potentia, qua Sphærę perpetua rotantur uertigine. Matrem Dionem materiæ commercium intelligi uolunt. Vtranque Venerem Comes aſſectatur Amor. Mentis quippe diuinæ intelligentia inſito rapitur amore ad Dei pulchritudinem percipiendam. In Mundi Anima prolicit item amor ad pulchritudinem eandem in Corporum ſerie effingendam. Hæc uero ſignificare Plotinus animaduertitur, cum Platonis ſententia Duplicem eſſe Venerem dicit, Alteram quidem cæleſtem, Cęli ſtirpem aſſeuerans. Alteram uero ex Ioue prognatam, & Dione, humanorum coniugiorum ducem, hæc ipſa comminus attingentem. At illam ſine matre, & ante coniugia, quoniam nuptiæ in Cælo non fiant. Hæc de Venere gemina, & Amoribus totidem habui, quæ dicerem, ex profundiore, quàm uel ſciat, uel ſuſpicetur pullatus Circulus, proruta doctrina, nequis ſuperfluo conari Platonem arbitretur, dum tãto ſtudio in Amoris laudes fertur, perinde ac ſit Corcyręum flagellum. Ex Pauſanię uero monumentis non negligendum illud utiq;, Aſſyrios omnium primos Vraniam Venerẽ adortos colere. Quos ſint inſecuti in Cypro Paphii, & ad Aſcalonem Phœnices. A quibus didicerint mox Cytherii. Sed & Athenis Vraniæ Veneri fuiſſe ſurrectum templum, Idem comprobat Pauſanias.

¶ Cur Amor Heros dicatur. Item Eros. Necnon Amoris commendatio. Caput XXXVI

u Erum ut a Campi puluere, & a Palo, quod dicitur, ad tabernaculi umbraculą, hoc eſt ad leuiora multo reclinemus, Scribit Plotinus, Amorem Heroa dici, forte quoniam ἀπὸ ὁράσεως, hoc eſt a uiſione ſubſtantiam habet, quando & Amor, qui affectio eſt, ab hoc habet inſtinctum. Amorem porro Græci ἔρωτα uocant, quia, ut Plato inquit, εἰσρεῖ hoc eſt influit extrinſecus per oculos. Quamuis etiam in Phædro ἀπὸ τῆς ῥώμης, ideſt a robore, ac uehementia dici Erota, Socrates putet. In quo libro & illud inuenias, Quoſdam tradidiſſe,

Amorem dici a' Mortalibus ἔρωτα uolatilẽ. Ab Immortalibus autem πτέρωτα. i. Alatũ quendam, propter uolandi neceſſitatem. In Sympoſio Socrates aſſerit, ſe nihil præter amatoria ſcire. Phædrus uero maximorum bonorum cauſam eſſe Amorem pnuntiat. Nec ſe inuenire, qd melius accidere poſſit Adoleſcenti, quàm optimus amator, Aut amatori, quàm amatus optimus. Et eſſe quidem duo, quæ a' pueritia per omnem uitam ducere illum debeant, in rebus turpibus Verecũdiã, honeſtis Studium. Hęc autem nobis neq; diuitiæ, neq; honores præſtare citius poſſunt, ac melius, q̃ Amor, neq; abſq; his duobus aut Ciuitas unquã, Aut priuatus præclarum aliqd, & magnificũ perficere poterit. Nec ullus adeo Ignauus eſt, quẽ Amor non inflammet ad Virtutem, diuinum'q; reddat, Vt Viro fortiſſimo par euadat, Nã quod Homerus inquit, Vim, furorem'q; a' Deo qbuſdam Heroum inſpiratum, hoc Amor amantibus efficit. Quin etiam pro Altero mori Amantes ſoli eligunt. Nec Viri tãtum, Sed Mulieres quoq;.

¶ Semiramidis Sepulchrum. Auaritiæ ſuggillatio cum Philippi apophthegmate. Item plura de Semiramide. Quæ ſit Derceto, ſeu Atergatis. Itẽ Aſtarte. Quæ dicantur Manica. Mannos. Mannophoros. Maniacia. Gatis Regina. Caput XXXVII.

Semiramidem Orientis Reginam, & mulierum omnium, Quarum ex hiſtoria ad nos perlata notitia eſt, longe celeberrimam, quam'q; cum Cyro præcipue admiratus Alexander fertur, quod in illis & magnitudo Animi, & rerũ claritas plurima emicuiſſet, Legimus, Cũ ſibi iam magno natu monumẽtum, in quo perfuncta humanis reconderetur, ſtrueret, inſcriptionem eiuſmodi exculpendam curaſſe. Quicunq; ex Regibus pecuniæ inopiam ſenſerit, Conditorio recluſo, ſummat inde, quicquid uiſum fuerit. Id cum pellegiſſet Darius, Vt q Auri foret auidior, Sepulchrum iuſſit recludi, Sed in eo pecuniam quidem inuenit nullam, In eas autem incidit literas, ἐι μὴ κακὸς ἦ σὺ ἀνὴρ, καὶ χρημάτων ἄπληστος, οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ἐκίνεις. Quod eſt, Ni malus Vir fores, & pecunia prorſum inexplebilis, non utique Mortuorum loculos moueres, exprobratione lepida in ſacram Auri famẽ, ut eminẽtiſſimi Auctores dixere. Quę dum uetita ſcrutatur, Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, p Ignes, dum ipſa ſibi uidetur inops, Dum recondere geſtit, quo non perfruatur, Sed cuſtodiat, ſæpe conatu excidens ridiculam ſe prębet rediens inanis, renudata modo auiditate, in immenſum uela pandẽte. Etiam ſi nunquã non auſtrum percellat, & operam ludat, Si naturæ pomœria anguſti ſunt ambitus, quibus facile paria neceſſitatibus facere ualemus. Sed efferatam hanc habendi cupiditatem amarius repercuſſit Philippus quoq; auarum nactus Medicum, & indeſinenter eſſiagitantem. Pars eſt in Corpore, qua collo adnectitur pectus, Ea dicitur græca uoce κλεὶς, ideſt Clauis. Forte prelio quodam conuulneratus eo Loci fuerat Philippus, curabatur'q;, ut aſſolet, Qui eo fungebatur munere, cum expleri muneribus non uideretur, inſuſurrauit Imperator, λαμβανε ὅσα βούλει, τῶν γὰρ κλεῖν ἔχεις. Cape inquit, quantumlibet, quando Clauem habes. Sed ne prorſum feramur παρὰ μέλος, quod aiunt, ideſt extra Cantilenam, Semiramidem Deæ cuiuſdam Dercetus fuiſſe filiam, fabuloſa prodit hiſtoria. Eius templũ fuerat ad Aſcalonem Syriæ Ciuitatem, apud Stagnum piſcibus plenum. Eam Plinius prodigioſam uocat Atergatin, quod eſſet facie hominis, at corporis reliqua in piſcem deſinerent, Ferũt, Venerem factam Deæ illi obuiam quandoq;, Adoleſcẽtis ſpecioſi amorẽ inieciſſe, Cui permixta Derceto filiam conceperit. Quam pudore ducta mater in deſertis locis, ubi Aues forent plurimæ, expoſuerit. Quæ, connutrita puella, cauſam etiam nomini fecerint. Quippe Syrorũ lingua Semiramis Auitium ſignat. Atenim dolore percita Derceto ex facti turpitudine, in lacum ſe præcipitem dedit, deformata'q; in piſcem eſt. Quo nomine piſcitii abſtinentia ſanctiſſime a' Populis illis colebatur. Et hinc Atergatis quoq; nuncupata, Quoniam illarum Gentium uocabulis, Ater priuationem dicat, & Gatis piſcem'. Nam & Libro ſextodecimo Strabo auctor eſt, Atergatin a' Barbaris dici, quæ ſit Athara, quam'que Cteſias uocarit Derceto. Et Cornutus eandem, cum Rhea eſſe putat. Lego præterea, Aſſyrios Deo, quem ſummum, maximum'que uenerantur, Adad nomen dediſſe, Cuius interpretatio nominis eſt Vnus. Qui non alius fere' ſit, quàm Sol. Subiungunt eidem Deam

nomine

nomine Atergatin, quam esse terram opinantur. Omnem uero potestatem duobus his attribuunt. Extat autem apud Tarsensem Antipatrum in commentario de Superstitione, fuisse, qui traderent, Gatida Syrorum Reginam Opsophagon, idest Gulæ mancipatam eatenus, ut per edictum denuntiaret, nequis ἄτερ γάτιδος, idest sine Gatide piscitio uesceret. Per inscitiam uero plerosq; eandem dicere Atergatin, & abstinere pisculentis. Reginam tamen Atergatin agnoscit Mnaseas immitem, quæ piscibus abstinere iusserit reliquos, quoniam eo cibo ipsa insigniter caperet. Hanc a' Mopso Lydo in mare præcipitatam, Xanthus scribit, cum Ichthye filio, & a' piscibus deuoratam. Nec me fallit, Astartē quoq; fuisse in Syria Deam, ut Aelianus Auctor est, ac in Apologetico Tertullianus. Sed eam esse Venerem quartam, quæ Adonidi nupserit, manifestum M. Tullius facit, de Deorꝝ natura tertio. Qua in re addubitasse Virum in literis clarum, admiratione non caret. Sciendum tamen, Augustinum in libro Iudicum Astartem non aliā putasse, quam Iunonem. Porro' inueni in Græcorum ueteribus memoriis, Semiramidem, posteaq̄ Nini Vxor sit facta, sic illum despexisse, ut extentis ab eo precibus cōtenderit, Vel diem modo unum in regia sella sedere permitteret, Diademate cultam, obeuntem'q; Regium munus iuri dicundo, sanciendo'q;, quæ uiderentur. Cum adnuisset Ninus, omnes'q; dicto audientes esse, imperasset, perinde ac sibi, tum illa Satellitum ingenia, & promptitudinem periclitans, moderate admodum initio uti imperio est uisa. Vt uero nil omnino aduersantes est conspicata, ac strenue, quæ forent iniūcta, persequentes, mox comprehendi Ninum iussit, ac in uincula coniici, atq; inde interimi. Semiramidis item honesta Plutarcho mentio est. Præclara inquit, censentur in Assyria Semiramidis facinora. Magna item in Aegypto Sesostris. At Phryges, uel nunc illustria, admiranda'q; Manica nuncupant, ob Manin ipsorum Regem uetustissimum bonitate, ac potentia perinsignem. Eum uero a' quibusdam etiam Masdem uocari. Dicitur & Mannos colli ornamentum, unde Mannophori nuncupantur Maniacia habentes, idest aurea Peritrachelia. De Semiramide nouimus & illud, Ab ea institutum morem, Vt Viris dominarent Vxores in Asia. Quam consuetudinem, Alexandro res ibi gerente, seruatam etiamnum, exploratissimum est. Sunt qui ab eadem comperta primum metalla prodant. Cæterum ipsa hæc tam celebris, tam'q; omniū laudata calculis, libidine efferata in sæuitiem quoq; dilapsa fertur, Nam cum a' Viri obitu in cōcubitum sibi ex militibus deligeret, appeteret'q;, Qui in Castris forma præstarent, omnes postea immaniter, atq; efferate contrucidabat. Demum a' filio Nino interemptam, produnt aliqui, cum eius quoq; congressum appetiisset. Diodorus a' fabulis suis non recedens, cum præfectis omnibus, Vt filio audientes dicto forent, iniunxisset, euanuisse comminiscitur, atq; ex oraculo ad Deos abiisse. Sunt ex Græcis, Qui Nini filium in agris natum, putent Agrona nuncupatum.

¶ Quæ sint Septem Orbis terræ celebrata Spectacula. Quam'q; in iis euariet historia. Capitolinus Iupiter, Qui Coryphęus. Diana Coryphæa. Caput XXXVIII.

Sedenim quia eiusdem fœminæ opus fuisse narrat, mirabilis Obeliscus, longitudine Centum & quinquaginta pedū. Latitudine uero, spissitudine'q; quatuor & XX. ex Armeniorum montibus lapide exciso, qui ob rei excellentiam uia nobilissima Babylone excitatus, inter septem miranda connumeratur. nō inepte fecerimus, quoniam Bibliotaphi non sumus, Et Promos illos sordidos, ac tenaces auersamur, quibus Condum agere, in summa Votorum est, Si quæ de Septem illis Orbis terræ celebratis Miraculis, etiamsi otiosis parte plurima, inertibus'q;, compertius sunt adnotata nobis, huic potissimum parti suppinxerimus. Ergo in eum uenit ordinem Dianæ imprimis Ephesiæ templum. Inde Mausolæum, hoc est Mausoli sepulchrum. Colossus Solis apud Rhodios. Iouis Olympici Simulacrum, quod Phidias fecit ex Ebore. Muri Babylonis, Quos excitarit Regina Semiramis. Pyramides in Aegypto, Ipse hic, de quo diximus, Obeliscus. Cæterum Studiosi amplius cōmonendi, Ex Veteribus non omnes eadem sensisse, Nam ex iis, quæ recensuimus, aliquo ex puncto, sunt, qui Cyri Regis Archiuum substituant. Quod arte prodiga Memnon sit confabricatus, illigatis auro lapidibus, Sicuti Cassiodorus scribit. Inueni, Qui Vrbis Romæ Capitolium hisce insererent miraculis.

Nam & apud Corinthios supra Theatrum Iouis erat Sacellum, Quod Romana uoce καὶ πετωλίου διὸς dicebatur. Sed inquit Pausanias nuncupari Græce κορυφαῖος ualet. Verum & apud Epidaurios in montis Apice Dianæ uisebatur sacellum, quam uocāt Coryphęam, Cuius quodam Cantico meminerit Telesilla. Adeo'q; euariat historia, Vt in libro, quo rimatur exacte Plut. Prudentiora'ne Terrestria sint, an Aquatica, Ceratinon Apollinis aram ἐν τοῖς ἑπτὰ καλουμένοις θεάμασι ὑμνούμενον, scribat, idest inter septem spectacula celebratam. Sed & pensiles Babylonis hortos in hanc censuram Plerique admittunt.

¶ Byssina uerba, quæ intelligantur. Quid in Oratore præcipuū. De'q; in Oratione Magnificentia, & Splendore. Quid Epiphonema. Virg. illustratur bis. Cap. XXXIX.

P Arysatin Cyri, & Artaxerxis matrem dicere solitam, accepimus, Regem, qui prompte, nec animo timidiore concionaturus foret, debere byssinis uti uerbis. Id cum amplius dignum obseruatione esset uisum, Scrutabamur accuratius, quid nam altissimi sensus Mulier complecti ea sententia uoluisset. Ac illud quidem non inepte ex Eruditorum albo uidemur eruisse, Byssina uerba dici, Quæ sublimitatem habeant, ac magnificentiam, nitorem quoque, & auctoritatem. quando hæc pars est, quæ popularem exprimere fragorem potest, ac efficere, ut dicentes laus ꝓsequat' insolita. Etenim quid aliud fuisse credimus, cur Populus Romanus In causa Cornelii admirationem non acclamatione tantum, Sed etiam plausu cōfiteretur? In ea profecto, quod Fabius ait, Maximus omnium Orator non fortibus modo, Sed etiam fulgentibus armis est præliatus, Nec id unquam esset assecutus docendo Iudicem tantum, & utiliter demum, ac latine, perspicue'q; dicendo. Optimus inquit M. Tullius, est Orator, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permouet. Docere debitum est, delectare honorarium, at necessarium permouere. Hi sunt, quos exhorrescunt homines, quos stupent dicentes. In quibus exclamant, quos Deos inter homines, ut ita dicam, putant. Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate & rebus, & uerbis dicunt, & in ipsa Oratione quasi quendam numerum, uersum'q; cōficiunt. Sed quærat forte quispiam, quid nam in Oratione splendidum proprie dicamus, aut magnificum. Nā & libro tertio Quintilianus Verborum magnificentiam non ualidius astruit affectandam suasorias declamantibus. Et libro quarto, Tribus inquit, narrādi uirtutibus adiiciunt quidam Magnificentiam, quam μεγαλοπρεπείαν uocant. Hanc uero mox uidetur Fabius intelligere supra modum se attollentem Orationem. In Rhetoricis ad Alexandrum in ratione generis demonstratiui Aristoteles ita scribit. Congruet autem laudibus, nominibus etiam multis circa unūquodq; uti, & splendidam facere Orationem, atque magnificam. At Fortunatianus, Quæ sunt inquit, uerba splēdida? quæ natura sua nitida sunt, quæ copulata facilius claritatem suam ostēdunt. Vt Quadriremem, quam in Salo fluctuantem reliquit. Sed hæc magnificentia inqt, atque magnitudo non omnibus est accommodata locis, Quoniam sunt quædam partes causæ, quæ uerba humilia desyderant. Vt latet in Scalis tenebrosis Cominius. M. Tullius libro de Oratore secundo Genus dicendi in Crasso magnificum fuisse dicit, atque præclarum. Et septimo noctium Atticarum Gellius, Magnificum in Vlysse apud Homerum, & & Vber dicendi genus admiratur. Subtile in Menelao, & Cohibitum. Mixtum in Nestore, ac moderatum. Demetrius Phalereus in libro περὶ ἑρμηνείας, agens de Characteribus, Magnificum tenui contrarium statuit, propterea'q; illi non permisceri. Mox uero magnificū item Logion dici autumat, Ac tribus consistere, Sententia, dictione, necnon compositione commoda. Synthesis autem magnifica, calculum quoque Aristotelis adiiciente sententia, est Pæonica. Pæonis uero species duæ, nam unus Procatarcticus nuncupatur, cuius prima syllaba extenditur, corripiuntur tres insequentes, ut ἤρξατο δέ. Alter uero Catalecticus, priori antistrophus, Nam primæ corripiuntur syllabæ tres, postrema productiore, Vt τὰ ἀράβεια. In Orationis autem magnificæ Colis a' procatarctico exordiendum Pæone, ac consequi Catalecticus debet. Prorsum'q; ita distribuēdum, ut a' longis ducatur initium, & desinentia fiat in easdem. Siquidem natura longis inest pręcellens quiddam. Et quod scitu dignissimum est, Compositionis δυσφωνία, hoc est asperitas Orationi plerunque magni-

tudinem

tudinem conciliat, Vt apud Homerꝝ totius Eloquentiæ Auctorem eminentissimum, Αἰαῖ δ' ὀμέγας αἰὲν ἐφ' ἑπτάβοι χαλκοκορυστῆ. Sed apud Maronem quoque, Fremet horridus ore cruento. Epiphonema quoq; quod esse Dictionẽ exornantẽ describere licet, in Oratione uel magnificentissimum, arbitratur idem Demetrius. Nam alia sunt, quæ enuntiationi subseruiunt. Alia ornatus gratia inferuntur, Vt apud Poetarum Coryphæum, quem male feriati multi non enarrant quidem pueris suis, sed inuoluunt, implicant, conuellunt. Etiamsi in sua se illum potestate habere deblaterant sæpicule.

Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.

Omnino'q; uidetur Epiphonema Triglyphis diuitum pſimile, ac purpuræ latiori. Est enim ipsum quoque in Oratione diuitiarum indicium. Deniq; etiam Poetica quandoq; magnificentiam in dicendo respiunt quandam. Cæterum hæc non tam imitatio fuerit, quàm Metathesis. Nam & siquid a' Poeta mutuet' Thucydides, proprietate quadam circunuestiens suum uideri facit. Etenim Homerus Cretæ uolens magnitudinẽ exprimere, πολύῤῥυτον uocauit, Thucydides uero honestum putat Vnanimiter sentire Siculos, γῆς ὄντας μιᾶς, καὶ πολυῤῥύτου, ideſt unius existentes terræ, ac circunfluæ. Vbi idem utiq;, Sed tamen diuersum dicere uidetur, quoniam non tam respicere magnitudinem creditur, quàm Concordiã quoque. Magna profecto res est, ac præcellens, appositè, scite'q; ornasse orationem, & quę pauciſſimis omnino cõtingat, Reliqua huius palęstræ etiam multis. Hoc illud est, quod admirationem parit. Quamobrem recte Cicero quadam ad Brutum epistola. Eloquentiã inquit, quæ admirationem non habet, nullam iudico. Aristoteles quoque eandem maxime petendam putat. Sed ornatus hic esse Virilis debet. Cincinnis enim offendimur, & fuco. Nam & unguentis minus diu oblectamur summa, & acerrima suauitate conditis, quàm iis moderatis, Quin laudatur magis, quod terram, ut Cicero inquit, quàm quod Crocum olere uideatur. Nisi quod in demonstratiuis flosculos omnes, uelut institor quidam Eloquentiæ, captabit Orator.

Byssina uestimenta quæ sint. De Phæo paucula obiter. de'q; Lineis, seu Camisiis. Amorgina uestimenta. Caput XL.

Aeterum illuc iam reclinandum, Cur Byssina dicantur uerba, de quis latius iam disertasse uidemur. Byssina uestimenta ex Græcis quidam interpretant' dici succo herbæ infecta, quę dicatur Byssus. At Pollux Onomastici septimo, Lini genus accipit Byssum apud Indos. Leuitici Capite XXVI. Cortinas præcipit Dominus de Bysso fieri retorta, & hyacintho, ac purpura, cocco'q; bis tincto, Variatas opere plumario. Esse uero Byssum inibi testant' Interpretes, Lini genus candidissimi. Vnde Apocalypsis XIX. Byssinũ. n. Iustificatiões Sanctorũ sunt, Et Prouerbiorum XIII. Byssus & purpura indumentum eius. Est & nomine eodem pretiosior Lana colorem præferens auri, ac nitorem, uti uisum plerisq; Byssum apud Elidem modo nasci, Pausanias scribit, ac nullibi præterea in Græcia. Tenuitate nec esse Hebræa inferiorem, uerum esse flauam minus. Plinius decimo nono, A suestino inquit, Lino principatus toto orbe, proximus byssino, mulierum maxime delitiis circa Elin in Achaia genito, quaternis denariis stipula eius permutata quondam, ut Auri. Byssi meminit & Philostratus iis fere', Homines inquit, qui secundum Indum flumen habitãt, lineis amiciuntur uestibus, etenim Linum in agris plurimum nascitur. Calciamenta gestant ex Byblo, siue papyro. Nobiliores bysso induuntur. Byssum uero ex arbore nasci ferunt, quæ basi quidem populo sit persimilis. Foliis uero Salici. Nam ab Indis legi ex arboribus linum, auctor scribit Arrianus. Id cum uidisset Apollonius, lætatus plurimum est, ἐπειδὴ ἔοικε φαιῷ ῥίβωνι, ideſt frugi amictum Phæum quoniam referre uidebatur. Diximus alibi, Phæum tradi colorem in nigri, albi'q; meditullio. Ineſſe uero lugubre quiddam apparet. Nam Antiochus cognomento Hierax, ubi fratrem, quo cum de regno certauerat, interemptum credidit, purpura posita, Phæum sumpsisse indumentum dicitur, auctore Plutarcho. Sordidos etiam Panes Phæos nuncupauit Alexis. Byssinæ porrò Vestis commeminit Hieronymus quoque, quæ adhæreat corpori, & ea utantur Sacerdotes, ut habẽtes Vestimentorum pulchritudinem, discurrant nudo/

rum celeritate. Byſſinas uero haſce Lineis militaribus conſimiles arbitratur, quas ſermone uulgato Camiſias uocent, quibus conueſtiti milites, & ad curſum expediti, & ad prælia peruibrando iacula ſint præceleres. Cum aptæ habeant mẽbris, & aſtrictæ Corporibus. Erant & Amorgina ueſtimenta Byſſinis fere ſimilia. Meminit contra Timarchũ Aeſchines. Sed Eupolis quoque, & in Lyſiſtrate Ariſtophanes, Eſt enim Lini ſpecies Amorgis. Erant uero indumenta hæc πολυπελῆ, ideſt impenſæ multæ.

¶ Indi Sagittarii exemplo commoneri nos, quàm ſit famæ parcendum. Indorum Sagittæ Quantæ, Quales ue habeantur ex hiſtoria. Caput XLI.

f Amæ diſpendium quanti omnino faciendum ſit, præſertim ſi auctior ea ſit, in q̃ hominum animis diu iam irroborarit, multa, opinor, perdocent abũde, Sed exemplum tamen unum ex ueteri memoria ui quadam ampliore mentibus affigere uidetur. Fuit inter Indos Sagittator eximius, de quo percrebuerat fama, ſagittas ab eo tanta peritia dirigi, uti uel per annulum tranſirent. Forte Vir hic ad Alexandrum captiuus eſt perductus, ea tempeſtate, qua is Imperator aduerſus eas Gẽtes proferebat imperium. Cum q̃ hominis gloriam inauditſet, Optauit, ſe præſente oſtentari artem. Renuit ille. Indignatus Alexander rapi eum iuſſit, ac interimi. Dum uero ad ſupplicium duceretur, Conuerſus ad milites, Ego inquit, per multos dies artem excutiendi ſagittas deſieram, Nec minimum quidem in eo exercebar, Proinde ueritus, ne ob inſuetudinem uoto exciderem, recuſaui, quod iniunxerat Imperator. Cum Alexandro nuntiata forent ea, mitti hominem eueſtigio iuſſit, multis q̃ etiamnum donis affecit, Animi altitudinem miratus, mori præoptantis, quàm uideri opinione minor. Tela uero, quæ Indus excutiat Sagittator, eſſe Arrianus ſcribit, trium prope cubitorum, ferri q̃ tanta ui, ut non clypeus, non Thorax, Non aliud quicquam ſummæ firmitudinis, & quam ualidum obſiſtere, obluctari ue queat, ſi ab Indo ſint emiſſa. Quintus Curtius duorũ modo cubitorum Sagittas facit, ni alterubi mendum, interpellatum q̃ ſit exemplarium.

¶ Qua ratione inficerent ſagittas Scythæ. De q̃ eorundem more in ſagittando. Tollitur ex Plinio obſcuritas. Arabas item, ac Indorum nonnullos tingere ſagittas ueneno. Cur Galli Sagittas Helleboro collinant. Toxicum unde. Caput XLII.

a Tqui in hac Sagittarum mentione illud non erit utique ab inſtituto diſſitum, &, ut Græci dicunt, ἀπροσδιόνυσον, Si Plinium aliquo modo illuſtrauerimus, in Cuius intellectu nunquam non conciſo nimis, atque detruncato mire Centones farciunt Plerique, Quos tamen Si audias, putes Sibyllæ folium recitari, ita ſibi placent, ita applaudunt, Veluti planè rem ipſam acu attigerint, quod Plaut⁹ ait. Igitur morem fuiſſe Scythis perueterem ſcribit, Sagittarum aciem tingere uiperina ſanie, & humano ſanguine, irremediabili ſcelere. Nam mortem ilico affert, etiam leui tactu. Operæpretium uero eſt, adnotaſſe, qua ratione barbara illa immanitas genus id conficeret, Nam ſuppetit eius rei memoria ex Græcis monumentis, præcipue q̃ Ariſtotelis in admirabilium relatione. Obſeruabant ergo Scythæ Viperas, ubi iam peperiſſent, Sic enim captas diebus aliquot liqueſcere ſinebant. Mox ubi compu truiſſe uiderentur ſatis, In Ollam ſanguinem hominis unius totum infundebant, adobruebant q̃ in Sterquilinio, Vaſe diligenter obturato, Vbi uero & hic contabuerat, eximebant, Sumentes q̃, quod ſupernataſſet iam aquoſum, Saniei q̃ uiperinæ promiſcentes, ita letale conficiebant Venenum. Et Scythæ quidem ſagittis plurimum utebantur. Nam in Exampæo, qui eſt inter Boriſthenem, & Hypanin locus, Ahenum fuiſſe dicatum, Herodotus ſcribit, Sexcentarum amphorarum capax, ex aculeis modo ſagittarum conflatum. Sic enim Ariantam Regem Scytharum iniiſſe numerum, allata ab unoquoq̃ ſagitta una. Legimus porro, Dario Perſarum Regi a Scythis Caduceatorem cum id genus muneribus miſſum, Aue, Rana, Mure. Sagittis quinque. Quæ Gobryes e ſeptem unus, qui Magos ſuſtulerant, ita coniectanter eſt interpretatus. Ni Perſæ effecti, Vt Aues, in Cælum ſubuolaſſent. Aut

ueluti

ueluti Mures, terræ ima ſubiiſſent. Aut perinde, ac Ranę deſiluiſſent in paludes, Scytharum Vim non euaſuros ſagittis adobrutos. Quin & Scythica narratur Supellex, Iugum Boum, Aratrum, Sagittarum pharetra. Quibus cum amicis utantur, & aduerſum inimicos. Adiici & quo uectantur, Currus poteſt. Sunt enim ἄοικοι, hoc eſt domibus nullis. Qua in re uel nimium ſibi placent, Quod Solari quadam circumuectentur imagine. Arabas quoque ſolitos inficere ueneno ſagittas, ex Theſauris Iulii Pollucis obſeruatum nobis eſt. Sed & alicubi periclitatum in India Alexandri exercitū, prodit hiſtoria, imbutis uirulenta ſanie gladiis, ut ictu, uel leuiſſimo interirent percuſſi, quāquam mox per quietem herba Alexandro monſtrata, quæ remedio præſentiſſimo tantæ cladi obuiam iret. Gallos adnotatum eſt, Helleboro Sagittas collinere, quod iis in uenatibus tranſfixis feris, multo Carnes efficiantur teneriores ad epularum uſum, Reciſis tamen, abiectiſq; quæ uulnus ambeunt, propter Hellebori contagium, etiamſi eo aduerſus Zenonis decreta ſtilum diſtricturus Carneades ſupna Corporis repurgaſſe narratur. Scribit Paulus Aeginita, Toxicum uideri nominatum, quod eo a Barbaris inficerentur Sagittæ, quas dicunt Græci ὀξύματα.

¶ Qui dicantur Computatorum digytis ſimiles. Orōtis hiſtoria, Scirpum dici uitioſe, At Scrupum recte. Digytorū geſtu ſupputaſſe Veteres. De Iano paucula. Cap. XLIII.

Rontem Artaxerxis Perſici Regis Generum legimus, quādoq; indignatione quadam a Socero damnatum, ac honore deiectum, Cum ſe contemptī
o bilem animaduerteret, ac eſſe ludibrio inimicis, ſolitum dicere. Principum amicos uideri conſimiles Arithmeticorum, ſeu Computatorum digytis. Nā ſicut hi computando nunc Myriada, qui numerus decem millia continet, geſtu conficiunt, Nunc uero monada, ideſt Vnitatem, Pariter & qui Regibus ſeſe inſinuant, modo pollent plurimum, ſuntq; omnibus conſpicui, fumos uenditantes, a multis frequentantur, obſeruantur, coluntur. Plurimorum etiam uitam a Principe deprecantur. Mox uero, qui Fortunæ mos eſt, Quæ recte Dinos nuncupatur, & quaſi pilas hominēs habet, ut ille ait, deuoluti in imum deriſui ſunt omnibus. Quiq; quamplurimis opitulabantur, uix iam ſe tueri queunt, audiunturq; ſubinde Voces, Nunquam, ſiquid mihi credis, amaui hūc hominem. Quò enim Fortuna, eodem & pronus hominum fauor proclinatur. Proinde ex hiſtoria Prouerbii elicere Schema poſſumus, Vt Regum familiares νῶ μὲν τὸ πᾶν ἀωαμένους, νῶ δὲ τ' οὐλάχιστον, ideſt Qui nunc omnia poſſunt de ſe promittere. Nunc uero minimum, dicamus eſſe Computatorum Digytos. Sedenim quia mos hic, ut eſt, uideri obſcurior poteſt, Et plane Scrupus quidam (etiamſi barbare Scirpū dicere Nōnulli Aenīgma permittunt ſibi, mendoſis Gellii codicibus in tendiculam impacti. Scrupos eſſe Feſtus ſcribit, ſaxa aſpiora) Amplius, fuſiusq; tota res claritati admouenda eſt, nubilo difficultatis excuſſo. Eo quidem procliuius, quod multis, ut dicitur, mutuas trademus operas. Nam & perobſcurē pro Magia Oratione ſecunda Apuleius, Si triginta inquit, annos pro decem dixiſſes, poſſes uideri pro computationis geſtu erraſſe, quos circulare debueris, digytos aperuiſſe. Plinius quoque Auctor eſt, Ianum a Numa Rege dicatum digytis, ita figuratis ſtetiſſe, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum nota per ſignificationem Anni, temporis, & Aeui ſe Deum indicet. Super quo interim adnotatu non indigna ſunt, quæ a Græcis in hunc uſum deriuauimus. Quippe Ianuarium eſſe inquiunt quadriformem Statuam propter conuerſiones quatuor, quas φοπὰς uocant. Sed alios eum ita effingere, ut dextra clauem teneat, ut temporis principium, & anni recluſorem, & patulcium, Atque cuſtodem, aut Scutum. Alios uero in dextra. τ. habentem. In Siniſtra uero ξ. quia non alius ſit, quàm annus. Ex quo Longinus, quaſi æonarium interpretari conabatur Ianuarium. Illa uero nota. τ. trecentos ſignat. ξ. uero ſexaginta. At. ε. quinque. Obſeruanda & quæ ſcribit Hieronymus, Qui triginta inquit, digytorum coniunctione molli, Sexaginta uero ſuperiore digyto depreſſo ſignari. Porro centeſimum numerum de ſiniſtra tranſferri ad dextram, & iiſdem quidem digytis, Sed non eadem manu, quibus in læua, ſignificari. Proinde Nicarchus facete in Vetulam nimio plus uiuacem, quæ annis etiam Ceruos tranſcenderet, ita ludit, ut iterum iam ſiniſtra computare annos ſcribat.

ἡ φάος ἀθρησας ἐλάφου πλέον, ἢ χερὶ λαῷ
γῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη.

In Apologetico item Florens Septimius, Multis inquit, inſtrumentis cum dygitorum ſupputatoriis geſticulis affidendum eſt. Scribunt Euãgelicæ paginę Interpretes Matthei XIII. Triginta referri ad nuptias. Sexaginta ad Viduas. Centum, qui numerus iam eſt in dextra, ad Virginitatem. Sedenim quo planius, cumulatius'ue percipi ipſa hæc per Digytos computatio queat, ad uerbum ſubiiciemus, quæ doctiſſimus Chriſtianæ ueritatis cultor, literis Beda mandauit.

¶ Quo Digytorum geſtu Veteres ſupputarint. Caput XLIIII.

c Vm inquit, unum dicis, minimum in læua Digytum inflectens in medium palmæ arctum figes. Cum autem duo, ſecundum a' minimo flexum ibidem impones. Cum tria, tertium ſimiliter inflectes. Cum dicis quatuor, itidem minimum leuabis. Cum dicis quinque, ſecundum a' minimo ſimiliter eriges. Cum ſex, tertium nihilominus eleuabis, medio duntaxat ſolo, Qui Medicus appellatur, in medium palmæ fixo. Cum ſeptem dicis, Minimum ſolum ſupra palmæ radicem, cæteris interim leuatis, impones. Iuxta quem cum dicis octo, Medium. Cum nouem, Impudicum eregione compones. Cum decem enuntias, unguem indicis in medio figes arctu pollicis. Cum uiginti, ſummitatem impudici inter nodos Indicis, & Pollicis arcte figes. Cum dicis Triginta, Vngues Indicis, & Pollicis blando coniunges amplexu. Cum dicis quadraginta, interiora Pollicis lateri, uel dorſo Indicis ſuperduces, ambobus duntaxat erectis. Cum quinquaginta pronuntias, Pollicem exteriore arctu inſtar Græcę literæ gamma curuatum ad palmam inclinabis. Cum ſexaginta, Pollicem, ut ſupra, curuatum, indice circunflexo, diligenter a' fronte præcinges. Cum dicis ſeptuaginta, Indicem, ut ſupra, circunflexum, Pollice in longum extenſo implebis, ungue illius duntaxat erecto trans medium arctum Indicis. Cum octoginta, Indicem, ut ſupra, circũflexum, Pollice in longum tenſo, implebis, ungue uidelicet illius in medium Indicis arctum fixo. Cum dicis nonaginta, Indicis inflexi unguem radici Pollicis erecti infiges. Et hos quidem numeros læuæ geſtu ita enuntiari, idem Auctor colligit. Deinceps conuerſus ad dextram, Cum inquit, Centum ſignificas, eodem utaris modo, quo in læua decem monſtrabas. Ducenta in dextra, quo modo in læua uiginti. Eadem ratione & cætera uſque ad nonaginta. Item mille in dextra, quo modo unum in læua. Duo millia in dextra, quo modo duo in læua, & reliqua uſque ad nouem millia. Porro decem millia cum dicis, læuam in medio pectoris ſupinam appones, digytis tantum ad Cælum erectis. Cum uiginti millia dicis, eandem pectori expanſam late ſuperpones. Triginta millia cum dicis, eadem prona, Sed erecta, Pollicem Carthilagini medii pectoris immittes. Quadraginta millia cum dicis eandem in umbilico erectam ſupinabis. Quinquaginta millia cum dicis, eiuſdem pronæ, ſed erectæ pollicem umbilico impones. Sexaginta millia cum dicis, eadem prona femur læuum deſuper comprehendes. Septuaginta millia cum dicis, eandem ſupinam femori ſupimpones. Octoginta uero millia, eandem pronam femori ſuperimpones. Nonaginta item millia, eadem lumbos comprehendes, pollice uerſo ad inguina. At uero Centum millia. Ducenta millia, & deinceps uſque ad nongenta millia eodem, quo diximus, ordine, in dextra corporis parte complebis. Decies autem Centena millia cum dicimus, ambabus inuicem conſertis manibus, digytos implicabimus.

¶ Quintiliani, & M. Tullii auctoritates prædictis accommodantur. Et Iuuenalis quoq. In digytos mittere quid. Item in digyto mori. Caput XLV.

h Aec de ratione Canonica ſupputandi hac parte, ubi ſe maxime ingeſſit occaſio, pertractare collibuit, Tum ut Vetus ratiocinii mos in ea re notior fieret, uel Circunforaneis, & pullato circulo. Tum uero ut enucleatius multa, & doctius perciperentur, Quæ maximi Auctores, uelut aliud agentes attigere. Quale

gere. Quale eſt Fabii illud ex Oratoriarum inſtitutionum libro primo. Si Actor inquit, non dico, ſi circa ſummas trepidat. Sed ſi Digytorum ſolum incerto, aut indecoro geſtu a' Computatione diſſentit, iudicatur indoctus, Vt uulgatum Iuuenalis illud præteream,

Atque ſuos iam dextra computat annos.

Ex hac porro' ratione illud eſt, quod ſæpe legimus, In Digytos mittere, pro eo, quod eſt, ac curate ſupputare. Hinc & illud in Epiſtolis ad Atticum ex libro quinto, Præſertim cum Senatusconſultum modo factum ſit, ut puto, poſtquam tu es profectus, in Creditorum cauſa, ut Centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur. Hoc quid interſit, Si tuos Digytos noui, certe habes ſubductum. Verum & illud non reticuiſſe, Candidi opinor, fuerit Animi, etiamſi uidebor Pleriſq; Deſultorius in Quadrigarum curriculũ incurrere, uti eſt apud M. Tullium. Veruntamen quod nil obeſt, concoxiſſe perfacile fuerit, Aut tranſiluiſſe, Sicui minus arrideat, quando nulla hic Echinorum aſperitas. In Digyto mori, nil omnino ad computandi Canones facere, Sed de Animalibus intelligendum id, quorum genitalia, uel corporis partes aliæ opportunæ, digytis ueneno litis contactæ mortem inferunt. Cicero pro Scauro, libertus Patronum nõ occidit, Sed duobus digytulis gulam obliuit. Plinius, Sed antiquorum curam, diligentiam'q; quis poſſit ſatis uenerari? Cum conſtet, omnium uenenorum ocyſſimum eſſe Aconitum, & tactis quoque genitalibus fœminini ſexus Animalium, eodem die inferre mortem. Hoc fuit uenenum, quo interemptas dormiẽtes Vxores a' Calphurnio Beſtia, M. Cæcilius accuſator obiecit. Hinc illa atrox peroratio eius, In digyto eas mortuas.

¶ Aegyptium Iudicem Sanctum intelligi. Iuſtitiæ laus. Stachane quid. Ageſilai, Philippi, Antigoni exempla. Caput XLVI.

a Egyptium Iudicem ſiquis Adagionis Schemate integrum intellexerit, Sanctum, nihil præmio, nihil metu a' Iuſtitiæ ſemita digredientem, & plane' eum, quẽ uocant Græci ἀδέκαστον, Qui gratiæ nihil prorſum tribuit, Eſt'q;, ut ab exceſſu non temperem, Iuſtitia ipſa iuſtior, & uel Stachane æquior. Eſt autem Doribus eo uocabulo Trutina, Cuiuſmodi haud ita multos comperias, Quando hæc rara auis eſt, Non aberrabit utique is a' uero multum. Suggerũt quippe nobis Veterum monumenta, Aegyptiis Regibus ex præſcripto Legis antiquæ moris fuiſſe, Iudices mox futuros Iureiurando adigere, Ne ſi Rex quidem iniuſti quippiam iniunxiſſet, a' Virtutis medio declinaturos, nec lineam omnino, quod dicitur, moturos. Quæ res omnium cenſetur excellentiſſima, quando neque Heſperus, neque Lucifer ita nitet, ſicuti Iuſtus Vir, ut dixit Euripides. Nam & Theognis Iuſtitiam continere Virtutes omnes comprobat. Sed & Magnus Ageſilaus, cum Aſiaticos animaduerteret, Perſarum Regem ex aſſuetudine magnum nuncupare, Quonam inquit is, maior me eſt. Ἐμοῦ δικαιότερος, καὶ σωφρονέστερος, ideſt ni iuſtior eſt, ac temperatior. Idem interrogatus, Fortitudo'ne præſtaret, an Iuſtitia Fortitudine inquit, nil opus foret, Si iuſte ageremus omnes. Proinde etiam Plato, in omni ſermone ſuo de Repub. propoſito infundendum animis Iuſtitiæ amorem aduertit, ſine qua non ſolum Reſp. Sed ne exiguus quidem Hominum cœtus, nec domus parua conſtabit. Ire uero ad Iudicem, inquit Ariſtoteles, eſt ire ad ipſum ius. ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον ἔμψυχον δίκαιον, Quod eſt, Iudex eſſe debet, uelut animatum ius. Hoc eſt Sanctus, inadulabilis, inexorabilis, erectus, terrificus. Et in Legibus Cicero Magiſtratum eſſe ſcribit, Legem loquentem, Legem uero mutum magiſtratum. Illud utique parte hac eximie admirandum, Non fere' quẽquam eſſe, moribus tam efferatis, tam'q; omnino barbaris, qui in eà re præcellere, non exiſtimet longe pulcherrimum, & uel Biante Prienenſi iudicare præſtantius. Suppetunt in hoc exempla plurima. Nobis cum delectu ſeruandus eſt modus. Machætas cauſam agebat apud Philippum. Intendebat is minus eis, quæ dicerentur. Dormitabat'q; interim. Mox aduerſus Machætam pronuntiauit. At ille uociferans, & rei indignitate intonãs altius, Prouoco inquit. Tum Philippus iam uigilantior, Sed & commotior, & ore ſerio, Ad quem obſecro te? Et Machætas ad te inquit, Sed uigilantem, intendentem'q;. At is excitatior etiamnum, & ad ſe amplius rediens, cum audiſſet, iniuria affectum Machætam, Non reſcidit quidem iudicium, Sed iniunctam ipſe

exoluit mulctam. Idem, cum deprecaretur Harpalus, ut Crateta familiarem, ac Gentilem suum, Qui iniuriarum esset postulatus, iudicio liberaret, Atque ita, ne tamen illi remitteretur mulcta, Eum inquit Philippo, rectius est, quam nos ob ipsum, male audire. Antigoni quoq; illud memorabile. Nam asserente quodam, esse Regibus honesta omnia, & iusta. Per Iouem inquit, Sed Barbaris. Nobis uero ea modo honesta, quæ honesta, & Iusta, quæ iusta. Sed Græce ita. ναὶ μὰ Δία ἔφην, τοῖς τῶν βαρβάρων· ἡμῖν δὲ μόνα καλὰ, τὰ καλὰ, καὶ μόνα δίκαια τὰ δίκαια. Aristidem dicere solitum accepimus, cum ex eo quæreretur, Τί ἐστι τὸ δίκαιον, quid est iustum, τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν τῶν ἀλλοτρίων, idest aliena non appetere.

¶ Iustitiæ astruitur excellentia, & difficultas. Cur Iustitia bonum dicatur alienum. Et cur alicubi dicat Arist. Iustitiam esse quiddam exiguum. Caput XLVII.

a Tqui non præclarissima tantum in numero, serieq; Virtutum Iustitia est, Sed insuper & cognitu difficillima. Nec utique citra rationem in ordine postrema cẽsetur. Nam cum dicatur multipliciter, & sit aliquo modo tota Virtus, & quasi aggregatum quiddam ex uirtutibus cũctis, quæ a moribus appellationem ducunt. Merito consentaneum uidetur, ad scientiam eius percipiendam nosse prius Virtutes alias. Hanc uero legitimam statuunt Iustitiam, perfectamq; (De ea, quæ in actione uersatur, loquor) Nã Cõtemplatiua longe præcellit. Illa utiq; Virtus perfecta imprimis censenda est, qua Vti Vir bonus potest, non in se modo, Sed & in alium. Equidem Virtus habẽtem, perficit. Quod si insuper Virtute eiusmodi, & in alios uti queat, gradum certe pfectionis non paruæ sibi uendicabit Virtus ea. Accedit enim illi, quod summe arduum censetur, Recte in alios agere. Lõge siquidem sua facilius dispensat unusq;q; quam aliena. Proinde arridet plerisq; oĩbus Biãtis apophthegma, Seu, ut Sophocli placuit, Solonis, Magistratus Vim ostẽdit, uel, ut Græce dicã, ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Nã est Magistatus administratio quædam ad alium, idest ad cõmune bonum in Societate ciuili. Hinc & Iustitiam dici audies alienum bonum, Quoniam boni ratio alterius, & humanæ, Ciuilisq; Societatis bonum respicit, in idq; tanquam in Scopum collimat. Vnde & M. Tullius in ea Virtutis splendorem esse maximum scribit, Ex qua & uiri boni nominent. Cuius merito Iureconsultos Sacerdotes dixeris, Iustitiam nanq; colunt. Boni & æqui notitiam profitentur, Veram utiq; affectantes philosophiam. Si modo hæc non præstent Verborum tenus, factis procul. Est illa quoq; Iustitiæ laus.

Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀρείων.

Hanc Plato nunc Iustitiam nominat, nunc uniuersæ Virtutis nuncupatione complectitur. Sed & Fidelitatis insignem uocabulo facit. Verum ubi, ei a quo possidet, utilis est, Benevolentia quoque dicitur. At cum foras spectat, estq; Speculatrix fida alieni emolumenti, Tum uero Iustitiæ nanciscitur nomen plausibile. Præterea Seneca, Me iustum gratis esse oportet. Tota cogitatio priuatis commodis, quamlõgissime aduersa sit. Immo uero sæpe Iustus esse debebit cum infamia, dum clauum rectum teneat. Tunc q;, si sapimus, mala opinio bene parta delectet. Necessarium uero inquit primo Rhetorico Aristoteles, Virtutum eas censeri maximas, quæ quamplurimis sint emolumento, ac eo quidem magis, si est Virtus δυνάμεις εὐεργετικὴ, idest benefica facultas. Proinde Iustos, fortesq; præcipuis prosequuntur honoribus. Quando in pace quidem Vna, In bello Altera multum afferre adiumenti & solet, ac potest. At enim alicubi apud Aristotelem, & quidem libro eodem, Inuenias dici quandoq; minutum quippiam esse Iustitiam. Sed ad Vulgare Apophthegma id uero relationem habet, quando iactatur passim, Momenti esse non magni, probum esse quempiam, Ni etiam eiusmodi censeatur. Propterea plausibilior Aeschyli sententia,

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,

idest nõ uideri quidem, Sed esse optimus, allaborat. Ad eandẽ fere sententiã Et pro Plancio M. Tullius, Equidem primum, ut honore dignus essem maxime, semper laboraui, Secundo, ut existimarer, Tertium mihi fuit illud, quod Plerisque primum est, Honos. Ex iis illud plane consequitur, ut ad institutum redeam, nec de Calcaria, quod aiũt, in Carbonariam demigrem,

migrem, Nimirum esse deterrimum. Qui ad se ipsum, & ad alios utitur prauitate. Sed Hesiodicum illud notissimum,

κακοῦ κέρδεα ἴσα ἄτῃσιν, ideſt Lucra mala damnis censeri æquipollentia.

¶ Iustitiæ legitimæ finitio. De Iustitia particulari, de'q; eius partibus, Distributiua, & Commutatiua, siue Correctiua. Vnde dicatur Dicæum, & Dicastes. Nec non Medium siue μέσον Dice, ideſt Iustitia cur Iouis filia. Qui dicantur Chirodicæ.

Caput XLVIII.

Vstitia uero hæc legitima, & Vniuerso Virtutis nomine insignis, Sicuti nos Peripatetica instruit disciplina, sic ferme' finiri consueuit. Habitus electionis compos in iis, circa quæ plurimum obuersatur Vir bonus ad Legum firmissimam custodiam, publici boni ergo. Verum haud omnino ignorandũ, præter Iustitiam hanc Vniuersam, esse & peculiarem quandam, Quæ Virtutis censeatur pars. Quam dicit Philosophus κατὰ μέρος δικαιοσύνην. Sicuti est Iniustitia aliqua, ut totius Vitiositatis pars (ut interim hoc cum Cicerone utamur uocabulo) Versatur autem hæc in plus appetendi libidine. Porro' Iustitia quidem uniuersa, & hæc, quæ particularis dicitur, Sunt utique ad alium, Sed non eodem modo. Est enim legitima ad alium, ideſt ad Rempub. Particularis uero ad alium, ideſt ad hũc, uel illum particularem Hominem. Eius uero definitio talis erit, Iustitia particularis, cum sit etiam Virtus ad aliũ, Est habitus cũ Electiõe in præfinitis rebus, Cuius sunt modi, Honores Pecunię, id genus alia externa bona, tribuens cuiq;, quod suũ est. Iniustitia uero tota, cum sit uitium ad alium, est Electionis habitus transgrediẽdi Leges detrimenti communis, & sui commodi gratia. Iniustitia uero particularis est Electiõis habitus circa præscriptam materiam, sumens, quod suum non est. Cæterum Iustitiæ particularis, & Iusti illius, quod secundum eam est, Vna traditur Species, quæ Distributiua nuncupatur, agit'q; in honoris distributione, uel pecuniarum, & eiusmodi, quæ inter eos diuidi possint, Qui in ciuili uersantur societate. Altera species Commutatiua nuncupata, siue Correctiua morum, & commertiorum, a' Philosopho διορθωτικὴ uocatur. Verum & hæc bifariam distribuitur, τῶν γὰρ συναλλαγμάτων τὰ μὲν ἑκούσια, τὰ δὲ ἀκούσια, ideſt Commertiorum alia sunt uoluntaria, Alia Inuoluntaria. Voluntaria, uelut Emptio, Venditio, Mutuum, Fideiussio, Commodatum, Depositum, Locatio, & huiusmodi. Nũcupantur uero Voluntaria, quia principium eorum uoluntarium est. Inuoluntariorum autem alia Clandestina sunt, hoc est λαθραῖα, ut Furtum, Incestus, Veneficium, Dolus, Fraus, Dolosa necatio, Falsum testimonium. Alia Violenta, ut Verberatio, Nexus, Mors, Rapina Orbatio, Conuitium, Cotumelia. Iustum distributiuum est medium aliqua rationum similitudine, Habet enim Personarum rationem. Iustum uero Correctiuum in Arithmetica consistit proportione, quoniam personas non perpendit, Sed ipsam modo rei inæqualitatem, qua res rem excedit alteram, ac ad æqualitatem nititur reuocare. Nil enim refert, Bonus ne malum expilarit, an contra. Sed damni interstitium spectat modo Lex, ac ut æquis utitur, Iniustum'q;, quod & iniquum, æquare conatur. Nam inter hæc medium est Aequum, quod iustum dicimus. Medium inquam inter damnum, & lucrum. Proinde ubi controuersa res est, ad Iudicem itur, ideſt ad animatũ Ius, ut significatum prius est. Ac ad medium. Ex quo & μεσῳδίκουν uocant nonnulli, ideſt Mediatorem, ut sic interpretemur, ueluti iustũ assecuturi, si mediũ assequant'. Quin & medium ipsum ex etymi forma dici creditur, παρὰ τὸ τὰ μέρη ἴσα ἔχειν, q'd eius partes æquales sint. Vnde & Mesites nuncupet' ὁ μεσάζων, qui mediator est. Iustum quoq; ipsum propterea δίκαιον uocatur, quia δίχα ἐστὶν, ideſt duatim, ut sic dicam, & diuisim fiat. Tanquã dicamus δίχαιον, hoc est bifariam diuisum, uel diuidens. Eadem ratiõe & Iudex ipse Dicastes, quasi Dichastes a' diuisione nuncupat'. Veluti totum aliquod diuidat in partes æquales. Grãmatici quoq; δίκαιον, uerbi uim aliquo modo intuiti ex notatione, Seu Etymologia, quam in Topicis Cicero Veriloquiũ posse trãsferri, putat, (Nã idipsum Græci uocabuli interpretamentũ innuit plane', Meminit & primo Oratoriæ institutionũ Fabi⁹) arbitrant' dici παρὰ τὸ δύο ἔχειν, quoniã Dice, hoc est Iustitia partes secernat duas, Quam ut obiter, &

quod Græci dicunt, παρὰ μέλος aliquid inferamus, Virginem credi, ſcribit Proclus, quoniam dicaſticum genus eſſe deceat καθαρὸν, ideſt integrum, purumq́. Cuius ſit Virginitas ſymbolum. Dici porro' & Iouis filiam, quia Nomothetes ſit κοσμικὸς, ueluti Princeps, Imperatorq́ uniuerſorum. Heſiodus,

Ἡ δ' ἅτε παρθένος ἐστὶ δίκη, διὸς ἐκγεγαυῖα,

Ideſt Virgo Iuſtitia eſt, prognata Ioue. Sed & illud ſubnotaſſe, nil obfuerit, quando in Heſiodum incidimus, Qui Chirodicas eleganter eos nuncupat, eodem Proclo interprete, qui τῇ δυνάμει τὸ δίκαιον, τῇ διὰ τῶν χειρῶν ὁρίζουσι. Ideſt manuum ui iuſtum finiunt, metiuntur'q́, uiolentia adhibita. Carmen Heſiodi de ferreæ ætatis hominibus ſubieci,

Χειροδίκαι, ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.

¶ Repaſſum Pythagoricum deſtruitur. Gratiarum in Vrbibus templa quam habeant rationem. De Numi uſu, Et nota. Permutandi Conſuetudo apud Veteres. Cap. XLIX.

Idetur autem quibuſdam τὸ ἀντιπεπονθὸς, hoc eſt, repaſſum, ſiue contra paſſionem, uel, ut latinius loquar, Talionem eſſe ſimpliciter, Vt Iuſtum, Sicuti aſtruunt Pythagorici. Volunt'q́ & τὸ ῥαδαμάνθυος δίκαιον, ideſt Rhadamanthyos iuſtum innuere hoc ipſum. Si patitur, quæ fecit, ac eodem, quod dicitur, poculo bibit, Thermerii quadam ſupplicii imagine, Iuſtum eſt Iudicium. At diſſona hæc Varie comperiuntur, quod Philoſophus comprobat. Nam ſi in magiſtratu cõſtitutus plagam intulerit, referire haudquaquam liceat. Quod ſi Magiſtratum quis pugno oblæſerit, non uiciſſim percuti modo debet, Sed inſuper & ſupplicio affici. Porro' quod in commutando ſecundum ſimilitudinem rationis, & non iuxta æqualitatem, continet, ſeruat'q́ Ciuitatem, Eſt Iuſtum correctiuum Commertiorum. Id ipſum & Talio meditatur, quippe quæ Iuſtum ſit, emendationis compos. At Iuſtum ſimpliciter non utique, ueluti aſſertio monſtrat Pythagorica, nec ſecundum æqualitatem, Vt oculum pro Oculo, & manum pro manu, Sed eo modo, quo præſtruximus. Siquidem ſeruatur Ciuitas, cum retribuitur, rependitur'q́ ex rationis ſimilitudine. Vt ſiquis quem malo affecerit, Idem ex rationis libra a' Lege referat. Quod ſi bonum, itidem bonum, & gratiam. Proinde moris fuiſſe antiqui nouimus, Vt in Vrbibus gratiarum ſubſtruerentur templa. In Iuſtitia denique commutatiua ſemper quidem rei æqualitatem ad rem adeſſe oportet. Verum actionis, paſſionis'ue haudquaquam, Quod inferre Talio uidetur Pythagorica. In permutationibus uero præſto' eſt communis menſura, ex hominum nata inſtitutis, non naturæ ui. Hæc autem Numus eſt, qui rebus menſuram infert, ac æſtimationem. Eſt'q́ medius quodammodo, πάντα γὰρ μετρᾶ, ideſt cuncta metitur. Ac rerum pretia inæqualium ea menſura ad æqualitatẽ reuocantur. Quia uero ex Lege eſt, non natura, proinde Numi prorepſit appellatio a' Nomo, ideſt lege. Eſt'q́, ut Ariſtoteles inquit, δίον ἐγγυητὴς, tanquam Fideiuſſor. Ante cuius inuentionem rerum fiebat permutatio, & res metiebatur indigentia. Id uero Troianis temporibus factitatum, Homero credi conuenit, quãquam & ipſe miratus aurum æſtimationes rerum ita fecit, Vt centum Boum arma aurea permutaſſe Glaucum ſcribat, cum Diomedis armis nouem Boum. Ex ea porro' conſuetudine Mulcta Legum antiquarum pecore conſtabat etiam Romæ. Luſitanos præterea quoſdam eo eſſe uſos more, Strabo auctor eſt, atque item Albanos. Scribunt ex Græcis nonnulli, Quadrupedibus maxime permutationes conſtitiſſe, qua item ſit effectum ratione, ut mox inuento Numo pecudis imprimeretur nota, Sed Bouis maxime. Refert Politicorum primo Ariſtoteles, Commutationem initio cœpiſſe ex eo, quòd eſt ſecundum naturam, quod alii plura, quàm neceſſe ſit, Pauciora haberent alii. Quoad uero ipſis ſufficeret, neceſſarium erat, permutationis inire rationem. Sicut inquit, adhuc faciunt Barbarorum nationes multæ, alia pro aliis dantes, recipientes'q́. Eſt autem hoc genus indigentiæ ſupplementum ex naturæ præſcripto, ad patrimonium auctius faciendum nihil admodum ſpectans.

¶ De Iuſtitia interna, & Iniuſtitia. An ſibi quis iniuriam faciat. Ac ſit'ne ad ſeipſum Iniuſtitia. Plato, Ariſtoteles'q́ pugnare uidentur. Caput L.

Cum uero

Vm uero inter potentias Animæ, Alteri proprium ſit Ius imperare, præſidere'q; inferiori potentiæ, Quæ illi, ſi recte agas, & ſecundum hominem uiuas, deſeruit, Putabat Plato, ubi iſta contingant, ut ueluti in arce conſtituta Ratio titillantem retũdat appetitum, ne fiat animal hoc Typhone multiplicius, Iuſtitiam oriri, Quoniam Vis utraque habeat, quod ſuum ipſius eſt. e

Contraria uero ſi fiant, ut ſæpe, Et appetitus deiectam, excuſſam'q; gradu rationem imperitantem obſternat, obculcet'q;. Iniuſtitiam tum uero naſci, arbitrabatur, & inæqualitatem potentiæ ad potentiam. Cum ſit illa concordia quædam, Conſonantia'q; concentuum omnium ſuauiſſima, potentiæ ad potentiam, Et perfectiõis ad perfectionem. Proinde Vir Sapientiſſimus ſic colligebat, non modo fieri poſſe, ut ſibi quis iniuriam faceret, Sed nullas quinimmo iniurias, niſi a' ſe ipſo fieri. Quod ipſum Dialogo proprio comprobaſſe Chryſoſtomus animaduertitur, Neminem aſtruendo, niſi a' ſeipſo Lædi. Platonis uero illud frequens eſt, Nemo iniuriam patitur. Omnes iniuriam agunt, Nam ſi fiat iniuſti quippiam ab aliquo, tunc Is, cui infertur, non patitur iniuriam, Sed ille inferens ſibi ipſi aſciſcit iniuriam. Siquis enim fortunis exuitur, non patitur iniuriam ille quidem, quid enim erat, quod ſuum diceret? In Animalibus utique bonis ſentiri iniuria poteſt. Sed hæc, niſi a' ſeipſo fieri nequit. Quod ſi eſt, nemo prorſus iniuriam ab alio patitur. Facere tamen poſſunt omnes, ſeipſos oblædendo. Nec aliam Plato iniuriam intellexit, quam qua rationi aufertur, quod ſuum erat, ideſt Imperium, quod Appetitui contribuitur, Cuius alioqui fuerat obſequi, Vt factus aliquo modo rationis particeps, ſuam conſequatur perfectionem. Quiſquis uero turpia perſequitur, Animæ candorem obnubilando, Is nimirum ſibi ipſi, Platonica ratione, iniuriam inſigniter infert. Cæterum Ariſtoteles multis aſtruere conatus eſt, Neminem ſibi iniuriam facere. In quibus Platonis uidetur placita refellere. Sed ipſe de Ciuili differit Iuſtitia, Quæ plane' ad alterum eſt Virtus. Sed internam Iuſtitiam profundius, quam uideatur nonnullis, intelligebat Plato, Quæ cauſa externæ item eſt. Quod forte nec inficiabitur Ariſtoteles, Quoniam ab eo proditum ſcimus, Amicitiam ſui adſeipſum uideri eſſe cauſam Amicitiæ, quæ eſt ad alterum. Quamobrem Platonicam ſententiam plauſibiliter, ut præclaram, & plane' diuinam, excipiendam omnibus, cenſeo.

¶ Quibus Iuſti cognomẽ ſit adoptatum. Inibi Ariſtidis hiſtoria. Propertius explicatur, De Helcis, & Pedaliis Indis. Laudum Iuſtitiæ epilogus. Silentium in Iudicio quid. Plauti locus explicatur ex Amphitryone. Caput LI.

B hac uero præcelſa Animi Virtute, Vt Iudææ gentis Pontificem, Oniæ filium Simonem præteream, Cui diuini cult⁹ ſolicitior cura, & in Ciues paratior clementia Iuſti cognomentum aſciuit. Athenienſem legimus Ariſtidem paſſim δίκαιον ſolitum dici. Ceu plane' cunctos eo inſigni antecelleret, Quando & ſolitudine plurimum oblectaretur, Societates'q;, quantum poſſet, declinaret, Quod diceret, Amicorum potentiam perſæpe ad iniuriam hortari. Id uero cognomentum a' nullo Regum, Vel Tyrannorum quandoq; uſurpatum, adoptatum'q; nouim⁹. Sed Vrbium dici expugnatores, Fulmina, Aquilas, Accipitres, id genus alia plura ingenti applauſu concupiſſe, animaduertimus. Memorabile uero, quod ei Viro uſuueniſſe, compertum nobis eſt. Cum illum Athenienſes, apud quos puniebatur Virtus, teſtularum exilio, quod Oſtraciſmum uocant, Mulctare deſtinaſſent, adiit eum homo quidam ἀγράμματος, καὶ ἄγροικος, hoc eſt illiteratus, & agreſtis, qui teſtulam teneret, iubebat'q; Ariſtidis nomen inſcribi. Rogauit is, Ecquid Ariſtidem noſſet? negauit ille, addidit'q;, nil ſibi aliud in eo uiro, quam Iuſti cognomen eſſe moleſtum. Tacitus Ariſtides ſcripſit, quod rogabatur, & hominem dimiſit. Hic eſt Ariſtides, cui tantum tribuit Plato, Vt præ cæteris, Qui clariſſimi Athenis floruere, ſolum eum exiſtimatione, ac laude, præter'q; admiratione dignum, cenſuerit. Apollo quoque Dicæus eſt quandoq; dictus, ideſt Iuſtus. Quoniam cum Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiẽte ſinu eius conditum, cælatum diu, ac ſeruatum ſit, Sicuti meminit Plinius. Sed & Menander Comicus Poeta δίκαιον χώριον, ideſt iuſtam terram denominat, quæ tantundem reddit, quantum accepit, a

Sed & eo amplius. Ad quam doctrinam respexisse Propertium arbitror.

Quarum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma,
Gratior, & tellus hoc ita iusta sinat.

Sed & Equam Pharsaliam iustæ cognomẽto insignem legimus, quod admissario similem fœtum ederet. Naturæ siquidem ratiõe aliæ sibi. Alię marito similes generant. Heleos uero ut parum Iustitiæ affectatores incessuit Lacedæmoniorum Rex Agis. Nam, cum plerique laudibus eos extollerent, quod Olympicos ludos ampliter cõcelebrarent, Quid inquit, mirum faciunt, Si annorum quatuor curriculo die uno Iustitia utuntur? Cum'q; illi pergerent laudãdo etiamnum, Ὦ inquit, θαυμαστὸν, ἐπράγματα καλῷ καλῶς χρῶνται δικαιοσύνῃ. quid mirandum, Si pulchra re Iustitia utantur pulchre? At ex Indis Qui Pedalii uocantur, nil fere in sacrificiis aliud a Diis immortalibus exposcebãt, quàm Iustitiam, arbitrati, Omnium plane compotes se futuros, si eam modo unam forent consecuti. Quæ si animo inseritur, Sapientiæ nomen uendicat. Si in corporibus sese promat, prosperior dicitur Valetudo. Si e domibus Caput proferat, Concordiam uocant. Si in Ciuitate celebretur, Pacis tranquillo excolitur nomine. Si enitescat in Mundo, Prouidentia nuncupatur. Adiiciamus illud deniq; Silentium in Causis, Iudiciisq; intelligi, cum nulla prorsum promit se coniectura Veritatis dispiciendæ, unde ferri possit Sententia. Id Quod indicat Plautinũ illud ex Amphitryone, Iacent Rationes, Silet Iudicium, quid dicam, nescio.

Allusum autem uideri potest ad Ampliationis morem, cum in tempus aliud diffinditur Iudicium, Super qua re plura Pædianus. Cæterum de re perillustri nimis longum loquimur, ad alia igitur demigrandum.

IRam in puniendo præcipue reprimendam. Cotys Thracum Regis exemplum. Nec non Augusti. Iræ fœda fugillatio. Microlypus qui sit, & Crypsicholus. Crypsinus.

Caput LII.

IRam semper quidem, sed in puniendo præsertim esse cauendam, a maximis pronuntiatum Auctoribus est. Neq; enim Ira concitatus ad sumendum supplicium pergens, medium seruare poterit, quod in nimii, parui'q; est meditullio cõstitutum. Et a Peripateticis est summopere comprobatum. Illud uero egregium prorsus, Si, Qui Reip. gubernacula moderantur, legum se maxime similes esse uelint. Hæ nanq; ad puniendum non iracũdia, Sed æquitate ducunt. Id cum naturæ profluẽtioris benignitate quadam (Nam doctrina id obtigisse, ne suspicandum quidem est) Optime teneret Cotys, Thracum, opinor, Rex, quod esset natura prærapidus, ac ad Iram efferuentior, ad ultionem proinde etiam præceps, præcipue'q; Imperiosus, & immitis in Seruorũ delictis, Cum pretiosiora essent ab Hospite dono ei oblata Figlina, cælato opere, tornatiliq; ratione conspicua, Sed tamen prætenuia, fractionis'q; iniuriæ peropportuua, Offerenti quidem gratum se præbuit, ampliter illum muneribus afficiendo. Cæterum mox uasa contriuit omnia, facti protinus ex fide ratione reddita. Quod uereretur, ne per incuriam ministros peccantes ea in re sæuius, amarius'q; uerberibus conciderent. Propterea exemplo nobili, Adagionis comminisci figuram possumus, Vt Cotys Figlina identidem præferuidis intendamus, insusurremus'q; quos uelimus commonitos, prorumpentem indignationis ardorem ex nimio Irarum æstu reprimendum prudẽtiæ quodã, ut interim sic dicam, sufflamine, uel cum dispendio. Causis'q; præcipue, ac ueluti fomitibus occursandum, quibus tacite stomachari contingit, ac labris dẽtes impingere. Quod ipsum insinuauit egregie Augusti ingenium perspicax, cum apud Vedium Pollionẽ cœnaret. Cuius Seruorum unus ubi forte Crystallinum allisisset, ad ultimũ rapi supplicium Vedius perturbatior iusserat. Verum quod supplicium? bone Deus, Murenis iam iam erat obiiciẽdus, Quas in piscina depascebat capacissima. Nec luxuria fuit ista, Sæuitia erat. Euasit ad Cæsaris pedes dilapsus Puer, non quidem mortem deprecaturus, Sed mortis genus, hoc est, ne esca fieret. Miratus crudelitatis inusitatam speciem Cæsar, dimitti eu estigio Puerę, impauit. Et Vasa eius opis conteri uniuersa. Imprimis uero piscinã cõpleri, oblimari'q;. Huiusmodi autẽ Animũ obiter, minutulis sufferuefactũ rebus Microlypũ Græci uocãt, q frenũ mordeat nunq̃, & in fermẽto semp fere sit. Qui uero Irã dissimulat Crypsichol⁹ dr, Sicut, q mẽtẽ cælat doloſe,

lat doloſe, Crypſinus. Quid porro tumore feruido turpi? Quid ue minus ex rõnalis naturę dignitate ualeat uel dici, uel excogitari? Sed, ut agamus liberius paulo, Quid inſaniæ ſimilius? Irã qdem dixit Ennius, Inſaniæ initium. Quidam e Sapientibus, breuẽ inſaniã. Quippe Cato etiam Senior Iratum ab Inſano non alio diſtare, aſtruebat, quàm tempore. Color, Vox, Oculi, Spiritus, Impotentia dictorum, atq; factorum quam habent ſanitatis partem? An non id Plutarchi nouimus ex Sympoſiacis, Canes uehementiore aduerſum feras concepta Ira, quandoq; occæcari? Vt ſcias, inquit Seneca, Non eſſe ſanos, quos Ira poſſidet, Ipſum intuere habitum. Flagrant, emicant q; Oculi. Multus ore toto rubor eſt. Labia quatiuntur. Dentes comprimuntur. Surgunt Capilli. Stridet ſpiritus. Gemitus, mugitus q; ut parum explanatis uocibus. Sermo præruptus, & complosæ ſæpius manus, & pedibus pulſata humus. Fœda uiſu, & horrenda facies deprauantium ſe, atque intumeſcentium. Nam & Hippocrates morbos uideri grauiſſimos ſcribit, in quibus ſibi longe diſſimilis ægrotantis facies euadat. Quid turpitudo illa, quam non digna homine, quem ut Animalium principem ſuſpicimus, ueneramur q;? Quod dum contemni nos arbitramur, in omnes iræ faces intendimus, nec homines modo, ſed & Bruta. Sicuti is, de quo Plutarchus ſcribit, in libro πρὸς ὀργήσιλαον. Qui eum percuſſurus, a quo agebatur Aſinus, cum is ſubinde inclamaſſet, ἀθηναῖός εἰμι, Athenienſis ſum, efferueſcente amplius ira, fuſtibus aſellum adortus, identidem cum bile, & minis, ut Plautus inquit, Aeacidinis, uociferabatur, σὺ μὲν, οὐκ εἶ ἀθηναῖος. Tu quidem Athenienſis non es.

¶ Quæ pro Ira dicantur apud Plutarchum a Gryllo in Brutum deformato. Quæ rurſum aduerſum ea excogitari recte ualeant. Iræ medicamen optimum eſſe moram. Perturbationum uictorem poſſe Deum dici. Caput LIII.

i Ram tamen qui laudibus efferre conentur, nec deſunt, de Philoſophis loquor, In quorum quandoq; Scholis iactatum ſcimus, Quod eſt a Plutarcho item adnotatum, fortitudinis οἷον βαφὴν τὸν θυμὸν εἶναι, καὶ στόμωμα, ideſt Iram, furorem q; eſſe uelut tincturam, ac ſolidatiõem. Propterea feras in certaminibus incredibile robur promere, Quod hanc adhibeãt meratiorem, ſynceriorem q;. Nobis rationis frenum, uelut Vino aquam, promiſcentibus, ac proinde in diſcriminibus plerũq; ſtupere. Audias & illud, eſſe Iram τῆς ψυχῆς σύμφυτον ὅπλον, ideſt Animæ genuinum ſcutum. Et hæc quidem apud Plutarchum a Circe in Brutum Gryllus deformatus. At enim M. Tullius inquit, non deſyderat Fortitudo aduocatam Iracundiam. Satis eſt inſtructa, parata, armata q; per ſeſe. Nam iſto quidem modo licet dicere, Vtilem uinolentiam ad fortitudinem, Vtilem etiam dementiam. Quod & Inſani, & Ebrii multa faciunt uehementius. Illa quidem ex Rhetorum ſunt Pompa, Qui Indignationum impetus nunc Animorum appellant Ardores, nunc Virtutum Cotes. An nõ abſurdum plane, & a Vero diſſentaneum, Non poſſe fortem Virum, niſi ſtomachabundum Virtutis ſuæ opera promere? Gladiatorium forſan hoc fuerit. Atqui literarum, & omnis antiquitatis parens Homerus non quidem gladiatorie, Sed multa alacritate bellicis ſeſe diſcriminibus offerentem Aiacem inducit. Non arbitrari fortitudinem debemus, quæ rationis pomœrio circunſcribi ſe non patiatur. Niſi forte putes, quæ uehementer, acriter, animoſe fiant, Iracunde fieri. Nos tamen Iratos plerunque exiſſe de poteſtate pronuntiamus. Id ſi interpretari libeat, non ne de Conſilio dices, de ratione item, ac mente? An non ſuademus Iratis, colligant ſe? Id uero an cenſemus aliud, quàm palantes, dilapſas q; Animi Vires reuocare ad ſigna? Hinc ſcitum illud Charilai Lacedæmoniorum Regis, Cui cum ſe ingereret audacius, inſolentius q; ex Seruis unus, Quos Helotas uocant. νὴ τὼ σιὼ inquit κατέκτανον τοῦ, ἐμὴ ὀργιζόμαν. hoc eſt per Sios, ideſt Geminos interemiſſem te, ni iraſcerer. Huc ſpectat illud quoq; quod deferueſcentem nuncupamus Iram, cum reſidentem animi ardorem, Qui rationi obluctetur, ſignificare uolumus, Id ipſum uero dilatio comparat, & morula, quæ caliginem menti ſeſe obtendentem diſcutiat, aut rareſcere modo denſitatem cogat. Hinc Illud T. Liuii. Daret ſpatium Iræ. Hinc & Athenodori philoſophi documentum, quo, ut a Plutarcho accepimus, ita Cæſarem Auguſtum inſtruxit. Cum te Cæſar Ira

cœperit, Nil prius dicas, uel facias, quàm ipſa quatuor & uiginti elementa literarum Græcarum ipſe tecum percurreris, memoriaq; recenſueris. Vt ſic concitatio illa, quæ momento/ſa eſt, mente alio traducta, parui temporis interiectu emollita relangueſcat. Hoc ipſum & a Sex. Aurelio proditum, memini. Porro & tacitis uelut ambagibus obligati, ſubſtrictiq; ſecuribus Romanorum magiſtratuum faſces præmonebant, quod initio adſtruximus, lente ad irrogandam pœnam pergendum. Iræ denique fœditatem bracteata M. Tullii ſententia retegit in Epiſtola ad Fratrem didaſcalica, dum monet intentius, Iracundiæ obſiſtendum, cumq; ea maxime animum moueat, tum eſſe diligentiſſime linguam continendam. Quid, quod primo Canonis Auicenna Nutrices optat, Animi perturbationibus minimum obnoxias, præcipueq; iræ, timoris, triſtitiæ immunes, quando complexionem iſta corrumpant, indeq; uitiatum affundatur Infantibus lactis alioqui ſalutare alimentum. Bis uero, aut ter iram comprimenti palàm fit, id ipſum, quod Thebanis, euenire, Qui ſuperatis quandoq; Lacedæmoniis, qui ad id temporis inuicti credebantur, nunquam poſtea illis prælio ceſſere. Iræ autem ſolutio prima, tanquam Tyranni, eſt, Imperantem non audire. Sed & Vrbanius tumeſcenti inſuſurrandum, quod Infantibus Nutriculæ, ne fleas, & ſtatim capies, μὴ πρόδοκ, μὴ δὲ βόα. Ne feſtines, ne clames, & mox fient, quæ uis, & melius. Adde, quod Perturbationum Victorem poſſe immortalium Deorum numero aſciſci, de rerum natura libro quinto Lucretius eſt auctor.

Hæc igitur qui cuncta ſubegerit, ex Animoq;
Expulerit dictis, non armis, nonne decebit,
Hunc hominem diuum numero dignarier eſſe?

¶ Peripateticorum placita pro Ira. Lentitudo quid, & Lenti qui dicantur. Fortitudinis adulterinæ ſpecies. Autolecythi qui ſint. Fortitudo ſyncerior quæ dicatur. Cap. LIIII.

a Tqui rurſum Peripateticorum ſcientiſſimi Perturbationes, quas alii extirpandas putant, non modo eſſe naturales contendunt, Sed & utiliter a natura datas, rationibus colligunt. Iracundiam quoque laudibus efferunt plurimis, Et Cotem eſſe Fortitudinis aſtruũt, Nec ullam prorſus uim ineſſe huic Virtuti, ni Ira excãduerit. Vt uero ſciamus, habeatne generoſi in ſe aliquid Ira, Liberas uidebis Gentes, quæ iracundiſſimæ ſint, Vt Germanos, & Scythas. Oratorem denique non agentem modo, Sed & patrocinantem ſine Iracundiæ aculeis non ſatis uehementem arbitrantur. Adiiciunt quinimmo, ſi non adſit, uerbis tamen, ac concitatiore motu effingendum, Vt ardens Oratoris actio Ira inflammet Auditores. Virũ quoque eſſe negant, qui iraſci neſciat. Quamq; Lenitatẽ latinis dicere mos eſt, uitioſo Lentitudinis nomine appellant. Nam obiter eſt hæc latina uox, & erudita, Quod dum Epiſtolas ad Atticum profiteremur Patauii, abunde teſtati ſumus, magnis fulti auctoritatum tibicinibus, quibus in ſtudiis hiſce noſtratibus ſtare omnia uidentur. Etiamſi cuidam ex Veteranis, tum ſecus eſt uiſum, Qui riſu ſatis inurbano noſtram ſententiam in Scholis excepit. Velut more latine loqui tentantium in uenalibus, in uocis halucinatus proprietate forem. Cæterum alienæ parcamus famæ, Cuius diſpendio gloriam quærere, eſſe puſilli animi, & iacentis, opinamur. Sit is in Eruditorum albo, uel omnium calculis, & uiuat felix. Cicero in Epiſtolis ad Q. Fratrem, Omnino inquit, non iraſci, non ſolum eſt grauitatis, Sed nonnunquam etiam Lentitudinis. Inde in Epiſtolis ad Atticum Lente ferre, uidetur poſitum pro eo, quod eſt, æquo animo perpeti, quicquid contingat. Credas inquit, mihi uelim, neminem adhuc offendi, qui hæc tam Lente, quàm ego fero, ferret. Vocabuli ratio inde uidetur profluxiſſe, quia Lentis legumento qui ueſcuntur, Aequi animi fiunt, auctore Plinio, Etiamſi non me fallit Aeginitam Paulum libro primo ſcribere, φακὴν εἶναι ηκηκόχυμον, καὶ μελαγχολικήν. Sed & alibi, Hominis morſum præcipue noxium tradit, Si a Ieiuno impingatur ore, & ab eo, Qui legumina pridie, & Lentẽ imprimis admiſerit in cibũ. Certe Lentos dicimus, qui affectibus non mouentur, ac uelut æquanimitate torpentes ſtupent, Propertius,

Hoſtibus eueniat Lenta puella meis. Et Martialis.

Tu ſpectas hyemem ſuccincti lentus amici,

Proh ſcelus

Proh ſcelus, & lateris frigora tuta times.

Gellius noctium Atticarum libro ſecundo, Tum Plutarchus lente, & leniter, quid autem inquit, Verbero ego tibi uideor iraſci? Laberii quoq; illud ex Compitalibus ipſum hoc uidetur approbare, Nunc tu lentus es, nunc tu Sus' q; de' q; fers, ideſt quod accidit, non magnipendis, ac propemodum ἀδιαφορεῖς. Videtur item ex iis, quæ protulimus, lentitudo eſſe, quam Græci uocant ὀργησίαν, ideſt Animi affectionem, quæ Ira uacet. Iniraſcibilitatem dicere quidam permiſerunt ſibi. Ne priuis illoq; uocib⁹ cedat omnino latina res. Cicero de Oratore lib. ii. In quo Ego, nõ quo libenter audiã, ſed qa cauſam nõ libẽter relinquo, nimiũ patiẽs, & lẽtus exiſtimor. Veq;, ut opinor, latius patet Lẽtitudo, quàm illa Græcoq; ὀργησία. Lentis uero cruribus eſſe Himantopodas, ſcribit Mela Pomponius. Tu interpretare, Loreis, ex nominis quoque etymo. Sed in hæc excurriſſe, non fuerit aquam inaniter conſumentis, aut Arabiam ſeminio cauam, ut Lucianus inquit, conſpergere adorti, Vt diſcendi auidos miſcella rerum ſciendarũ turba expleamus. Ne ſint latinarum uocum infrequentes. Redeo ad Peripateticorum placita igitur, imprimis' q; Ariſtotelis, in quem pene' uidetur eſſe collatum, quicquid eſt capax humanum genus. Quæ iuſto forte plus conuellere Cicero, multi' q; præterea, Stoici præcipue, conantur. Nam & Senecæ Stoicorum acutiſſimi nota ſententia eſt. Ira non acuit animum ad res bellicas. Nunquam enim Virtus uitio adiuuanda eſt, ſe cõtenta. Philoſophus ergo Moralium tertio, poſteaquam Fortitudinis ueræ rationem eſt executus, Species quinque recenſet adulterinæ fortitudinis, atque impropriæ. Primo ſtatuit loco eam, quæ Ciuilis dicitur fortitudo, Cum ſuſtinent pericula Ciues metu pœnarum, & Infamiæ, ac honoris cupiditate. Huiuſmodi facit Homerus fortes aliquot, ut Diomedem, & Hectorem. Id Quod ex Carminibus coniectari ſubiectis facillime ſic poteſt.

πουλυδάμας' μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀνακτήσει.

Polydamas me coarguet primus, & Diomedes,

Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων,

Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο. Hector enim quandoq; diceret apud Troianos concionabundus, Tydides a' me. In hoc item ſunt gradu, Qui a' Magiſtratibus compelluntur. Secũda porro' ſpecies Virtutis eiuſdem conſtat peritia quadam, in bellicis præſertim rebus, quamobrem Socrates in libro, qui Protagoras inſcribitur apud Platonem, cenſebat fortitudinem eſſe Scientiam. Eiuſmodi ſunt in bello milites. Tertia ſpecies prouenit ex Ira. Videntur enim fortes, qui per Iram, Veluti Feræ percuſſores impetunt, Quoniam & fortes iracundi ſunt. Impetuoſiſſima quidem res eſt, ad pericula capeſcenda Animi concitatio. Vnde Homerus, σθένος ἐμβαλε θυμῷ. Robur inecit animo, Et rurſum Homerus idem, κολῷ μένος θυμὸν ἐγειρε. Ira concitauit animum. καὶ ὀρυμὺ κλόνα ῥῖνας' μένος. Impetus per nares acer ſubiit. καὶ ἔζεσεν αἷμα, inferbuit Sanguis. Quæ omnia ſignificare uidentur, Animi concitationem, & impetum. Fortes uero propter decus faciunt, Sed adiuuat eos Ira. Non eſt autem Fortitudo, Si dolore, aut ira concitati in periculum deferantur, nihil præuidentes eorum, quæ incurrunt. Eo nanq; modo & Aſini fortes nuncuparentur, quando ne uerberibus quidem a' pabulo abigi pſępe queunt. Inſuper & Mœchi ob libidinem multa audent. Proxime autem ad eam, quæ ſecũdum naturam eſt, accedere uidetur, Fortitudo, quæ per Iram fit, Si modo electionem, rationem' q; ante ſuſceperit. Superſunt uero & duæ Fortitudinis Species, Quarum altera ex fiducia ſui naſcitur, Cuiuſmodi uocant Græci εὐέλπιδας. Spei ſemper bonæ, dum periculi deflagrat ardor. Ab hac nec abeſt procul reliqua, & poſtrema, quæ per ignorãtiam contingit. Et de impropria quidem Fortitudine hactenus. Quem autem Vere fortem fanciat Philoſophus idem, ad priorum Intellectum faciliorem, Erit arbitror, operæ pretium ſubieciſſe. Fortis Vir impauidus, & extrilidus eſt, animo' q; ſubnixo, eminenti' q;, ut Homo, quamobrem timebit, ut oportet, ac uti dictat ratio, tolerabit. Decoris, honeſti' q; gratia. Hic enim eſt Virtutis finis. Qui igitur quæ oportet, & cuius gratia, & quando, &, ut conuenit, ſuſtinet, ac metuit, & audet, is fortis eſt. Inuenio in Græcorum doctrina, Autolecythos, ideſt αὐθολικύθους dici ſtrenuos, paratos' q; ad omnia' obeunda, uel patienda. Quanquam pauperem eo uerbo intelligere malunt alii, Vt qui poſſideat aliud nihil, quàm Lecythos. Vel ad erogandam pecuniam procliues, quæ Lecythis contineretur. Forte & Autolecythi dicantur αὐτουργοὶ, qui per ſe omnia procurant, ac faciunt.

¶ Diluuntur obiecta, quæ in Peripateticos concinnantur. Iram duobus perpẽdi modis. Fortitudinis rationem bifariã diſtribui. Affectiones ex homine tolli nõ poſſe. Cap. LV.

a D ea uero, quæ Peripateticæ obiiciuntur Scholæ, reſpondebit luculẽter ipſa, ſui Ariſtotelis innixa ueſtigiis. Irã conſyderari, perpendi'q; poſſe prout in exceſſu eſt, Item'q; ut eſt in mediocritate. Si accipiamus eam, ut eſt, in exceſſu, Tunc non dicimus eſſe cum fortitudine. Sin uero modo ſecundo. Tunc eſſe Affectionem aſtruimus non ſine regula, & rationis gubernaculo, iungi'q; cũ operatione forti pulcherrime poſſe. Ideo'q; Philoſophum dixiſſe, Iræ motionem eſſe naturaliſſimam, Si'q; congruum accipiat finem, ac electionem, futuram fortitudinem ueram, uel fortitudinis operationem. Eſt enim appetitus natura procliuis, ut ſeſe Rationi obſequentem præſtet, Etiamſi non rationalis per eſſentiam. Proinde ex Ira produci affectus ualet a' ratione conformatus, compoſitus'ue. Ex quibus colligi perſpicue poteſt, recte ſenſiſſe Philoſophum, eo tamen addito, Fortitudinis ratiões uideri bifariam diſtribui. Aut enim eſt fortitudo in tolerando, Aut in aggrediendo. Priori autem Ira nullo modo eſt opus. Alteri uero præcipue, ſed moderata. Iram porro' non habere, dictum Veteribus eſt, qui Mentem nõ habeant. Ira legum præſidi neceſſaria, Ciuitatis moderatori peraccommoda. Aufer a' Rege Iram, iam non Imperio tantum rebelles experietur popularium animos, Sed & momento de principatu periclitabitur. Immo uero, & Cuiuis hunc eripe affectum, Cui nõ fuerit cõtemptibilis'a' quo nõ circũſcribetur, expilabitur, protrudetur'q;? Iam & apud Gellium Taurus, Vt aliorum inquit, Omnium, quos latini Philoſophi Affectus, Affectiones'ue, Græci uocant πάθη, Ita huius quoq; motus Animi, qui cum eſt ulciſcendi cauſa fæuior, Ira dicitur, non priuatio utilis eſt, quam dicunt σέρησιν, Sed mediocritas, quam μεσιότητα nuncupant. Melanthium quoq; dicere ſolitum accepimus, Iram, non uideri grauem, quæ migrare mentem faciat, Sed quæ domo excludat omnino. Quæ uero in diuerſum præcipi, & colligi argumentis ſolent, de Pythagoræ, atq; Zenonis fontibus uidentur manaſſe. Qui perturbationes aſſerunt omnes exinaniri poſſe, perſanari'q; omnino, ueluti Cauſarias Animæ partes, nullam'q; fibram, aut uitiorum radicem in homine omnino reſidere, meditatiõe, ac Virtutum exercitatione aſſidua. Quod profecto eſt, inquit Hieronymus, tollere hominem ex homine, & in corpore ꝓſtitutũ, eſſe ſine corpore. Propterea ſcienter quadã Satyra Oratius,

Nam uitiis nemo ſine naſcitur. Optimus ille,
Qui minimis urgetur.

Verior & Apoſtolica ſententia, Miſer ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & ducentẽ me in captiuitatẽ. Nõ enim quod uolo, hoc ago. Sed quod nolo, id operor. Quin & Procli ſentẽtia eſt admirabilis. An non ſtupendum eſt inquit, Animam immaterialiter in rebus materialibus uiuere, & in caducis incontaminatam ſe alicubi conſeruare? Terrenus locus Circes eſt diuerſorium. Amplius Animæ in generatione conſtitutæ perſimiles ſunt peſtilentem regionem habitantibus hominibus. Vbi uero extra generationem agunt, Eſſe ueluti prata incolẽtes, Plato ſcribit. Ariſtotelicam doctrinam adiuuat in libro de morali Virtute Plutarchus, Affectionum principia eſſe tradens σύμφυτα, οὐκ ἐπεισόδια, ideſt ingenita, nec aduentitia. οὐ δὲ αἱρετέα παντάπασι, hoc eſt, nec extirpanda omnino. Et mox paulo, Affectus prodeſſe ait, Si Rationi comites ſe præbeant. Sicuti fortitudinem intẽdit Ira, ſi moderata ſit. Sed temperamentum id genus riſu excipiunt Stoici, Quid ſi inquiunt, ſanum uoces leuiter febricitantẽ? non eſt bona Valitudo Mediocritas morbi. Sic inquies, dicitur imperturbatus Sapiens, Vti Apyrina uocantur, non quibus nulla duricia eſt granorum, Sed quibus minor, falſum eſt. Non enim diminutionem malorum in bono Viro intelligi uolumus, Sed euacuationem.

¶ Ex Voluntate Affectionum qualitates præcipue pendere. Apathiam item non eſſe huius Vitæ. Caput LVI.

h Ominem uero, Cuiuſmodi effingunt Stoici, Græco uerbo dicunt ἀναμάρτητον, quod eſt, nulla peccati labe pollutum, qui ſit plane' aurum putum, &, ut Ariſtophanes inquit cum Herodoto, prorſus Colophonium. Intereſt inquit Aurelius Auguſtinus, qualis ſit uoluntas hominis. Quia ſi peruerſa eſt, puerſos habebit

ſos habebit hos motus. Si autem recta eſt, non ſolum inculpabiles, uerum etiam laudabiles erunt. Voluntas eſt quippe in omnibus. Immo uero nil aliud, quam Voluntates ſunt. Et rurſum idem Auguſtinus. Illa, quæ ἀπάθεια Græce dicitur, quæ ſi Latine poſſet, Impaſſibilitas diceretur, ſi intelligenda eſt, In animo quippe, non in corpore accipitur. Vt ſine affectionibus uiuatur, quæ contra rationem accidunt, mentemq; perturbant, Bona maxime, atque optanda eſt. Sed nec ipſa huius eſt Vitæ, Non enim qualiũcũq; hominum Vox eſt, Sed maxime Piorum, Sanctorumq;, Quos uitæ integritas præſtat omnino, quod dicitur, πηδαλίου ἀγνοτέρους, ideſt nautico mundiores clauo. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & Veritas in nobis nõ eſt. Propterea diuine M. Tulli in Oratione pro Marcello. Nulla eſt inquit, tanta uis, tanta copia, quæ non ferro, ac Viribus debilitari, frangiq; poſſit. Verum Animum uincere, Iracũdiam cohibere, quæ ſemper eſt inimica conſilio, Victoriam temperare, Aduerſarium nobilitate, ingenio, uirtute præſtantem nõ modo extollere iacentem, Sed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem, Hæc qui facit, non ego eum ſummis Viris comparo, Sed ſimillimum Deo iudico. Scribit Plutarchus, Iram nuſquam continere, Imperiti eſſe hominis, atque intemperantis. Vbiq; uero, difficilimum. Quibuſdam etiam uideri impoſſibile, Quando Perturbationis huius uelut propriũ perſæpe ſit, quod uelit, emptum morte perſequi. Monet tamen nos propheticum illud, Iraſcimini, ſed nolite peccare. Motus animi, inquit Caſſiodorus, in poteſtate noſtra non eſt, Sed Dei gratia temperare poſſumus. Proinde quod conſuetudinis eſt, permittit. Quod culpæ, prohibet. Præſtantius cenſetur, inquit Auguſtinus, Irã uincere, q̃ Ciuitatẽ expugnare.

¶ De Mediocritate, deq; exceſſibus Iræ. Iracundorum ſpecies tres, Et naturalis eorundem cauſa. Iræ uocabula. Caput LVII.

Aeterum introſpiciamus denuo peripateticũ Muſeũ, præcerpturi inde, Quæ horum libellorum ſtudioſos, ſiqui tamen erunt, dimittãt inſtructiores. Ergo
c inquit Ariſtoteles, Manſuetudo, ſiue πραότης, mediocritas eſt circa Iram, Cumq; medium, itemq; fere extrema ſint anonyma, hoc eſt ſine nomine, Medio utiq; Manſuetudinem attribuimus, ad defectum, qui item ſine nomine eſt, declinantem. Exceſſus uero ὀργιλότης, hoc eſt Iracundia dici poteſt. Affectus autem eſt Ira, ideſt ὀργή. Nam Iracundia eſt habitus excedens. Qui igitur pro quibus oportet, & contra quos oportet, iraſcitur. Ac præterea, ut oportet, & quando, & quanto tempore, laudatur. Manſuetusq; hic erit. Defectus autem, ſiue ἀοργησία eſt, ſiue quodcunq;, tandem in uitio eſt. Nam qui non iraſcuntur, in quibus oportet, ἠλίθιοι eſſe uidentur, hoc eſt Stupidi. Etenim qui non iraſcitur, nec ſentire quidem uidetur, neq; dolere. Atqui perferre contumelias, & ſuos negligere, ſeruile eſt. Iracundus celeriter ſuccenditur, tum in quos non oportet, tum pro quibus non oportet, & amplius, quàm oportet. Verum & confeſtim deſinunt, qui ſic afficiuntur, quod eſt in ipſis optimum. In iis uero, Bilis fulua prædominari uidetur. Quæ cum acuta, & ſubtilis ſit, Ob inſitam caliditatem facile ſuccenditur, ſurrigiturq;, unde inoritur ultionis uotum. At qui nulla prorſum aguntur Ira, frigidi perſentiuntur, atque humecti, quia fulua, & atriore carent bile. Excellenter autẽ acuti ſunt Acrocholi, & ad omnia, Quibus ſumma eſt Bilis, unde & nomen habent. Inter hos ſunt, quos uocant πικρούς, Nos interpretari Amarulentos poſſumus. Difficulter hi placantur, & plumbeas, diuturnasq; ſeruant Iras. In iis uero fulua bilis permiſcetur atræ, proindeq; illis conſtantior Ira eſt. Siquidẽ eam comprimunt. Vt autẽ in ſe ipſa digeratur, indiget tempore. Sunt & inter Iracũdos ſpecie tertia, Qui non explentur facile, niſi uiſo inimici ſanguine. Hoc genus appellant Græci χαλεπούς, Ex latinis pleriq; Acerbos. Hoſce uero plane Melancholicos tradunt, quod Bilis uigeat in eis atra. Quæ quia frigida eſt, & ſicca, craſſiore materia, quæ haud facile diſſoluatur, diutius perſcuerat. Quod ſi amplius inquirat aliquis, Cur tres tantũ Iracundiæ prodantur Species, Reſponderi poteſt, Oriri affectionem hanc, Sanguine circa Cor efferueſcẽte. Eſſe uero eum feruorem triplicem, conſtat, Subtilem, Craſſum, Mediũ. Sicuti ex iis, quæ præſtruximus, coniectare perſpicax ingenium potuit. Apud Homerum, quod Euſtathius ſcribit, affectio hæc quatuor ſortitur nomina. Eſt enim quandoq; apud illum θυμός,

χόλος, Menis, ideſt μῆνις. Et κότος. Sed eo tamen interſtitio, ut dicatur proprie Menis immanens Ira. unde & inflexum nomen ἀπὸ τῦ μένειν. Cum Cholos, Orge, Thymos perturbationis indicent initia, Etiam ſi obſeruatio non eſt perpetua.

¶ An uerum ſit, Hircos pati facile, ipſis intuentibus, fœminas iniri. De Hyæna inſuperſcitu digna. Confirmatur Plinii hiſtoria de Viperæ partu. Cap. LVIII.

Ncideram nuper in Aeliani Commentaria, Quæ haud ita inſcite is condidit περὶ ζώων ἱστορίας, auide, Qui mos eſt meus, ac ſitiẽter arripui, ac euolui præcerpturus, quæ uſui foret legiſſe. Inter cætera, quæ ſe primo libro ingeſſere, fuerunt &, quæ huic impigere Capiti, uiſum protinus eſt, Pugnam pro fœminis Hircos inire, perinde ac pro formoſis mulieribus, aduerſum Hircos. Ratione compari Tauros acrius in id genus alios cooriri, Velut Arietes item Ouium cauſa. Hæc non eo ſubnotaſſe uolui, tanquã ex Heracliti forent antro plane deprompta, Aut indicta prorſum, inſcitaq; Sed quod inaudiſſe uideor, ex Recentioribus nonnullos, haud exaſſe ἀμούσους, Sed uti ſentio, bene doctos nõnunquam, Cauſam eruere conatos, Quid ita, Quorum Vxores corpus inuulgent, Hircorum appellatione deformemus paſſim, Inde factum uaticinari, Quod Animalium Soli, uti putant, Hirci ſui generis fœmellas ipſis intuentibus, iniri, facile concoquant, omninoq; quod dicitur, ſuſq; deq; ferant, nec in prælia cõſurgant ad Corollas, ut interim ſic dicere permittar, decertaturi. Id quàm uerum ſit, nequis Sibyllæ folium prolatum arbitretur, perſpicuum iam, uel unius auctoritate Aeliani nõ diluta, nec proletaria, opinor. Apud eundem obſeruatum eſt illud item, Hyænã ſi hoc anno Marẽ conſpexeris, Eandem inſequenti fœminam agnoſces. Si fœminam nunc, poſterius Marem conſpicaberis. Venire etiã in Veneris utriuſq; participatum, iniréq; uiciſſim, ac iniri, quotannis ſexu immutato. Ceu Animantis natura Cæneum re præmonſtrarit, ac Tireſiam Veteribus celebratos. Sed quia mira prorſus hiſtoria eſt, recte, ac operæpretium me facturũ cenſeo, Si Auctoris Verba ſubiecero. τὴν ὕαιναν τῆτε μὲν ἄῤῥενα εἶ θέλοις, τὴν αὐτὴν εἰς νέωτα ὄψει θῆλυν, εἰ δὲ θῆλυν νῦν, μετὰ ταῦτα ἄῤῥενα, καινωνοῦσι δὲ ἀφροδίτης ἑκατέρου, καὶ γαμοῦσι τε, καὶ γαμοῦνται, ἀνὰ ἔτος πᾶν ἀμείβουσαι τὸ γένος. οὐκ οὖν τὸν καινέα, τὸν τειρεσίαν ἀρχαίους ἀπέλειξε τὸ ζῶον τοῦτο, οὐ κόμποις, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Aduertendum porro, hiſtoriam Plinii de Vipera, ab Aeliano item libro primo comprobari plane ad Verbum. Adeo ſi Auctoritatibus agas, controuerſa res eſt, Vex Qui diuerſa ſentiũt, ab expimẽto ſtare ſe, dicũt.

¶ Animal Thoa eſſe Homini amicum præcipue. Canum fides anxia in Niciam Venatorem. Caput LIX.

Sſe Animal, quod θῶα nuncupent, non ex Ariſtotele modo, ac Plinio notiſſimum, Sed aſtipulatur & Theocritus. Cæterum cenſeri id uel humaniſſimũ, præcipueq; homini amicum, ac, uti dicunt Græci, φιλανθρωπότατον, nõ ita multi prodidere. Lectum tamen quandoq;, Si forte in hominem inciderit, reuereri, ac uelut obſeruanter ſuſpicere. Amplius, Si a feris aliis circumuentum ſenſerit, tum uero accurrere protinus, opitulariq; pro uirib⁹. Sed quod ad Brutorum in nos beneuolentiam attinet propenſiorem, Traditum a Veteribus ſcio, fuiſſe Inter Venatores quẽpiam, nomine Niciam, Qui, ut aſſolet, Venandi ardore, ſtudioq; concitatior, dum improſpicienter, imprudentiusq; feras immiſſis Canibus, inſectatur, urgetq;, in Carbonariã forte delatus fornacem præceps eſt. Id uero intuiti Canes neutiq; abſtiterũt, Cæterum gannientes primum quidem per fornacis ambitum, Domini, quod facile appareret, charitate, deſyderioq;, ac rugientes moras ducebant. Demum uero adeuntes, leniter, obſeruateq; tantum non, mordicus apprehenſa ueſte, pertrahere ad locum enitebantur, ueluti opẽ inde aucupantes quampiam Domino, fide ſumma, Quæ uel in homine rarior pernoſcitur. Id autem intuitus Quidam, & quod erat, ſuſpicatus plane, cũ ſuboleret, nõ fruſtra ſolicite adeo, anxieq; concurſare canes, Ducem inſecutus factum deprehendit, exuſtumq; in fornace ſpirantem Niciam, re prorſum coniectata ex iis, quæ in ignibus uiſebantur reliquiæ.

Ingenio

¶ Ingenio præſignes eſſe plurimum iracundos, imbelles'q. At Grauitate, fortes, Sed indociles, obliuioſos'q. Vnde'q horum promi effectuum ratio ualeat. Cap. LX.

d E uariis hominum affectionibus, Quæ πάθη dicunt Græci, de'q ingenii ratione uel amplioris, uel minutioris aliubi, opinor, affatim pro re nata diſſerui/mus, aggeſtis, Quæ hinc inde olim præfloraui mus. Nunc præteriſſe nequeo Platonis Sententiam graphice poſitam, ſcite'q in libro de Scientia, Quæ qa illuſtri enuntiata perſpicuitate eſt, nullo indigere interpretamento mihi eſt uiſa. Eam modo exſcripſiſſe, ſatis, ſuper'q fuerit. Eſt admodum inquit, arduũ, Hominem cõperiſſe ingenioſum, Qui inſimul Manſuetudinis, ac Modeſtiæ exors non ſit. Quippe ad hãc diem eiuſmodi neminem uixiſſe, aduerto, Vel etiamnum eſſe nunc, cui naturæ Genius ita affulſerit, Vt boni ſit compos utriuſq. Siquidem acumine qui inſignes ſunt, Callidi item, ac memoria illuſtres, & docilitate, nunquam non iracundi ſunt, ac contentionis auidi, Nec raptantur ſecus, ac Nauigia retinaculorũ prorſus expertia. Hoſce item furore quodam præſtare dixeris uerius, quam fortitudine. Sedenim q ad Grauitatẽ natura facti ſunt, eam'q unã rem habent, ueluti ſcopum, Si ſe ad ingenii cultum dent, & Doctrinam ſibi pergant indue re, Hi uero hebetiores comparent mox, & neſcio quomodo deſidioſi, obliuionis quoq nubilo identidem ſe obtendente. Id quod a' Platone ſancitum, uel Ariſtotelis ualet calculo cõ probari, Qui Thracas eſſe adeo ingenio tradit oblæſo, & memoria propemodum nulla, Vt ne Quaternarium quidem numerando queant tranſcendere. In iis tamen robur, & ad belli munia promptitudinem ſingularem haud deſyderaris. Hanc uero uarietatem adeo uariam, immo contrariam interim, Cæli defluuiis forſan rettulerint acceptam Aſtrorum non imperiti. Quando & Iulium Maternum ſic fere' nouimus prodidiſſe, Quędam inquit Gentes ita a' Cælo formatæ ſunt, Vt propria ſint morum unitate perſpicuę. Siquidem immanis feritatis crudelitate craſſantur Scythæ. Itali fiunt regali ſemper nobilitate præfulgidi. Galli ſtolidi. Auaros eſſe Syros ferunt, Acutos Siculos, luxu diffluere Aſiaticos, ac Voluptatibus deliniri. Hiſpani dicuntur elata iactantiæ animoſitate præpoſiti. Necignoro tamen, eſſe, Qui in hoc Auctore putent Loquentiæ multum, Sapientiæ parum.

¶ De Vulcani templo apud Aetnam Siciliæ, de'q Canibus ingenii mirandi diſcernendis, Qui caſte, pie'q Accedant, Aut ſcelere imbuti ſalutatum tamẽ eant Deũ. Cap. LXI.

a Pud Aetnam, Qui notiſſimus eſt Siciliæ mons, Eſſe Vulcani templum fertur honore multo, Circũiectum eſt templo' Septum, Sacræ item uiſuntur Arbores, Necnon peruigil, & inextinctus Ignis, Vel uti a' Græcis dicitur, ἄσβεστον πῦρ, καὶ ἀκοίμητον. Templum aſſeruare, ac lucum traduntur Canes, Quibus mirum præcipue inſitum ingenium creditur. Quippe Adeuntes, Si caſte modo, ac pie, ut'q addecet, id agant, permulcent, ac abblãdiuntur, illis'q perinde, ac beneuolis aggregantur, & plane' familiaribus. Quod ſi manibus non puris, ſcelere'q aliquo pollutior templum inuiſat, uel lucum, irruunt mordicus, Lacerant, conuellunt'q. Cæteros ex cœtu aliquo remeantes laſciuiore, intemperantiore'ue infectari modo ſatis, ſuper'q habent. Euentus rationem ſi ſolicitius perquiras, ac Veterum conſecteris ſuperſtitioſam uanitatem, Cælitus omnino fieri, putabitur. Si me audias, Immũdorum Spirituum fallacioſæ ac ceptam ſedulitati referes. Quando unum illis ſtudium, in tendiculam per momenta rationalem Animam præcipitaſſe, Vt quo illi iuſtiſſime diſcrutiantur, Eodem & Nos Paterni, diuini'q luminis exortes Catonio includamur teterrimo.

¶ Cereris templum apud Hermionenſes celebre, uel miraculo, Quod præferocem Taurum ducat ad aram Vetula Sacerdos obedientiſſimum. Item de Canibus in Palladis templo, Quod in Daulia eſt. De Panos templo in Arcadia, & Muſcis auolantibus ex Olympia, & Leucade. Necnon de Diana in Icaro Inſula. Caput LXII.

a D eandem porro' fraudem, & impoſturam peruerſiſſimam ſpectat illud itẽ, quod inferam mox, Cererẽ ab Hermionenſibus eximia coli ueneratione, peragi'q ſacra prorſum μεγαλοπρεπῶς τε καὶ σεβαρῶς. Feſtum uero Chtho

nium nuncupari. Ferunt ergo, Boues magnitudine uiſenda, & ferocia ad aram ex armento facile agi immolandos à Cereris Sacerdote, Quæ uetula plerunq; eſt, ac uiribus prætenuis. Super qua re Carmina circũferunt apud Græcos, Quę & appoſui, Auctore eoꝝ Ariſtocle.

Δάματερ πολύκαρπε, σὺ κ' ἐν σικελοῖσιν ἐναργὴς,
Καὶ παρ' ἐρεχθείδαις, ἔντι μέγα κρίνεται
Ἑρμιονεῦσι, τὸν ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀφειδῆ ταῦρον,
Ὃν τοὺ χ' αἱροῦσιν ἀνέρες οὐ δὲ δέκα,
Τοῦτον γραῦς στείχουσα μόνη μόνον οὔατος ἕλκει
Τὸν δ' ἐπὶ βωμὸν ὁδ' ὡς ματέρι παῖς, ἕπεται.
Σὸν τόδε δάματερ, σὸν τὸ σθένος, ἵλαος εἴης,
Καὶ πάντων θάλλοι κλᾶρος ἐν ἑρμιόνῃ.

Cæterum & in Daulia eſſe memorant, Iliados Mineruæ templum, In quo alantur Canes, Quibus inſitum plane' ſit, perinde ac ratione quadam, Aduentãtibus ſubblandiri Græcis. Barbaros autem, ubi ſe oſtentarint, latratu inſectari. Eſt in Arcadia locus nomine Aula, ubi olim uiſitatum eſt Panos templum, conſtanti fama, Omnibus, quæ illuc defugerint, Animalibus, haud dubie præſtari ſalutem. Quippe ſi ea inſequantur Lupi, ſubſiſtunt protinus, ubi ad eam uentum partem eſt, nec ingrediuntur omnino, Quod defugientia illuc putet Deus, uelut Supplices Quoſdam, δι' αἰδοῦς ἄτων αὐτά. Et Quia ex ueteri ſuperſtitione Animalium miracula conſectamur, & anquirimus curioſe, Addamus illa quoq;, In Olympia cognitum hoc annorum plurium experimento, Ingruente Certaminum, & Panagyris celebritate, Muſcas inde omnes ad ulteriorem Alphei ripam ſponte, uelut Mulieres aſſectentur, auolare. Porro' in Leucade, ubi in Promontorio eminentiore Apollinis ſtat templum, Quem Actium nuncupant, Futura inibi, ut aſſolet, Panagyri, in Qua, & honori diuino editur Saltatio, Bouem Muſcis immolare, fuit receptiſſimi moris, Quæ illius diſtentæ cruore confeſtim credebantur euaneſcere, hac uelut mercede amplius delinitæ. Ac, ut ſignificanter dicunt Græci, δεκασθεῖται. Cum omnino Piſææ animaduerterentur ἀδέκασθοι, & proinde probiores quoque. Vt quæ Dei reuerentia quadam, non Mercedis ui, Iuſtitiæ opus inirent, &, quod addecet imprimis, Si modo ibi erat Deus, Ac nõ ſpurciſſimus Dęmonarches, Miſerorum mentibus ad ſatietatem illuſurus. Sicuti in Icaro inſula quoque, in qua Dianæ Templum fuerat, Cum'q; nimio plus ſcaterent ibi agreſtes, & præpingues Capræ cum Dorcadibus, ac Leporibus, Si uenari cupiens, a' Dea rei pontificium eſſet compreca tus, pergens inde præda onuſtus reuertebatur, captis, quæ concupiſſet. Quod ſi petere ſuperſediſſet, inanis prorſum fiebat Venatio, inſuper & in eum expetebãt audacioris conatus pœnæ. Cæterum illuſiones hoc genus, ſeu Indigitamenta credere malis, ideſt excantamina, ſeu ueneficia, perſequi diutius, abutentis plane' otio fuerit. Proinde iis præteritis, alia diſquiramus auditu iucundiora, & gratiora ſcitu.

¶ Quadruplex loquendi figura, Veteribus obſeruata Grammaticis, Priſca, Latina, Romana, demum'q; Miſcella, ſiue Mixta. Caput LXIII.

Qui amplius, penſitatius'q; indagine ſcrupuloſa loquendi uarietates diſcutiendas ſibi in commentariis propoſuere, Rationem eam uideri quadrifariam plane' diſtributam, pronuntiauere. Quippe nõnulla in Veteribus libris priſce dicta, animaduerti. Latine aliqua. Necnon Romane. Demum'q; eſſe Miſcellam omnino figuram quandam, Mixta quę ſit, ac dicatur. Priſcam uero intelligunt, Qua Iano Synchroni, & Saturno, ac mox etiam paulo probe cum ſuis fabulati ſint. In qua pleraq; multo obſcuritatis nubilo circumuoluta, preſſa'q; pernoſcantur, deſitis iam uocabulis, proinde'q; intellectum facile non admittentibus, Cuiuſmodi fuiſſe Carmina, Quæ nominantur Saliaria, coniectare licet ex pauculis, quæ ſuperſunt, uelut reliquiæ. Latina loquendi figura creditur nũcupata, qua uterentur in Latio, cum rebus potiretur Latinus, & Præterea, Hethruſci Reges. Qua ſane' forma Decemuirorũ cõſcriptæ ſint Tabulæ. Sed huius pars ulla uix ſubſiſtit innoxia, Quod rettulit Sex. Pompeius. Romanam deniq; dicendi rationem intelligunt, Quæ in Plauto effloruerit, Nęuio Accio, Pacuuio,

Pacuuio, Marone, Catone, Siſenna, Antiate, Valerio, Cæſare, M. Tullio. Miſcella demum figura intulit ſe, ubi iam auctiore Imperio, data'q; peſſum Romana libertate, Gentibus cõmunicata Ciuitas diuerſiſſimis eſt. Ex quarum uelut uoragine, loquendi ſynceritas concuſſa imprimis in barbarum fere' dilapſa ſonum, ſapere Goticum cœpit, & omnino peregrinum. Vt rarenter ſe promat, quem pure Romanum dicas, non Ciuitate donatum. Miratur tamen & Fabius, Oſce plurima in Auctoribus inualuiſſe, necnon Sabine, ut de Gallicis taceam, Cum & Punica oſtentent ſe nonnunquam.

¶ Morbo atrocius craſſante, Vel etiam citra oblæſionem manifeſtariam, Nonnullos ſe in Puteos deiectaſſe. Caput LXIIII.

a Træ Bilis effectus præcipue admirabiles abũde alias pſecuti ſumus. Nunc ab illis haud diſſita prorſum ingerunt ſeſe, Quæ Artis medicæ Summates Viri, ac plane' Coryphæi obſeruata literis mandanda cenſuere, Hippocrates, & Galenus, Aegrotos ſi uiolentius craſſans Morbi uis debacchetur, & atrocior inardeſcat febris, arctius uideri uinciendos, Quod ita affecti complures plerunque ſe peremptum eant, nec id ratione ſingulari, Comptis etiam, Qui in aquas præcipites ſe dent, Quod eſſe factitatum in ea, Quæ Atticam depopulata olim peſtilentia eſt, Multorum approbatur calculo, Et Lucretius Carmini inferuit,

Multi præcipites Lymphis putealibus alte,
In fluuios partim gelidos Ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacientes Corpus in undas.

Mirum certe eſt, Quod a' Recentioribus eſt item proditum, haud ita pridem In Lugdunẽſi Gallia contigiſſe, Vt citra ullum Corporis incommodum, Quod quidem appareret, creberiter Mulieres in præaltos ſe puteos demerſum pergerent. Sed fœminas forſan imbecillior excuſarit Natura, & ſemper fere' peregrinabunda Mens. Quid Philoſophis facias Viris, Quibus etiam familiarem aduertimus affectionem huiuſmodi, Non alia ratione Florẽtino Laurentiano proxime conſumpto? Ad hæc pro Ingeniorum captu a' multis multa proferri conſueſſe, non latet, Defluuio Cæleſtium Corporum acceptam referentibus Pleriſque atrociorem mali uim, Aut in diuinam etiamnum iram, Id quod Veteribus arriſerit, inani oblaqueatis Superſtitione. Sunt forſan, qui & hoc ipſum in Melancholiam reiiciant, A' qua hoc genus plura concinnariſolere, alias commonuimus. Mihi ſane', Vti ſunt, iſta omnino accidunt admiranda.

¶ Qui dicantur Citharœdi piſces, Quæ'q; nominis habeatur ratio. De Polypo item, Qui ſua ſibi uoret brachia, Cirros'q;, Quod negant Alii. Caput LXV.

e Sſe in Erythræo mari Piſcem, obſeruauimus, forma quidẽ latiore, ad Buglottæ modum, uti aiunt, Squammis haud itæ ſcabris, ſi attingas, colore ſuffuluo, Lineis nigricantibus a' Cauda uſque ad Capitis ſumma corpore interpicto, Vt tentarum fidium ſuſpicari imaginem poſſis, Vnde Piſci adoptatum Citharœdi nomen. Zona præcingitur crocea, Vertex uariis diſtinguitur coloribus, nigrum aureo interlucente fulgore. Narrantur & Citharœdi alii στικτοὶ hoc eſt picti. Quippe uiſuntur Purpurei fere', per interualla lineis diſcurrentibus aureis. Commemoratur in mari eodem Pardalis, plurimum & colore, & oribicularibus picturis, hoc eſt, τὰ στίγματα περιφερῆ montanæ aſſimilis. Cæterum in hac Piſcium, aut Belluarum mentione, Quoniam, Sicuti Philoctetes olim, ut eſt apud Ciceronem ad Trebatium, diuerſa inuiſimus, uagamur'q;, Adnotandum amplius, quod prodidit Aelianus, in Animalium Pragmatia, Polypum eſſe uoraciſſimum, hoc eſt, φαγεῖν λευκὸν, & ſtrudendis inſidiis uaferrimum, Quod ſi defecerit Venatio, ſuis ipſius ueſcitur Cirris, ſuccreſcẽtibus mox, quæ fuerint abſumpta.

¶ Ceruum a' Philadelpho ita educatum, Vt Græcæ linguæ ſono inſueſceret, intellige-

ret'q. Meropis Auis Pietas singularis. Lusciniæ ambitio. Ciconiarum pietas. Cur easdem Pietaticultrices dixerit Arbiter Petronius. Caput LXVI.

o Bseruatum apud eundem Aelianum id quoque est, Ptolemæo Secundo, Quem & φιλάδελφον dicunt, Cerui Catulum dono datum quandoq. Educatum autem ea præcipue ratione, Vt ei præfectus curæ Græca ipsum modo uoce alloqueretur. Cum Idiomati insueuisset Brutum, Loquentem intelligebat perspicue. Quanquam irroborasset Vetus opinio, Indicæ sonũ Vocis a Ceruo tantum percipi. Scribit idem Auctor, Meropa Auem esse Ciconiarum iustissimam, Quod educandis Parentibus Senium haudquaquam arbitretur expectandum, Sed ipsum id agere protinus uolatus celerioris compotem. Quo coniectatum, Inter cunctas esse Aues tum iustissimam, tum uero piissimam. Scio, mirabunt' plures, Quin præter fidem dici, constanter forsan asseuerabunt. Mihi in naturæ contemplatione nil occurrit incredibile, Quando & Charmidem Massiliensem commentatione non indignum esse opinatum, animaduerto, Lusciniam non Musicæ studiosam modo, idest φιλόμουσον, Sed & φιλόδοξον, idest gloriam ambitiosius captare. Siquidem in solitudinibus si concinat, Simplicem omnino cantum edere, apparatu nullo, Velut sibi modo canentem. Quod si Auditoribus non excidat, præsto'q sint aliquot, Tum uero prædulcem imprimis, uarium'q edi concentum, Quippe intellectu certo τακερῶς ἐλίττειν τὸ μέλος. Id quod ab Homero quoque illis uersibus coniectatum, probabile fit,

ὡς δ' ὅτε πανδαρέου κούρη χλωρὶς ἀηδὼν
καλὸν ἀείδῃσι ἔαρος νέον ἱσταμένοιο
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν,
ἥτε θαμὰ ἐρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν.

Sed quod de Merope diximus, Quam inter Ciconias recẽsent Græcorum pleriq, Vt aliarum item non hic pietatem subiiciam, Sciendum, uideri ad hæc respectasse Petronium Arbitrum, Vbi Pietaticultricem nuncupat Ciconiam illis uersiculis, Quos & apposui.

Ciconia etiam grata peregrino hospita
Pietaticultrix, Gracilipes, Choralistria.

¶ Apum nomina plura. Mellis genera non citra admirationem. In Myconio Apes non haberi. Vocabula plura ad idem. Plastides. Cephenes. Sira, Sirenæ. Melissa. Melissia, Melissæus Iuppiter. Melitea Lintea. Caput LXVII.

i Nter Apes, inquit Aelianus, Alias nouimus, Quæ sint, & dicantur Duces. Quædam σειρῆνες nuncupant', idest Sirenes. Aliquæ uero ἐργοφόροι, Sunt & quæ Plastides. Cephenas, idest κηφῆνας abundare imprimis Nicander scribit. In Cappadocia obseruatum prioribus est, sine ullis fauis confici ab Apibus Mella. Feruntur uero ea crassitudine, qua Oleum. Apud Trapezuntem in Ponto defluere ex Buxo eadem, accepimus, odore grauia, & quæ bene ualentes ἔκφρονας faciant, ac amentiam cõcinnent. In Media item ab Arboribus mella stillare, Sicuti cecinit Euripides in Bacchis. Apud Citheronem dulces a' ramis guttas manare. Verum & in Thracia mel item arborcum suppetere, proditum scio. Sicuti in Mycono Apes haberi nullas, & si inferantur, emori. Apes porro' dicitur quandoq σείρη, idest Sira, Aut certe Apum domuncula. Est & eo nomine Auiculæ species, & Indumenti quoque prætenuis. Sed Sirenæ itidem pellucida uocantur Amicula, idest σειρῆναι. Sunt Qui κηφῆνας interpretentur Apes masculas ἀπράκτους, Sed & Musca sine aculeo, idest ἄκεντρος, sterilis'q dicta interdum Cephen reperitur. Melias item pro Apibus reperias nonnunquam, Sed sunt eo nomine Hastæ quoque. Melissa nunc est Apes, nunc pro Obolo ponitur, Qui Drachmæ partem habet. Dicuntur & Mystides eo uocabulo. Nam & Melissæum cognominatum legimus Iouem. Melissia uero Aluearia sunt. Melitea cum audimus Lintea, idest μελίτεα ὀθόνια, non a' melle fit corriuatio, Sed ab Insula Melite.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD PETRVM ANTONIVM, SYLVESTRVM, RHODIGINVM, COMPATREM AMANTISSIMVM PRAEFATIO TERTIADECIMA.

Ieronymus parẽs tuus Petre Antoni, Ciuis, Siqs alius, uel optimus, Et Senator prẽcipue illuſtris, Quod publici boni, priuatis rõnibus reſectis, eſſet mire
h ſtudioſus, ſẽpeq; nõ citra diſpendiũ, Ea me in Patriã a' literaria pegrinatiõe, uelut poſtliminio redeuntẽ beneuolẽtia, & pietate eſt amplexatus, Vbicunq; ſeſe uel Dignitatis, uel Rei augẽdæ oſtentaſſet occaſio, labore ꝓſum nullo reclinato, Vt dũ uixit, nõ ſecus a' me coleret, q̃ ſi Vitalis huiuſce lucis, poſt Opt. Max. Deum Cã mihi fuiſſet prima. Sed & cũ fatalis ei aduenisſet dies, palã funebri oſone, quã ἐπιτάφιον dicũt λόγον, ꝓceptũ ex obitu dolorẽ, teſtatiſſimũ apud Oẽs feci, Quod & præſtantis Ingenii Viro exutam intẽpeſtiuius Patriã aĩaduertiſſem, Et me, nõ qdẽ Amico, Q d' ipſum foret tñ uel grauiſſimũ Vulnus, Sed Parente optimo plane' orbatũ, Virulentiæ, ac peſtiferis Quorũdã ingeniis inermẽ expoſitũ ſentirẽ. Quo ſane' factum, Vti lachrymis ueris, ſpirantibusq; inter Crebros ſingultus, ſubinde interpellãtes, Oratoriũ munus implere uix licuerit. Vitæ illius integritas, Moꝝ formula exactiſſima, Ingeniũ minime ſubdolũ, nõ fucatũ, non liuore ullo unq̃ obſcurius nil a' me aliud efflagitare eſt uiſum. Præſtitimus uiuenti, qd' eualuimus, præſtitimus etiã humanis functo, Præſtamus nũc quoq;, Q d' hęrẽt infixi pectore Vultus, Verbaq;, Nec placidã mẽbris dat cura qetẽ. Nõ is ſum Petre Antoni, Qui adulari ſciã, Nec ſi ſciã maxime, uelim. Notior eſt Parẽtis tui Virtus, q̃ Vt hìc ſubblandiendi ſtudio eſſe poſſit locus. Niſi qd' importunius forſan diu iã obductũ uideor uulnꝰ refricare. Sed. n. Qui es ipſe tãti hæres Viri, et Aemulus ægro aĩo ueniã, opinor, nõ inficiabere. Q ñ ut es ingenio uel præcipue in numerato, & multo reꝝ uſu ꝓpitus, ignorare nõ potes, Reipublicæ nr̃æ incuſſam bellocꝝ funeſto tumultu plagã, & alio ſup aliud accedẽte malo, ita oĩa ꝓrſum ꝓcuſſa, ut late iã ruinã minent' prẽcipitẽ. Nec fere' ſit, Qui tãtę cladi ꝓſilio, uel prudẽtia obuiã eat, Senioribus fere' abſumptis oĩbus, Quoꝝ grauitate, ac ſentẽtiis ſtabat Ciuitas nr̃a. Nã haud ita diu a' Parẽte tuo ꝓfuncto, craſſante ſæuius fortuna, raptus eſt Antonius Fulginas, Egregius Ciuis, & Catonianæ cuiuſdã ſeueritatis, Raptus & Andreas Caſalinus medẽdi ſciẽtia nobilis, & qd' prius eſt, Philoſophus, uti ſentio, ꝑclarus, ut Vitę librã hic exactiorẽ nõ pgã memorare. Quibꝰ ſane' uulneribꝰ Reip. impactis, uel mirari quis põt, tam diu ſtetiſſe nos. Niſi qd' ſuppetit tñ ex diuiniore fonte, quo æſtuantem animũ leniamus, Q ñ ſeſe naturæ argumẽta pleraq; ita ꝓmunt ex te Cõpater amãtiſſime, Vt iam nũc ꝓcipere libeat, futuꝝ te mox nulla in parte, ẽtſi arduũ id eſt, Parẽte inferiorẽ, Sed talem quoq;, ut peſſum euntia nr̃æ Ciuitatis fundamẽta in integrum reſtituas præſtantis ingenii maturitate, nunq̃ nõ ꝓſpectãte lõgius, præproperæ leuitatis temeritate alliſa. Vt in te (libet. n. iam nũc uaticinari) Quæ ſua ẽ Sene ſcentiũ affectiõ, Ennianũ illud ꝓpediem regeri Elogiũ poſſit, Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Quod ut facias, etiam atq; etiã rogo, Hæc erit tibi ad æternã gloriã Via, Hac iere certatim Romanoꝝ, ac Græcoꝝ pleriq; Proceres, Hac nunc cæleſti paſſu incedas ipſe, ſeſſis ſubueniens rebus, Quando ἓις οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LECTIONVM LIBER VNVS, QVI TERTIVSDECIMVS.

Vbi affectus mouere non permittantur Oratores. Quintiliani ſententia perpenditur.

Caput Primum.

Voniam uero præcedentis uoluminis fine, quantum noſtra paruitas tulit, de Ira commentati ſumus, Quam eſſe cæcam Veteꝝ teſtimonio pronũtiauit Chryſippus, ὁτι πολλάκις οὐκ εἰς ὁρᾶν τὰ ἐκφανῆ, ideſt quoniã ꝓſæpe
q nec manifeſta qdẽ ꝓſpici ſinat, Succurrit illud Quintiliani ex ſecundo Oratoriaꝝ inſtitutionũ libro, Athenis Actores mouere affectus uetari ꝓſueſſe, Ex quo uiſum qbuſdã, Orãdi artẽ quodãmodo fuiſſe reciſam, Sed et li. vi.

Athenis etiã inqt p præcõem mouere affectus phibebat Orator. Libro item decimo in Demosthenis, Ciceronis q̃ compositione, Salibus, & Cõmiseratione, qui duo plurimum affectus ualent, uincimus. Et fortasse Epilogos illi mos Ciuitatis abstulerit. Vt uero ita rem habere propemodum credamus, in libro de morali Virtute Plut. facit. A quo proditur, in Aristocratica administratiõe Rhetoras Magistratuum iussu uetitos παραθαίνεσθαι, Hoc enim utitur uerbo, ex eiusce linguæ fertilitate, quod est Affectiões ex Iudicum Animis prolicere, Quoniã ῥέπει βύθειαν ῥοπὴν ὁ ἀπαθὴς λογισμὸς ἐπὶ τὸ δίκαιον, ideſt inclinatione serpit recta citra affectum perpensio ad id, quod iustum est. Quod si accesserit Affectio, quod arridet, quod q̃ urit, pugnã intendit aduersus iudicãdi, deliberandi q̃ uim. Lucianus uero in Sermone, cui titulus Anacharsis, siue de Gymnasiis, Hoc ipsum in Areopago irroborasse tradit, Vbi Cædis pagebant iudicia, Vt siqs de re dicat, patienter, ac æqs auribus dicẽtem ferat Senatus. Quod si captandæ beneuolẽtiæ p cinnarit aliqs Proœmium, Vel extrinsecus οἶκτον, ἢ ἔλεωσιν, ideſt miserationẽ elicere, Aut indignationẽ excitare cooriat, Cuiusmodi haud pauca aduersum Iudices cõminisci Oratores solent, Progrediens Præco silentiũ eueſtigio imperat, apud Senatũ diutius nugari nequaq̃ pmittens, aut dicendi ui rem obuoluere, atq̃ implicare, ac uelut Retas obiicere, ut transacti negotii seriem nudã ex fide spectare possint Areopagitæ. Ipsum hoc & primo Rhetorico significat Aristoteles, In Ciuitatũ plerisq̃ phiberi Oratores astruẽs extra rẽ dicere. Sicut inqt, in Areopago, & recte id qdem. Neq̃. n. Iudicis peruertere mẽtem oportet, Indignationem concitantes, uel inuidiam, uel omnino miserationẽ conciliantes. Perinde. n. est, ac si Canonẽ, seu Regulam, qua in operum directione sis usurus, obtorquere, ac inflectere incipias. Apsinus uero in Proœmio præceptis, captandæ miserationis præmonstrans rationes, ambiguitatis iniicere uidetur aliquid. Athenis inqt, Si Oratorio fungamur munere, ex Iudiciis, rebus q̃ gestis Cõmunẽ hunc locum instruemus. Misericordiæ ara excitata apud uos est, cõmuni q̃ omniũ humanitate, beneuolẽtia q̃ esse uidet Dea. Ex inde q̃ apud Omnes insignẽ adepti laudem estis. Moris in Areopago seruati meminit Onomastici octauo etiam Pollux, Nequem possessione sua Dominũ interuertamus. Sed mitiores forte affectus permittebantur quandoq̃, Vehemẽtes, & ardore quodam concitati haudquaquam. Aræ Misericordiæ Athenis, meminit Pausanias quoque, Sicut Pudoris, Famæ, Appetitionis, ideſt ὁρμῆς.

¶ De Apathia. Dyspathia. Metriopathia. Propathia. Sympathia. Antipathia, & id genus plerisq̃ aliis. Procatarctica causa quæ sit. Caput II.

Illud uero ad Grãmaticam ptinet supellectilem, esse Apathiam aliud, Aliud Dyspathiam. Item q̃ Propathiã, quãquam est et Metriopathia. Et Apathiã qdem intelligi iam docuimus, Impassibilitatem quãdam (si dici ita latinitatis patiat decor) quam esse agrestem, nimis q̃ p fecto durã, etiam ex Philosophis nonnulli sentiũt, Vt quæ tum Impossibilis sit, tum etiam inutilis. Tollit enim Amoris mutui beneuolentiã, qua maxime Vita pstat, & Societatis humanæ ratio. Rursum uero extra modum angi, & in luctus abire nimios, Iam non naturæ id fuerit, Sed depraua tæ cuiusdam opinionis. Proinde scitum est, appositissimum q̃ Crãtoris illud ex Academia, Non ægrotare quidem primum inquit, sit. At Si contigerit, adsit Sensus aliquis, Seu dissecetur quippiam, seu conuellatur. Siquidem Anodynon hoc, ideſt nil dolere nõ sine magna immanitatis mercede contingit in Animo, Stuporis in corpore. Quamobrem ut dedecet Prudentes Dyspathia, quam doloris Impatientiam interpretamur, Sic & Apathia. Hoc. n. ἄτεγκτον καὶ θηριῶδες, ideſt durum, ferinum q̃. Illud autem ἐκλελυμένον καὶ γυναικοπρεπὲς, ideſt molle, solutum q̃, ac fœminæ accõmodum. Metriopathia uero haudquaq̃ improbãda, reiiciẽdaue, Quæ moderatam in pturbationibus rationẽ amplexat, & continet. Est & sua Medicorũ Scholis Propathia. Si uero nuncupant προαίσθησιν. i. præsensionem quandam. Neq̃. n. tacite, furtim q̃ obrepũt ęgritudines, oẽs, sicuti Hesiodo placuisse, aĩaduertere licet.

ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς,

Ideſt quoniam uocem prudens abstulerit Iupiter. Sed earum plurimæ Proangelos, ideſt prænuntios habent, & Prodromos, siue Præcursores, ac Præcones, uelut cruditates, & in-

concoctæ

concoctæ materiæ ſuperfluentiam, & motus pigriores, quã uocant δυσκινησίαν. Grauitas ꝙppe onerosa, labor'ꝙ, inqt Hippocrates, ſpontanei Morbum prænuntiant. Incentiua item uitioꝝ Propathe dicunt recte, uelut Antepaſſiones, ꝙbus carere cenſet impoſſibile, nam ea oĩum titillãt aĩos, & inde præcauere Cogitationũ ſagittas cõmonemur, Et naturę Domin⁹ in Euãgelio, De Corde inqt, exeunt cogitatiões malę. Protopathiam inuenies alicubi apud Galenũ, uelut primariã dicas Affectionẽ. Sicuti Idiopatiam quoꝙ. i. Affectionẽ ꝓpriam. Si oboriat', inqt Galenus, ab Vlcere ingẽs Panus, cũ inducta in ulcere cicatrice, ꝑmanet etiam Panus, uel in ſuppuratã inflãmationem trãſiens, uel in duꝝ tumorem, quẽ Chœrada. i. Scopulum appellant, Nemo primarios dixerit huiuſmodi morbos, Qui ob alium præcedẽtem ꝓtigerunt. Et ꝙa uberem cõſectamur doctrinã, Et Medicã rem a' Limine ſalutamus, Sciẽdũ omnino, a' Propathia diuerſas cẽſeri Cauſas in Aegritudinibus, Procatarcticas dici ſolitas. Sũt. n. hæ rei qdem effectrices, ueꝝ ſeparatæ, ſicuti morſum q infixit Canis, Scorpius'ue, ac Solis exuſtio febrem ꝓducẽs. Synectica uero cauſa intelligit', Quæ præſens præſentẽ cuſtodit affectionẽ, fouet'ꝙ, ut in Veſica lapis, Qui nõ cauſæ modo rõnẽ habet, Sed & affectus. Eſt item προηγούμενον αἴτιον, quod a' Procatarctico inſtruit', Vel quo præſente, ἀποτέλεσμα quoꝙ. i. effectus adeſt. Sed redeo ad inſtitutũ, Sympathiã quoꝙ apud Veteres nõ Græcos modo, ſed & Latinos inuenias, ꝓ ꝓſenſu quodã, ꝙ plerũꝙ inter res cõuiſit', Vt cum Lucilius ait, Luna alit oſtrea, implet & Echinos, Muribus ſibras, & pecu addit. Eadẽ quoꝙ, quę creſcente Luna gliſcunt, deficiente contra defiunt, exucta'ꝙ ſunt. Quãꝙ eſt & in ꝙbuſdam Antipathia, nã Cepe, Plutarcho tradẽte, decedẽte Luna reuireſcit, ac ꝓgerminat. Inareſcit aũt adoleſcẽte. Proinde'ꝙ Peluſiotas Cepis abſtinere, ꝙa ſolæ ex cũctis olerib⁹ ꝓtra Lunę actą, & dãna uices minuẽdi, & augeſcendi, ſicuti repetit etiã Gellius, habeãt contrarias. Procatarcticas rurſum in morbis cauſas intelligunt euidentes, quæ extrinſecus adueniant, uelut Initiales. Id enim Græce ſonat προκαταρκτικήν.

¶ De mõſtro mirabili edito in Rhodiginis agris. De Piſciũ, & Ranaꝝ pluuia. Cap. III.

e

Xſcribentibus nobis iſta, & elimatius, leuigatius'ꝙ ꝓcinnantibus, quæ pridẽ Patauii dederamus in lras, editum in Patrii ſoli Vico, Cui Sarzano nomẽ eſt, magnitudinis inuſitatæ monſtrũ. Digna res eſt uiſa, quam hiſce libellis inſererem, eo qdem ꝓcliuius, qm flagrãte inteſtinis diſcordiis Italia, & intonãte altius belloꝝ ꝓcella, quæ iam aliquot annis late uaſtitatẽ dedit, Vice prodigii habitũ id eſt. Is uero Infans fuit biceps, multã in eo mira. Primũ quadrimeſtris magnitudo, mẽbra omnia cum ꝓceritate rñſum habentia, abſoluta, amuſſitata'ꝙ. Facies utraꝙ ſimilitudinis ꝓpe indiſcretæ. In Capitibus crines aliquãto longiores, ac nigricantes. Inter utrũꝙ caput ex collimitio humeroꝝ tertia ſurrigebat' manus. Sed quæ aures longitudine nõ excederet, nec integra uiſebat' omnino. Reliquũ Corpus ꝓrſum bene cõpactum, ac citra ullã macu lę fœditatẽ. Nat⁹ eſt qnto Idus Martias, Anno nati Verbi Milleſimo qngẽteſimo quarto ac decimo. Poſtridie allatus Rhodigiũ eſt. Quia uero uiſenda res erat, placuit mitti ad Hiſpanoꝝ Ducẽ, Qui in ꝓximo Vicaria Regis fungebat' poteſtate. Id uero ut citra putredinis timorẽ poſſet obiri, Exenterare præmortuũ neceſſe fuit. Inibi ergo miꝝ aliud, Cor qdem ſimplex, ut aſſolet, At Iecur duplex, ſicuti & Lien. Veꝝ in hoc genus monſtris mira qdem, Sed naturalis tñ a Peritis reꝝ afferri ratio ſolet. In ꝙbuſdã uix, Sicuti quod Athenæi relatum monumẽtis eſt, Piſcibus pluiſſe nõnunq̃. Factũ id in Cheroneſo ẽt legimus, & triduo utiꝙ continuo. Sed & in Pæonia, & Dardania Ranaꝝ pluuiã cõtigiſſe, ꝓdit Euſtathius, tãta multitudine, ut Domus opplerentur, nedum Viæ. Nec aduerſus mali uim uſquam ſalutare compareret auxilium, præterquã in fuga, quãdo nec Aqs, nec cibis uti licebat, irrepentibus, inſilientibus'ꝙ Ranis in omnia. Quod ad Infantem attinet, Illud amplius ſciendum, Vnum'ne, an plura ſint per coagmentationem, quod monſtrificũ prodit animal, Iudicandũ eſt ex principii ratione, nã ſi Cor pars eiuſmodi eſt, quod unũ Cor habet, unũ animal eſt, quod duo, anĩmal item duplex, coalitum propter conceptuum coniunctionem.

¶ Sup Agathocle adnotata quędiã. Cur'ꝙ is Graculus ſit cognominatus, Itẽ Triorches.

Plutarchi labecula colluitur. De Buteone Aue. Gracchus, & Pulcher an flatilem admittãt. Mihi cũ flatili ſcribendũ. Philomelam dici, non Philomenam.

Caput IIII.

Gathoclem Siciliæ tyrannũ, q̃ tam moderate, tam'q̃ fortiter uidet' ꝓſperiorẽ tuliſſe Fortunæ afflatum, ut ſine fictili ope nõ fere' unq̃ cœnaret, Ac miſceret
a opes pauperiem'q̃ ſimul, uti de eo cecinit Auſonius, Aetatis primordio ab emi nẽtiſſimis ꝓditũ hiſtoricis eſt, forma, & corporis uenuſtate præeminentem, diu uitã ſtupri patientia exegiſſe. Proinde Timæus, & ipſe hiſtoriaꝝ ꝓditor, illum dicit, κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν κοινὸν πόρνον, ideſt primæuo ætatis flore Scortũ ꝑmi ſcuũ, impudentiſſimo cuiq̃ expoſitũ. Item mox κολοιὸν nũcupat καὶ φιόρχην. Eſt autem κολοιὸς Graculus, ſup quo facetiſſimus extat Ciceronis iocus, Nã a' Pharſalica pugna cum aufugeret Põp. dicẽte Nonio quodã, Supeſſe etiãnum Aqlas ſeptẽ, ĩmo'q̃ necdũ eſſe deſpõdendũ. Recte inq̃t, moneres, ſi cũ Graculis depugnandũ foret. Triorches uero, Auctoribus Plinio, & Ariſtotele, de aĩaliũ hiſtoriis lib. ix. Genus Accipitris eſt, a' numero teſtiũ ſic nũcupati, Cui principatũ in Auguriis Phœmonoe dedit, Eũ Buteonẽ Romani uocarũt, Familia etiã ab eo cognominata, Cũ ꝓſpero auſpicio in Ducis naui ſediſſet, ut Plinius ſcribit. Ego in gẽte Fabia id fuiſſe cognomentũ, accipio. Nã ab Vrbe ꝓdita lib. XXIII. T. Liuius M. Fabiũ Buteonẽ noĩat. Meminit & in Fabio Maximo Plut. Sed ibi mẽdum, opinor, inoleuit, Nam ſcribit' mõ Fabius Bulco. Deniq̃ Buteonis Oratoris mẽtio eſt Senecæ Cõtrouerſiaꝝ libro II. Triorchẽ apud Ariſtophanẽ inuenimus in Comœdia, cui titulus ὄρνιθες. Vbi poetæ illius Interpretes nil amplius aſcribũt, q̃ ἔστι δὲ ὀφιόρχης ὄρνεόν τι. Eſt aũt Triorches auis quędam. Sed & in monumẽtis Sex. Pomp. ita legas, Buteo genus auis, quæ eo ſe alit, quod Accipitri eripuerit. Vaſtitatis'q̃ eſt cauſa in his locis, quæ intrauerit, ut Bubo, a' quo ẽt credit' appellatus Buteo. Proinde ex hac auis natura uideri põt Tyrãnus cognomẽtũ traxiſſe. Niſi qs malit ab efferata libidine, Nã egreſſus Agathocles pubertatis annos libidinẽ a' Viris trãſtulit ad fœminas. Tradit' item, cũ eſſet ꝑfunctus fato, Vxorẽ querulã flebilibus modis illud ſubinde ingeſſiſſe, τί δ' οὐκ ἐτώσῃ, τί δ' οὐκ ἐμὲ σύ; Quid non ego tibi, Quid tu nõ præſtiti ſti mihi? Cæteꝝ cur dictus κολοιὸς, ideſt Graculus? An ob latrocinia, & furacẽ naturã? Huic ſoli Aui inq̃t Plini⁹, furacitas auri, argẽtiq̃ præcipue mira. Monedulã quoq; inde dictã Grãmatici interpretant', quaſi monetulã, q̃d' ſurripiat monetas. Quanq̃ ſunt Coliæ item piſces, dicti Theodoro Monedulæ. Agathoclẽ uero latrociniis incubuiſſe ante Tyrãnidẽ, hiſtoria teſtis eſt. Inde'q̃ cõcedentẽ Syracuſas diu ſinẽ fide fuiſſe, qm̃ nec in fortunis, q̃d' amitteret, nec in uerecũdia, q̃d' inq̃naret, habere uidebãt'. Sed enim q̃uis in omne facinus ſemp fuerit ꝓmptiſſimus, non tñ uſquequaq̃ malus erat. Nã & manu ſtrenuus fuit, & in ꝓcionibus ꝑfacundus eſt creditus. Quo noĩe ab Aemulis, & inimicis Graculus itẽ uideri põt appellatus. Veluti loquax magis eſſet, q̃ eloquens, uti de Atilio Palicano ꝓnuntiatũ, nouimus. Dicit'. n. κολοιὸς a' κολοέιν, q̃d' tumultuari nobis indicat, Euſtathio tradẽte, qa ſit auis obſtrepa, tu multuatrix'q̃, ideſt θορυβητικὴ, καὶ κραυγαστική. Nã & eadẽ rõne Gracchũ apud Romanos cognominatũ, legimus. Quãuis apud Varronẽ obſeruatũ ſit, Gracchũ ideo nũcupatum, q̃d' eũ Mater Mẽſibus XII. in utero geſtaſſet, qa legitimũ pariẽdi tẽpus eſſet ſupgreſſa. Proinde ex Iuniorib⁹ Quidã ẽt bene doctus, Sine flatili ſcribendũ cenſuit. Q̃d' tñ, ni fallimur, forſan coarguit' pauciſſimis Quintiliani uerbis ex Oratoriaꝝ inſtitutionũ primo. Nã de aſpiratiõe differẽs inq̃t, parciſſime ea ueteres uſi, ẽt in uocalibus, Cũ Aedos, Ircos'q̃ dicebant. Diu deinde obſeruatũ, ne ꝓſonãtibus aſpiraret', ut in Graccis, & Triũpis. Hoꝝ ſenſus uerboꝝ q̃ ſit, perſpicue, opinor, patet. Nã Graccum, Triũpum'q̃ olim fuiſſe innuit ſcriptitatũ, Sed id nõ fuiſſe perpetuum, Quis rogo uos ſtudioſi omnes, nõ puidet. Triũpum'ne Tempeſtate noſtra ſcribimus, an Triumphum? Triũphum profecto, Sed & Gracchum cõſimiliter, nam & in Græcis monumentis ita ſcriptitatum inuenimus, γράκχον. In Catholicis tamen Probi ſic adnotatum animaduertimus. Quidam putant Inchoare dici, imperitiſſime, nam neque poſt. c. literam. h. latina uerba regunt, exceptis nominibus tribus, pulcher. Orchus. Lurcho. In tantum falluntur, Qui Pulcer & ſcribunt, & enuntiant. Quam tamen ſcribendi rationem inſequi uidetur Cæcilius Minutianus in Libello de Orthographia, quãquam inſigniter mutilato, decurtato'q̃, ac prorſum Vetuſtatis, & incuriæ uulneribus confoſſo. In quo & illud adnotauimus, Mihi cum flatili ſcribendum, ut diſparetur a' Vocatiuo Mi. Sed ad inſtitutum. Puſillos

tutum. Pusillos item statura κολοιοὺς, idest Graculos dici consuesse, in Aristophane uideor obseruasse. Nam & Auis hæc minutula est, ut quæ tota fere pennis constet. Et quoniam de Orthographia, mentio facta nobis, nec illud obiter negligendum, Quod publicum fere peccatum est, Philomelam dici, non Philomenam, suffragante Pausaniæ auctoritate, qui φιλομήλαν dicit.

¶ Nominum ratio recta quæ sit. Item nominum interpretatio plurium. Onomatotherę q dicant. Allantes, Allantopolæ, Salsicopolæ. De Briseide, ac Chryseide. Caius unde dicatur. Gęus Bos qui sit.

Caput V.

Nter alia, quæ disertissime apud Platonem, & scientissime quæruntur, Nominum quoq; rationem in magna esse nouimus quæstione. Id uero est, φύσει, ἢ θέσει, quod est natura'ne, an positu uim suam habeant. Placet autem illi, positione quadam constare nominum rectitudinem, Sed non temere tamē, & ut obtigit, Verum positionem ipsam de naturæ penu arbitratur promi. Neque esse aliud nominum rectitudinem, quam naturæ ipsi consonam impositionem. Scitum'q;, ac ad unguem factum putat nominum Conditorem, Qui per nomē exprimat rei naturam, Quippe rei organum esse nomen, Nec forte oblatum, Sed naturæ congruum, Vt quod res discernat, & indicet naturam. In Grāmaticis item Commentariis Nigidius Figulus solicite admodum, & asseuerate Verba esse naturalia magis, quam arbitraria colligit; festiuiter quoq; inferens, ac lepide, Vos cum dicimus, labias sensim primores emoueri, ac spiritum, atq; Animam porro' uersum intendi. Cum uero Nos, Neq; profuso, intento'q; flatu uocis, neq; proiectis labris pronuntiari, Sed hæc quasi introrsum reflecti. Propterea facturū me operæpretium arbitratus sum, Si parte hac potissimum, quid in ea re mutis ex magistris compertum nobis sit, appingere adortus fuero. Quādo & apud Græcos huiusce rei pleriq; Studiosi illuc prouecti demum sunt, ut etiam Onomatotheræ dicerentur, idest uelut nominum Venatores, noua sibi consarcinantes uocabula, rerum intuiti proprietatem. Cuiusmodi fuisse uidetur Siculus Dionysius, Qui Virginem uocabat Menandrū, quia μένει τὸν ἄνδρα, idest manet, expectat'q; Virum. Stylon uero, idest Columnā Menecratem, quoniā manet, continet'q;. Murum autem conceptacula, recte dici Mysteria coniectabat, qa mures seruent, quod τηρεῖν dicitur. Idem etiam Bouem nuncupabat Garotan. Porcum uero Iacchū. Alexarchus quoq;, Vranopolin qui condidit, nomina sibi conformauit, nō audita multis. Nam Gallum Orthouoan dicebat. Drachmā Argirida. Chœnica Hemerotrophida. Sic & Attic⁹ Herodes lignū, qd' inserit' Rotis, Trochopedā nūcupauit, cū p accliuia uectaret', Aliis Epochlea uocantibus. Anchorā Sophocles etiā Ischada nominauit, qm̄ nauem ꝯtineat. Sed nos eo qdem gratius ista cōplectimur præcipue, Quoniā a' Fabio ꝓditum, scimus, Scrutaturum mille Præceptorē acrem, atq; subtilem Origines nominū, Vt quę ex habitu corporis Rufos, Lōgos'q; fecerūt. Vbi erit aliud secreti⁹. Vnde Syllæ, Burri. In quo præter ea, quæ ex Macrobii Cœnis circūferunt' omniū excarthabulis, & Glossematis, Studiosus cōmonēdus Lector est. Esse, Qui Sillā dictum putent a' Silo naso, q est sursum uersus, & repandus. Sed nō ignorandum, a' Græcis pariter, & Latinis Syllā p y Græcū scribi, quod ex monumētis Sudę pspicuū est. Plutarchus tamē ita ꝓdit, Ex Corporis quoq; habitu denominatiōes rite imponi solent, Vt Silli, Nigri, Rufi. Verꝝ etiam Cæci, & Clodii. Sed & apud Græcos a' forma imponi cognomina inuenias, ut Physconē, Cirrippū. Physcā illi uocāt intestinū crassius, in quod farina inferciat', & Caro, fiūt'q;, q dicunt' Allantes. παρὰ τὴν ἀόλλησιν τῶν κρεῶν, a' Carniū congestione. Vnde Allantopoles, q etiam Salsicopoles uocatur, uenditor id genus farciminis. Cirrippum uero ab Equis, & Cirro colore dici, animaduerto. Cirrum uinum legas sæpicule apud Dioscoridem, & alios. Cirrū fuluum interpretantur, idest πυῤῥὸν, aut etiā igneum. Senecam Cassiodorus putat inde duci, quoniam cui primo cognomētum id impositū, canus sit natus, Sicuti de Numa Pompilio lectum est, Ad quod allusisse Virgilium credūt. Agnosco crines, incana'q; menta Regis Romani. Quin etiam Tyrrhenum, a' quo Tyrrhenia nūcupata, ab ineunte pueritia incanuisse, traditur fabulis, Sed ad egregiam Indolem id Strabo referendum putat. Caium inuenio in Græcorum monumentis appellatum ab Italis, & Tarentinis Mercenarium, aut etiam rudem Hominem, ac plane' Brutum, quia a' γύα, quæ terra est,

deriuetur γάϊος, & γάϊος. Nam a` γαῖα inflectitur γαῖος, unde Bos γαῖος dicitur, uelut Colonus, & γαιζῆται dicti Galatæ, qui patria excidentes terram quæsiere, quam incolerent. Pansam uero idem Cassiodorus ab expansis, & porragineis Capillis. Neruam a` fortitudine uestigii, Murenam a` Neruoso corpore, Galbam a` colore lurido dici, opinatur. Est enim inquit, Galbeus Passeris nomen, Luteis pennulis. Suetonius uero ambigi scribit, cur id Sulpitiæ Gentis factum cognomentum sit. Quidam enim putant eum, qui sit primo ita nũcupatus, inde appellationem duxisse, quod oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illitis demum Galbano facib⁹, succenderit. Alii quod in diuturna ualetudine Galbeo, ideſt remedio lana inuoluto uteretur assidue. Nonnulli quod præpinguis fuerit, quem Galbam uocãt Galli. Vel contra, quod tam exilis, quam Animalia, quæ in Aesculis nascuntur, appellantur q; Galbæ. Quod de Galbeo remedio Tranquillus scribit, Sciendum, tradidisse alios, Galbeum, siue Calbeum dici armillas, quibus uterentur Triumphantes, quibus q; ob Virtutem, ut Festus inquit, donarentur milites. Galbana uero uestimenta erant delicatorum, quę a` uiris gestari, mordaciter taxauit Satyricus Poeta.

Cærulea indutus scutulata, & Galbana rasa.

Inde apud Martialem Galbanatus, & Galbini mores pro mollibus, & supinis. Nam tunicã Galbinã a` colore dici uolunt, Eius in Aureliano meminit Flauius Vopiscus. Buccones appellatos credunt, Pompeio Festo tradẽte, a` Buccarum magnitudine, Sed alii Bubones scribere malunt. Lappam ab inculto capite appellationem duxisse, tradunt. Suram a` Surarum neruositate. Halam a` fœdo oris halitu. Capellam a` Capillorum hirsutie. Fenestellã a` Caluitie. Columellam a` proceritate. Aruinam a` pinguedine. Pergulam adulteri esse cognomẽ dicunt, Qui mariti aduentu latuerit in pergula. Mammulam, quod foret papillosus. Nasicę nomen dedit obuncus nasus, Leccæ meretricius amor. Massam dicunt furem significare. Lamiam porro uoracem. Antigonum quẽdam Macedonum Regem Gonatum fuisse cognominatum accepimus, forte a` Genuũ magnitudine. Astynomus dici uidetur Ciuitatis Lex. Fuere tamẽ Athenis Astynomi decem, quinq; in Piræeo, Totidem in Vrbe. Ad eorum curam pertinebant Psaltriæ, ac Tibicinæ, Sed & qui uocabantur Coprologi, Et id genus alia pleraq;. Verum id amplius aduertẽdum ex Eustathii fontibus corriuatum, & Literatoribus diu non percognitum, Astynomen nuncupatam Chrysæ filiam, ab Homero dictam Chryseida, Sicuti Briseida uocat, quæ fuerit Hippodamia. Erant uero Brises, Chryses q;, ut est in ueterib⁹ traditum Chorographiis, fratres. Ex quibus Brises Pedasum incoluit, Chrysam uero Chryses, Quorum pater fuit Ardys. Sisyphus idem esse Veterib⁹ animaduertitur, qui & Theosophos. Siquidem Deos in Peloponneso Sius dicunt, & ratione Aeolica Syphos dicitur Sapiens, quem Sophon enuntiat communis lingua. Hũc fabula tradit, Mortem in uincula coniecisse, immissam, quod Asopo Aeginæ filiæ raptum a` Ioue significasset, quod ad pacatum Sisyphi imperium putant referendum. Forte uero & Acesodyna excogitauit primus, ideſt dolorem sedantia, ac morborum antipala, ut Græci dicunt, quia Aegritudinibus obluctentur. Cothonias nuncupatus creditur Thynnotheræ filius, ideſt Thynnos uenãtis, seu expiscãtis, quoniã Gobios Siculi Cothonas dicũt, & in Halieutico Numenius Cothos.

¶ Nomina item a` Virtute, Felicitate, Moribus, ac Variis producta Euentibus. Lamyrus quid. & Diadema. De Achille plusscula, & Patria eiusdem Phthia. Venox unde. Caudex, & Codex.

Caput VI.

Porro a` Virtute quidam cognomina traxere, ut Euergetes, & Philadelphus, Auctor est Strabo, ne sine Capite, quod aiunt, rumusculos corrogare uideamur, odorari q;, Quãdo, ut nunc est, non exarmatos licet cum Sciolis nasutionibus pedem conferre. Ptolemæum ex Aegypti Regibus Philadelphum uocitatũ, cognoscẽdæ rei fuisse pstudiosum, & ex insita corpori imbecillitate noui aliqd semp scrutari solitũ. Quo se, & improsperã oblectaret ualitudinẽ. Philadelpho huic in principatu succesſor fuit Euergetes, cũ ipse post Ptolemæũ Lagi, q Alexãdro succesſerat, obtinuisset impiũ. Inter Aegypti Reges fuit & secũdus Euergetes, quẽ Physconẽ dixere. Fuit & Ptolemę⁹ κεραυνὸς cognomẽto. i. fulmẽ, ex pmptitudine, audacia q;, ut tradit Pausanias. A` felicitate qdã etiam cognomina sibi asciuere, Sicuti testat Eudęmonis appellatio.

Qua Bassum

Qua Baſſum ſecũdum fuiſſe ornatum, uetus teſtatur Hiſtoria. Vnum tamen hominum ad id æui felicis ſibi cognomen Syllam aſciuiſſe, Plinius auctor eſt, Ciuili ſanguine, ac patriæ oppugnatiõe adoptatũ, quod q̃ Metelli pii fuiſſet amicus, Sicuti Plutarchi apophthegmata teſtant, & qd Athenas non deleſſet. Scribit Alexandrinus Appianus, Imaginem Syllæ, ex auro equeſtrẽ ante Roſtra collocatã, addita ab Adulatorib⁹ inſcriptiõe eiuſmodi, Cornelio Syllæ, Imperatori fortunato. Sic enim inquit, aſſentando appellabant, Quod in hoſtes feliciter depugnaſſet. Quod abblandimenti genus, ſtabile mox cognomentum eſt conſecutum. Sed ex decreto idem Venuſtum ſe appellari uoluit, Quæ nuncupatio a` felici non ita uĩ detur diſſentanea. Mores etiam pleriſq; extra iam dictos, uarias contribuere appellationes, Sicut mordacitas Ptolemæo Lamyri cognomentum inuſſit. Garrulum enim Græci Lamyrum uocant. Sed & Comem, facetum q̃, & oblectabile, ac amœnum, item ſtupendum, ut in Epigrammate.

Βροτολοιγὸς ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα βάλλει·
Καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πυκνὰ γελᾷ.

Atheniẽſis Diotimus Chone, ideſt infundibulum eſt cognominatus, Quoniam eo appoſito Ori, inceſſanter infuſum hauriret uinum. Fuit & Oenotrorum Ciuitas Chone, Cuius libro ſeptimo meminit Strabo. Dicta uero eſt, quoniam Aegyptiace Chonen uocant Herculem, a` quo in Italiam aduentante dicti creduntur Chones. Xenarchus Rhodius, uti memi nit Euphorion, ex bibacitate, quam Polypoſian dicunt, Metretes eſt cognominatus. Anticyram meretricem inde nuncupatam ferunt, quod cum mentis emotæ, furentibus q̃ diſcumberet, Vel quod medicus Nicoſtratus moriens Hellebori uim ei magnam reliquerit, aliud præterea nihil. Antiochum ex Macedonũ Regibus quẽdam fuiſſe Doſonem cognominatum legimus, quod multa promitteret: pauca impleret, nam δώσω futurum eſt a` Verbo δίδωμι, Ceu diceretur Antiochus Dabo. Cuiuſmodi fuiſſe uidetur Atheniẽſium Imperator Chares. Cuius miræ inter Græcos pollicitationes ſunt uel frequentiſſimæ, ideſt αἱ χάρηβος ὑποχύσεις, Quibus multi aureos ſe in Olympia ſtaturos, Læte coniectabant, Sed ita, ut nunquam non æra ſe captaſſe, mox animaduerterent. Catilinam ſunt, qui a` fellandi fœditate nuncupatum credant. Focam Voracem ſignare arbitrantur. Perpenna dici uideẽ is, qui ſit Larido deditus, quo nomine caro intelligatur ſalſa, Macrobio tradẽte. Camillum a` Cadmo duci arbitror, Nam id fuit quãdoq; Mercurii Epitheton, unde inflectitur Cadmilus apud Lycophronem. Euẽtus quoque multorum cognominum præſtitere cauſam, Nam & Metellorum quendam conſtat Vittatum dici conſueſſe, quoniam, cum ulcus haberet, diu frontem uitta ligatus proceſſit in publicum. Sicut Diadematus quidam eſt item nũcupatus a` Diadematis uſu, quod a` Vittato diſcrepat non multũ. Sed de hoc aliubi facta nobis mentio eſt. Dicitur autem Diadema βασιλικὸν ἔνδυμα, ideſt regium geſtamẽ. Exponitur pro faſcia candida. Quæ Regum capitibus obligabat, Quod inſigne regium inuenit primus, Auctore Plinio, Liber pater. Coronam Lauream faſcia candida præligatam cum quidam Cæſaris ſtatuæ impoſuiſſet, Tribuni pl. detrahi coronę faſciam, & duci in uincula hominem iuſſerunt. Alexandrum Magnum legimus, quandoq; ſibi Diadema detraxiſſe uulneri obligando, quod in fronte acceperat Lyſimachus. Quam rem portendiſſe illi regnum, ferũt, Quod & mox ſit conſecutus. Adnotatum quoque in Ammiani Marcellini monumentis eſt, Inuidiæ Pompeio datum ab Obtrectatoribus, quod faſcia obligatum crus circunferret Vlceris cauſa, Veluti rerum nouarum affectationis præſagium foret id. Quin Fauonius amare non deſiit inceſſere, nil admodum referre, qua in parte Diadema geſtaret. Ex hoc præterea more pdiit Senecæ bracteatum illud, Faſciam ſolue, multum ſub illa mali latet. In Gente Turcarum reliquias etiamnum antiqui moris ſeruari, palam eſt. Metellum uero Celeris cognomen eſſe indeptum, obſeruauimus, quoniam paucis diebus a` Patris obitu funebres ludos, & gladiatoria munera celeritate admirabili exhibuerit. In Gẽte Claudia fuit, Qui Caudex nuncupareẽ, ut ſcribit Seneca, qd Romanos induxit prim⁹ nauẽ ꝓſcendere, nã pluriũ tabularũ ꝓtextus Caudex diciẽ. Sed & Codices tabulæ ſunt, Ex quo & Codicarias antiq naues dixere, quæ Cõmeatũ ſubuehũt. Achillẽ ſcribit Euphoriõ uideri nũcupatum, qd nõ Chilo. i. Cerealibus cibis primũ ſit ꝓnutritus, Vex ex infantia medullis animaliũ, Mox & Carnib⁹ue natu cõparatis, cũ illi foret pædagogus Chirõ. Chili mẽtio itẽ Xenophõti eſt, ubi ex Caſtris

abiiſſe milites ſcribit διὰ χλὸν, ueluti frumentatũ dicas. Sunt qui Euſtathio tradente, dici Achillem opinentur, quod bello uictis triſtitiam immitteret. Alii quod Ilienſes mœrore confecerit, Quo etymi argumento, L. ſimplici ſcribẽdum, arbitrantur, ſuccinẽte uel Analogi ratione, Nam Oileus dicitur, & Baſileus. Illud obiter ſciendum, Achillis patriam dici Phthiam, quæ nunc Pharſala, a Phthia muliere, uel a Phthio Neptuni filio. Phthiæ puellę meminit Aelianus, quam cum amaret Iupiter, formam demutauit in Columbæ ſpeciem. Scitu uero dignum illud eſt, a magni nominis Auctoribus prætermiſſum. C. Fabium collegam in Cenſura Appii Claudii, Cui cæco mox cognomen factum, Venocem fuiſſe nuncupatum ob indagine ſolerti conquiſitas Appiæ aquæ uenas, Quæ M. Valerio Max. P. Decio, Coss, inducta in Vrbem eſt, appellatione ab Appio eodem conciliata, Fabio ſe magiſtratu abdicante.

¶ Super Euripide, & Archelao paucula, Et Cylone. Pulchritudo cur mire afficiat unum quenq;. Omne pulchrum eſſe item bonum. καλὸν unde dicatur, Diotimæ præceptum. Quintiliani locus illuſtratur. Pulchritudinis Species. Caput VII.

Vripidem Tragœdiarum poetam nobilem, Et Scenicum Philoſophum, uti ab Athenienſibus iactatum, ſcimus, Archelao Regi ſola uirtutis admiratione fuiſſe perfamiliarem ferunt, adeo ut in Conuiuio, ubi aureo Scypho donari ſe a Rege Quidam frugis nõ ſatis bonæ amplius deprecaret, Puero innuerit Archelaus, Euripidi poculum traderet. Cum q; is uideretur etiam atq; etiam admirari, σὺ μὲν γὰρ ἔτσιν, αὐτεῖν, οὗτος δὲ λαμβάνειν ἄξιός ἐστι, καὶ μὴ αὐτῶν. Tu quidem inquit, qui petas. Hic uero quãuis non petens, dignus eſt, qui capiat. Ardebat Euripides Agathonem formoſum, uenuſtum q;, Sed iam adultiorem, nihiloſecius amplexabatur arctius amaſium, ſauiabatur q;. Conuerſus ad Amicos Archelaus, ne uos inquit, ulla teneat admiratio, τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ὄστι. Pulchrorum etiam Autumnus pulcher eſt. Id uero in pulchritudinis dici applauſum uidetur, Vbi tener quiſpiam eximium prætulit formæ ſplendorem, Eundem q; non adeo defloratum, ætate quãuis paulo grandiori, cuſtodit excellenter. Præclara equidem res, ac ſummis efferenda præconiis, Vt quæ nulli non ſcienti ſtuporem iniiciat, quantumuis efferato alioqui, Neminem non ad amandum alliciat. Nam & huius admiratione Cylon ſtatua honeſtatus ænea eſt, uti Pauſanias coniectat, quãuis tyrãnidem affectaſſet Athenis, unde celebratum hiſtoricis, ac Thucydidi præcipue κυλώνιον ἄγος. Sed unde nam iſtud fiat? Ducimur ne, ut Veneriæ affectioni deſeruire formam exactiorem opinemur? Abſit, etiamſi plerique in eam fœditatem feruntur præcipites. Et Euripides, arbitror, collabebatur. Sed quid nos afficit tantum? Principio eſt quiddam primo intuitu blandius ſenſui ſe patefaciens, id q; animus apprehendẽs, familiariter q; agnoſcens ſuſcipit iucunde, & quaſi accommodatiſſimum approbat, & amplectitur. At uero in turpe ſi incidat, ſeſe recipit, & uelut abhorrens ob diſcordiam, reſpuit, reſilit q;. Exiſtens nimirum Anima id, quod naturaliter eſt, ac propè, & ſecundum Eſſentiam in rerum ordine præſtantiſſima, quandocunq; aſpexerit cognatum quiddam, cognati q; ueſtigium, congratulatur, & ſtupet, Refertur q; in ſe ipſam, ſui q; recordatur, atque ſuorum. Anima nempe rationalis proxime pendet ex mente diuina, Et pulchritudinis Ideam ſibi illinc impreſſam ſeruat intus. Cui quod congruit, tanquam ſibi, patri q; cognatum libenter amplectitur. Congruit autem ea in Corporibus forma, quæ ad ipſam Ideæ normam examuſſim compoſita eſt. Omne uero Pulchrum inquit Proclus, etiam bonum eſt, Pulchrum amabile ſuapte natura eſt, quandoquidem externa pulchritudo diuinæ pulchritudinis imaginẽ ferens, eſt amabilis, primo q; aſpectu ad ſe mouet animos, quod confirmatur in Phædro. Re enim uera καλὸν, ideſt pulchrum dicitur, ſiue διὰ τὸ καλεῖν, quia prouocet animas, ſiue διὰ τὸ κηλεῖν, ideſt quia permulcet intuentes. Certe ſecundum naturam eſt amabile, quo fit, ut ad pulchrum Amãtem ducere Amor dicatur, Quicquid autem eſt amabile, eſt & appetibile, quando eſt Amor appetitus quidã etiã uehemens. Omne uero appetibile bonũ itẽ eſt, aut boni faciẽ preſtat. Demonſtratũ uero in Menõe eſt a Socrate, Fieri nõ poſſe, ut q malũ, quale ſit, nouerit, ipſum appetat. Appetibile itaq; omne bonũ eſt, Ac ſiqdẽ appetibile

ſit principaliter

ſit principaliter, Bonum quoq; principaliter erit. Sin minus, Apparens appetibile. Quod igitur eſt bonum, eſt & pulchrum. Quamobrem Amatoribus pręcipit Diotima, Vt poſt occurſantem Senſibus pulchritudinem ſe ad pulchritudinem actionibus, officiis, Scientiis inſitam tranſferant. Atq; inibi amatorium Animę oculum uehementer exerceant. Deinceps uero ad Intellectum, Ibiq; præcipuam, diuinamq; Pulchritudinem late dominantem ſpeculentur, tanquam ipſum re uera pulchrum in Anima uigeat. Nam quid ſit in nobis Virtute, & ſcientia pulchrius? aut quid rurſum ignorantia, & uitio turpius? Quoniam uero pulchritudo intellectuale munus creditur, Inde ſolos allicit cognoſcentes, cognoſcentes inquã ſiue intellectuali poteſtate aliqua, ſiue uiſu, ſiue auditu, Qui Senſus Rationi plurimum ſubſeruiunt. Et quia citra cognitiõem, quæ illuſtrare iudicium ualet, ingenerari Amor nequit, Hinc aperitur latius illud Quintiliani ex primo Oratoriarum Inſtitutionum. Id inquit, imprimis cauere oportebit, ne ſtudia qui amare non dum poteſt, oderit, & amaritudinem ſemel præceptam etiam ultra rudes annos reformidet. Duplex porro Pulchritudo eſt, Incorporea, & Corporea. Et quemadmodum Corporea rurſum eſt duplex, Altera quidem in his, quæ uidentur, Altera in his, quę audiuntur, Sic & Incorporea duplex, In Intellectu una, In Anima uero reliqua. Intellectualis lucis Pulchritudo præcipue ab ea, quæ uidetur in lumine, uelut imagine, nobis repræſentatur. Pulchritudo rurſus Animæ in harmonia quodammodo conſtitutæ, ab illa, quæ auditur, harmonica pulchritudine, tanquam imagine: rite refertur. Verum ſicuti Oculus, ut Solem uideat, debet eſſe, fieriq; Solaris, Sic tu ipſam inſpecturus Pulchritudinem, quæ diuinus ipſe Intellectus exiſtit, Sequeſtra te a materia. Senſum ſeclude. Abdica interim rationẽ quoq;, Intellectualis eſto, atq; intellectus primo tu⁹, deinde diuin⁹.

¶ Quo pacto a Corporea fugiendum pulchritudine. Qui plurimum terrena mirentur, & ament. Caput VIII.

Ollibuit autem ad hæc pertinentia inſigniter magni Plotini uerba ſubſcribere, Quæ & diuina ſunt, & Chriſtianæ religioni conſentanea imprimis, quan
c do Equi, Vt dicitur, acarnici inſtar hic inter Platonis ſectatores longe ſupereminet, nec tãto nomini indignantur cæteri, uelut Nani aſſurgere. Hic ergo, ubi uelut ex auguſtiore oraculo, Corporea hæc eſſe diſſeruit imagines, & umbras, & ueſtigia, Eſſeq; ad id confugiendum, Cuius hæc ſimulacra ſunt, Altius iam intonãs, Abeamus inquit, hinc amici, in patriam dulcem confugientes. Sed quænam fugiẽdi ratio? & qua uia ueneficia Circes, & Calypſus deuitabimus? Hoc quidem, & ſi perobſcura, Vlyſſis fabella ſignificat, quæ illum fingit manere nolentem, quãuis ſpectacula illi oculis iucunda occurrerent, ac cæteta, quæ Senſus oblectant, promitterentur. Patria uero noſtra ibi eſt, unde uenimus. Ibidem quoq; Pater. Quænam igitur claſſis? & quæ fuga? Haud ſane pedibus eſt fugiendum, Pedes enim ab alia in aliam paſſim ferunt terram. Neq; rurſus Equos ad uehendum, neque naues ad nauigãdum huius gratia parare debemus. Immo uero hæc cuncta dimittere, nec proſpicere quidem, Sed uiſu corporis clauſo, alterum pro hoc uiſum aſſumere, atque ſuſcitare. Quem habẽt quidem omnes, utuntur uero pauci. Oculus autem intimus eſt ratio contemplatrix. Intellectus autem Animæ proprius eſt huius oculi lumen. Intellectus uero diuinus eſt luminis huius lumen. Ipſum denique bonum eſt lux, Pateriq; luminum. Anima itaque cum oculum ab exterioribus prorſus auertit, Subito ad intima conuertit lumina, atque lucem, Euaditq; nõ luminoſa ſolũ, Sed lumen. Animæ uero inqt Proclus, quæ ob peruerſam educationem a ſuperno decidere lumine, alioqui amatoriam nactę naturam, in pulchritudinis incidentes Simulacra, ex pulchritudinis ueræ ignorantia corporeas admirantur formas, & amant. Sicuti enim apud Plotinum defluxus mentis facit aſtutiam, Atque Sapientiæ portio lapſa Sophiſticam producit, Sic & Amoris munus in peruerſum prolapſus ſuſceptaculum, uitam efficit intemperatam, atque tyrannicam. Diuinorum contemplatores inde nunquam diſceſſuros, aſtruit Plotinus. Iamblichus, & Porphyrius Animos etiam noſtros ad ſimilem poſſe beatitudinem peruenire, ſignificant. Hinc in ſacra lectum pagina eſt, Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem, & Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſeculum ſeculi laudabunt te.

¶ Platonicorum laus. Pulchritudinis commendatio, cũ Mulierc̃larum ſugillatione. Iuuenalis illuſtratur. Certamina de pulchritudine. Tenediarum Venuſtas præſignis. Chryſophori mulieres quæ intelligantur. Item certamina muliebris Temperãtiæ, & Oeconomiæ.

Caput IX.

a Tqui, Plini⁹ ait, magna pars ſtudiorum amœnitates quærimus. Tu uero, dicat aliquis, ſubinde neſcio quos permoleſtos obices, ac uelut moramenta ingeris, quæ multa tranſcurrendi auidos nimio plus ſufflaminare, ac præpedire uideantur. Equidem non eam inficias, rapi nos interdum tranſuerſos illius ſcientiæ ſublimitate, ſimul & ſecretiore rerum dignarum cura. Sapit enim ea Schola θεῖον quiddam, hoc eſt diuinũ. Quo afflata mens, uix a' Lectione reuelli poteſt. Cæterum iam ad hiſtoricam conuertemur Iucunditatem, Atq; illud appingemus primum, Veteres Pulchritudinem adeo admiratos, Vt Gorgonem propter eximium Venuſtatis decus, mentis inopes, ac prorſum ſtupidos reddentem ſpectatores, in ſaxa eos deformare, fabuloſo confinxerint inuolucro. Huius porro' boni ea Barbararum Gentium animos contemplatio cepit, Vt earum pleriſque tantæ ſit maieſtati Corporis ueneratio, Vti magnorum operum non alios cãpaciores putẽt, quam quos eximia ſpecie donare amplius naturæ potentia inenarrabilis dignata ſit. Quin & formoſiori occurriſſe cuipiam, omen cenſebatur præſtantiſſimum. At deformi, inauſpicatiſſimum. Nam & Imperator Adrianus ex Mauri occurſu, ingruere ſibi extrema, cõcepit. Ad quod ſpectare Iuuenalis illud Satyricũ, facile ꝓtenderim,

Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Illud item Apuleii ex Apologia ſecunda iactatur plerunq;, Virgo formoſa, & ſi fuerit oppido pauper, Tamen abunde dotata eſt. Affert quippe ad nouum Maritum Animi indolem, Pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Iam illud homericum quis non legit? ἔκτωρ εἶδος ἄριστε. Hector forma præſignis. At cum dicit Idem, δύσπαρι εἶδος ἄριστε, ideſt o' male Paris, ſpecie præcellẽs, Tacitis uelut ambagibus innuere uidet, a' ſugillatione fœda haud eſſe procul, quibus Pulchritudine ſpecioſius bonum adſit nullum. Tãto fœdioribus Mulierc̃larum pleriſque, Quibus unum modo eſt inſtitutum, una cura, Corpus excolere, ac longa formam quærere deſidia, Ornare crinem, & alienis Capillis turritum uerticem ſtruere, ut inquit Hieronymus. Nam & inde Plautus duas eſſe res ſcribit, quæ nunquam ſatis exornari poſſunt. Nauem, & Fœminam. Apud Tenedum Troianis adiacẽtem Inſulã, eſſe omniũ, quotquot ſint, mulieres ſpecioſiſſimas, in Aſiæ Periplo ſcribit Nymphodorus. Alicubi & de muliebri pulchritudine certamina legimus propoſita, Sicuti in Cereris Eleuſiniæ feſto prope' Alpheum, Vbi Victrix Herodice apparuerit primo, At quæ in Certamen prodeunt mulieres, Chryſophori nuncupantur. Idem apud Eleos factitatum, Theophraſtus ſcribit. Peragi'q; iudicium libatione ſolenni conſueuiſſe. Arma quoq; fuiſſe Victorum præmia, quę Palladi mox dicarentur, ut Leuctrico placet Dionyſio, Victorem tæniis auguſtiorem factũ deducentibus ad templum amicis, pompæ quadam imagine. Adiicit Myrſilus, Coronã dari myrteam conſueuiſſe. Illud multo clarius certamen, quod in quibuſdam inſtitutum locis de muliebri Temperantia, & Oeconomia, Idem nos docuit Theophraſtus, præcipue uero inter barbaras Gentes.

¶ De Euripide quæpiam haud inuenuſta, de Græco penu præcerpta potiſſimum.

Caput X.

q Voniam uero Euripidis facta pauloante mentio eſt, Succurrit nunc, quod apud magnum Auctorem de eodem obſeruatũ parti huic adglutinabimus. Dignum quippe ſcitu eſt, Euripidem Oris graueolẽtia laboraſſe plurimum. Quam Græci uocant τὴν τῶ στόματος δυσωδίαν. Id ei obiectum quandoq; a' Decamnicho Archelai aulico. Excãduit Poeta maledicto grauius, quam opinaretur quiſpiam. Sed eſt gen⁹ irritabile Vatum. Querelas apud Regem depoſuit. Is uero, ut qui Euripidem amplius amaret, illi'q; afficeretur plurimum, Decamnichum permiſit, In quem pro arbitrio plagis deſæuiret. Qua tã inſigni iniuria accepta, Bilem non ſubſtrinxit Decamnichus, Sed in Archelaum craſſantibus Ducem ſe præbuit, ac necis illius cauſa extitit grauiſſima. Porro' de Tragœdię ratione in libro de Poetica Ariſtoteles differens, Cuius ſit proprium, in aduerſam deſinere Fortunam, Hoc Euripidi teſtimonium reddidit. Hinc

inquit,

inqt, maxime nobis licet coniectare, In certaminibus, scenis'q; pulcherrimas, exactissimas'q; eas uideri Tragœdias, quæ ita dirigantur. Et Euripides, tametsi in aliis non concinna utitur Oeconomia, atque dispositione, Est tamẽ Poetarum omnium tragicissimus. Apud Græcos item ab ordinis prauitate dici inuenias, σφαλερώτατον τὴν τέχνην εὐριπίδην. Fuit uero Euripides hic Mnesarchi, quem Mnesarchidem uocant alii, & Clitus nobilissimæ fœminæ filius. Quidam uero, ut Theopompus, & in nostris literis Maximus Val. Poetæ matrem λαχανοπώλιν fuisse, prodũt, ideſt olera uenditasse, imprimis'q; Scandicem, sicuti commemi/nit Plinius, & Aristophanes in Comœdia, cui titulus ἱππεῖς, astipulari uidetur. Quin & Euripidem ipsum σκαμβοκοπώλωι inuenias cognominatum. Scandia uero in Cytherorum Insula nauale fuit, Quod ex Pausania discimus. Legitur & σκαμβεία Galeæ species. Ferũt natum Euripidem die, quo Xerxem Persarum Regem Græcia nobili prælio uicit, Qua ex causa putant nonnulli sic nuncupatum, quoniam in Euripo depugnatum sit. Pictor fuit prius, mox Prodici Sophistæ auditor. Moribus fuisse narratur iniucundus, & tristis, subinde figens terram obstipo capite, Cuiusmodi homines σκυθρωπούς Græci uocant. Hinc certe μισογύνης est nuncupatus, ueluti, qui risum foret exosus, Creditur quoque in mulieres odio fuisse præcipiti, & inde dictus Misogynes, siue, quia natura esset talis, abhorreret'q; a' mulierum cœtu, Siue quod duas habuerat Vxores simul, Cum id, Decreto ab Athenien sibus facto, ius esset, Quarum matrimonii cum perteduisset, muliebri sexui bellum indixit, Cuius rei in Thesmophoriis quoque testis Aristophanes est. A' Canibus denique proscissum interisse, ferè omnes tradunt, ad Locum Bormiscum, de montis Bormii nomine appellatum in Macedonia. Canes eas scribit Stephanus, nuncupari ab Indigenis Esterincas, Sed ab Homero trapezeas, hoc est

κύνας θρασυθύμους πυλωρούς Iliados. χ. De Poetæ Sepulchro, morte obita, euari at historia. In Macedonia id statuit Plinius. Monstrari Athenis, Pausanias scribit, Sed κενὸν, nam inquit, τέθαπται ἐν μακεδονίᾳ. Strabo etiam in Argiuorum foro, & Palinthum quoque nuncupatum refert, Sed Cenotaphium fuisse postremum hoc item, facile peruincitur, quando de Macedonico historia constantior agnoscitur. Tragœdias adortum scribere tradunt natum annos duodeuiginti. Adiicit Philochorus in tetra quadam Salaminis speluncа solitum scriptitare. Porro' Euripidis excellentiam in poetica, Id prisca ætate atteſtari est uisum, Quod mortuo iam, & condito in Macedonia prope' Arethusam, Sepulchrum eius tactum de Cęlo est. Eo mirabilius uisum, Quod ad id æui Mortalium contigisset nulli, extra quam Lycurgo, Quem diis Carissimum, piissimum'q; intelligi uoluere Annales. Euripides porro' tantæ auctoritatis Ciceroni fuisse memoratur, Vt singula eius uerba singulas esse sentẽtias existimauerit. Sicuti illud a' Platone itẽ repetitũ, Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ὄντι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; Quis nouit, an Viuere qdẽ sit mori. Mori aũt uiuere? Lucianus Sophocleos uersus putat plus habere grauitatis. Euripidi inesse leuius quiddam, Tanquam omnino tragici Cothurni princeps sit Sophocles, ut qui plane' excoctus sit, plus'q; medullarum habeat, quam Corticis. Euripidis porro' illud est, Solem auream esse glebam. Positum uero id in fabula Phaethonte, quod ab Anaxagora insinuatum uideri potest, qui lapidis e' Sole casum prædixisse narratur. Postremo adnotatu non indignum, Euripidem penultima pronuntiari producta Sidonio Apollinari, illo phalęcio,

Orchestram quatit alter Euripidis. Apud Ionem quoque id ipsum inuenias.

χαῖρε μελαμπέπλοις εὐριπίδη εὐγυάλοισιν. Sunt q corripiant tum Græce, tum latine, Vt in eo,

Nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt.

¶ Persarum legati quo pacto ab Alexandro dimissi. Soles duos, neque item Regna duo patitur Mundus. Caput XI.

a Lexandrum Macedoniæ principem, & Orientis debellatorem tradit historia, dum orbis terrarum affectaret imperium, ingenti animo Persarum Regi Dario indixisse bellum. Quo tempore is audaciam Iuuenis reformidans, simul'q; uirtutem Admiratus præcelsam, nec sane' publicam, ob id'q; sibi fatalem quodammodo præsagiens, Quibuscunque modis incumbens exitium

euadere commoliebatur, missis'q; ad hostem Legatis, primum auri uim magnam illi obtulit, Alia item eximia. Quod uero potissimum, Asiæ imperium portionibus æquis cum eo se diuisurum, repromisit. Ea cum forent audita Parmenioni, inter Alexandri amicos præpotẽti, Accepissem inquit, Si Alexander essem. Et ego per Iouem inquit, Si Parmenio forem. Iussit uero Legatos Dario ita renuntiare. Neque mundum Soles duos, neque Duo summa Regna, saluo terrarum statu, cõcoquere posse. Id uero ex eminentissimi Regis, omnium ca pacis, æstuantis'q; angusto in limite mundi magnifica prolatum sententia Prouerbii faciem habet, ac ueteri confirmatur apophthegmate bracteato, quod & passim iactatur, Regnum non patitur duos, propter illud Poeticum, Omnis'q; potestas Impatiens consortis erit. Nam, ut est apud Ennium, Nulla sancta societas, nec fides Regni est. Solem uero duplicem quo pacto terra patiatur, quæ multis partibus ne unum quidem ferre ualet? Præsto`sunt clarissima naturę indicia. Cur enim partitis uicib⁹ anni brumalis abscedit? Nempe ut noctium opacitate terras reficiat, exusturus haud dubie, & sic quoque exurens quadam in parte, tam excellens est eius magnitudo, tam incomparabilis uis. Quo argumento Hipponi philosopho irrepsit, Sicut in fabula, cui titulus πανόπτου, Crates scribit, Vt ueluti furnum esse Cęlum diceret, Homines uero Carbones.

¶ Solis descriptio, & cur dicatur Phaethon. De Eridano. Ouidii locus restituitur. Solis magnitudinem non recte metiri Epicurum argumento oculorum. Virgilius illustratur. Discus quid, & Abacus. Caput XII.

Ydus uero hoc tantæ, ut sic dicam, maiestatis Plato, quod Speusippus edocuit, ita definire, uel describere uidetur. Sol Cælestis est ignis, qui solum ab ortu ad occasum ab eisdem aspici potest, animal sempiternum, astrum animatum, diurnum ac maximum. Certe ab insigni claritate nobili epitheto ab Homero illustratur, & Sophocle, ἡέλιος φαέθων, ideſt Sol Phaethon, quãquam & Solis filius, Sicuti commeminit Pausanias quoq;, Quẽ & Eridanum antea uocatum nouimus, Quæ & fluminis est appellatio in Italia, Thessalia, Attica, Vt putat Cæcilius Minutianus Apuleius, Vnde eorum retegitur uanitas, a` quibus Carmẽ interpolatur Ouidianum, Eridani in Attica Hilissum influentis meminit Pausanias quoq;. Sed ad Syderis redeo maiestatem, Quæ quoniã Veterib⁹ credita est diuina, Proinde religiosius, dum percutitur fœdus ab Agamemnone, aduocatur apud Homerum, ut fœderum custos, & inspectrix omnium. Hinc Bithynos scribit Arrianus, Iudi[illegible]exaduerso Solis exercere sedentes consuesse. Atenim sunt, qui tam amplæ potestatis Syrus oculorum metiantur argumentis, & animi coniectura scrutentur. Sed uanitas multis coarguitur indiciis. Immensum esse constat, Plinius inquit, quia Arborum in limitibus porrectarum in quotlibet passuum millia umbras paribus iaciat interuallis, tanquam toto spacio medius. Epicuri Scholæ sunt, quæ statuunt ea magnitudine esse Solem, qua uidetur. Cæterum non peruidisse illos, quanta inde conse queretur absurditas, admiratiõe dignum. Si enim inquit Cleomedes, in Cælestium orbium contemplatione, tantus sit Sol, quantus apparet, Profecto multæ simul in ipso magnitudines erunt. Siquidem exoriens, & occidens maior uidetur. Porro` non apud omnes eodem exoritur tempore. Nam cum sit globata specie Terra, Alias apud alios oritur, & occidit, & medium Cæli tenet. Quamobrem cum accidat, eundem apud alios oriri, & apud alios in medio Cæli existere, simul & maior, & minor fiet. Maior uidelicet, quibus oritur, minor quibus est in medio Cæli hora eadem, quod utique in eo absurdissimum plane` censeri debet. Horum nanq; effectuum ratio ea promitur a` Scientissimis. Maior inquiunt, nobis Sol exoriens, & occidens uidetur, & minor in Cæli constitutus meditullio, Propterea quod in Orizonte per aerem densiorem, & humectiorem ipsum uidemus. Eiusmodi nanq; est uicinus terræ Aer. In medio autem Cæli, quia in puriore cernimus, emissus ab oculis ad ipsum radius non reflectitur, quod in alio contingit situ. Argumento sunt, quæ in aqua uisuntur grandiora, corpulentiora'q;. Nam & ex puteis altioribus Sol conspectus id ipsum patitur. Eisdem porro` rationibus colligitur, Cur in medio Cæli Sol constitutus nobis uideatur propior. Oriens uero, aut Occidẽs remotior. Hæc siquidem Aeris efficit qualitas, In humectio-

re nãq́, craſſiore'q́ conſpectus longius abeſſe creditur. Per purum uero interuallo uidetur propinquiore. Proinde inquit Poſidoni⁹, Si fieri poſſet, ut per parietes, alia'ue ſolida corpora, ut de Lynceo prodit fabula, Sol conſpiceretur, Multo amplior ſe nobis ingereret, & ampliore diſtare interuallo crederetur. Viſum porro' inſigniter falli, indicio eſſe poteſt Colorum ſubinde in Sole mutatio, quod aeris affectio facit. Adde, quod cum a' montis cacumine occidit, aut orit', præſefert nobis ſpeciem cacumen tangentis, Propterea doctiſſimus Poeta,

Iam'q́ iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ, & alibi,

Tibi deſerit heſperus Oetam.

Solis Corpus, orbem'q́ inuenio Diſcum quandoq́ dici, Quãq̃ uocabuli huius notiones uariæ ſunt admodum. Nam eſt eo nomine orbiculatus lapis, quem exercitii gratia iactare ſolebant plerunq́, quod ſi ferreus fuiſſet, ut docet Euſtathius, núcupabatur Solos. Vnde apud Vitruuium Statuas in foro ſurrectas, legimus, Diſcos tenentes. Idem alibi ſcribit in horologiorum ratione, Hemicyclium excauatum ex quadrato Beroſum inueniſſe. Scaphẽ, ſiue Hemiſphærium Ariſtarchum Samiũ, Qui etiam Diſcum excogitarit in planitie, ideſt Aream, non cauo ambitu, ſed plano. Eſt & nomenclatura eadem Vas apud Dioſcoridem, Lenticulam latine poſſe dici, arbitrantur Eruditiores. Pro lapide corriuatur ἀφὸ τοῦ δίκω, quod βάλλειν, ideſt iactare ſignat. Obſeruatum & illud, Solis latitudinem ſcienter Abacum dici, eadem, qua Diſcus notione.

¶ Falſo' Epicuꝛ opinari, Aſtra cũ oriant', accendi. Cũ occidãt, extingui. Cap. XIII.

Equitur & delyramentum alterum ex eiſdem propagatum ſcholis, Quippe talpis cæcior Epicurus, Qui tamen unus, primus'q́ hominum ueritatem inueniſſe uideri uult, Aſtra, cum oriuntur, accendi, cum occidunt, extingui aſtrui, perinde ac ſiquis diceret, cum homines conſpiciuntur, naſci, cum non uidentur, mori. Quo quid abſurdius? Potuit certe uel ſola fulgore clariſſimo Luna commenti uanitatem retundere. Quo enim modo extincto in occaſu Sole, fulget ipſa noctu? aut quo modo deficit in umbram incidens terræ antea ſplendicans, aut quo pacto egreſſa umbram rurſus nitet, non exiſtente ſup terram Sole? Aut quanam ratione Sol tam eximius, tam'q́ omnium maxime mirus, ubi extinctus fuerit, denuo renaſcitur? Arbitror hiſpanica fabula delinitum, hanc alteram profudiſſe uanitatem, Ab illa ſiquidem gente demanauit, Solem in Oceanum mergi, cum'q́ mergatur, quaſi candens ferrum ſonum edere, Propter quod & Satyrus dixerit.

Audiit herculeo ſtridentem gurgite Solem.

Hoc uero qui fieri poſſit? Cum portio Cæli quælibet ex æquilibrio a' terra diſtet? Hæc ſunt, quæ ſacra Epicuri Scientia excogitaſſe memoratur, exagitata abunde, exibilata'q́ Cleomedi in eo, quem pauloante aduocauimus, libro. Verum nos ab iis iam ad iucundiora dictu ſtilum conuertamus.

¶ Solis præcipuę Laudes. An fatendum ſit, Solem calere. An Cælum ſit igneum. Caput XIIII.

Olem quippe ipſum Plato ipſius Boni conſpicuum filium nominauit. Credidit quoque eſſe Solem perſpicuam Dei Statuam in hoc templo mundano ab ipſo Deo poſitam. Hunc Veteres, ut Plotinus ait, & Plato enuntiarat prius, uenerabantur, ut Deum. In Sole priſci Gentium Theologi omnia Gentilium numina collocarunt. Quod quidem Iamblichus, & Iulianus, Macrobius'q́ teſtantur. Deniq́ quiſquis non uidet, Solem in Mundo imaginem eſſe, Vicarium'q́ Dei. Is certe noctem nunquam conſyderauit, nec Solem ſuſpexit exorientem, neque item illius animaduertit munera, nec Areopagitæ Dionyſii monumenta unquam adiit. Hic, ut diſertiſſime ſcribit Plinius, Cæli triſtitiam diſcutit, atq́ etiam humani animi nubila ſerenat. Hic ſuum lumen cæteris quoque Syderibus fœnerat, præclarus, eximius, omnia uidens, omnia etiam exaudiens, ut princeps literarum Homerus credidit in uno eo. Nobiliſſimus quoque ueterum Theologorum Orpheus ita canit.

κλῦθι μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων ἀιώνιον ὄμμα.
τιτὰν χρυσαυγὴς, ὑπερίων, οὐράνιον φῶς. & paulo post.
ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς, ὦ ἐλάσιππε
μάστιγι λιγυρῇ τετράωρον ἅρμα δίωκων,

Ideſt Audi beate, æternum habens omnia intuentem oculum, Titan, aureo nitens fulgore, Hyperion, Cæleſtinen. Iuſtitiæ oculus. Vitæ lux. O Equorum agitator, flagello ſtridulo quatuor horarum gens currum. Theologi Veteres, Proculo tradente, dicebant, Reginam omnium Iuſtitiæ in medio Solis throno per cuncta propagari, omnia dirigentem, ueluti Sol ipſe omnium ſit moderator. Iamblichus ex Aegyptiorum doctrina ſic ferme colligit, Quicqd adſit nobis boni, adeſſe Solari poteſtate, uel ab ipſa tantum, Vel etiam ſi ab aliis, Id quidem uel a Sole abſolui, uel a Sole per alia. Eſt quoq; Sol Elementalium Virtutum Dominus. Luna Virtute Solis domina generationis. Ideo Albumaſar per Solem inquit, & Lunam omnibus uim inſinuari. Moſes Cæleſtium dominum in die Solem arbitratur. Nocte Lunam, quaſi nocturnum Solem. M. Tullius Solem ueneratur, ut ducem, & principem, ac moderatorem luminum reliquorum. Mundi mentem, & temperationem. Heraclitus fontem Cæleſtis lucis nuncupauit. Phyſici etiam Cor Cæli. Id enim in Aethere Sol eſt, quod in animali Cor. Cuius id proprium, ne unquam ceſſet a motu. Sunt & qui Aetheris Oculum nuncupent Solem. Sed & Centimani Briarei nomine hunc ipſum nonnulli ex Græcis intelligunt, q multis uelut manibus inferna diſponat, efficiatq;. Nam & Archimedem, qui a Græcis, de ingenii fertilitate πολυμήχανος nuncupatur, quoniam uno impetu numeroſas excuteret ſagittas, ab iis, quos percuſſiſſet, ἑκατόγχειρα cognominatũ, ſcimus. Plericq; ex Platonicorũ Scholis in Sole Mundi animã conſtituiſſe uidentur, Quæ Sphęram Solis totam implens, per globum illum quaſi igneum, tanquam Cor, effundat radios, ueluti ſpiritus inde per omnia, Quibus uitam, ſenſum, motum uniuerſo diſtribuat. Hinc forte promunt ſe Aſtronomorum placita, Sicut Deus ſolus Intellectualem Animam nobis tribuit, Ita ſub Solis modo influxu eam mittere, ideſt quarto duntaxat menſe poſt cõceptum. Porro ex Solis poteſtate, quæ diem cum nocte librat tunc, Circulus ab Ariete productus in Libram Mineruæ, ideſt Sapientię, Iuſtitię circulus apud Aegyptios nuncupari ſolet. Sed nec temperabo mihi parte iſta, quin proferam plauſibile ingeniorum inuentum appingam. Quippe excogitatum ſolertiſſime eſt, in Sole eniteſcere imaginẽ diuinæ Trinitatis miram. In bi ſiquidem tria quædam uiſitari, diſtincta pariter, & unita. Primum quidem naturalis animaduertitur ipſa fœcunditas, Senſibus noſtris prorſum occulta. Deinde lux eiuſdem manifeſta, ex ipſa manans fœcunditate, ipſiq; æqualis ſemper. Poſtremo eſt ab utroque propagata Calefactoria uis, penitus utriſque par. Cæterum parte hac ex Platonici diſertiſſimi doctrina commonendi diligenter ſumus, Non eundum inficias, Cælum, Solem'ue eſſe calidum, Sed uerius negandum, eſſe urens. Nec dicamus, Solis lumen ſola repercuſſione calefacere, Sed ſola comburere. Nam Lunæ radii repercuſſi nihil calefaciunt, cum in ea uirtus (ſicuti pleriſque uiſum) aquea dominetur. Calefaciunt autem Solis radii ſaltem pro ignea Solis, uiuificaq; natura. Quod ſi ingerat aliquis, motu tardiore minus calefacere Lunam, Tarditatem emendare propinquitas poteſt, Vt aliquo modo calorem afferre poſſit ipſa quoque, Si repercuſſu propagatur calor. Si uero Aeſtum eſſe Ignis dicant genuinum, Occurrendum, quo minus alienæ promiſceatur materiæ, eo urere minus. Aſtruendum uero plane, eſſe Lumen ignis proprium. Quippe quo purius, eo lucidius. Largitur calorem, at non largitur lumen, utpote ingenitum, & proprium. Etenim ſi abeat Ignis, abit & lumen. Vbi uero ait Plotinus, potiſſimam ignis actionem eſſe calefactionem, Intellige Ignis elementalis, commixtiq; actionem. Nam præcipua Cæleſtis ignis actio ea eſt, quę cæleſtis animæ præcipuam refert actionem, ideſt Intelligentiam. Eſt porro Cæleſtis ignis æqualis, quętus, & Aſtrorũ naturæ accõmodatus præcipue. Dogma denicq; Platonicũ eſt, nec ab Aſtrologis improbatũ, lucem in Cælo eſſe Senſum. Proinde radios paſſim ex luce ptẽdere, ſingula perſentire eſt, Sentiendoq; facere, & faciẽdo ſentire, Quando nil uel ſub terra latet, quod non ſentiatur inde, latentibus ubiq; radiis. Alioqui non generarentur etiam ſub terra Cæleſtia. Erunt fortaſſe, qui motus argumento, Igneum minime uideri Cælum, colligere enitantur, Quoniam in ambitum circumagatur. Igne in ſurrectum tendente, Sed attendant

obſecro

obſecro rationis fallaciam. Si Cęli pars aliqua (Demus enim poſſe hoc perfici) a' toto ſeclu/ ſa, diuulſa' q; in mundi ſitu aliquo conſtituatur, Repente in arrectum ſuſtolletur ea, patriam mox repetitura, quãquam Cælo circumagi ſit proprium. Nam & terra, ſi a' Centro externa ui aliqua ſeuocetur, ad ima protinus naturæ ſuæ nutu reclinabitur, Etiam ſi propria ſit ei Quies. Motus rectus, ubicunque reperiatur is, non tam intimus, genuinus' q; eſt, quam redi/ tus in naturam. Adde, quod Ignis, cum ſuapte ui mobilis perpetuo ſit, Neceſſario in orbem mouetur, Nam hic finem omnino neſcit, quod in recto nequit contingere.

¶ Cælum item eſſe Ignem. In quo tria ſint, Calor, Lumẽ, Vitalis humor. Tollitur ex Pli nio obſcuritas, item Martiano, & Ariſtophane. Obiter de Argento, Quod Viuum dicunt.

Caput XV.

Ælum porro' eſſe Ignem, colligi ex Platone tota, quod dicitur, facilitate pò teſt. Nam ubi Moſaica myſteria ſic habent, In principio creauit Deus Cæ/ c lum, & Terram, Plato ait, Deum primo Ignem feciſſe, ac Terrã, Ignem ni mirum intelligens præcipue Cælum. Nam in mundi fabrica utrunque per/ pendit extremum, uidelicet Structuræ medium, ſiue Centrum, Et circum/ currens Cælum, Cuius ambitu reliqua contegantur omnia, Nam cætera Horum gratia interſita animaduertuntur. Sed aduertant quæſo, ſtudioſi omnes, quæ mox ſubnectẽtur, Vt Plinii, & Capellæ Felicis locus Gordiano implicatior nodo explicetur lati/ us, dum a' Platonicorum ueſtigiis, ne unguem quidem latum reuellimur. Totam utique Cę li molem eẽ calidã, liquet, Quia Ignis tota eſt. Id quod Sublimitas coarguit, Mobilitas, & Lumen, Calor quoq; quãquam occultus, omnia confouens. Calor autem ampliſſimus ſpa tio nullam patiens uiolentiam familiarem habet humorem. Nam ſicuti Cæli Anima Vita conſtat, & Intellectu, ac motu, Sic & in Cælo tria recognoſcuntur hæc, Calor tanquam Vĩ ta, Lumen, intellectus uice, Vitalis humor, perinde ac in Anima Vitalis motus. Nec ſane' alĩ ud eſſe humorem cenſueris, quam agilitatem quandam ad motum. Proinde Cæleſtis ignis non eſſe modo colligitur calidus, Sed humectus inſuper, ideſt liquidus, fluidus, agilis, atque lubricus, & lenis, ac blandus. Nam ſiccitas nõ fere' citra rigiditatem fuerit, & quidem aſpe riorem, Cuiuſmodi etiam acrius induxerit frigus. Auerroicum illud ex libro de Cælo Plato nicis calculum adiicere, creditur, Cæleſtia nulla frigus inferunt, Sed calorem omnia. Quæ uero frigus conciliare opinemur, ea eſſe, quæ caloris inferant minus. Sententiam huiuſmo/ di comprobant fere' Abraham, & Auenazra, Statuentes, Saturnum dictitari frigidum, quĩ calorem inferat noſtro remiſſiorem. At Vitruuius matheſeos non imperitus eſſe Stellarum alias temperatas ſcribit, Alias feruentes, etiam' q; frigidas ea ex cauſa, quod ignis quilibet ſuperna petit. Quo fit, ut Sol Aethera ſuperiorem radiis exurens candentem efficiat, Martis argumento. Saturni uero Stella, quod eſt proxima extremo Mundo, tangit' q; congelatas Cæli regiones, uehemens inde frigus concipere creditur. Sed hæc ille uiderit. Cæleſtis uero proprietatis, Siquod in rebus noſtris exemplum aliquo modo ualeat excogitari, Non teme re fuerit aliud, quam Argentum, quod ab indefinente motu uocant Officinæ Viuum, In quo uegetus calor cum humore multo, ſed tenaci motum ingenerat quietis neſcium. Quod ſi ſubtiliorem, & diaphanam, lucidam' q; adhibueris naturam, habebis & Cælum. Ex iis iã opinor, infertur Lux multa Plinii uerbis ex naturalis hiſtoriæ ſecundo uolumine. Eſſe innu/ meras ei effigies Animalium, rerum' q; cũctarum impreſſas. Nec, ut in Volucrum notamus ouis, læuitate continua lubricum corpus, quod clariſſimi Auctores dixere tenerum, argumẽ tis indicatur. Martianus uero Felix Capella Lunarem inquit, Circulum ingreſſa Virgo con/ ſpicatur globoſum quoddam, tenerum' q; corpus, & ſuperni roris læuitate compactum, in/ ſtar Speculi prænitentis. Sed in Timæo item Plato, Lenem præterea inquit, hunc globum extrinſecus undiq; expoliuit, Nec immerito ſumma cum ęqualitate tornauit. Ex humoris ue ro Cæleſtis ſimilitudine, qui agilitatem ſignat, ut antea eſt expoſitum, Ariſtophanes Ne/ bulis Socratem irridens illum ita inducit loquentem, ἀλλ' ἡ γῆ βία ἕλκει πρὸς ἑαυτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φρονήσεως, ideſt Sed ui inquit, terra ad ſe pertrahit humorem curæ. Vbi Inter/ pres ἰκμάδα .i. humorem τὸ νοητικὸν intelligit τῆς ψυχῆς, ideſt Animæ intellectualem potentiam. Sed cur ſic, Id uero dicere ſuperſedit.

¶ Peripateticæ rationes, Solem, Stellas'q; non esse igneas. Caput XVI.

Æterũ, quia diu iam Platonicorum rimamur arcana, introspiciamus parum per & Peripateticorum pomœria, quæ multum tempestate nostra & nominis, & auctoritatis indepta late dominantur, & in naturæ maiestate principatum sibi uendicant. Promemus autem, quæ a' Magno Alberto secundo Cæli comprobata, nouimus, Caliditatem uidelicet, ac Lumen nõ uideri idoneas causas, Cur Sol, & Stellæ dicantur igneæ. Neque enim Caliditas prouenit semper ex proprietate naturæ, Sed ex motu interdum, Et aliquando ex radiorum reflexione ad locum unum, ut in quibusdam manifestum est Speculis, Et probat Euclides in Perspectiuæ tractatu. Porro' luminosa corpora sunt multa, quæ tamen esse ignea, non audeas astruere, ut contingit in putrefacta quercu. Quinimmo Igni accidit quoque non lucere, si simplicior fuerit, ac purior. Sicuti euenire, Alexander scribit, in locis prope' Aethiopas. Adde, quod nõ ubiq; calorem motus inducit, Sed in iis duntaxat corporibus, quæ a' motu dissolui queunt per partium attritum. Quia enim partes dissoluuntur, rarescunt amplius, quam formæ Aeris uel aquæ, uel terrę congruat. Inde ad ignem disponunt', & calorem. Si uero Corpus fuerit eiusmodi, ut motu dissolutionem non recipiat, quale est Cæleste corpus, tunc nec calor ualet, nec ignis induci. Motus autem ad hæc ꝑficienda non alius est, quam localis, & pręcipue motus is, qui est quasi uita quædam existentibus omnibus. Cuiusmodi est Cæli motus. Proinde'q; uiuifica qualitas est calor. Letifera frigus, quia abscindit, & sistit motum. Quanam uero ratione Astrorum motus calorem gignat, secundo Cæli sic statuit Aristoteles. ἡ δὲ θερμότης inquit, ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὸ φῶς γίγνεται παρεκφιβομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐκείνων φορᾶς, πέφυκε γὰρ ἡ κίνησις ἐκπυροῦν καὶ ξύλα, καὶ λίθους, καὶ σίδηρον, εὐλοιώτερον δὲ τὸν ἀέρα. Hoc est, Calor autem ab ipsis, & Lumẽ gignitur, Aere incessu illorum attrito. Aptus enim natura motus est incendere ligna, lapides, ferrum, & Aerem eo magis. Patet porro', quod dicimus, ἐκ τῶν φερομένων βελῶν, idest ex sagittis impetu excussis uehementiore. Sic enim incenduntur, ut μολιβδίδες, idest plũbeæ laminæ colliquescant. Quod tamen ipsum non ita accipiendum, tanquam sagitta excalfacta aerem quoque ita afficiat, Sicuti uidetur intellexisse Simplicius, Sed diuersum potius, ut inquit etiam Thomas. Nam excalfactus Aer motu, sagittam ita incendit. Quod Alexander & sensit, & docuit. Sed hoc in Stellis usuuenire nequit. Neque enim illæ per Aerem feruntur, Sed in Sphæra longe ab Aere sequestrata. Ideo'q; non incenduntur ipsæ, nec calescunt ullo modo, tum etiam quia externam non recipiunt impressionem. Aer uero circulari subiectus Corpori calescit necessario ex illius præceleri motu, quo non ignis modo illi proximus concitatur, Sed Aer ad eam usque partem, quam pertingunt Montes, Vt ex Cometarum motu datur intelligi, Quod ex Meteororum primo colligitur. Ne uero caloris sit æqualitas quacunque anni parte, Causa in Sole est euidens, tum quando inscendit is Hemisphærium nostrum, tum quando altiora Zodiaci scandit, fit'q; Capitibus nostris propior. Cum uero Aristoteles ait, Ab Astris gigni Lumen, non intelligendum, inquit Thomas, de Lumine ignis generati ex motu, Cæterum de lumine, quod a' Stellis producitur, quaten⁹ Entia sunt actu lucida. Duplex ergo inquit, causa est caloris ex Cælestium corporum ui in inferioribus. Altera ex Aeris motu tantum, quem efficit Cælestis corporis ambitus. Causa uero reliqua est Lumẽ, quod quidem excalfaciendi uim habet, quia est qualitas Actiui primi, alterantis, ut hoc utar uerbo, hoc est Cæli. Directe'q; producit qualitatem primam Corporum inferiorum, Quæ est Calor. Quia uero solare lumen exuberantius est, inde fit, ut ab eo potentius proueniat Calor. Reliqua uero ex proportione, Adeo ut Lunæ lumen etiam excalfaciat. Cui sententiæ subscribit Aristoteles, ubi de Aĩalium partibus disputat, Noctes inqens in plenilunio esse calidiores, ꝑpter Lunæ Lumẽ, unde contingat, Pisces ad Aquarum commeare superficiem. Sed comprobat & Auicenna, ubi plus sit luminis, ibi uero plus esse & caloris. Hinc Hippocrates ait, Aerem nocturnũ Stellarum luminibus subtiliorem fieri, & calidum aliquantum, generationi'q;, & Vitæ accomodatum.

¶ Bessarionis ad idem sententia. Qui sint Antisii gradus. Anthion quid. Solis inter Planetas locus.

netas locus. Cur Solis frater Titan. Meganira. Deſpœna, ideſt Δέσποινα Quæ ſit. Virgilii locus declaratur. Limbum pro Zodiaco accipi. De Lyceo mõte pulchra. Iupiter ubi, & a' quibus ſit educatus. Agno fons, mirandæ naturæ. Lyceus Iupiter. Mithra. Mithriaca ſacra.

Caput XVII.

Erum ab hiſce altioribus ad humiliora remeandum, Si prius Beſſarionis apposuero ſententiam, Viri meo quidem iudicio, ſcientiſſimi, ac diſertiſſimi, & in Platonicis rebus ſumme exercitati, Non relictis porro' pauculis, dignis cura. Is igitur libro primo aduerſus Calumniatorem Platonis ita ſcribit. Et ſi inquit, Cælum Plato ex Igne conſtare affirmat, quatenus, ſcilicet uiſibile eſt, & ex terra, quatenus tangi poteſt, Stellas'q; ex omnibus quatuor elementis compoſitas. Nõ tamen hæc ita eſſe exiſtimat, Vt quæ generationi, & corruptioni obnoxia ſint, Corpus immortale conſtituãt, Sed ex Igne Cælum eſſe, quia Corpus æthereum lucidum eſt. E' terra, quia Senſui occurrit. E' mediis, quia Mediorum præcipuam recipit ratiõem. Quod ne' Ariſtoteles quidem inquit, inficias iret, Cæleſtia ſcilicet corpora conſtare ex his ſummitatibus elementorum, Quando & ipſe Cælum eſſe ſtatuit uiſui, tactui'q; obnoxium, Quod animatum quoque, & Animal eſſe, ut Plato cenſuerat, in libro de Cælo affirmauit. Nos enim inquit, perinde ut de animalibus iſtis conſyderemus. Hæc tot, tanta'q; de Sole, Cælo'q; habui, quæ dicerem, ut Studioſos hiſce humanioribus implicitos ſtudiis cogeremus quodam modo uolentes altiora quandoq; ſuſpicere, nec pati uitam ſordeſcere ſitu quodam poeticarum fabularum, Quas ipſas nec profundius excutiendas opinantur, quãuis ſub illis inuolucris ſæpe lateant ſenſus mirandi. Sed in iis hebetius ita plerunque conſeneſcunt, ut inde auulſi noctuinis oculis cõſpiciant cætera, Quod minus profecto facerent, Si diſcere aliquando potuiſſent, quæ genuina ſint eius ſciẽtiæ, quam Humanitatem uocant. Nos exequemur reliqua propoſiti, Si illud item monuerimus, Hipparchum, & certatim fere' Veteres omnes Gradus eos, in quibus Sol ꝑſtitutus dies diebus, & noctes adæquat noctibus, Antiſios nuncupaſſe, ueluti dicas, exaduerſo æquales. Anthion uero aliud eſt, nam eo nomine nuncupatur in Bœotia Puteus, ubi a' Proſerpinæ raptu ſediſſe Cererem ferunt, Vetulæ imagine prę lata. Quo nomine uelut Argiua a' Celei filiab⁹ deducta ad matrem eſt. Putei Auctor Pamphus, ideſt πάμφως. Nõ longe, a' puteo uiſebat Meganiræ ſacellum, quam fuiſſe Celei uxorem, ac Triptolemi matrem, Græcis credimus. Sed & illud obiter adnotarimus, Limbum apud Varronem ſcite, prſus de Zodiaco dici, Cum in Menippæis Satyris inquit,

Per quam Limbus pictus bis ſex ſignis
Stellimicantibus, Altus in obliquo æthere Lunæ
Bigas acceptat Poſthumi, Cui Seplaſia fœtet.

An uero inter Planetas medius collocari Sol debeat. An mox Lunam conſequatur, agitatũ diu inter cæleſtium rerum ſtudioſos, & Philoſophos quoque. Aegyptiorum placita a' Luna principem ſanciunt. Mediana illi Syderi aſcribentibus Chaldæis, quod ipſum & Ptolemæus ſtatuit. Theon uero probabilius habet, Supra Lunam ſtatim locari, & id, nec a' Præceptore Ptolemæo, quem enarrabat, Veritus diſſentire, quod Plato comprobat, & Ariſtoteles. At Moſes Aegyptius ſitum Planetarum, & ordinem incertiſſimum uideri pronuntiauit. Sed nos, quod polliciti ſumus, Cæleſtibus relictis, noſtræ memores infirmitatis terrena pergamus expẽdere. Proinde adiiciamus ex Pauſaniæ Theſauris illud quoq; Titana creditum Solis fratrem, Regionem ad Aſopum, ſicuti ferunt Indigenę, habitaſſe primum, Et ab eo dictam Titanen. Verum, uti ego, inquit, cenſeo, Vir ſagax fuit Titan, & Temporum Anni obſeruator diligens, Et quando auctiora Sol faciat ſemina, & Arborum percoquat fructus, Ac proinde Solis frater habitus. Vnde coniectatio euidens, Cur Aſtra Titania dixerit Maro. Titanas omnium princeps ad Poeſin Homerus induxit, ut Deos apud Tartarum. Ex iis Anytus commemoratur Vnus, A' quo educatam ferunt Δέσποιναν. Propterea apud eius Simulacrum ſtabat armati præferens Schema. Hanc Δέσποιναν, ſeu Dominam uenerantur cumprimis Arcades, Neptuni aſtruentes filiam. Cæterum pluribus eſt Cereris cognomentum Δέσποινα. Quo tamen & Proſerpina honeſtetur. Ad Quod Poetam nobilem reſpexiſſe contenderim illo uerſiculo,

Hi Dominam Ditis Thalamo deducere adorti.

Certe in Arcadicis rebus Pausanias scribit, In templo, Cereris statuam dextra facem gestare, Alteram uero iniicere ἐπὶ τὴν δεσποίνην, Quæ & ipsa Sceptrum, Cistam'q; in genibus habeat. Templi porro parieti affixum stetisse Speculum, In quod intuens initio quidem se aut parum, aut omnino nil spectaret, Dearum plane Simulacris conspicuis, atque item Throno. Ad sinistram Templi τῆς δεσποίνης montem statuunt Lycæũ, Qui & Olympus dicatur. Arcadum plerique ἱερὰν κορυφὴν, ideſt sacrum nuncupant uerticem, Puto, quoniam inibi esse educatum Iouem, Eorum Mythicis est obseruatum. Argumento esse locum, Qui inde uocetur κρυπτὰ, ad sinistra Luci Apollinei, cognomẽto Parrhasii, ideſt παρρασίου. Nymphas, Quæ Iouem educarint, fuisse, Thisoam, ideſt θεισῶαν, Et Nedam, & Agno, ideſt ἀγνώ. A qua & in Lycæo fons appellationem ducat, Cuius ea fuerit olim uis, Vt re diuina ibi a Lycæi Iouis Sacerdote curiosius peracta, & fusis precibus, Querno'q; ramo leuiter aqua commota, mox densior surrigatur Vapor Nebulæ assimilis, quę non multo post effecta nubes, aggregatis item aliis, largos demittat imbres. Miracula in Lycæo supputant alia quoque, Esse inibi Iouis Lycæi Lucum, quem siquis, lege spreta, ingrediatur, annum superuiuere nequit. In eo item Animalia, nullam prorsus umbram iactant. Quod'q; apud Syenen Syderis Cancri primas partes Sole fit obtinente, perpetuum ibi est. Solem deniq; Persæ Mithram dicunt, Cuius Simulacrum Leonis rictum præferebat, cum Tiara, manu utraque bubula premente Cornua. Quo argumento in Thebaide Papinius,

Adsis o memor hospitii, Iunonia'q; arua
Dexter ames, Seu te roseum Titana uocari,
Gentis Achemeniæ ritu, Seu præstat Osirin
Frugiferum, Seu Persei sub rupibus Antri
Indignata sequi torquentem Cornua Mithram.

Sed & in Philologiæ Nuptiis Martianus

Te Serapin Nilus, Memphis ueneratur Osirin,
Dissona sacra Mithram.

Hinc certe Mithriaca dici Sacra animaduertimus, Quæ homicidio polluisse traditur Commodus Antoninus Imperator. Ea in antro obiisse, moris fuit. Educto cornibus ex eo Boue, Quem mox, ut Mithræ uictimam immolarent, per Hymnorum modulatos concentus.

¶ Grasum ne pertulisse quidem quid sit. Et quid Grasus, & Grason. Tragasæus, & Tragomaschalos. Cur sub Alis Odor malus. Cur Pedes fœtent. Cap. XVIII.

a Lexandrum apud Arbelas totius Certaminis aleam cum Persis subiturum, plerique ex Amicis adeuntes grauius milites accusabant, qui in tentoriis sermones sererent, depaciscerentur'q;, nihil se hostilium spoliorum in Regiam relaturos, Sed sibi ea omnia uendicaturos. At is læte, quæ dicerentur accipiens, prospera inquit, nuntiatis. Vincere cogitantium ista sunt consilia. Cum uero hostiles copiæ myriadas uiderentur centum excedere, hoc est decies centena hominum millia, Identidem Alexandro ingessere milites, ὦ βασιλεῦ θάῤῥει, καὶ μὴ φοβοῦ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων· αὐτὸν γὰρ ἡμῶν τὸν γράσον οὐχ ὑπομενοῦσι. Confide Rex, neque pertimescas hostium multitudinem, Ipsum enim Grasum nostrum non perferent. Hinc nata Paroemiæ species, Vt qui primo funduntur impetu, fugantur'q; prius, quàm intra teli iactum ueniant quodammodo, ne Grasum quidem dicantur pertulisse. Sicuti Pharnacem fecisse, significauit Cæsar, Cum illo uicto, ad Amicos scriberet, ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα, Veni, Vidi, Vici. Grasum uero dicunt Græci fatuum quidem, Sed eo item nomine, ac primum utique Lanarum sordes in Ouibus appellant, quod genus etiam Oesypen uocant, ut apud Dioscoridem. Quãquam & succida Lana ita dicitur. Est & Grasos ἡ τῶν μαχαλῶν δυσωδία, ideſt Odor malus, qui sub Alis fit. Vnde & Grason, ideſt γράσων dictus odoris mali. Hinc illud Paroemiodes, γράσωνι μὴ ὀργίζου, Grasoni ne succenseas. Tradunt aliqui, Grasona etiam signare uiride Ordeum, παρὰ τὸ γράω τὸ ἐσθίω.

Quia uero

Quia uero Alarum Odor nunc Hircus latino uerbo, nunc Tragus item Græco, ſed idem ſignificante, nuncupatur, Ariſtophanes in fabula, cui titulus eſt, ἀχαρνῆς, Tragaſæum uocauit male olentem, & alia fabula Tragomaſchalos eoſdem dicit. Quærit Ariſtoteles, διὰ τί ἡ μασχάλη δυσωδέστατον τῶν τόπων, ideſt cur Alæ omnium maxime partium noſtri corporis male olent? An inquit, eſt, quia omnium minime reſpirare poſſunt? Malus autem Odor locis huiuſmodi contrahi maxime ſolet, quoniam putredo quiete interioris qualitatis, ideſt humectæ materiæ, ad corruptionem paratæ conſiſtit. Etiamſi partes illæ ſint raræ ſatis, quod pilorum indicat multitudo, ut Sententiarum quinto meminit Hippocrates. Cæterum, quia immobiles maxime, inexercitatæq; ſunt, ſuperfluitatum multarum ibi conceptaculum fit, quæ crudæ, incoctæq; odorem producunt malum. Quippe Odoris mali cauſa cruditas quædam excrementi eſt. Quamobrem Sudores etiam aliqui quandoq; ita olent. Proinde in plantis, quia ſiccæ, & Calidæ ſunt natura, humor non eſt fœculentus, Sed expeditius concoquitur. Inde & Animalium nullum bene olet, excepta Panthera, quoniam cruda ſint excrementa, & fœtida. Legimus porro ſeptima quarti Auicennæ. Quoſdam opinatos, tetrum alarum Odorem ex quibuſdam Seminum reliquiis, quibus gignimur, produci, quæ locis iis inſederint cutem ſubeuntes. Verum Peritioribus ratio hæc parum efficax uidetur, Quod Seminis proprium ſit, conuerti in melius. At obiiciat aliquis, fœtere tamen pedes, quāuis perpeti agitentur motu. Agitantur illi quidem, ſed obſepti, obuallatiq; amplius operimentis, ut quod ſuperfluit, euaneſcere queat minus. Deniq; terreſtris humecti grandior copia illuc demanat. Quod eſſe corruptioni maxime, obuium, liquet.

¶ Cur Odorem malum augeat Calor. Item cur præcipue Odoribus capiantur homines. Inſpirationis opus duplex. Odori percipiendo quid neceſſarium. Caput XIX.

ET quia de Odoribus agimus, ingerat hic forte curioſior aliquis, Vnde nam fiat, quod quæ male olent, tetrius oblædunt, cum calent, quàm cum frigent. Ea uero eſt Odoris natura, Nam Vapida res eſt, quæ calore conſit. Motus enim quidam eſt. Calor autem motandi præcipuam habet uim. Nam frigore concreſcit humor, & fit immobilis. Adde, quod frigus concipientia imum petunt omnia. Ediuerſo autem in ſumma calor ſurrigitur, ſimiliterq; uniuerſim Odores, tum quia in Aere conſtituuntur, Tum quia qui eos percipit Senſus, in arrecto, uelut ſpecula eſt. Siquidem Cerebri conceptaculis ſeſe inſinuans Odor ſenſum mouet. Sed illud iucundius in quæſtionem uenerit, Cur ex omnibus Animantibus Homines miram ex odoribus perſentiſcant uoluptatem. Id uero inde putatur effici, quod Cerebrum nos maius habeamus, & reliquis aliquanto humectius. Propterea Odorum illuc aſcenſus hyperbolen eam, hoc eſt frigiditatis exceſſum, & humectationis ad menſum reuocat rationalem. Fit autem affectio hæc per ſpiritus attractionem, quantum ad homines attinet, ſcandentibus eo modo odoribus ad Cerebrum ipſum, Quia calor igneus, quo reſoluuntur Odores, eiſdem præſtat leuitatem quandam, ut ſuperiora petant, Vnde cõſequitur in membro illo ſanitas quędam. Odori ſiquidem ineſt calefaciēdi uirtus ob calidum igneū, unde producitur, atq; item reſoluitur. Proinde uidetur Natura in duo maxime opa Inſpirationem inſtituiſſe, Quorum alterum, & id utiq; operoſius, Euentatio eſt caloris intimi, alias exuſturi omnia. Nam & Platonici ideo Pulmones eſſe productos ſcribūt, molles atq; uentoſos, & inſtar fiſtulæ cauos, & Spongiæ ſimiles, ut Cor iræ ardoribus nonnunquam exęſtuans aliqua ſaltem refrigeratione mitigaretur. Proximum eſt Odoris perceptio, Ad quam ſi cuti ad Auditū, & Guſtum corpore aliquo intermedio eſt opus, Per quod ad ſenſum proue hantur Odoꝝ differentię. Sed & elementa eadem odoratui præſeruire uidentᵉ, quæ uiſui, et auditui, Aer uidelicet, ac aqua. Nā Aquatilia quoq; odorari, certū eſt. Et ſicut in uiſu pſpicuitas cōis q̄dā q̄litas in Aere, et Aqua cognoſcit, Ita in Odoratu alia q̄litas in elemētis eiſdem promiſcua continetur, quam dicimus Dioſmon, ideſt Perodoriam, aut Tranſodoriam, ut interim ſic loquamur, Inuenias id uerbum apud Theophraſtum. Cuius & nos aliubi men-

tionem fecimus. Ea uero est potentia ad sensorium transuehens, quod odorum est. Sensorium autem non naris est utiq;, ἀλλ' ἡ μαστοειδὴς τοῦ ἐγκεφάλου ἀπόφυσις, ideſt Verum sepo sita Cerebri portio mammarum imagine quadam. At de hac re plura mox. Nam & Albertus Cerebri anterioris extremum esse duabus mamillarum papillis consimile, prodidit, In quibus sit Odorandi potestas.

¶ Cur odorandi sensorium in homine retusius, hebetius'q; sit. Caput XX.

n Ec illud utique ambiguitate caret, Quid nam sit, quod sensum hunc Homines tardum habent, ac laceſſitum, Siquidem Animalia plurima exquisitius, quàm nos, & sagacius olfaciunt, Vt ex terrestribus Canes, Ex Auitio Vulturii. Euentus autem eiusmodi hæc afferri ratio potest. Siquidem Organum Sẽ sus requirere cum sensibili proportionem uidetur, Nam uti Odor ex calido prouenit, & ficco, Ita ad bonitatẽ Instrumenti odoratus exigitur uictoria calidi, & sicci. Sed homini Cerebrum, in Cuius uicinia olfactus est, datum omnibus aliis maius, perpensa præsertim Corporis proportione, Quod & comprobat in libro de Animalibus Aristoteles. Cum uero id sit humidum, & frigidum, in se animaduersum, inde nimirum fit, ut in eo odorandi perfectio præpediatur, nihil'q; fere' Odorabilium percipiat, Nisi quod excellenter possit oblectare, aut affectionem inducere diuersam.

¶ An Odoribus suffici alimentum queat. Ouidii locus explicatur ex primo de Ponto. Caput XXI.

h Ippocrates Auctor artis Medicæ summus, Qui'q; bene sentientibus perinde ac Lychnuchus est, siue Laterna per literarias semitas iter facientibus, Ne Cęsari modo Capitolium scandenti, Vt est apud Tranquillum, Lychnuchos ab Elephantis gestatos putes, Is inquam Hippocrates, in libro de Alimento sic scriptum reliquit, Quicunq; citissima indigent adiectione, humidum Remedium resumendis uiribus optimum est, Vbi autem adhuc otiore, perodoratum. Pythagoricorum uero sententia fuit, Odores etiam ad nutricationem conferre. Veluti etiam alamur qualitatem eiusmodi attrahendo. Id minus recte pronuntiatum, nititur Philosophus comprobare. Videmus etenim inquit, Cibum ex pluribus compositũ elementis. Simplicia enim non nutriunt, Et Animalia, quæ indidem nutriuntur, ex quatuor sunt compacta elementis. Ex iis autem unumquodq; nutritur, ex quibus constat, ut est in primo de generatione adnotatum. Argumento sunt ciborum retrimenta, Conceptaculis quorum intra animalium corpora partes a' natura sunt contributæ. Nam in plantis protinus, quicquid uacantis materiæ est, extruditur, Sicuti manifestum facit Gummi, & id genus alia. Quod si elemento simplici impleri nutrimentum posset, Nil prorsus redũdaret, quia partium nulla esset disparilitas. Inde colligitur, ex Odoribus nullum posse alimentum præstari. Nam cum sint qualitates p se, non possunt nutriendo' constituere substantiam. Quod si sit Odor fumosa exhalatio, uel Vapor, ut Veteribus placuit, adhuc ratio perstaret, quoniam utrunq; ad Aeris naturam pertineat. Porro' Spiritus quidem uel Cerebrum petit, uel pulmonem. In his uero locis non esse alimentorum conceptacula, unde reliquo corpori distribui pro ratione portiunculæ ualeant, notissimum fere' est. Huic enim muneri Stomachum natura præscripsit. Proinde apertissimum uideri, Nihil odoribus nutriri. Quos tamen sanitati conferre plurimum, Sensus perdocet. Plinius uero naturalis historiæ septimo, ad extremos Indiæ fines ab Oriẽte, circa Gangis fontem, esse Astomoꝝ gentem prodit, sine ore, toto hirtam corpore, quæ frõdium uestiatur lanugine, uiuat'q; halitu tantum, & odore, quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullum esse potum. Tantum radicum, florum'q; odores uarios sylueſtrium malorum, quæ secũ portant longiore itinere, ne desit Olfactus. Grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Hoꝝ etiã Strabo ex Oneſicrito mentionẽ facit libro. xv. Sed qa id ferè putat fabulosum, Nõ grauabimur hic subiicere Platonici sciẽtissimi, & Medici doctissimi sententiã.

Legimus

Legimus inquit, in calidis quibuſdam regionibus, ac plurimo paſſim odore flagrantibus multos gracili corpore, & imbecillo Stomacho, quaſi ſolis Odorib⁹ ali. Forte quoniam ipſa natura loci, tum herbarum, & frugum, atque pomorum ſuccos ferme totos redigit in Odores. Tum Corporum humanorum humores illic reſoluit in ſpiritum. Cum igit uterq; odor uidelicet, ac Spiritus ſit Vapor quidam, & ſimile ſimili nutriatur, Nimirum & Spiritus, & Spiritalis homo plurimum odoribus accipit alimentum. Nutrimentum uero qualecunq; id ſit, per odores, ſiue fomentum apprime Senibus, & gracilibus neceſſarium eſt, Quo defectum alimenti ſolidioris, atque uerioris utcunq; compenſare poſſimus. Spiritum uero odoribus nutriri, argumento eſt, Quod Vinum odore plenum ſpiritum ſubito recreat, quē cætera uix tandem poſſunt reficere. Propterea primo de Ponto ita ceciniſſe uideri Ouidius poteſt.

Et iam deficiens ſic ad tua uerba reuixi,
Vt ſolet infuſo uena redire mero.

Cuius rei cum Seneca meminit etiam Plinius, Quāquam nec latet, ex ſe uinum fomēti plurimum ſuggerere. Vaporem uero illum, in quem cibi cocti deniq; tranſferuntur, Ideo appellamus Odorem, quoniam & Odor ubiq; Vapor quidam eſt. Et hic tractus intus ex alimentis uapor niſi ſpiritui quodam odore placeat, uix ullum præbet illi alimētum. Quamobrem ualde probat Auicenna, cum ait. Corpus quidem dulcedine, Spiritum uero quadam aromaticitate nutriri. Galenus porro Hippocratem ſecutus, Spiritum non ſolum odore putat nutriri, Sed Aere, Aere inquam nō ſimplici, Sed potius opportune permixto. Tria demum Spiritus animalis fomenta traduntur præcipua, Aer purus, & luminoſus, Odorum delectus, & Muſicæ. Iam uero Alexander, & Nicolaus peripatetici cum Galeno concludunt, Spiritum uitalē, & animalem ideo nutriri tum Odore, tum Aere, Quoniā uterq; mixtus eſt, atq; conformis, Et utrunq; hauſtum præcordia penetrare, atq; inibi percoqui, temperari q; ad uitam, per q; arterias diffundi. Vterq; autem coctus iterum nutrit Spiritum, ut aiunt, utrunq;, Præcipue uero animalem. Piſciculos multos aqua nitidiſſima nutriri tradunt. Ocimum eodem modo. Mitto quibus elementis Chamæleontem, & Salamandram nutriri, nonnulli ferant. Olympiodorus Ariſtotelis affert hiſtoriam, In qua fatetur is Hominem a ſe uiſum, qui Aere modo nutriretur, & Sole. Quibus in Phedone perſimilia Plato conſcribit, & nos alibi, opinor, in hoſce Libellos regeſſimus.

¶ Odoratæ Suffitionis utilitas mira. Ignes odoratos peſtilentiæ occurrere. De Agrone Medico. Et Lindo ſpecie aromatis. Myrrha cur Aegyptiace dicat Bal. Caput XXII.

Ed nec iſta modo emolumentum, quod inſigniter nobis adeſt ex odoribus, patefecerint, Sed amplius quæ ex Veteri comperta nobis memoria ſunt. Si quidem cum Aer, quo utimur plurimum, & in quo maxime obuerſamur, Nō eadem ſemper ſit ratione diſpoſitus, nec idem ſeruet contemperamentum, Sed nocturna denſeat humectatione, & proinde corpus premat, & Animæ triſtitiam inferat quandam, ueluti nebula circunfuſam grauiore, Aegyptiæ morem gentis animaduertimus fuiſſe, ut e lectulis ſe proripientes mox Reſina ſuffirent corpus, ut ſic aerem expurgarent diſgregatione, & innatum corpori ſpiritum aliquo modo tabeſcentem odoris uehementia refouerent. Rurſum meridie Syderis ui ex terra Vaporationem exhalantem myrrheo retunderēt thymiamate, Diſſipat enim, ac diſicit caliditas aeris turbulētiam circumiecti. Nam & Medicæ artis ſcientiſſimi peſtilenti affectione grauius craſſante, Ignium crebritate malo occurſant, Quod iis rareſcere credatur aer. Id quod conſequitur largius, Si odoratiora urantur ligna. Cuius eſt modi Cupreſſus. Iuniperus. Piceæ. Sed & Agrona nobilem medendi ſcientia ſumme laudatum ferunt, quod Athenas magna peſtilentiæ ui ſæuius infeſtante, Affectorum pleriſq; ſalutarem intuliſſet opem, accēſis in proximo ignibus. Myrrham porro Aegyptiorum uocabulo Bal dici, obſeruauimus. Id uero diſiectionē indicat plane. Obiter adnectamus illud quoque, quia diu inter odores uerſamur, Apud Athenæum reperiri, Lindum eſſe Aromatis ſpeciem, Quod etiam agnoſcit Euſtathius.

¶ Qua ratione audiant, odorentur ue, quæ Senſoriis eiuſmodi non ſunt prædita. De Pi

ſcibus, Qui inclamati ueniunt. Caput XXIII.

Erum haud inepte fortaſſe uidemur facturi, Si hoc maxime loco tractare, ac diſcutere adorti fuerimus, quod decimo naturalis hiſtoriæ Plinius propoſuit quidem, Sed inexpoſitum reliquit. Forte quia non erat operis inſtituti cauſas iudicare dubias. Piſces quidem inquit, auditus nec membra habent, nec foramina. Audire tamen eos, palàm eſt, Vt patet, cum plauſu congregari feros ad cibum conſuetudine in quibuſdam uiuariis ſpectetur. Et in piſcinis Cæſaris genera Piſcium ad nomen uenire. Olfactum quoq; iis eſſe, manifeſtum patet. Quippe nõ omnes eadem eſca capiuntur, & prius quàm appetãt, odorantur. Hæc ad uerbum fere comprobantur ab Ariſtotele de Animalium hiſtoriis libro quarto. Ab Auicenna item uolumine quarto. Sed quod ad Auditum ſpectat, etiam Lucianus meminit in Sermone de Dea Syria, Cuius hæc fere ſunt uerba, οὗτοι δὲ καὶ ὀνόματα ἔχουσι, καὶ ἑρμηνεῦται καλεόμενοι, hoc eſt, Nomenclatura item eorum eſt, & uocati, inclamatiq; aduentãt. Et in Epiſtolis ad Atticum Cicero, Noſtri autem principes digyto ſe cælum putãt attingere, Si Muli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant, Alii autem negligant. De Odoratu uero & Sudas, approbans etiam Cõchylia odorari. Illud utique mirum, cum aſtipulante Ariſtotele, Auditus, & Olfactus nullum contineant membrum manifeſtum. Quod enim tale uideri poteſt per loca narium, id non ad Cerebrum uſq; tranſmeat, Sed partim obſeptum, & cæcum mox deſinit, Partim ad Branchias fertur. Quin & Inſecta quoq; tam pẽnata, quàm non pennata procul ſentiunt, ut Mel Apes, & Culices dicti Muliones, Quod niſi odore agnoſcerent, nunquam e longinquo ſentirent. Sulphuris item odore genera Inſectorum multa intereunt. Ad hæc Formicæ Origani, Sulphuriſq; puluiſculo inſperſo, ſuas relinquũt Cauernas, alioq; demigrãt. Sed unde nam iſta contingant? Certe inquit Themiſtius ex Ariſtotelis ſententia, alium ſenſum habere, non poſſunt, quo odorentur, quàm odoratum. Sed afferendum eſt, quo nam pacto olfaciunt, Si non reſpirant aliqua. Videtur itaq; in ſanguineis Senſorium odorandi eſſe diuerſum ab eo, quod in Inſectis habetur. Et hercle ut Animaliũ quorundam Oculi præduri, cu iuſmodi uocant Græci συληρόφθαλμα, operculo, & folliculo carent. Proinde exerti, inconiuiq; ſunt. Sed ſtatim nullo diductu incidentia, & occurſantia contuentur. Cum aliorum oculi genis, & palpebris utantur, ceu uallo quodam uiſus, munimentoq; prominente. Eoq; niſi nictentur, & conniueant, cernere nõ poſſunt. Ita & Odoratus Inſectis, Piſcibusq; promptus, atq; expoſitus eſt, ut Viſus duros oculos habentibus. Vnde munere eo ſine naribus, & Olfactione funguntur. At reſpirantibus adopertus, & conditus eſt, Qui, ubi halamus, adaperitur, panditurq;, ampliatis uenarum, meatuumq; itineribus, quod iis ferme uerbis Ariſoteles de Sẽſu, & Senſili expoſuit. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀναπνέουσι τὸ πνεῦμα ἀφαιρεῖ τὸ ἐπικείμενον, ὥσπερ πωμάτιον· διὸ οὐκ αἰσθάνεται μὴ ἀναπνέοντα· τοῖς δὲ μὴ ἀναπνέουσι ἀφῄρηται τοῦτο. Sed iis inquit, Quæ reſpiratiõe utuntur, flatus ipſe ſurrigit, quod inſidet, ueluti operculũ. Quod ni fiat, non percipiunt. At quæ Spiritus reciprocatione non utuntur, nil eiuſmodi ineſt. Propterea inquit Themiſtius, ſiquis diligenti ſubtilitate id exigat, Reſpiratio non eſt cauſa odorandi, Neq; dehiſcentia palpebrarum uidendi, Sed adapiendi meatus, q odoratui obſeruit.

¶ Ambiguitates in Odorum ratione pluſculę. Interibi enarratur Martialis. Stilum uertere quid ſit apud Oratium primo Sermonum. Cap. XXIIII.

Æterum prius quàm ab hiſce digrediamur odoribus, non inepte uidemur facturi, Si quæpiam adhuc ex ueteribus theſauris delibatim, carptimq; deguſtarimus. Multi opinor, experientia magiſtra didicere, Et nos quandoq; perſenſimus, florum Odores, καὶ τῶν θυμιαμάτων hoc eſt Suffimentorum ſuauius e longinquo olere. Cum in propinquo alia herbam potius redoleant, Alia fumũ. Miratus diu ſum eiuſmodi euẽtum, Ambigensq; ſæpe mihi Virgilianũ Carmẽ ingeſſi, Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas, Deniq; cũ in Cõmentatiões quaſdã Auctoris inter Philoſophos celeberrimi, ad id genus quæſtionũ ptinẽtes incidiſſem, hãc fere rõnẽ cõperi. Caloris uiſtare Odoꝝ naturã, Quippe Odorata oĩa calida eſſe, Vt uero calidiſſimũ quodq; eſt, ita & maxime leue. Proinde puehi lõgius poteſt, ac ſyncerioręẽ ſubuectare odorem ſuum,

rem ſuum a' cæteris cum foliorum odoribus, tum fumi, ideſt Vaporis aquei depuratum abiunctum'q, qui odorem affectari uidentur, Cum quo terreſtris quoque prouehatur portiuncula, quæ odore celerius Senſum afficiat, Nam inſito craſſamento calidum inibi potentius agit, Verum interſtitio longiore uicta flacceſcit euanida, calore deminuto, Quamobrem Senſui ingeritur Odor materia defecatiore. Quod uero amplius agitata Odoramenta plenius afficiant, ratio euidens, Quoniam mota plus aeris, quàm quieſcentia replent. Quo nomine celerius Odoris poteſtas Senſum pertingit. Acrius autem frigoris ui infeſtãte, minus, minus'q Odoramenta perſentimus, quoniam hebeſcit, retunditur'q tũc Aeris motus, quo inuehuntur. Eſt enim frigus σκληπικὸν, καὶ συσταλτικὸν, ideſt conſiſtere facit, & contrahit. Sed nunquid ferendam cenſemus opem Valerio Martiali, Cuius hi fere' ſunt uerſiculi?

Quod bis murice Vellus inquinatum,
Quod Ieiunia Sabbatariorum.

Scribit ſiquidem doctiſſimus Poeta, Baſſam peius oluiſſe, quàm Ieiunia Sabbatariorum. Id cur, non attentarunt Interpretes. Ne, ſicuti uiſum forte eſt, arcem facere ex cloaca, aut lapidem e' Sepulchro uenerari pro Deo exiſtimarentur. Mihi loci huius Eruditio nõ obuia uidetur, nec exculcata, Sed intercutanea, & grauis, Quam Circulus pullatus neſcit. Sed comprimam me, Ne, quod aiunt, admouere Arietem uidear, aut oſtentare, ac captare lites. Græcum Adagium eſt, νηςείαν ὄζει. Ieiunium olet, de eo, Cuius fœteat anima. Obſeruatum nanq; eſt, Ora hominum, Qui nil dum eſitarint, Grauius olere. Ventre ſiquidem inani, minus'q agitato, Aer factus calidior ſpiritum, excrementa'q pituitoſa immobilitate ſua putrefacere poteſt. Calidiorem autem effici, argumento eſt, Quod uel ſitim parere Ieiunium poteſt. At ubi ederimus, ciborum odore hebeſcit prior graueolentia, aut interextinguitur. Sed enim ex Medicorum item myrotheciis mutuemur aliquid, quod lecturos blande moretur ſcitamentis haud aſpernalibus prorſum. Elegantiſſima eſt, & breuitate amabili Hippocratis ſententia. Menſes duci Aromatum ſuffitu, quæ ſæpe inquit, ad alios uſus reciperentur, niſi caput tentarent. Eum locum qua ſolet, ſubtilitate perpendens Galenus, poſteaquam docuit, cur menſtruorum ſubſiſtentium affectioni aromata ſuccurrant, quæ conniuentes dī ſcludunt conceptaculorum clauſulas, & materiæ craſſamentum extenuant, Mox ita infert propemodum. Concinnare capitis dolorem Aromata omnia, tum uſus commonet, tum inſinuat rationis examen. Siquidem excalfaciendi poteſtate prædita, omnia Caput pertentant, aggrauant'q. Quippe nutu ſuo ſuperna calor appetit. Cum uero huiuſmodi ſit uniuerſim Aromatum genus, ac potiſſimum Caſiæ, Coſti, Cinamomi, Amomi'q, Ambiguitatis nubilum diſcuti inde facillime queat. Quod uero Hippocrates idem alibi ita prodit, Si mulier non cõcipit, & ſcire placet, an concipere poſſit, Veſte obuolutam ſuffies infra, Nam ſi odor tranſmitti per os ad nares uidebitur, Non eſſe ſua culpa ſterilem, cognoſces. Galenus In his inquit, ſolis nequaquam efferuntur odores ſuffitionis ſubeuntes, quibus conſuſum, obſeptum, occæcatum'q Os uteri eſt. Tale uero nequaquam cenſetur ad ſobolem ſuggerendam accommodum. Nam & aliubi Hippocrates, Quæ frigidos, ſpiſſos'q Vteros habent, non concipiunt. Quoniam uero ſæpicule Poeticos excutimus Scrupos, admonitum uolumus Scientiſſimum quenq, nil eſſe in hoc Scriptorum genere per incuriam tranſiliendum, Quod Virum lectionis uberrimæ Politianum, dum ageret etiamnum in humanis, commonuiſſe, ſat notum eſt, Cum diceret, Oratianum illud ex Sermonum primo perperam a' male feriatis enarrari,

Sæpe Stilum uertas, Iterum quæ digna legi ſint
Scripturus. Neque, te ut miretur turba, labores
Contentus paucis Lectoribus.

Nam inquit, Stilum uertere, eſt inducendi, expungendi'q cauſa, Stili partem exacuminatam ſurrigere, qua ſcribimus, Altera, quæ retuſior eſt, aut latior, proclinata, & Scriptis delendis impacta. Quippe Hieronymus quoque meliorem Stili partem uocat, Quæ peiora de Auctoribus confodiat, eradat'q.

¶ Vbi nam ſit Odoris Senſorium. Martialis illuſtratur. Vocabula plura ad Odorem ſpectantia. Oletare quid. Caput XXV.

Vm primum Canonis Auicennæ relegeremus multa inde præcerpentes, quæ in hoſce libellos, ut ſe oſtentauit occaſio, regeſſimus, Placitum eſt,
c quandoq; Interpretis ſpatioſa adire uireta, ut adiutum irent illa quoque elucubrationes noſtras. Inter alia nec ſane pauca, ingeſſit ſe, quod inſtituto noſtro uiſum eſt adminiculari, Ariſtoteles inquit, duodecimo de animalibus, Naribus inſitum odoratus organum arbitratur. Galenus uero, & medicinã profeſſi omnes Senſorium hoc in parte Cerebri antica ſtatuunt. Nam octauo de utilitate particularũ odoris inquit, Senſorium prope Craneum uidetur conſtructum in uentriculis Cerebri anteriobus, uaporoſum continentibus ſpiritum. Sed & ipſum id in libro de Senſu, & Senſili non inficiatur Ariſtoteles, forte eorum oblitus, quæ prodidiſſet alibi. Euidens autem argumentum, non ineſſe naribus odorandi poteſtatem ullam, Quod illis ſi admoueantur Odorata, nequaquam percipi ualent, niſi ad ſuperna prouehantur, quod Spiritus reciprocantis ui cõtingere, ſecundo de Anima commentatur Philoſophus. Spiritu enim retento, etiam ſi inſeratur naribus odor, Senſus perfici nullus quiuerit. Verum poſt tot, ac tanta de Philoſophiæ prompta ſacrariis, Iam & Grammaticam inſtruamus ſupellectilem, Ne, uti ferunt, a' curru uidear excuſſus, & a' præſcripto longius proripi. Quãquam Scytharum more ſæpius ad læ tiora conſurgam pabula. Scribit M. Tullius Epiſtolarum ad Atticum libro ſecundo ſic, Quanquam illa tua horridula mihi, atque incompta uiſa ſunt, Sed tamen erant ornata hoc ipſo, quod ornamenta neglexerant, & ut mulieres, ideo bene olere, quia nil oleãt, uidebantur. Ad hæc uero Martialem parte aliqua reſpexiſſe, palàm fit amplius intuenti.

Poſthume non bene olet, qui bene ſemper olet.

Id uero ex Arbitro eſſe, Hieronymus teſtatur, ubi ait, Cincinnatulos Pueros, & calamiſtratos, & peregrini muris olentes pellicula, de quibus illud Arbitri eſt. Non bene olet, qui ſemper bene olet. Situm ſentire dicuntur, quæ nimis inueterarunt, & redolent mucum quendã. Id Dioſcorides appellat Apophoram ἀῤῥωπιῶξαν, Quod ex Plinio agnoſcas licet, Libro duodecimo. Sicuti apud Theocritum, ni fallor, γλυφάνου προσόζειν dicitur, quod ſculpturam reſipit etiamnum. Ozanica in Dioſcoride uidentur eſſe Olfactoriola. Ozas tamen dicunt Onagrorum coria. Sed & apud eundem pluſcula obſeruauimus præſens negotium iuuantia, Sicuti illud ἀρωματίζειν, quod Aromata redolere ſignat, ut nardum ναρδίζειν. Nam ἁλμυρίζειν eſt Salis guſtum habere. μελανίζειν nigricare. κουραλίζειν ad Coralii uergere colorem. οἰνίζειν, uinum reſipere. ῥοδίζειν roſam. φακίζειν hircum. κασίζειν Caſiam. At χρυσίζειν eſt in auri colorem reclinare. πιπερίζειν piper ſapere. Obolere uero in malum capitur, Semper enim de tetro, & illiberali odore dicitur fere', Vt Plauti moſtellaria manifeſtum facit, Oboluiſti allium Germana illuuies. Oletare in Veterum doctrina eſſe uidetur, Olidum facere, manifeſtius ex Lege id fit, qua ſubnotatum aduertimus, Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice ſalit. Siquis oletarit, Seſtertiorum decem milliũ mulcta eſto.

¶ Puſtulas in naſo, & Ionthos quid ſignare coniectarint Veteres. Quid Ionthos, & unde. Amantium blandimenta aduerſum amatos, Caput XXVI.

Vperſtitionis antiquæ ueſtigia in Græcorum commentariolis pridem obſeruauimus, quæ & Varietatis gratia, quam anxie nimis, ac ſolicite affectat plerunq; humanus Animus, huic loco ſuppingam. Moris eſt inquiũt, nonnullis,
f quę naſo adnaſcũtur Pſydracia (Eſt autem eo nomine puſtula durior, acuta, & ſubalbens) nũcupare mendacia, qm̃ fere' ſint Mẽdaciloqui argumẽta. Sed & ad ipſum id ſpectat, q̃d lectum quoq; eſt, Siculos ῥ ſueſſe, Ionthos, q ſeſe parte eadẽ oſtẽtent, ψεύστας appellare, ideſt Vanos, mendaces'q;, qa id genus homines per ea naturæ indicia plane' ſignificarentur. Sunt autem Ionthi in hoc propoſito, quos latine Varos recte dixeris. Vocari autem ſic arbitrantur, uel quod ætatis flore protuberent, aut ab Onthos, quæ res ſimum indicat, quia faciei ſint dehoneſtamento, quod ὀνθηλεύειν dicitur. Sciendum tamen primum prodeuntes pilos Ionthos quoque ſolere nuncupari, ratione uocis ab ἰένται deflexa, & ἀνθεῖν. Illud uero, quod Plato ſcribit, & recenſuit Plutarchus, non tam ſuperſtitionis fuerit, aut obſeruatiõis ſupfluentis, q̃ Amatorii prorſum ebblãdimẽti, q̃d

niueo

niueo ſpectabiles candore, Vt Deorum uenerabantur filios, Nigredine quadam ſuffuſcos, ut Viriles imprimis. Grypos uero Regios opinabantur. Nam & Perſæ id genus homines adunco naſo amplexantur præcipue, Quod eiuſmodi fuiſſe Cyrũ, proditum annalibus ſit. At Simos Gratioſos appellabant. Pallentes autem μελιχρούς ſalutabãt, & exoſculabantur, ceu flaueſcentes dicas, & mellis colorem præferentes.

¶ Sternutamentum cenſeri quandoq; ominoſum, & inauſpicatum. Catullus, & Propertius explicantur. Interim Quæ dicantur Serperaſtra. De Sternutamento plura ex literis interioribus. Caput XXVII.

1 Egebamus, dum iſta euigilarentur literarum bonarum cãdidatis, enarratiun culas in Theocritum quaſdam, etiam ſi conciſas admodum, & deminutas, tamen haud omnino aſpernabiles, nec in quas græcanicum illud, & quidem Theocriti eiuſdem, naſutior reiectet aliquis, οὐδὲν ἱερὸν, Nil ſacrum, aut magnum. Inter alia uero & illud, quod excerperemus, arriſit, adnotatũ Idyllio, cui titulus Thalyſia, Ex Sternutamentis prodeſſe nonnulla, ac ſignificare proſperius, Alia uero cenſeri ominoſa prorſum, & inauſpicata, unde Theocritus,

Τῷ σιμιχίδᾳ οἱ ἔρωτες ἐπέπταρον,

Ideſt Simichidæ inſternuerunt amores, Et in re ſecundiore Homerus.

οὐχ ὁράαο, ὄμοι υἱὸς ἔπταρεν; Nõne uides, quod mihi ſternuit filius? Vel apud Theocritũ

Ἐπὶ τῇ χείρονι μοίρᾳ, ideſt in partem malam accipiendum eſt Sternutamenti præſagium. Ad hæc autem uel ſponſione ꝓtenderim, reſpexiſſe Catullũ, a` quo de Amore proditur ſic,

Dextra ſternuit approbatione, Sed & Propertium.

Num tibi naſcenti primis mea uita diebus
Aridus argutum ſternuit Omen amor?

In cuius loci enarratione afferri modo ab Eruditis ſolent, quæ prodit in quæſtionibus encyclicis Ariſtoteles (Etenim cum fide promuntur omnia, ne Comatulum iſta forte reſipiãt cal uum. Quæ eſſe uelut Serperaſtra paulo impolitioribus, ſumme optamus, Quæ diſcentibus ambulare Infantibus adhibentur alligata Geniculis, Ne Vlciæ fiant, uel Compernes) Tres eſſe partes noſtri Corporis principes. Caput, Thoracem, & Aluum. Cum'q; efflatus Alui reſpiratio ſit, Ructus Ventriculi, Sternutamentum Capitis, quæ pars ſacra præcipue eſt, Spiritum hinc exeuntem, tanquam ſacrum ueneramur, & adoramus. Porro` Sternutamentum bene caput ualere, poſſe'q; concoquere, indicio eſt. Perinde igitur quaſi bonæ indicium ualitudinis partis optimæ, atque ſacerrimæ, Sternutamentum adorant, bene'q; augurantur. Sed & alibi Ariſtoteles idem auſpicatiora putat, poſt meridiem facta Sternutamẽta. Adnotatum quoque ab Alberto eſt, Augurum ſcientia contineri, Eſſe Sternutamentum ueritatis ſignum, & liberationis prognoſticum ab inſidiarum diſcriminibus. Sed uel unius Auctoritas Euſtathii Iliados Rhapſodia ſeptima, quod aſtruimus, manifeſto probat, Nam ὁ ἐκ δεξιῶν πταρμὸς οἰωνίζετό τι ἀγαθὸν inquit, ut opinati Veteres ſunt, ideſt a` dextris Sternutamẽtum boni augurabatur quippiam. Sic & Oculi dextri Palmus. Quid, quod libro primo de doctrina Chriſtiana ſcribit Aug. Veteres lectum ſolitos repetere, Si, dum inducitur Calce⁹, Sternutamentum obtigiſſet. Symbolum uero Græci nuncupant, quod ex Sternutamento ꝓcipit', Auguriũ. Illud aũt grauius multo, Q d' ſeptimo ſnĩa Hippocrates ſcribit, Sternutamẽtũ fieri ex capite, cerebro calfacto, aut humectato eo, Q d' in capite, inani. Aer nãq; intus ꝓtẽtus extra erumpit. Sonat autem, quoniam per anguſtum ipſi exitus eſt. At Galenus inquit, Non omne Sternutamentum fit cerebro calfacto, aut humefacta parte Capitis inani. Quippe pinnulis quidam irritantes nares ſternuunt. Et cum tuſſi Spiritus permeans deorſum ad naſi meatulos Sternutamentum concinnat. Sternutamentum itaq; de Capite tantummodo prouenit, Si natura deſyderio expellendæ materiæ ſufflantis ad ſecretionem cõmouetur. De huiuſmodi autem Hippocratis ſanctio facta eſt, neq; forſan de quouis tali. Siquid enim exuperet humoris in capite, nequaquam gignit ſternutamentũ, niſi ad ſpiritum uertatur. Patet id, Multi enim non ſternuũt, quorum de naribus humoris copia ſecernitur. Soli.n. ſternutãt, q ita affecti ſũt, qbus mordax ea eſt, quæ a` capite fluit humiditas, Ceu ſiqd

mordax naribus imponas. Vt enim tussis accidens est ad expurgandas pulmonis Arterias asperas naturale, Ita Sternutamentum narium canaliculas perpurgat. Cæterum quod ait parte inani capitis, Vt est potissimum de Cerebri uentriculis intelligẽdum. Ita de eo quoq; quod extrinsecus ambit, cauo inaudiẽdum. Scribit alibi Hippocrates idem, Mulieri, quam uitia uteri infestant, aut quæ difficulter parit, Si Sternutamentum superuenit, bono est. Ratio autem est, quia indicat naturam iam intermortuam expergefieri, & reuiuiscere. Necnõ propriarum meminisse motionum. Interdum regeruntur & retrimenta aliqua. Nam in libro de causis accidentium tradit Galenus, ita eueniens sternutamentum prodesse, quia uehementiore concussu, atque feruore partim quidem excitat naturam, Partim uero excernit, quæ tenacius impacta sint partibus corporis. Sic enim & singultum solet sanare, quod ex Hippocratis item hausturn fontibus est, Quãquam Singultui ob euacuationem euenienti, etiamsi raro id fiat, Sternutamentum nequaquam medetur. Fit uero subinde ex repletione Singultus, sicuti in puerulis uisimus. Item calor, & frigus neruosa replet corpora, Quia tantisper reflari tristius queunt, & ob eam rem singultiũt. At dicat aliquis, ubi nam remur omi nosum esse Sternutamentum? Medicinam professi plenius utique satisfecerint. Nobis interim Plinii auctoritas sufficere poterat, quam uel Gellius repetit, Oscitatio inquit, in enixu le talis est, sicuti sternuisse a' coitu, abortiuum. Nisi ex tertio Canonis Auicennæ, Capite proprio, succurrerent paucula, quæ mutuaremur, ad hoc ipsum pertinentia, ne quod inquit Lucianus, pistrinum perinde ac palatium amem⁹, Pernoxium inquit, censetur Sternutamentum initio decumbentis Catarrhi, & Coryzæ, quod tunc humori decoquendo necessaria sit quies, Augescit' q; adeo in febribus qñq; affectio hæc, & ꝑsimilibus, ut Virtute deiecta, superfluenti materia Caput oppleatur, Proueniat' q; interdum Scotomia, Quamobrem reprimi confestim debet, ne & Singultum concinnet grauiorem concussu. Illud ex Græcorum doctrina leuius aduertendum, Sternutamentum quandoq; pro Sensu capi simpliciter, quia sit ea affectio capitis sensus, uel quia festuca prætenui nares si irritemus, obuenit Sternutatio. Siquidem in Aristophanis Comœdia Dionysius percussus, ac plagam dissimulans dicenti, Iam te conuerberaui, Respondet, πῶς οὐκ ἔπταρον, ideſt qua ratione non sternuis? Quod est, inquit Interpres, οὐκ ἠσθόμην, ideſt non sensi. Perinde ac innueret, non secus plaga se affectum, ac festucæ leuioris tactu affici nares consueuerint. Ptarmica dicuntur Græcis, & Aeginitæ Paulo, Sternutatoria, ideſt quæ Sternutamentum proliciunt.

¶ Cyclops excæcatus qui sit. Cyclopei Ludi qui intelligantur. Item Teuthidi similis. Et quid Teuthis. Interibi cur Antimachus diceretur Pſecas. Caput XXVIII.

Cyclops excæcatus, adagium est scitissimum de potentia magna, Quæ Ducis prudentia, Quam esse Animæ oculum, honestissima quadam metapho-
c ra Plato dixit, exuta, &, ut sic loquar, exoculata sit. Notior est fabella de Polyphemo staturosi, prævalidi' q; corporis, Sed ab Vlysse astutissime occæcati, quam ut harum lucubrationum studiosis ea nunc ingeratur a' me. Nam & inde Cyclopei nuncupantur ludi, cum saltans in Scena inducitur Cyclops Polyphemus. Vnde Oratius de Sarmentò, & Osco Ore fœdo, & facie turpissima, ut Laruam diceres.

Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,
Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat,
Nil illi Larua, aut tragicis opus esse Cothurnis.

Prouerbii origo ab historica demanauit fide. Etenim posteaq; Veneno interiit magnus Alexander, sicuti Plutarchi doctissimi testant' monumẽta, Dixit Demades Orator, siue is Leosthenes fuerit, sicuti adnotatum alibi, cõperisse uideor, Copias illius bellandi artibus, & strenuitate longe præcipuas Cyclopi excæcato uideri cõsimiles, qm̃ robore, peritia' q; præcellerent, Sed duce, q electissimũ exercitum rite ductaret, forent exorbatæ. Cui fere' cõpar uidet' facetissimũ in Eretriẽses Themistoclis cauillum, Quos ille dictitabat Teuthidibus ꝑsimiles; μάχεσθαι μὲν ἔχειν, μαχαίρας δὲ μὴ ἔχειν. Hoc est, habere qdẽ gladiũ, Cor uero nõ habere. Teuthidas aũt esse qdẽ piscitii genus, fere' ꝑstat, Sed quodnã sit, pax ꝑuenit. Plutarchi Interpres

gladiolos

gladiolos reddidit, quia Senſui, ut opinor, cõgruebat Maxime. Eos uero Piſces Xiphias ab Ariſtotele de Animalium Hiſtoriis Libro Secundo, & Libro Octauo nuncupari, animaduertimus, Et Plinius Gladios interpretatur, Quibus figura creditur nomẽclaturæ occaſionem præbuiſſe. Rerum quidem inquit Plinius, non ſolum Animalium ſimulacra ineſſe, licet intelligere intuentibus Vuam, Gladium, Serras. Sunt ex Græcis, qui Teuthidas nũc Sepias interpretentur, nunc uiliorem piſciculum, Qui & in prouerbium uenerit de iis, qui inopia arctiore, uel Minima, & Viliſſima corrogare coguntur. Nam Ariſtophanes in fabula, cui titulus ἀχαρνῆς, Antimachum taxans cognomento Pſecada, Quoniam eos, quibus cum obuerſaretur, diſſerendo Roris uice aſpergeret, Ros enim Pſecas græcis dicit, & Gutta, ita ſcribit, ὃν ἔτ' ἰδοιμι τὴν Τευθὶδος δρόμον, ideſt quem etiamnum uideam Teuthide indigentem. Apud Ariſtotelem Libro de Animalium Hiſtoriis Quinto, ubi Græce ita eſt, πολύποδες, καὶ σηπίαι, καὶ τευθίδες, Plinius, et Theodorus Polypos, Sepias, Loligines interpretantur, & Paulopoſt iterũ, αἱ δὲ σηπίαι, καὶ τευθίδες νέκσιν ἅμα συμπεπλεγμέναι, hoc eſt ad uerbum, Sepiæ uero, & Loligines natant ſplicitæ ſimul. In Cauſis Naturalibus apud Plut. problema eſt de Teuthide, Cur nam, ea ſeſe oſtentante, hyemis magnæ fiat præſagium, Et Vir quidam plane doctus Sepiam eſt interpretatus. Cur inquit, Teuthide apparente, tempeſtatis Magnæ ſignum? An cuncta Natura mollia horridula ſunt, quod carne nuda ſint, Et tenuia, quandoq; neq; Cruſta, neq; Pelle, neq; Squamma obtecta, obſepta'ue, Sed intus durum, & Oſſeum habeant, Ideo'q; mollium etiam appellatione conflata, Proinde ſtatim ex ſenſus facilitate hyemem præſagiunt. Qua ex cauſa terram petit Polypus ſaxa corripiẽs paruula. Verum frigus declinans, ac qui in imo maris cooritur, tumultum, profilit etiã Teuthis, Quãdo ex mollibus uniuerſis uel præcipue mollicula eſt, ac iniurię opportuna. Fuit et Arcadiæ Ciuitas Teuthis, & eodem nomine Dux in Aulide cum Græcis aliis, Quem tamen Hornytum uocant Quidam. Hic cum Agamẽnone diſſidens, cum abducturus uidere tur ſuos, ſuadente Pallade, ne faceret, Deam uulnerauit in femore.

¶ Principem eſſe neceſſarium, rationibus aliquot colligitur. Nullum eſſe Homine ſocialius Animal. Caput XXIX.

Via uero principem unum aliquem uideri neceſſarium, pauloante ex prouerbii ratione digyto, ut ſic dicam, monſtrauimus, ſubit nunc, illud affluentius, ac penſiculate amplius perſequamur. Nam Salomonis ſententiam eſſe nouimus præclaram, Vbi non eſt gubernator, diſſipabitur populus. In omnibus profecto, quibus certus aliquis eſt propoſitus finis, In quibus'q; ſic, aut aliter procedere contingit, opus eſſe dirigente aliquo, prope'modum conſtare uideo, Si ad præſcriptum modo finem peruenięndum. Neq; enim Nauis Ventorum flatibus expoſita diuerſis in portum appellat unquam, niſi id agat præſidentis induſtria. Sed eſſe Homini finem quendam propoſitum, ad quem uita, et actiones, tanquam ſcopum dirigantur, non eſt, opinor, qui ambigat. Etenim per Intellectum agit, Cuius eſt ex fine operatio. Diuerſo autem calle ad eum ipſum Homines perduci, Studiorum diuerſitate, notiſſimũ, Proinde aſſiſtat, neceſſe eſt quiſpiam, a' quo intendatur, dirigatur'q; ad finem, Ad quem inſito rationis lumine ferimur. Quod ſi in ſolitudine agere poſſemus, ut Bruta pleraq;, minus utiq; Principe aliquo indigere uideremur, Tunc enim ſibi unuſquiſq; Rex foret, Deo tantum Regi obnoxius, diuinitus'q; nobis lumine contributo, & ſe, & ſua diſpenſaret. Cæterum ingenitũ Homini eſt, ut ſit, & dicatur Sociale Animal. Naturalis id manifeſtum neceſſitas facit. Cæteris nanq; Animalibus, & Plantis uarie tegumenta Natura tribuit, Teſtas, Cortices, Coria, Spinas, Villos, Setas, Pilos, Plumam, Pennas, Squammas, Vellera. Hominem tantum nudum, & in nuda humo Natali abiicit die ad uagitus ſtatim, & Ploratum, Vti grauiſſime Plinius ſcribit. Sed enim omnium loco diuina illi Ratio eſt attributa, Cuius illuſtratione lõge plura manuum adminiculo ualeat comparare. Quæ tamẽ uſu multiplici unus haudquaquam aliquis impleuerit. Proinde'q; in ſolitudine non ſine incommodis quampluribus, et maximis degere queat aliquis. Adde quod cæteris Naturæ ſponte perſpecta, cognita'q; uidentur, Quæ proſunt, Quæ'q; nocumento ſunt. Aliquibus etiam induſtria quadam Natu

rali herbæ, Quibus medicauis ineſt, Notæ ſunt. Item Vitæ neceſſaria multa, Quorum Hò mini cognitio tãtum eſt communis, Vt qui poſſit per rationem ex Vniuerſalibus principiis ad ſingulorum perceptionem, Quæ degendæ Vitæ creduntur neceſſaria, peruenire. Quæ cum numeroſiora ſint, Vnus propriæ rationis ui nequaquam attigerit, propterea Societas rationalis eſt, Animali peculiaris. Vt alterum alterius adminiculo adiutum, Refotũ, Inſtructum'q; facilius ſit ex Naturæ propriæ dignitate tempora tranſmittere. Quid porro Oratio, huic Animantium uni tradita, quem habere uſum in ſolitudine ualeat? Etenim reliqua communi quodam modo affectiones patefaciunt ſuas, ueluti Canis iram Latratu. At Homo Sermonis commodo conceptus Animi uniuerſos ualet explicare. Ex quibus omnib⁹ facile colligas, Illum cæteris, Quotquot ſunt, etiam quæ uidentur a' cõgregatione non oĩno reuulſa, Societatis facile capaciorem. Itaq; in Eccleſiaſte Salomonis chria ſumme approbatur. Præſtare amplius, eſſe duos, Quam unum, Quod adſit mutuæ ſocietatis emolumentum. Quæ cum ita ſint, nimirum & illud maxime neceſſarium cõſequi, aptiſſimũ eſt. Vnũ aliquem eſſe debere, cuius conſilio, & prudentiæ reliqua ſubiiciatur multitudo. Alioq; multis cohabitantibus, & unoquoq; ſua commoda procurante, nullo negotio dilaberẽtur res, ni Princeps aliquis præſideret, qui publico Bono, tanquam mitis parẽs, ut ab Homero dictum, conſuleret. Sicut & Hominum, cæterarum'q; Animantium diffluerent corpora, niſi uis aliqua foret excellentior, quæ aſſiſtens Membrorum aleret, cuſtodiret'q; compagẽ. Igitur neceſſe eſt, præter id, quod mouet ad proprium uniuſcuiuſq; Bonum, eſſe Item, Quod commune omnium diſtribuat, componat'q; Bonum. Nam & in omnibus, Quæ in unum ordinantur, diſponuntur'q;, quiddam pernoſcitur Principis gerens uicem, Siquidẽ in Corporum uniuerſitate Corpus primum, ideſt Cæleſte reliqua corpora quodam diuinæ prouidentiæ munere, ordine'q; diſpenſat, atq; moderatur. Omnia uero Animãtia rationale Animal regit. Hominem ipſum diuinior Anima. Inter Animæ partes Iraſcibilis, & Concupiſcibilis moderamini Rationis ſubiiciuntur. Inter membra corporis unum eſt præcipuũ, Cuius uelut nutu quodam reliqua agitantur. Id uero eſt Caput, Siue, ut malunt alii, Cor.

¶ Cuius deceat eſſe modi Principem. Duplex eſſe in Natura Regimen. Cur homo minor Mundus. Caput XXX.

Ed enim quia iſta uidemur ſcitius muſſitare, Vrgeat nos forte ſcrupuloſior aliquis, Qualem credamus oportere eſſe Ciuitatis Principem, & Cuiuſmodi eius officium ſanciamus. Non erat quidem in animo operis initiò tam cre briter in haſce diuertere florum amœnitates, Quæ altius requirunt examen, Ver. quoniam ut ille ait, Theſauros eẽ oportet, non Libros, quid in Volumi nibus auguſtioris ſcientiæ, uelut Lucis denſitate, ac religione horrẽtibus, uenati ſimus, ſub notando, Quæ digna ſcitu occurrebant, publico ſtudioſorum Bono iam hinc proferre or/diemur, Nulla in parte, Quod M. Varro inquit, Min facientes, ideſt hæſitantes, aut ẽt ſub/uerentes, perinde ac ii, Qui uix proloqui audent. Et primum quidem id obſeruãdum amplius. Quæ ex arte ſint, Ea Imitari, quæ ex Natura habent'. Ex quibus id promitur, ut de rationis inſtituto ualeamus operari. Proinde Regis munus id optimum, præſtantiſſimum'q; cenſendum. Quod ab uniuerſalis Principatus forma demanare uidetur. Deprehẽſum porro eſt, in Natura rerum duplex eſſe Regimen, Vniuerſum, & Particulare. Vniuerſum quidem, quoniam præpotentis Dei moderatione omnia contineri, Nemo non, qui modo cõſtet mente, dabit facile. Particularis autem principatus præcipue diſpenſationi diuinæ perſimilis in Homine reperitur. Quem ea ex cauſa etiam minorem Mundum dictitari, perſæpe uidemur legiſſe, quod uniuerſi moderaminis in eo comperiatur forma. Nam quẽadmodum Vniuerſa corporea creatura, & Virtutes ſpiritales omnes diuino ſubiiciũtur gubernaculo, Compari modo & membra Corporea, & Animales uirtutes magiſtra Ratione regũtur; Atq; eodem fere pacto ſe in Homine ratio habet, ut Deus in mundo. Verum ſimilitudo moderamenti huius ratione quoq; alia librari, perpendi'q; poteſt. Hæc ſiquidem in nobis eſt, non ſolum quia ratione regatur Homo quilibet, Sed etiam quoniam Hominis unius præſide ratione multitudo gubernat'. Quod Regii muneris maxime uidetur. Quãdo &

in Animantibus

in Animãtibus quibuſdam, Quæ ſocialiter uiuunt, quædam Regiminis huius conſpicitur proportio, ueluti in Apibus, nec id tamen rationi imputandũ, Sed Naturæ inſtíctui a' ſummo Regente inducto, Qui & ẽ, & dicitur Auctor Naturæ. Quãobrem id Regi, Principí q; Viro diſpiciendũ imprimis, ut regno ita demũ ſibi pręſidendũ, opinet', Sicuti corpori pręſidet Anima, & amplius, uelut Mũdo Deus. Quæ ſiquis uehemẽtius excuſſerit, Altius q; mẽti opinatus fuerit infigenda, & quodãmodo inurenda, pernoſcet illud excellentiſſimũ, Tũ in ſeipſo Iuſtitiæ amorẽ ardentius accẽſum iri, dũ ſubinde repetet ſecum, ad id prouectum ſe, ut præcelſi illius Agentis uice iudicium exerceat in principatu, Tum aũt ſuborieť Mãſuetudinis, & Clementiæ lenitas, dum ſingulos ipſi obnoxios perinde habet, ac Corporis ſui membra, Cogitabit' q; Id ſolum fulmẽ, Quod Iupiter mittit, Placabile eſſe, pnicioſum id, quod deliberauit, et, ut Seneca inqt, aliis quoq; Diis auctoribus, miſit. Quia Iouem. i. Regẽ prodeſſe ẽt ſolum oportet. Nocere, non niſi cum pluribus uiſum eſt. Perpendet illud quoq; in Græcorum literis iactatum, A' Capite primũ computreſcere piſcem. Quo ſignificať obſcurius, Principem Virũ inſigniter turpem, Mox dare labem in plures. Huic. n. non magis latere contingit, q̃ Soli inter tot collucentes Syderũ oculos. Vna eſt clemẽtia, quæ ex Virtutibus oĩbus præcipue Hominem addecet, qñ humanior nulla eſt. Neminem tñ inſigniti⁹, illuſtrius ue conſpicuũ facit, q̃ Principem Virum, q̃q̃ contemperamentũ id eſſe adhibẽdum, non latet, uti nec promiſcua ſit, ac Vulgaris, & deplorata ingenia a' Sanabilibus non diſtinguat, Nec rurſum abſciſſa. Talẽ ſe Ciuibus ſuis p̃ſtare Princeps debet, Cuiuſmodi de poſcat Deum ſibi. Et quod Parentes faciunt, nunc obiurget, nõnunq̃ blãde, qñq; et minaciter ſe gerat. Ad decretorium ſtilũ accedat rarius. Tũc demũ ultima experiri decuerit, cum cætera fere' ſint conclamata. Sed uno cludã uerbo, Sciat Princeps eſſe ſe Reip. ſuæ Animũ, Illam uero Corpus. Quo nomine apũd eum L. Tubulo, Qui apud Luciliũ amarulente, ut Rapinator, Impius, Sacrilegus q; proſcindit', et id genus aliis eſſe nullus poteſt Locus.

¶ Prouerbii ratio, Platano ſimilis. De Platano pluſcula, & Plataniſto. Obiter Qui dicãtur a' Perſis Immortales. Herodotus, & Curtius declarantur. Melophori qui ſint. Mallophoros. Caput XXXI.

t Hemiſtoclem Athenarum Principem, Cuius operam, Ingenium q; , ac prudentiam ſummã non paruis in rebus, nec raro experta Græcia eſt, produnt Auctores grauiſſimi, poſteaq̃ ampliſſime patriã eſt promeritus, ſolitum tñ ſæpius conuitio a' Ciuibus inceſſi. Vñ illius præclara circũfertur ſententia, τί κωλύει ὑμᾶς πρὸς τοὺς αὐτοὺς εὐχρηστεῖσθαι, Quid eis negotium faceſſitis, qui uobis fuere beneficí? Se quoq; ſubinde Platano conſimilẽ p̃dicabat, ad quã decurrerent, quos infeſtaret imber, Mox uero ſerenitate reddita, uelleret' ab eiſdem, interim q; conuitiis proſcinderetur. Ex hiſtoria igit' produci adagii forma poteſt, Vt dicať is Platano aſſimilis, Cuius opera quãuis neceſſario ſæpius utamur, nihilominus inſita quadam prauitate, illum eũdem incommodis Liberi, habemus deriſui, conuellimus, perditum quandoq; ẽt cupimus. Mox tamen neceſſitate deprehenſi expertam repetimus uirtutem. Sane' congruenter de ratione foliorum Platanus electa potiſſimum, Quã prouerbio uſurparemus, qñ Arbor ea umbræ gr̃a tm̃ ex alieno petita orbe eſt iis, q dicunť συκοφάνται, Sicuti de Hiſtoriis q̃rto Libro Theophraſtus perdocet copioſe. Nam Caius Príceps ẽt in Platano Veliterni ruris, Tabulata cuius, Laxis q; ramorum trabibus ſcamna patula miraculo fuerant, Epulatus eſt. Eam q; cœnam appellauit ille Nidum. In Lydia prodit Herodotus, Xerxẽ comperiſſe Platanum, Quam ob pulchritudinem aureo donauerit monili, tuẽdam q; Viro delegauerit immortali. Qua in parte adnotandum obiter, ut eum locum ſalebroſum quadantenus in poteſtate habeat quilibet. Non ideo dici ab Hiſtorico Immortalem Virum, Quia plane' nunq̃ moreretur, Quod credere, Inſulſiſſimum foret, Sed intelligi ex iis unum opinor, qui in militia delecti ex Perſis numero decemmillia, dicebantur Immortales. Q m̃ ſiquis eorum aut Nece, aut Morbo numerum minuiſſet, confeſtim ſubſtituebať alius, nec unquã plures erãt, pauciores ue Decemmillibus. Erant item præcipuo ĩter omnes cultu decori, & iidem omnium p̃ſtantiſſimi. Hac opera iuuabiť & Q. Curtius Libro tertio, ubi ita legimus adnotatũ.

Proximi inqt, ibant, Quos Persæ Immortales uocant, ad decẽmillia, Cultus opulentię Barbaræ, non alios magis honestabat. Illi aureos torques, Illi Vestem auro distinctã habebãt, Manicatas'q; Tunicas, Gẽmis ẽt adornatas. Memoriæ prodũt ex Gręcis nõnulli, τὸς ἀθανάτος, Hoc est Immortales istos Theodosio impante redactos in nihilũ ab Ardaburio. Ex hisce uero Immortalibus Viris, mille seligebant' optimus qsq;, Melophoros uocabãt, Q d' hastis præfixa gestarent aurea mala, Doryphori erant hi, Hoc est Satellitio fungebant'. Mallophoros aũt Cereris ẽ cognomentũ in Megaride, Quod ab iis uidet' impositũ, Qui Mortaliũ primi Oues cõnutrire cœperint. Siqdem Lanã dicunt Græci μαλλὸν, Ex quo & Idã μαλλοτὴν uocarũt, uelut πολυπρόβατον .i. Ouibus abundantẽ. Similitudinem quãdam cũ Persaꝝ Immortalibus habuit apud Gallos Eqtum Ordo, Quẽ uocabulo Gentis ꝓprio Trimacresiam illi uocabãt, Nã Equum dicunt Marcan. Sed ad Platanum redeo, Inuenio Xerxem eundẽ auream sibi Platanũ fundi iussisse, Quæ antimimos foret .i. Amatã, effingeret, leniret'q; Æstuationẽ mentis ex illius absentia. De Platano in Theriacis Nicãder ita scriptũ reliquit, σφαίρητε θερειλεχέος πλατάνοιο .i. Sphæra quoq; torum p̃bentis æstate Platani. Interpres locum eum enarrans, Illud θερειλεχέος pro umbrosa posse accipi, tradit, Q m̃ latissima sint eius Arboris folia, ut opacissime cõtegant Æstiuo tẽpore, Vel inqt, qa torus ex numerosis foliis confici abunde possit tempore eodẽ. Addit illud quoq;, Platani fructum esse Sphæria q̃dam Trachea .i. Orbiculos asperos, ꝓpterea a' Nicandro dici Sphærã. Ex iis uero, Quæ prodit Interpres hic, agnoscas licet, Vera item esse, Quæ Græci scribunt, dici Platanum, siue Platanistum a' Latitudine, qd' sit πλατύφυλλος. Platanistum tñ sunt, q a' Platano per diminutionẽ ꝓferri putent, Cũ paronymon, siue denominatiuũ sit uerius, nihil primitiuo amplius, minus'ue significans. Porro' si diminutũ foret, exire debuerat in σκος, Sicuti Calamiscus Pyrgiscus, Satyriscus. Platanistum pro Platano apud Homeꝝ diligẽs Lector ĩueniet. Fabulosa plane' sunt, quæ primo de Animalium Naturis scribit Ælianus, nec citra cunctationem promenda. Ait .n. Noctuas mira q̃da ingenii solertia a' Ciconiis submoueri a' nido longius, Platani frondibus ingestis, quarum contactu torporem ꝯtrahant Noctuæ, ita, ut oblæsionis quippiam inferre deinceps nequeant.

¶ Adagia duo a' Cupresso producta. Oratii locus illustratur. De Cupresso nõnulla. De Pinu Herodoti perpenditur sententia. Sphæria quid. Caput XXXII.

Phocion Atheniensis, quẽ nemo uel ridentẽ uidit, uel flentem, Cũ ciuitatem intueret' a' Leosthene p̃cipitatam in bellũ, dum libertatis spẽ, & Imperii cõcipit illa tumidius, Verba eius Cupressis cõsimilia sibi dicebat uideri, Q m̃ pulchra quidem forent, ac sublimia, Cæterum fructu omnino carerẽt. Sedenim cum initia cedere prosperius essent Visa, Immolarent'q; Euangelia oẽs, hoc est, rei diuinæ ex felici nuntio darent operam, Interrogatus, an ita rem gestã uellet, πεπρᾶχθαι μὲν οὖν ἔφη ταῦτα. βεβουλεύται δὲ ἐκεῖνα .i. gestam qdem uelle sic, Illa tamen malle decreta. Ex his Adagium producitur de iis, quæ speciosa qdem uident', Inania tamẽ sunt, & nullum prorsus emolumentũ præferẽtia. Nam Arbor hæc, uti docuit Plinius, natu morosa, fructu ẽt supuacua est, Baccis torua, folio amara, odore uiolenta, ac ne umbra qdem gratiosa. Est et ab hac arbore Prouerbiũ alteꝝ, Cupressum simulat, de Pictore malo, et Imperito, ut exposuit Porphyrio, qui aliud prorsus nihil expingere norit, Quod in arte poetica significat Oratius.

Sed nunc non erat his locus. Et fortasse Cupressum
Scis simulare, quid hoc? si fractis enatat Expes
Nauibus, ære dato, qui pingitur.

Sed cur nam electa Cupressus, Quæ potissimum prouerbio locum faceret? Nempe (quod a' Doctioribus incuriosius p̃termissum, miror) qa, ut Plinius scribit, trahebatur etiam in picturas opere Historiali, Venatus, Classes'ue, & imagines rerũ tenui Folio, breui'q;, & uirente superuestiens. In Arcadia apud Psophidem Cupressi cernebant' proceritatis tantæ, ut propinquus adumbraretur mons. Eas non excidebant Alcmæoni sacras arbitrati, Nũcupant' ab Indigenis παρθένοι, idest Virgines. Alcmæonem uero necata illuc matre, delatum Argis ferunt. Memorabile est, quod Historia secunda Thucydides prodit, Arcas fuisse ex Cupresso,

ſe ex Cupreſſo, qbus eorum efferrent' oſſa, qui in bello fuiſſent Cæſi. Quem Locũ exponẽs Enarrator qdam, id ſolitum fieri aſtruit, διὰ τὸ ἄσηπτον εἶναι, Quod putredinẽ Arbor neſciat. Confirmat id fides hiſtorica. In ea nanq; materie p̃ter cæteras Arbores nitor maxime ualet æternus. Et ſimulacrũ Iouis in arce ex Cupreſſo durauit, a' condita Vrbe Sexcenteſimo, Sexageſimoprimo anno dicatum ad Plinii tempora. Cupreſſum Indi prope' ĩter Aromata uenerant', & merito id qdem. Laudent q uelint, Amoniã Chiam, & Cyrenaicam, quã eſſe Æternam p̃dicat Theophraſtus. Verum Nitore, Robore, Magnitudine, Rectitudine, Perẽnitate, Quã illi Arborum cõparabimus? Cariẽ, & Vetuſtatẽ penitus nihil ſentire Cupreſſum, affirmant, & Rimã ſponte haudquaq̃ cõcipere, Qua ex cã Plato Leges publicas, atq; Inſtituta in ſacris ponenda cẽſebat, tabulis Cupreſſinis, Quod futuras forte putabat æterniores, q̃ æreas. In Aſſyria ex Cupreſſis mõ cõpingi Naues, Auctor Ariſtobulus eſt, ac repetit Arrianus, reliquæ materiæ inopia ſumma. Cupreſſum uero Creticam, ut p̃ſtantiſſimã laudat in Sympoſiacis Plut. Sicuti ẽt Iſthmiam Pinum. Porro' ſicut in Platano eſſe Sphæria ſuperius adnotauimus, Ita & in Cupreſſo Dioſcorides appellauit. Sphæria inqt, cõciſa, & in uino hauſta Sanguinis conferunt anagogæ. i. ciectationi, ſeu excretioni, ac dyſenteriæ. Plini⁹ Latine Pilulas reddidit. Locupletum deniq;, ac nobiliũ mõ funeribus adhiberi Cupreſſum ſolitam, Lucanus teſtari uidetur,

Et non plebeios Luctus teſtata Cupreſſus, Et eſt a' Lactãtio

Grãmatico Thebaidos quarto relatũ. Illud admiratione nõ caret, Herodotũ ſcribere, Vnã, ſolam'q; Arborũ Pinũ reciſam non ſuccreſcere amplius, Verũ interire funditus, uel, ut ipſe ait, παντόλεθρον. Nata inde Paroemia, Vt exteri dicant' Pinus mõ, Quę prorſum ĩtercidãt. Cum manifeſtũ fiat, Piceã, & Cup̃ſſum id ipſum pati, Sed & pleraq; alia, niſi forte cognationẽ aliquam inter haſce Arbores intellexit, p̃pterea'q; uno Pinus noĩc accipiẽdas, conſtituit. Quod ad Piceã attinet, Sciendũ, Euſtathio tradẽte, id Homericũ ἐχεφώνικες inde profluxiſſe, ac p̃ mortifero interp̃tari, ẽt ſi ad amaritudinẽ referunt alii.

¶ Oratio conciſa, breuis'q; an p̃ſtabilior ſit. De Phocione, Catone, Demoſthene, Pericle, M. Tullio, T. Liuio, & Aliis. Caput XXXIII.

Primum uideri Orationis genus, Quo paucis multa ſapienter, grauiter'q; ſignificent', a' pleriſq; ex doctiſſimis traditũ, ſcimus. Idẽ nãq; Sermoni congruere, quod numis, Qui eo p̃ſtantiores credunt', quo Materia pauciore, p̃tii amplius cõplectant'. Id ueterũ nonnulli approbarunt mirifice, Sed Phocion p̃cipue, Cuius Oratio uerboꝝ paucitate preſſior, erat pbreuis, Multa uero ſententiaꝝ magnitudine, ac grauitate. Adeo'q; huic uni erat ĩtentus, ut qñq; Theatro iam pleno, cum obambularet cogitabundus, dicente quodã, σκεπτόμενῳ ἔοικας ὦ Φωκίων, uidere o' Phocio cõſyderationi intentus, Bñ coniectas inqt, diſpicio nãq; ecquid poſſim eximere ab iis, quæ apud Athenienſes ſum uerba facturus. Secuti ſunt hæreſin eandẽ & pleriq; alii non oĩno Infantes. Sicuti in Latina eloquẽtia Gracchi, In qbus Vmbra recognoſcit', & q̃ſi color opacæ uetuſtatis, & Senior quoq; Cato, quẽ Romanũ Demoſthenem nuncupatũ, Auctor M. Tullius eſt. Quem'q; ætatis ſuæ eloquentia non contentũ id iam tũ facere adortũ, diluceret, Quod diu poſt implerit Cicero. Sed p̃fecto eſt utiq; cuſtodienda hæc, Si cauſæ rõ permittat. Alioq;, uti doctiſſime Plinius Cæcilius inqt, Præuaricatio eſt, trãſire dicẽda, p̃uaricatio eſt, curſim, ẽt breuiter attingere, q̃ ſunt inculcanda, infigẽda, repetenda. Nã pleriſq; longiore tractu uis q̃dam, & pondus accedit. Vt'q; corpori ferrum, Sic oratio nõ ictu magis, q̃ mora animo imprimit'. Hoc fuit Demoſthenis p̃ſilium, quẽ ſi eloquentiæ uelut typum dixeris, meo qdem Iudicio, a' ueritate aberrabis nõ multũ. Hoc itẽ Periclis, quẽ a' Cæleſti eloq̃ntia cognominatũ Olympiũ, Plut. ſcribit, et Plini⁹ meminit. Ariſtophanes uero ita laudauit.

Κ'ϛραπ'ϊεν, ἐβρόντα, ξωυκύκατε πάντα,

Fulgurabat, tonabat, p̃miſcebat omnia. Eupolis uero πρὸς τοῦτο πειθοῦς ὑπῆν καὶ τοῖς χείλεσιν, ὥστε ἑκάλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον κατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις. Ad hoc inqt, Suadela q̃dam labiis ſubſidebat eius, Sic demulcebat, ut Oratorũ ſolus aculeũ audientibus relinq̃ret. Vt quẽ non clamator aliqs ad Clepſydrã latrare docuiſſet, ſed Clazonienius Anaxagoras ſumma imbuiſſet rerum ſcientia. Ac, ut noſtros inopia p̃teriſſe nõ uideamur, Quid Cicerone, quẽ extra oẽm ingenii aleã poſitũ Plinius admirat', & Quint. optimũ dicẽdi ma

giſtrũ ꝓnũtiat, Hieronymus in Latini Eloquii arce ſtetiſſe, ꝓfiteꝫ, qd Largius? Quid Affluẽtius? Quæ aquaꝝ fluenta adeo exuberantẽ? Quod pelagus exundat Latius? Quod Fulmẽ uibrat impetuoſius? Raptare Iudicẽ credas, ĩuoluere, ꝓcipitem agere, ꝓculcare, nec ĩcendere auditorẽ modo, ſed ipſum putes ardere. Animoꝝ deniq; quendã credas Deum. Quicqd illi uiolentiæ obſiſtit ruenti, ac renitiꝫ, ſupra humanũ captum eſt, ac cenſeꝫ. Late in eo craſſatꝫ uis Demoſthenis, renidet Platonis copia, abblanditur, allectat, afficit Iſocratica iucunditas. Nec Lyſiæ ſubtilitatẽ fruſtra deſyderaris, aut acumen Hyperidis, Æſchinis ſonitũ, Aphricani grauitatẽ, Vel Lenitatem Lælii. Vt tanto ferri minus poſſit Largii Licinii liber, Qui prodigioſe Ciceromaſtix inſcribebaꝫ. Quæ in aliis enituere ſingula, oĩa in uno effloreſcunt, & qdem ſumma, Vt fœnum cæteros, uti aiunt, arbitrari poſſis. Poſtea ſunt, q mihi efferãt laudibus Saluſtii breuitatẽ. Taceo quod Seneca ſcribit, Saluſtio uigente, amputatas ſentẽtias, & uerba ante expectatũ cadentia, & obſcurã breuitatẽ fuiſſe pro cultu, quã rarę Virtutis frugalitatis Aruntius ſit imitatus in iis Libris, qbus punici belli Hiſtorias eſt cõplexus. Eſt illa plausibilis utiq;, addo ẽt, Quod grauiſſimi Auctores dixere, Immortalis. Quid tñ illi cum occupato Iudice? neq; ad hunc uſum Thucydidẽ ualde probarim. Et qm̃ Magna noĩa conuellere uidemur, qbus aſſurrexiſſe, honeſtius multo fuerit, Ea ipſa eſt M. Tullii ſententia. A quo alibi quoq; ita ꝓditum, ſcimus, Breuitas inqt, Laus eſt interdũ in aliqua parte dicẽdi. In uniuerſa eloquentia laudẽ non hẽt. Eiuſdẽ tñ illud eſt, In Hiſtoria nihil eẽ pura, & Illuſtri breuitate dulcius. Alioq & amplitudo illa Patauini Hiſtorici lactea, et redundãs, ita q; legentẽ ſæpe afficiens, ut ſtupore quodã adobruat penè, alere longe pinguius ingenia mihi uideꝫ. Adeo ut, Sicuti in Pictores ille ait, q neſcirẽt manũ de tabula, Oculos a lectione reuellere neq; ueas. Ita dicendo adumbrantꝫ omnia, & exprimuntur graphice. Vbertas illa prędulcis, Et Auſtera tñ, nec decocta, Nitida ſine labore, ut de Theophraſto Seneca ſcribit, efflореſcens quoq;, nec affuſa nectare mõ, Sed quodã Circes, quã Deam ĩtelligi uoluit literaꝝ Princeps Homerus, delibuta ueneficio eſt. Abire cupis, retinet blandis amoribus inenarrabilis facundiæ uaſtitas, q̃ tñ uaſta non eſt, Sed cõpta honeſtius, culta ꝓtioſius, expolita diuinitus, nuſq̃ fucus puerilis, aut pigmẽta inania, nuſq̃ uibratior cincinnus. Nõ ades, prouocat ꝓguſtata amœnitas, Sirenũ cantibus longe potentius, Quas ſurdus demũ Remex ptranſiſſe narratur, Iſtam odore modo ꝓceptam nec cæcus qdem neglexiſſe poſſit. Iam qd de eruditiõe dicãꝫ Quæ in eo uno adeo ſcaturit ſubinde, adeo exultat multifaria, adeo ingenioſiſſimũ quenq; aure bene uaporata, Mox & acri plota aceto, recõdita reꝝ ſcientia laceſſit, ut eo ipſo anno, quo iſta cõmentabamur, exꝑſſum auditoribus meis ſit, qbus opera illa Patauii ꝓſtabaꝫ, quibus q; haudquaq̃ foret cornea fibra, plus ſe ex uno in T. Liuium dictato referre emoluméti, q̃ ex Saluſtii decem, quẽ ſucciſiuis diebus, hoc eſt feſtis enarrabamus. Scripſit & Dialogos, ut ſit aliqd Auctarii uice, quos nõ magis Philoſophiæ adnumerare poſſis, q̃ Hiſtoriæ. Concinnauit & ex profeſſo Philoſophiã continẽtes libros. Sed iſta paꝝ forte inſtitutũ iuuerint. Exciderat penè, Quod minus diſſimulandũ fuit. Putat in Arte Dionyſius, Eſſe dictionẽ aliquã, cui mira ĩſit dulcedinis, ac iucunditatis uis. At pulchritudinis nõ ita, Rurſum q;, Sæpe reperiri Oronem pulcherrimã, Quę tñ iucunditatẽ illam ꝓdulcem deſyderet. Cuiuſmodi ẽ Thucydidis Phraſis, & Rhamnuſii Antiphõtis. At in Cteſia Cnidio, & Socratico Xenophonte ſuauitatẽ illam ſentiri qdem abunde, abeſſe tñ quadantenus pulchritudinis gratiã. At Virtutẽ utranq; inſigniter in Herodoto enitеſcere. Hoc ipſum ſiqs, re exactius ppẽſa, & excuſſa, de Saluſtio ſtatuat, & T. Liuio, Scopi umbilicũ, puto, recte collimans attigerit. Qđ ad Saluſtiũ attinet, Id in eo ꝓſigni admiratione dignũ, nullũ niſi loco poſitum ferè, ac tanq̃ in uermiculato emblemate, uti eſt apud Lucilium, ꝓſpici ſtructum Verbũ. Sed. n. Scriptorẽ egregiũ non Næuo aliquo, aut crepundiis, quod aiunt, Sed toto corpore inſpectaſſe, ac expendiſſe ꝓſtiterit. Scribit Seneca Controuerſiaꝝ qnto, Præcipuã eſſe qdem in Thucydide breuitatis Virtutẽ, uinci tñ qñq; a Saluſtio, & in ſuis illum caſtris cædi, Quod in ſententia græca ſint, Quæ ſaluo ſenſu, detrahas, Quod in Saluſtio ĩterdum nequeas. Quã rem T. ĩqt Liuius, ut q Saluſtio eſſet iniqor, ut tranſlatam, corruptam q; uitio uertebat, arbitratus poſſe a ſe facilius Saluſtium uinci, Si a Thucydide uictus foret ꝓus. Alibi uero Seneca idẽ hoc Patauino hiſtorico teſtimonium reddidit, Vt eum dicat Candidiſſimum maximi cuiuſque ingenii æſtimatorem. In tam multis uero, Quæ de T. Liuio attulimus, Sciendũ, in Epiſtola

quadam

quadam ad Ioãnem Boccacium scripsisse Franciscum Petrarcham, Ignauia Legentium cõtigisse, uti Liuiana Historia sit in Decadas distributa. In eas. n. inqt, Nõ ipse, q scripsit, Sed fastidiosa Legentium desidia diuisit. Nec desunt, Qui calculum adiiciant. Me uero Decadibus præpositæ præfationes in diuersum trahunt.

¶ Admirabilis in Phocione Natura, Item Cynico Diogene, Aristodemo, Socrate. Caput XXXIIII.

Esse in plerisq; Hominibus mirandam ꝓfecto, stupendam'q; Naturam, neminem arbitror paulo humaniorem, q nesciat. Nam, ut Phocionẽ taceam, quẽ ruri, ac Militiæ nudo semp ĩcessisse pede, ni illum hyems atrocior ad calceos cõpulisset, proditũ memoriæ est. Proinde ferunt ĩter iocabundos milites nullum fuisse rigoris significandi certius argumentũ, q̃ siqs affirmasset, Phocionem ĩductis calceis prodiisse. Cynicum Diogenem Illustria testant' monumẽta, in frigoris ui maxima æneam statuam amplexari consuesse, ueluti a' sensu rigoris oĩno alienum. Cum uero id conspicaretur Lacon qdam, scitari perexit, εἰ ῥιγῴη, an rigeret? abnuente eo, τὶ δὲ ἔφη μέγα ποιεῖς, qd igitur mirum facis? Auctor Plato est, Aristodemũ Cydathenęũ, corpore pusillo, nudis semper pedibus ĩcessisse. Sed qd hæc cõsectamur leuia? Posteaq̃ Platonis introspeximus sacraria, pergamus porro' subtexere, quibus is Socratem suum graphice appinxerit, Alcibiadis persona substituta. In bello inquit, Quod ad Potideam Atheniẽses gessere, imprimis quidem Laborum ĩcomparabili patientia non me solum, Sed uniuersos longe Socrates p̃cellebat, Et sicubi, Vt fere' assolet, commeatu deficeremur, in fame, siti'q; tolerantissime perferenda, facile inter cæteros eminebat. Rursum affluente rerum omnium copia, Solus perfrui affatim posse uidebat', & quamuis potum abnueret, si compelleret', Oẽs protinus se largius inuitando anteibat, nec tamen uino paulo hilarior unquam est conspectus, quod utiq; mirum præcipue est, Ni id mirabilius admodum foret, Quod hyeme, ut in locis illis, Sæua, & rigore ĩtolerando factitasse illum, scimus, Gelu siquidem oĩa obtinente, ac uniuersis pruina albicãtibus, nec quoquã fere' sub Dio agente, ni Pellibus corpore arctius obuallato, consepto'q;, Socrates ita se cum reliqs promebat in publicum, ut quotidianis ĩdumentis nil omnino accederet, nudis uero Pedibus glaciem, Pruinas'q; p̃mebat facilius, q̃ calceis obmuniti milites. Quod illi cõspicati in ipsorum contẽptum fieri ĩterpretabant'. Sed illud satis mirari non est, Altior, uti plerunq; fit, ĩciderat cogitatio, stabat'q; a' Matutino tempore eodem nixus uestigio, cum'q; minus explicaretur, Quod agitabat, perexit in Meridiem usq;, Senserant milites, ac mirabãtur, Perseuerabat ille nihilominus ad Primã facẽ, At illi Lectulum apposuere, obseruantes, ecquid per noctem decumberet, Expectauit is, statu pertinaci nihil immutato, Solem sese promentem, quem ubi consalutasset, deniq; digredi cœpit. Sed & familiare fuit illi Viro, ut perdius staret, ac pernox, ẽt ĩconniuens.

¶ Quæ in Corporibus calorem præcipue custodiant. Cur frigore nimio nigrescant extrema, & decidant. Obiter, an Ignis sit coloratus. Caput XXXV.

ET, quia in frigoris patientiam ĩcidimus, succurrunt ex illustribus Viris amussitata pleraq;, digna omnino, quæ non p̃tereantur in nostra hac Collectaneorum cura, Apponemus uero primum, Quæ ex Galeno comperta nobis, in Libro de Anhelitus iuuamine. Sunt inqt, tam pinguedines, q̃ Adenes, siue glãdulæ omnes, in Corpore ad caloris naturalis custodiam, fomentum'q;. Quãuis. n. Calor a' Corde in totum redundet corpus, Sunt nihilominus in Corpore partes quædam ad Caloris susceptionem longe cæteris aptiores. Etenim, quæ superposita Epati ẽ Pinguedo, Spleni item, atq; intestinis, calefacit ea, digerendi'q; inibi facultatem adiuuat excellenter. Proinde cum ita forte obuenisset, ut pugili cuidam pingue id confringeret', Mox'q; liuescens eximeretur Medici cura, Cœpit is supra modum esse Frigoris impatiens, cõcoctione quoq; ĩsigniter mutata, deminuta'ne. Illud uero in Frigoribus peracutis, ac uehementioribus contingere, Alexander scribit, Si modo de familia, p̃inde ac diminutus capite, aut pegrinitatis reus non summouet' Liber is, Digytos, & extrema Corporis nigrescere p̃us, Mox

& decidere, Mirus profecto euentus est, Sed uerus. Auditū.n.mihi sæpe a' Prouincialibus, quibus profitebamur, Vt qui Frigidioris mundi plagas incolerent, solitū apud illos fieri, ut si In gelicidiis acrioribus, & Boreæ flatibus frigidissimis, ut assolet, qs iter eundū, uel qua cunq; sub dio mora diuturniore, Nares forte emūgat, Apicem simul decidere. Sed uñ nam fieri ista putemus? An qa Frigus atrox ἀποτλαύνει, καὶ ἀπολύῃ τὸ ἔμφυτον θερμὸν εἰς τὸ βάθος τῆς σώματος. i. insitum calorem introrsum persequit', & occludit in Corpore. Reliqua uero extrema, caliditatem uitali potestate minus agitante, primo qdem liuescūt, inde nigrescūt, ac deniq; emoriunt'. Ideo aūt excidunt, Quod Natura reliquo sane' Corpori prouidens, id circumplectit', & ad se astringit, Mortuum destituendo, & decidere permittēdo. Extrema uero imprimis afflictant', Quod minus corpulenta sint, & pinde minus ētnum calida. Infirmæ item Quæ sunt, & rarescunt ex Arboribus rōne non diuersa, hyemali Sydere frondibus exuunt'. Sunt qui asserant, a' primordio qdem insitum Calorem Frigus, utpote sibi īfestum, refugere introrsum, deinde collectum, & uelut destitutas recuperaturum partes subire, et cum agmine, ac confertum suppetias ferre. Sed interim densiore caloris ui Membrorum extrema amburi. Verū hi falli uident', Sicuti Aphrodiseus putat. Quod si Liuoris, Nigredinisq; rōnem in Frigoribus quis perquirat amplius, Sciendum est, Sanguinē appulsu Frigoris gelascere, Concretum uero nigrescere caloris inopia. Albedo nāq; Igni tribuit', propterea Senioribus μάλιστα τελειοῦται ἡ σάρξ. ὅτι ἐλαχίστην ἔχει θερμότητα. i. maxime liuescit Caro, Q m minimum obtineat caloris. Sed in hoc tamen aduertendū impensius, Calorem in Animali cōmixtum esse album luminosum. Est.n. Spiritus qdam in Spermate īterceptus, & in Spuma Spiritus aliqs Natura ꝓportionem habens cum Stellarum dispositione, ut est apud Aristotelem de Animalium gñatione Libro secundo. Et Auicenna in Libro de Medicinis cordis, Eum scribit, uultus suos effigiare ad Cælestium corporū similitudinē. Neq;.n. Calidum in Animalib⁹ Ignis est, Neq; ab Igni Prīcipium hēt. Neq;.n. Aīal generat Ignis; Neq; Ignis ē Albus, Nec oīno colorat⁹, ut dixit Empedocles, Cū sit Color q̄litas mixtionē ꝓsequēs elementoꝝ, sicuti liq̄t ex Libro de Sensu, & sensili. Porro' si eēt Albus, aut ꝓrsum coloratus, Stellas uideri prohiberet noctu, Q d̄ ab Algazele in Libro de Philosophia comprobatum, scimus.

¶ Cur extrema Frigefacta uehementer, si admoueantur Igni, dolent. Quæ præcipue īsistentur Frigore. Caput XXXVI.

Contingit porro' & aliud in summa hac extremorum frigefactionē, Q d̄ ea si Igni admoueris, Quo incalescant, īsigniter dolēt. Id uero repentina fit q̄litatis mutatione, q̄ est ab excellēti Frigiditate in plurimā caliditatem. Quippe qcqd immoderatius, ac confertius fiat, κατὰ δυσκρασίαν λυμαίνεται τὴν φύσιν, idest ꝑ distēperantiam Naturæ infert nocumentū, ꝑ Eucrasiam uero, & Symmetriam, hoc est per tempamentum, atq; moderationē Naturam oblectat summopere. Ceu te caliditas adueniēs Frigiditatē incipit distrahere, & propellere amplius, ac exagitare acrius, propterea Spiritus inclusæ Frigiditatis distractus, & Extrusus dolorē parit. Caljdum siquidē Frigido contrariū ē, Quæ diuersitas afficere plurimum pōt, quia Frigiditatē insectet' Caliditas. Hęc uero extrinsecus admota Naturalē suscitat, atq; intēdit. Protrudit ergo exterior caliditas introrsum Frigiditatē, Naturalis porro' eandē reiicit repercussu, Quo nomine hinc īde obseptum Frigus dolorē ciet. Est aūt īfestum Frigus ossibus præcipue, Dētib⁹, & Neruis, Quoniam Concretionis sunt terrestris cuncta hæc, Et Frigidum ipsum terrestre est, Refrigerata itaq; offenduntur, Quod simile simili adiectum furere faciat.

¶ Frigida membra in Aquam itidem īmissa Frigidam refici. Quæ consequantur Symptomata pereuntes Frigore. Rhigosibii, & Dysrhigi qui dicantur. Caput XXXVII.

Scribit autē primo Canonis Auicenna, plerosq; extrema corporū extimo Frigore uehementius correpta in frigentē īmittere Aquam, indeq; ꝑcellenter iuuari, uelut propulso plane' Quod oblædebat. Sicuti poma item regelant in frigidā proiecta, Quod si Igni applicueris, manifesto corrumpunt'. Cæterū, qua istiusmodi obueniāt rōne, amplius indagine certa scrutari, inqt Princeps, haud sane'

haud ſane medicinam ꝓfeſſo neceſſariũ. Interpres uero, ceu pomœria prolaturus, ĩtra pelli culam minus ſe continuit. Idq; ꝓtingere opinat modo compari, Quo frigidæ affuſio copio ſior Tetano, quem eſſe itidẽ Frigidum conſtat Morbum, qñq; ꝑſentiſſime opitulat ex inſi ſiti, ac genuini caloris aggregatione, atq; cremento inde ĩſigni. Ex Viretis amœnioribꝰ Aui cennæ eiuſdem illud quoq; eſt, Frigore pereuntes, Quos ψυχραγχοντας feliciores fingen dis uerbis uocant Græci, eodẽ cõmori pacto, quo ĩtercipi contingit Opium haurientes, aut Mandragoram. Siqdem illos eiuſmodi conſequunt Symptomata, ſiue Caſus, aut acciden tia. Extimarum partiũ ſtupor cum algore. Nec nõ Pruritus, Singultus, Scotomia, Gutturis coarctatio, & Anhelitus, Somni marcor, Faciei, et Labiorum color citreus, & id genus alia, q̃ quarto Canonis non neglexit Princeps. Mandragorã uero haurientes Lethargia excipit, & pruritus cum Tetano, & hebeti auditu. Qui inalgeſcunt perpetuo, Veteribus dicebant Rhigoſibii. Dyſrhigos dicere malunt Recentiores.

¶ Frigoris Euentus plures. Exercitatos Inexercitatis ampliꝰ ſentire frigus. Balbuciei rõ ex Frigore, Ebrietate, Ira. Pili cur ſurrigant frigoꝝ. Stupor qd. Sopor ſtupidus. C. XXXVIII

Illud quoq; in Frigoribus uſuuenire ꝓ momenta ſingula expimur, τὰς γεγυμνασμένας δυσριγωτέρας εἶναι τῶν ἀγυμνάστων, Hoc eſt, exercitatos frigus uehementius ſentire, q̃ inexercitatos. Id uero rõnibus aliquot obuenire, comperi tum eſt, & tradidit Ariſtoteles. Nã pingui laboribus exhauſto, tollit, Quod teporem ꝑſtare põt, calidum nãq; Opimum eſt. Vel qđ διαπνόστερα τὰ σώματα, καὶ ἀραιότερα. i. Spiratiora, ſolutiora q̃ corpora eorum ideo ſunt, Q ĩñ pingue, excremẽtum q̃ omne detractum eſt, Ita ut Frigus arcere nequeãt. Porro meatibus ꝓ ſudationem patefactis, ueluti oſtia complura apiunt. Eſt & Euentus ille in Frigoribus notiſſimus, ut ſicuti Ebriis uſuuenire ſcimus, oberret lingua, Quod frigoris ui cõcreſcit, & ꝓinde fit, ad motũ ineptior, hebetior ue. Frigidum porro, uti aſtipulat primo Canonis Auicẽna, paralyſin facit, ac, ut nouitio utar Verbo, mortificat, Mobilitas uero, & Latitudo Sermonis, ꝓlationi pneceſſaria ꝓſum habent, Quod de partibus ſecundo ĩſinuat Philoſophus. Succurrere illa quoq; põt rõ, extimas partes appulſu Frigoris amplius denſari, humoremq; intro illapſum linguã abunde humectare, ex quo minus illa ſuo ꝓfungi munere utiq; poſſit, Qđ in Vino madẽtibus manifeſtiſſimũ fit. Ni qs tremorẽ, Frigoris poteſtate ꝯciliatum, ad cãm reuocet. Ille. ii. motũ ĩfert temerariũ, ac ſubſultantẽ, ꝓpterea ĩarticulatior ꝓrumpit Vox, hæſitãte lingua, & oberrante, Q đ ipſum & in Ira uſuuenire, aĩaduertimus, tunc ſiqdem ex furibunda caloris agitatiõe ĩtempans, nec modulis cõſtans ſuis ꝓducit motus. Quæ rõ coeũtiũ quoq; Sermonẽ efficit cõfuſaneũ. Et Vicęſima tertii Auicẽna gñationi tunc eſſe ꝓccõmodũ tempus ꝓnũtiauit. Q đ uero de humectatiõe nimia ꝓtulimus, miꝛ nemini uideri debet, tũ qa ſubiecta Cerebro Lingua ẽ, Q đ eſſe humiditatũ fontẽ, ꝓuenit, tũ qa ꝓrara eſt, ac, ut Neoterici loquunt, Poroſa, proindeq; humectationi excipiẽdæ ꝓmptior, paratior q̃. Inter frigoris ſymptomata illud ĩtẽ ĩternoſcit, horrore ĩcuſſo, ſurrigi in corpore pilos, cõmeãte ad ĩtera caloris ui, q̃ cãro deſtituta addenſat, cõſtipatu q̃ ſic ꝓtolli pilos ꝓtingit, radicę uehemẽtius arctata. Nec illud ĩtactũ, ĩſcitum q̃ relinq debet, Q đ uſu comptũ eſt, Siqdẽ οἱ ῥιγῶντες ἀναθεύδουσι, Hoc ẽ, q rigẽt, minus dormire queũt. Id uero inde fieri, putandũ ẽ, ꝙm q riget, ſpiritũ magis retinet, q̃ laxat. At q dormit, magis reddit, q̃ attrahit, ἐναντίως ἂν ποιεῖ ἔχειν τὸ ῥῖγος τῷ ἀναθεύδειν. i. affectionẽ ſopori diuerſam ĩducit rigor. Stuporẽ deniq; a Frigida oriri diſpõne, Galenus ſcribit, nõ neruoꝛ mõ, Sed & Venaꝛ, Arteriaꝛ, Carnis, Mẽbranaꝛ, Tunicaꝛ, & Cutis, Eſſe nãq; Stuporẽ refrigerationẽ ĩſigniter ĩductã, Quo nomine ita Affectis Corporibꝰ Senſuũ, ac motuũ obrepit difficultas. Sicuti cõpleta refrigeratio, & Sẽſum oĩno adimit, ac motum. Quod uero cenſeat Stupor diſpoſitionis nomẽ, non Senſus, aut Doloris, palam innuit Hippocrates, cum ſcribit, Stupor mediocris ſoluere dolorem poteſt. Proinde male Archigenes uidetur pronuntiaſſe, Stupidum dolorẽ ad Neruos proprie ꝓtinere. Stupor enim diſpoſitionis, non Loci affecti indicium eſt. Legimus Soporem quoq; Stupidum, Eſt autem Accidens eius actionis, Quæ a loco mentis compote ꝓdit, Verum ex Frigida prouenit cauſa. Sicuti Vigiliam, & Delyrium Cauſa poteſtate calida concinnat.

¶ De Bulimia, seu Canina fame. Vini nocumenta in Ieiunio. Quid Thorexis, & Acro thoraces, Acroteria, Acrostichis. De Canino prandio uellicatim. Canina fames cur dicat, Canum in excernendo difficultas unde sit. Caput XXXIX.

Æterum nec illud citra ppensionem ptereundum (Pergam. n. scitamẽta hoc genus hinc inde expiscari, nequis, thesauris expectatis, in Carbones plapsum
c se queratur) ex Frigoris ratione consequi interdum, hyemalibus potissimum horis famem illam ītolerabilem, Quã βουλιμίαν uocãt Græci, Ex nostris Caninum appetitũ Quidã. Quippe frigoris uiolẽtia calore genuino ad ītima coacto, īsatiabilis edendi cupiditas iniicitur, ītenditur q̃. Quæ tamẽ uel minimæ rei gustu restinguitur. Verum super hac aduertendũ amplius, ubi Sententiarũ secundo scribit Hippocrates, Famem Vini potio soluit, Subtilius, pensiculatius q̃ explicans, ut solet, eam partẽ nobilissimus Interpres, non Famẽ inquit, esuritionem ue quãlibet intellexisse Hippocratem, Sed eam planè, Quæ infestat appetitione anxia, & irreqeta Cibariorum, Quã nõnulli Caninam cognominant. Nãq; eiusmodi Famẽ curat Vini potio, nõ eam, quæ propter inediã, aut Alui fluorem, sanguinis ue profluuium, uel aliã accidit uacuationẽ. Qui n. ob aliquam id genus causam esuriunt, iis epotum Vinum minime prodest, quin obest mirabiliter, conuulsiones inferens, delyria q̃, Si Vinum ante cibum ingerat. Ego quoq; inqt, sic Vitæ reddidi assidue famescentes aliquos, ad bibendum large hortatus, & Vinum utiq;, Quod admodum calefaceret. Neq; n. acerbum Vinum talem conuellit Famẽ, obstirpat q̃, ut quod haudquaq̃ calefaciat, Sed Ruffum pfentissimum censet. Et paulo mox, Canina inqt, appetentia, uel ob unã Frigoris ītemperiem, uel ob acidos quosdã succos fieri solet. Qui uero putant appellatam Esuritionem ītolerabilem (Sic. n. Bulimũ interptor) noīari hoc in Loco ab Hippocrate Famẽ, a rationc esse diuersos, constat. Obiter autẽ id ptinus subnotandũ, Hippocrati esse moris, Vini potionẽ appellare Thorexin, Libro. n. quẽ de Natura, uictúq; Hoīs fecit, hunc in modum ait. Victus neq̃q̃ cã est, quo Morbus omnes pfẽdat subinde natu minores, prouectiores q̃ ætate Mulieres, & item Viros, atq; ẽt θωρηκομένους, & bibentes Aquam. Nãq; obiectans Thorefsumenus, & potantes Aquam, Verbũ θώρηξιν, ita armaturæ argumento impositũ, signare Vini potionem, perspicue īdicauit. Ex Græcis alii scribunt θωρήξασθαι signare tum armis īstrui, tum cbriũ fieri. Nam inquṇ, Thorax est pectus, παρα τὸ θεῖον ὠρεῖν, Quod est, qa ptineat, Quod in nobis diuinũ est, uidelicet διανοητικόν. Ebrietas uero τὸν θώρακα θερμαίνει. i. Pectus calefacit. Hinc & Acrothoracas summe, aut leuiter, ut nonnullis placet, Ebrios uocarunt. Lucianus in Lexiphane, ἐπίνομεν ἀκράτιστοι, καὶ ἤδη ἀκρο θώρακες ἦμεν. i. inceſſanter pocula pſiccabamus iam ebrietemulẽti. Nã Acron summũ signat, Vnde, dignum scitu, Acroteria dici legimus angularia, in Ædificioꝝ rõne, Statuas, q̃ in Angulorũ summitate astituunt, nominantur & Mediana qñq;. Quippe Membra, q̃ supra Columnarum Capitula disponuntur, hæc fere sunt, Epistylia, Zophori, Coronę, Tympana, Fastigia, Acroteria. Acrostichis uero est, cum ex primis uersuum Literis aliqd connectitur, ut in qbusdam Ennianis, item Sibyllinis. Sed ad institutum, Verbo θωρήξασθαι, in hãc sententiam usus & Anacreon est. Ac Oppiani Interpres exposuit, ἀλιευτικῶν primo, ubi ait, θωρήσσεσθαι apud Veteres non solum signabat armare, Sed & ἀκρατοποτεῖν, idest īdesinenter, nec citra Ebrietatem meracius bibere. Arbitratur Eustathius de Vinolentorum contentionibus obrepsisse Verbi notionem. i. ἀπὸ τοῦ μάχιμον τῶν μεθυόντων. Sunt tamen q̃q Verbũ id, Si ad potũ referas, p Omicron malint subnotare, item q̃ per. i. θορίασθαι, ἀπὸ τοῦ θόρω salio, quia impetuosi prosiliant Vino madidi. Sunt q Caninum prandiũ ad Caninã hanc appetitionem contra Gelliũ putent referendũ. Sed Cur nã Canina Fames potissimum dicit? An quia insigniter famescunt Canes? A Physiologis certe traditum, scimus. Quæ Animalia continentiora esse ad Cibi desyderium conuenit, hæc sua in aluo laxiores non habere sinus, Sed anfractus, & Orbes plures. Laxitas enim intestini auiditatem auget cibi. Rectitudo auiditatem accelerat. Quibusdam autem Intestinum parte, qua uentri iungitur, Laxius est, qua desinit, Arctius. Quamobrem Canes uehementi nisu, nec sine cruciatu excernũt.

¶ Cuiusmodi sit Prouerbium, Aristogiton claudicat, Quæ Resp. optima. Caput XL.

Aristogiton

Riſtogiton claudicat, ex Hiſtoria in eos parœmiæ faciem hẽt, q Morbũ aſſimulant, ne militiam, uel id genus oneris publici qppiã cogant ſubire, Quod
a improbũ eſt, et a Ciuili, honeſte q educato Viro alieniſſimũ. Auctores ſunt, fuiſſe Athenis Ariſtogitonẽ quendã Sycophantã, frugis non ſatis probę, Eiꝰ conciones nihil nõ martiũ ſpirabant, & de bellicis rebus bellicum quodãmõ canebant, adeo, ut ſic Populũ in diſcrimina ſæpe maxima conniiceret, cũ alioq mollis ipſe foret, & nulli rei. Proinde cum die quadã delectum haberi audiſſet, ſimulata Valetudine, crus obligat, ac baculo innixus, uelut grauiter Vulneratus, ſe in publicũ promit. Eum uero ubi e longinquo ſic ꝓſpicatus eſt Phocion, Hominis uafricia ꝑſpecta, &, qđ aiunt, ex uultu Æthiopẽ agnoſcens, Vociferãs inqt, Scribe Ariſtogitonẽ claudũ, et eundẽ improbũ, ac mẽdacẽ. Legimus porro Ariſtogitonẽ hunc in uincula coniectũ, dãnatum q ab Atheniẽſibꝰ, oratũ ad Phocionẽ miſiſſe, ne grauaret, paululũ ad ſe uiſendũ accedere, Faciebat is, qđ petebat. At eius facilitatem dãnantibus amicis, Quod flagitiis adobrutũ infamibus adire nõ abnueret, ac quodãmodo alloquio ſubleuare, conantibus q ab itinere iam inſtituto deterre re, καὶ πῶς τὴς αὐτὴν ἥδιον ἀριστογείτονι λαλήσειν, Vbi nam inqt, iucundius qs Ariſtogitonẽ colloquio dignetur? Præterea ipſum hũc exagitat præclare Ageſilai cognomẽto Magni Apophthegma bracteatũ, & oĩum foribus appingendũ, Qui ſcitanti cuidã quo nã pacto gloriã apud Homines indipiſceret, Si dicas inqt, optima, facias aũt pulcherrima. Sed & Ambroſius fortis inqt, Viri eſt, non diſſimulare, cũ aliqd immineat, Sed ꝓtendere, ac tãq explorare de ſpecula q̃dam mẽtis, & cogitatiõe prouida rebus futuris obuiam ire. Quod uero ad Atheniẽſes attinet nimio plus ſępe Oratoribus Auſcultãtes, attẽdẽda uehemẽter Chilonis ſnía, cuius in ſeptẽ ſapientũ Cõuiuio meminit Plut. Qui Rẽp. eſſe optimã ſtatuit, q̃ Legibꝰ quidem plurimum, Rhetoribus autẽ minime obtẽperet. Sed hanc uix Lynceus ſuenerit.

¶ Ludere domi ſuæ quid ſit. Cur Ludo comparetur Sapientia. Obiter de qnq; Pedum præſcriptione. Caput XLI.

Vdendũ unicuiq ſecundũ Aĩam uiuenti Domi ſuę, cũ Audis, ĩtellige Sãctiſſimoꝝ ſententia cõmoneri te, abiũcta a rerꝝ uaniſſimaꝝ cura mẽte ĩtima, ob
1 uerſandũ in Sapientiæ ꝓtemplatiõe, Quæ Ludo cõmodiſſime uidetur cõparari. Eſt. n. in ea oblectatio eximia, iucũditas inenarrabilis. Quæ ut ꝓpria ex Ludo petit. Propterea Eccleſiaſtici XXIIII, Ore ꝓnuntiat Sapiẽtiæ, Spiritus meus ſup mel dulcis. Ludus porro extrinſecus nil aliud q̃rit, Sed is pp ſe expetitur. Q đ ipſum eſſe Sapiẽtiæ inſitũ, qs non uidet? Delectamur utiq interdũ eoꝝ cõtemplatiõe, q̃ ap petimus, uel q̃ agere inſtituimus. Cętęꝝ uoluptas huiuſmodi extrinſecus adnexũ hẽt aliqd, ad quod nitimur ꝓuenire. Q đ ſi differat, uel deficiat, comes ſubſequit affligatio. Id eo cõ probat, Quod legimus ꝓuerbioꝝ XIIII, Riſus dolori miſcebit. At ĩgenita Sapiẽtiæ ſpecu latiõi amœnitas, oĩ Sirenũ cantu dulcior lõge, ſuauior q in ſe ipſa oblectatiõis cãm retinet, ꝓinde nullis ĩfeſtat mœroꝝ ĩcurſibꝰ, Vt q̃, Q đ nõ adſit, expectet ꝓrſus nihil. Vñ ẽ illud Sapiẽtiæ octauo. Nõ hẽt amaritudinẽ ꝓuerſatio illiꝰ, nec tediũ ꝓuictus illiꝰ, Immo q Sapiẽtia illa inenarrabilis, & diuina delectationẽ ſui iure Ludo cõparat, Sicuti Prouerbioꝝ octauo, Delectabar ꝑ ſingulos dies Ludẽs corã eo, Vt ꝑ diuerſos dies diuerſaꝝ ueritatũ ꝓſyderationes intelligant. Veꝝ & ad ĩſtitutum noſtrũ illud egregie aduocat, Q đ extat Eccleſiaſtici XXXII. Recurre ꝓor in domũ tuam, et illuc aduocare, & illic Lude, & age ꝓceptiões tuas. Hẽt id, tãq ꝓuilegiũ quoddã Sapiẽtiæ ſtudiũ, ut dũ ſuũ ꝑſeqt opꝰ, eo magis ipſa ſufficiat ſibi. In aliis eqdẽ plurimoꝝ ĩdigemus auxilio, Sed ĩ Sapiẽtiæ ꝓtẽplatiõe tãto efficacior ſentit eſſe conatus, q̃to ab aliis ſequeſtrati amplius cõmoramur nobiſcũ. Quãobrẽ Sapiens ꝓpoſita ſententia ad ſe ipſum reuocat Hoĩem, dũ ait, ꝑcurre ꝓor in domũ tuã, hoc eſt ad mentẽ tuam, ab extrinſecis ſtudioſe, & anxie redi ꝓus, q̃ ab alio occupet, cuius Mox diſtrahat cura. Inde eſt illud item, Intrans in domũ meam conqeſcam cũ illa, cũ Sapiẽtia uidelicet. Verũ ſicuti ad Sapientiæ ꝓtemplationẽ illud ꝓneceſſariũ exigit imꝑmis, ut mẽtem ſuã ꝓoccupet, quo domũ illius ꝓtemplatione inferciat, Ita nec illud negligendũ, ut totus ĩtentiõe affit ĩtus, nec diuerſa rapiat, & propterea dicit, & illuc aduocare, Quod eſt ĩtentionem uniuerſam illuc congrega. Sic. n. interiore domo exinanita oĩno, hominẽ q in eam ꝓgregato, alienis curis prorſum reiectis, Quid agendũ, ſubdit, Et illic lude, et age ꝓceptiones tuas, per q̃s

homini datum, Veritatis aſſeq cognitionem. Nicolaus Theologus ẽt addit, bonũ ꝓpoſitũ illic conceptũ deducas ad effectus concinnitatem. Sed.n. ex quo cœpimus in aliena oberra re prædia, Ceu ſublata Quinq; Pedum præſcriptione in finibus regũdis,, Ita enim cautum quandoq; fuit ex XII Tabularum Legibus,

Siquis in agro aliquid plantarit, Quinq; pedes a' uicino abeſto.

Si ficum, uel Oleam, Pedes nouem abeſto.

Pergamus intrepide indidem Spicilegium facere, Vel applantare, Quæ in Vicinia proſer/ pendo radices agant.

¶ Philoſophiæ in partes, quaſi membra diſtributio. Simulacra duo propoſita nobis ad Veritatis diuinæ ſpeculationem. Exconſules, Exquæſtores qui ſint, Ac Expatritii. Excuriati.

Caput XLII.

P Hiloſophiã tres continere partes, non fere' eſt, q neſciat, Dialecticen, quã Di ſputatricẽ nonnulli Latino interꝓtamento dixerunt. Logicẽ Alii, hoc eſt Rõ nalem, q̃ uim, modum' q; Rõcinationũ, ueri' q;, et falſi iudiciũ aſſumpſit. Ethi cẽ, quã Cicero primus Moralem uidet' dixiſſe, ea uiuendi modũ ꝓſcribit. Nã, ut ſcienter Themiſtius in Proœmio Phyſicæ auſcultatiõis ſcribit, Cũ duplex totius Animæ uis habeat', appetẽdi una, altera cognoſcẽdi', Id genus, qđ appetitum ꝓficit, quod in irrationalitate totum, & intellectu affectibus irrationalibus delegato poſitũ, cõſti/ tutum' q; eſt, Peripatetici Actiuũ nominauere, finem' q; eius ꝓticulæ ſtatuerũt boni delectũ, atq; indeptionẽ. Tertia uero Theoretice eſt, ſiue Cõtemplatiua, Quæ ſola uerũ in eo, quod eſt, & quod nõ eſt, ſcrutandũ, diſcutiendum' q; ꝓponit. Sed ea quoq; trifariã diſtribuitur, in Mathematicẽ, Phyſicẽ, Theologiã, In q̃bus ueritatis ſpeculatio q̃ſi q̃buſdã gradib⁹ ad ſum mum cõſcendere deꝓhendit'. Prima.n.i. Mathematica uiſibiles rerũ formas uiſibiliũ ſpecu latur. Phyſice uero ſcrutat' ĩuiſibiles reꝝ uiſibiliũ cauſas. Tertia autem ſola, hoc eſt Theolo gia, q̃ diuinorũ Scientia ſanci', dicitur' q; Metaphyſice, ac Prima Philoſophia, Sicuti Auicẽ na docuit, nec tacet Themiſtius, ĩuiſibiles contemplat' Subſtantias, & inuiſibiliũ ſubſtãtia/ rũ inuiſibiles Naturas. In iis eſt ueluti progreſſio q̃dam, & mẽtis ꝓfectus ad ꝓnoſcendũ ue/ rũ conſcendẽtis. Per uiſibiles.n. uiſibiliũ formas ꝓueni' ad inuiſibiles uiſibiliũ cãs, & ꝑ in/ uiſibiles uiſibiliũ cauſas aſcenſus ꝓſtatur ad inuiſibiles Subſtantias, & eaꝝ dignoſcẽdas na turas. Hæc eſt Philoſophiæ ſumma, & ueritatis ꝓfectio. Nã ꝓtemplante animo nihil altius, ſublimius' ue eſſe poteſt. In hac Mundi Sapiẽtes ſtulti facti ſunt, qa ſolo Naturali documẽto ſecundũ elementa, et Speciẽ mundi incedentes, exẽplariis gratiæ exuti cæcutierũt. In q̃bus & ſi humilis erat Species, manifeſtior tñ præſtabat' Veritatis demõſtratio. Duo ſiq̃dem Si/ mulacra cæcis fuerũt Mortalibus ꝓpoſita, in q̃bus hac rerũ obuoluti caligine inuiſibilia poſ ſent ſpeculari. Vnũ Naturæ, Gratiæ alteꝝ. Et ſimulacrũ q̃dem Naturę Species eſt Mũdi hu ius. Gratiæ uero humanitas Verbi, & in utroq; mõſtrat' Deus, Sed in utroq; non ĩtelligit'. Q m̃ Natura q̃dem ſpecie ſua Artificẽ utiq; nobis ꝓſignificat, Sed ꝓtemplantis Oculos illu minare non põt. Atenim Saluatoris humanitas, & Medicina fuit, ut cæci lumen reciperẽt, Et Doctría piter, Vt Vidẽtes ueritatẽ agnoſcerẽt, Lutũ ex ſputo fecit, & Cæci oculos liuit, lauit, & uidit, demũ uidenti, Sed necdũ cognoſcẽti ait, Ego ſum, q loquor tecũ, Ipſe eſt fili us Dei. Prius itaq; illuminauit, poſtea demõſtrauit. Natura q̃dem demõſtrare potuit, Sed il luminare nõ potuit. Et Mundus Creatorẽ ſuum ꝓdicauit, Sed ĩtelligentiã ueritatis cordib⁹ hoĩum minime ĩfudit, Per Naturę igit' Simulacra Creator mõ ſignificabat'. In gratiæ uero Simulacris Deus oſtentabat' ꝑſens, Quia illa operatus eſt, ut ĩtelligeret' eẽ. In iſtis uero opa tus eſt, ut ꝑſens agnoſceret'. Hoc ẽ Theologiæ mũdanę diſcrimẽ ab ea, q̃ eſt, & diuina nũ/ cupat' Theologia. Impoſſibile nãq; eſt, Inuiſibilia niſi ꝑ Viſibilia demõſtrari, ꝓinde Theo logia oĩs neceſſario Viſibilibus utit' demõſtratiõibus ad inuiſibiliũ declarationẽ. Sed erũt forſan, Qui negotiũ faceſcere nobis ꝓgant hoc noĩe, Ceu alta nimis, ac recõdita ſcrutemur anxie. Vtcũq;, Mihi iſta utiq; arriſerint amplius, q̃ enotaſſe, Quod ex Doctis qdã fecere, Ex conſulẽ, Exq̃ſtorẽ, Expatritiũ dici eũ, q hiſce dignitatibus ꝓfunctus olim ſit, Quãq̃ uocabu lis ſubagreſtibus, Sicuti apud Varronem, M. q; Tullium Excuriati leguntur, Exterminati' q; Qui Curia, & Terminis exacti ſunt. Verum proba hæc, recepta' q;, Illa minus, Quin Pau/ lo etiam inſolentius Lapidata quibuſdam, proſciſſa' q;.

¶ Quibus

¶ Quibus gradibus diuina ad nos profluat illuminatio, Rurſum'q; quibus ad Deum noſtra refluat Mens. Caput XLIII.

p Orro` quibus gradibus diuinæ illuminatiõis ad nos uſq; progreſſus fiat, Rurſum quibus Mens noſtra ad ſummæ claritatis contẽplationem reducat', non eſt hac parte omittendũ, Quod cæleſtis Hierarchia Areopagitæ Dionyſii doctioribus, perſpicacis'q; ígenii Viris ſcienter inſinuat. Etenim diuinũ Lumẽ in Angelicam primum deſcendit Naturam, & ab ipſa mox reuelationib⁹, & diuinis demonſtrationibus, & Myſtica ſacri eloquii narratione ad noſtrã uſq; intelligentiã, participationem'q; ſe transfundit. At humana Mens eiſdem rurſum gradibus ad ſupna conſcendens ſacra diuini Eloquii inſpectione, cæleſtia ſecreta, et eam, Quæ in Angelis eſt, diuinæ claritatis illuminationem ppendit, ex qua paulatim in inuiſibilium agnitionem, ſuccreſcens, ad ipſum tandem diuini, & ſummi Luminis ſplendorem contemplandũ cõualeſcit. Vnũ ſiquidem Lumen ad multa ſe diuidit illuminanda. Vt illuminata omnia ad unius claritatis aſpectum, ſimilitudinem'q; reformet. Claritas Patris unius emiſſiõe ſimplicis Radii, & illuminatione per cuncta ſe diffundit, et penetrat uniuerſa, Quoniam unã Sapiẽtiam Pater genuit, per quã opera cũcta ſua fecit. Verbũ quippe Patris Lumen de Lumine eſt. Vnũ Verbum, et Radius unus. Et ipſum Verbum Sapientia eſt. Et ipſa Sapiẽtia Lumẽ eſt procedens, Quæ una de uno nata eſt, & propterea Radius unus a` Claritate una, a` quo illuminãtur qui ad ipſum reformãtur, ut luceant ex ipſo, & Lux ſint cum ipſo, Sicut ipſe Lux eſt. Et cum multa ſint illuminata lumina, & uarie, diſſimiliter'q; lucentia, Vnum tamen, ut diximus, lumen eſt, illuminans illuminata omnia. Hæc cõtemplatio uera eſt, hæc item uera Felicitas, Quæ ambroſia, & nectare Animum alit, ut Plato íquit, hoc eſt diuina replet cognitione, ac inde uoluptate perfundit fœcundiſſima inexplebiliter.

¶ De Felicitate duplici Speculatiua, & Actiua, Et Vtra excellentior Vita. Cap. XLIIII.

d E duplici Felicitate alibi, q̃tum noſtra paruitas tulit, diſſeruimus. Nũc placita Beati Thomæ adnectemus, Quæ prius tradita reddent tum locupletiora, tũ uero illuſtriora quoq; In Intellectu íqt, Speculatiuã ꝓſyderare uim poſſumus, Cuius eſt finis Veritatis cognitio, & Practicam, Cuius eſt finis opatio. Et ꝓinde duplex aſſignatur Hominis felicitatis, Vna Speculatiua, Quæ eſt operatio ex Virtute perfecta, contẽplatiua'q;, quã Sapientiã dicimus. Altera uero Practica, Quæ hominis eſt ꝓfectio ex Virtute actiua, quæ uocat' Prudẽtia. Eſt aũt operatio quædam iuxta Prudentiã, & Speculatio ex Sapiẽtia hominis, quatenus id agit ſolus. Eſt & quædã Prudẽtiæ operatio, & Speculatio Ciuitatis totius. Quamobrem in perpenſionẽ uenire Actiua, & Speculatiua Hominis felicitas poteſt iuxta ſeipſum. Poteſt & Ciuitatis Vniuerſæ. Forſitan uero expectet aliquis, id item expendamus hac parte, Actiua'ne uita præcellat Cõtemplatiuam, An contra omnino ſentiendum. Ego uero rationis huius examen reclinabo ſtudioſe, Quando & idem Doctor Sanctus Quæſtionem ſibi excutiendam deſumpſit, dum ſeptimum explicaret Politicorum librum, Speculationem commonens longe anteire. Et præterea ex Iunioribus Aliqui non neglexerunt. Nos tamen M. Tullii ſententiam, uelut conniuẽtes, tranſmiſiſſe, haudquaquã e`re Literaria futurum, opinamur. Multi íquit, et ſunt, & fuerunt, qui eam, quã dico, Tranqllitatem expetentes, a` negotiis publicis ſe remouerũt, ad otium'q; profugerunt. In his & nobiliſſimi Philoſophi, longe'q; Principes, & quidam Hoíes ſeueri, et graues, nec Populi, nec Principum Mores ferre potuerunt. Et mox paulo, Facilior quidem, & tutior, & minus aliis grauis, aut moleſta eſt Otioſorum Vita. Fructuoſior autem hominum generi, & ad Claritatem, amplitudinem'q; aptior eorum, Qui ſe ad Rempub. & ad magnas res gerendas accommodauerunt. Quapropter & his forſitan concedẽdum ſit Rempub. non capeſcentibus, Qui excellenti ingenio doctrinæ ſeſe dediderunt. Et iis, Qui aut ualitudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore cauſa impediti a Rep. receſſerunt. Cum eius adminiſtrandæ poteſtatem aliis, laudem'q; concederẽt. Quibus autem talis nulla ſit cã. Si deſpicere ſe dicãt, Quæ pleriq; admirent', Imperia, & magiſtratus, His nõ

modo non laudi, uerumetiam uitio dandum puto. Auguſtini quoq; non negligenda ſentẽtia, Quæ parte iſta uicem implebit Auctarii. Siquidem illud enarrans propheticum, Deſecerunt oculi mei in Eloquium tuum. Duo inquit, Oculi ſunt, Myſticus acutior, Moralis dulcior. Nõ eſt Otio mancipatus, qui uerbo Dei tantum ſtudet. Nec maior eſt, Qui extra operatur, Quàm qui cognoſcendæ ueritatis ſtudio incumbit. Ipſa item Sapiẽtia maximum eſt opus. Et antefertur Maria, quæ audiebat, Marthæ operanti.

¶ Cur ore emiſſus Lente Spiritus calidus ſit. Aliter uero Frigidus. Caput XLV

Naximenem Philoſophiæ ueterem Sectatorem, proditum memoriæ eſt, Ita de Calore, De'q; Frigore ſanxiſſe, ceu hæc ſubſtantiæ haudquaquam inſint,
a Sed affectiones cenſeri communes debeant, Materiæ accedentes euariationis, commutationis'ue ratione. Addenſatum ſiquidem, cõſtipatum'q; arctius eſſe autumat Frigidum. Rarum aũt, ac Molle, Laxius'q; calidum. Vñ non abſurde colligi, Nos calida quandoq; efflare, quandoq; & Frigida. Quippe caleſcere Oris flatum laxis labris molliter emiſſum, raritatis Ratione. At compreſſis, ob denſitatem Frigidũ euadere, ac ſentiri. Id uero inſcite admodum, Nimis'q; imprudenter dici, coarguit ſummus id genus rerum æſtimator Ariſtoteles. Quod Lẽtius diſcluſis labris ſi efflemus, Spiritus caloris intimi proferat qualitatem. Si uero tantum non cohærentibus, acuehemẽtia quadam difflatio ſeſe prompſerit, agitari tunc, propelli'q; Aerem, qui ante Os ſit, quem eſſe Frigidum, inficiabitur nemo. Proinde Calfactionẽ eſſe ex nobis, At Frigefactionem ex Aeris extimi ui ſimul cum flatu incidente.

¶ Quid ſit primo Frigidum, Aer'ne, An Aqua, An etiam Terra. De Stygis Aqua. Itẽ quid Latype, Chaos, Ades, Herebus. Caput XLVI.

Vod nam ex Elementis Principẽ Frigiditatis locum habeat, non paruæ fuit apud Veteres quæſtionis. Siquidem Aeri contribuit hoc Stoicoꝝ diſciplina.
q Empedocles uero, & Straton Aquæ. Nec defuerint, qui Frigoris ſubſtãtiam Terræ attributam uelint. Stoicæ ſectæ ratiões ſere' ſunt hæ, Q m̃ ſit Ignis Lucidus ſimul, & Calidus, ꝓſequens uideri, ut illi obiecta Natura tũ Frigida ſit, tũ obſcura. Vt. n. Lucido ſeſe opponit tenebroſum, ſic & Calido Frigidũ. Etenim Sicuti uiſum ꝓfundit obſcuritas, eodẽ modo & tactũ Frigus. Calor uero tangẽtis ſenſum diffundit, Vti uidentis lumen. Proinde q d' in Natura Principẽ tenebrarũ uendicat locũ, Idem & Frigiditatis uendicabit. Eſſe uero Aerẽ huiuſmodi, ne Poetas qdem Latuiſſe uideꝫ. qppe Aeris nomine tenebras intelligi dedere. Sicuti ex eo liquet planè, Ἀὴρ γοῦν παρὰ νυσὶ βαθὺς ἦν, Aer uero aſſidebat Nauibus ꝓfundus. Et rurſum alibi ad hãc ſententiã, Aerem qdẽ diſſipauit, & Nebulã diſcuſſit. Porro' Cnephas Aerẽ dixere luminis expertẽ, uelut κνεὸν φάος .i. Luce uacuũ. Et ab eadem claritatis priuatione νέφος .i. cõſtipatioré Aeris partem, Nubilo ſam'q;. Deniq;, q d' colorẽ neſcit, nec Viſum admittit, Ades diciꝫ, ὁ δὴ τὸ ἀειδὲς, & Acheron, ὁ δὴ τὸ ἄχρωστον. Sed & eundẽ Tartari noĩe intelligi uoluere de Frigiditatis rõne. Q d' ex Carmine Heſiodico liquere ĩprimis poſſit. τάρταρον ἠερόεντα. Nam & q non citra tremorẽ obriguerit, diciꝫ ταρταρίζειν. Aſtipulaꝫ & Corruptionis rõ, q̃ creditur trãſmutatio q̃dam in cõtrarium. Ignis uero mortẽ eſſe Aeris colligunt gñationem. Quid, quod ꝓcretio eſt qdem Aquæ Affectio, Sed Aeris opus, Quippe ſuapte Natura fuſilis Aq̃ ẽ, & ꝓgelatiõis Neſcia. Cæteꝝ Aeriæ Frigiditatis ui ꝓrrahiꝫ, coſtipatur'q;. Vt uero altiſſimũ qd q flumẽ eſt, Ita maxime ꝓcretiõis fere' exps uiſiꝫ, Aeris ui penetrare altitudinis ima nequeũte. At Empedocles aqueæ Naturæ Frigoris Principem aſcribens locum, eodem ferme' Ratiocinii calle ĩcedit. Nigrorem, & Frigus eiuſdem eſſe ſubſtantiæ coniectans. Sicuti eiuſdem eſt Lumen, & Calor, Quod uero non Aeris nigredo ſit genuina, Sed Aquæ, adiicere calculum putat Senſus poteſtatẽ. Nil. n. prorſum, ut ſimpliciter dicamus, Aeris ui nigreſcere. Oĩa uero Aquæ Natura eiuſmodi euadere, Quod manifeſto deprehẽdas, albiſſimis in Aquã ꝓiectis Linteis, q̃ Nigrorem madefacta cõtrahunt, qui & perſeuerat, donec caloris ui humor euaporarit uniuerſus, aut rõne q̃is expreſſus euanuerit. Eadem & Terrã ꝓſequiꝫ Affectio, ubi ĩmaduerit imbre. Quo uero ꝓfundior Aq̃ eſt, eo & plus ſibi uẽdicat obſcuritatis, ꝓxima quęq; Aere illuſtrante. Ex humoribus autem cæteris Oleum præcipue diaphanum eſt, quod Aeris pro-

uenit

uenit admixtione multa, argumento esse Leuitatem, Qua omnibus supernatet, Facere creditur, & in Mari tranquillitatem fluctibus inspersum, non leuoris rõne, Lubricitatis ue Vẽtis dilabentibus, Sicuti censuit Aristoteles, Sed quia disgregat Humorem, ac distinguit Aeris potentia. Quin & a' Spongotheris effusum ore Oleum in imo Maris luminis aliqd præstat. Sed nec frigoris ratione aquam Aer uicerit. Siquidem Oleũ item ex humectis oĩbꝰ plurimũ habens Aeris haudquaq̃ frigidũ est, & mollissime cõcrescit. Q d uero de corruptione dicatur, haudquaquam ueritati congruere. Neq; n. in contrarium, Sed a' contrario corruptionem fieri, Velut Ignis in Aerem ab Aqua. Propterea Æschylus, ẽt si Tragice, uere tñ inquit, παῦε ὕδωρ, δίκην πυρός. Qua ratione aduersum Flumini Vulcanum Physice in pugna Homerus confingit, Et Archilochus non inepte de ea, Quæ cõtraria sentiret pfraudẽ. Altera inquit, manu Aquam ferebat, Ignem uero altera. Et apud Persas Supplicationis genus efficax maxime censebatur, Si interminaret' Supplex, Vbi excidisset uoto, in profluẽtem se immissurum Ignem. Aeris aũt ui concrescere Aquam, Astrui ineptissime, & a' rõne procul, quando Aer ipse non utiq; concrescat. Neq; n. nebulas, aut nubes esse concretiões, Sed crassitudinem humecti Aeris, & Vaporosi. Adiuuant institutũ Cacumina montiũ, eo altitudinis prouecta, ut nusq̃ ibi Nubes, nõ Nebula, nõ Rosida uisat' humectatio, Quod indicio est, humectã uim, & frigidam aliunde Aeri permisceri. Quod uero ima paltorũ Fluminum gelu non contrahant', Ratio est, Supficie siquidẽ cõcreta, exhalationibus meãdi in superna libertas intercipit', At illæ occlusæ, reiectę; q inferiora calfaciunt. Quã rem comprobat amplius, regelatis Aquis, copiosior sese promẽs exhalatio. Sed & eodẽ modo Corpora Animãtium hyemali sydere coniectant' Calidiora. Illud quoq; non inefficax indiciũ, Frigoris principem locum esse in Aqua, nõ in Aere, Quod rigoris atrocitate inania uasa nõ fere' dissiliunt. At humoris plena multa, nõ figlini operis mõ, Sed ænea quoq;. Adde proprietates Aquæ multas Igni prorsum aduersas. Ante oĩa Caliditati sese obiectat frigiditas, Siccitati humecta uis, Mox & Granitas leuitati; Oĩno q distinguendi, ac separandi potestas inest Igni. Aquę uero ferruminandi, ut sic dicam, adglutinandi q, ac continendi potentia, ex humectandi facultate concretionẽ præstans. Cæterum suppetunt & pleraq;, quibus Astruĩ Terrę ualeat frigus, Etenim Sicuti est Ignis claritate illustris, Ita oĩum obscurissima est Terra, ac lumine prorsum uacua. Aer qppe ih Luminis uenit participatum, a' Sole dũ Luce oppletur, Quã & per uniuersa diffundit. Terra uero sola claritatis expers, Solis radiis, & Lunæ pseuerat impenetrabilis, teporẽ admittens qdem, at Luminis uim haudquaq̃, Ob dẽsiorem soliditatem. Nam & eius intima Chaos nuncupamus, & Aden, Erebum q. Noctem porro' e' terra genitam fabulantur Poetæ. Quam densitati corporis sese Soli obiectantis ascribit Mathematica disciplina. Eodem item obscuritatis argumento uidentur Carminum Conditores γῆν μέλαιναν passim nũcupare, idest Terram nigram. Cæterũ rõ hæc parũ forte probarit, quod intendit', Quoniam lucidoq; pleraq; agnoscimus frigida. Et obscuris quã doq; caliditatis ĩest multum. At Illæ frigoris cognatæ sunt potestates, Grauitas. Stabilitas, Densitas, Immutabilitas. Ex quibus Aeri nil inest omnino, Terræ aũt adsunt, q̃ Aquæ magis multo. Quod si humecti est, Emollire, Nam quod p̃cipue humet, mollissimũ ẽ. Si item frigentis est, concretionẽ inducere, necessario conseq uidetur, Frigidissimum esse, quod sit maxime concretum, Cuiusmodi terra est. Quod uero Natura frigidissimũ est, Idem & Frigidum primo est. Itaq; primo, & Natura frigidum, Terra est. Id uero & Sensui obuium ẽ. Siquidem Lutum ẽ Aqua frigidius. Et Terræ iniectu præcipue Ignis restinguitur, Nam & Aerarii ignito, & liquescenti ferro Marmor inspergunt, ac Latypen. i. friatos lateres fluori reprimendo, ac ita quadantenus refrigerantes. Sed & Athletarũ corporibus iniectus puluis frigefacit, & Sudores restinguit. Quoniã uero calore prorsum extrito, Frigoris ui Saxa uidentur concreta, Vnde & Pagi græco dicunt' Sermone, hinc per Saxa delabentes Aquæ, atq; e' montibus defluæ ĩprimis frigere animaduertũtur. Sicuti, quã Stygis aquã uocãt, cõprobat euidentissime, Cui ex petra profluenti insignis inest frigiditas, dissilientibus Vasis omnibus, Asini modo ungula excepta, Aut mulæ, sicuti alii prodidere, ni menda sunt Grę corum exemplaria. Porro' ut profundus maxime Puteus quisq; est, Ita frigidam imprimis Aquam reddit. Quippe cui minime extimus promisceatur Aer Deniq; Terra aut nũquam, aut uix peruritur. Aere inflammato sæpius, ac fulgurante.

¶ An Seruitus sit præter Naturam. Quot modis Serui fiant. Vulcani, & Dædali Tripodes. Veneris Statua mobilis. De duplici in nobis principatu, De'q; Asiaticorum seruilibus ingeniis. Caput XLVII.

Eruitus esse ex iis uidetur, quæ præter Naturam sunt. Ita enim sancit Imperator, & præterea Iureconsultus Pomponius, digestis de Verborum, et rerum
s significatione, ac Florentinus digestis de statu Hominum, Seruitus est cõstitutio Iuris gentium, Qua quis Domino alieno contra Naturam subiicit'. Serui autem inquit idem, ex eo appellati, quod Captiuos uẽdi, Imperatores iuberent, ac per hoc seruare, nec occidere. Qui & Mancipia dicuntur, eo qd' ab Hostibus manu caperentur. Seruos porro` aut nasci tradũt, aut fieri. Et nasci quidem ex ancillis nostris, Fieri autem iure gẽtium, hoc est ex captiuitate, aut iure ciuili, cum Homo liber maior uiginti annis ad pretium participandum sese uenundari passus est. Ad hoc pertinet magnopere Ambrosii præclara sententia, Manebat inquit, ante Vini inuentionem omnibus inconcussa libertas, nemo sciebat a` consorte Naturæ suæ obsequia Seruitutis exigere. Non esset hodie Seruitus, si ebrietas non fuisset. Verum enimuero Aristotelis super his placita obseruãda amplius ex Politicorum primo, τοῖς δὲ παρὰ φύσιν δοκεῖ ὁ δεσπότης νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τον δ' ἐλεύθερον· φύσει δ' οὐδὲν διαφέρειν· διὸ περ οὐδὲ δίκαιον· βίαιον γάρ. Videtur inquit, nonnullis esse dominatio præter Naturam, Lege nanq; institutum, ut Serui habeant' aliq. Liberi autem alii. At Natura nullum prorsus esse discrimen. Proinde nec eẽ iustum qdem, quando non abest uiolentia. Atenim cum sine necessariis impossibile sit uiuere, & bene uiuere. Nam & in artibus necessarium est, propria subesse instrumenta, Si opus modo confici debeat. Equidem in re familiari idem contingere, in confesso est. At τῶν ὀργάνων τὰ μὲν ἄψυχα· τὰ δὲ ἔμψυχα. Instrumentorum hæc quidẽ sunt animata. Alia uero inanimata. Seruus autem, quem possidemus, est quid animatum, & tanquam instrumentum super instrumenta alia. Quod si Organa possent uel solo Domini nutu opus suum exeq, Sicuti de Vulcani, aut Dædali tripodibus fertur, Quos cecinit Poeta, Spõte sua diuinum prodiisse in certamen (Quãquam & mobilem Veneris statuam ab eodem structam Dædalo scimus, infuso quod ἄργυρον uocant χυτόν, idest argentum liuum) Sic & pectines pecterent, ac plectra pulsarent, Nec Architecti sane` ministris, Nec Seruis Domini indigerent. Qui uero sui ipsius non est secundum Naturam, nec Regi potest, nisi ab alio, hic Natura est Seruus. Nã genita pleraq; distinguuntur statim; Alia quidem ut Imperent, Alia uero ut pareant. Quin & his, quæ Vitæ expertia sunt, Imperium quoddam reperias, ut in Harmonia, siue qa sem per in uocibus, Quæ consonant, Vox aliqua ptædominatur, iuxta quam uniuersa diiudicatur Harmonia, Siue malis Harmonicam elementorum in corpore mixto rationem accipere, In quo unum aliquod semper prædominatur. Verum enimuero Animal ipsum ex Anima primum constat, & Corpore, ὧν τὸ μὲν ἄρχειν ὅτι φύσει, τὸ δ' ἀρχόμενον. Quorum alterum ui quadam Naturali imperat, paret uero alterum. Cæterum consyderare Naturã oportet, non in corruptis utiq;, Hæc quippe a` Naturali recesserunt serie, Ideo'q; nil officit, si minus id comperiatur uerum in omnibus, Sed in iis, quæ iuxta Naturam se habent amplius. Prospiciemus autẽ in Animali Imperium primo dominicum Mox, & Ciuile. Nam Animus quidem in Corpus despoticum exercet principatum, propterea significantius dixit nobilis Historicus, Animi Imperio, Corporis seruitio magis utimur. Mẽs uero in Appetitum profert politicum, idest Ciuilem, Regium'q;. Diuersitatis uero huius inde promi ratio potest, Quoniam moueri nequit corpus, ni motus initia sortiatur ab Anima, & ideo ei subiicitur prorsum. At Appetendi facultas moueri non a` ratione solum potest, Verum & a` Sensu, Proinde non omnino rationi obnoxia est. Quamobrem quisquis tantum cæteros præcellit, quãtum Anima Corpus, & Bestiam Homo, hic uidetur ad imperãdum natus. Nam & Salomon scribit, Stultum Sapienti seruiturum. At quorũcũq; est opus in Corporis usu, hi sunt Natura Serui. Itaq; Naturæ ui alia quidem Corporum robusta uisuntur ad necessarios usus, Alia uero recta, & inutilia ad operationum id genus. Verum ad Ciuilem uitã per accommoda, Etiamsi diuersum euenit quandoq;. Ex iis uero arbitror profluxisse rõnibus, Vt mira in hac parte Gentium uisatur diuersitas, Aliis Imperia germinãtibus, Aliis iugum seruitutis excutere nescis, Quanquam, quod aiunt, Tyrrhenis sæpe uinculis onerosius, molestius'q;,

leſtius q̃.Nam Ageſilaus Lacedæmonioꝝ Impator, & Rex, Qui in Aſia multa edidit præclara facinora, Vtriuſq; linguæ certatim auctorib⁹ concelebrata, Vt accepimus, dicere conſueuerat, τὸς τὴν ἀσίαν κατοικοῦντας ἐλευθέρους μὲν κακὸς εἶναι, δούλους δ' ἀγαθούς, Hoc eſt, Eos, q̃ Aſiam ĩcolerent, Eſſe Liberos q̃dem malos, Seruos aũt bonos. Et, neq̃d ſciẽs p̃teream, Q d̃ in Claſſicis mihi ſit Auctoribus comptum, Lego Callicratidam eorundẽ Lacedæmoniorũ nauarchum, Cum ĩterrogaret̃, cuiuſmodi ei uiderent̃ Iones, reſpondiſſe, Liberos utiq; malos, At frugi Seruos, Perſicam Seruitutẽ, ut nimiam, Libro de Beneficiis ſecũdo taxaſſe uidet̃ Seneca, Homo inq̃t, natus in hoc, ut mores liberæ ciuitatis p̃ſica ſeruitute mutaret.

¶ Seruorum ſpecies eſſe plures. Banauſi qui dicant̃. Ergaſteriũ, Ligna Ergaſima, Cauſima, Cocta, Acapna, Erepſima, Xyloſis, Thetes, Theſſæ, Peneſtę. Cillycirii, Arotræ, Encyclii qui ſint, Et In ordinem redacti. Caput XLVIII.

c Æterum uarias eſſe Seruoꝝ ſpecies, ex Electiſſimis comptũ nobis Auctorib⁹ eſt, Sed inq̃t Seneca, Sibi ſeruire, grauiſſima Seruitus eſt, quã tñ diſcutere facile eſt, Si deſieris multa repoſcere. Si deſieris tibi ferre mercedem, Alias aſſi dua eſt, & ineluctabilis, p̃ diem, & noctem eq̃liter p̃mens ſine ĩteruallo, ſine commeatu. Ex aliis uero ſunt, qui χερνῆτες, Hoc eſt manuales uocantur, hi ſunt uel nominis argumẽto, Qui manuũ opera uiuunt. Vñ & Chirurgi nuncupant̃. nã Hedræi dicunt̃ quaſi Sedentarii, In q̃bus recenſeas & Banauſos, Quoꝝ officinæ dicuntur Ergaſteria in Canonicis decretis, ab ἐργάζεσθαι, Vñ & Ergaſima Ligna, q̃bus in opibus utũtur Materiarii. Nam Cauſima ſunt Igni deſtinata, inter quæ Cocta recenſueris, ne fumũ faciant, Quæ ẽt Acapna dici ualent. Habent̃ & Ligna Erepſima tectis concinna. Quæ ξύλωσιν dixit Thucydides. Eſt tñ Erepſimon Herba quoq̃, & planta infructuoſa. Erepſima item ornamentis apta nuncupari poſſent. Sed redeo, uñ ſum digreſſus, Banauſi ſordidi habent̃ artifices, quos q̃ ab honoribus ſecluſere pleriq̃, priusq̃ p̃ncipatum uel ĩſcita, et pullata Plebecula cœpiſſet affectare. Etiamſi Seruile nomen illis ꝓprie cõpetit, Qui unius ſunt mãcipati ſeruitio. Qui uero publicitus id agunt, Banauſi recte nũcupant̃, ac etiam θῆτες, hoc eſt Mercenarii. Quãuis non me fallat, Dionyſiũ ſcribere, ab Atheniẽſibus Cliẽtes dici Thetas a' Seruitute, Sicuti a' Theſſalis Peneſtas de pauptatis ratione. Etſi initio Meneſtæ uidentur nuncupati, Quod κατεμένειν immanere ſignat, q̃n pacta cũ Theſſalis ſeruarint, Quibus ſe in ſeruitutem addixerant, ne educerent̃ ex regiõe, aut perimerent̃. Hos ẽt Latrias uocat Euripides. Apollonii Interpres Auctor eſt, Athenienſes item Theſſas uocare tenuioris fortunæ Mulieres, Quod mercede ſeruirẽt, Hoc eſt, παρὰ τὸ θητεύειν ὡδὶ μισθῷ, format̃ autem inq̃t, rõne eadem a' θὴς θῆτα. Sicuti a' κρὴς κρῆτα. Iulius quoq̃ Pollux ita ſcribit. Pelatæ, ac Thetes Liberorum q̃dem noĩa ſunt, Sed q̃ ob unum inopię nomẽ tñ ſeruiãt. Quemadmodum in Creta Cillicyrii, & Arotræ apud Syracuſanos. Ariſtoteles in Politicis famulatus quoſdã Encyclios uocat. Nos quoq̃ inquit, miniſtris illis plurimum iraſcimur, q̃bus maxime utimur πρὸς τὰς διακονίας τὰς ἐγκυκλίους. Circulares famulatus latine poſſumus nuncupare. Encyclia uero ſpectacula dicunt̃ a' Philoſtrato in Adriano. Ea inq̃t, ut plurimum ſunt ὀρχηστῶν, Encyclius item Homo a' Græcis appellari uidet̃, Quem in ordinem redactum dicere Latini conſueuere. In ordinem redacti inquit Priſcianus Libro decimo octauo, dicuntur, Qui contemptui ſunt, inter uiles numerati, & abiectos, Id quod & T. Liuius comprobare uidetur, Tribuni plebis inquit, in ordinem redacti pro contemptiſſimis habiti ſunt. Erudite quoque illud dicere conſueuimus, Encyclion tibi eſt, in iis aberrare, Quod eſt promptum, familiare, uniuerſale, Eunapius de Carino, ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ, καὶ πρόχειρον τὸ τὰ διαῦτα ἁμαρτάνειν, dicimus & Encyclion penſionem pro annua. Eſt & Encyclon genus ueſtis quoddam. Vnde & Pherencyclon. Nam Encyclera, machina fuerat Lignea, ſubiectis rotis. De Encyclia uero doctrina Quint. Plin. cæteris, notius eſt, Quam, ut ingeri a'me quicquam hic arbitrer, oportere. Mancipia Venalia, & Vſu alia legimus apud Martianum Iurecon.

¶ De Cretenſium Seruis, & Spartanorum Helotis. Inibi q̃d Cryptia. De Seruis item ſale commutatis. Qui dicatur proprie δοῦλος, & qui Oeceꝓtes. Quid Tityrus. Miniſtri publici. Caput XLIX.

De Epharmiotis, ſeu Amphamiotis. Mnœa Seruitus quæ ſit. Mariandyni. Chryſoneti. Muſcæ, quas dicunt Helios. Scythæ Miniſtri, Siue Toxotæ. Caput XLIX.

Retenſium Seruos, ſicuti alias commeminiſſe nos arbitror, legimus appellari cõſueſſe Epharmiotas, Quibus, ut Auctor in Politicis Ariſtoteles eſt, cætera pmittebant omnia, Gymnaſiis modo ĩterdicentes, & armorum poſſeſſione. Quãquam fuere & qui nuncuparent Mnœus cœtus, Quos item Cretenſibus ſeruiuiſſe, prodit Hiſtoria. Sed eorum ferme illa conditio fuit, quę Mariandynorum, Qui a Mileſiis ſubacti in contemptum diuendebantur. Horum ẽt, ſed pobſcure, meminit Plato Libro de Legibus ſexto. Etiamſi fuerant & Mariandynoꝝ Dorypho/ri, leniendæ ſeruilis aſperitatis gratia nomine accerſito, de qbus Pollux. Et nos ĩfra, Auctores habeo, & in Secundo rerum Cretenſium Soſicrates ꝓdit, publicam Seruitutem in Creta dici Mnœam, Sicuti priuatos uocant Amphamiotas, Qui iure belli in ſeruitutẽ recidiſſent, Quãuis ĩdigenæ forent. In Agris uerſabant hi, ſicut in Ciuitate Chryſoneti. Tria Seruorum genera adnotaſſe Ariſtoteles uidet, ubi ait, At multo magis putandũ eſt, fore illos graues, & inſolentes, Quã illas, quæ apud quoſdam ſunt, εἱλωτείαν τε, καὶ πενεστείαν, καὶ δουλείαν, Hoc eſt Helotias, Peneſtias, Dulias. De Peneſtis iam diximus. Helotę uero dicebantur Lacedæmonioꝝ Serui, ducto nomine, ut ſcribit Thucydidis Interpres, a Laconiæ ciuitate, quam Helos uocant. Cuius ẽt meminit Homerus.

Καὶ πιτυεσσαν, καὶ ἕλος, καὶ δωριον.

Nomen habet, quia eſt ἐν ἕλει, Hoc eſt in palude. Ciues nuncupant Helotes, Item Helei, Et Heleatæ, Regio Helotia, Proditũ memoriæ eſt, finitimos cunctos, licet Spartanis ſubiectos, paribus tamen Legibus, ac iure uixiſſe in Ciuitatis ſocietatem accitos, cõmunionem'q; Magiſtratuum. Eos'q; Helotas nuncupatos. Cæterum Agin Euryſthenis filium ius illud dignitatum æquabile ademiſſe, ac iniunxiſſe, ut Spartæ tributa conferrent. Et reliquos qdem paruiſſe, Helæos autem, q Helos habitarent, defeciſſe. Ipſos inde ui, & armis ſuperatos, in ſeruitutem damnatos ꝑpetuam, certis quoq; Dominis eorum conditionib⁹ iunctis, ut nullo pacto liceret aut libertate donare, aut extra fines uenum mittere. Hinc omnibus fere celebratum Heloticum bellum, & Seruitus Helotica originem traxere. In Rhetorico Lexico inueni, genus quoddam muſcarum dici Helios, forte ſic in paludibus obuerſantes ĩtelligas, eas uero uocant ἕλη. Scribit Herodianus, Helotas quoq; appellari Satyros, qui ſint apud Tænarum. Erant uero Helotæ publici quodãmodo Lacedæmoniorum Serui, Quibus habitacula quædam ꝑſcripſerant, & miniſteria certa. Auctores ſunt, Helotas agrum ſolitos colere, antiquitus'q; inſtitutos rettuliſſe reditus. Ac execrabile habitum, Siqs plus mercedis a quoquã exegiſſet. Inuulgatum & illud a Conditoribus ſcio, Spartę Liberum maxime Liberum eſſe, Seruum etiam Seruum imprimis, Quod in Pannonia, ſiue, ut nunc loquũtur, Hungaria, obſeruari imprimis accipio, uulgato inter eos adagio, non recte dici Seruitutem, niſi in Pannonia, adeo, ut aſtruant id quoq;, poſſe ubiq; gentium ꝑcommode ſeruire, qui alicui eorum hominum fuerit illis in Locis famulatus. Sed, ut ad Spartanos redeã, Inde erat execrabile facinus Cryptiæ, Seruitutis Helotiæ meminit ſexto Legum Plato. Quã dicit dubitationem facere maximam, contentionem'q;, Cum aliis bñ, Aliis contra uideat inſtituta. Omnino execrabiles Spartanis Serui fuere, manifeſtum id Cryptia facit, Cuius modo meminimus, quam'q; Lycurgo contribuit Ariſtoteles, negat Plutarchus. Ei uero a Latitando inditum nomen. Siqdem qui Iunioribus ꝑfecti erant, Ex iis, qui ꝑſtare prudẽtia uiderent, in Regionem alium alio emittebant, gladios mõ ſecum, & neceſſaria alimenta exportãtes. Illi uero, q̃ poterant occulte ſeſe interdiu abdebant, noctu uero ꝓdeuntes, quotquot ex Seruis adepti forent, contrucidabant. Quod in Peloponneſiaca Hiſtoria Thucydides ſignificat. Scribit Plut. in Ariſtide, Ephoros quãdoq; Spartanorũ quíq; millia aduerſus externos, (Sic. n. Perſas appellabãt) emiſiſſe, quorum unuſqſq; ſeptem ſecum Helotas traheret. Mos inoleuit quandoq;, Vt Mercatores Salis uim magnam in Mediterranea ſubuectãtes, a Barbaris plerunq; Gentibus eo nomine mancipia reciperent. Thracum uero Populis peculiare fuit imprimis, Sale mancipia commutare, quæ inde πρὸς ἁλὸς ἠγορασμένα dicebantur. i. Sale coempta, comparata'ue. Addit Euſtathius nũcupari quoq; ἁλώνητα δουλάρια, Quę intelligit ὠνητα. i. empta uili. Lemnii etiam uino mancipia ſibi quęrebant. Seruis autem argẽto comparatis

to comparatis primum usos esse Chios, Græci produnt. Inter administros uero publicos, qui ĩconcinne qppiam agentes, uel dicentes comprimerent, fuere qui dicebant Scythæ, et Toxotæ, ac Peusinii. Apud Romanos pergentibus in Prouincias Magistratibus præministrabant Seruorum uice, Qui dicebant Brutiani, tanquã in Scenicis Fabulis Lorarii nũcupati, Et quos iussi erant, uinciebant cõuerberantes quoq;. De Brutiis uero Populis ratio ꝓpagata nominis est. In qbusdam in Theocritum enarratiũculis obseruaui, quod ad ea, quæ ex Aristotele pauloante protulimus, facit quadantenus. δοῦλος inquit Is, quisquis Auctor fuit, & οἰκέτης differunt, uti in secundo de Concordia prodit Chrysippus, Nam est οἰκέτης, qui ẽtnum Seruitutem seruit. δοῦλος aũt ἀπελεύθερον indicat. i. Libertum, & uniuersim ministrũ quẽlibet. Sũt & qui, Auctore eodẽ, Deoꝝ administros dici Tityros arbitrent.

¶ Qui dicantur Apolides, & Insularii. Expendit Locus in Carmine obscœno. Salutigeruli, Mesaulii, Mediastini, Mesonautæ, Symbolæ, Literati Serui, Eorundem nomina plura. Saccularii, Directarii. Caput L.

a Polidas uero Seruos Iureconsultis dici inuenio uiles, qui sine ciuitate in opus publicum ꝑpetuo dantur, in Insulas'q; deportant, siue in ministerium metallicoꝝ, ad quæ fœminas quoq; damnari in perpetuũ solitas, accepimus. Sicuti in Salinas item, & Sulphurarias, meminit Martianus digestis de Pœnis. Deportationẽ in insulam significat etiam Seneca, Magis ignosco ei, Qui uulnus inimici, Quàm qui Insulam cõcupiscit. Sunt, qui Seruos Insularios putẽt indicatos in Carmine obscœno illis uersiculis,

Ductor ferreus Insularis, æque
Laternæ uideor fricare cornu.

Nam & genus ferratile in Plauti Mostellaria legimus de Seruis dici, qui compediti habentur, Qui'q; ferritribaces sunt, ut plautina utamur nouitate, Hoc est qui annulatis cruribus atterunt assidue ferrum. Versiculi Plauti sunt hi.

Cis hercle paucas tempestates Tranio
Augebis ruri numerum, genus ferratile.

Alii Vulcanum intelligere malunt in Insulis ducendo. i. producẽdo ferro exudantẽ. Capto inde Ioci colore, Quod Ignis Laterna occlusus cornea, dum, quæ sua natura est, surrigit, atterendo hinc inde cornu, coeuntium Imaginem exhibere quãdam uideat. Id & si uiolentum qddam resipit, ac durum, ne absurdum dicam, apposui tamen, Vt Studiosoꝝ decuriæ pro ingenii captu ad libram, & amussim reuocent, Quę rẽ latinam iuuãtibus prodita sunt. Ipse malim opus in subterraneis facientes intelligere, Quoniã, ut scribit Plinius, Cuniculis per magna spatia cauant Mõtes ad Lucernaꝝ lumina, multis'q; mensibus non cernit dies, Proinde Laternã hi circunferentes assidue, atterere quodammodo uident, et amplexari comitem, nusquã ne trãsuersum qdem unguem, aut Lente ęgyptia Latius, quod aiunt, amittẽtes. Salutigerulos Plautus Seruos nuncupat, qui iussu Dominæ hunc illum salutãt, Sunt'q; nuntii, & Renuntii. Quãquam sunt & Apuleio Salutigeri Dii, uidentur'q; esse hi, non q salutem dant, Sed qui nũtiant, tanquã Interpretes, & administri superiorum. Mesaulium inuenio apud Homerum dici Seruum quendam Odysseæ quartodecimo

Σῖτον δέσφιν ἔνειμε μεσάυλιος, ὅν ῥα συβώτης
Αὐτὸς κτήσατο οἶος, ἀποιχομένοιο ἄνακτος.

Mesaulium quidem dici reperias medianam Ianuam, Vel in Aulę meditullio locum. Forte uero Mesaulii fuerint, Quos Latine Mediastinos nũcupare mos est, Quo nomine significãtur, q abiectissima quæq; munia ĩter Seruos obibãt. Cuiusmodi uisimus in Aulis Principũ Lignarios, Bacularios'q;, quorum una illa functio est, ut omnibus pareant. Sicuti in Nauibus Mesonautæ de Compari genere seruitii dicuntur Vlpiano. Qui & Mediastinam operã appellat, qualis est Atriarioꝝ, & Focariorum. Adde, quod in Catilinam M. Tullius inquit, Magnopere cõtemno exercitum collectum ex Senibus desperatis, ex agresti Luxuria, ex Rusticis mediastinis. In quo tamen loco sunt Codices, q præferant, Mediatulis. Mediastinorũ meminit Columella. Sed & in Epistolis Oratius,

Tu mediastinus tacita prece rura petebas.
Vbi Porphyrio Mediastinum accipit mediæ Ciuitatis incolam. Sed & in Balneatoris officio intelligi posse Mediastinum, putat. Marcellus pro Balneatoribus Mediastinos exposuit, Item'q; pro ministris, & curatoribus Ædium. Priscianus interpretatur, quia in medio stent lauantium in Balneis. Inter administros recensentur a' quibusdam Palmones. Sunt & Hercitæ, qui in Agris modo uersentur Serui. Habentur item Mnotæ, sed nobiles hi intelliguntur Serui. Azos item inuenio in Seruili genere. Nam Propolon dici Ancillam putant, quæ Scortillum egerit p̃us. Apud Lacedæmonios Ancillæ nuncupantur Chalcides quoq;. Fuere inibi & qui dicuntur Eunacti. Sed qui uocabantur Mothaces, Liberi quidem erant, At non Lacedæmonii. Quos aũt Libertate donassent hi, nunc Aphetas pronuntiabant, nunc etiam Adespotos, Aut Erycteras. Alios item Desposionautas, qui Classes conscenderent. Erãt et Neodamodes. Sicyonii suos habuere Catanacophoros, Sicut Arcadii Prospelatas. Capsarios Paulus intelligit, qui mercede seruanda in Balneis uestimenta suscipiunt. Saccularii autem apud Eosdem Iureconsultos intelliguntur, Qui uetitas artes exercent, ac in Sacculos partem subducunt, partem subtrahunt. Sunt & Directarii, Quos multi Diætarios etiam dicunt, Quod in Alienas se dirigant domos, tanquam τοιχοβάται, Vt uocant Græci. Literatum in Cassina Plauti pro Seruo accipiunt, qui Literis sit inustus, super quo nõ excidit, factam nobis alibi copiosius mentionem. Sicuti Symbolæ item dicuntur plagæ, quibus Seruilia inscribuntur Corpora a' multis, Perinde ac in conuiuiis collectitiis, idest Symbolis, quæ Commessalia uocant, & Conferta, quisq; numos confert, ne sit exors, & Asymbolos. Nisi malis inde Vocabulum inflectere, quia βολὴ percussionem signat. Vt sint Symbolæ multifariæ, multiiuges'q; incussæ plagæ. Arcarium dicere Seruum Scæuola uidetur, q Domini Arcam curat, & Rationes. Sunt & Arcarii Arcarum Fabri.

¶ De Seruili genere quid sentiendum. Non Seruis modo, Sed & Iumẽtis benigne impertiendum. Hecatompedon quid. Plinius illustratur cum Arist. Seruorum tractandorum ratio. Caput LI.

SCimus profecto inquit, Libro de Legibus sexto, Atheniensis ille apud Platonem Hospes, Quod fateremur omnes, Seruos quambeneuolẽtissimos, atq; optimos esse habendos, quando eorum nõnulli ad Virtutem quanlibet meliores, quàm fratres, & filii, Domos, & rem Dominorum omnem, ĩterim'q; & ipsos seruarunt Dominos. Quanquam sunt pleriq;, qui nil prorsum in animo seruiente integrum extare opinentur, proinde'q; eiusmodi Hominibus nil omnino credendum. Quod & sapientissimus Poetarum testatissimum fecisse uidetur. Cum Odysseæ decimoseptimo ita scribit.

Ἥμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλησι.

Dimidium inquit, Virtutis Iupiter illis aufer, Qui Seruitutis necessitatem subiere. Catonẽ porro' Seniorem Legimus, per se filium literis ĩbuisse, etiamsi Seruum Chilonem haberet grammaticum, qui & compluribus apuerat ludum pueris. Indignum credo, ratus, filiũ suũ, si forte hebetior foret, ab eo reprehendi, qui Seruituti obnoxius foret, ac aurem distorqueri. Idem Senio debilitatos, ueluti muta animantia, eiicere, ac distrahere cõsueuerat, Ceu cõmodo intercepto, nihil humanitatis ipsis debeamus Hominibus, q̃q̃ latiorem multo benignitati, q̃ Iustitiæ locum imptiri sæpe spectemus. Quippe Equis, Canibus'q;, ubi confractæ laboribus Vires sunt, non pabula mõ, Sed & debita Senibus indulgentia a' bonis cõtribuitur Viris. Nam & Athenienses, cum Hecatompedon substruerẽt (Est uero id Athenis templum, Q d' & Parthenon dicunt, Ex specie, ac cõcinnitate ita nuncupatũ, nõ de Magnitudinis rõne, Sicuti Grecorum pleriq; interp̃tantur, & nos alibi cõmeminimus) Quotquot ex Mulis egregiã nauassent operã, uinclis solutos libere pasci pmisere. Quibus quodãmõ emissis manu, Cum Spõte Quispiã operam p̃staret, et Iumentis, q̃ ad Vrbis arcem currus subuectarent, exhortantis specie ducis p̃curreret, ut publice ad extremum Vitæ cõnutriret', interposito decreto, sanxerunt. Id quod eo subtexui libentius, Quod insigniter ista felicissimã

Plinii

Plinii breuitatem illuſtrant, necnon Ariſtotelis, Libro de Animalium Hiſtoriis ſexto: At enim perſpicuum mihi uidetur Plato inquit, Quoniam difficulter domatur, ſubitq; iugum Homo, & ad neceſſariam diſtinctionē Serui a Libero, & Domino re ipſa deduci, ægre patitur, difficilem admodum poſſeſſionem eſſe Hominem. Quod exemplo ex crebris Meſſeniorum rebellionibus innoteſcere potuit amplius. Ciuitates præterea, quæ pleroſq; eiuſdē Linguæ Seruos habēt, manifeſtius fecere, Quot, q̄taq; hinc conſequātur mala. Piratarum quoq; latrocinia, quæ prope Italiam ſcaturierunt plurima, non aliunde propagata cernuntur. Cæterum remedio ſunt rationes duæ, Vt qui facile ſeruituri ſunt, nec eiuſdē patrię ſint, Et, quàm maxime fieri poſſit, ĩter ſe diſſoni, Educenturq; recte non ipſorū mō gratia, Sed Dominorum multo magis. Eſt autem recta horum educatio, ut nulla ipſis contumelia inferatur, iniuriaq; hi multo minus, ſi fieri poſſit, quàm æquales, afficiantur. Porro caſtigandi, cædendiq; ſemper iure ſunt Serui. Neq; ita monendi, ut Liberi, ne molliores fiant, Allocutio omnis cum Seruis quodāmodo Imperium ſit. Neq; iocus ullus cum ipſis ſeu fœminis, ſeu maſculis habeatur. Quod multi ſtulte facientes, dum delicatius eos nutriūt, difficiliorē uitam & ſibi ad Imperandum, & illis ad obediendum reddunt, obliti uel dicti ueteris, quo ſancitum eſt, non eſſe otium Seruis, ac ne auribus quidem ſcalpēdis, ſicuti eſt apud Lucianum. Sed nec parte iſta Peripateticorum Principis placita ullatenus prętereūda, Qui Oeconomicon primo, poſteaq; inter ea, quæ poſſidentur, primum, et neceſſarium maxime, optimumq;, ac Principaliſſimum eſſe Hominem ꝓdidit, Proindeq; Seruos bonos, ac frugi imprimis eſſe parandos, Quorum ſpecies ſint duæ, ἐπίσκοπος, καὶ ἐργάτης, Hoc eſt Curator, & Operarius, Infert deniq;, Quoniam Vini potus etiam ĩgenuos ſæpe ad iniuriam cō pellit, indeq; etiam Gentium pleræq;, ut Carthaginienſes, in militia abſtineant eo, manifeſtum fieri, Seruis aut nil prorſus, aut parum omnino uini eſſe impertiendū. Cibaria uero largius contribuenda. Deinde eos cenſet ad obeundum opus cum primis ſtrenuos, & putiles, qui nec meticuloſi ſint, nec audaces nimium, & uiriles.

¶ Serui mali conditio ultima quæ ſit. Item de Pileatis Seruis. De Lapide emptus apud Columellam qui ſit. Pauſicape quid. Tribunos Capitalia uindicaſſe, Sontiū ſeruaſſe uincula, Pecuniam ſignaſſe. Caput LII.

Eruorum malorum conditionē ultimam legimus in Quintiliani declamationibus. Ea erat, cum ſine exceptione uenales proponebant. Cuiuſmodi fere Pileatos intelligo Seruos, quoꝝ nomine Venditor nil ꝓſtaret, ut ſcripſit Cælius Sabinus, & Octauo noctiū Atticarum Gellius repetit. Eius rei cauſa erat, quod illiuſmodi mancipia ĩſignia eſſe in uendendo deberēt, ut emptores errare, & capi non poſſent. Sicuti ēt antiqtus iure belli capta coronis induta uenibāt, Immoq; ſub Coronis uenire dicebant. Ad Pileatos fere Seruos, Quiq; nulla exceptiōe uenū irent, arbitror illud Columellæ referendū ex Agricolatione, De Lapide noxiū. In cuius enarratione deſudarunt doctiſſimi quiq;. Siqdem ad Præconis lapidem, ubi diſtrahi mancipia ꝓſueuiſſent, referēdū Alii putāt. Sicuti in Piſonē Cicero de Lapide emptos appellat Tribunos, qui eſſent mercede corrupti. Verum ieiuna prorſum, nimisq; impfecta expoſitio eſt, Vt q̄ Columellæ Senſum minus aſſequare, quod amplius intuenti, uelut ab Aſini proſpectu liquebit exacte. Alii ad Tarpeiam recurrunt rupem, ex qua deturbari nocētes ſolerent. Quā ſane ſententiam non eatenus riſu excipiendā arbitror, ac Lynceis uideat. Neq; n. de ꝑcipitatis e Saxo ĩtelligēdum cōmonſtrat, cum nihil minus agat Mortuus, q̄ agrum colat. Hoc n. ſenſiſſe Viros eruditos, perridiculum eſt, Sed eos uerius, Qui adobruti ſceleribus, ac mortiferis flagitiis, digni ſunt, q iamiam ꝑcipitent. Aut q periculum id ādierunt qdem, reuocati tñ, emiſſiq; rōne aliqua ſunt. Sicuti & uulgo dictitari audimus, A furca redemptū eſſe aliquem, ex mediis quem ſupplicii faucibus liberatum ĩtelligimus. Hāc uero ſentētiam Vitro ſidonio, & Helectro, qd dicit, clariorē arbitramur. Illud ex abūdanti adnotauero hic, Pauſicapen appellatam fuiſſe machinulam Seruoꝝ collo circumpoſitam, orbicularemq;, Quaori manus admouere, prohibebant, ne farinam uorarent, quod κοπτεῖν dicūt, intus dum operarentur. Congruit id ipſum & Iumentis rōne eadem. Illud uero addidiſſe Suppondii item Loco, nil puto, obſuerit. In Decemuirorum Legibus ita Lectum,

Tribuni ſunto, Domi pecuniam publicam cuſtodiunto,
Vincula ſontium ſeruanto, Capitalia uindicanto.
Aes, Argentum, Aurum'ue publice ſignanto.

¶ Seruos non habere Caput, quid ſit. De Capitis diminutione. Seruos non admitti in militiam ſolitos. Qui dicantur Vicarii. Martialis illuſtratur. Et qui Serui Pœnæ. De Seruili procacitate. Alter Martialis locus aperitur, Diaconus, Diaconium. Caput LIII

Seruos non habere Caput, Iureconſulti ſtatuunt. Id cum dicunt, intelligi uolunt Statum. Proinde Seruum non minui capite, qa nullũ habet. Hoc eſt nec Libertatem, nec Ciuitatem, nec Familiam. Quibus ſiqs exuatur, maxima dicitur Capitis diminutio, Vt accidit iis, q Serui pœnæ efficiunt' atrocitate ſententiæ, Vel libertis nomine ingratitudinis in Patronos condemnatis, Vel q ſe ad pretium participandum uenundari paſſi ſunt. Nã minor, ſiue media Capitis diminutio eſt, cum Ciuitas qdem amittitur, Libertas uero retinet'. Quod accidit ei, Cui Aqua, & Igni interdictum fuerit, aut in Inſulam ſit deportatus. Minima uero Capitis diminutio eſt, cum Ciuitas retinetur, & libertas, Sed Status Hominis commutatur. Quod iis euenit, Qui, cum ſui Iuris fuerint, cœperunt alieno iuri ſubiecti eſſe. Vel ſi filiusfamilias a patre mancipatus fuerit. Ex hac Seruili, ut ſic dicam, infimitate, id genus ad militiam ſacramento rogare, aut ullo modo admittere, nefas ſancitum Veteribus ẽ, quod Cicero in Deiotarana ſignificat, & Martianus digeſtis de re militari, Ab omni inqt, Militia Serui prohibentur, alioqui Capite puniunt'. Sed & in Helenore Mantuanus uates Æneidos nono monſtrauit,

Quem ſerua Licinia furtim
Suſtulerat, Vetitis'q; ad Troiam miſerat armis.

Pauſanias auctor locupletiſſimus eſt, Perſico bello, quod in Marathoniis Campis geſtum ẽ, primum Seruos in militiæ iura admiſſos, quo nomine ẽt tumulus interfectorum inibi uiſebat'. Poſt Cannẽſem cladem armata Romanis ſeruitia Volonum noſe T. Liuius tradit, cum prius ſingulos forent ſciſcitati, uellent'ne militare. Vnde eſt nominis rõ. Sociali quoq; Bello in militiã Libertos admiſſos primum, Appiani Hiſtoria tradit. Diaconũ qdem uocant Græci miniſtrũ, Sed Diaconium tñ ſacrarium dicunt, uel Secretarium, ubi dominica contineant' uaſa. Diaconii quoq; notiones multę comperiunt'. Nam Placentæ Crepidam. i. baſin eo uerbo qdã intelligunt. Alii bellaria concinnata in Ereſiõe Apollinis honori. Sed & Diaconii gradum legimus in Canonicis decretis. Et quoniam diu iam cum Seruis agimus, Age feramus opẽ Val. Martiali Epigrammatum ſecundo ita ſcribenti.

Eſſe ſat eſt Seruum, Iam nolo Vicarius eſſe.
Qui Rex eſt, Regem Maxime non habeat.

Vicarios Vlpianus digeſtis de peculio, eos intelligit, Qui Ordinariis ſeruiũt. Si Seruus meus inqt, Ordinarius Vicarios habeat, Id quod Vicarii mihi debent, an deducam ex peculio Serui Ordinarii? Et alibi, Si Seruo tuo ordinario pmiſeris Vicarium emere aureis octo, Inuenies id uerbum & apud Oratium, q̃q̃ haud curioſe ſatis explicatum. Meminit in Libro de Tranqllitate uitæ Seneca, Qui alibi ſic item ſcribit, Quæ ſe pro Coniuge Vicariam dedit. Lactantius grammaticus explicans illud Papinii,

Succiduas'q; adportat Matribus Agnas.

Succiduas inqt. i. Vicarias. Quia uero de Seruis pœnæ facta nobis pauloante mẽtio eſt, Poteſt addubitatio Legentes ſubire, quos eſſe cẽſeamus hos. Cæterum innuit id Vlpianus Digeſtis de Pœnis. In miniſterium inqt, Metallicorũ fœminæ in ꝑpetuum, uel ad tempus damnari ſolent, ſimili mõ & in Salinas. Et ſiqdem in ꝑpetuũ fuerunt dãnatę, quaſi Seruę pœnæ conſtituunt'. Et Martianus, Quidam ſunt Serui pœnæ, ut in Metallum dati, & in opus metalli. Iam & Fornicarium Seruum apud eundem repperi Vlpianũ, a fornice, uel fornace ſic nuncupatum. Ita. n. ſcriptum inuenias digeſtis ad Legem Aqliam. Si fornicarius Seruus Coloni ad fornacem obdormiſſet, & Villa eſſet exuſta, Neratius ſcribit, ex locato conuentum ꝑſtare debere, Si negligens in eligendis miniſtris fuerit. Fornicarias uero de Impudicis dictitari, in Canonicis decretis adnotatũ eſt. Aduertenda & in iis magnopere Senecę uerba ſic fere, ubi edocet, In ſapientem non cadere iniuriam, ſcribentis, Eadem inqt, cauſa

eſt, Cur

eſt, Cur nos Mancipioꝝ noſtroꝝ Vrbanitas in Dominos ꝓtumelioſa delectet, quoꝝ audacia ita demum ſibi in Conuiuiis ius facit, Si cœpit a' Dño. Pueros qdem in hoc mercantur procaces, & eoꝝ impudentiã acuunt, ac ſub magiſtro habent, q probra meditate effundũt. Nec has ꝓtumelias uocamus, Sed argutias. Hæc uero illuc ſpectant, ut Val. Martialem cum alibi ſæpe, tum Epigrammatũ primo ſcitius, nec plebeio ꝑpendas ĩgenio.

Vrbanus tibi Cæcili uideris, Non es, crede mihi, qd ergo? Verna es.

Trita mancipia, et Veterana, quæ reformare difficile eſſe, Vlpianus ait, Nouitiis opponuntur, Apud eundem Veterator Seruus eſt, qui & Veteranus.

¶ Vocabula plura ad Seruoꝝ rõnẽ ſpectantia, nec fere' obuia. Therapia. Prater. Mylõ. Stigmatię. Stigones. Hyſtrichides. Helotę. Zetrea. Chondrocopia. Gymnetæ. Corynephori. Moruli. Melophori. Callicyrii. Eleatri. Synceraſtum. Attagen uarius. Cliſion. Manes. Actis. Vocatores. Ceruũ apud Martialem ꝑ Seruo poſitum fugitiuo. Caput LIIII.

Vnt porro' pragmatiæ itẽ huius Vocabula q̃dam haud plane' indigna, q̃ referantur, qñ ex Pollucis doctrina pars itẽ una Sapientiæ eſt, qd quo cenſeat' nomine, imprimis nouiſſe. Igit' obſeruatũ ex Herodoti lectione, Seruos Dominoꝝ ſtudioſos ἀνδραπόδα dici φιλοδέσποτα. At Seruorum turba nũcupat' Therapia. i. Θεραπεία. Nam Therapuſia uiolentius qddam reſipit. Duraria uero forma deminuta uocari uidentur mancipiola. Lapidem Praterem Græci uocãt, in quo Mãcipia uenui exponebant'. Vbi uero diſcruciant' eadem, dicunt' Mylones, qua uoce Piſtrinæ intelligunt'. Propterea Plinius pœnalem dixit Vinctoꝝ operam, Appellãtur et ζητεῖα. i. Zetrea apud Eupolin, Sed Alphitia quoq; Sunt & in hoc genere Chondrocopia, & Zontea. Qui mancipia cædunt, Stigmatiæ dicunt', & Stigones, Sicuti q cædunt' Maſtigiæ, Flagella ipſa nuncupant' nunc Maſtiges, nũc Hyſtrichides, aut Rhyteres. Dixim⁹ abũ de pauloañ de Helotis. Addo nunc ex Polluce, Qui ĩter Liberos inqt, ſunt, & Seruos cõſtituti, Helotę uocant' apud Lacedæmonios, Sicuti Mariandyni Doryphoros appellãt. i. Spiculatores, Satellites ue. Inter quos apud Perſas erant, q Melophori dicerent', hoc eſt geſtãtes in Spiculis mala. Vt eſt apud Herodotũ Hiſtoria ſeptima. Erant & ſui Argiuis Gymnetæ, Sicyoniis Corynephori. At Callicyrii nũcupabant' Exulum Serui, Qui Syracuſis opere ruſtico ſumptũ ſuum exercebãt. Eam uero ſeruilem turbam ex omnifariã populis conflatã, monumentis Ariſtoteles prodit, Meminit hoꝝ & Timæus. Sunt & in hoc genere, Qui mẽſam curant, & ad eam ſpectantia. Trapezopœos uocant. Nam Iubas Rex Trapezocomon eſſe Structorẽ dicit. Sicuti dapes ipſas Epitrapezomata uocãt alii. Agoraſten fere' Obſonatorem intelligimus. Eleatri hoc eſt ἐλεάζοι, Vocatores dicunt' Regii, ut ſcribit Pãphilus, & repetit Athenæus, addito ẽt uerbi etymo, ab Eleos, quo mẽſa ſignat' Coqnaria. Dipnocletoras uocat Artemidorus, Sed mox Eleatri quoq; nuncupati cibario pręfecti miniſterio, Quod genus honeſtũ cenſebat', Q ñ Ptolemæum Sotera fuiſſe Alexãdri Eleatrũ, tradidit Chares. Hoſce tñ Edeatras ꝓnũtiat Sex. Pomp. Protogeuſtæ ꝑguſtatores ſunt, Qui & Protoenthæ dici cõperiunt'. Iam illa leuioris operæ fuerint, Scapulares dici Seruos, qbus Scapulæ cędunt', Qui'q; quaſi Oſtreatum tergum ulceribus geſtitant. Sed & Exynceraſtos dici in Plautinis ſalibus obſeruauimus, ac ſi emedullatos dixeris, & citra ullã pinguedinem. Q ñ Varronis Terentii aſtipulatu, Synceraſtũ antiquo Græcoꝝ uerbo medullam dicebãt. Morulos quoq; dicimus uerberibus atriores factos, a' moris ĩflexa uoce. In Græcoꝝ Literis Stigmaticus Seruus Attagen uarius appellatur, Quod in Auibus mõſtrauit Ariſtophanes, Quod Auitiũ id plumas uariis diſtinctas coloribus gerat. Seruiles literas in Libro de Vitæ Tranqllitate ꝓmo apud Senecã ĩuenias. Sicut plerisq; ignaris inqt, Seruilium literaꝝ Libri nõ ſtudioꝝ ĩſtrumenta, Sed cœnationũ ornamẽta ſunt. Cliſion in Odyſſea Homerus ſeruile ĩtelligere domũ uidet'. Dion eo noĩe locũ accipe mauult, in quo tectæ cuſtodiant' Oues, Cliſiades uero qbuſdã dicunt' duplicatæ fores, aut Scenę. Eſt & Veterib⁹ ſeruile nomẽ Manes. i. μάνης, a' furore inclinatũ, uñ ad æneam Statuã tralatũ uocabulũ eſt, quã Cottaborum luſui adhibebãt. Fuit & Seruile nomẽ Actis, Pauſania tradẽte. Sed & noĩe eodẽ dicit' Vas, in quod iaciant' Oboli. Seruos itẽ fugitiuos, ſcribit Pomp. Feſtus, Ceruos nũcupari, de Aĩalis celeritate facta nominis rõne. Ex quo apud Martialem ita legendũ, Eruditioribus uidet'.

Suppoſitam fama eſt, quondam pro Virgine Ceruam,
At nunc pro Ceruo mentula Suppoſita eſt.

¶ Cœna dubia ex Sue tantum manſueto, Et inde Paroemia. Item quam habeat rationẽ id Plinianum, Multa Syrorum olera. De Rore Syriaco, & Manna. Caput LV.

a Ntiocho Rege numeroſo exercitu in Græciam irrũpente, Attonitiſq; oĩbus magnitudine reꝝ, quę ingruere uidebant, T. Quintius Romanoꝝ Impator ita ad Achæos uerba feciſſe memorat, dum Peditum, Eqtumq; nubes iactari audiſſet a Rege, Qui & Claſſibus conſtraturũ ſe maria interminabat, Eſt inqt, Res ſimillima Cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, Hoĩs & Boni, & ſciti Conuiuatoris. Apud quẽ ſolſtitiali tempore comiter accepti, cũ miraremur, Vñ illi eo tẽpore anni tam uaria, & multa uenatio, Homo non q̃ iſti ſunt, glorioſus, renidens Cõdimentis aituarietatẽ illam, & ſpeciẽ ferinę carnis ex mãſueto Sue factam. Hoc perinde in Regis Copias, q̃ iactent, promi poſſe. Varia.n. gña armoꝝ, & multa noĩa Gẽtiũ inauditaꝝ, Dacas, et Medos, Caduſios, Ælimæos, Hoĩes tamen eſſe, haud paulo q̃ mãcipioꝝ melius, pp Seruilia ingenia, militũ genus. Ex Hiſtoria uero huiuſmodi, Cuius auctor T. Liuius eſt, cõmoneor, ſcitum elici adagiũ poſſe, Atq Suilla caro eſt, de iis, quæ re qdem ipſa parui ſane, aut nullius oĩno momenti ſunt, apparatu tñ, ac fuco, &, ut ille ait, nugis peregrinis p̃cellere uident plurimum. Plutarchus illud adiicit, μὴ δὲ ὑμεῖς θαυμάζετε τὴν βασιλικὴν δωὰμιν, λογχοφόρους, καὶ καταφράκτους, καὶ τοξευτὰς, καὶ ἀμφιππατοξότας ἀκούοντες, πάντες γὰρ οὗτοι σύροι εἰσὶν, ὁ πλαρίοις ἀλλήλων διαφέροντες, Nec uos inqt, admiremini Regis copias, cũ Haſtatos, Cataphractos, Pedites, Amphippotoxotas auditis, Nã hi oẽs Syri ſunt, armis mõ inuicem diuerſi. Ex iis uero Græci Auctoris uerbis cõiectamus, Prouerbiũ idẽ enuntiari hoc fere mõ poſſe, Syri oẽs ſunt, Senſu tantũnon eodem. Ad quam Syroꝝ imbelliam, & Ingenioꝝ ſeruilem naturã, Vt, q̃ generoſioris neſcia Spiritus magnũ nil affectet, Veꝝ ſtudiis libero hoĩe ĩdignis mãcipata degat ęuũ, Siquis Adagiũ in Naturali relatũ Hiſtoria referẽdũ putet, Multa Syroꝝ olera, haud hebeti forſan iudicatu coniiciat, q̃q̃ in eius enarratiõe ex Doctioribus nonnullos ĩſigniter torqueri, aĩaduertam. Taceo, quod in Aureliano ſcribit Flauius Vopiſcus, Rarum eẽ, ut Syri fidẽ ſeruent, ĩmo difficile. Ceu dempta mõ Hortoꝝ cura opoſiore, Boni maioris nil p̃terea in Syroꝝ ĩgeniis fere ſit reqrendum. Verũ in iis libera ſit cuiq; cenſura. Q ñ ſunt q in Syris ẽt fortitudinẽ admirent. Illud hac parte obiter Leuius attigero, Syriacum Rorem a Celſo in Medicina capi pro eo, qd noĩe peregrino uocat ẽt Manna. Dioſcorides in Libano probari Manna, tradit, candore p̃cipuo. Sciendũ tamẽ, In Thure quoq; agnoſci Manna a Plinio, Quoniam ſic eliſas intelligit micas.

¶ Medicorum decreta de Suillæ carnis præſtantia, Chalari Sues q ſint. Item uocabula id genus plura. Delphax. Adelphi. Phorine. Thytæ. Myſterici Sues. Chœrus, χοιροπωλεῖν. Syrbe, Petalides, Petali, Laphygmus, Hyomuſia, Hyenia. Hippocratis filii. Hyſteria feſtũ. Sues cur ſacri in Creta. Metachœra, Necnon de Pontifice Sergio. Caput LVI.

s Villi gñis uilitatẽ, tum ſuopte Aĩalis ingenio, cui pro ſale datã eſſe aĩam, Veteres ſanxere, tum qa nil magnope parabilius, & oĩum uſibus magis expoſitũ, nemo nõ nouit. Verũ artis medicę nõ diſſimulanda tñ decreta. Q m̃ octauo de Sanitatis Rõne Galenus Suillam carnẽ cæteris laudabiliorẽ facit. Sed & Princeps, Cap. de Sãguine, Humanũ, Suillumq; ſanguinẽ in omnib⁹ exactam habere ſimilitudinẽ, ſcribit. Quin eandẽ quoq; Carnis rõnẽ tradit. Adeo, ut Impuratiores qdam pro ſuilla humanã diſtrahere, ſibi licentius p̃miſerint, Quod facinus diu pexit impunitius, donec digyti hoĩs intermixti forte cõſpecti ad ſupplicii diritatẽ, ẽtſi ſeram, Auctores p̃traxere. Auerrois qnto Colliget, ut Barbare dicam, Ex Auicẽnæ placitis porcinam Carnem cæteris præferendam oĩbus ſtatuit, ueluti Hoĩbus natura cognatiorẽ. Quod inqt, eſſe ita, expimento plane diſcimus. Quin Arcadicam deſcribens cœnã Hecatæus ex Athenæi monumentis, fuiſſe Mazam dicit, ac ὕεια κρέα. i. ſuillas Carnes. Eſt tñ plerunq; Ei⁹ Bruti grandinoſa Caro. Quo ſane argumẽto Chalaros dicit Sues Græcoꝝ natio, qa in mortuorũ carnibus uiſat χάλαζα, quã interp̃tamur grandinẽ. Sed in uiuentibus latens craſſat morbus. Nõ alio ex aĩali numeroſiorẽ fuiſſe materiam Ganeę, Plinius ſcribit, excogitatis ĩde qn quaginta ppe ſaporibus, Cũ cęteris ſinguli mõ ſint. Suẽ maſculũ Delphaca uocat Epicharmus cũ pleriſq; aliis. At gñe fœminino Delphaces fœmellæ dicunt pprie, qd Delphyas habeant. i.

beãt.i.Vuluas,uñ & fratres nuncupant Adelphi.Phorine dicit Suilla pellis. A' ſuillo pecore ímolationes in ſacris initia duxere ṕma. Vñ & Sues olim dicti Thytæ a' ſacrifico uſu. Sed & in Cereris initiis ímolari porcos ꝓſueſſe,accepimus.Nã & in ueteri Comœdia hoc argumento,Myſtericos nũcupari ab eius Deæ myſteriis,aíaduerto.In nuptiaꝝ quoq; ritus idem aduocabat Aíal.Verum & Nutrices naturã muliebrẽ Chœrũ.i.porcum uocabãt,qđ Ariſtophanes ſignificat.Ex quo facetiſſime qbuſdam ꝓcinnatum uerbũ χοιροπωλεῖν,qđ ſignat porcum uẽdere.i.capturas corpore q̃rere.Et qm̃ in uocabula defleximus,Syrbẽ íterṕ tant uocẽ,qua Sues allectẽt Subulci.Apud Veterẽ Comicum κοῖ κοῖ, ſuilla Vox eſt. Ex q̃ & uerbũ κοΐζειν.Petalidas Græci Sues qñq; uocant,ex Vitulorõne,q a' Cornibus dici ſolent Ṕetali,qñ Ecpetala habent ea.Sicut Larini quoq; dicunt a' Larinis bobus.Inuenio & Laphygmũ dici erudite Canũ,ac Suum iuexplebilem uorãdi auiditatem,inclinata uocabuli proprietate a' uerbo λάπω,καὶ λακπάζω,καὶ λαφύσσω, ſorbeo, & deuoro.Vñ ab impẽſæ magnitudine Cõuiuium magnificum Ilapinẽ uocant,Qđ eo appoſui gratius,qm̃ Rhodigini mei ex Verbo ueteri græco parũ excidentes,pro eo,qđ eſt λάπτειν ꝓfinxere ſibi plebe iam uocẽ Slapare.Ab hoc item p̃cipue brutino gñe Hyomuſiã comperi pro ſuilla qdem in concinnitate,ueꝝ & pro íſcitia.Sicuti et Hyeniã pro fatuitate.Nã Hippocratis filii,ut incõptis moribus,a' Comicis proſcinduñt,dicti Suẽ reſipere.Proinde Ariſtophanes, τοῖς ἱππο κράτους υἱοῖν εἴξεις,καί σε καλῶσι βλιτομάμαν.i.Hippocratis filios exhibebis,teq; uocant Blitomamã.i.fatuũ.Illud ex abundanti parte hac adiecerim,Sergiũ,q prius Os porci uocabat, ex Pontificibus primũ fuiſſe,qui ꝑprium demutarit nomen,Quod mox obſeruatũ ad nos uſq; ꝑdurat.Illa fuerint auctaria Capitis huius, Suem Veneri mactari ſolitum qñq;. Sicuti Callimachus ſcribit,factũ id Argis,adnotauit Hiſtoria, Feſtũ certe Hyſteria íde nũcupabatur.Quod ad Chalcidẽſes attinet,de qbus facta nobis paulo añ mentio eſt,Scitũ eſt admodũ,quod de Dromea lectũ Paraſito eſt.A' quo cũ q̃ſiſſet neſcio qs,In Vrbe,an apud Chalcidẽ lautius pararet Conuiuiũ,Gratius reſpondit,uideri Chalcidenſis Cœnæ procœmium, oſtreorum numero,& uarietate.In Creta ſacrũ credit animal hoc Suillũ,qm̃ naſcenti Ioui Sus mãmã ſubmiſerit, Ac gryſmo.i.grunitu Pueri uagitũ audiri uetuerit.Metachœra Sues uocant ſerius naſcẽtes.

¶Pholiam Vrſarum Quid intelligant Græci Auctores.Vrſæ Vaſricia.Pholeus qd ſit, Item Pholis,Pholaides,Pholades,Pholyes,Pholides,Phonæ. Caput LVII.

Pholiam.i.φωλίαν cum legiſſemus qñq; in Græcoꝝ Commentariis,diu,multum'q; ídagini nobis fuit,Quid ſibi Vox ea uellet.Demũ Vnus deſyderia expleuit Ælianus, A' quo ṕditum,aduertimus,Vrſam,ubi ſe ṕpinguem ſenſerit,ac pleniore Corpore,Morbi loco ducere ipſum hunc ſtatũ, Propterea Latebras q̃rere,Quæ φωλεὰς dicũt Græci,Vñ Affectioni adoptatũ nomẽ,Vbi tandiu cõqeſcat,donec ĩutile pinguedinis onus reſideat,ueluti delimatũ.Pergere aũt, ac in Latibula ſeſe inſinuare nõ pedibus utiq;,Sed dorſo reſupinatã,Corpus ṕtrudẽdo,Ne ſuper ſint Venatoribus ad ídagandũ ueſtigia.Cæteꝝ ſup re adeo ueꝛſutiæ ĩopinatæ Ipſius uerba ſubſcripſi Auctoris. ὅταν δὲ αὐθῆται ἑαυτῆς πεπλησμένης, ὑφορομένη τῶδε, ὡς νόσον, ζητεῖ φωλεόν.ἐντεῦθεν οἱ κέκληται τῇ ἄρκτῳ φωλία τὸ πάθος.εἶτα ἐσέρχεται.ἐ βαδίζουσα, ἀλλὰ ὑπτία, ἀφανίζουσα τοῖς θηρατοῖς τὰ ἴχνη.ἑαυτὴν γὰρ ἐπισύρει κατὰ νῶτα, καὶ παρελθοῦσα ἰσυχάζει, καὶ φόπον τινὰ τὴν ἔξιν ῥινᾶ.Sed, ut Auctarii íferat Quippiam,Inueni ét,Qui φωλεὸν eẽ Diatribã,ſiue Scholã interṕtent.At φωλὶς piſcitii ítelligit genus qđdã,φωλαΐδες uero ſunt ὀστρά κινα τινὰ ἐρωμόδη.Apud Theocritum φωλάδες ἄρκτοι,Vrſæ dicũtur ἐμφωλεύουσαι.i. in Latibula ſe cõdentes.Pholyes uero.i.φόλυες ſului dicũtur Canes ore nigricãte.Pholides ſunt & Serpentum Squammæ.Sed & fiſtulæ πολυηχάλαμοι,Cædis aũt Loca uocant φονάς.

¶Cornicis admirabile obſequm in Ægypto,Quæ Tabellarii uice ſungeretur.Inde moriens honeſtata eſt Sepulchro.Cynocephalorum docilitas.Phaciolium,Cordyle,Crobylus,Nidarium. Caput LVIII.

Inter cætera,Quæ de Aíalibus rõne carentibus promi ſolent miracula,Vnũ mihi compertũ nup,Quod ut ṕterirem,inducere aíum,haud ſuſtinui.Quod ſit ṕcipua dignũ admiratione.Lego ſiqdem in Priſcoꝝ monumẽtis,Qui no

ſtris plurimũ emolumẽtis exudarũt, alſerunt'q. In Ægypto fuiſſe Paludẽ, Quæ dicta Myrídis eſt, Prope' quã fuerit Crocodilo⁹ Ciuitas, Atq; inibi uiſitatũ qñq; Cornicis Sepulchrũ, Cuius eam opinati rõnem ſint Ægyptii. Fuit Ægypti Rex Marrhes noĩe, Qui Cornicẽ impendio mitẽ, ac prorſum habuerit cicurẽ, Educationis ſolertiore cura eo' prouectam, inſuefactam'q, Vt Pterophori, Curſoris'q uice exupantiſſimi fungeret', Quo.n. concupiſſet Alitor, ceu Rõnis plane' cõpos, Epiſtolas deferebat, Cõmonita noſcens callide, Qua tranſuolandũ, Quo'ue dirigendus impetus, ac ubi ſidendũ foret, interqeſcendum'ue. Quãobrẽ ob ſeqo miti adeo, ac nullius Stipẽdii indigo, & utcunq; parato, cũ obiiſſet, dignã a' Rege habĩtam, Quę Sepulchro, Stela'q; honeſtaret', propagãdæ in æuũ longius memoriæ facti tã inopinabilis, rarenter'q auditi alias. Verum qa hæc parũ integra fide forſan prodi a' me, ſuſpicabit' Quiſpiã rugoſioris, ac ρtractioris ſupcilii, Suppingẽda Greci Auctoris uerba duxim⁹, Neqs Vanitatis anqrat. Sic uero hñt, ἐν τῇ αἰγυπτίῳ τ̃ην λίμνην τὴν καλαμένην μύριδος, ὅπου κροκοδείλων πόλις, κορώνης τάφος δείκνυται, καὶ τὴν αἰτίαν ἐκείνου αἰγυπτίοι φασί, τῷ βασιλεῖ τῶν αἰγυπτίων, μάρρης δ' ὄτος ἐκαλεῖτο, ἦν κορώνη, βρέμμα πάνυ ἥμερον, καὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐβούλετο οἱ κομιδῆ ναίτσοι, θᾶττον ἐκόμιζεν αὐτῇ, καὶ ἦν ἀγγέλλων ὠκίση. καὶ ἀκούσασα, ἔν δὲ ἰθιῶαι χρὴ τὸ πτερόν. καὶ ἵνα χρὴ παρασβαμεῖν χῶρον, καὶ ὅσα ἤκουσαν ἀναπαύεσθαι. ἀπὸ ὧν ἀποθανοῦσαν ὁ μάρρης ἐτίμησεν αὐτὴν, καὶ στήλη, καὶ τάφῳ. Cæterum nec illud ignorandum, Brutis ẽt uideri docilitatis ineſſe plurimum, Q ñ in Aegypto eadẽ Cynocephalos, obſeruauimus, Ptolemæis ſtationem tuentibus, Literarum etiã ductus pdidiciſſe, Immo & Saltationũ geſticuloſos motus, & Tibiæ modulos, Nec Pſaltices fuiſſe inſcios. Addit' & admiratio altera, Solitos a' Spectantibus mercedulam, æs'q, uelut manuariũ, corrogare, Quod Phaciolio inſererẽt, ſeruarent'q. Eſt uero Phaciolion Capitis geſtamen. i. κεφαλῆς περιέλημα. Quod Rhetorico rũ primo tradidit Creõ, Cordylen dicunt Cyprii, Crobylũ Atheniẽſes, At Perſæ Nidariõ.

¶ De Simone Mago paucula, Qui eſt habitus Deus. Draconis in Puellam Amor admirabilis. Caput LIX.

Aeterum, ſicuti cœpimus, pergamus hiſce memoriarum illectatiũculis uitam excolere, Quoniam in eorum tranſcripti Decuriam ſumus, adnuẽte optimo; maximo Deo, Qui, Vti eleganter, ſcienter'q rettulit Auguſtinus, Scribendo proficiunt, ac proficiendo ſcribunt. Nec commemoremus tamen, Quod Septimius prodidit Florens, & Alii præterea, Simonem Samareum magicis artibus, & ope Dæmonum ſuffultum, in Vrbe Romana, multitudine innumera fraudib⁹ delinita, eo' faſtigii prouectum, Vt Inter duos Pontes hoc titulo Simulacrum publico conſeq̃retur decreto, Simoni Deo Sancto, Sed illa potius, Quæ humanæ augent excellentiæ admirationem. Hęc.n. illi plane' ſuffragant'. Prodit' ergo memoriæ, Apud Idumæos, ſiue malis Iudæos intelligere, Cum rebus potiretur Herodes, Puellam in ipſo cõſtitutam ætatis uigore, inſigniter a' Dracone magnitudinis uiſendæ adamatam. Qui commeans ſubinde amãter cum ea decumbebat. Illa tamen, etiamſi clementem, manſuetum'q (utiq; naturam ueritа inſociabilem, & ab humano diſſitam captu) reformidans ex loco abſcedere propoſuit lõgius, ac menſem abeſſe. Ceu Bruto per abſentiam illatura dilectionis obliuium. At diuerſa euenere omnia, Siquidem in dies intendebatur Affectio, augeſcebat'q Amoris impetus, dẽ ſyderio dum contabeſceret nimio, interdiu, noctu'q cõſueta repetens cubilia, Nec eẽt eius potiundi facultas, Quod appetebat præcipue. Conflictabatur ergo, Vti infelix Amator. Póſtea uero q̃ rediit quandoq; Puella exoptata, deuolans is ad uiſam, ptinus, ac prorſum Amatorie, ſuſpicionum plenus, tanquam neglectui habitus, atq; eo nomine indignabundus, cauda complexus Puellæ crura conuerberabat, ſed obſeruate admodum, ac Verentis mõ, Ira, & Amore compugnantibus. Qua ſane' ratiõe dicat forſan Veterum aliquis, Eum, Qui Ioui imperet, Imperet Diis item aliis, Nec Bruta quidem negligere. Cæterũ quo ſe aduerſum ea modo habeat, ex iis dilucet, opinor.

¶ Deorum apud Priſcos nomina Varia. Menſium ſingulos ſuum habuiſſe Numen. De Vitunno, Sentino, ac Selectis Diis. Saturnii Verſus. Iouii. Ianales. Proſa Dea. Poſtuerta. Anteuerta. Templarii qui intelligantur. Tutilina. Tutanus. Tutulus. Caput LX.

De Diis

EDiis qdem aliubi hoc ope diſſeruimus, Nunc & carptim p̃cerpemus, Quę uaria nobis oſtentat Lectio, Quãdo & grauis Auctor Auguſtinus, iſta conſe
d ctari non inſup habuit, Cũ ex Varronis Spicilegio Proſerpinã diceret, frumẽ tis p̃poſitam germinãtibus, Geniculis uero, Nodisq; Culmoꝝ Deum Nodi num. Inuolucris aũt illis folliculoꝝ Deã Volutinam. Cum folliculi pateſcũt, quo exeat Spica, Deã Patelenam. Cum Segetes nouis ariſtis exæquant, Hoſtilinam Deã, Quia Hoſtire, ac Hoſtimentũ prioribus exæquationẽ indicat. Florã adiicit quoq;, Lactuci nam q;, & Maturã, Quæ florentib⁹, Lacteſcentibus q;, ac matureſcentibus præſint frumen tis. Quin & Menſib⁹ ſingulis ſuum p̃ficitur Numen in Veteꝝ ſupſtitioſa, anxiaq; uanitate, Siqdem Ianuarii pontificiũ habere Iuno credebat. Februarii Neptunus. Martii Minerua. Aprilis Venus. Maii Apollo. Iunii Mercurius. Iulii Iupiter. Auguſti Ceres. Septembris Vul canus. Octobris Mars. Nouembris Diana. Decembris Veſta. Extat Q. Ennii Carmẽ Deo rũ ꝓtinens Penatiũ Nomina, Quos Patrios Alii. Varro Terentius etiam Vrbanos nũcupat.

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres q;, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Fuit & Vitæ contributor Vitunus Deus, Sicuti Senſuũ Sentinus. Sed hi tamen Obſcuriſſi mi cenſebant Dii, ẽtſi plura multo p̃ſtarent, q̃ Quos Selectos nũcupabant. Vel de amplio ri poteſtate, ac dignitate, Siue qd auguſtius colerent, Viginti numero, ſicuti eſt a Varrone ſancitũ. Mares duodecim, Fœminæ octo. In Deoꝝ mentione, illud nec relatu indignũ, Mi neruios, Saturnios, Iouios, Ianales nũcupari Verſus, de Numinum maieſtate, Quibus foret dicati. Nam & a Zoſimo relatum ſcimus, Quibus hymnis in Palatini Apollinis tẽplo Ro mæ uti, receptiſſimi foret moris, Q ñ & Pueri nobiles adhibebant nouem Patrimi, Matri miſq; totidem id genus Virginibus una modulate cõcinnẽtibus. Proſam Accepimus Deã fuiſſe Prioribus, Cui rẽ obirent diuinã Puerperæ, Ritu naturæ q̃ peperiſſent. Sicuti Poſtuer tę, ubi in Pedes prodiiſſet Infans. In Cœnis ſcribit Macrobius, Añuertã, & Poſtuertã Deas habitas, Q d ea oĩa ĩtelligi oportere, exiſtimarẽt, Quæ dilapſa iam eẽnt, Aut futura ẽtnum uiderent. Proinde Diuinitatis cẽſeri Comites, Veluti Cõſiliũ eſt, atq; itẽ Prouidẽtia. Tẽpla rios legimus qñq;, Sed nõ Dii eo noĩe ulli ĩtelligendi, Veꝝ Hæretici qdã, Sic, uti arbitran tur, nũcupati, Quod Tẽpla ĩuiſerent, eſſent q; in eis aſſidue. Tutilinã tutandis frugib⁹ p̃fuiſ ſe, Auguſtinus ſcribit. Et Ennius Tutilinę Loca ĩhabitaſſe, memorat. Tutanus Deus ab oĩ bus, ut Varro inqt, Mortalibus, labore affectis ĩuocabat, Vt q illis p̃ſidiũ afferret, atq; opẽ. Tutulum Fulgentius Pallium accipit, Quo ex ſacro ritu Caput obnuberẽt Sacerdotes, Vñ ſit apud Opt. Max. Poetam. Et Capita ante aras phrygio uelamur amictu.

¶ Super Aſpide paucula. Ægyptiorum Reges cur Aſpida in Diademate geſtarẽt. Aſpi dis notiones, Aſpidion quid, & Aſpidiſcus. Caput LX.

EAſpide ſcitu nõ ĩdigna q̃ occurrebãt, Cõſectati Aliquot ex Nr̃is ẽtnũ ſunt, Cæteꝝ ſupant quædã nõ ĩdicta qdem, Sed multos tñ quæ lateãt fere. Quo
d noĩe publici boni ſtudio carptim a me attingent nũc. Id uero p̃mũ, Nõ ma gnope comptũ, Qui Aſpidis ictu pcuſſus euaſerit. Quo argumẽto, Vt ſignifi caret Prĩcipatus q̃dã inuicta Vis, Ægypti Regũ Mos fuit puetus, Diadema ta Serpẽtis eius Imagine diſtincta geſtare. Gigni qñq; Aſpidas cubitoꝝ qnq;, in libris ẽ ob ſeruatũ. Eſſe itẽ Atri coloris plurimũ, Vel Cinereas ẽtnũ, Viſam qñq; & fuluã Aſpida. Qui bus morſum ĩpegerit, horis uix quatuor ſupeſſe, Præfocationem qppe mox inſeq, Ac Spaſ mũ cum ſingultu. Illud ex Grãmatica ſuggeritur Supellectile, Aſpidas dici Cãpos forma or biculari, aut ubi Aſpides uiſantur plurimæ. Ἀσπιδεῖα uocant itẽ Græci τὰς τῶν ἀσπίδων πλυ κάς. Sed & in Naui partem, quæ ad Puppem uergit. Aſpidiſcos breuia dicũt ſcuta, Sed & in Scuti modum orbicularia ornamenta.

¶ Paſtoris cum Capella initus admirabilis, Deq; inde nato mõſtroſo fœtu. Crathis flu. Vñ ſit appellationem nactus. Interim Hircoꝝ Zelotypia. Caput LXII

Væ ſit Brutorum affectio quorundam in Amatoriis, Alibi attigimus, opi nor, Quod ad manum eſt, exemplum ad id ipſum ſpectans, non p̃teribo, Vt
q quam de Hircis protuli, Sententia corroboretur hoc amplius. Fuiſſe igitur apud Sybarin Paſtorem nomine Crathin, Comperi, Qui in Venerea procli uior, Capellam, ſicuti ei uiſum, omniũ formoſiſſimam deperire amplius cœ

pit, Cum'q; Libidinis incentiuo acrius exſtimularetur, Eandem mire prorſum inibat, ac frequēter, demum'q; uti Amicam grate amplexabatur, nec citra ſauiationem crebram. Quin, quod ſequens quodammodo eſt, Capellarius Amator, Quibus illam capi præcipue opinabatur, munuſcula identidem obiiciebat, pabulum uidelicet lætius, amœnius'q;, Vt quo etiamnum ſuauior illi fieret anima, Quam Labellis Labella implicando, forte'q; proſerpentem etiam reddēdo beſtiam, haurire uniuerſim, ac medullitus affectabat. Inſuper Stibade, accubitis'q; molliculis haud neglectis, Quibus, uelut Nympha, decumberet, Quieti operā impertiens. Interim Qui fuit Caprarius Ductor, ac ceu Anteſignanus Hircus hæc contemplatus, neglectui haudquaquam ſibi cenſuit habēda, Zelotypiæ concitatus tāquam œſtro uehementiore. Sed aperta ui imparem ſe coniectans, diſſimulandam doloris acerbitatem tantiſper eſt arbitratus, donec ulciſcendi commodior præſtaretur occaſio, Quæ & oblata mox eſt, Dormientem quippe, uti aſſolet, conſpicatus, ſubſidendi Locum arripuit ſtatim, Ac quanto maxime ualuit impetu, in hoſtem irruens Sinciput ei alliſit. Quo tam præclaro Latius diſiecto facinore, Paſtori monumentum inſigneſtructum eſt, Ac de eiuſdem nomine fluuio adoptatum cognomen. Ex concubitu autem Brutino natum ferūt Infantem, Cruribus matrem qui referret, facie uero Patrem. Sed & Deorum numero aſcitum, conſtans tenuit fama, fuiſſe'q; mox Hylæum Numen, Napæum'q;. Id uero Syluestre ſignat. Siquidē Saltus uocant Græci νάπας.

¶ Super Dipſade adnotata paucula. Preſter, Cauſon, Melanurus, Ammobates, Centris. Caput LXXIIII.

d Ipſadi Serpentum generis de Naturæ ratione aſcitum nomen, monumentis proditum Veteribus eſt. Cenſetur ea quidem Vipera magnitudine minor, ad inferendam perniciem celerior multo. Quos mordicus apprehenderit, ſi ti inardeſcunt uehementius, ad potum'q; efferueſcunt, Ac inde ſceſſanter hau rientes diſſiliūt mox. Cauda Lineis diſtinguitur, uti ferunt, duabus, nigris'q;, Corpore albicante reliquo, ut ſcribit Soſtratus. Sunt qui & Preſteras, ideſt πρηστῆρας nuncupent (Quanq; & eo nomine impetuoſior eſt Ventus, ac tranſuerſæ in Collo Venę, Nec non fulminis ſpecies) καύσωνας etiam Alii. Naſcuntur in Libya quidem, Sed in Arabia præcipue. A quibuſdam dici quoq; Melanuros, animaduerti. Sed & Ammobates, Necnō Centridas, ſiue κεντρίδας. Nuncupatur in re ſacrificali Dipſas item Hepatis ſignum quoddam. δικέφαλον κόνιν ubi dicunt Græci, intelligunt ξηράν.

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD DOCTISSIMVM CAELIVM CALCAGNINVM FERRARIENSEM, PRAEFATIO QVARTADECIMA.

s I unquam aliàs compertus eſt, Cui Literę fuerint omnino inſularū loco, Me eſſe eum, haud ſane inficiari queam, Cæli doctiſſime, Siquidem ſingulis impactæ Libris ad Eruditiſſimum quenque Præfationes, ſi id coner maxime, aduerſum me, uelut conceptis iurarint uerbis, teſtimoniū dictabūt. Sed & argumento eodem, te nunc in huius gloriolæ participatum admittere, ꝓſtitui. Nil celebrius fere, nil, quo frequentius ꝓſonent Eorum Aures, Qui diu iam ĩterioris Scientiæ candidati, nūc demum Veteranos agunt, immo & Ariſtarchi uirgulam, Vt Critici grauiores, exerunt candidiſſime, Quàm quo pridē ingenio, quaue reꝛ ſcientia, uel ultra ætatē dum ſapis, in Ferrarienſi gymnaſio in omne Scriptoꝛ genus dictata promas, nec citra Venerem, non Atticam qdem, Sed Romanam ꝓfſum. Quando, ut nūc eſt, profert ſe magnifice Virtus Italica, & diu iam annis carioſam quodāmodo Gręciā laceſſit. Sed & olim mihi, dum iſtic agerem, q̄ increbuerat prius, ĩnotuit abunde multiplex Eruditio tua, Quā ĩter ambulatiū culas freq̄ntes ſolers ĩgeniū tuum, núquam non p̄ſens, et in mumerato ſemp, ſingulari pro mebat oĩum admiratione. Quāobrem piaculum eſſem arbitratus, Quod nec maioribus

ioribus procurari hoſtiis poſſet, Si Cælium Cælius ꝑteriſſet tacitum in hac, qualis ea cunq; ſit, Cenſura, Qua ueluti λογάδες ſeligunt, Quibus noſtri laboris dicentur portiúculæ, Vt ſint nobis tãquam χέρνιβες, qbus ſurrecti ſtemus, Liuidulo⁹ ſic afflatum ꝓtempturi facili⁹ us. Quos Timonianũ impreſſuros dentem, haud abnuerim. Quid. n. aliud illi ſunt, q̃ plane μισάνθρωποι? Inde fit, ut inter omne Scripto⁹ genus Sillos amplexentur ꝑcipue, ament, Le gant, nulla nõ atterant die. Quin & Sillographos dici ſe geſtiũt, Ceu ſic aurei in Olympia ſtaturi uideãtur. Sed Theoninos ꝑterfluere ſino, illis nil imꝑcaturus grauius, q̃ ut Liuori im moriãtur ſuo. Nos reliqua operis inſtituti ꝓſequemur. Quãdo, ut id poſſemus, ĩenarrabilis diuinæ potentiæ Maieſtas contribuit, Quo nomine noſtri oĩno muneris eſt, ꝓdeſſe uel re⁹ cuſantibus. Poteramus in ſanctaria ĩtruſiſſe iſta, Sic q̃ Catonũ (Tertios ĩtelligo) uitare Sup cilium moleſtius, Sed malo ita. Hæc nimirum eſt ad æternam gloriam uia, Hac imprimis ratiõe Deum ĩduimus, dum illius, qua poſſumus, et fas eſt, exuberãtem imitamur largitatẽ. Tñ abeſt, ut eorum approbem ſentẽtiam, a⁹ qbus ſuccini Vetus illud ex media ſolitũ Græ⁹ cia, nouimus, οὐδεὶς οἶδε τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν, πλὴν εἴτις ἄρ' ὄφις. Infelicis ingenii arbitror, Non ſe publico natum bono credere. Sed hac in parte, an qd profecerim, Tuũ fuerit, Alio rum q̃ ex Decuria eadem iudicium. Quod ſi nil aliud uideor, q̃ ex Ionum ſententia, σωά γμ' ἔνεκα τὴν θώμιγγα, Me cõſoler, Quoniã in arduis Voluntas, uel ſola, abunde credi ſpe cioſa cõſueuit. Vnum ſcio, in iis nunquam mihi Theocritium id ĩſuſurratum, γόνυ κνήμης ἔγγιον. Quin potius nil unquam mihi parte hac antiquius, q̃ prorſum ἀρηιόδας μιμεῖσθαι, ἑτέροις φυσῶντα. Vale.

IODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LE⁹ CTIONVM LIBER VNVS, QVI QVARTVSDECIMVS.

¶ Quo diſtinguat᷑ Bulimos ab eo, quem Caninum dicunt appetitum. Vnde dicat᷑ Bu⁹ limos, & qd Cenãgia, Fames uniuerſa, & Vaccina. Citta, Anorexia. Caput Primum.

q Voniam ꝑcedenti uolumine, dum quæ ad frigoris rõnem ꝓtinent, excer peremus, q̃ miſcella ſuggerebat lectio, adnotaremus q̃. In famis mẽtionẽ ꝓducti ſumus, quã dicũt Græci βούλιμον, ex noſtris nõnulli Caninũ appe⁹ titum, Gellius uim famis nõ tolerabilem, ſicut Bupinã quoq;, Viſi q̃ oĩno ſumus Idem utroq; noſe indicare, ẽtſi Galeni doctrina diſpeſcere aĩaduer⁹ tit᷑. Nunc, ut locupletius ſatisfaciam hac Lectionũ ſtudioſis, cum in tertiũ Canonis Auicẽnæ ĩcidiſſem (ut de Paulo Æginita taceam) ubi iſta palàm diſtinguunt᷑, opæꝑtiũ arbitratus ſum, tanti in medendi ſcientia Viri placita ſubſcribere. Vt ĩtelligamus, Bulimum dici famẽ magnã ſubiecti rõne, qa mẽbra ĩfeſtet oĩa, q̃q̃ Stomacho faſtidiente, ꝓinde Vniuerſa dicit᷑ fames. Sicuti Appetitus, quẽ Caninũ dicunt, particularis. Qui poſt euacuationes, & chronicas febres, qbus reſolutio cõtingat multa, excitari aſſueuit plerunq;, Q ñq; uero Continentis uirtutis ĩbecillitate, Nã cum ꝓpetim redundãs ꝓtingat re ſolutio, cooriť ĩſtaurationis appetẽtia. Euenit interdũ & calore nimio Stomachi os infeſtã⁹ te, & ꝓpetuo reſoluente, ꝓinde ſcmp illud eſt famelicum ferẽ, quo in ſtatu urget plurimũ ſi tis. Solent inqt Galenus, Sexto de affectis locis, Quos Canina ĩfeſtet Appetẽtia, affatim im pleri, Mox uomitu leuari, aut deiectiõe, fluoreq;. Q d᷑ & ſanitatis ĩculpatæ Aĩalibus euenit plerũq;, Sicuti Seleucidibus Auiculis, Quæ Locuſtis ueſcẽtes celeriter excernũt. Cæterum Bulimus, ſeu Vaccina fames ꝓuium hẽt plerunq; Caninũ appetitũ. Et eſt membro⁹ inedia cum Stomachi facietate, ĩſigniter qppe aliměto ĩdigent, q̃q̃ id reiiciẽte Stomacho. Deduci tur res quoq; nõ nunq̃ ad Syncopẽ. Cõtingit uero ꝓſæpe iter agentibus, Algore amplius p urente, cũ frigoris uehemẽtia denſet Stomachus. Q d᷑ efficit Cõplexionis malitia ſenſitiuã uirtutẽ mortificans, ut trito Medico⁹ Scholis utamur Verbo, Atq; itẽ attrahendi facultatẽ, humo⁹ peccato, Qui Os Stomachi obſidẽt, regunt᷑q;, Iis uero madẽtes Villi expulſionem mouẽtes, attractionẽ refugiunt. Sciendũ uero in Auicẽnæ codicib⁹, Sicut & Medico⁹ fere᷑ oĩum legi Boliſmũ, pro Bulimo, Verũ, ut in ſcriptura erratũ, ita & in nominis rõne multo amplius. Nã ſunt, q a᷑ Bolo deflecti putent, tanq̃ uno tñ Bolo expleat᷑ Stomach⁹. Quę me

ra ſcitia eſt. Sed iis imptienda facile uenia eſt, q nec ex interuallo qdem Latinũ reguſtarũt atticiſmum, nedũ græcũ. Sanius, et doctius Serapio tractatu tertio, de Græca ſentit rõne p fluere, hoc eſt a` ῥοῦ, Quę particula ítendit, Et λιμὸς, Quæ famẽ Vox indicat, Q d & Aui cennæ Interpres Gẽtilis obſeruauit, Sed nec illud p incuriã tranſiliẽdũ, a` Medica rõne Græcos plerosq abire diuerſos. Nã a` Stomachi hoſtio, quod ηαρδίαν uocant, ηαρδίγμον Dorienſes, auctore Polluce, famẽ nũcupant intẽpeſtiuã, Quã Xenophon, & Cõis lingua ῥούλιμον. Sic. n. pro Stomachi ĩedia uident accepiſſe, Quod Medici nõ faciũt, Ni ad humores, q ſunt in ore ſtomachi, attractionẽ ꝑpediẽtes relatũ putes, Q d Pollux ſcribit. Plato Comicus Cenangiã. i. κιναγγίαν pro bulimo ĩtellexiſſe, aĩaduertit. Id uerbum pinde accipi debet, ac ſi Vaſos ĩanitatẽ dicas. Nõ ꝑtereũdũ temere, Q d in Libro περὶ διαγνώσεως τῶν πεπονθότων τόπων qnto ẽ a` Galeno ꝑditũ, Caninã itẽ nũcupari Cibi appetẽtiã, Vbi Canũ more aut nil oĩno, aut malos affectant cibos Mulieres, Quę res Citta uocat inqt, uel κίττα, aut κίττησις .i. Pica. Cõtingere uero hæc, ſecũdo, aut tertio a` cõceptus menſe, q d Appetẽtiæ ὄργανον, ſit oblæſum (Id uero Ventriculi Os eſt) Infanti nõ ſuppetente ui ad alimẽti conſumptionẽ, Apud Paulũ ἀνορεξίαν Legimus, q affectio intelligatur, Omnia reſpuẽtis Stomachi. ἀνόρεκτος uero ita affectus intelligitur. Idem Paulus Bulimum ὑπερβάλλουσαν, interpretatur ἀδοξίαν, in quã ſæpe recidat Anorexia.

¶ Ventrem nõ habere quid ſit. Qui dicantur Sphecodes, Sphacelodes, Sphacelus, Buphagus, Sphragidiõ, Sphærus, Cyllas, Procœlii, Popæ, Butypi, Ventri Cõcœnes. De Philopœmene pauca. Caput II.

Entrem non habere, tralatione ſcita qdem, & concinna ꝑ prouerbiũ dici de Impatore uident, uel etiam quouis alio male numato. Quoniã uetus eſt, pecu
u nias eſſe Neruos bellorũ, & Militum alimẽta. Quin & aliorum itẽ omnium, Nam Heſiodicum illud notiſſimum in Ergis,

χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

ideſt Vicem animæ miſeris mortalibus pecuniæ ꝓſtant, Quoniam peſſum euntibus Vitæ ꝑtiis, nunquã non argenteis pugnandum haſtis eſt. Ex hiſtorię autem penu promit Adagium, Nam Philopœmeni illudens Achæorum Prætori Quintius, Qui equitibus multis, & armaturæ grauioris pedite abundaret, a` pecuniis uero prorſum male haberet, dictitabat, Philopœmeni eſſe qdem manus, & crura, Ventrem aũt nõ eſſe. Quod eo tẽpore ĩuiſum, & Vrbanius, quod Corporis forma illi etiamnũ talis erat. Homines uero ita exili Ventre, de Veſparum imagine Sphecodes nuncupant, Qui ẽt Lagari ſunt, hoc eſt inanes, & ſine inteſtinis quodammõ. Veſpæ ſiqdem contractiore uiſunt parte ea, poſterioribus ꝑtenuibus, gracilibus ue, propterea acuminatũ lignum ẽt Spheciſcũ dicunt, qppe Sphe ces uocant Veſpę. Vñ Sphecones, & Sphecia ꝑ Veſpetis. i. cellulis. Sphacelos uero ad hoc ꝑtinet nihil, Eſt tamen eo nomine, uti ſecundo περὶ διαγνώσεως τῶν πεπονθότων τόπων, Galenus ſcribit, ſecundũ aliquos dolor uehemens. Alii tantum inflammationis exceſſum ítellĩgunt, ut partem ad corruptionis periculum inducat. Quã diſpoſitionem Cangrẽnam dicãt nonnulli. Sunt qui partis affectæ corruptionem Sphacelon dici uelint. Conuulſionem Aliq. Nonnulli non iam factam Conuulſionẽ, Sed quæ per inflãmationis magnitudinem expectet. Alii ẽt non ſimpliciter Conuulſionem, Sed eam, Quæ neruoſorum Corporũ inflãmationi ſuperuenit. Aliq ſimpliciter fortem tentionem. Quidam putredinem, ꝓpterea cõfuſe Archigenes Hemicranias Sphacelodes nuncupaſſe uident. Quod ut aptius intelligat, Lego, Tumores accenſos, ſi non diſcutiant, nec ſe oſtentarit Suppuratio, in Cangrænã plerunq tranſire, Quam & inflammationis magnitudine νέκρωσιν dicunt. i. Mortificationẽ, non factam qdem, Sed quæ fiat. Cui niſi occurrat celeriter, νεκρῶται ῥᾳδίως τὸ πεπονθὸν, Q d ſignat, Lęſa mortificari facile, morte inſequente. Vbi uero Senſus fuerit ex corporibus eiuſmodi omnino excuſſus, Tunc Affectionem hanc non Cangrænam appellitãt, Sed iã Sphacelon dicunt, Proinde abſcindendum protinus mõſtrant τὸ νενεκρωθὲν. Sed nos a` diuerticulo paulo qdem longiore, At non otioſo utiq, fabulam repetamus, Si illud nec tacuerimus, ex Trœzeniorum Hiſtoria Sphærum fuiſſe Pelopis Aurigam. Quãquam Alii in Olympia fuiſſe Cyllam tradunt. Sed hoc ad inſtitutum nihil. Quibus protuberat Venter, Procœlios appellant. Cœlia. n. Venter eſt, Quem pinguem, Obeſum'q Popæ nomine quidam intelligunt. Alii

gunt. Alii Phagonem malunt, ac uoratorem. Spartianus in Geta, percuſſit inquit, hoſtiam Popa nomine Antonius. Propertius,

Succinctiq́ calent ad noua ſacra Popæ.

Nam Butypos ἀρχοναυϊκῶν ſecundo apud Apollonium, dicit, q inter ſacrificãdum ſecurim Boui impingit. Buphagus uero in Arcadia fluuius eſt ab Heroe Buphago nomine adoptato, Qui Iapeti fuerit filius, & Thornacis, Quem q honeſta parum affectantẽ in mõte Pholoe peremerit Diana. Sphragidion fuit in Cithærone antrum Cithæronidum Nympharum, Quas olim ibi eſſe uaticinatas, conſtans tenet fama. Ventri Concœnes, Vt obiter ſubnotemus ali quid, non Animæ, a Plut. Sympoſiacoꝝ tertio ſcite admodũ appellant, Qui nõ in diſciplinæ, confabulationis, Beneuolentiæue participatum ueniunt, Sed obſonioꝝ modo, et uorã di uſum. Plutarchi uerba ſubieci, τῇ γαστρὶ σωλήνιος, καὶ τῇ ψυχῇ γαμετὴς. Hoſce uero in ſeptem Sapientum Conuiuio idem Plut. ὥσπερ ἀγγεῖα ἄκρατα. i. tanquã uaſa, Conuiuiis ſeſe ingerere ſcribit, uno uidelicet repletiõis ſtudio. Et qñ de Ventre Sermo eſt, Cato Senior, cũ Populum Romanum luxu, & intemperantia pditum, ac fluentẽ conſpicaret, in eum inuectus, χαλεπὸν ἔφη λέγειν πρὸς γαστέρα, ὦτα μὴ ἔχουσαν. arduum inqt, eſt, ad Vẽtrem uerba facere, Qui aures non habet. Sed, ne indictũ omnino Philopœmenem tranſiliamus, fuit Vir is Corporis proceritate, & robore nullo Peloponnenſiũ inferior, τὸ δὲ εἶδος ἦν τῷ προσώπῳ κακὸς. i. facie tamen malus, parum q tanto digna Impatore. Hic. n. eſt, quem Romanus qdã cum laudibus efferret, Græcoꝝ ultimum appellauit, ueluti Græcia iam effœta nullum deinceps Virum ſe dignum ab illo protulerit, Epaminũdæ ĩprimis uirtutem æmulabat. Et eius qdem Strenuitatem, atq animi integritatẽ, ut pecuniis incorruptum ſe p̃ſtaret, expreſſit. At manſuetudinem, grauitatẽ, humanitatem exhibere nequit. Erat. n. paulo iracundior, Vſq eo Viri magni plerunq δῖς ἀνὴρ πολιτῶν ſecum diſſident. Scitum. n. eſt, non omnia eidẽ elargiri Deum, Multo q ſæpius Virtutis occurrere ſimulacra, q uere, ac plene Sapientem.

¶ Torminum ratio. Hydropiſeos ſpecies. Hydragoga medicamina quæ ſint. Hydrus, ſiue Natrix. Grauidam, quo pacto internoſcas. Hydroſtaſiũ, Hydrocephala affectio, Hydatis, Hydrocele, Oſcheon, Hydra, Lerna, Lernæa. Caput III.

Tormina non eſſe aliud, Medicorum ſcientiſſimi pdocent, q̃ cum pmordetur Aluus, in Inteſtinoꝝ anfractibus, inuolucris ue incluſo ſpiritu, cui quęrat exitus, nec detur. Quod ſi circa umbilicũ affligit, & Lumbos, nec medicaminis ui tollitur affectio, Intempatura infeſtior coorit. Hectica partiũ earum, ita de habitus firmitate nominata. Quæ magna ex parte moram trahẽs, Vocatam ab Hippocrate Aquã Intercutem aridam concinnat. Poſteri Aquã id genus Tympaniã dixerunt. i. τυμπανίτην, Auctore Galeno, qa imus uenter ꝓpulſus, ſonitũ edit, cuiuſmodi tympana ſolent. Quod Paulus item repetit, ubi agit περὶ ὑδέρων. In Aſcite uero coacta materia non aer Flatuoſus, ſed humor dilutus eſt. Videt aũt a maiori frigiditate ꝓgigni aquoſus Hydrops, Quẽ ἀσκίτην. i. Aſcitẽ uocãt, propterea qd, inqt Idem Galenus, in abdomine, ſiue ſumine, tanq uterculo quodam humor recondit. A minore aũt Tympanias. Neq. n. humecta ſubſtãtia in flatuoſum aerem ſine calore allquo trãſmutari põt. Quoniã uero torqueri Ventrem contingit, Spiritu flatuoſo luctante, eo amplius torqueri grauidã aduertimus, ob anguſtiam, quã conuehit Vterus, ſemine intra formandi Hominis monetam locato. In de Hippocratis Sententia eſt, Si noſſe libuerit, an mulier grauida ſit, Mulſum ei crudum bibendũ dato, cum itura cubitũ eſt. Poſt ſi Venter torquet, grauida eſt, ſin minus, non eſt. Quippe ad id indicandũ inflet, oportet. Sunt & in Vẽtre dolores, Qui ſuſpẽſi, ſublimes q uocantur, non ſecundum lõgitudinem Corporis, Sed profunditatem. Interſtinguit eos circa ſedes Ventris Sumen, ſeu Abdomen. Nam qui deſuper infeſtant, ii Suſpenſi, & Sublimes uocantur. Qui uero infra, Hoc eſt in ipſis inteſtinis, atque Ventriculo, Non Sublimes intelliguntur, Hoſce uero eſſe fortiores, ac laceſſere grauius, apud neminem non liquet. Porro Aquam intercutem prolicientia, atq educentia medicamina Hydragoga, ideſt ὑδραγωγὰ uocant Græci, tanquã dicas Aquagia. Nam ὕδωρ aqua eſt, unde Hydrus item corriuatur, quem Latini Natricem uocant. Quanquam eſt & Spontiua euacuatio,

non quia ſine cauſa accidat, ſed quia nulla opa noſtra. Et qm̃ Hydropiſeos ſpecies duas pſecuti ſumus, Adiiciamus porro ex iiſdē Scholis Speciē tertiā, quā Celſus Leucophlegmatiā uocat, Albā pituitā dicere nos poſſumus, Vt quæ de pituita quadam Liuētiore cōſiſtat, aut de pituita, Quæ ſuapte ui candida ſit, Sed quæ ob alienæ temperaturā, mixtionem ue materiæ purum, & liquētē colorem amiſerit. Pōt & Albæ adiectio uideri citra diſtinctionē aſcripta. Nam & in Libro de Articulis Vertebras dixit Hippocrates dorſales, nō qa aliubi Vertebræ exiſtant, Sed ſimpliciter adiectio facta eſt. Cæteꝝ & illud cōperiſſe uideor in Libris, a Iunioribus qdem Hydropiſeos ſpecies inductas eſſe tres, ἀσκίτην, τυμπανίτην, καὶ ἐνδοφυσώδη. Hippocrates duas tantū agnoſcere uidet. Nam Aſcites, & Tympanites eiuſdem cenſentur Ideæ. In utraq; n. profuſio eſt, τῆς ἐξυδατρεμένης ὑοφῆς, in Locum inteſtinoꝝ mediū, uel Peritonæi. Verum in Aſcite plus ſeſe humoris ꝓmit, Spiritus autem minus. In Tympanite autem ediuerſo. Hypoſarcidios p totum fit corpus, ſolidis partibus in Aquæ reſolutis naturam. Vocat ſpecies hæc Leucophlegmatias item, Quā putat Hipp. ἀνίαθον. Hæc eo profluentius ſubſignaſſe uolui, Vt hac opa Cornelium Celſum illuſtrarē. A quo uerſuram qdem faciunt multi, Verum citra illius ſententiā nil fere promūt, perinde ac uerba ſint ueterum Sacroꝝ, Quæ demutaſſe piaculare flagitiū plane cēſeri debeat, Quod q; hoſtiis maioribus procures. Hydropicaꝝ aūt affectionum, Vt Æginita Paulus ſcribit Medicinę tertio, Initium κακοξίαν κακλεῖν εἰώμεθα, ideſt dicere Cachexiā conſueuimus. Et quoniam ab hydor cornuata prælibauimus, Illa itē Auctarii uice ſubiiciamus, Hydroſtaſiū appellari paludem paruā. Hydrocephala uero affectio infantilis eſt, humore Aquoſo in Capite cōcepto. Hydatis, ideſt ὑδατὶς ſubſtantia intelligit pinguis Palpebræ ſubſtrata pelli κατὰ φύσιν. Hæc in pueris parte plurima, utpote humectioribus auctior facta, συμπτωμάτων αἰτία γίνεται, ideſt Accidentium cā eſt, oculo grauato, proindē q; ῥευματίζεται. Hydrocele Oſchei, ſeu Scroti affectio eſt, ex ſeptem una. Habet nāq; inibi Porocele, Steatocele, Sarcocele, Epiplocele, Cirſocele, Enterocele. Quod de Oſcheo diximus, ſignat id Verbum Marſyppium quoq;, Sed & onuſtum Vuis palmitem. Hydra deniq; iis cognatum uocabulum ē, Eam uero ſe arbitrari Pauſanias ſcribit, feram magnitudine Hydros excedentem alios. Cuius uenenum ita foret ἀνίαθον, Vt Hercules eius felle tingeret τὰς ἀνίδας, ideſt Sagittarum ſpicula. Caput præterea habuiſſe unum, etiamſi Piſander Camireus, quo uideret res meticuloſior, & Poema plauſibilius, plura ei contribuit. Lernæ quoq; mentionem facit Pauſanias idem, ait q; inibi Teletas celebrari in Cereris honorem, Quæ uocant λερναία.

¶ Argenteo uomere araturos, Cur delphica pronuntiarit Vates, ſcitantibus Lacedęmoniis. Necnon oracuło eodem, quid ſit Eulacha. Caput IIII.

Liſtoanacta Pauſaniæ filium, eundem q; Lacedæmoniorum Regem, cum ab inimicis uehementius premeretur præter alia, prodūt Auctores celeberrimi, etiam inſimulatum, Quod cum Ariſtocle fratre Promanti hoc eſt, delphicæ Vati perſuaſiſſet, Vt Lacedæmoniorum Theoris (ſic autem uocant, Qui ad petenda proficiſcuntur oracula) illuc miſſis hæc reſponderet. διὸς μοῦ ἡμιθέου τὸ σπέρμα ἐκ τῆς ἀλλοτρίας εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀναφέρειν. εἰδὲ μή, ἀργυρέαις δύλαξαι δύλαξειν. i. Ioue ſati Semidei prolem ex alieno ſolo in ſuū reducere. Alioquī argenteo araturos uomere. Scias profecto uel hinc non immerito a Græcis Loxiæ cognomēto Apollinem celebrari, Q d obliqua, tortuoſa, uel numero Platonis obſcuriora forent illius reſponſa. Quid enim eſt, Argenteo araturos uomere? Nam dorica Lingua, qua utebantur Spartani, Vomerem Eulacham dicunt, Quamuis eo nomine intelligant Alii Dicellam, hoc eſt, Ligonem, ſiue ſarculum, ἀπὸ τοῦ λαχαίνειν, ὅτι σκάπτειν, ideſt a fodiendi uſu. An illud coniectandum? Inutilem fore agrorum cultum? Sic enim fiat, Si utatur quis argenteis inſtrumentis, inſita molicie minus ſuffecturis terrarum proſciſſioni. An illud potius, Ingentem futuram frugum inopiam, & in ſumma caritate pretio intolerabili conſtatura omnia, ut flagellata annona, uideri poſſint, etiam argenteis in agricolatione inſtrumentis uſi? Hinc ſcitiſſimum, Et perinde reconditum aucupamur adagium, ut ingruente magno famis diſcrimine, Araturos uomere argenteo terram homines, pronuntiemus.

¶ Aratri

¶ Aratri partes. Vrbibus aratrum circunducere quid ſit. Propertii locus explicatur. Sed & Seneca reſtituitur. Syluaꝝ prefecturã Conſulibus iniungi ſolitam. Prouincię maiores, minores q̃, quæ ſint. Virgilii Locus enarratur. Caput V.

Oſtea uero q̃ in Vomeris, & Aratri mentionẽ forte incidimus, pergamus porro ſubnectere, Quæ ex magnis, claſſicis q̃ Auctoribus comperta nobis ſunt, Quantum mediocris ingenii Vires, Eruditionis q̃ ſuppetunt, Græcorum copiam multiplicem, uariam q̃, ac reconditam doctrinam in noſtra iura tranſferẽtes, & quodammodo Ciuitate, aut Latio donãtes. Eſt enim hęc uelut traiectitia pecunia, & plane optimarũ artiũ optima, honeſtiſſima q̃ Mercatura. Quid enim hac humanis in rebus conducibilius, Quæ omnia ad uictũ, ad cultũ, ad præſidiũ, ad delitias deniq; Vitæ pertinentia cõportat, Vt fiant quodãmodo Cunctoꝝ cuncta cõmunia? Idem propemodum in noſtris lucubratiunculis fit (Si tamen iſto nomine nõ uidemur applauſum captare) Sed tanto forte uel præclarius, quanto Animorum bona longe putantur excellentiora. Aratri partes igitur haſce inuenio, Primum quidem Echetlen, Id uero eſt rectum lignũ, Quod inter arandum manu continet Arator, totum q̃ aratrum permouet. Pars autẽ illa caua in Echetle, ubi inſidet manus, uocat Chirolabes. Vbi uero infigitur Echetle, dicit Alya. Elyma nũcupatur, cui inhæreat Iugum, ſicuti Pollux ſcribit. Heſiodi uero Interpres, Gyes inquit, eſt, quod alio modo Aratri Gonation uocat. Elyma eſt quod Gyę infigitur, adaptatur q̃, in quod Vomer immittitur, Qui Hinnis dicit, Cuius ſummũ appellat Nympha. Gyen ſunt qui latine putent Dẽtale nũcupari. Hiſtoboeus, qui & Hiſtoboe appellat, Lignũ eſt ad Iugum uſq; protenſum inter utrunq; Bouem, Cuius apicẽ uocant Coronẽ. Loꝝ aũt latũ, quo adnectit Iugo, Echebœum, uel Meſobœũ, aut Meſabœũ dicit. Hiſtoboeũ quidã barbare Stauarion uocant, uelut Hiſtouoarion. Rhymos uero eſt in curru Temo, a' ῥύω traho. Nã Ampron, unde apud Lycophronẽ ἀμπρῶνα, uerbũ, ẽ funis iter utrũq; Bouẽ, ſiue Equũ Temonis uice ꝓtẽſus. Cercis uero lignea radius eſt, q̃ in Iugi foramẽ immittit. Is radius appellat Embryon, uel Endryon. Zeuglæ ſunt, quæ à Iugo ꝓpendẽtes hinc inde Boum colla amplexant. Quędã ex iis nominant ab Heſiodo in Ergis, uerſibus illis, quos & appoſui.

Δάφνης δ' ἡπτελέης ἀκιώτατοι ἰσοβοῆες
Δρυὸς ἔλυμα, πρίνος γύης. βόες δ' ἐννεατῆρες.

Non tempero mihi, qn Vetuſtatis morẽ ſubſcribã, Quo euertẽdis Vrbib⁹ aratrũ ĩducebat, Sicuti in cõdendis idẽ adhiberi cõſueuerat. Significant id Senecæ uerba libro de Clemẽtia primo. Deĩde inqt, cędibus in exitia gẽtiũ ſerpe, & iniicere tectis ignẽ, Aratrũ uetuſtis Vrbibus inducere. Etiãſi in uulgatis mõ codicib⁹ ſcriptũ circunfert corrupte Apatrũ, ſenſu nullo. Sentẽtiã noſtrã abũde ꝓfirmarit Oratius Carminũ primo. Imprimeret q̃ muris hoſtile Aratrũ Exercitus inſolens. Et Acron Interpres, Cõdẽdis inquit, atq; euertẽdis Vrbib⁹ hæc ꝓſue tudo fuit, ut Aratro fieret. Virg.

Interea Aeneas Vrbem deſignat Aratro. Item Cicero de Euertẽda in Philippicis, Libro ſecũdo. Vt Vexillũ uideres, & Aratrũ circunduceres. In eũ porro ſenſũ accipio illã Proptianũ, ẽtſi doctiſſimi Viri ãplius in eo ſub Mãdragora uident ꝓſopiti.

Mœnia cum graio neptunia preſſit aratro

Victor palladię ligneus artis equus. Et Modeſtin⁹ digeſtis, Quib⁹ modis Vſufruct⁹ amittat. Si inqt, Vſufruct⁹ Ciuitati leget, Et aratrũ in ea inducat, Ciuitas eſſe deſinit, ut paſſa eſt Carthago. Ideo q̃ quaſi morte deſinit habere uſufructũ. Sæpe. n. In Poetis enarrãdis in gerunt ſe, Quæ, ſi altius ꝑpendas, intercutaneã requirunt Eruditionẽ, ẽtſi noctuinos intendẽtib⁹ oculos plerũq; uident extrita, ac Vulgaria, Cuiuſmodi Virgilianũ illud ex Bucolicis.

Si canimus ſyluas, Syluę ſint Conſule dignæ. Qua in parte Scientiſſimus Poeta morem reſpicit ueterẽ, Quo Cõſulibus Syluarum, & Collium iniũgebatur cura, ne compingẽdis nauibus materia unquã deeſſet, Quæ ſane Prouincia minor dicebat, Vt a Maiorib⁹ dĩſtingueret, Quas Cõſulares dicebant. Proinde in Cæſare Tranqllus, Ab Optimatib⁹ datã ſcribit operã, Vt Prouinciæ futuris Conſulibus minimi negotii. i. Syluæ, Colles q̃ decerneret. Apud Iureconſultos de Prouinciis mẽtio minoribus eſt, In quis Syluaꝝ ſtatuit Cura.

¶ Miſſilia Fortunæ quæ intelligi debeant. Et quid Miſſilia. Odorati Imbres qui. Catachyſmata eſſe item Miſſilia. Caput VI.

m Iſſilia Fortunę tralatiõe ſcita, & ꝑegãti, ac ꝑuenuſta dici poſſe aĩaduerto nũcupatiõe una, Quę bona dicere ꝓſueuim⁹ externa, Cũ appellatiõe eiuſmodi intelligerent Veterib⁹ munuſcula nõ modi uni⁹, quę in uulgus iactare qñq; moris fuit. Cui⁹rei uel Impator ſecũdo iſtitutionũ cõmeminit. Vna ẽ inqt Seneca, ad tuta uadẽdi uia, externa deſpicere, & honeſto ꝓtẽtũ eſſe. Nã qui aliqd Virtute melius putat, Aut ullũ ꝓter illã bonũ, Ad hęc, quę a' Fortuna ſpargũtur, ſinum expandit. Hanc equidem imaginem animo prudẽtiſſimus qſq; proponere debet, Ludos a' Fortuna fieri. Et in hunc Mortalium cœtum honores, diuitias, gratiam excutere. Alia quorum inter diripientium manus ſcinduntᵉ. Diuiduntur alia, ſocietate infida. Alia magno eorum detrimento, in quos recidere, prehenduntur. Hinc non eleganter minus Miſſilia expectare dictitabimus eum, q ex Fortuna pendet totus, eius'q; uiſcatis inhiat beneficiis, quæ inſidias uerius arbitrat' Sapientiſſimus qſq;. Miſſilium quoq; captum emi quandoq; ſolitum, ſcribit Pomponius, digeſtis de contrahenda emptione. Porro Miſſilia pro telis, quę in hoſtem emittantur, ſciunt omnes. Calendis de niq; decembribus Domitianũ legimus ſub noctem iuſſiſſe ſpargi omnis generis miſſilia in populum. Quam rem Martialis ſæpe notauit, Et Papinius primo ſyluarum.

Iam noctis propioribus ſub umbris Diues Sparſio quos agit tumultus?

Seneca ſcribit Libro Controuerſiarum ſexto, Muſam Rhetorẽ, q multum habuit ingenii, Sed cordis nihil, Affectate nimis Sparſiones hoc genus appellaſſe odoratos Imbres. Fiebat enim & Sparſio liquoris odorati in Spectaculis. Sicuti naturalium ſecundo idẽ meminit Seneca. Proinde Muſa item tumidius, putidius'q; dixiſſe uidetur de Siphonũ ui excuſſis liquoribus, Cęlo repluunt. Papinius tamen poetico excurſu ita canit.

Ducat nubila Iupiter per orbem:
Et Latis pluuias minetur agris,
Dum noſtri Iouis hi ferantur Imbres.

In hoc genere ſunt, quæ a' Græcis uocantur κατα χύσματα, de quibus apud Ariſtophanem quoq; legimus Pluto.

φέρε νυῶ ἰκὸ ἔισω, κομίσω κατα χύσματα
ὥς πῦρ νεωνήϑισιν ὀφθαλμοῖς ἐτώ.

Moris quippe Athenienſium fuit, Nouitiis Seruis primum ingredientibus domũ, prope' ſocum profunderent per illos Capita Palmaceos fructus, Collybos. i. numos. Legumina, Caricas, Nuces, id genus plura, quæ a' Conſeruis ſic effuſa rapiebantur, & a' re dicebantur Catachyſmata. Quoniam Catachyſis profuſio eſt. Erat hoc illis εὐετηρίας σημεῖον, Hoc eſt annuę ubertatis indicium. Quin & Sponſi caput perfundere ſic quoq; aſſueuerant, Quorunc̃ũq; item, ominis boni captandi gratia. Inſtituti eius meminit Theopompus.

¶ Clepſydræ cur tardius fluãt hyeme, Et naues itẽ lentius cõmeent ꝑ flumina, Sed plus geſtitẽt oneris. Cur Mare undabũdum incaleſcat. Reliqs aqs agitatu frigeſcẽtibus. Cap. VII.

l Egebamus nuper ingenti ſtudio Plutarchi ſcientiſſimi libellum phyſiologicum. Indidem cum alia pleraq; ꝑcerpſimus, quæ nobis in pluribus egregie, uelut cõniuentibus, qui hominũ mos eſt nimio plus frequẽs, ſuffragata ſunt. Tum illud, quod & ſubnectam ſtatim, Clepſydras tardius multo hyemali tẽpore profluere, quàm ęſtiuis horis. Eius rei phyſica deprehẽditur ratio, quoniam ex ambeuntis, & obſidentis ui frigoris grauior, corpulentior'q; fiat aqua. Proinde obſeruatum id quoque Prudẽtioribus. In fluminibus nauigia Sydere eodem tardius commeare, quanquam & illud afferri ſolet. Fluuialem aerem ſemper quidem motui obſiſtere, ac eſſe grauem, Sed hyeme eo amplius ex circumuallantis ui frigoris. Quæ res itineris celeritati officere, manifeſto deprehenditur. Quod uero craſſeſcens aqua tarditatẽ inferat, Illud item mirũ indicio fuerit, quod πλείονα γόμον φέρει τὰ ποτάμια πλοῖα τῦ χειμῶνος, plus deuehant oneris hyeme nauigia per fluuium cõmeãtia, denſior. n. aqua obſiſtit, renititur'q; amplius, Quod in mari nõ fit. Illud nanq; denſari, ac craſſeſcere inſita ꝑhibet caliditas, Ob quam neq; item concreſcit. Hinc percipimus, unde nam ſit, quod in eadẽ naturæ parte mirabiliter fieri perſpicimus, Etenim reliquarum natura aquarum eſt, ut cõmotiõe, agitatu'q; frigeſcant. Mare autem modo afficitur diuerſo, Siquidem undabundum incaleſcit. In illis quippe ἐπεισόδιός ἐστι καὶ ἀλλοτρία ϑερμότης, ideſt aduentitia, & peregrina habetur caliditas. Propterea illam motus externat perfacile, digerit'q;. Ad eandẽ ingenitã, domeſticam'q; mari amplius

mari amplius excitant Venti, & alimenta ſubiiciunt. Caloris inſiti argumentum eſt, ἁλμυρώτερα, καὶ τὸ μὴ πήγνυσθαι, καίτοι ἧττον γλῶδη, καὶ βαρέα, ideſt Pelluciditas, tum quod nō coit mare, quamuis terreſtre, ac graue.

¶ Mari Dionyſium demergere, quid ſit. Cur Vino immiſceat maris aqua. Plinius illuſtratur. Cur Delphini circa Liberum Patrem. Caput VIII

Raculum Vetus redditum quandoq; accepimus, quod & Piſcatoribus per-
celebre fuit, Eſſe Dionyſium demergendum in mare. Id ſignificabat, Vino
o marinam aquam affundi oportere, Facit enim ea res defecatius uinū, & firmius, ac incorruptius. Id q abſunt a mari, cōſequi putant gypſo, ſi exuſſerint prius, Probabatur autē ex Zacyntho præcipue. Recenſetur itē ad hoc ipſum ab Athenęo Dionyſii fuga ad mare, quoniam eo ſuauius fiat Vinum. Marinę autem aquæ ratio uideri poteſt ea, Quod frigiditatem illius exigat caliditas innata. Quæ maxime Vini reſtinguit uim, Corrumpit q. Niſi dicamus potius, terreſtrem marinę aquæ uim ſtypticam ſubſtringere, quod in uino aquoſum eſt, ac flatuoſum, ad q mutationem, pcliue. Sed & Salis natura attenuans, liquefaciens q peregrinum, ac redundans, graueolentiam, putrefactionem q fieri prohibet. Inſuper craſſum, ac terreſtre id, quod in uino eſt ponderoſum, præcipitat in ima, facit q hypoſtathmē hoc eſt, ſedimentum, & feces, quibus de cauſis relinquitur uinū defecatius, purius q. Ex iis opinor, inferri lucem aliquam naturali hiſtoriæ Plinii, Dum Vini, quod clariſſimum curæ nomen accepit (dicitur nanq; Biæum) rōnem explicās Libro tertio & uiceſimo, Vuas inqt, pauloan maturitatē decerptas ſiccari Sole acri, ter die uerſatas per triduū, quarto exprimi, dein cadis Sole inueterari, Ac largiorē marinā promiſceri mox aquā, A ſerui furto origine orta, ſic mēſurā explētis, quod tralatum in album muſtum, Leucochrum appelletur. In aliis Gentibus ſimili modo factum Tethalaſſomenon uocant, de maris nomine, quod Thalaſſa eſt. Vnde & Thalaſſiten dicūt, cum uaſa muſti deiciuntur in mare, quo genere præcox fit, & Vetuſtius. De iis plura Dioſcorides ſyluæ medicinalis, quinto. Et Columella ſcribit, ab illuſtri Agricola Patruo ſuo Vina ex collibus ita cōdiri conſueſſe, ut Maris aquam decoctam ad tertias pro ſale adiiceret, quod ſic tum maior fieret menſura, tum odoris melioris, uerū ingruere periculum, ne uitietur Vinū, Si male cocta ſit aqua. Eam uero q̄ longiſſime a litore ſumendam prędipit. Quod hæc liquidior ſit, ac purior. Eſſe tamen Vina, quę id minus patiantur, locupletiſſimus quoq; teſtis Oratius eſt.

Procedit fuſcus Hydaſpes
Cecuba Vina ferens, Alcon Chium maris expers.

Illud Varronis præditum monumentis, ex iis, quę iam copioſius enarrauimus, diluceſcit opinor, egregie, Inſtitutum fuiſſe Veteribus, Vt circa Liberum Patrem Delphini appingerent, quanquā in ea re fabulis inuoluta proferri multa, non fere latet.

¶ Cur mare dulcibus aquis minus frigidum. Item cur pellucidius. An Aqua ſit coloris expers. Colorum diſtinctio. Caput IX.

Væritur uero a Principe Peripatetico, quid nam ſit rationis, Quod dulcibus
aquis minus ſit Mare frigidum. Et omnino τὸ ἁλυκὸ τῶν γλυκέων, ideſt Salſi
q humores dulcibus. Protinus uero id affertur argumentum, Eſſe omnino ſpiſſius Mare, ac corpulentius. Quæ uero eiuſmodi ſint, minus poſſe refrigerari, Sicuti amplius ualent incaleſcere, Siquidem inſita denſitate melius calorem conſouere. Sed & illa nō inepta ratio eſt, Mare utiq; eſſe pinguius. Nam neq; flāmā æq; pōt extinguere, atq; aquarū reliquę. Omne porro calidius, qd pinguius. Prętera terrę plurimū in ſe continere, Indeq; eſſe ſiccius. Quod autem ſiccius, idem calidius eſt. Craſſum, terroſum q in Mari illud manifeſtum facit, quod qui eiuſmodi aqua ſe lauerint, ocyus reſiccantur. Vbi enim humoris eſt modicum, Siccitas induci celerius poteſt. Quod ſi dicat, eſſe Terram ſummopere ſiccam, ut ſecundo de generatione, & corruptione prodit Ariſtoteles. Eſſe item poſt aquam eximie frigidam, Sicuti in Libro de Cęlo, & Mundo comprobare uidetur Auicenna, etiamſi Metaphyſicæ nono mutaſſe ſententiam eſt uiſus, Reſponderi poteſt, Intellexiſſe Philoſophum non quidem de ſiccitate naturali terræ, in qua terrę ratio eſt, Sed de

aduentitia, quam Iuniores uocant Participatam, Vt quæ a' caliditate adnexa proueniat, caliditate inquam, tum ex multiplici motu, qui in parte illa naturæ contingit, Qui excalfacere poteſt, tum impreſſa a' continente inflãmato. Quæ amplius illic denſitatis ui cuſtodiri ualeat. Quod uero & pauloante pellucidum eſſe mare, aſtruebam⁹, Scribit Idem Auctor Ariſtoteles, θάλατταν εἶναι διὰ πλοτέραν τὴν πολύμιξ, παχυτέραν δ' οὖσαν. λεπτότερον γὰρ τὸ πότιμον τοῦ ἁλμυροῦ, ideſt Mare perſpectius, dilucidius'q; eſſe, quàm aqua potui idonea, etiamſi craſſius ſit. Dulcis enim ſalſa tenuior. Cæterum tenuitas cauſa non eſt, Cur mare dilucidius ſit, Sed directi meatus, hoc eſt διηνωρίαι τῶν πόρων, id faciunt, Quos tum plurimos, tũ ampliſſimos continet. Ergo illa potu idonea ſpiſſa ex tenuitate partium ſuarum eſt. Salſa ampliorib⁹ interſtitiis inanit, hoc eſt, μεγάλα ἔχει τὰ διάκενα. Vel quia purius, ſyncerius'q; mare eſt. Terra enim nulla in eo permanat, Harena ſuo põdere delapſa in imum ſubſidet. At humor dulcis mixtus cum terra eſt, Quæ interueniens facit, ut cito perturbetur. Sciendum tamen, perflante Aquilone, Mare perſpectius, atq; tranſlucidius eſſe, quàm auſtro. Nam mare, quãdo ſerenum eſt, colorem trahere ſibi aſſolet. Ineſt nanq; pingue aliquid in ſucco ſalſo. Indicium eius rei eſt, quod die tepidiore, oleoſum quiddam ſecerni uidemus. Ergo tranquillo, tepidiori'q; mari ſuccus iſte ſua leuitate per ſumma panditur, Quod Aquilone minus fieri poteſt cauſa frigoris. Eſt autem aqua tranſlucidior, q̃ oleum. Id enim colore obducit'. Aqua uero expers Coloris, uiſui obuia aptiorem ſui præſtat ſuſpectionẽ. Neq; uero miret' quiſpiã dici aquam Coloris expertem, Quamuis ſententia Philoſophi in libro de Senſu, & Senſili aſtruere uideatur, nullum omnino corpus eſſe coloris expers. Inſuper & color ſit uiſus obiectum proprium, ex ſecundo de Anima. Aquam porro' uideri, ne dubium quidem eſt, proinde colorata uidetur & ipſa. Eſt autem Colorum ſpecies duplex, Eſt enim Color quidã uerus, Qui dicitur extremitas quędam corporis opaci, Qui utiq; complexionẽ ſequitur ex elementorum proueniẽtem qualitatibus. Huiuſmodi uero color ſolum reperitur in mixtis corporibus, & terminatis. Eſt uero color alter non uerus, qui utiq; id omne intelligit', quod apprehendere ualeat uiſus. Propterea in ſecunda Animę hiſtoria dixit Ariſtoteles, Colore uiſum moueri iuxta lucidi actum. In quem Senſum accipimus illud quoq;, cum audimus, Nullum Corpus eſſe coloris exors.

¶ An Mare Speculi uice imaginem reddere queat. Virgilii locus expenditur. Eiuſdẽ loca duo reſtituuntur, Ex Georgicis unum, Ex Aeneidos ſexto alterum. Caput X.

Xiis uero palàm fieri poteſt, quid ſibi uoluerit Seruius Grãmaticus ſuper eo Virgilii loco in bucolicis.

e Nec ſum adeo informis, nuper me in littore uidi,
Cum placidum uentis ſtaret mare.

Non reddit inquit, nobis imaginem Mare, quia non ſtat, atq; etiamſi ſtet, reddere nõ poteſt. Cur. n. nõ poteſt? An quia, ut ex Peripateticis probauimus Scholis, in ſerenitate colorẽ ſibi trahit Mare, & Oleoſum ſupnatat pingue, Indeq; reddi imago neqt? Quod in ſpeculo obnubilato ꝓſpicere licet. Et in aqua, ubi Caro prępinguis fuerit ꝓcocta. Quod uero ait Poeta, Cum placidũ uẽtis ſtaret mare, Tranqllum inquit in naturę Quæſtionibus Seneca, Mare dicitur, cum leniter commouetur, Nec in unã partem inclinatur. Quod & de Aere iudicandum eſt, Qui nunquam immobilis eſt, etiamſi quietus ſit. Verum aliubi Seneca idem, Fons inquit, cuiq; pellucidus, aut lene ſaxum imaginem reddit. Virgilius, Nup me in littore uidi. Nam in Alcyone Lucianus, ἀκύμαντον δὲ, καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος ὅμοιον ὡς ἐπεῖν κατόπτρῳ. Quietum inquit, & tranquillum mare uniuerſum, ac ſimile, ut ita dicam, Speculo. Sed & alibi in dialogis, quos uocat ἁλιεῖς, ideſt marinos, ἀπὸ πέτρας τινὸς, ἐπότε γαλήνη εἴη, ἐπανακύψασα εἰς τὸ ὕδωρ εἶδε σαυτὴν οὐδὲν ἄλλο, ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς. Ex petra inquit, ſiquando ſit tranquillitas, in aquam procumbẽs inſpice te ipſam, nil aliud, q̃ albam omnino. In iis uero tam diſceptantibus Auctorum ſentẽtiis habet, quod proferat, perſpicax, & ingenioſus Lector, Si quæ de Aquilonis rõne, deq; Auſtri pauloante ſunt allata, rependat amplius. Et, Quoniam Virgilii Locum excuſſimus, Iuuemus eũdem pro Virili, Apud quẽ in Georgicis Ita legendũ uideť Eruditis, Vbi Pecudũ adnumerãtur remedia.

Et Spumas

Et Spumas miſcent Argẽti, Viua'q; Sulphura.
Ideas'q; pices, Et pingues unguine Ceras.
Sic enim agnoſci a` Seruio, & Macrobio, Nõ ut modo paſſim lectitamus, Ac Sulphura uiua. Eſſe.n. Dactylicũ Carmen, Cũ in Sede poſtrema Dactylũ ſeruet. Sicut Æneidos itẽ Sexto,
Quin protinus Omnia
Perlegerent oculis, Ni iam prẽmiſſus Achates
Afforet.

¶ Cur Maris aqua hyeme ſit amara minus, Et dulces item æſtate fiant deteriores. Caput XI.

s Cribit in Cauſarum naturalium libro, quẽ & ſupra aduocauimus, omniũ calculis doctiſſimus Plut. Maris aquas hyemali ſydere minus ſentiri amaras guſtantibus. Cõmemoratum id & a` Dionyſio hydragogo. Euentus autẽ omnibus conſpicui ſic ferme` rationem pergit promere. Maris illã aſperitatem, omnino interſitæ dulcedinis habere quippiam, Vt pote numeroſis illuc deoluitis fluminibus. Cęterum quod dulce eſt, cui genuina inſit leuitas, ac proinde fluitans ſupnatet, corripit eueſtigio, haurit'q; Solaris poteſtas, dum æſtiuis horis latius uim ꝓpagat, fundit'q;. Quod hyeme nequit, flacceſcẽte Syderis ui, quod abſcedat longius. Proinde minus, minus'q; ſurrigi quippiam ex mari poteſt. Hinc cõſequens illud eſt, ut dulcedine ſubſiſtente uniuerſa, qcquid amari, uirulenti'q; eſt, remittatur, ac dilutius factũ dulceſcat quadantenus. Quod eatenus uerum fatentur, ut & cognitum experimentis tradatur, etiam Potui accommodas aquas Aeſtatis ardoribus labi in deterius. Quod late craſſans Solis potentia, ut optimum, quod'q; eſt, ita maxime decoquat inde, ſuſtollat'q;.

¶ Cur Mari quieſcente, Nauigia obſorbeantur quandoq;. De Terræ Cauitatibus. Natam eſſe duplicem. Caput XII.

c Ontingit uero nonnunquã res maxime mira, nec niſi cunctanter promenda in literas. At quia maximis eſt ingeniis prodita, nullius prorſum Momi Theoninus nobis dens reformidandus. Contingit inquam, Nauigia quandoq;, dũ curſum agunt, hebeſcente motu maris uniuerſo, repente abſorberi, tota'q; ita perire, ut ne naufragium quidem fluitans uiſatur uſquã. Id euenire putat Ariſtoteles, prærupta terrę cauernoſa, hiante'q; inanitate, mari ſubiecta. Nam inſimul ſubſidẽtibus aquis, in mare nauigia introrumpere, ad interna'q; Spiritus ui pertrahi. Cum'q; impulſu pari circumundiq; agitentur, ad ima ferri, neceſſe eſt. Quod apud Meſanam euenire cõſueſſe, reciprocante freto, palàm eſt, Vertiginum ratione. Neq; uero abnuat aliquis, in ſubterraneis Cauitates haberi, quamuis Elemẽtum hoc ſit ſumme graue, uti quarto Cæli comprobatur. Quod uero eſt eiuſmodi, naturæ ſuę nutu ad ima relabitur, conſtipatur'q; undiq;. Et proinde cauitas omnis tolli uideť. Cęterum eſſe naturam nouimus duplicẽ, Particularẽ unam, Vniuerſalẽ alteram. Et Particularis qdem eſt, quę unicuiq; attributa, ſemper conſeruationẽ intendit. Nec in eo accidere ꝓmittit qcq̃, quod perniciem paret. Quod ſi perpendimus, nullã prorſus intra terrã admittemus ꝓcauitatẽ. Sed eſt Vniuerſalis quædã ratio, & eadem cæleſtis, Quę in hęc inferiora agit aſſidue, Caloris ſupni uis utiq; manifeſta. Ea qppe humidi exhalatione poros, meatus'q; in materia efficit terrena. Ex qbus & Cõcaua multis partibus ꝓnoſcunť. Patet id & ardoribus ęſtiuis, hiante terra. Siqdem calidũ uentoſum eatenus terrę partes extẽdit, Vt tumentes attollantur, rumpantur'q;. Sententia Ariſtotelis, opinor, notiſſima eſt, ex Meteororum primo. Quod inqt, τοιαῦται φάραγγες, καὶ διαστάσεις τῆς γῆς, ὀνλλέγειν οἱ καταποτάμιοι τῶν ποταμῶν. i. eiuſmodi hiatus exiſtant, & terræ cauitates, indicio ſunt, quę abſorbẽtur flumina. Id cũ alibi ſępe ꝓtingit, Tũ in Arcadia imprimis.

¶ Nauſeabundos cur faciat mare. Iuuenalis illuſtratur. Caput XIII

u Erum ut interim ad ea quoq;, quę noſtri ſunt calculi, reſpectemus, iam hinc pergamus ambagioſa perpendere inuolucra, quę a` noſtrorum Sciẽtiſſimis inſerta lucubrationibus ſuis, ita illotis, ut aiunt, pedibus ab iis, qui eorum enarrationes ſuſcepere, tranſmittuntur, ut arbitrari uiderẽtur, eſſe ea exculcata neſcio quæ, & paulo accuratiore ecphraſi ꝓrſus indigna. Quod ſi aceti quippiã

fuiſſet in pectore, ſecus omnino expendiſſent. Nos uero, qui publico emolumento iſta muſ/ſitamus, & Grammaticas ſæpe fętutinas, & prędancida allidimus interpretamenta, nō dif/feremus ea promere, quæ ſciolæ Triuialium turbę nunquam ſuboluere. Mari nauigātes fie/ri nauſeabūdos, prope norunt omnes. Gellius ſignificat. Sed Iuuenalis illud quis nō legit?

Si iubeat Coniunx, durum eſt, conſcendere nauem.
Tunc ſentina grauis, tunc ſummus uertitur Aer.
Quæ Mœchum ſequitur, ſtomacho ualet. Illa maritum
Conuomit, hęc inter nautas & prandet, & errat.

Non'ne putabit ingenioſiſſimus quiſq; fuiſſe iudicii excuſſi, & naris emunctę, ſicuti ait ille, diligentius perpendiſſe, unde nam iſta obueniant, Quæ Scientiſſimus Poeta, reconditę do ctrinæ ſeminarium quoddam, Carminibus inſperſit, Et paſſim iactari audimus? Sed ne diu/tius quem ſuſpenſum habeamus, noſtra uenditantes præter modum, ueluti plane hic fortu nation ſit Alabanda, aut Iouis accumbenti polliceamur Cerebrum, Hæc ſunt obſeruata no/bis ex Plutarcho. Nauſeabundos eſſe maiorem in modum mari iter agentes, quam qui flu/minibus, etiamſi γαλήνη fuerit, hoc eſt minime undabundum elementum. Huius autē euē tus manifeſtarii eam eſſe rationem, Quod ex ſenſibus ναυτίαν κινεῖν, ideſt nauſeam concita re imprimis Odoratus poteſt. Ex Animo aūt affectiōibus id ipſum efficit prędipue timor, Siquidem ita affectos tremere, atq; inhorreſcere ſpectamus, atq; itē Aluū ire inſigniter, dū amplius imaginē meticuloſi cuiuſpiam ꝯcipiunt impēdentis. Id uero obuenire ui interanea petentis caloris, auctor prodit Ariſtoteles. Eius qppe poteſtate aluū fundi, & ueſſicam. Ac reddi faciles. Nam & Anethum, & Abſinthiū, & quæcunq; urinam mouēt, eadem calida eē, manifeſtū eſt. Cętex nil hox euenit per flumen cōmeantibus. Odorandi qppe uis Aquę potui idoneę, dulci'q; eſt perfamiliaris. Rurſum & nauigatio eſt citra periculum oē. In mari diuerſa cōtingunt. Odorem quippe inſuetum grauiter ſentimus. De'q; futuro amplius ſoli/citi ſumus, præſenti haud ſatis fidentes tranqllitati. Proinde æſtuans Animus, ac fluctuans corpus ſimul cōcitat, ac replet pturbatione. Propterea primo Canonis Auicenna, Mari in/quit, cōmeantibus plerūq; accidit Vertigo, & Corporis deuolutio inſimul, Sed & Vomitus faſtidiente ſtomacho. Mox tamen reſident omnia. Horū autem ratio euentuum, inqt Inter pres, profluit fere ex uehementi humorū agitatione, ac Spirituū ob frequētem nauigationis motum. Nā & ſententiarum quarto Hippocrates Nauigationē eſſe argumento ſcribit, Cō motione acrius perturbari corpa. Cætex eiuſmodi Vomitum haudquaquā retundēdum, ſubſtringendum'ue, Medicæ ſciētiæ decretum eſt, Quoniam aduerſus ægritudines multas præmunitio ſit. Quin Auicenna idem tertia primi, Lepræ, Hydropiſi, Apoplexię, Stoma/chi frigiditati, necnō inflationibus eiuſdē, Vomitus rōne, excellenter adiumento eſſe naui/gationem ſanxit.

¶ Cur Theologiā, & Phyſicen ſpreuerit Ptolemęus. Maris regionem eſſe Aquax locum proprium, non Maris. Mare quid uocent Hebręi. Quid Mare Tiberiadis. Aquarum diſtin/ctiones, & in quo genere conſtituendum Mare. Caducæ aquæ quę intelligantur. Chryſor/rhoas fons. Aquarum item miranda natura. Anigrides Nymphę. Cap. XIIII.

Eſſe in rerum natura pleraq; ita occluſa prorſum, & in eiuſdem abdita maie/ſtate, ut nulla ingeniorum ſolertia, aut indaginis cura peruęſtigari potuerint ſatis, A Phyſiologis proditum eminentiſſimis, euidens eſt, Sed & Medici ad iecere calculum. Quo nomine Mathematicorum principem Ptolemæum le/gimus, Theologiam, & Phyſicen contemptui duxiſſe, Quod illam præſigni rerum excellentia humana imbecillitas deprehendere, uel conſequi haud queat. Hæc uero ob inconſtantem, perpetuo'q; fluentem materiam capi, teneri'q; minime poſſit. Nos tamē, neſcio quo Genio, multa ſæpicule indidem prælibamus, quod læta ſe nimis rerum ubertas, ac uelut Maza, ut dicitur, alba in uiretis illis uarietate oſtentet inenarrabili. Quibus hiſce noſtris ſtudiis multum adiici ornamenti floridioris, ut Enarrationum neceſſitatem præte/ream, nemo, arbitror, tam exoculatus, qui non uideat. Proinde quomodocunq; recaſura ſit res, Propoſitum tenebimus. Et quæ de Maris ratione comperta nobis, ingerere pergemus.

Qua in parte

Qua in parte multa præterire, neceſſe eſt. Sicuti quod Plutarchi monumentis relatum, ſcio, Pythagoricos ſanxiſſe, θάλατταν εἶναι κρόνου δάκρυον, ideſt mare eſſe Saturni lachrymam. Necnon primo Controuerſiarum a' Seneca poſitum, Sacrum quidem terris natura circunfudit Oceanum. Qui iam Syderum collegerunt metas, & annuas hyemis, eſtatis q; uices ad certam legem redegerunt. Quibus nulla pars ignota mundi eſt, de Oceano tamen dubitãt, Vtrum'ne terras, uelut uinculum circunfluat, An in ſuum colligatus orbem, & in hos, quibus nauigatur, ſinus, quaſi ſpiramenta quædam magnitudinis exæſtuet, Ignem poſt ſe, cuius augumentum ipſe ſit, habeat, an Spiritum. Taceo & declamantium ſententiam plauſibilem. Ita rerum natura eſt, Poſt omnia Oceanus. Poſt Oceanum nihil. In id amplius intẽ diſſe animum iuuat, Quod Phyſicis placet, Ariſtoteli'q; imprimis. Quem tenet Mare locũ, non eſſe maris. Sed ſimpliciter Aquæ. Sic enim Meteororum ſecũdo legimus. οὐ γὰρ ὁρῶμεν κατέχουσαν τόπον τὴν θάλατταν, ἔστος ἂν ἦν θαλάττης, ἀλλὰ μᾶλλον ὕδατος. Et ante dixerat, abſonum uideri, & a' ratione abiunctum, Si nõ ſit Aquarum locus proprius, Sicuti elemen torum reliquorum. Inde fluuios omnes ad mare, tanquam ad ſuum delabi locum. Fluxus ſiquidem in magis cauum cadit, quod ſuum eſt aquæ. At mare magis cauum totius terrę pe tit locum. Ex linguæ ſuæ proprietate, Aquarum congregationem quãlibet dicunt Hebræi Mare. Vnde in ſanctis literis Mare legimus Tiberiadis. Pauſanias Heliacorũ primo λίμνην uocat τιβεριάδα. Quam pertranſeat Iordanis, & mox paludem influat alteram, Quam itẽ θάλασσαν nuncupant νεκράν, ideſt mortuum mare. Opinionum uarietatem, quid omnino cenſendum ſit eſſe mare, quas exequitur copioſe Plutarchus in Libro de iis, quæ Philoſophis placent, tranſeo ſciens. Id modo recenſuerim, quod non prætermittit Albertus, fuiſſe, qui ita aſtruerent, Terram uniuerſam quãdoq; fuiſſe opertam aquis, Solis'q; craſſantem uim, præſertim in meridie, inde Vapores eduxiſſe, Qui in Aerem, ignem'q; attenuarentur, atq; ita humectam naturã deminuiſſe. At in Septentrione loci frigiditate non defeciſſe maria. Proinde cum in homogeneis idem ſit de toto, ac de parte iudicium, colligunt, fore quã doq;, Vt totum inareſcat mare, Et Elementa tria modo fiant. Quod & Democritum ridiculę nimis adcredidiſſe, ſubnotauit Ariſtoteles. Ad Cuius doctrinam exuberantiorem, ut in reliquis naturæ perpenſionibus, ita & parte hac examinatiſſimam reſpectemus ſubinde, Aquarum inquit Meteororum ſecundo, & ſignificat etiam Seneca, Quę circa terram, & in terra ſunt, Aliæ quidem ſunt ῥυταί, hoc eſt fluitantes. σάσιμοι uero aliæ, Quas dicere Stagnantes poſſumus. Et fluitantes quidem omnes πηγαῖαι ſunt, ac è fontibus aliquibus fluendi habent initium, uti fluuiatiles, & manu inſtitutę. Stagnantium autem aquarum quędam ſunt fontanę, Quędam ſunt Syllogimææ, hoc eſt Collectitiæ. Fontanæ Stagnãtes partim Hominum comparantur induſtria. Vt φρεατίαι, ideſt puteales, Ciſterninæ'q;. Partim naturales omnino ſunt, Quæ exiguos habentes fontis, & locorum cauitates profluere, dilabi'q; non queunt. Collectitiarum autem aquarum aliæ ſunt pluuiæ. Aliæ ex fluminum curſu excipiuntur. Et Vberes quidem, ac perennes ſufficientes aquas, Paludes uocãtur. Sin autem minores, dicuntur Stagna. Si perexiguę, Volutabra. Cum hęc ita habeantur, Qui aiunt, χειρόμικτον, ideſt manu productum' Mare, toto, ut dicitur, aberrant cælo. Quãobrẽ cum ſuapte conſtet natura, aut fluitans erit, aut Stagnans. At fluitans nõ eſt. Quo enim modo hunc fecerit fluxum? nam qui Hyrcanum Mare, & Caſpium colluſtrarunt, nullo ipſa in loco copulari, inuicem'q; inter ſe iungi, animaduerterunt. Horum neutrum fluitare, fluxu'q; elabi, compertum eſt. At uidetur alicubi mare diffluere, Videtur utiq;, Sed in terrarum angustiis. Vbicunq; enim ex lato pelago in anguſtum mare cogitur, cũ ſit ambiẽs terra ipſum pelagus editior, altior'q;, ob id fluere, ac refluere in aliam, atq; in aliam uidetur partem, quo adeius hinc, atq; illinc libretur aqua. Fluit quoq; mare ab eminẽtioribus ad magis Cauerno ſa, & dehiſcentia loca ob multitudinem fluminum in ſublimiores partes eius influentium. Vtcunque autem fluat mare, In ſeſe fluit, ac reciprocatur. Non in aliud ſe recipit, uelut in ipſum Fluuii. Qua ratione Aquam maris inter Stagnantes eſſe, colligitur. At non eſt fluida. Quæ autem Stagnans eſt, ea aut fontana, aut Collectitia eſt. At ſi fontana, erit etiam fluida. Fontana ſiquidẽ aqua ſuapte natura Stagnans non inuenitur. Reliquũ uero eſt, ut ſit Collectitia. Atq; Collectitia nõ eſt ex fluminibus in ipſum confluẽtibus, ẽtſi multa ſunt, et maxima. Quare ex fontib⁹ poti⁹, q̃ ex fluuiis duxerit Principiũ. Sed ita deniq; defluæ

foret, Proinde Sapientum plerique eius naturæ partis æternitatem commenti sunt, & sine principio esse mare astruxerunt. Obiter uero Capiti huic adglutinari potest id quoque. Caducas dici aquas ex castellis, aut fistularum emanationibus effluētes, quas a' principibus impetrasse, quanquam ægre, quosdam legimus. Fuit apud Trœzenios fons, Quem uocant χρυσορρόαν, Cuius perennes aquas præcipue sunt admirati in nouem annorum siccitate, quibus pluit nunquam, arescentibus cæteris omnibus. Apud Mothonem in Peloponneso Putealis uisebatur aqua Pici intermixta, Cyzicino maxime unguēto assimilis. Apud Thermopylas, ubi χύτρους dicunt γυναικείους, Aquam se uidisse miram, Pausanias scribit. Xanthā præterea, nec a' sanguine magnopere differentem fuisse in Hebræorum Ciuitate apud Ioppen, Vbi Cruorem interfectę belluę lauisset Perseus. Sed apud Astyra exaduersum Lesbi nigra scaturit aqua. Anigri aquam in Peloponneso fœtere extra modum, constat. Tantę absurditatis causam arbitratur Pausanias, terræ, ac Vaporum uirulentiam. Cuiusmodi & sup Ioniam sint Aquę. Ad Chironem Alii referūt, Aut Centaurum alium Polenora, ab Hercule uulneratum, Qui uulnus ibi abluerit, felle hydrę luridum. In Samica regione, ab Anigro haud diffita uisitur Spelunca, Quam Anigridum uocant Nympharum. In ea siquis Alpho laborans, aut leuca, Nymphas apprecetur, sacrificiis etiā promissis, abstergat' q; pollutas corporis partes, ac fluuium enatet, mox euadere incolumem, & ὁμόχρων.

¶ Mare cur salsum. Et cur nam calidiore tractu scintillare uisatur. Cap. XV.

Alis autem, amaroris'ue incoqui saporē ab eo, quod stat, & omnino sub Sole euaporat, Ex stante siquidem, quod tenuius est, exhaurit Sol. Quod uero
s crassius, relinquit, quod tanquam aquæ sit superfluitas, salsum est, ac amarū. Nam sicuti in Animantium corporibus potabili humore ingresso ad nutriendum, amara, & salsa redditur, quæ in Vesicam corriuarit superfluitas. Quod cognata animalibus Caliditas potabile trahat, quod in pulpas, & reliquam corporis substantiam, ut eius natura est, uertat. Id ipsum & in aqua contingere, coniiciendum est. Nam cum sit tota pariter dulcis, quod eius potabile est, per euaporationes a' calore Solari secerni tur. Reliquum, utpote superfluitas uniuersi, salsum est, & amarum. Hāc opinionem etiam comprobasse Plinius uidetur. Et secundo metaphysicę Aristoteles item exposuit. Sed coarguī potest. Quoniam quantum inde resecatur euaporationibus, tantum suffici, manifestum est, fluminum accessu. Proinde colligi posset, debere in statu eodem maris naturam permanere. At quidam, inquit Aristoteles, dixere, τὴν θάλατταν ἐκ κατακεκαυμένης γενέσθαι γῆς, hoc est, mare salsedinem contraxisse, quia terra, super qua residet, aut in ambitu est, a' Sole sit adusta. Sed hoc quidem inquit, absurdum est, Quod uero ex terrestri adusto id ρtingat, Verum utiq; est. Nam cum duo sint uaporum genera, Alterum frigidum, & humectū. Reliquum frigidum, & siccum, Ex iis Vapor unus e' maris attollitur supficie. Alter ex imo surrigitur Solis, ac Stellarum ui. Quoniam uero aqueus Vapor subtilior est, ideo in aerem eo eleuato, remanet terreus uapor crassior per mare dissipatus. Aquæ uero frigiditate illum circūuadente, ppellitur ad eum ipsum caliditas, quæ expulsa illius partes urit, atq; ita Salis incoquitur Sapor. Sal enim est terræ combustæ species. Et ideo liquescit frigido, & humido. Cogitur uero calido, & sicco. Quod Meteororum quarto probat Albertus. Si autem excedit mensurę modum adurens calor, Tunc Vapor ille Sal non efficit', Sed ueluti Cinis. Quo facto, ingeneratur aquis amarissimus Sapor. Nam adustę res, a' quibus secretum fuerit humidum totum, ut cinis, & eiusmodi alia, amarorem concipiunt euidentissimum. Sudor, & Vrina hoc ita esse significant, Quæ aliud non sunt, quàm ciborum superfluitates salsę. Quoniam in eas agit urens calor, qui si fuerit excellens, etiam fiūt amaræ. Quoniam uero Terrestre ex Aquæ commixtione propter illius perspicuitatem ad albedinem tendit, est' q; in eo urens calor, inde fit noctu præcipue, ut fluctuans mare scintillare subinde uideatur, præsertim excellenter salsum, calidiore tractu.

¶ Cur pluuiis quibusdam incoquatur Salis sapor. An Vera sit Plinii sententia, Aequorum superficiem esse dulciorē. Aquarum dulcium ratio. Cur stet Mare. Aquarum colores.

Halipedon

Halipedon quid ſit, & cur dicatur. De Maride menſura, & Marila. Caput XVI.

e Xiis porro, quę diximus, manifeſtum fit, Cur Pluuiarum aliquę guſtum Salis concipiant. Illis enim permiſcetur Vapor calidus, & ſiccus, dum attollitur humectus, & frigens. Immo q̃ calidum expulſum a frigido ſiccum exurit in nube, quę cauſa ſalis ingenerat pluuiis Saporem. Eiuſmodi uero eſſe, Ariſtoteles ait, νότια ὕδατα θαλατύτερα, καὶ τὰ πρῶτα τῶν μετοπωρινῶν. Hoc eſt auſtrales aquas craſſiores, & Autumnaliũ primas. Auſter enĩ & magnitudine, & ſpiritu ęſtuoſiſſimus eſt uentus, flatq̃ a locis ſiccis, & calidis. Cęterum prius, quàm a ſalſedine digrediamur, Excutiamus quæſo Plinii ſententiam, Qui, ubi ait, Tenue, dulceq̃ ui ignea erigi, Linqui uero, quod craſſius, aſperiusq̃ eſt, clauſulam infert eiuſmodi. Ideo ſummam æquorum aquam dulciorem profunda. Sed hoc eſſe perſpicue falſum, Ariſtotelicis demonſtratur argumentis. Quibus eſſe omnino contra colligitur, ſuperius uidelicet mare ſalſius eſſe, ac calidius, quàm inferius. Immo & in puteis quoq̃ potu idoneis, pars ſuperna ſalſior eſt, q̃ima, Quanquã, ut uerum fateamur, eſſe contra debuit, Grauius enim quod ſalſum eſt. Quę res forte Plinium mouit. At quia Sol, & Aer partem humorum leuiſſimã aſſidue detrahũt, dulciſſimum autem, quod leuiſſimum eſt, Potiſſimumq̃ de propioribus locis hauriunt, Et maris igitur, & aquarum dulcium ſumma exercet Solis uis. Itaq̃ Salſius id eſſe, neceſſe eſt. Quod his reſiduum eſt. Vnde humor dulcis exactus eſt, Quàm unde uel nihil, uel minus abiit. Proinde calidior quoq̃ pars eadẽ ſuperior eſt. Salſum enim quàm dulce, calidius eſt. Illud tamen non inficiatur Ariſtoteles idem, Maris partem terrę proximam, eſſe dulciorem, uel quia frequẽtius moueatur, Salſus enim humor cum mouetur, dulcior redditur, uel quia in profundo Salſior aqua eſt, Minus autem alta, quę proxime terram eſt. Quamobrem quę ſtatim a terra pręcipiti altitudine deſcendit, Salſa eſt. Nec dulcedinis tantũdem reddere poteſt. Cuius rei cauſa eſt, quod falſa ſuo põdere in imum deferatur potius. Profluentes aquas idem Philoſophus ideo dulceſcere, opinatur, quia per terram percolentur ſubinde. Quicqd grauius eſt, aſſidue ſubſidente. Non profluere uero ſalſiores aquas grauitatis ratione, Etenĩ ſtabile eſſe, quod graue. Calidas tamen etiamſi falſas profluere, quoniam in iis Salſuginis pondus ingenita calori leuitas exuperet. Adiiciamus illud Superpondii uice, Pictores conſueſſe non inepte admodum flumina expingere pallore quodam inſignia. Mare cęruleum. Lacus uero candidos, hiſce nanq̃ aquis hi plane inſunt colores. Halipedon eſſe regionem dicunt, quam olim operuerit mare, nunc uero aridam, uelut ἁλὸς πεδίον. Alii eo nomine maritimum accipiunt Locum. Poteſt eo uerbo itẽ intelligi ſpatium, in quo circumagi, exerceriq̃ poſſunt Equi. A uerbo ἁλινδεῖσθαι. Sed tũc flatilem reſpuit prima. Illud obiter adnotarim, in Gręcis auctoribus, dictionem, quæ eſt Maris, nil ad præſens facere negotium. Nam eo uerbo menſura intelligitur ſex capiens Cotylas, ſiue Heminas ſex. Eſtq̃, generis maſculini. Marila uero languidus dicitur ignis. Item puluis, ac Carbonum tenuiſſima. Vnde illud, Faber fumo oppletus, & Marila.

¶ Mare eſſe Animantibus ſimile, de eiuſdem purgamine. Item de Solis bobus. Caput XVII.

q Voniam uero maris naturam indagine ſcrupuloſa perqrimus, Illud neutiq̃ tranſmittendum uidetur, Eſſe Mare Animãtibus perſimile. Siquidem ut illę reciprocatione perpeti nunc uitalem efflant Spiritum, nunc reuocant, Sic & Mare uiciſſitudine perpetua in ſe, & ex ſe recurrenti agitatione quadam, & præcipue mira modo profertur, modo refertur, reſilitq̃. Id uero perſtanti in litore, contemplantiq̃ palàm facit fluctuãtis aquæ commotio. Pariter enim pedes diluit ſeſe porrigens unda, renudatq̃ uelut refugiens, aſſilitq̃ mox, irrequieto motu appetẽdo ſemper, quæ relinquat. Rurſumq̃ relinquendo, quæ appetat. Hinc illa indeficiens alienorum eiectatio, Algę in litus profuſæ argumento. Fit quidem hoc perflantibus Ventis, utiq̃ amplius. Cæterum & in malacia, & Abterraneis flatibus, Qui ab Ariſtotele dicuntur Apogęi. Nihilo enim minus in terram defertur fluctus, quamuis in diuerſum reflante uento, Velut proprio quodam maris motu cum eo pariter agitato. Quamobrem cum Cadauera, & Nau

fraga deniq; omnia fluctuum propulſu, repurgantis ſe maris quadam imagine, ad terras p/ trudantur. Tauriminitanum litus Copriam dici animaduertimus, ideſt Fimũ, quando quę in Charybdin fuerint præcipitata, illuc deniq; reuomuntur. Inde quoq; eſt Plinianũ illud, Omnia plenilunio maria purgari. Quædam & ſtato tempore. Circa Meſanam, & Mylas ſi mo ſimilia expui in litus purgamenta. Vnde fabula, Solis Boues illic ſtabulari. Meminit & Loci, & Boum Apollonii Interpres Libro quarto. Mylę inquit, Siciliæ Cheroneſus. In qua Solis boues paſcebantur. Sed & rem quoq; cum fabula recenſuit in naturalium quæſtionũ libris Seneca. Dignum forſan quæſtione arbitrabuntur nõnulli paulo literatiores, Quid ſi/ bi hæ Solis Boues uelint. Eas uero Poeta nobilis Odyſſeæ primo uidetur nouiſſe. Verum ſcire ꝓuenit, quandoq; prioribus recepti fuiſſe moris, Soli animalia dicare, quod apud claſ/ ſicos obſeruatum Auctores eſt. Nam & Apollonię, quæ in ſinu Ionico eſt, ſacras Soli Oues fuiſſe, Græci ſcribunt, Quæ interdiu ſecundum fluuium paſcerentur. Noctu uero ſtabulan/ tes in antro, ab urbe non procul cuſtodirent delecti Viri, diuitiis, & genere inter populares ſplendidiſſimi, ſingulis annis ſinguli. Quod ex Oraculo quodam Apolloniatæ oues eas p/ magni facerent. Proinde Eueno, ut fertur, uaticino Vigiliam edormiente, cõtrucidatis Oui um pleriſq;, Lupis craſſantibus, publico Apolloniatum decreto, cum ſe Is minus tueri quiuiſ ſet, eſt exoculatus.

¶ De Amphitrite, & Phorco. Grææ quę ſint. Quid Ampotis in mari. Item de Maris coloribus, ac epithetis uariis, Oenopo imprimis, & Myrtoo. Caput XVIII.

q Vod ſi leuioris item operę quippiam adglutinandum deniq; eſt, Scribit Op/ piani Interpres, dici Amphitritẽ Neptuni quidem Vxorem, Sed pro mari fre quenter accipi, ratione etymologica etiamnum ſuffragante. ἀφ' ὧν ἀμφοτέ/ ρωθεν τρίτην τάξιν ἔχειν, ideſt quod utrinq; tertium obtineat ordinis gradũ. Superne ſiquidẽ Æther eſt, Aer, Aqua. Rurſum in imo Herebus, Terra, mox item Aqua. Idem fere & Allegoriarum Heſiodi Auctor ꝓdit. Sed adnectit ſimpliciter eẽ Amphitritẽ Aquarum hypoſtaſin. Ex Grecis item illud eſt, Extremum Maris ambitũ Phor ci nomine intelligendum, Propterea Ponti, & terræ dici filium, Qui Cetonis congreſſu ge nuerit Greas, a partu ſtatim canas, Quia breuibus incidens unda Spumas concipiat, recte Vetularum nomenclatura ſignificatas. Illud grauius, Vbi profluit mare, inundat'que dici a Græcis πλημμύραν, ideſt Exundationẽ. At Vbi ſubſederit reciprocando, fieri, quã uocant Ampotin, ideſt ἄμπωτιν, ſiue Reciprocationem, ut eſt apud Plut. Sed nonnulli etiã Gur/ gitem tranſferunt, Poſtremo illud nõ prætereundum, multis quidem Epithetis mare apud Poetas inſigniri, quæ tamẽ non ubiq; congruãt, Sed partibus plurimum. Glaucum ergo cũ dici audis mare, Concipe, quod profunditatis habeat parum, præter'q; ſubiectam harenam albidi coloris, ſic enim ſubſplẽdicat Glaucus color. Vbi Cani appoſitum adiicitur, inaudiẽ da eſt litoribus alliſa portio. Nuncupatur quandoq; μέλαν, ideſt nigrum quod intenſius eiuſmodi conuiſitur. Nam purpureum, Cyaneum, Oenopon Melaniæ, ideſt nigredinis cẽ/ ſentur ſpecies. Cum ergo cuiuſpiam horum adiectio fit, Scire licet, quod partis eſt, Vniuer/ ſo attribui. Quod uero οἰνοπον diximus, Aduertendum, id de uini colore produci. Quo/ niam Veteribus nigrum modo id erat. Quando album, aut Cirrum, uel Anthoſmiam nec/ dum excogitarant delitiæ, Sicuti auctor probat Euſtathius. Myrtoum quidem mare a Myr tilo auriga Mercurii filio certatim Latini, Græci'q; nuncupatum, tradidere, Quem prę cipita rit Pelops. At inquit Pauſanias, non fit ſimile ueri, Quando exiguam Maris partem Is ena/ uigauit, Ab Alphei exitu ad Heleorum nauale, Proinde inqt, aſtruendũ dici, a Myrtus no/ mine, ut uideꝫ, inſignis mulieris, Quæ Euboeorum opinio eſt. Pertingit uero Myrtoũ ma/ re ab Eubœa, Ad Ægei maris Inſulam Helenam, Quæ eſſe deſerta dicitur.

¶ Vrſi manus cur partibus cæteris ſuauior. De uerbo ἀρκτόνυξιν. Enarratur Iul. Pollux; Puellas dici conſueſſe qnandoq; Arctos. i. Vrſas. Caput XIX.

u Rſi manus eſſe inter eſitandum prædulces, inſigni'q; ſuauitate, traditum eſt; Sic autem anteriores eius animantis pedes nuncupant, Quod eorum ſit fun/ ctio duplex, incedendi, καὶ τὸ ἀντιλαμβάνειν, ideſt & apprehendendi. Eius rei rationem

rei rationem quærebamus anxie. Sed nec ita diu exudandum fuit, Præſto ſiquidem curioſius, & ſolicitius indaganti Plut. fuit, in libello nimis utiq; confragoſo, detruncatoque, Sed quicquid eſt, non omnino inutili, in quo rerum, euentuumq; naturalium cauſas perquirit, & philoſophico perpendit examine. Inibi igitur ratio eius, quod eſt propoſitũ, hæc ferme redditur. Quod percoquentia Corporis alimentum carnem præſtent quacunq; alia ſuauiorem longe. Concoquit autem præcipue omne, quod difflat. i. τὸ ὀψπιέον. Id uero eſt, quod mouetur, quodq; exercetur, Sicuti Vrſus partem hanc agitat plurimum, tum inceſſus ratione, tum apprehenſionis. Cæterum in hac Vrſorum mentione ſuccurrit, quantum Ingenii ſuppetunt Vires, & multiiuga lectio fomenta ſuggerit, explicandus Pollucis nodus impli-
catior aliquanto, Ita enim Onomaſtici quinto libro ſcriptum legimus. ἀρκτύεσθαι δὲ τὰς παρθένους ἔλεγον ὁδῆμος ὁ ἀτθικός. Quod eſt, ἀρκτύεσθαι Virgines dicebat Atheniẽſis populus. Id uerbum ſignat, Dianæ prius, quàm tempus appetat nuptiarum, Virgines cõſecrari, initiariue. Quod Lyſias ſcribit in oratione pro Phrynichi filia. Si tamen ex eius illa prodiit officina, Decreto nanq; ſancitum Athenienſium erat, Neque Viro puella traderetur, ἐμὴ ἀρκτύσειε τῇ θεῷ, ideſt niſi ſacra obiiſſet Dianę. Induebantur autem ueſte, quam Crocotã nominant, Nec decimo ætatis anno grandiores, Nec quinto Inferiores, Iiis autem placari credebatur Diana, Quæ cauſa eiuſmodi indignationem concepiſſe uidebatur. Ferunt quãdoq; Vrſam feram in Attica ita cicurẽ factam, ut homines nihil auerſaretur omnino, ſed cõ paſceretur, Multaq; licentia huc illuc, nemine impedimentum inferente, peruagaretur. Contigit, Puellam quandam laſciuiuſcule cum bellua colludere, Quæ irritata puellam facto impetu, proſcidit. At fratres rem intuiti, ac commoti acrius, Vrſam iaculis impetitam necarũt. Ex qua cauſa peſtilens morbus latius per regionẽ craſſari cœpit. Conſultis Oraculis, reſpondit Deus, mali non defuturum finem, Si Virginum nonnullas cõpellerent τῆς πολυτησάσης ἄρκτου ἀρκτύειν, ideſt Vrſæ peremptę honori Dianę dicari. Nam & puellę ſic uocabãtur Arcti. i. Vrſę. Quod perſpicue docuit Euripides in fabula Hypſipyle. Et in Lemniis Ariſtophanes, ac Lyſiſtrate.

¶ Ætnæus Venator qui nam prouerbio intelligendus. De florida ætnææ regionis natura. Ouidius explicatur. De Proſerpina quædam, & Ætna. Theogamia feſta, & Antheſphoria. Item de Rore. Caput XX.

a Etnæum uenatorem ſcito admodum, & docto prouerbio uſurpari poſſe, animaduerto, pro eo, cuius ſit caſſa, inutilisq; uenatio, Quiq; ſicut inanis, pgreditur, Ita etiamnum regreditur. Sed unde hoc? An quia illis regionibus ſyluę fuerint negatę? An quod ferę ibi uiſantur nunquã? immo uero eſſe ibi utrũq;, & affatim quoq;, fatendum eſt. Dictat id & loci natura, & feliciſſimum Cælum. Nec ſuperciliorum, montiumq; indiga regio. At qui ſubeſſe cauſam oportet. Subeſt profecto, ut docuit Plut. Sed non alia, quàm qua coniectamus δυσίβδυτον τὸν τῶ ἔαρος ὥραν. i. Vernum tempus indagini eſſe ineptius. Nam, uti prodit Empedocles, ferarum Cemmata hoc eſt Luſtra naribus captantes Canes, τὰς ἀποῤῥοίας ἀγκλαμβάνουσι, ideſt Aeris defluxus excipiunt. Quos in ſylua oberrantes reliquiſſe feras, contingit. Cæterum eos interextinguunt paulominus, ac odore miſcello confuſaneos reddunt Stirpium pleræq;, latius odore profuſo. nec non Coronamentorum ibi haud exigua uis Odorinſecos fallit, Odore ferarũ indidem dilutiore, ac tantum nõ euanido. Euenit autem hoc anno perpetuo in Sicula, quã prænotauimus, regione, Adeo ut rari prorſum uenaturi loca obeãt eiuſmodi. Floridæ uero regionis eius naturę teſtimonium ſuggerit & poetica fabella, Quæ legendis ibi floribus intentam Proſerpinam rapturo Plutoni uelut anſam, occaſione captata, præbuiſſe cecinit. Argumento ſuffragatur Auſonius illis uerſibus, quos & ſubiiciendos cenſuimus,

Qualis floricoma quondam populator in Ætna
Virgineas inter Choreas Theoida raptam
Suſtulit emerſus ſtygiis fornacibus Orcus.

Quo nomine Aſyli quoq; uice cultam inuenio regionem illam, conſenſu tacito, neſas putãtibus incolis, animal ullum omnino oblædi inibi, aut uiolari. Quin argumento eodem Proſerpinæ feſta dixere Theogamia, & Antheſphoria. Tractus eius naturam nouiſſe item ani-

maduertitur Ouidius faſtorum quarto.

Tot fuerant illic, quot habet natura, colores,
Picta'q; diſſimili flore nitebat humus.

Hæc eo appoſui gratius, quia per poeticam ἔκφασιν dici iſta opinati plerique intercutaneę doctrinę nil latere ſuſpicati, facile in utranq; aurem ſibi dormire permittunt, qui niſi Mādragoram præguſtarint, poterunt inde forſan peruigilate excitari. Adde quod Cāpos eos eſſe perpetuo floridos, ſcribūt Solinus, & Cicero. Et, quod ad rem magnopere facit, in admirabiliū relatione tradit Ariſtoteles, tantam ſuccreſcere inibi florum copiam, ut inde Canum fagacitas inſigniter oblædatur. Nec illinc amoueri, niſi adhibita ui, queant. Nec me fallit, quod ad Proſerpinam attinet, Orpheum, Pauſaniam'q; in Attica rem geſtā ſcribere, qua Cephiſus amnis Eleuſin præterit. In Cuius etiam Ripis legentem flores Orithyiam Chœrilus a Borea raptam canit. Priorem de Proſerpina ſententiam comprobat in Verrem M. Tullius, necnon Ariſtoteles, Diodorus, Solinus. Cabarnum uero principem omniū Cereri Proſerpinæ raptum indicauiſſe, Stephanus ſcribit. Ætnam autem eſſe Siculę regionis montem, nō eſt, qui neſciat. Eum ita nuncupatum, auctor eſt Theocriti Interpres, ab Ætna Cæli, & Terrę, ut inquit Alcinus. At in Libro de Sicilia Simonides Aetnam iudicaſſe ſcribit, inter Vulcanum, Cererem'q; de regione diſceptantes. Demetrius uero Caletianus Briarei unius e Cyclopibus filios fuiſſe tradit, Sicanum, & Aetnam, unde nomen monti, Quāquam eſt eadem nomenclatura Ciuitatis itē nomen, Stephano tradente. Sed ad Venatores redeo, Quę rit Plut. διὰ τί τοὺς παυσιλήνους ἥκιστα ταῖς ἰχνοσκοπίαις ἐντυγχάνουσι, ideſt Cur circa plenilunia ferarum aſſequi ueſtigia non fere queant. Et infert, uideri poſſe rationem eiuſmodi, quæ iam præpoſita eſt, Nam inquit Plenilunium droſobolum eſt, & iactat rorem. Qua ex cauſa Lyricus Alcmam, Roſidam humectationem Iouis, & Lunæ filiam cecinit, cū inqt, διὸς θυγατερ' ἔρσα φέφει, καὶ σελάνας δίαν. Ros uero debilis eſt, & Imber tenuis. Sed & Lunę imbecillis eſt calor. Quamobrem e terra, ut Sol, educit, nec agit tamē in ſublime, cum uires deſint Longius abducendi. Inde rurſum delabitur. Porro & in frigoribus difficilis eſt Venatio, Quoniam Venatorem oportet, non ueſtigia modo quærere, Sed etiam Olfactum moueri. Hic uero mouetur, molliter diffuſis a caliditate odoribus. Frigoris autē circunfuſio, quam uocant Græci πρόψυξιν, odores contrahit, καὶ οὐκ ἐᾷ ῥεῖν, nec ſinit effluere, ſenſum'q; mouere. Ex quo unguentum, & uinum per frigus olent minus. Nā concretus Aer ſiſtit in ſeſe odores. Nec reddi permittit.

¶ Fumum, Vmbram. Nubes capi pro re momenti nullius. Capnoſphrantes. Capniſtę carnes. Qui dicantur Selli. Narciſſi fabella. Vmbrā ſuā metuere qd. De Paſpale, & Achne. Item Atheres quid. Et Abydena. Abydocome, Mation, Matiolichus. Cap. XXI

IN Græcorum Commentariis inter cætera doctrinę grauioris id quoq; relatū obſeruauimus, non reconditum quidem, nec ab intimis Sibyllæ adytis erutum, non aſpernabile tamen, nec lectione prorſus indignum, Fumum. Vmbram. Nubes de rebus dici, quæ prorſum momēti ſunt nullius, nec titiuillitio faciendæ, ut ille ait. Teſtimonium in Antolyco perhibet Eupolis, καπνὸς ἀφ' ὧν φαίνει, καὶ σκιάς .i. fumos oſtentat, & umbras. Quin Comico riſu Philoſophos coarguens Ariſtophanes, Qui attoniti cæleſtia contemplarentur, Nubes fuiſſe illis uice numinis obiicit, καὶ ξυγγενέσθαι ταῖς νεφέλαισιν εἰς λόγους, ταῖς ἡμετέραισι δαίμοσιν. Et congredi conſueſſe cum nubibus, quæ deæ ſint nobis. Inuenio Theagenem quendam fuiſſe cognominatum. καπνὸν. i, fumum, Sicuti Eupolis quoq; ſignificat, ἐνδήμοις, quod multa polliceretur quidem, Sed nil admodum præſtaret. Erat inſuper hic ψευδοπλοῦτος hoc eſt ementitus diues, & Iactator uaniſſimus, Qui cum eſſet ſumme pauper, nihilominus uolebat magni momenti negotiator, hoc eſt μεγαλέμπορος uideri, ut Græci dicunt. Cuiuſmodi fuit Aeſchines q dam Selli filius, ex quo id genus homines, quod relatu dignū eſt, Sellos uocant. Et inde uerbum σελλίζειν, hoc eſt Selliſſare, quod ἀλαζονεύεσθαι ſignat. i. iactare, oſtētare'q. Capnoſphrantes', ideſt fumi olfactator, uelut per paroemiam ſignat auarum Hominem, præparcum'q. καπνίζειν, ideſt Capniſſare, dicitur Conuiuii gratia ignem ſuccendere, & Caminuti luculento.

uti luculento. Vnde apud Athenæum Carnes leguntur Capnistæ. i. τὰ κρέα καπνιστά. Apud Paulum Iureconsultum legimus, Iniuriam intelligi, Siquis fumo corrupto aliquem perfuderit. Vmbram uero pro re cassa, nihili'q; sæpius accipi, non est, puto, qui nesciat. Sed in hac mentione obseruanda magnopere, quæ in Græcorum reperias monumẽtis, Narcissum inquiunt, traditum fabulis est, In aquis imaginem conspicatum propriã, eius irretitum amore mox amplexãdi studio, desiluisse, atq; eo modo absumptum. At id esse falsum, perspicue liquet. Illud uero certius, & grauius, Adolescentem in terreni Corporis fluxu Vmbram inspectasse propriam, idest Corpoream uitam, quę Animæ ueræ Idolum est postremum. Eã cum is perinde ac ueram, primam'q; amplexari arctius festinasset, quod est, cum Vitæ corporeæ inhæsisset totus, interiit præfocatus, quoniam Vitam ueram. i. Animalem per inscitiam amisisset. Vnde irrepsit Adagium Gręcis, δεδιὼς τὴν σαυτοῦ σκιὰν, idest suam ipsius metuens umbram. Id significat, postremis rerum, perinde ac primis, studium nõ magnopere impendendum. Quoniam Animę perniciem concinnãt. i. Veræ cognitioni, &, quæ congruit imprimis, tenebras perfectioni intendunt. Porro de umbrę item ratione prolatum id in Curculione à Plauto est.

Quid ego nunc faciam? quid refert, me fecisse Regibus,
Vt mihi obedirent, Si hodie hic me umbraticus deriserit?

Adumbrata lætitia quæ nam intelligenda, docet apertius Seneca. Quod inquit, Duces magni faciunt, rebus afflictis, ut hilaritatem de industria simulent, Et aduersas res adumbrata lętitia abscondant. In Athenæi libellis, quanquam confragosis, & mutilis, Parasitus quidã Panes mucore sordentes, pręduratos'q;, mensæ illatos facetissime ἄρτων σκιὰς, idest panũ eẽ umbras dixit. Illud obiter quodãmodo subscripsero, Corpore minutulos, perbreues'q; dici Ortygas. i. Coturnices, Paspalen quoq; pro rerũ minutie capi à Græcis. Vnde Somni Paspalen nec uidere quidem, Est apud Aristophanem. Quãquam nec ignoro, esse, qui eo nomine Magnetem accipiendum lapidẽ putent. Sed & ad eundẽ sensum deflectas Achnẽ. Signat ea Vox minuties ab excussis prouolantes Spicis. Meminit Homerus, ὥς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει. Sicut Achnas profert Ventus. Sed & pro maris aspergine Achnen reperias. Vnde ἁλὸς ἄχνη. i. maris Achne. Achnen Sophocles pro rore accipit, θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνης ὁ καλλίβοτρυς νάρκισσος. Et recte utiq;, quod non continuæ deferantur guttæ, Verũ disparatę. Vnde Achnes profluxit nomen, quasi Aechne dicatur. i. diuulsa, abiuncta'q;. Quin ἄχνη πυρὸς, idest Achne ignis pro fumo. Et Achne Somni apud Hippocratem. Illud quoq; ex Græcis corriuatum fontibus haud transiliendum, Quod ἀθερίζειν dicunt, ubi se qppiã nõ pili facere innuunt. Ratio est, Quoniã ex Spicis quæ sunt degeneres, uocari ab eis Atheres uidentur, Sicuti apud Aelianum in Libro de Prouidẽtia Lectũ, cõmeminimus. Eos colligunt spicilegium facientes, qui uocantur Stachyalogi. In Athenæi monumentis piscicu/lus uilior de uerbi huius flexu dicitur Atherina. Nec illud ignorandum, Abydena item dici futilia, ac nullo prorsum digna pretio, Nam ut molles carpuntur Abydeni. Meminit paroemiæ Pausanias. Sed ab eisdem quoq; Abydocomas inuenio Sycophantas dici, uelut in eo κομῶντας, idest efferentes se. Mation etiam minutum dicunt, Vnde Matiolichus, qui parꝝ comedit, aut qui in minimis astutum se præstat. Quanquam & Matiolichus dici ualet, qui ex mensuris lucrum uenatur. Nam est mensuræ genus Mation, Et λείχω lambo. Harenarium testem Iureconsulti sordidum, ac uilem intelligere uidentur, Cui sine tormentis credẽdũ non sit. Mẽtio fit & in Canonicis decretis, Eum'q;, qui in harena depugnarit, intelligũt.

¶ Super Aphricano Scipione paucula. Qui dicantur uelut Vmbrę uagari. Plutarchi Interpres refellitur. Caput XXII.

d E Scipione Aphricano Iuniore memorantur pleraq; scitu digna, immo uero eiusmodi, ut nec satis mirari queas, Siue Fortunam perpendas Viri, siue mores, ac naturæ lumina, rerum'q; gestarum gloriam ad acrius reuoces examẽ. Nunc ut cætera ad Censuræ grauius non prouocem supercilium, Illud gratissimo animo hisce libellis inspergimus. Scipionem hunc annis quatuor, & qn quaginta, qb⁹ ferè in humanis egisse narrat, μηδὲν πρίασθαι, μηδὲν ἀποδόσθαι, μηδὲν οἰκοδομῆσαι,

ideſt nil emiſſe, nil uĕdidiſſe, nil ædificaſſe. Libras autem argenti tris & triginta duntaxat in magna ſubſtantia, & auri duas reliquiſſe. Cum tamen in eius poteſtate uicta fuiſſet Carthago. Vnum'q; Imperatorum omnium milites locupletaſſe, ueteribus teſtatum memoriis ſit. Polybium porro`, quod ipſum inter illius ducis miranda non inepte repoſuerim, perfamiliarem habuit, ac intimum. Cuius imbutus præceptis ἐπειρᾶϑ μὴ πρότερον ἐξ ἀγορᾶς ἀπελθεῖν, ἢ ποιήσαϑαί τινα σωτήρ, ἢ φίλον ἀμφοτέρως τῶν ἐντυγχανόντων, ideſt ſtudebat, non prius a` foro reuelli, q̃ unum aliquem ex iis, quibus cum forte congrederetur, beneuolum ſibi, atq; amicum quauis rõne foret uenatus. Cum'q; Iuuenis etiamnum ageret, eam tum fortitudinis, tum prudentiæ de ſe opinionem concitauit, Vt Senior Cato interrogatus de iis, q̃ apud Carthaginem ſtipendia facerent, Inter quos erat Scipio quoq;, militum, ut Appianus inquit, Tribunus. δίος τοιπίπνυται, diceret, τοὶδὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν, ideſt Solus ſapit, Cæteri Vmbrę feruntur, Scipionem innuens. Eſt autem ex Homero Carmen de Tireſia Odyſſeæ κ, concinnatum. Quem locum a` Plut. citra Auctoris nomen repetitum, Interpres alioqui non inſcitus, aſſequi non potuit, niſi forte ſum Leberide cæcior, Sic enim Senſus eluceſcit peracutus, &, quod conuenit maxime, a` Catonianis Salibus, & Sapiẽtia nõ diſſentaneum. Quando Romanorum alii, Qui ſtipẽdia facerent in Aphrica, nihil, ut Plautinis utar Iocis, aceti haberent in pectore. Nihil omnino priſcam illam Vrbis Romę generoſam animi altitudinem redolerent, Eſſent'q; plane` Hominum Simulacra, & quidem impolita, infabricata'q;, & meræ nugæ, ut'q; homerico utamur uerbo, σκιαὶ, ideſt Vmbrę. Quãdo ratione Animę neglecta, quam eſſe Verum hominem, Plato & ſenſit, & docuit. Corpori ſeſe mãcipârant, quod imaginem eſſe, & umbram, ex Plotini ſentẽtia remotiore, alibi docuiſſe me opinor, & proxime Narciſſi tropologicus cõmonuit Senſus.

¶ Multos uagari uelut Vmbras. Duas eſſe Conuerſationis uias. Vitæ genera tria. Aquarum nomine Mortales intelligi. Quę Victoria nobiliſſima. Scipionis dictũ. De Adriano Imperatore, ac Poeta Floro. Caput XXIII

Æterum & inter Mortales reliquos, nec in Romano ſolum exercitu, numero
c ſæ uagantur Vmbrę, Pauci ſapiunt. Id Saluator ille præpotens facile cõmonſtrat in Euangelio, Vbi duas Conuerſationis perdocet Vias. Quã inquit, Spatioſa eſt uia, quæ ducit ad mortem, multi'q; ſunt ea commeantes. Et rurſum, q̃ arcta uia, & anguſta eſt, quę ducit ad uitam, Pauci'q; ſunt, qui inueniãt eã. Vide inquit Hieronymus, quanta inter has uias ſeparatio ſit, Quantum'q; diſcrimẽ, Illa ad mortem, Hæc tendit ad uitam. Illa celebratur, & teritur a` multis. Hæc uix inuenitur a` paucis. Illa enim uitiis per conſuetudinem quaſi decliuior, ac mollior, & ueluti quibuſdã amœna floribus uoluptatum facile ad ſe rapit cõmeantium multitudinem. Hęc uero inſueto calle Virtutum triſtior, atq; horridior ab his tãtum eligitur, quibus non tam delectatio itineris Cordi eſt, Quàm manſionis utilitas. Aſperam enim nobis, & inſuauem Virtutum uiam nimia effecit uitiorum conſuetudo. Quæ ſi in partem alteram trãſferatur, inuenies, ſicut Scriptura dicit, Semitam Iuſtitiæ leuem. Porro` cum tria ſint uiuendi genera, Ciuile, cõtemplatiuum, Religioſum. In Ciuili prudentia. In ſecundo Doctrina, In tertio quaſi faſtigio quodam Vitæ totius, præter duo illa etiam Sãctitatem exigimus. Hæc eſt rectiſſima Vitæ ratio. Hæc ſcopum habet rationali naturæ propoſitum. Hic eſt fĩnis primæ notæ, & Coloris perfectiſſimi, diu a` Prioribus quęſitus. Sed ante Chriſtum non fere` inuentus. Ab hoc qui errore deuio declinant, quãtũcunq; ciuilibus intenti negotiis, quantuncunq; etiam Contemplationi, nihil ſciunt, nihil agunt, &, quod bonam reſipiat frugem, nihil cogitant. Quãdo Sapientia Mũdi Stultitia eſt, & Vanitas Vanitatum, & omnia Vanitas. At cuius eſt in Lege Domini uoluntas. Qui'q; in lege illius meditabitur die, ac nocte, erit, ut inquit Eſdras, tãquam lignum plantatum ſecus Aquarum decurſus. Erit inquam tanquam Vitæ lignum. Reliqui uero nil aliud, q̃ decurrentes aquæ. Quo nomine, ut inquit Auguſtinus, mortale ſignificat genus, Quod in mortẽ fertur pręceps, Sicuti aquæ pronus eſt in mare delapſus. Vnde eſt illud Apoſtoli Ioannis, Aquę multæ, populi multi. Adiuuat tamen argumentum noſtrum ẽt grauis auctor Seneca. Quid inquit, præcipuum in rebus humanis eſt? Nõ claſſibus maria cõpleſſe. Nec

plesse. Nec in rubri maris litore signa posuisse, nec deficiente terra, ad iniurias aliorum errasse, in Oceano ignota quærẽtem. Sed Animo omne uidisse, &, qua nulla est maior uictoria, uitia domuisse. Innumerabiles sunt, qui Vrbes, qui populos habuere in potestate, paucissimi, qui se. Hoc uero, quod Stoicus hic seuerissime prodit, Longe pręstabilius, q̃ quod dictitasse Scipionem ferunt, Nam cum Appius Claudius eius in Censura competitor, iactantius diceret, Romanos a' se omnis nominatim salutari, Scipio, qui uniuersos prope' ignoraret, Vera inquit, narras, ἐμοὶ γὰρ οὐκ εἰδέναι πολλοὺς, ἀλλ' ὑπὸ μηδενὸς ἀγνοεῖσθαι μεμέληκεν .i. Curę mihi fuit, nõ quidem nouisse multos, Sed ne a' quoquã ignorarer. Pręstant uero hoc Virtutum exhausta certamina, Pręstant Sudores multi, euigilatæ noctes, Durissimorum patientia. Quod agentem Adrianum intuitus Poeta mollior Florus, Ita sibi ludere permisit.

Ego nolo Cæsar esse,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Respondit uero Adrianus facete admodum, nec citra fellis conspersionem.

Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Culices pati rotundos.

¶ Cardamo similes qui dicantur. Cur eo uescantur Persæ, Eiusdem nomina plura, & Vires. Caput XXIIII

n Obiles, præpotẽtes'q; Viros, Si paupioribus ꝯuicini fuerint, nõ desinere illos exugere, donec in nihilũ redegerint, noti⁹ est, q̃ ut plurib⁹ id cõprobare, uideatur necesse. In hosce ita affectos, ita'q; institutos Adagium producitur scitum, eruditum'q;, Cardamo siquidem cõsimiles esse dicimus. Cuius ea natura est, ut herbarum in propinquo nascentium humorem ad se ui quadã intima perliciendo cogat arescere. Id significat Aristophanes Comicus Nebulis, πάσχει δὲ ταυτὸ τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα, idest patiuntur ipsum hoc et Cardama. Nam dixerat ante paulo, Terram uiolenter curæ humorem pertrahere. Insuper inibi Interpres, ubi, quod pręstruximus, explicuit, mox adiicit, Cardamum esse agreste olus apud Persas. Sed nunc inquit, Scaphon dicit. Scribit Xenophon, Turpe Gẽtibus illis duci, Siquis uisatur quoquã ire aut meiendi, aut cuiusquam eiusmodi rei gratia. Quæ inquit, nullo pacto facere possent, nisi & uictu modico uterentur, & humiditatem per laborem consumerent. Quo fit, ut ea alio' quopiam secedant. Sed in Græcoꝝ comperi cõmentariis, quod ad rem egregie facit. ἐπισχετικὰ οὔρων τὰ κάρδαμα, καὶ πτύσματος, idest Cõprimere urinam, & Oris superfluitates Cardama. Eo'q; nomine Persas illis uesci plurimum, quando eximie præcauent, Vrinã emittere, spuere, atq; item emungi. Cardamon dicitur ab aliis inquit Dioscorides, Cynocardamon. Ab aliis Iberis. Quidam etiam Cardaminacam nuncuparũt. Aegyptii Semeth. Romani Nasturtium. Optimum, quod apud Babylonem colligitur. Semen excalfacit, acre est, & κακοστόμαχον, hoc est stomachum oblędit. Aluum turbat. συνουσίαν παρορμᾶ, Venerem concitat, & post multa, efficit inquit, id ipsum herba, Sed minus. At Libro uigesimo naturalis historiæ Plinius, & eum secuti aliquot, Nasturtio inhiberi Venerẽ prodidere. Secundo Canonis Auicenna cum Dioscoride stat.

¶ Cuiusmodi esse deceat Conuiuales confabulationes, quæ Epicylicię dicuntur. Isocratis dictum ad idem. Persaꝝ ritus. Decori necessitas. De Alabandeis pulchra. Cap. XXV.

i Socratem citra puluerem, aut etiam Clepsydram Oratorẽ uel nobilissimũ, memorię proditum est, Cum amplius rogaretur, ut in Conuiuio quodã promeret aliquid de artis suę officina, respondisse, ἐν οἷς μὲν ἐγὼ δεινὸς, οὐχ ὁ νῦν καιρός. ἐν οἷς δ' ὁ νῦν καιρὸς, οὐκ ἐγὼ δεινός. Quæ noui, temporis huius nõ sunt. Quę uero exigit tempus hoc, Ego nescio. Veluti parum congrueret, lasciuientibus poculis oratoriam inserere grauitatem. Quod æq; ridiculum sit, ac in purpura repẽs Simia.

Nam & à pleriſq; Philoſophiam item ſequeſtratam, legimus, Argumento etiam Perſarum inſtituti, Qui ſe licentius inuitaturi, non Vxores, Verum Pellices admittunt. Itidem & Philoſophica ſanctaria colluſione conuiuali indigna prorſum uideri, &, ut Græci dicunt, ἄπρος διόνυσα. Etenim quæ Luminibus capto eſſe cũ ſpeculis cõmunio poteſt? ſicuti ab Epicharmo traditum, auctor nobis Stobæus eſt. Præſertim quod nec recumbentium mens altioris ſpeculationis tunc ſatis, & ſtudioſe capax eſt. Alii uero non extra organum iſta opinati, diuerſam omnino ſententiam approbant, Tanquam perabſurdum ſit, in Scholis quidem de Conuiuali officio ſubinde diſſerere. Quãlis'q;, aut quæ ſit Conuiuę Virtus. Et qua ratione utendum uino. Ex ipſo uero philoſophiam conuiuio diſcluſam abiũgere, ueluti re nequeat comprobare, quæ uerbis præcipit. At in Cœnis Macrobius inquit, oportet uerſari in Conuiuio ſermones, ut caſtitate integros, ita appetibiles uenuſtate. Nam matutina diſputatio robuſtior eſt, Quę Viros & doctos, & præclariſſimos deceat. Id propemodum & Vir doctiſſimus Plutarchus ſtatuit Sympoſyacon primo, Elegantiores uero inquit, etiamſi ex profeſſo philoſophentur, probabili tamen magis, q̃ uiolenta interim demonſtratione Sermonẽ producunt. Id ipſum etiam Plato facit in Sermonibus cõuiualibus, ubi, quãuis περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, ideſt de principe bono uerba faceret, Et omnino de diuinis, Non tamẽ Apodixes intendit, aut ineuitabiles parat anſas, qui fere mos eius eſt, Sed leuioribus, ut ſic dicã, Captionibus, exemplis'q;, & fabuloſis ratiocinationibus homines conciliat, uenatur'que. Proinde quę proponuntur, quæſtiones ſolutionis reconditum nodum haudquaquam habeant, Anxias nanq; difficultates, & ſolicite librandas conuiualis non admittit hilaritas, Ne paulo inconcinniores præfocentur, auertantur'q;. Propterea Eridantæos, ut inquit Democritus, & Himantelictæos ſermones miſſos facere oportet. Qui ſpeculatiõis difficultate torquere amplius ſolent, Λέγ γαρ ὡς τὸν οἶνον, κοινὸν εἶναι καὶ τὸν λόγον, ideſt Vt Vinum, ita & ſermonem eſſe oportet cõmunem, Vt ſuam quiſque portionẽ ferat. Qui Griphos inenarrabiles quodammodo probant, Aeſopeam Vulpem, Gruem'q; imitari uidentur, Quarum utraq; facetoſo conuiuii apparatu alteram deluſit, Ac dimiſit incœnem. Quod ſi iucunda cõfabulatio, quam Epicylicion recte dixeris, ueluti poculis coaptatam, Et, ut Macrobii uerbum repetam, appetibilis adhibeatur Venuſtas, Fiet illud homericum Nepẽthes, quod is intelligi uoluit, pharmacum ἀνώδυνον, Quia mœſtitiam exigeret, Et Euthymiam pareret, ac Tranquillitatem, Vt nulla præterea Bugloſſa requiratur, quæ uino promixta diſcumbentium Animis inducant hilaritatem. Porro Xenophon Socraticus Gobriam ſcribit, cœnantem apud Cyrum, cum alios Perſarum ritus eſſe admiratum, tum uero illum, quo ſe inuicem iucunde interrogantes, necnon Scommata non negligẽtes Voluptatem, gratiam'q; uel iis cõparabãt, In quos ſtringi morſus uidebat'. Proinde ſciamus M. Tullii oraculum eſſe uero uerius. Decori ignoratione non modo in uita, Sed ſæpiſſime in Poemate, & in Oratiõe peccari. Itaq; quid deceat, conſyderãdum, Quod in re, de qua agitur, poſitum eſt. Et in Perſonis, & in eorum, qui dicunt, & eoꝝ, qui audiũt. Vnum uero rationale Animal, inquit primo de officiis idẽ Auctor, ſentit, quid ſit Ordo, quid ſit, quod deceat. In factis, dictis'q; qui ſit modus. Poſtremo & qua Piſſacus uoce, qua'ue loquatur Coturnix. Quæ non parua eſt naturæ uis, rationis'q;. Illud uero auctarium fuerit, quod Iſocratis ſententiæ peraffine eſt, a' Seneca ex Epicuri ſcholis promptum. Nunquam uolui Populo placere, nam quæ Ego ſcio, non probat Populus, Quæ probat Populus, Ego neſcio. Sed nec ab inſtituto diſſita eſt mathematici Licinii in Alabandeos ſugillatio, felle lita plurimo, Eſſe nanq; illos aſtruebat, in Ciuilium adminiſtratione rerum acutos ſatis. At propter non magnum uitium indecentiæ cenſeri inſipientes quandoq;. Quod in Gymnaſio eoꝝ quę eſſent Statuę, oẽs habitu forẽt cauſas agẽtiũ. In foro autem diſcos tenerent, Aut quid eiuſmodi obirent. Vnde Alabandei quoque nuncupati, & Abderitę, qui in rebus id genus ſępicule peccant.

¶ Vmbram ſuam metiri quid ſit, ex hiſtoria nato adagio. Archidami monita ad Inſolẽtiam humanam retundendam. Caput XXVI.

Mbram ſuam metiri, ſcite admodum, & perdocte prouerbiali ſententia commonemur, nil eſſe, quod uana Mortalitas, & ad circunſcribendã ſe ipſam ingenioſa, ut Plinii uerbis utar, inani ſucceſſu aliquo tumeat, qñ noſtra omnia bullæ ſunt,

bullę sunt, momento periturę. Quo nomine illud Satyricum in ore habēdum assidue, Messe tenus propria uiue. Ratio Parœmiæ est ea, Quod nihilo maior nostri corporis post felicitatem umbra deprehendatur, ac fuerit prius. Quo perdocemur, Esse nos eiusdem imbecillitatis aleæ obnoxios, Atq; eodem fortunæ Salo, ut ait Boetius, quati. Natū id ex historia, Proditur siqdem memoriæ, Macedonum Regem Philippum post nobilem in Cheronea uictoriam, cum insolentius extumuisset, factus'q; foret arrogantior, ac de se magnificentius sentiens, uelut liberali iure adoptatus a' fortuna, paulo asperiorem, & quæ tyrannicum qddam suboleret, ad Archidamum Agesilai filium epistolam conscripsisse. Qua is cōmotior, cogitans'q;, quod res erat, euētu prosperiore Cristas homini surgere, ut poeticis utar Salibus, ita demum censuit respondendum, εἰ μετρήσεις τὴν σεαυτοῦ σκιὰν, οὐκ ἂν εὕροις αὐτὴν μείζωνα γεγενημένην, ἢ πρὶν νικᾶν, idest si umbram tuam metiri uolueris, haudquaquam nunc maiorē deprehendes, quàm fuerit ante uictoriam. Id quia singulare ad Vitę instituta præceptum est, ac ad retundendam Mortalium uanitatem efficacissimum, factum'q; esset ad manum, dum græca peruoluimus, haud dignum est uisum, quod tanquam conniuens, transilirem. Cui affinis est Chria quoq; eiusdem altera, Quæ cæcis Animis, nec sui mensuram satis capiētibus persalubrem propinare, ut sic dicam, potionem uidetur, ac subinde insinuare poeticum illud ex Martialis nobili, scito'q; Epigrammate.

Sed te tamen ante memento,
Intra pelliculam Cerdo tenere tuam.

Erat Periāder medicus multi nominis, & celebratus imprimis. Cęterū, ut est inops sui quādoq; humana Mens, & inexplebilis, nec unquam fere' ullo descendēs nisu in seipsam, & pręter calculorum rationem mœnia struens, Affectabat idem ex poetica laudē, & subinde uersiculos recitando gloriolam captabat. Sed quantum medendi scientia præstabat, tantum a' poeta aberat bono. Id animaduertebant cōplures. Ipse tamen sibi ementiebatur, & credulus poetico se agi furore opinabatur. τὶ δή ποτε ὦ περίανδρε, εἶπεν ἀρχίδαμος, ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς; Quid tandem o' Periander, inquit Archidamus, pro eleganti medico malus uocari poeta cupis? Sed & eiusdem Chria est non incelebris, Peloponnesiaco nāq; bello percunctantibus sociis, quantum pecuniarū foret satis, rogantibus etiamnum, tributa terminaret, ὁ πόλεμος ἔφη, οὐ τεταγμένα ζητεῖ. Bellum inquit, ordinata non quęrit.

¶ De Chriarum ratione, & quid Chria. Item quid Sententia, Eius'q; discrimina. Et qd Chriodes. Interim Regis boni munus quodnam sit. Caput XXVII

q Voniam uero Chriam bis hoc capite nominauimus, nequis uelut obice offendatur, Sciendum est, ab Aphthonio dici χρεῖαν ἀπομνημόνευμα σύντομον, εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφέρουσα. Hoc est, Chriā, siue malis latine Vsum nuncupare, esse commemorationem breuem cōcinne, opportune'q;, idest εὐκαίρως ad Auctorem relatam. Appellatam uero Chriam arbitrantur, qa χρειώδης ἐστὶ, quia sit utilis, κατ' ἐξοχὴν, Siquidem progymnasmata reliqua admonitionis emolumento præcellit, idest χρειωδεστέρα ἐστὶ πρὸς παραίνεσιν τῶν ἄλλων προγυμνασμάτων. Vtitur ea uoce Plutarchus ad hunc ferme' Sensum, Ariston, laudante quodam Cleomenis Chriam, Qua interrogatus, Quid nam Regē bonum facere oporteat, responderit, Amicis benefacere, Inimicis' uero male. At quanto inquit, melius fuerit o' Vir optime, Amicis benefacere. Ex Inimicis uero amicos reddere. Hæc quidem Chria, pergit Plut. etiamsi omnium calculis Socrati contribuitur, Nihilominus in Aristonem quoq; refertur. Porro' Chriarum alia dicitur Logica, idest Sermocinalis. Alia Practica, siue actiua, Alia mixta. Et Logica quidem intelligitur, quæ oratione præfert emolumentum. Vt, Plato τοὺς τῆς ἀρετῆς κλῶνας ἱδρῶσι καὶ πόνοις ἔλεγε φύεσθαι, idest Virtutis ramos astruebat, Sudore, ac laboribus produci. Isocrates ex Discipulis ingenio pręstantes θεῶν παῖδας ἔφασκε, idest Deorum esse filios prædicabat. Diogenes Diuitem conspicatus imperitum εἶπεν, οὗτός ἐστιν ἵππος περιηργυρωμένος, Hic est inquit, Equus undique argento litus. Practica uero praxin, idest actionem modo ostendit. Vt, Interrogatus Pythagoras πόθος ἀν εἴη τῶν ἀνθρώπων βίος,

βραχύτη φανεὶς, ἀπεκρύφαν, μέζον τῆ βίου τῶν ἡλιθίων μέρος, ideſt quanta deniq; Homi/num foret uita, cum parum ſe oſtentaſſet, Mox delituit, Viuendi modum ſtatuens uiſitatio nis morulam. Mixta poſtremo eſt, Quę cõſurgit ex duobus, Actu, & Oratiõe. Vt Diogenes, cum eſſet conſpicatus ἀλδηφάγον, ideſt indecenter uoracem puerum, τὸν παιδαγωγὸν ἔπαι σεν, ἐπειπὼν, ὦ γαρ τοιαῦτα παιδάνεις; Pædagogo plagam incuſſit, inferẽs, Vt quid ita im/buis? Iis uero capitibus tractari ſolẽt Chrię. Encomiaſtico, ideſt Laude. Paraphraſtico, ideſt expoſitione. Cauſa. Ex cõtrario. Comparatione, Exemplo. Teſtimonio. Epilogo breui. Se/neca de Chria ſic mentionem facit. Pueris inquit, Sentẽtias ediſcẽdas damus, & has, quas Greci Chrias uocant, Quia complecti illas puerilis animus poteſt, Qui plus adhuc non ca/pit certi pfectus. Viro captare floſculos, turpe eſt. Et fulcire ſe notiſſimis, ac pauciſſimis uo/cibus, & memoria ſtare. Sibi iam innitatur. Dicat iſta, non teneat. Turpe eſt enim Seni, aut proſpicienti Senectutem ex Commentario ſapere. Fabius item Libro ſecundo, Sententias, Chrias, Ethologias, ſubiectis dictorum rationibus apud Grammaticos pręcipit ſcribi. Quo niam uero, ut ſolet, perobſcure Sententiam eſſe ait, uniuerſalem, Sciendum eſt, Sentẽtiam a' Chria hoc diſtingui, quod Sententia indicatiue profertur, Chria uero etiam ſæpe per in terrogationem, & reſponſionem. Pręterea, ut probauimus, actu ẽt conſtat, Sententia uero in uerbis tantum eſt. Chria perſonas habet omnino, quę quid fecerunt, aut dixerunt. Sentẽ/tia ſine perſona profertur. Hoc eſt, ἀπροσώπως. De hac Aphthonius ita, γνώμη ἐστὶ λόγος ἐν ἀποφάνσει καθολικῶδης, ἐπί τι προτρέπων, ἢ ἀποτρέπων. Priſcianus uero ſic. Sentẽtia eſt ora tio generalem pronuntiationem habens, hortans aliquam rem, Vel deterrens, Vel demon/ſtrans, quale quid ſit. Ariſtoteles Rhetoricorum ſecũdo, Sententia inquit, demõſtratio eſt non ſingularis quidem, uerum uniuerſalis, nec de omnibus tamen, Vt quod flexuoſo rectũ ſit diuerſum. Sed de iis, quæ agimus. Sunt' q; uel eligenda, uel ſecus. Mox infert Sententiaꝝ genera quatuor. At inquit Aphthonius, Sententiarum alia eſt Protreptica, quæ hortatur, Alia Apotreptica, quæ abducit, abſterret' q;. Alia apophantica, quæ demonſtrat. Alia ſim/plex. Coniuncta alia. Quædam ueriſimilis. Alia Vera. Quædam & Hyperbolica, ideſt ſu/perlatiua. Et Protreptica quidem eſt, Hoſpitem amare præſentem addecet, Volentem au/tem dimittere. Apotreptica, Vt, Non cõgruit Conſultorem uirum perpetem noctem dormi re. Apophantica, δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνδρα τούτων, ὧν δέν ἐστι γενέσθαι πῶν δεόντων. Pecuniis op⁹ eſt, nec citra has quippiam eorum, quæ decet, fieri queat, apud Demoſthenem. Simplex. ἓις οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, ideſt Augurium eſt unum quidem præcipuum, Pa/triæ opem tuliſſe. Coniuncta ἐκ καταφατικοῦ, καὶ ἀποφατικοῦ, ideſt ex affirmatione, ac ne gatione, Multorum non utiq; principatus bonus, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Vnus ſit do/minus, Rex unus. Duplex ἐκ δύο καταφατικῶν, ideſt ex duobus affirmantibus, Vt πενὸν μὲ νεσθαι, χεῖρον δὲ δύπορεῖν κακῶς, ideſt graue quidem paupertate premi, grauius autem ditari nõ bene. Veriſimilis, Cuiuſmodi ſint Principes, & Subditos fere' tales eẽ ſolere. Vera, Vt, Vitam citra mœroris labem nõ reperias. Hyperbolica. Nil imbecillius terra nutrit homine. Tractatur uero Sentẽtia iiſdem Capitibus, quibus & Chria. Eſt in hoc genere illud quoq; quod Fabio auctore, uocant aliqui Chriodes. Vt, Milo, quẽ Vitulum aſſueuerat ferre, Tau/rum ferebat.

¶ Ethologia quid. Item Ethopœia. Idolopœia. Proſopopœia. Abecedarii. Syllabarii. Nominarii Qui ſint, Ex Hieronymo, & Auguſtino. Caput XXVIII

Thologia cuiuſmodi ſit, liquet fere' ex Ciceronis uerbis, Libro de Oratore ſecundo. Atq; ita eſt inquit, toto hoc ipſo genere ridiculum, ut cautiſſime e tractãdum ſit. Mimorum eſt Ethologorum, Si nimia eſt imitatio, Sicut ob/ſcœnitas. Orator ſurripiat oportet, imitationẽ, ut is, qui audiat, cogitet plu ra, quam uideat. Mimos, & Ethologos diſpeſcit Sympoſiacon qnto Plut. pinde mirum eſt, Quoſdam prodere auſos, nil ſe de iis apud Græcos legiſſe, ueluti nuſquã reperiantur. Nam Ethopœia dicit' quidẽ morũ imitatio, pſona ſubiecta, Cæteꝝ eius tria ui dent' diſcrimina, εἰδωλοποιία, προσωποποιία. i. Idolopœia. Proſopopœia, et Quę ἠθοποιία. i. Ethopœia nũcupatur, Quę notã pſonã cõplectitur, mores tantũ effingit. Ex quo Etho/

pœiam dici

pœiam dici uolunt. Vt ſi comminiſcamur, quibus nam ſit uſus uerbis Hercules, Imperante Euryſtheo. Idolopœia notam quidem & ipſa Perſonam habet, Sed mortuam, & quæ loq deſierit, Vt Eupolis ἐν δήμοις. Et Ariſtides ἐν τῷ πρὸς παστέρων. Qua ratione nomen quoq; profluxit. Nam & in Hecuba Euripides Polydori inducit Idolum. Sed & Homerus ὁ τοῦ πατρόκλου εἰμὶ λοῦν τῷ ἀχιλῆι. Proſopopœia uero, cum omnia fingimus, Perſonam uidelicet, ac mores, ut Menander fecit, cum effinxit Elenchon, Eſt enim Elenchos res utiq;, Sed non Perſona. Et propterea item dicta Proſopopœia. Ethopœiarum uero aliæ ſunt Pathe ticæ, quę perturbationes, affectus'q; exprimunt. Alię ſunt, & uocantur Ethicæ, hoc eſt morales. At quæ mixtæ dicuntur, utrunq; efficiunt. Alexander in Libello περὶ τῶν σχημάτων, Ethopœiam eſſe ſcribit, Cum exiſtentibus perſonis Sermones aliquos affingimus, Quod fide digniores illæ uideantur, quam ſi eos enũtiaremus ipſi. Et in Libro de Rhetorica Apſi nus, Ethopœia eſt Oratio Perſonis appoſita, contributa'q; ſubſiſtẽtibus. Vt, Quid nam di/ cturi ſunt in domicilium uidentes me impactum? Miltiades hic, qui Marathoniæ pugnæ ui/ ctoriam Ciuitati cõparauit, Qui Barbaros falli ſpe coegit. Vtitur & hoc modo Hyperides pro Lycurgo. Quid dicent, eius prætereuntes Sepulchrum? Et quę ſequuntur. De Proſopo pœia idem Apſinus, Et præterea Quintilianus, ac Cæteri plura. Nos cum delectu modum ſeruamus. Et, quia pauloante de Puerorum exercitationibus egimus, id ſuppondii loco adii ciemus, Abecedarios nuncupari, Syllabarios'q;, ac Nominarios in Diſcentium claſſibus ab Hieronymo, Nam qui prima imbibunt Elementa, Abecedarios intelligit, Syllabarios, qui iam Syllabas connectere inſueſcunt. Nominarios, Qui denique integra proferũt nomina. In literario inquit, Ludo, Vbi prima Elementa excipiunt Pueri, Abecedarii nuncupantur. At Syllabarii Alii. Quidam uero & Nominarii. Nonnulli iam Calculatores. Cum'q; hęc au dierimus nomina, Exipſis, qui ſint in Pueris profectus, agnoſcimus. Sed enim Abecedariũ Auguſtinus intelligit literarum ordinem illum, Quem Pueruli condiſcunt.

¶ Leporem mœnibus indormire, quid ſit. Leporum Luſtra. Rechamus qd. Reliquato/ res quo ſenſu dicantur ab Iureconſ. & uerbum Reliquare. Item Quę ſint Schelides. De Le poribus multa. Caput XXIX

Yſandrum prodit hiſtoria, Cum a' Lacedæmoniorum ductu Corinthios de/ feciſſe, fama nuntiaſſet, profectum Copiis inſtructum ad Ciuitatẽ oppugnan
1 dam, ubi ſuos timore perculſos animaduertit, ignauius, ſegnius'q; irruere, ac inferre ſigna, Leporem forte tranſilientem foſſam uidiſſe, quo argumento fi duciæ iam plenum milites ſic hortari cœpiſſe. Non Erubeſcitis Spartiatæ, hu iuſmodi hoſtes formidare, Ad quorum mœnia Lepores ex otioſa, inerti'q; uita dormiunt? Id quod parœmiæ habere formam poteſt, in Segnes, imbelles'q;, Vt ad coarguendum tor/ porem, deſidiam'q;, etiamnum indormire mœnibus illorum Lepores dictitemus. Quod cũ ſit formidoloſiſſimum Animal omnium, non facile in obuiis, ac celebribus locis quieuerit. Propterea Luſtra id genus a' Græcis dicuntur θάμνοι σωμφεῖς, ideſt obductiora, den/ ſiora'q; arbuſta. Vel Idæ ἀμφιλαφεῖς, Hoc eſt conſita copioſa. Rhochmi ἑαθεῖς, ideſt Scif ſuræ profundæ. Nam Rechamus troclea eſt, per cuius orbiculum ſummum traiicitur ducta rius funis. Reliquatores apud Iureconſultos ſunt, Qui integrum non ſoluerunt, Sed æris alieni partem ſeruarunt ſibi. Inde Verbum Reliquare, Ab eiſdem frequenter uſurpatũ, Sed & perperam ab Interpretibus & lectum, & enarratum. Iureconſulti uerba ſunt, Reliqua/ tores Vectigalium ad intuendam conductionem admittendi non ſunt ante, quam ſuperio/ ri ſatisfiat Conductioni. Sed ad rẽ. Niuali tempore ſunt Leporib⁹ cubilia, Melãchema quæ uocantur. Sunt autem Cauitates, in quibus colliquefacta eſt nix, Ducta appellatione nigre/ dinis argumento. Quoniam operimento niuium agris albicantibus, Ea portio plane' nigre ſcat. De Leporis timiditate Pollux ita Libro qnto ſcriptũ reliqt, λαγὸς δὲ πρὸς βάλλει τοῦτο μὲν ζῷον, ἔμπλεκτον ἅπασι γιγνόμενον, καὶ ἀκροβολούμενον, ὅθεν καὶ πτῶξ ὀνομάζεται. Formidine præcellit Aſal hoc, facile nãq;, temere'q; terret', ac cõpaueſcit. Vnde & Ptox ẽt uocat'. Nam πτώσσειν formidare eſt. Ab Auriũ uero magnitudine appellat' λαγὼς, Q ñ λᾶ particula inten dendi uim poſſidet, Et ὠς ὠτὸς dicit' auris doricę linguę pp̃etate. Ea uero parte corporis mo tũ dirigit, moderat'q;, tanq̃ remis. Quod in aliis Aſantib⁹ plerũq; efficit cauda. Niſi qs putet

ἀχὸ τοῦ λάειν. ὁ ἔστι βλέπειν, Quod apertis obdormire oculis consueuerit. Obseruatum Veteribus, Leporis occursum in itinere ominosum quippiam, inauspicatum, atq; improsperum pręsagire. Nihilominus cum dicunt Græci, ἐν πᾶσι λαγώοις, idest in omnibus Leporibus, intelligi uolunt, in Carnibus Leporum, idest in omnifariam bonis, ac delitiis. Qua in parte Leporum Schelidas dici legimus, quo nomine signari uidentur laterum Carnes. Et quoniam in Lepores incidimus, uenemur porro, quæ monumentis prodidere Auctores uel imprimis classici. Lego in Gręcorum penu, Eius animātis colorem dici Epipercnon, quod sit Percne Oliuę species non acerbę quidem, Sed nec nigrescentis omnino. Sunt qui Percnon punctis, maculis'q; nigrioribus interstinctum accipiant. Nam de Animalibus Libro nono Aristoteles quoq; quartum Aquilarum genus Percnopteron dicit appellatum ab alarū notis. Eius Aquilæ meminit Iliados ultimo Homerus. In Plinianis codicibus scriptum modo obseruauimus, Parcnon dici ab Homero Aquilam eam. Scribit Iulius Pollux, Leporem eē δασὺν τὴν τρίχωσιν, hoc est, densum pilis, καὶ τὰ ὕπτια τῶν ποδῶν, ἀλλ' οὐ μόνα τὰ πρανῆ δασυνόμενον, idest nec supina modo pedum, uerum & prona esse obtecta pilis. Quod Animalium pręterea nulli contingere, tradit Aristoteles. Proinde inquit Pollux, Cum alii, tum uero Cratinus Leporem uidentur Dasypoda nuncupasse, de animalis natura nomine concinnato. Scribit Aelius Lampridius, Varium Antoninum, Qui Heliogabalus est nuncupatus, Primum Triclinia, Lectos, ac Porticus omni florum genere strauisse, Liliis, Violis, Hiacynthis, & Narcissis, per'q; eos ambulasse. Neque in Culcitris, seu Accubitis, ut appellant, facile cubuisse, nisi quę Leporinum pilum haberent, Aut Perdicum plumas subalares. Hoc eo apposui, Vt Accubitę, uerbum quid uelit sibi intelligeremus, Quando est id Iureconsultis etiam familiare, pro Culcitris, & Toralibus. Nā & Accubitalia pro Stragulis, aut Stratis legimus quandoq;.

¶ An Dasypus simpliciter sit Lepus. Plinius defenditur. Leporum genera.

Caput XXX.

Verum consurgit parte ista quæstio nobilis, agitata Grammaticis, Qui sibi uel sagacissime odorari uidentur. Aduersus Auctorē summi nominis in nostratium literarum studiis, Sine quo non fere constabit latina res, Plinium dico, qui non semel Dasypoda uidetur a Lepore disparare, Cum Aristoteles, ut ipsi putant, Leporem cū Dasypode idem statuat animal, Interpunctis, ut sic dicā, nullis prorsus dissitum, abiunctum'q;. Miratus sum sæpe male feriatorum Hominū insolētiam, Qui nobilissimo Auctori nimis temere negotium facessunt. Nec isto nomine quandoq; erubescant, ut frontem perfricent, etiāsi nimis attritā. Eqdem fateor ingenue, nec dissimulanter quicquam reticebo, quamuis nulla etiamnum suppeteret ratio, diu tamen inducere animum nequiui, Vt tam grauis doctrinę Viro inscitiæ leuioris maculam paterer inustam. Semper'q; latere quippiam nec dum cornicātibus inepte percognitum opinabar, prorsum'q; mihi in uado res hęrebat. Modo succurrit nobis eius ipsius Auctoritas, qua illi maxime niti uidentur, Abs quo Dasypodem a Lepore distingui animaduertimus. Differunt præterea Animantes, inquit de Animalium historiis primo, moribus. Nam aliæ mites, remissę, ac minime peruicaces sunt, Vt Boues. Aliæ animosæ, peruicaces, brutæ omnino, Vt Sues syluestres. Aliæ ingeniosæ, ac timidæ, οἷον ἔλαφος, καὶ λαγὼς, καὶ δασύπους. Vt Cerui, Lepores, Cuniculi. Sic enī Theodorus agnoscit, & transfert. Atq; Dasypoda ibi Cuniculum putauit. Nequis protinus mendum subesse in græco putet exemplari. Duodecimo tamen historiarum Polybius Cuniculos appellare latino uerbo maluit. Cum nasci ait, animal Lepori simile, κούνικλον καλούμενον. Id inquit e longinquo cōspectum Lepus uidetur plane'. At propinquum differt insigniter. Et quęstionem quidem de Dasypode, sicut de Thoe, et Panthere, ac Lynce negligentia quadam antiquis Auctoribus ita prætermissam putat Theodorus idem, ut excusari haud facile possint. Quod mihi indicare uidetur, non esse ualde protritam expositionē illam, Qua pro Lepore Dasypodem accipiunt. Et qui ex Recentioribus gręca transtulit adagia pereleganter, & docte, cum explicaret id, δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, Dasypus carnes desyderat, Nō ausus, & qdem prudēter, Dasypū Leporem interpretari, intulit, esse de genere Lepoꝝ. Quæ omnia temerariā coarguunt inscitiam.

guunt inſcitiam. Ego utiq; uel ſola Philoſophi auctoritate fultus nõ crediderim impingendũ Plinio Colaphũ eo quidem magis, quod moris eius eſt, Quæ eodem genere cõtinentur, interdum ita diuidere, ut diuerſa prorſum minus perſpicaci eſſe uideantur. Quod illum, pprietate aliqua naturæ inſigni adductum, feciſſe ꝓtenderim. Ecce Viuerra inter genera Muſtelarum eſt, Plinius tamen diſtinguere Libro undecimo uidetur, Ita enim ſcribit, Oſſea ſunt genitalia Lupis, Vulpibus, Muſtelis, Viuerrę. Rurſum Libro octauo, Lutras ſeparauit a fibris. Cauda inquit, Piſcium fibris. Cętera ſpecies Lutrę, Vtrunq; aquaticum, Vtriq; mollior pluma pilus. At Libro XXXII. Fibrorum inquit, e genere Lutras nuſquam mari accepimus mergi. Id ipſum & Ariſtotelem facere, paulo poſt comprobabimus in aquæ pluuię ratione, ubi de Mugilibus mẽtio incidit. Leporum uero eſſe genera plura, Varro quoq; nos docuit. A quo tria legimus celebrari, Vnum Italicum, primis pedibus humilibus, poſterioribus altis. Superiore parte pulla. Ventre albo. Auribus longis. Secundum genus Gallicũ facit. Sed hoſce cãdidos putat. Tertii ſunt, quos producit Hiſpania, ſimiles noſtratibus ex quadã parte, Cuniculos uocant. Xenophon quoq; Velociſſimi ſunt inquit, montani. Campeſtres minus. Tardiſſimi paluſtres. Et mox paulo, Leporum inquit, duo ſunt genera. Quidã magni ſunt, Subnigri, multum fronte niteſcentes. Alii minores, flaui, parum oſtendentes Candoris. Iulius Pollux Lepores quoſdam Elymæos uocat, Vulpibus non fere minores, & nigricantes, corpore oblongo, albicante macula prope ſummam caudam longiore. Sunt & qui dicuntur Moſchię, Quorum Spiritum tanta ui ſentire Canes memorant, Vt furere plane credantur. Chelidonios etiam quoſdam dicit Athenæus. Leporem deniq; Græci Amoribus ſacrum fabulant, Ducto argumento etiãnũ ex etymi ratione, Quoniã Illorum lingua λαπὼς dicatur ἀπὸ τοῦ λάειν, Erotes autem a uerbo ὁρᾶν, Vtroque uiſum ſignificante. Vnde forſan prorepſit ſententia, formoſos fieri diebus aliquot Leporina ueſcẽtes carne, ſuper quo lepidus eſt Martialis Iocus.

Cum Leporem mittis, Semper mihi Gellia mandas,
Septem formoſus Marce diebus eris.
Si Verum dicis, Si Verum Gellia mandas,
Ediſti nunquam Gellia tu Leporem.

Quin & in Medicam ſcientiam tractantibus Libris Plinius, Leporino Cibo fieri Somnioſos, Catonis inquit, Sententia eſt. Tum uulgo etiam perſuaſum, Conciliari ex eo Corpori gratiam, etiamſi ioco perq̃ friuolo. Deniq;, cum Alexander Seuerus Imperator quotidie in menſam Lepuſculos admitteret, datum uulgo iocandi argumentum, Imperatori ex genere Cibi formę gratiam comparari, Verſiculis etiamnum lepide concinnatis, Si Sẽſum ſpectes, non Carminis menſum ad examen reuoces.

Pulchrum quod uides eſſe noſtrum Regem
Quem Syrum ſua detulit Propago,
Venatus facit, & Lepus comeſus,
Ex quo continuum capit Leporem.

Hiſce uero ille non inuenuſte reſpondit, gręce quidem, Sed in hanc Sententiam.

Pulchrum quod putas, eſſe Veſtrum Regem
Vulgari miſerande de fabella,
Si uerum putas, non iraſcor.
Tantum tu comedas uelim, Lepuſclos,
Vt fias, Animi malis repulſis,
Pulcher, ne inuideas Liuore mentis.

In hac uero tam fertili Leporum mentione ſubſignandum elegans apud Græcos uerbum. Nam, cum euaſiſſe Retium anſas Leporem ſignare uolunt, ἐξελίνησεν ὁ λαπὼς dicunt, ideſt Lina effugit Lepus. Nam Linon & Velum indicat, atque item Retia. Proinde ab Aſiaticis Linaria plerunq; dicuntur hęc.

¶ Rheginorum numiſma cum Lepore. Inſuper de Leporibus uarie obſeruata. Et puerbii enarratio plenior. Lepores Galeati qui ſint. Caput XXXI.

Orro, ut ex Viretis diuerſiſſimis præcerpta inſpergamus huic parti, quo flori
dius arrideat, adlubeſcantq; Legentes, Numiſma Rheginorum curru, & Le/
p pore fuiſſe celebre, comperimus. Quod Pollux ſcribit, hiſtoria inſuper addi/
ta. Sed illud graui⁹, quod Xenophon prodit, Leporem palpebris quidē clau/
ſis uigilare, Apertis dormire. Ad quod græcum ſi reſpicere adagium putes,
λαγὼς κοιμώμενος, Lepus dormiens, Quod in diſſimulatores concinnatur aptiſſime, Plenius
quiddam, & doctius reſipere uidebitur, quàm quod modo affertur. Acie item eſſe minime
acuta multis de Cauſis, Primum, quia oculis eſt exporrectis, palpebris uero præciſis, & quę
pupillis munimenta non præbeant. Quare uiſus hebes eſt, atq; diffuſus. Ad hæc Somno p
deditum Animal eſt, Quod uiſui parum cōferre creditur. Velocitas quoq; inſigniter obtun
dere aciem putatur. Nec me fallit, in Sympoſiacis Plutarchum ſcribere, Senſoriorum excel
lentia Leporem præſtare. Moris pręterea Veteribus fuit, Vt tenellos Lepores ſtudioſi Vena
tores dimitterent, Deæ captantes gratiam. Quod ſuperſtitionis eſſe, nemo addubitarit. Si/
cut & illud, Si feram ſe in flumen pręcipitare, animaduertiſſent, Ne legis pręuaricatores fie
rent, Vniuerſam ſoluere uenationem conſueuiſſe. Locum uero, in quo Lepores uenarētur,
λαγωβολεῖον, ideſt Lagobolium Græci uocant. Leporem guſtare, fas non putāt Britanni.
Leporis uitam agere apud Lucianum is dicitur, qui præpotentes, ac facundia claros infans
ipſe reſormidat aſſidue. Relatu dignum & illud, Ciuilium bellorum tonātibus procellis in
ter Auguſtum, Antonium q;, Cornificium Poetam a militibus deſtitutum interiiſſe, Quos
ſæpe fugientes Galeatos Lepores appellarat.

¶ De Vrbium mœnibus Spartanoꝝ Sententia. Inſuper ad eam rem pluſcula. Structuraꝝ
ſpecies. Qui Diatoni, ſeu Frontati Lapides. Qui Pylori, & Qui Tichophylaces. Horcanę.
Iſodomum. Pſeudiſodomū. Meſopyrgia. Metapyrgia. Metorchion. Orchos. Mothon lapis.
Mothone Ci.unde. Mothones qui. Spermologi. Turrium ratio. Caput XXXII.

Anthœdam Spartanum Auctores produnt celeberrimi, cum legationē obi/
ret in Aſia, oſtentantibus nonnullis pręmunitum, latum, ac ſublimem mu-
p reſpondiſſe, νὴ τοὺς θεούς ὦ ξένοι, καλὴ γυναικωνῖτις. Per deos pulchra o hoſpites
eſt Gynæconitis. i. mulierum domus. Ad eandem fere ſententiam uidet Ly/
curgus præclare dixiſſe. οὐκ εἶναι ἀτείχιστον πόλιν, ἣτις ἀνδράσι, καὶ οὐ τοίχοις ἐστὶ
φάναι. Nequaquam ſine mœnibus Ciuitatem dici, Quæ Viris, non Lateribus præcin/
cta foret. Nam & Ageſilaus Ciues oſtendens armatos, ταῦτα ἔστιν εἶπε, τὰ Λακεδαιμονίων
τείχη. Hæc ſunt inquit, Spartæ mœnia. Idem monſtranti cuidam murum egregie ſtructū,
Atque præaltum, Scitantiq;, an pulchrum ei munimentum uideretur? Pulchrum inquit, Si
mulieres, non Viri ſunt inhabitaturi. Et hic quidem Spartanorum Senſus erat. Cęterum q
ſcrupuloſius rerum antiquarum monumenta peruoluerit, Profecto compertius ei fiet, Vrbi
um mœnia Veteres ſumma religione ſubſtruere conſueſſe, Quādo non, cōtenti illa excitaſ/
ſe altius, latiusq;, etiam numinis alicuius potentiæ conſecrata uolebant. Propterea Paulus
Sanctæ quoq; res inquit, uelut muri, & portæ quodammodo diuini iuris ſunt, Quod nulla
ratione humana, Mortalium res ſatis a quoquam regi, diſpenſariq; poſſe uideantur in tanta
hominum perfidia, obrepente quandoq; & Ciuibus neglectu. Aut Finitimorum cooriente,
craſſanteq; latius inuidia, Adeo ut opinari poſſis, Vrbem eſſe ueluti in alto conſtitutam na/
uem, aſſultibus hoſtium, & diſcriminum uarietati obiectam. Hinc apertior ſubit cōiectatio,
fabuloſæ uetuſtati obrepſiſſe, ut Saturnum rebus humanis ſolertius cōſulentem effingeret,
Olim Heroas, Semideosq; Vrbium præfeciſſe curæ, ut illorum obtectæ, prouallataq; præ/
ſidiis humanos caſus reclinarent facilius, quoniam non munimentis modo, Sed magis mul
to Deorum indigeamus ope. Argumento eſt, non mœnia tantum ſacra ueteri ritu credita,
Veſ & libris quoq; cōmendatā tutelariū Deoꝝ religioſam euocationem, Quā certo etiam
ſacroꝝ carmine pagi ſolitā, accepimus, imminente iam Vrbium prædæ hoſtico exercitu. In
mœnium rōne Antiqs, pręcipueq; Hetrurię populis quadratū inuenio, eundēq; uaſtiſſimū
lapidē fuiſſe ꝓbatū, nec ab Athenienſibus ſpretum, Auctore Themiſtocle, ad Pirꝛeū. Vi/

ſuntur &

ſuntur & Vetuſta oppida lapide ſtructa pręgrandi, incerto, & uaſto. Nam ſtructurarũ quædam Reticulata dicitur, Quędam antiqua, quæ & incerta. Rimis cõcipiendis obnoxia maxime Reticulata credit', quãquam uenuſtior. Illud adieciſſe, nil, puto, obſuerit, Iſodomum nũcupari, cum omnia Coria ęqua fuerint craſſitudine ſtructa. Pſeudiſodomum uero, cum impares, & inęquales ordines coriorum diriguntur. Sunt porro' in parietibus, lapides, quos uocaut Frontatos, Græci Diatonos dicunt, Qui perpetua craſſitudine utraque parte religando parietum ſoliditatem confirmant. Illa porro' Mœnibus excitandis ratio placet. Vt in craſſitudine perpetua Taleæ ex olea uſtulatæ q̃ frequẽtes inſtruant', uti muri frons utraq; hiſce taleis uelut fibulata, ſuffrenata'q; diuturnã ſeruet firmitatem. Spatia inter turres Meſopyrgia dicunt, Sed & Metapyrgia. Sicut Metorchion uocant, quod plantatas interiacet Arbores, Quarum ordo dicitur Orchos. Et quia Lapidum facta mentio eſt, ac in parerga libẽter excurrimus, Eſt item Lapis, Qui Mothon dicitur, a' quo Peloponneſi Ciuitas Mothone adepta nomen eſt, etiamſi a' Mothone filia Oenei uolunt alii. Lapis uero is efficere portum etiam creditur, in mare procurrens. Sunt & μόθωνες uiliſſimi homines. Nam & Pueros, Qui Liberos aſſectantur, ita Lacones uocant. Spermologos item uiles, ac contemptibiles dicunt, ab auicula ſic nuncupata, Vel quia aliena uictitent quadra. Sed ad rem, Maieſtatem affert non ſpernendam profundior foſſa, & Latior ripis pręruptis, obuallatis'q; muro. Cuius fuiſſe modi Babyloniam ferunt, Latã cubitis regiis quinquaginta, Centum uero profundam, & amplius. In Turribus, & Decurſoriis mœniũ Romę uidere eſt, opere teſſellato expicta, diſtincta'q; pauimẽta, Necnon obductos cruſtis parietes. Scribit Vitruuius, Turres probari rotundas, & polygonias. Quippe quadratas celerius diſiici machinis, diſſipari'q;. Quod aſſultante Ariete, Anguli tota comminui facilitate ſoleant. Illud ſuperpondium ſit. Portarum cuſtodię præfectos dici Pyloros, media Laxius enuntiata. Sicuti, inquit Pollux, Qui in mœnibus excubant, uocantur Tichophylaces. Sunt porro' Septa quædam ſpinis cõmunita, Horcanas uocant, ut inquit Euſtathius. Ab Hercos, quod uallum ſignat.

¶ De Chiorum turpitudine, Obiter & Cappadocum. Cur dicatur Chios. Dictum Chii Onomademi, Vini nigri inuentio. Vitium honor in Romanorum ſupplicio.

Caput XXXIII.

Scimus, Chium eſſe Ioniæ perilluſtrem Inſulam, cum eiuſdẽ nominis Ciuitate, nauigationis ambitu Stadiorum plus minus nongentorum. Chios legimus Spartam ueniſſe quandoq;. Atq; inibi inſita Ionibus mollicie, fluxis moribus, animo ſæpius halucinante, amplius ſeſe inuitaſſe, Cum'q; mero calentes in Ephorium itaſſent (Sic illi uocant Ephororum Curiam, Qui ſunt Spartæ, uelut Tribuni pl. Romæ) Illuc producti turpitudinis ſunt, Vt turpiter ingeſtum turpius conuomerent. Quin & in Magiſtratus eiuſdem curulibus ſellis Ventris onera per ſummam fœditatẽ deiiecerunt. Indignum facinus, ut erat, uiſum id Spartiatis prius. proinde ſolicite, anxie'q; ſcrutari, qui nam fuiſſent eius auctores, mox ubi eſt compertum, a' Chiis rem peractam, tota detumuit ira protinus, ac reſidẽte impetu, qui rei indignitate inarſerat amplius, Nil aliud, quàm Chiis pronuntiarunt, permitti licenter laſciuire, Vt quibus natura, inſtituto'q; id foret inſitum. Facti meminit in Varia hiſtoria Ælianus, Sed aliter, tum quia turpitudinem ad Clazomenios reiicit, Tum quod τοὺς θρόνους, ideſt Sedes fuligine modo, Quam ἄσβολον dicunt, Litas ſcribit, mox'q; publice pronuntiatum τοῦτο δὴ τὸ θαυμαζόμενον ἐξέστω κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν. De Chiorum uero turpitudine, ac moribus nimio plus improbis facetiſſimũ Demodici extat diſtichum.

Καὶ τόδε δημοδόκου, χῖοι κακοὶ, οὐχ ὁμὲν, ὅς δ' οὔ.
Γάντες. πλὴν προκλέους, καὶ προκλέης δὲ χίος.

Eorum uero Carminum hęc eſt ad uerbum fere' tralata ſentẽtia. Et hoc Demodici eſt, Chii omnes mali, Nec hic quidẽ malus, Hic uero minus. Pręter Proclem, q̃uis et Procles Chius. Eiuſdem & ſalſe cõcinnatum legitur alterum, Sed in Cappadocas, quod quãuis obiter ſeſe ingeſſerit, nihilominus appoſui.

Καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν, ἀλλὰ καὶ αὐτή.
Κάτθανε, γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου. ideſt.

Cappadocem Vipera mala quandoq; morſu apprehẽdit. Sed interiit & ipſa, quod ueneno/ ſum guſtaſſet ſanguinem. Dici uero Chium uolunt a' Chio filia Oceani, uel a' χίονος ἐκεῖ γι/ νομένης πολλῆς, ideſt niuis multitudine illic facta. Aut certe a' Nympha Chione. Chios inceſ ſit Ariſtophanes, ut Euryproctos, & propterea ad excernendum faciliores. Id Latius expli/ care, operæpretium nõ cenſui, quod inſit turpitudinis aliquid. Gratius eſt, quod apud Plu/ tarchum obſeruauimus, Fuiſſe Chium quẽpiam, Qui magnũ uini optimi modum cum di/ uenderet aliis, Sibi Vappam ſolum ſeruabat. Proinde Seruus, ſcitante quodam, quid rei ge rentem reliquiſſet Dominum, ἀγαθῶν ἔφη πορόντων, κακὸν ζητοῦντα, ideſt In bonorum afflu entia inquit, quærentem malũ. Aliubi fuiſſe Plutarchus idem ſcribit, Onomademũ in Chio factionis Principem, Qui Victoria potitus diuerſarum partium Viros haudquaquã exigen/ dos cenſuit, ne inquit, Inimicorum liberati metu, cum amicis hoſtiliter cõgredi incipiamus. Dignum item ſcitu, quod ex Theopompo accepimus, Apud Chios Vinum primo nigrum eſſe inuẽtum. Quin eoſdem omnium principes colere Vites ab Oenopione didiciſſe, Qui/ bus mox tantus acceſſerit honor, Vt etiam in Delictis pœnam honorarent, Quoniam ue/ teri de Suppliciis Lege Romana ſancitum, Vt Ciues non Virgis euerberarentur, Sed Viti/ bus. Quod a' L. Floro relatum, ſcio, & a' Scipione Aphricano, Qui Numantiam ſuſtulit, ſeruatum. In Chiorum porro' lapicidinis, prodidit Carneades, ſaxo diffiſo, Caput extitiſſe Paniſci. Sciendum item, Chias dici Serpentum latibula, ideſt χειὰς, uocant & ἐλεούς. Nam feris aliis deſtinata loca Idas nuncupant, & Napas, Syluas, Montes Thamnos. Pho/ leos. Orgadas.

¶ Hoſtem minime ſegnem ſæpius emolumento eſſe. Cotẽ noſtrã quid dicamus, Ada/ gii Specie. Caput XXXIIII.

a Duerſarium fortem, ſtrenuum'q;, Et Virtutis non omnino uulgatæ plerunq; prodeſſe, creditum experimentis eſt. Proinde Lacedæmonii quandoq; cum ui Vrbem quandam cœpiſſent, Ephori, qui ſcirent, quãtum militaris diſcipli na, metu illius, & certaminibus aſſiduis cuſtodita nuſquam eſſet dilapſa, non quidem uictoria efferri cœperunt, ut aſſolet nõnunquam, Sed dicere identi/ dem non dubitarunt, οἴχεται τὸ πάλαισμα τῶν νέων. periit Luctatio Iuuentutis. Neq; enim dehinc aduerſarios habebit. Rurſum pollicente Rege, Vrbem quãdam funditus euerſuꝝ, (Nam ea Lacedęmoniis negotia plerunq; exhibuerat) Haudquaquã permiſerunt illi, cum dicerent, minime ſubuertendam τὴν ἀκόνην τῶν νέων, ideſt Iuuentutis Cotem. Vnde parœ mię producitur Species, ut quicquid diſciplinam continet, nec in ſegnitiem dilabi ſinit, Co tem eſſe noſtram dicamus, quando, ut ille ait, Infirmis Animis hoſtis eſt Securitas. Quo ar gumento & Scipio Naſica ſeruandam Carthaginem ſubinde prædicabat, Ne Vrbis æmulę metu ablato, luxuriari Romana felicitas inciperet. Id uero non perpendens nimium M. Ca to perniciali Carthaginis odio flagrans, nepotum'q; ſecuritatis anxius, aſſiduis uociferatio/ nibus, deniq; unius argumento pomi, multarum Gentium uictricem Vrbem, & de terrarũ orbe, ut Plinius inquit, centum uiginti annos Romani Imperii æmulam, tertio punico bel/ lo æquandam ſolo curauit. Quod non Trebia, non Thraſymenus, non Cannæ buſto inſi/ gnes nominis Romani perficere potuere. Quanquam, ut Florus inquit, mediam ſententiã in eo Senatus tenuiſſe eſt uiſus, Vt Vrbs tantum loco moueretur, quod nil ſpecioſius uide/ retur, q̃ ſupereſſe Carthaginem, Sed non formidabilem.

¶ Cæleſtis aquæ prętantia. Cur'q; eadem computreſcat celerius. Caput XXXV.

p Linius naturalis hiſtorię Conditor egregius in Piſcium explicanda natura, in ter pleraq; ſummo ingenio, ſumma'q; quiſita eruditione, ad ſtudioſorum'q; congeſta emolumentum, ut pauciſſimis horis multa percipere cupientibus li/ ber unus, uelut Theſaurus, Sicuti L. Piſo requrebat, affatim præberet argumẽ/ tum, Hæc quoq; intulit accurate, Dein modicis imbribus gaudent, alũtur'q;. Quippe & Ha rũdines, quãuis in palude prognatę, non tñ ſine imbre adoleſcunt. Et alias, ubicunq; Piſces in eadẽ aqua aſſidui, ſi non appluat, exanimant'. Corroborãt porro', Quę latinus Auctor p/

dit, Summi

dit, Summi Philoſophi uerba ex octauo de Animalium hiſtoria. Piſcium inquit, genus maxima ex parte annis pluuiis εὐθηνεῖ, ideſt bene uiuit. Ita enim non modo plus cibi nanciſcitur, uerum etiam omnino pluuio humore iuuatur, Vt ea, quę terra gignuntur. Olera enim quamuis rigentur, Tamen non tantum proficiunt, quantum imbre. Quod ipſum & Harundinibus lacu prognatis euenit. Nihil enim fere accreſcunt, niſi aquæ pluuię accedant. Adde, Auerroem quoq; tractatu ſecundo primæ partis Canticæ, ſuper eo Cantico, Aqua pluuialis purior cæteras pręcellit, Sic ferme prodere, Aqua pluuia optima eſt, ac fontanis, fluuialibus ue excellentior longe. Addit Auicenna, eam pręcipue probari, quæ æſtiua ſit, & Ioue tonante decuſſa, tenuitatis ratione, ſicuti interpretantur naturalium periti. Quæ quidem attenuatio fit, tum Virtute Cæli eleuantis, ſurrigentis ue, tum calidæ, ſiccæq; exhalationis intra nubem inflammatæ, unde ſint tonitrua, perrupta nube. Illud obſeruatione dignum, quod ab eodem ſubnectitur Auicęna, Nec pręteriit Medicinæ primo Paulus Æginita, Eſſe quidem præcipuum aquę pluuiæ humorem, uerum citiſſime computreſcere, Quod ſit attenuatus nimium. Proinde celerius in eum agere corrumpendo Terreſtrem, Aereum ue calorem non naturalem. Hauſtum uero potu humoribus putredinem concinnare, Pectus oblędere, Vocem hebetare. Putreſcendi tamen cauſas inde proruunt nonnulli, Et Paulus præcipue, Quoniam Aquæ id genus a diuerſis admodum humiditatibus protollantur. Velut de Cadaueribus, Paludibus, ut Lacus pręteream, Stagna, Mare. Quam rationem approbaſſe Galenus uidetur. Sed inquit Auicenna, Si probari cauſa hęc poſſet, Vituperari digna foret cæleſtis aqua. Igitur attenuatio excellenter facta putrefactioni præceleri anſam prębere, Vero fit ſimilius. Vt enim attenuatiſſimum quicq; eſt, ita etiam mutationi obnoxium maxime cenſetur. Statuendum tamen ſic opinantur, qui diſceptantes cupiunt ſententias conciliare, Nil phibere, quin quãdoq; cõputreſcat aqua pluuia, quia a tabidis corporibus Aquarum ſecernatur materia, Quod euenit fere, latius craſſante peſtilentiæ ui. Verum ſubnotemus & diuerſitatem alteram. Galenus idem in Libro de bonitate aquę ſic propemodũ ſcriptum reliquit. Aquas inquit, pluuias ſcio leuiſſimas eſſe, ſubtiles item, ac puras, bonas q;. Et guſtui prædulces. Educit enim Sol, & rapit tenuiſſimum quodq; ex aquis. Vernæ, hyemales q; cenſeri debent pręſtantiſſimę. Sicciores quidem a terra tolluntur æſtate Vapores, necnõ Autumno quoq;. At terroſus, ut ſic dicã, Aer eſt, quem deiecta ppurgat pluuia. Propterea id genus Aquæ duriores euadant, neceſſe eſt. τῶν ὑδάτων inquit Hippocrates, κουφότατα τὰ ὄμβρια, καὶ γλυκύτατα, καὶ λαμπρότατα, καὶ λεπτότατα, ideſt Ex Aquis leuiſſimę ſunt pluuię, & dulciſſimę, atq; item clariſſimæ, ac tenuiſſimæ. Ratio autem, inquit Idem, ex Sole, tenuiſſima quæq; proliciente, ac leuiſſima.

¶ Cæleſtium item Aquarum bonitatis ratio. Cur Ranæ imminentem pręſagiant pluuiam. Aſtrapęæ quę dicantur, & Cerauniæ aquæ. Caput XXXVI.

c Æterum non incurioſus aliquis ſtudiorum affectator, Qui nec numerus ſit, aut ex triuio lutum, uel, quod Bœotii dicunt, μίλιος ἡρακλῆς, tanquam Pomarium dicas Herculem, Cuius eſt apud Pollucem ratio, Sed bene doctus, καὶ φιλομαθής, Euentus eiuſmodi nunquid aliæ proferri ratiões, & poſſint, & ſoleant, haud abſurde requiret, quando tunc demum ſcire uidemur, Si cãminus nos fugerit. Quod ergo pluuiis amplius, quàm fluentibus aquis Arbores, ac ſemina nec non, quos diximus, Piſces coaleſcant, Laitus, ſicuti apud Plutarchum Legimus adnotatum, inde fieri putabat, quod Plagæ ui terram diducat Pluuia, meatus q; ſibi ad radices ſubeundas paret. Sed hoc ne utiquam uidetur uerum. Id nanq; latuiſſe Laitum uidetur, Stirpes, in Stagnis exortas, & Vluas, & Iuncos augumẽtum non capere, nec fructicare, cũ pluuias ſuo tempore non admiſere. Verius ergo cenſebitur forſan, quod ait Ariſtoteles, Recẽtem, & nouam uideri Aquam pluuiam, ἕωλον δὲ, καὶ, παλαιὸν τὸ λιμναῖον, ideſt Stagneam ueterem, & Olim datam, computreſcentem q;. An & hoc probabilius eſt, quàm uerius? Νᾶτα πηγαῖα, καὶ ποτάμια νάματα πρόσφατα μέν ἐστι, καὶ νεογνᾶ, ideſt fontani, fluuiatiles q; fluxus recẽtes ſunt, & noui, Ex quo Heracletus dixit, ποταμοῖς γὰρ τοῖς αὐτοῖς δὶς οὐκ ἂν ἐμβαίης, Ideſt in eundem fluuium nõ utiq; bis ingredereris, Alia quippe ſubinde influit Aqua. Atta-

men ii alunt pluuiis deterius. Nunquid ergo, inquit Plutarchus, qa leuior, quę ex Aere aqua descendit? protolli quippe non queat, nimire sit leuis. Proinde flatu remixta, Aeris q̃ Leuitate referta demigrat momento, insinuat q̃ in Stirpes. διὸ καὶ ϖμφόλυγας ϖιεῖ τῆ ἀκμίζει τῦ ἀέρος, ideſt, ideo q̃ bullas excitat, Aere promixto. Bonitati huius aquæ astipulari Ranę uidentur etiamnum, dum uocem præ lętitia exhilarant, pluuiæ suauitatem expectantes. Ingruentium quippe aquaꝝ certius præsagium exhibent Ranę pręter solitum uocales. Quod Aratus, Plinius, Maro quoq; noster prodidere. Putat porro idem Plut. ex pluuiis aquis, qđ præstruximus. Eas rigando aptiores censeri, quę tonitru, & fulmine aere cõcusso impluant, quas etiam a re, opinor ,ἀϛραπαίας, ideſt Astrapęas uocant, & Ceraunias. Paulus etiam βρονθίαιας, Nam est Astrape Ventorum ui nubium attritarum, uel ruptarum inflammatio. Ceraunum uero dici fulmen, sciunt omnes.

¶ Quibus nocumento sit cęlestis aqua. De Cestreo, seu Mugile, & Cephalo plura. Cestrum quid. Cestra. Viriculum, Cestus, Repetita Plinii defensio. Caput XXXVII.

Quod uero initio diximus, Imbres compluribus piscium conducere, Sciendũ est, Cestreo, Cephalo, & quẽ nonnulli Myrinum uocant, Adeo obesse, ut ex illis multi excæcentur facile, præsertim si modum aqua excesserit. Solent. n. Cephali, siue Capitones per hyemem potius ita affici. Nam oculi eorum albescunt, & macilenti per id tempus capiunt, Ad extremum q̃ malo eodem intereunt. Quod tamen non magis imbrium copia, q̃ algore accidere uidetur. Cestreus (ut iam in alia excurramus, Et Scytharũ more ad copiosum semper reflectamus pabulum, præcipue, quoniam esse iucundam rerum uicissitudinem nouimus) Est piscis, quẽ Latini Mugilem uocant, Ita nuncupatus, quia teli modo publica Atheniẽsium pœna intret Adulteros. Est enim missilis genus Cestron, Quod nostri Viriculum uocant. Cestron inuẽtum Sudas arbitratur persico bello. Nam Sophocles Cestran dixit pro stimulo, siue stilo, ut Pollux auctor est. Aristophanis Interpres super eo Poetæ uersiculo,

κεϛρᾶν τε μάχη μεγάλαν ἀγαθᾶν,

Sciendum inquit, non esse Pisces eosdem Cestreos, Cestreas q̃. Sic enim aliq Murenas uocari putant. Alii aliud Piscium genus. Sed Cestreos inquit, Cephalos nunc uocamus. Idem fere ad uerbum Sudas. Athenæus uero Sphyrænam inquit, Piscem Attici Cestram uocãt. Latini Sudin, quia rostratus sit, ac similis Belonæ. Est enim Belona piscis, quem Acum, siue Aciculam dicimus. Ex nostris tamen sunt, nequid dissimulem, Qui Mugilem dicia Grę cis Cephalum, tradant, quod in metu, ut Plinius inquit, & antea, de Cephalo dixerat Aristoteles, capite occultato, latere se putet totum. Aristoteles tamen disparauit. Et ita agnoscit Theodorus, Cephalum latine Capitonem uocando, Libro de historiis quinto, ubi Cestreum, Cephalum q̃ nominari inuenies, ut diuersos. Sed & Libro octauo ἀλιλοφαγῶσι δὲ πάντες μὴν, πλὴν κεϛρέως. ὁ δὲ κεφάλος, καὶ ὁ κεϛρεὺς ὅλως μόνοι ϖσαρκοφαγοῦσι. Alter etiã alterum sui generis edit, Excepto Mugile. Capito, & Mugil soli omnino carne abstinent. Et subiungitur ab Aristotele ratio. Eius inquit rei Argumentum est, Quod neq; in uentre tale quid unquam habentes capiuntur, Neq; esca in eos ex Carne utimur, ἀλλ' μάζῃ, hoc est offa panis. Vescitur unusquisq; Mugil alga, & harena. Cephalus, quẽ uocant aliqui χειλῶνα, ideſt Labeonem, litoribus gaudet. Alter generis eiusdem Peræas, hoc est trãslitoranus est, qui non nisi mucore uescitur suo. Quamobrem semper Ieiunus est. Pascuntur limo Cephali omnes, διὸ βαρεῖς, καὶ βλεννώδεις εἰσίν. Quo fit, ut graues sint, & Sordidi. Et Pausanias ϖηλαίους uocat. i. cœnosos, & fluuios amare turbulentiores. i. ϑολερωτέρους. Piscem omnino nullum edunt. Gulosus omnium maxime Mugil est, Atq; insatiabilis. Quo circa uentre distento graueſcit, & ni ieiunus sit, hęret iners. Hæc copiosius sum persecutus, ut Græco prouerbio lucem inferremus, κεϛρεὺς νηϛεύῃ, Mugil ieiunus est. Quod promi in eos uolunt, quibus Iustitia, bonitas q̃ parum, uel nil omnino affert emolumenti, Quando Iustissimus uidetur Piscis hic, dum parcit aliis, Et inde famelicus uisitur semper, etiamsi de Iustis intelligendum simpliciter Athenęus putat. Mihi uidetur & Gulonibus Adagium id ϱgruere, Quorũ Animus in patinis semper est. Nec æstuans Gula expleri ualet, quãuis ubertim

terras populetur,

terras populetur, & maria. Id quod innuere Idem uidetur Athenæus. Nam & κεστρέας. i. Mugiles uocant hiantes, fameſcentes q̃. Sed, ut deniq; tollatur ambiguitas omnis, Scire cõuenit, Cephalum eſſe inter genera Mugilum. Id ut uerum ſcias, Ariſtotelis uerba tralata apposui ex Libro de hiſtoriis quinto. Mugilum inquit, Labeones, Sagi, Myzones, ideſt Mucones, Cephali, ſiue Capitones graueſcere menſe Decembri incipiunt, Gerunt q̃ diebus tricenis. Mugiles aliquos non coitu, ſed Limo, harena ue enaſci, conſtat. In hæc diuertiſſe collibuit, ut ii deniq; reſipiſcerent, Qui Plinio negotium faceſſunt in Daſipodis, Leporis q̃ diſtinctione. Quæ mira uideri non debuit, cum in Animantibus, quarum non una ſpecies eſt, id ipſum & ſummus Philoſophus facere pernoſcat. Pene exciderat, quod relatu uel digniſſimum fuit, & adiuuat, quæ præſtruximus. Scribit Oppianus ἁλιευτικῶν primo, Cephalos Ceſtreos q̃ eſſe δικαιότατον γένος ἀμφιτρίτης, ideſt Amphitrites iuſtiſſimum genus. Quem locum enarrans Expoſitor, Iuſti inquit, uocantur, quoniam, cum Piſces cęteri Carniuori ſint, nec cætero abſtineant piſcitio, Soli omnium hi Carnibus haudquaquam admouentur. Apud eundem Interpretem ſic comperi, Notandum inquit, Quod Thynnus quidẽ Piſcis eſt, κῆτος δέ, ideſt Ceſtus autẽ eſt Melanthynnus, id ualet, nigricãs Thynnus. At Echinus, qui in Ceſtrei capite conuiſitur, Sphondylos nũcupatur. Eſt & Cephalinus Piſcis, ſed a Cephalo diuerſus, quem etiam Blępſiam dicunt. Ceſtrei uero Plotes quoq; nũcupantur. Nam ſic eos appellat Epicharmus. i. πλῶτας.

¶ Aquarum laus præcipua. Oratii locus explicatur. Iuriſiurandi per ſtygiam paludẽ ratio. Amymonię aquæ. Aquariæ Libræ, Item Dioptræ, & Corobatæ. Caput XXXVIII

Erum, ut ad Aquam regrediamur, & in Vniuerſum aliquid promamus, Eius Vtilitates longe uidentur Ignem præſtare, Quoniã multa ſint Animalia, quę abſq; ignis degant uſu. Degere autem ſine aqua nullum. Quippe ſi fuerint ſine humoris poteſtate, exanguinata, exucta q̃ a principiorum liquore interareſcunt. Quin nec plantas ipſas, aut herbas floreſcere citra aquæ humectationem. Qua ex cauſa Pindarum rectiſſime opinantur dixiſſe, ἄριστον μὲν ὕδωρ, ideſt optima quidem Aqua. Quanquam nõ deſunt, qui Heſiodum in Theogonia putẽt, Aquam ſtatuiſſe rerum initium, & Chaos nominaſſe, ὡς ἀπὸ τῆς χύσεως. χυτὸν γὰρ καὶ ῥευτὸν τὸ ὕδωρ, ideſt uelut ab effuſione, Siquidem fuſilis, fluibilis q̃, ac fluitans aqua eſt, Vnde prodierit & Mileſii Thaletis opinio, Et Pindarus ita ſibi laudare Aquam permiſerit. Affertur & illud, Creditum Veteribus, Deos per Stygiam paludem iuſiurandum cõcipere, uel quia a Diis, & Hominibus odio habentur, qui ad deiurium procliuiores ſunt, uel quia iuxta Heſiodum, omnibus elementis antiquior eſt Aqua. Primo Rhetorico Ariſtoteles, de multiplici uſu eius elementi prodiiſſe Pindaricum illud, opinatur. Porro cum Aquarum infinitæ propemodum utilitates ſint, gratiſſimæ q̃, Qui ſacerdotia gerunt moribus Aegyptiorum, oſtendũt res omnis e liquoris poteſtate ꝓfiſtere. Itaq; cum Hydria ad tẽplum, ędem q̃ caſta religione defertur, tunc in terram procumbentes, manibus ad Cælum ſublatis diuinę gratias agunt Bonitati. Ex iis eſſe arbitror, quod Seneca ſcribit, Magnorum fluminum capita ueneramur. Subita & ex abdito uaſti amnis eruptio aras habet. Coluntur Aquarum calentium fontes, & Stagna, quę uel opacitas, uel immenſa altitudo ſacrauit. Hinc & Oratianum illud ex primo Carminum. Nunc ad Aquę lene Caput ſacræ. Sed & in Ergis præcipit Heſiodus, Nõ eſſe fluuium perennem pedibus tranſeundum, niſi prius affuſis precibus. Id eo dici, tradit Proclus, quod opinarentur Veteres, Omnem quidem aquarum naturam, Vt quæ alendi, augumentandi q̃ uim poſſideat, ſacram eſſe Diis, quos ζωγόνους uocant. Præcipue uero perennes fluuios putaſſe diuinos, Quia indeficientem, æternam q̃ Deorum Subſtantiam imitentur. Quin & poteſtates præfici diuinas, interpretabantur. Nec me fallit, Ioannem Grãmaticum Illud Heſiodicum arbitrari allegorice intelligendum, Nam fluuii nomine Vxorem putat accipiendam perpetuo habitantem cum Viro. Monere autem Poetam, Vxori non congrediẽdum ante fuſas Diis preces, Vt Seminis profuſioni adſit Deus uolens, & propitius, quam uocat καλλίῤῥοον ὕδωρ, ὡς καθαρὰν καὶ νόμιμον, ideſt puram, legitimam q̃. Amymonias aquas ſicubi legeris, intellige argiuas, quoniam Amymones obretitus amoribus Ne-

ptunus fontes aperuit Lernęos. Vnde aquis abundare contigit argiuis. Etiamſi ad Danaidas referunt alii, Quæ ab Aegypto profectæ Phreorychiam docuerint, ideſt puteorum artē perfodiēdorum. Aquarias Libras, Dioptras q; alicubi inuenies, Sicuti Chorobaten quoq;. Ea uero inſtrumenta ſunt Aquarum dicata librationibus, ubi perducendæ ad mœnia ſunt. De Aquarum præſtantia ſic apud Græcos comperio, εἶναι ἄριστον ὕδωρ ἀποιότατον, καὶ κατὰ γεῦσιν, καὶ κατ' ὀσμήν, ideſt eſſe optimam ex Aquis, Quæ citra ullam ſit qualitatem uel ſaporis, uel odoris. Sed quę mox hypocondria tranſmittant, Illæ uero incomparabilis ſunt excellentiæ. Nā quæ illis immorantur, ac inflant Ventrem, grauant q;, cēſentur non bonę.

¶ Niloticę aquę laus præcipua. Cur Nilus dicatur Iupiter, & Saturnius. Chomata Nili, & Diacopi. Cōmatica. Comę. Halmones qui ſint. Quę ſit fluminū, & Aquarum probatio. Dæra. Syrembolum. Sarabaitę Sacerdotes. Aquai Legendum apud Quintilianum, Et Virgiliū, Æneidos ſeptimo. Interim de Ioue pluuio, & Terræ ſimulacro. Caput XXXIX

Ed enim in medicinę ratione fluuialis aqua, & paluſtris damnat, præter Niliacam. Ea nanq; cunctis inſignita Virtutibus creditur, hauſtu ſuauis, mediocrem in Aluo moram ducens. Sitim porro reſtinguit commode, nec frigida quidem ullum inferens nocumentum. Præclara in eo Galeni ſentētia eſt, Nilum inquit, ita laudo, ut bonitatis excellentia paucis admodum cōparari fluminibus poſſit, Nam & Mulierum partionem inſigniter adiuuat. Ex eo præterea in Ægypto Solę omnium paluſtres aquæ redduntur commodiores, quando æſtate nec computreſcant omnino. Seneca in Naturę quęſtionibus, Pleraq; ſunt inquit, ratio quorum reddi non poteſt, Vt cur aqua Nilotica fœcundiores faciat fœminas, Adeo ut quarundam uiſcera longiore præcluſa ſterilitate ad conceptum relaxauerit. Auicenna primo Canonis quatuor ex cauſis Nilo incomparabilem Bonitatis uim ſcribit attributam, Quarum primam ſtatuit a Curſus longitudine. Secundam Regionis aſcribit nitori, ac præſtantiæ, Per quam fit aquarum delapſus. Tertiam putat, quod a meridie in Septētrionē deferātur, Sic enim attenuari amplius. Poſtremo & immenſam ſuffragari fluminis molem. Inuenio præterea Iouis uim fuiſſe Aegyptiis Nilum, Vnde illud apud Byzantium poetā Parmenonē, ut ſcribit Athenęus αἰγύπτιε Ζεῦς νεῖλε, ideſt Iupiter Aegypti Nile. Quoniam Certis anni temporibus ſuperfuſus ripis Imbriū modo mirā Campis fertilitatē inferat. Propterea de Nilo Tibullus,

Te propter nullos tellus tua poſtulat Imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Nā & Athenis Terræ fuiſſe ſimulacrū, Pauſaniæ credim⁹ ſuppliciter a Ioue pluuiam cōprecantis, Quem uocant ὄμβριον, Cuius in monte Hymetto uiſebatur ara, Sicut & Simulacrū quod Iouis diceretur Hymettii. Sed & in Parnethe Ioui ſacra fiebant, quem nunc ὄμβριον uocarent, nunc ἀπήμιον. Sed ὄμβριον uocant item ὑέτιον. Creditur et Pindarus inde Saturnium appellaſſe Nilum, tanquam & ipſe Iouis innuens cognomentum. Dicitur inde & Chryſorrhoas, quaſi auro fluēs. Ex quo & graues in eos, qui Chomata Nili ruperint, uel uiolarint omnino, Sanciuntur pœnę. Sunt autem eo nomine Aggeres (Sic enim græce pronuntiatur χῶμα) Atq; ita ſcribendum apud Iureconſultos, Digeſtis de extraordinariis criminibus, Vbi etiam Aggerum nominantur Diacopi. Quo uerbo intelligi Sciſſurę uidētur. Commatica uero pronuntiatio apud Grāmaticos, aliud eſt, dicta ſic, uelut inciſa. Cuius exēplum eſt apud Papinium.

Vbi iſte fragor? Ni fallimur aure. Sed unde
Puluereo ſtant aſtra globo? num Iſmenius ultro
Miles? ita eſt, ueniunt. Tanta eſt'ne audacia Thebis?
An dubitent?

Comas uero, ideſt κώμας Pagos Græci uocant, Qui in Orchomeno quandoque Halmones, ideſt ἁλμῶνες ſint nūcupati, ab Halmo Siſyphi filio, Cui regionis partem haud ita magnam conceſſiſſet incolendam Orchomenius Eteocles. Inde natum, Vt eſſe uicum quendam Halmonas, prodiderint multi. Sed a diuerticulo fabulam repeto. Reliquorum Aquę fluminum difficiles cenſentur, arefaciendo, ac Sitim amplius accendendo, præſertim

ſi regionum

ſi regionum adſit malignitas, nec Aer admodũ accõmodus, quod adnotauit Dioſcorides. Auicenna eam item probat, quę Exortum petat, præcipue æſtiuum, ſemperq; bonitate ꝓfi cere, dum a' fonte diſcluſa abit longius. Secundæ uero notę putat, quę in Septentrionẽ pro fluat. Hanc Æginita Paulus non probat ſatis, Quoniam ſit ὕδωρ βραδύπορον καὶ ἀτέραμνον, ideſt inceſſu tarda, duraq; Aqua. Rurſum incaleſcere tardiꝰ, ac frigeſcere. Cui diuerſum fa ciat ortum petens. Improbãtur omnino in occaſum, meridiem'ue delabentes, prę cipue me ridionali aſſiliente afflatu. De iis plura item Galenus. Putearias quoq; nec ſatis probas prę fontanis arbitratur Auicenna, quod terroſæ plurimum ſint. Vt quæ in arcto contineant' oc cluſæ. Porro' ineſſe & putreſcentis materiæ quippiam, neceſſe eſt. Illuc Solis radio minus pertingente, nec prorſum perflatu ullo, Vapores corruptioni obuios detergente. Auctor cũ Paulo Galenus eſt, Vnam eſſe bonarum, & malarum aquarum cognitionem, Si hyeme q; dem calent, frigent uero æſtate. Deinde ſi purę ſunt, nec colore oblæſo, uitiato'ue. Et ſi ma la nequaquam fuerit hypoſtaſis. Item ſi leues ſint. Quando terræ promixtionem coarguit pondus. Conſyderatur præterea, incaleſcant'ne ſtatim, frigeſcant'ue. Huiuſmodi enim prę ſtare. Cæterum de iis plura item Architecturæ octauo Vitruuius. Illud neutiquam trãſilue rim, quod Aelius ſcribit Dionyſius, Dæram nuncupari humectam ſubſtantiam ab iis, quĩ Teletas curant, & myſteria. Deras autem. i. Λειρὰς regio eſt argiua, ubi Apollo colitur Λειραδιώτης, In cuius ſacrificiis Agno noctu ĩmolato quot menſibus, & ſanguine guſtato, Puella μάντις ἐκ τοῦ θεοῦ γίνεται, ideſt afflatum ſentit numinis, uaticinatur'q;. Syrembola denique in obſidionibus fiſtulas uocant, quibus exquiritur aqua. Nã Syrinx fiſtula eſt. Et Embolum altera eſt compoſitionis pars. Sarabaitæ ad præſens inſtitutũ nil magnopere fa ciunt, Qui ſint, enarrabitur nihilominus, doctrinæ gratia uberioris. Sunt enim eo nomine in Aegypto Sacerdotes, in Saxorum cauitatibus fere' habitantes, Suillis, ac Bubulis circum amicti exuuiis, funibus Zonarum præcincti loco, Pedibus nudis, Cruore conſperſi, ubi Sce nophegiorum ingruit Celebritas, e' Cauernis ſe promentes, Hieroſolymam petũt, Ac Tem plum adeuntes inopiam, abſtinentiam oſtentui habent, Ingerunt omnibus, Barbã ſibi etiã num acriter uellentes, Vt ſpectent iſta Vniuerſi, & uelut Cælitus demiſſos homines opinẽ tur, ſuſpiciant'q;, etiamſi intercutibus nunquam non uitiis madent. Propterea non eſſe imi tandos, præcipit Auguſtinus, Et cõmeminit facundus Scriptor Hieronymus. In hac deniq; tam multa aquarum mentione, Sciendum, Pauſaniam auctorem nobilem Alphei tranſitũ ad Arethuſam facile comprobare, Nili argumento, qui Paludem ingreſſus emergat, perin de ac e' terra, Quod ipſum & in Iudæa faciat Iordanis. Adduci autem ſe potiſſimum Apol linis delphici oraculo ſcribit, a' quo ita ſit editum.

ὀρτυγίη τίς κεῖται ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
Τρινακίης καθύπερθεν, ἵν' ἀλφειοῦ στόμα βλύζει,
Μισγομένη πηγαῖς δύρωπίης ἀρεθούσης.

Nec illud deniq; neglexero Virgilianum Carmẽ ex Septimo Æneidos ſic ab Eruditioribus legi ſolere. Id Quod Diobolares Grammatici ne ſuſpicati quidem unq; ſunt,

Sæuit Amor ferri, Et ſcelerata inſania belli,
Ira ſuper. Magno ueluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur Coſtis undantis Aheni,
Exultant'q; Aeſtu latices, furit intus Aquai
Fumidus, atq; alte ſpumis exuberat amnis.

Cui ſane' Lectioni, ut plauſibili, in Codicibus ſynceris ſuffragetur Seruius quoq;, Diæreſin eſſe inibi factam, teſtatus. Suffragetur Cornutus item Perſianus Interpres, Poetæ uerſu ad uocato. Hũc porro' eſſe locum, a' Quintiliano ſignificatum, Vbi Libro Oratoriarum Inſti tutionum primo ita ſcribit, Vnde Pictai, & Aquai Virgilius doctiſſimus Vetuſtatis Carmi ni inſeruit. Quanquam modo Legitur, Aulai, in peruulgatis Fabii Voluminibus.

¶ Cur Animantibus Somnia ſint data. Item Somniandi cauſę. Quę Somnia liceat con iectare. Caput XL.

s Omniorum uanitatem tum ratione, tum experimentis coargui a' multis, palàm eſt. Nec defuerint tamen, qui ediuerſo ratione, ac experimentis item pręſagiorũ

inde miram comprobent ueritatem. Prius uero quàm altiora contingamus, succurrit, promendum hac parte, cur nam credamus, contributa esse Somnia. Et ratio quidē illa plerisq; Eruditorum egregie arrisit. Mentem utiq; per diem ueris auocari uisionibus, ne obdormiat. Noctu uero falsis, ne excitari celerius queat. Quod si nullę omnino sese imagines ingerant, Aut uigilare illam, necesse erit, Aut perpetua sopiri morte. Proinde dormitionis ratione Somniorum inuolucra esse ab opt. max. Deo impertita, fatendum arbitrantur, Cū uniuersim, tum uel Homini imprimis, Quod præter Quietis propositum, etiam futurorum prædictiones in eis seposuerit sibi, Nam ueridico præsagio multis fuisse per Somnum oblatas species, argumento esse historia potest. Sed & nostrorum Vatum responsa, euentu admirabili, ex parte fuisse Somnia, compertissimum est. Verum quæ falsa sunt, obrepunt modo Soporis causa. Illa, ut ex diuinæ potestatis magnitudine ingruens bonum, uel malum pręripiamus. Propterea Actuum apostolicorum secundo, Effundam de Spiritu meo super omnem Carnem, Et prophetabunt filii uestri, & filiæ uestræ, Et Iuuenes uestri uisiones uidebūt, Et Seniores uestri Somnia somniabunt. Cæterum, quo ista constent exploratius, Ex Theologicis Patrum nostrorum sanctariis uideor aucupatus, Vniuersim quidē Somniorum causas esse duas. Earum Intima una est, Extima uero altera. Sed & intima item duplex. Ac est una quidem, fortuitus in quiete phantasmatum motus. Hic præsagit omnino nihil, & eiusmodi fere' Somniorum plurima sunt. Ideo Ecclesiastes quinto scriptum inuenias, Vbi multa sunt Somnia, Ibi plurimę Vanitates. Altera uero ex Corporis affectione est. Nam & frigidioris naturæ homines glacie sibi plerunq;, aut niuibus uidentur adobruti. Quippe affectioni eiusmodi phantasmata conformari, palàm est. Propterea Medicorum scientissimi, quod Aristotelicum est ex Libro de Somno, & Vigilia, Somniis peruigilate intendendum, asseuerarūt. Sed & calculum adiicit Magnus Albertus, Eius quoq; exemplo subiecto, Qui per quietem in pectus sibi atriorem arbitrabatur affundi picem. Mox'q; illucescente die, Bilem reiectauit atram, & utiq; copiosiorem. Itaq; indidem posse uel sanitatis, uel morbi uaticinia concipi, prope' certa est Coniectatio. Verum Causa Somniorum extima duplex animaduertitur & ipsa. Corporea, Spiritalis'q;. Ex quibus illa quidem ex cælestibus profluit Corporibus, & ex ambeunte nos Aere. Sicuti enim illis influentibus, in corporali materia formæ producūtur diuersę, ut Plantarum, & Metallicorum, & id genus Complurium, Sic & Virtute eadem in potentia phantastica, quæ organica est, phantasmata promi, effingi'q; ualent, Cælesti consentanea dispositioni, effectui cuipiam producendo. Ac propterea id quoq; genus Somnia Veritatis opinionem sibi facile conciliant. Atqui inferat aliquis, Et uigilātibus adsunt Corporis illæ ipsæ affectiones, agunt & cælestia corpora, ac continens Aer. Agunt quidem, Verum auocamentis rerum multiplicium, curarum'q; nunquam non perurgentium, obseruantur minus phantasticę potestatis Motus, Immo uero & præpediuntur. Causa porro' extima item, ac Spiritalis ex Deo est, quę & Bona dicitur. Sed & hæc bifaria est, Siquidē uni quādoq; imaginaria modo ingeritur Visio, Alteri uero eiusdem Intellectus. Nam & Pharaoni præpinguium Boum oblata species est, atque item macie confectarum. Quam is tamen cōiectare non ualuit, Valuit autem Ioseph. Nec inficiandum tamen, Alicui sæpe contingere utrunque, Sicut Danieli. Altera Spiritalis ratio, & eadem mala, Dęmonum commercio infamis est, Et magica insignitior uanitate. Ex iis porro' ita contextis, liquere illustrius potest, quæ demum Somnia explicare cōiectura liceat, & quæ minus. Sed nec Eustathii prætereunda sententia est, qui super eo Homeri uersu,

Καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ διός ἐστιν.

Somnia inquit, quæ ex Deo sunt, διοπέμπτα uocant, uelut ex Ioue missa. Quin & huiusmodi Somnia proprie dicuntur, idest ὄνειροι, Appellantur & θέιαι ὀμφαὶ, idest diuinæ uoces, Quia φαίνουσι τὸ ὄν. Hoc est uerum indicant. Proinde ab eodem dicitur Somnium διὸς ἄγγελος, idest Iouis nuntius.

¶ Quid Prophetia proprie. Necnon Prophetiarum gradus. Vectii uaticinium de Romani Imperii perseuerantia, ex Vulturum XII, ratione, Romulo qui sunt oblati. Caput XLI

Et quia nos

T quia nos in Propugnatorum Christianę Veritatis colloquia immisimus, pergamus porro imbecillitatem nostram doctissimis, ac de Cęlestis Eloquii
e fonte manantibus, illorum ipsorum confabulationibus, ac Scientiæ scitamentis confouere, ab instituto tamen nihil abiuncti. Est inquit Cassiodorus, Prophetia inspiratio diuina, rerum euentus immobili ueritate denuntians. Vt uero plenius, absolutius q; dicatur Prophetia, cognitio exigitur Intellectualis, Sicuti Danielis quoq; decimo comprobatur. Quod si intelligentia non contingat, nō proprie dici Prophetiam. Sicuti Pharao Spicas uidit, Geneseos XLI. Et Balthasar manum scribentem in pariete, Danielis quinto, Ille dormiens, hic uigilans, Neuter tamen eorum Propheta. Cæterū nec in morte Saluatoris Caiphas. Quippe Sancti Spiritus ui nobis inexplicabili impellimur sæpe nescientes, quod felicissimū est. Cuiusmodi fere impulsum in hominibus adnotamus Fortunatis, Qui ratione nulla, uel cognitione ducuntur ad aliquid faciendum, Vti est in Libro de bona Fortuna, ea tamen differentia, Quoniam fortunatorum impulsus a Causa est naturali, idest ab Orbis influentia, uel motricis Intelligentię, ut quorūdam assertio est, Vel ab utraq;, Sicuti aliis uideo magis placuisse. Igitur quia ex ratione Propheticæ Veritatis est Cognitio, ut præstruebamus, inde fit, Vt pro eius uarietate profluant Prophetici quoq; gradus. Is nanq; excellentissimus est, ubi paribus reliquis, clarior est Intelligētia, dū tamen Prophetiæ limites non transcēdat. Ergo gradus primus est, Cum uidet quis, & intelligit. Velut Hieremias Ollam uidit succensam, & faciem eius ab Aquilone. Quo significari intellexit, Babylonici Regis exercitum Ciuitatem Hierusalem exusturum. Secundus gradus est, Vbi uidetur nihil, Sed instruens Vox auditur. Hic uero est priore excellentior, Quoniam Veritatem expressius prędmonstrant Voces. Tertius porro est, cum nō Vox tantum auditur, quæ instruat, Sed uidetur etiamnum, Qui loquitur. Quę res adhuc creditur augustior. Cęterum uel ista cōtingunt in quiete, Vocantur q; a Theologis Reuelationes per Somnia. Vel dum uigilamus, & a Iunioribus dicuntur Visiones. Qui est præclarissimus modus, quoniam & mentis fit illustratio maior, Quæ quāuis sensuum ui exteriorum distracta, Intelligibilem tamen supernaturalium Veritatem percipit, Quod non fit in Somno, Sensibus quietis. Porro Propheticus ille modus, qui raptu contingit, uel Extasi, ad eum ferme reuocatur, qui est in quiete, quia tunc exteriore Sensu non utimur, Sicut nec in Somno. Adhuc Gradum statuunt quartum, ubi apparitione nulla figuræ cuiuspiam, uel sensibilis signi, occultorum intelligibilis ueritas percipitur reuelatione diuina. Cuiusmodi cognitio summo Prophetæ Dauid contigisse dicitur. In hac deniq; Addiuinantiū mētione illud fuerit Auctariū, Quod ex Varronis est antiquitatibus, Vectium augurio præstantem de Vulturum ratione, Romulo qui se obtulere, Quos q; Corpora sancta dicit Ennius, cōiectasse, Romanum imperium ad Mille ac ducentos Annos perfeueraturum. Quod & Verum comparuit, Siquidem cum imperarēt Cæsares Constantii, Romanorū dignitas dilapsa corruit, Byzantium tralata, irruētibus in Italiam Vnnis, Vandalis q;, ac Gotis.

¶ Afflationum Species. Qui Afflatorum Status. Quæ ad Somniandi rationē requirātur. Somnii laus etiā per exempla. Cur Somnia matutina ueriora. Caput XLII

Erum, ut ad Scriptorū genus aliud digredi iam ordiamur, Et quod Lucernā oleat, subinde pergamus promere, Porphyrius Afflationū species duas agno
u uisse, animaduertitur. Vnā, quæ p Somnū ꝓtingat, Alterā, quæ in Vigilia. Vbi afflati, & perciti præsagiunt, ita uigilantes, ut etiam Sensibus utātur, Nec tamē esse interim ratiōis humanę compotes. At Iamblichus Animos ait, Vere prędsagientes, afflatos q;, & cum dormire uideantur, nō dormire. Et cum uigilare, non prorie uigilare, neq; more hominum Sensibus uti, Nec ipsa Animalis uiuere uita. Argumento esse, quod eos plerisq; igne admoto, nō urant, Ignē uidelicet repellēte Deo, qui intus afflet. Vel, si urantur, nō ꝓsentiūt. Sed & inuia, peragrant sæpe, ac flumina tranāt mirabiliter. Cæterū in iis, quę ad Somnia ꝓtinēt, attendenda uehementer, quę nono de Republica Socrates de Somniādi rōne differit apud Platonem, At inquit, cum quis salubri, & moderato cultu, atq; uictu se ꝙti tradiderit, ea parte animi, in qua est ratio, excitata, & erecta, saturata q; bonarū cogitationū Epulis, & ad seipsam ꝓtemplando ꝙuersa. Ea uero parte Animi, Quæ uoluptate alitur, nec inopia pressa, nec satietate affluenti. Vt ꝙescat maxime. Neq; optimā

partem illam aut geſtiendo, aut mœrẽdo perturbet, Sed ſinat eam ꝑ ſeipſam ſolam, ac purã ꝓſyderare, ındagare, atq; percipere qcq̃ ignotũ hactenus, uel pręſentiũ, uel futuroꝝ, aut prętę ritoꝝ. Illa ẽt parte Animi tertia, in qua Irarũ Ardor ęſtuat, ſedata, atq; reſtincta uſqueadeo, ut quieſcat nulli infenſa. Atq; ita inq̃ partibus pacatis duabus, Mente uero erecta, Somno ſe cõparet. Tunc demũ pura mẽs Veritatẽ contingit, neq; Inſomniorũ uiſa nefaria occurſant. Significat ipſa hæc parte quadã Syneſius, cum ait, Sufficit Somno dedere ſe Lætis manibꝰ, diuinisq; laudibus celebratis. Laudans quoq; ſuo more Somniale uaticiniũ, Ad hoc inqt, ac cedere decet fœminas, atq; Viros, Antiquos, Iuuenes, Pauperes, Diuites, Priuatos, Princi pes, Oẽs deniq;. Quoniã neminẽ reſpuat, adſitq; omnibus Propheta paratus, Cõſultor bo nus, & tacitus, Sacroꝝ pręceptor, atq; diſcipulus. Mox uero inde ſibi ambiguitatũ inuolucra quędã mire ſcribit recluſa. Quin & Magorũ inſidias huius bñficio debilitatas, ac cõcuſſas ꝑ bat. Ereptũq; ſe diſcriminibus multis, nõ inficiaꝫ. Galenus ſũmus Medicinę auctor ꝑdit mo numẽtis, cũ circa Diaphragma cauſatio eſſet inorta, ꝑ quietẽ ſibi oblatã ſpeciẽ, quæ cõmo neret, liberatũ iri, Si ſanguinẽ mitteret ex Vena, quę inter pollicẽ uiſiꝫ, atq; indicẽ. Feciſſe, quod pręcipiebaꝫ, ac mox ſanitati reſtitutũ. Ipſe ſum memor, cũ agerẽ ætatis annũ ſecũdũ & uiceſimum, & Antonio Boldu, nobili Veneto, tunc in patria mea præturam gerẽti, Pli nium interpretarer, Nec dum Hermolai Barbari emendationes doctiſſimæ eminentiſſimo Auctori egregiã, immo ẽt triariam tuliſſent opem, forte in eũ incidiſſe locũ, Qui legiꝫ in Se ptimo de iis, q plus iuſto creſcunt, uocãturq; a Græcis Ectrapeli, Torquebat amplius uerbũ id, Sciebã me legiſſe de eo aliqua, Verũ nec Auctor, nec locus ſatis ſuppetebãt. Proinde ueri tus ımperitię notã, ęſtuãti animo cõmodũ quieti me tradiderã. Mox ratiocinans mecũ librũ uidebar agnoſcere, immo ẽt Locum, & Phylluræ partem, ubi id foret exſcriptũ. Excitatus deniq; cœpi oblata ꝑ Somnũ repetere. Illuſionẽ putaui. Sed cũ inſcitiæ formido infeſtaret amplius, neqd intẽtatum relinquerem, Librũ arripui, Sicuti Somniauerã, ita cõperi. Neque hoc dico, qa Somniis hęrendum putem, in tam numeroſa eorũ uanitate, tum ẽt prętęr inſti tuta fere Chriſtianæ Veritatis, Sed qa nimis opportune, dum iſta proderẽ, ſeſe ingeſſit exẽ plum, prętęrire non fuit conſilii. Quanq̃ ſuccini pertritũ id forte ualet, Neminẽ magnopere dari, Qui totum diem iaculans non aliquando collimet. Porro Somniale uaticinium ꝑpe Solis emerſum, ſedata paulũ Vaporum, Externarũq; rerum cura, contingere, proditum li teris eſt. Id fieri putatur, non ſolum ea de cauſa, quod ꝑcocta ciborũ mole, amplius Sobrii ſimus, Sępius. n. cibo inanes quietem petimus, Neq; tamẽ ꝓtingit uiſionum ꝑſpicuitas. Sed eo item noïe, quod et Solis, Phœbiq; Vatis, ut ueteꝝ more loquamur, acceſſu roborari uati cinium ſolet. Sanguinei quoq; Spiritus, Igneiq; ea hora dominãtes claritate ſua ſomniali cõ ferunt claritati. Accedit id euidens quoq;, quod obuerſantia expergefacti mox ꝓſequẽtium ımaginum turba non confundimus. Propterea Sermonum primo Oratius.

Atq; ego cum Græcos facerem natus mare citra
Verſiculos, Vetuit me tali uoce Quirinus
Poſt mediam noctem uiſus, cum Somnia uera.

¶ Somniorum diuinatio an ſit, ex Ariſtotele. Item q, an a Deo mittantur Somnia.

Caput XLIII.

Oſtea uero quàm Theologorũ patrum in iis decreta prolibauimus, Nec non Platonicorum muſea introſpeximus, Percommodum fuerit forſan & Peri
ꝑ pateticos in Conſilium adhibuiſſe (etiamſi, quod aiũt, Myſorum collimitia, & Phrygum plane ſecernuntur) Qui placita ad id negotium ſua quoq; pro mant. Igitur ex Ariſtotelis ſui doctrina Themiſtius inquit, Diuinationem in Somno eſſe aliquam, neq; pertinaciter reſiſtendum, Neq; temere aſſentiẽdum. Nam quod aut omnes, aut plurimi arbitrantur, ineſſe aliquid diuinitatis in Somno, & uiſa pleraq; oc currere futurorum prænuntia, argumẽto eſt, huiuſmodi perſuaſionem, quæ uſq; infixa Ho minum mentibus ſit, Et fere Gentium firmata conſenſu, ab experientia, & rerũ euentis or tum aliquem habuiſſe. Parte uero alia cum nulla grauis, & efficax ratio uideatur, unde iſtæc diuinatio proueniat, efficitur, ut homini docto perdifficile ſit, fidem in hoc obſtringe re. Nam putare, Deum eſſe, qui Somnia mittat, prętęr alias rationes, quibus infirmari hoc, refelliq; poteſt, Illa exploratioris eſt efficaciæ, quod ſubabſurda res ſit, Rerum fu

turarum

turarum ſignificationes per Somnia non optimis, & Sapientibus, Sed ſine lege ulla, ac fere peſſimis quibusq;, & abiectiſſimis hominibus euenire, Atque etiam Brutis. Porro ſublata ratione hac, nulla præterea poteſt idonea confingi. Quod uero aſſeritur, Eſſe apud Boriſthenem, & Gades, qui uaticinentur, nonnullos, Adhuc ratiõis eſt incompertæ. Quãquam uero diuinitus non mittuntur, Sunt tamen, quæ poſſis Dæmonia dicere. Nam & natura Dæmonia ſunt, non diuina. Huius rei argumentum eſt, quod parte plurima indocti, & Gregarii ſomniare, ac Vaticinari uidentur, Vt intelligatur, auctore Deo, illos non ſomniare. Porro in plurimis, & uariis Viſis non eſt, ut ſit mirãdum, euadere ex iis aliqua, quæ prædixerint. Nam Vetus eſt, Si ſæpe iactaueris, quandoq; Venerem iacies.

¶ Quam dixerit Somniorum rationem Democritus. De Motionibus Somniantium, ex Ariſt. eodem. Item cur ſatui præcipue motionibus excitentur. Cap. XLIIII.

d Emocritus uero in Somniorum ratione Dormientium animos putabat pulſari externa, & aduentitia imaginum uiſione, Quæ tanquam membranæ a Corporibus direptæ continenter funderentur, & fluerẽt. Ex iis alias eſſe beneficas, Alias ſequioris Ingenii, perinde'q; maleficas, & magnitudine, ac pernicie portentoſas. Has accedere in Somnis ad homines, & ſignificare, quæ præſentirentur, futura. Eſſe uero, quibus ſimulacra hæc adueniant meditantia, commentantia'q;, & Voces mittentia, Alioquĩ quæ in Somno tantum intelligentibus ſentiantur. Quamobrem optabat Democritus imagines optimatis notæ ſortiri. Nos uero, & ſi Simulacra eſſe ulla, quæ uolitare, ultro, citro'q;, & uagari per auras poſſint, negamus, Tamen motiones aliquas eſſe concedimus, quæ nos Simulacrorum uice exerceant. Illas ex initiis quibuſdam earum rerũ prodire, quæ dicendæ nobis, agendæ'ue ſint mox, Aere primum mutato. Tum deinde per aurium foramina, & narium meatus tranſmiſſas ad Cor, facere, ut in ſomniis futurarum rerum exitus prænoſcere uideamur. Hæ uero motiones non poſſunt alio tempore ſenſum ſui, quàm noctu ampliorem inuehere. Motus itaq; hauſti Senſibus. Et Viſa ex iis concepta, idẽtidem'q; ad ſentiendi tranſfuſa principium, præſenſionem futurorum dormientibus afferunt, Atque hæc ratio eſt, quamobrem fatuis Somnia hæc potius, quàm prudentibus ingerantur. Quoniam ineſt iis ſilenta mens, deſerta'q;, & cogitationibus uacua. Quarum plenus philoſophantium animus eſt, & quarum agitatione ſolitarius, & Otioſus eſſe non ſinitur.

¶ Somniorum in quibuſdam certitudo unde ſit. Item de Melancholicis. Lycanthropi. Lycanthropia. Lycaones qui intelligantur. Cap. XLV.

q Voſdam uero eſſe, qui cum exceſſu mentis tentantur, prædicant futura. Id cauſæ eſt, quod cum Inteſtinis, & propriis motibus non infeſtentur, eminus uellicantur, & alienos excipiunt. Ita ut ea maxime ſentiant, quæ geruntur extrinſecus. Eſſe itẽ aliquos, quibus Somnia de neceſſariis, & amicis certiſſima eueniant, Inde proficiſcit, qđ de neceſſariis ſuis impẽſe ſolicitus qſq; eſt. Vt.n. de longinquo ii uice mutua ſe agnoſcũt, Ita motiones, quæ in Corde ſeruant, rerum, quas familiares, charas'q; hẽmus, notiores nobis ſunt, & ꝓmptius ſe reddũt. Melãcholici uero præ naturæ ſuæ uehemẽtia ſimiles Venatoribꝰ uidentur. Vt enim illi & coniectatione, ac telo quaſi feram poſſident ante, quàm accedant, manu'q; tollant, Ita Melancholici pernicitate animi rapienda præcipites quaſi anticipant, & anteuortunt futura. Quod enim Imaginationes in iis uolucres, & deſultoriæ ſint, leui pulſu excitę, tanquam ſigno dato, & quæ his proximæ ſunt, demum'q; uniuerſæ prorumpunt. Eſt item Melancholica affectio, dicta Græcis λυκανθρωπία. Et qui ſic afficiuntur, Lycanthropi, Quoniam Lupos imitari prorſum uideantur. Exiliunt quippe noctu, Ad'q; diem uſq; inter Sepulchra diuerſantur. Eorum præpallet facies, καὶ ὀρῶσιν ἀσθενῶς, Oculis areſcentibus, præcipue uero lingua. Sunt præterea διψώδεις, hoc eſt ſitibundi. Tibiis ex impactione crebra ἀνιάτως. Ideſt citra medelam ulceroſis. Hoſce item Lycaonas dici, obſerua uimus.

¶ Quicquid occurſat per quietem, non dici Inſomnium. Item qui non ſomnient. Cur quandoq; meticuloſa obueniant Somnia. Caput XLVI.

Orro nec illud omittendum, non quicquid uiſitur in Somno, dici Inſomniũ poſſe. Nam tunc proprie Inſomnium eſt, Cum is, qui Somniat, exiſtimat uera eſſe, quæ dormienti occurſant. Quod ſiquis ita imagines concipiat, Vt intelligere poſſit, ſe dormire, ſomniare'q;, Hoc proprie Somnium non eſt, Sed uiſum quoddam, atq; phantaſma. Ac uidentur quidem hæc eſſe Inſomnia, Sed non ſunt. Proinde in Animalium generatione, Libro quinto Ariſtoteles, Somnia inqt, non ſunt, quæcunq; dormiendo aguntur. Sed præter Inſomnium, hoc eſt, ut ipſe ait, περὶ τὸ ἐνύπνιον, Vt iis contingit, qui dormientes reſurgunt, ambulant, & loquũtur. Vidẽt'q; inquit, eodem modo, quo qui uigilant. Id ſane cõſueuit euenire Corporis incommodum, quod cum frigiditas Senſus communis obliget inſtrumenta, & ſoporem conciliet, obtingit, ut extrinſecus in calorem naturalem humoris quippiam ex cibo, uel ex putrido humore, ac febri profluat. Tum ea uis mota Spectrum mouet, ſeu phantaſma, quod repræſentat, exhibet'q;, quod antea per iram conceperat, aut affectionem aliam, uel etiam Cibi ingeſſit qualitas. Hinc etiam, qui febribus uruntur amplius, inter quietem loquuntur, & uaria concipiunt rerum ſimulacra. Nec ſtatim a Cibo ſomniãt Animalia, Neq; cum edita primum ſunt, Vt Infantes, quia multa tum agitatio, motio'q; eſt, Propter alimentorum calorem. Quamobrem quemadmodum humore aliquo uehementer commoto, aut nulla effigies redditur, quæ appareat, Aut redditur qdem aliqua, Sed laceſſita, & tortuoſa uſqueadeo, ut alia omnino uideatur, quam Sit. Quieſcente autem, & Stagnante, res in eo ſimili colore, & incolumi forma reſpondent. Ita dormientibus eueniunt Viſa, & motiones a Senſibus quandoq;, ut peruideri non poſſint, Quod multo alimoniæ fluxu obruuntur, Quandoq; diſtortæ præpoſteræ, & monſtroſæ, & omnino teterrima Somnia. Qualia quæ Melancholicis, & Temulẽtis, & Febrientibus accidunt. Hæc immo recenſuimus, ut apertiora fierent, quæ de Animalium hiſtoriis libro quarto prodit Ariſtoteles. Vbi ſic fere ſcriptum inuenias. Homo maxime Animalium Somniat. Editis nuper in lucem, Et Infantibus adhuc nullum penitus contrahitur Somnium, Sed plurimis anno circiter quarto, aut quinto Aetatis, uiſa incipiunt. At libro decimo Plinius Somniat inquit, ſtatim Infans. Et Ariſt. libro ſeptimo, Infantes inqt Somniant, Sed ſero meminiſſe poſſunt imaginum. Quid ergo pugnantia iſti loquuntur, & ſentiunt? Abſit, Sed hoc uidentur ſentire, Infantes, ſi minus proprie loquendum ſit, Somniant. Si proprie, non Somniant. Et quia Pauore concuti per quietem Puerulos Hippocrates ſcribit, Adnotanda uehementer in eo doctiſſima Galeni Interpretatio. Pauores inquit, per Somnum adſunt Infantibus, iis præſertim, qui ſunt natura edaciores, Quando loca ad Ventriculum pertinentia Senſu quidem uigeant, Sed imbecillia exiſtant, Cibus uero corrumpatur. Nos ſiquidem obſeruauimus, non in tantillis ſolum, Sed etiam in Aetate perfectis terribiles fieri per Somnum imaginationes. Quando multi, & uitioſi humores grauant, & mordent Ventriculum, præſertim ipſius Os. Hæc enim particula præcipuum habet ſenſum. Inſomnia deniq; non ad opinionem, neque ad intelligentiam, neque omnino ad rationem aliquam intelligendi, opinandi'ue pertinent, Sed ſunt Senſualis potẽtiæ alumna, Verum non quatenus Senſualis, Sed quatenus imaginaria, ſiue phantaſtica eſt, Siquidem probatum in libris de Anima eſt, Imaginandi uim, quam Phantaſiã appellant, eandem eſſe ad numerum cum potentia ſentiendi, quãuis eſſentia, ratione'q; differant.

¶ Somniorum ſpecies aliquot. Item de Eorum Interpretibus. Ephialtes q ſit, Ac Pnigamon, ſeu Pnigalion. Qui Somniator. Somnioſus. Somniculoſa Aſpis. Oniropolos. Cicero nis locus explicatur. Onirocritici libri. Et Thytici. Pellium incubatus. Scytharum mos. Plu ſcula porro de pellibus. Pardalea ueſtitus, qui dicatur. Caput XLVII.

Dnotatione uero dignum illud quoq;, Somniorum alia dici Allegorica, Alia Theorematica. Nam ſunt Allegorica, ubi Senſus, Intellectus'q; a uerbis in diuerſum longe abit. Quale Cæſaris mox Dictatoris fuit, Cui per quietem oblata ſpecies illa eſt, Vt putaret ſe cum Matre permiſceri, Reſponſum'q; a Cõiectoribus, Imperium Orbis terræ portendi, Quæ cunctorum uiuentium ſit

mater

mater. Et ad Coniectorem detulit quidam, somniasse se, Ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis, Respondit is, latere sub lecto infossum thesaurum. Fodit, auri aliquantulum inuenit, Idq; argento circundatum. Coniectori misit de argento, quātum est uisum. Tum ille, nihil'ne inqt, de Vitello? Theorematica uero cum ita concipitur Intellectus, ut præferre uerba uidentur, uel, ut Græci dicunt, ὀνειροι θεωρηματικοὶ, οἱ τῇ ἑαυτῶν θέᾳ προσοικότες. Auctores sunt, In genere Phanthasmatum esse, quod Græci uocent ἐφιάλτην. Incubum latini. Cum externa uis aliqua qescentes uidetur inuadere, & pōdere suo pressos, ac sentientes grauare. Vnde & Ephialtem dici, arbitratur Paulus Aeginita, παρὰ τὸ ἐφάλλεσθαι. Alii ab Ephialte quodam. Themison uero Epistolico decimo, πνιγάμονα uocauit, ἀπὸ τῆς πνίγης. Sūt q Pnigaliona scribant. Apud Dioscoridem Syluæ medicinalis libro tertio in Pæoniæ medicinis inuenio ἐφιαλτῶν πνιγμούς, ideſt Incubos & suffocatiōes. Apud Græcos ita finiri reperias, ἐφιάλτην τὴν εἰς κεφαλὴν ἀναφέρουσαν ἀπὸ ζυμίασιν, ἐξ ἀδηφαγίας, καὶ ἀπεψίας, ideſt Redūdantē in Caput Euaporatiōem ex uoracitate, ac cruditate. Apud Medicos est Ephialtes, q a` plerisq; uocat' Babutzicarius. Somniorum Interpretē Græci, & Fulgētius Onirocritem dicunt. Nostri nunc Cōiectorem, nunc Somniatorem, ut est in Deuteronomio. Nō au dies inqt, uerba Somniatoris. Meminit Seneca quoq; Cōtrouersiarum libro quarto. Homerus Iliados Rhapsodia prima Oniropolon item dicit. Notatum a` Philōe est, Abraā primū omniū inuolucra Somnios soluisse, & reliqs patefecisse. Trogum Pomp. auctorē habem⁹, Ioseph ob ingenium præcellēs a` fratribus fuisse pegrinis diuenditū Mercatoribus, a` quibus in Aegyptum deuectus, cum magicas ibi artes solerti pcepisset ingenio, breui euasisse Regis intimum. Nā & Prodigiorum sagacissimus erat, Et Somniorum inqt, primus intelligētiam condidit, nihilq; diuini Iuris, & humani incognitum erat. Adeo, ut etiam Sterilitatem agrorum ante multos annos præuiderit. Ioseph uero Somniorū fuisse Interpretem patescit amplius Geneseos quadragesimo. Idem tamen a` Fratribus, eiusdē trigesimo septimo Somniator nuncupatur, non quod Somnia coniectaret, Sed quod Somniasset ea, qbus excellentia ipsius futura mox præsagiretur. Sed huiusmodi in Hortēsio Somniosos uocat Cicero, Cum Somniculosi sint Somno dediti homines. Quāquā a` Sisenna dici Somniculosam Aspidē, animaduertimus, quæ Somnum morsu inducat Letiferum. Auctor Eustathius est, Oniropolon apud Græcos dici nunc eum, qui ipse somniet, ac prædicat inde, Sicuti Agamemnon in βύτα ῥαψῳδία. Nunc uero qui ab aliis uisa ꝓiectanter discutiat, Velut Penelopes Sōnia Vlysses. Sunt quinimmo ex hoc cōcinnati libri, quos Onirocriticos uocāt. Quemadmodū in diuinatiōibus aliis legebantur Oeonistici, & Thytici. Pausanias inquit, existimare se, Amphiaraum interpretandorum Somniorum laude excelluisse, Quod inquit, uel ex eo liquet, Quoniam quo tempore in Deos est relatus, futurorum cognitionem per Somnia cōstituit. Ad huius item Oraculum, qui pergit, inquit, purgari primum oportet. Purgatio autem est, ut Deo res sacra peragatur, Cui, & omnibus, quorum nomina in ara sculpta sunt, sacrificāt. His peractis, mactati Arietis pellem substerni, atque ita solitos dormire captantes Somnii significationes. Ad quod cum multiscius Poeta interim alluderet, Ita de latino scriptum reliquit, Libro Aeneidos septimo.

Pellibus incubuit stratis, Somnosq; petiuit.

Cæterum scire oportet, Pellium religiosam fuisse Veteribus obseruationem quandā, Quoniam & apud Scythas Pellis inscensio Iurisiurandi uicem habebat. Mos uero fere` hic fuit, Vbi quis iniuria esset a` quopiam affectus, nec repellēdæ Idoneum, parem'q; se intueretur, Cum bouem immolasset, concisas quidem carnes percoquebat aqua, Pellē uero extendens in ea ipse considebat, manibus retro adductis, ut ex iis unus, qui cubitis colligantur. Hic uero modus illis Gentibus est supplicandi maximus. Adiacentibus igitur Iumenti Carnibus, Adeūt Domestici, familiares'q; primum, Mox & cui collibuerit. Arrepta uero Carnis portione, dextro'q; super Corium illato pede, pollicetur p uirili Vnus Eqtes ἀσίτους, καὶ ἀμιάθους, nullis cibariis, nulla'q; item mercede. Nonnulli grauis armaturæ pedites. Qui egentissimus est, offert se ipsum. Fit'q; ad eum modum haud contemnēda in Bouis corium aggregatio. Est'q; ea tum firmissima, tum hosti prorsum inexpugnabilis, ut quæ sit iurejurando obstricta. Hinc sæpe lectum in Historia, Exercitum a` Corio esse conflatum. A` nostris item prodi tum scimus, In lanata pelle nouam nuptam considere solitam, uel ob uetustū morem, quod

antiquitus homines pellibus conſepirentur, uel ut atteſtaretur, Lanificium ſe præſtaturã Viro. Præterea lugentes quoq; diebus luctus in pellibus erãt. Nam illud M. Tullii in Piſonem, Ecqd recordaris, cum omni totius prouinciæ pecore compulſo Pelliũ nomine, omnẽ queſtum illum Domeſticum, paternum q; renouaſtis? Ad Veterem quoq; morem ꝓtenderim referendum. Vt Sciolo uanitates præteream, qui Caſci ipſi Caſcos ducũt, ac præcipitant, uti poſitum apud Varronẽ eſt. Nam et Academicorum ſecũdo M. Tullius, Vt nõ multum inqt, Imperatori ſub ipſis pellibus otii relinquatur. Quod eo dicit, Quoniã militum tẽtoria pellibus obtegerentur. Vnde & ſub pellibus eſſe dicebantur. T. Liuius libro qnto. Militem Romanũ, in opere, ac labore, pruinis q; obrutum ſub pellibus durare. Item ab Vrbe eadẽ libro XXXVII. Aut ſub pellibus habendos milites fore. Sed & Porphyrio illud explicãs Oratii, Sermonum primo. Quoniam in ꝓpria non pelle quieſſem. Inde ſumptum inqt, quod Ductores in pellibus dormirẽt. Cuius rei et Lucilius teſtis eſt. Et Plautus, cum de Anu ebria iocaretur, ait, In pellis periculum protendit. Arrianus Geſto Alexandri primo, Pelles, ſub qbus milites hybernabant, leui, & ſicca herba compleuit. Idem fere, & libro tertio. Apuleius uero Florido primo. Aut Quercus inqt, Cornibus onerata. Aut fagus pellibꝰ coronata. Aduocatis etiamnum aliis uti poteramus. Sed omnia puluis idem, Vt inqt Lucianꝰ, Cæte qa de Pellibus agitur, Illud adieciſſe, nil obfuerit, Pardaleam nũcupari Pardalis pellem. Leonteam, uel Leontem, ideſt λεοντῆν Leõis. Lyceam Lupi. Trageam Tragi. i. Hirci. Apud Herodotum Anthropea. i. ἀνθρωπέη eſt humana pellis. Eadem forma dicit Taurea. Aegea. Cynea, a Tauro. Capra. Cane. Pardalea conueſtitus dicitur, qui eſt moribus uarius, & uelut πολύσικτος, ideſt multis interpunctus notis. Lycea, qui rapax eſt. Nebrida ferre, dicitur eleganter, qui timidior eſt, ac uinolentus, quia illam geſtaret Bacchus.

¶ De Coniectoribus aliqua. Quintilianus illuſtratur. Somniorum item Species multæ. Theopneuſta, Phyſica, Syncramatica, Addiuinãtia. Item bonã, uel ſeqorẽ indicãtia cõplexionẽ. Inſup de Incubo. Relegati, ac Deportati quo differãt. Achillẽ Ariſtarchi, eſſe ab Ennio Tragœdiam, Titulo eiuſmodi concinnatam. Caput XLVIII.

Ed ut a diuerticulo fabula repetatur, Exqſitiſſimus Somnio Cõiector is eſt, Qui ſimilitudines re acutiſſime poteſt perſpicere, ac diſcernere. Nam recta, clara q; Somnia Interpretari, cuiuſuis eſt. Similitudines accipio, quæ nobis ſecundum qtem obiiciuntur, & uelociſſime tranſformant, Vt quæ de rebus reſpõdent in ꝓfluente. Si enim uehementior motus ſit, Simulacra in eo ueris motibus diſſimilia, & tortuoſa reddunt. Idem in Somno ſtatuimus, Si redundantior, & cõcitatior materia ſit, quæ a ſummo capite ad ima Cordis defert, Similitudines expreſſæ, aut puræ haberi non poſſunt, Quoniam multa cõmotio ſynceritatem Somnio confundit, & conſtantiam uiſionum intercipit. Hæc ĩmo addita, Vt Fabii Quint. locũ de Coniectoribus facilius perciperent Studioſi ex libro tertio. Pleriq; Libros de obſeruantia Somnio multos compoſuerũt. Sed prudẽtes iſta facile ridenda putant, arbitrati prodeſſe perparum. Nã Spiritus phantaſtici nõ una eſſe poteſt uniuerſalis ratio, quæ omnia, ut dicit, ſub unam reuocet Myconũ. Auctor in libro de myſteriis Iamblichus eſt, & Strabo nõ neglexit. In tẽplo Aeſculapii, Quod in Epidauro eſt, Somnia Aegrotos captare ſolitos, Quibus bonam ualetudinẽ a Diis oſtenſam cõiectarẽt. Nam Herophilus Somnia quædam uocabat Theopneuſta, ueluti a Deo inſpirata, quæ neceſſario contingerẽt. Quædam uero Phyſica, Cõfabricante ſibi Anima, quod conferre uidetur, & inde quod futurũ ſit. Alia autem Syncramatica ex ſpontiuo per Idolorum occurſationem, quando inſpectamus, quæ maxime cupimus, ut cũ amicas amplexari concipimus. Apud Auicẽnam obſeruauimus Canonis primo, Complexiõis æqualis, & temperatæ certius haberi argumentum, Somnia Iucũda, permulcẽtia q;, ac Spẽ inducentia optabilem. Cuiuſmodi ſunt Odorum, Cantuũ Idola, & Cõuiuiorum, ac dignitatum, ex Spirituum ſerenitate phantaſmata deferentium, aut Organum phantaſiæ illuminantium. Plethoricum uero indiciũ eſt, Cum qs ita per qtem afficitur, ut motari poſſe non uideatur, aut ingeſtabile onus ſuſtinere, uel etiã loq non poſſe. Somnia uero hoc genus uocat Galenus Addiuinantia. Dignum ſcitu, quod idem ſcribit, putaſſe quẽdam, crus alterum ſibi lapideum factum, Mox q; ea corporis parte in paralyſin incidiſſe, præſentiente Medicorum nullo.

rum nullo. At qui ſubuolare ſe opinatur, ac perniciter quocũq; rapi, prætenuibus abundare humoribus credit, & quãtitatis moderatæ. Principatum Sanguinis ſignificare Somnia cen ſent, Cum ſe quis rubẽtia ſpectare opinat. Aut ſanguinis e Corpore profluuium, uel id ge nus qppiam concipit. Irroborauit hoc Galeni quoq; experimento, Qui eiuſmodi Somnio cõmonitus, Pugili ſanguinis miſſionem puidit neceſſariam, quod rettulit ipſe in libello de Somno. At ſi Aquæ, fluminum, niuiũ, frigoris ingerant Idola, Phlegmatis ea primatem indicant ſtatum. Quod non Principis modo placita probant, Sed quarto Colliget Auerro/ is, Capite quintodecimo. Si imagines cõcipiantur ignium, Bilis præualet rubra. Eandẽ ue/ ro atram pollere, prænuntiant Somnia terrifica. Quoniam autem de Incubo facta paulo/ ante mentio eſt, Adnectamus Item Auicennæ ſententiã in ea re, dignã, quæ incurioſius nõ prætereatur. Ergo Canonis primo Reſupinum inqt, dormire, malũ. Prauæ ſiquidem ſtru/ untur Aegritudines, ueluti Apoplexia eſt, ac Phrenitis, & Incubus, quoniam eo ſitu Super/ fluitatũ fit ad poſteriora rectinatio, atq; inde retentio, nec ſuis influere meatibus pmittuntur, qui antica Corporum obſidẽt. Cuius ſunt generis Nares, & Palatum. De Incubo item Ter tii prima Princeps ſic. Eſt Incubus inquit Aegritudo, qua, proſerpente ſopore, Phantaſma opinamur graue in nos irruere, & moleſtius comprimere. Arctatur Spiritus, ac Vox etiam/ num intercipitur, cum motu, ingruit q; præfocatio, meatibus præfarctis. Sæpe q; uel Apople xiæ præludiũ eſt, aut Epilepſiæ, nõnunq; & Maniæ. At Sunt hæc utiq; Harenæ nõ omnino noſtræ, non imus inficias, Sed eiuſmodi tamen, Quæ legentium animos allectare amplius poſſint, quam quod Noſtrates nonnulli, etiam bene docti apud Iurecõſultos obſeruaſſe, in ſuos regeſſere Cõmentarios, Relegatos nuncupari, qui cum exilii cauſa ſolum uerterint, ni/ hilominus ſuis perfruantur bonis, Quod in Deportatis nõ fiat, etiamſi a Grammaticis mi/ nus uidetur obſeruatum. Sicut nec illud ex Pœnulo, Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet. Eſſe. n. eo noïe Ennii Tragœdiam. Id quod Pomp. Feſti probant fragmenta.

¶ Qui nunquam Somniarint. Plinius declaratur. Abluere Somnia quid. Perſii locus aperitur. Ardali ara, In qua Somno fieret, & Muſis res diuina. Ardalides Muſæ unde dican tur. Tibiæ inuentor. Caput XLIX.

e

T quoniam diu iam de Somnio ratione cõmentamur, Age illuſtremus & parte hac naturalem hiſtoriam Plinii. Qui libri decimi fine quoſdã ſomniaſ/ ſe nunquam ſcribit, quibus mortiferum fuerit Signum. Si præter conſuetudi nem Somniare cœpiſſent. Quæſitũ a multis opinor, quæſituros q; etiamnũ. Ecqd ex Veteribus ſuccurrat memoriis, quo planior fiat Auctoris nobiliſſimi Senſus. Ego uero quod ex ſciẽtiſſimi Plutarchi monumẽtis noui, quæ uel ſola doctũ effece/ rint ingenii haud quaquã plebeii hominem, non grauabor ſuppingere. Sic enim in libro de Oraculis, quæ defecerant, comperi. Cleonem ex Daulia ſolitum prædicare, multos, quibus uixerat, annos nulla unquam Inſomnia uidiſſe. Idipſum & Thraſimedi cõtigiſſe. Cauſa ue ro euẽtus tam miri eſt inquit, Corporum Craſis, ſiue temperatura. Sicuti Melancholicos ſci mus eſſe πολυονείρους, καὶ πολυφαντάσους, ideſt Somnioſos, Imaginoſos q;. Nec illud prę terierim, Veteris fuiſſe Superſtitionis, meticuloſa Somnia interim ablutione aueruncare, quod apud Aeſchylum eſt obſeruatum, & docuit in Batrachis Ariſtophanes, ὡς αὖ θεῖον ὄνει/ ρον ἀποκλύσω, ideſt ut Somnium abluam diuinum. Ad quod Perſii illud ex Satyra ſecun/ da reſpicere, dabunt opinor, Eruditi omnes.

Hæc ſancte ut poſcas, tyberino in gurgite mergis
Mane caput bis ter q;, & noctem flumine purgas.

Et quia de Somniis diu iam commentamur, de Somno illud non negligamus, Fuiſſe apud Trœzenios ueterem Ardali aram, ſuper qua Muſis, & Somno rem diuinam peragebant, Somnum aſtruentes eſſe Muſis Deum præcipue amicum. Fuit autem Ardalus hic Vulcani filius, Quem tibiam adinueniſſe, Opinantur, Et ab eo Muſas dici Ardalidas, in Pauſanię relatum monumentis eſt.

¶ Ouorum natura mirabilis. Item de Naufragis mirum. Lucianus explicatur. Ariſtote/ lis defenſio a Calumnia. Oua luſtralia, & Pnicta quæ ſint. Oſtracoderma, & Malacoder/

ma, τρομητὰ ῥοφητὰ, ταγηνιστὰ, οὔρια, Helenæ Ouum, Oaria. Psathyra. Item quid Lecithus, & Lecithopolis. Item de Ouis plura. Epidorpismata. Metadorpia. Epiphoremata quę intelligantur.

Caput L.

Vorũ inter se miram, ac prope indiscretam similitudinẽ sæpenumero apud Animnm meũ non sine stupore perpendi. Alterum.n.alteri si compares, fallitur examen, hebescit'q; intuentis obtutus. Tanta prorsum parilitas est, tanta'q; geminitudo. Id a' M. Tullio item adnotatum in Academicis, obseruauimus, Qui rem etiam in Adagium profluxisse significat, Vt Onorum similitudinem dicamus de iis, quæ consimilia ualde inter se sunt, ut disparari, secerni'q; nõ possint. Cum farinæ, ut aiunt, sint eiusdem, & Graculus Graculo assideat. Etiamsi in Delo complures fuisse, compertũ est, Qui Gallinas quæstus sui causa alere assueti, ubi Ouũ inspexissent, ex qua id foret Gallina, euestigio pronuntiarent. Sed longe utiq; mirabilius id, In re tã parua Mundi ꝑmixtionem intelligi quãdam. Ouum qppe elementis consurgere, ac compingi quatuor, Veteꝝ Medicoꝝ assertione traditum, scimus. Nam crustæ modo circũiectum, obductum'q; putamen Terræ imagine quadam, arescentis in frigore uim naturæ præfert. Humor autem frigens, humectus'q;, Aquam exhibet plane'. Sicuti Aerem, Quod inest Spiritosum, calens humens'q;. At in meditullio Luteum fixum mediocritatem caloris obtinens, & aridioris naturæ, Igni compar facile colligit'. Cui calculum adiecerit & Color (siquid tamẽ eiusmodi adesse igni creditur) An non et globata suffragatur figura? Quid, quod inest Ouo uitalis uis, ueluti & Mnndo? Obseruatum ab eadem quoq; Schola, Vitellum intima Caloris facultate, ꝑcoqui facile. Albumẽ non ita. Ratione utrũq; frigoris, caloris, humoris'ue. Hinc tostum Ouũ dissilit facile. Non dissilit aqua ꝯcoctum, Ignea siqdem ui quodã ferrumine copulat', quod inest, humectum, amplius'q; calefactum, exustum'q; plures parit Spiritus, Qui loca nacti ꝑangusta, exitum molientes testam prærumpunt, demum'q; euaporant. Pręterea flammę uis tunicam circũsiliens putaminosam, amburẽdo diffringit, quod & fictilibus euenire, dum torrent', euidens est. Quamobrem ꝑfundi prius frigida solẽt oua. Calida siqdem aqua mollicie statim humorem effundit, & raritatem relaxat. Quia uero de Ouis mẽtio est, congeremus, quæ scitu digna lectio suggerit uaria. Et illud primũ, Ostracoderma dici Oua putamine intecta testaceo, ut in Auib⁹. Malacoderma uero, quę molli obducũtur Cute. Sed illud grauius, Vnde nam fiat, quod τὰ ἀφανισθέντα ὠὰ, καὶ ἐξουρίσαντα, Hoc est, Corrupta & Vrina Oua fluitent. Integra certe, καὶ ἀπαθῆ confestim sidere, manifestum est. Ac ratio qdem erui illinc potest, quod aquescant, ac Spiritus contabescentia concipiant plurimũ. Qua ratione colligitur & illud relatu dignissimum. In aqua pereuntes primo qdem ima petere, mox, ubi computrescere cœperint, emergere, ac fluitare. Tabescẽs qdem Cadauer Spiritosum fit, Aer uero præfarctis poris, ac meatibus, Nec non pulmonis Cauitatibus, quæ βρόγχια dicunt', Leuissimum illud efficit, adeo ut sup̃natare ualeat. Proinde mandatum literis est, Quẽdam in mari crassantem, cum id sciret, cõsueuisse eorum, quos enecasset, pulmonem concidere, atq; ita demũ in aquam proiicere, quod ita affectos comperisset, non emergere. Ooscyphia, & Oa quoq; apud Græcos inter poculoꝝ genera recenseri, animaduerto, opinor de similitudine duci nomẽclaturam. Sunt qui Mespila item Oa putent dici. Illud uero Luciani in Dialogis, quos ipse νεκρικοὺς uocat, Cuius nã modi esse dicimus? καὶ εἴπου εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὠὸν ἐκ καθαρσίου, idest sicubi comperiat in triuiis Hecates cœnam iacentem, aut ex Catharsio Ouum. Catharsium in Græcoꝝ doctrina uidetur purificatio quædam dici. Morem qppe Athenis fuisse produnt, Conciones expurgãdi, atque theatra, & omnino quemlibet populi conuẽtum. Id uero minutis fiebat porcellis, Quos nominabant Catharsia. Eiusmodi obibant munus, qui dicebantur a' Collustratione Peristiarchi. Oua expiationibus apta monstrat Iuuenalis illud,

Nisi se centum lustrauerit Ouis,
Sed & in arte Ouidius Oua hæc Lustralia indicat illis uersibus.
Et ueniat, quæ lu stret anus lectum'q;, locum'q;,
Præferat & tremula Sulphur, & oua manu.

Verum parte hac prius quam subtexãtur reliqua Philosoporum principi libet patrocinari, Aduersus quem ita ratiocinatur Albertus. Oua longa prodit Aristoteles, producere mares.

Rotunda

Rotunda uero fœminam. Quod inquit, falſum eſt, quoniam ſcribit Auicenna ex orbicularĩ Ouo, breuiq; pigni marem. Ex oblongis, acutisue fœminam. Ipſum hoc comprobat experimentum, & ſuffragatur ratio, Siquidem Virtutis perfectio in maſculinis ouis ambit æqualiter, & continet extrema. At in fœmininis a Centro longius abit materia, In quo eſt uitalis calor. Hoc uero plane imperfectionis argumentum eſt. Iſta autem ſiquis ſenſiſſe Ariſtotelẽ putat, Leberide cæcior eſt. Quãquam erubeſcens tanto nomine Albertus mendum eſſe ſuſpicatur exemplariũ. Ariſtotelis Verba ex ſexto de Animaliũ hiſtoriis hæc ſũt, ex Theodori interpretatione, Quæ oblonga ſunt Oua, fœminam edunt, quæq; ſunt Faſtigio cacumina ta. At quæ rotundiora, & parte ſui acutiore obtuſa, Orbiculum habent, marem gignunt. Quod ſiquis cauillari nos arbitratur, Auctoris Græca uerba ſubieci. ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ὠῶν, θήλεια, τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ πρὸς ἀμφότερα ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξὺ, ἄῤῥενα. Illud autẽ ex eodem Alberto concoqui facilius poteſt, Se Ouum uidiſſe, cui putamen adeſſet duplex, inter utrunq; albugine fuſa, Quæ introrſus uiſeretur item, Sed aquoſa, tenuisq;, nullo prorſum Vitelli ueſtigio. Verum hoc naturæ peccatum fuerit. Naucratitarum nuptialibus Cœnis cauebatur, nequis Ouum intuliſſe uellet, aut μελίπικτα, ideſt mellita. Sunt inter Oua menſæ deſtinata, Vt Aeginita Paulus inquit, ῥομικτὰ, quæ ualde nutriunt. nam ῥοφητὰ ideſt Sorbilia magis ſubeunt. Peſſima uero, quæ uocant ταγηνιστὰ, ideſt in Sartagine cocta. Sunt & quæ Galenus πνικτὰ uocat, quod præfocari uideantur, dum certo genere cõquuntur. Nam e putaminibus educta uaſculo excipiunt. Mox oleum infundit, & Garum, Vinum item modicum. Vaſculum inde in Cacabum calentis aquæ immittunt, obſtruũtq; diligenter, ac tandiu excalfacere pergunt, donec coiſſe medio modo uideantur. Oua etiam menſæ inferri ſecundæ apud Priores ſolita. Scribit Athenæus cum turdis, & leporinis Carnibus, & mellitis. Ea uero omnia dicuntur Epidorpiſmata. Item Metadorpia, necnon Epiphoremata. Antiquitus ſiqdem prius, quàm ingrederentur Conuiuę, Sua unicuiq; apponebatur portio ſuper menſam, poſterius uero multa inferebantur, uariaq;. Vnde & Epiphoremata dici cœpta. Hinc Philyllius, Amygdala. Carydia. Epiphoremata. Comicus Plato Epitrapezomata item dicit. Alii Tragemata uocant. Secundas uero mẽſas impẽdio magnifico inſtructas inferri ſolitas, etiam probat Pindarus. Apud Romanos Cœnæ initia habebant Oua, atteſtante Porphyrio quoque. Vnde Oratius, Ab Ouo uſque ad mala citaret, Sermonum primo. Appion denique, ac Diodorus Epeclia, ideſt ἐπόκλεια uocari tradunt, quæ poſt cœnam dantur, Tragemata. Nec illud relatu indignum, Tragematum reliquias recte dici Apotragemata, ſicuti eſt apud Eupolin, Qui Didymiam neſcio quam inceſſens, Vulpis eam Apotragema nuncupauit, uel quod puſilla foret, uel ut uafricia, dolisq; abunde inſtructam. Addamus ex Athenæo item, Qui ubi Caſeum recenſuit Siculum, & quem Cretenſes Thaliam uocãt, tenuem, latumq;. Nec non Pyriephtham, Sic autem Lac dicitur primum, ideſt ὀπυριέφθης, forte inquit, uniuerſa hæc Epidipnidas nũcupant Macedones. Vitellum Oui Lecithum dici a Græcis, animaduerto. Sed eodem nomine Leguminis intelligitur genus item, quod Piſum alias nuncupãt. Vnde Lecithopolis mulier appellatur, quæ tum Oua diſtrahit, tum legumina. Hãc λεκιθόπωλιν enuntiant illi. In piſcibus quibuſdam Oua dicuntur Pſathyra, ideſt harenida ex ſimilitudine. Iam & Oua legimus, quæ generationi inepta ſint, dici οὔρια, quaſi flatuoſa. nam οὖρον dicunt uentum, quo argumento etiamnum ab Homero Mulos dici οὐρῆας, coniectant Periti, & recenſet Euſtathius, διὰ τὸ ἄγονον, ideſt ob inſitam non gignendi proprietatem, quod eorum ſemen ſit ἀνεμμαῖον, ideſt Spiritoſum, & proinde fœcunditatis neſcium. Oua in Græcis auctoribus dici inuenio etiam Oaria. Scribit Neocles Crotoniata, Ouum, ex quo prognata tradatur Helena, ex Luna delapſum. Quippe Oua parere Selenetidas mulieres, indeq; naſcentes homines quinquies decies eſſe nobis ampliores, quod approbat Herodor⁹ quoq; Heracleotes. Inter Oua Pauoninis primatem locum tribuunt Pleriq;. Chenalopeciis ſecundam ſibi notam uendicantibus, Tertiam Auitiis.

¶ Cur Ieiunantes præcipue infeſtet Sitis. Virgilius illuſtratur. Caput LI.

q Vi Ieiunia ſeruant, quocunque id fiat tempore, ſiti excellenter infeſtari amplius, quàm fame conſueuerunt. Id neminem non arbitror experimento didiciſſe. Proinde non eſt, quod enixius id comprobemus. Ea modo forſan Quæ-

ſtio Suſpenſos habet aliquos, Vnde nam fiat id, quod fieri quidem norint omnes, At ratio-nem teneant perpauci. Quæ eo grauius ad perpenſionem reuocatur, quoniam & innuiſ-ſe ſcientiſſimus Poeta Aeneidos ſecundo uidetur, cum ait,

Catuli'q; relicti
Faucibus expectant ficcis, Quãq̃ obuiam quodãmodo ſe ingerebat, Plutarcho ipſa hæc p-pẽdẽte, libro Sympoſiacoꝝ ſexto, unde pleraq; mutuat' in Cœnis Macrobius. Nam & ſi in-quit, humanum Corpus ex Elementorum qualitatibus quatuor compactum conſtat, & con cinnatum ratione Artificis mira, Vna tamen ex iis eſt, quæ uel ſola, uel omnium maxime iu-ge ſibi, cõmodum'q; depoſcat alimentum. Is autem eſt Calor, Qui humecti quippiam ſug-geri ſibi in dies, & horas quærit. Id ueꝝ cõprobari, uel eo poteſt argumẽto, quod nõ Aquæ, non Terræ, non deniq; Aeri ullam abſumendi, quod in proximo ſit, ineſſe uim, perſpicuum eſt. Ignis modo, uelut inexplebile animal, fomitem hinc inde perpetem ꝙquirit, alioqui mo mento periturus. Rationem ſuggerit Aetas prima, caloris nimietate pleraq; auidius conſu-mens. At Senes, in quibus conflacceſcit qualitas ea, extabeſcit'q;, nullo negotio pati Ieiuniũ ualent, Velut ꝑte plurima interextincto eo, quod refici alimẽtis ſolet. Quin ubi agitatiõe lã gueſcẽtem caloris uim excitarimus, Stomachi inualeſcit appetentia. Inde quoq; aſſertio hęc perſpicua fit, Quod inter Animãtia, quæ Sãguinis ſunt expertia, Cibum caloris inopia nul lum affectant. Quamobrem ſi appetentiam conciliat calor, humecta'q; uis proprium illius eſt pabulum, ſumma prorſum ratione fieri, fatendum eſt, Per Ieiunium Corpore nutrimen ti indigo, Genuinum præcipue id exigere calorem, quo excepto, Corpus uniuerſum refici, inſtaurari'q; pernoſcitur.

¶ An in Pulmonem corriuetur potus. Diuerſæ in eo Sententiæ. Pulmonis functionem duo habere munia. διαπνοὴ quid. Caput LII.

Illud eximie mirari me fateor, Platonem, Cui ut ſcientiſſimo, & Philoſopho rum facile principi, doctiſſimus ut quiſq; eſt, Ita promptiſſime aſſurgit, Dela-i bi potũ in Pulmonem, prodere ſibi permiſiſſe. Nam quoniã in eo uerſamur argumento, non ſopitæ fuerit operę, huius quoq; rei cõmeminiſſe parte hac. Platonis uerba ex Timæo, quibus planè id aſtrui uidetur, ſubiicere collibuit. Pulmonis inquit, tegmen Cordi adhibuerũt, molle primum, atq; exangue, dein cauis intrin ſecus fiſtulis ſpongię inſtar diſtinctum, ut ſpiritu, potu'q; hauſto, Cordis ardorem huiuſmo-di reſpiratione, & refrigerio tepefaciat. Quam ob cauſam Arterias, tanquam Aquæductus per Pulmonum ſubſtantiam deriuarunt. Plutarchus Sympoſiacorum ſeptimo, eius opinio-nis Philiſtiona fuiſſe Auctorem, ſcribit. Sed & Hippocratem, ac Dioxippum Hippocrati-cum, Veteres Medicos, & nobiles. Nequis autem obiter nos putet uelut pedites, et quidem gregarios Lydium inſeq Currum uelle, Quid in diuerſum Eraſiſtratus prodiderit, ut Plut. idem expoſuit, Sed & in noctibus atticis Gellius, & in Cœnis Macrobius, nunc recenſere, non eſt Conſilii. Ariſtotelis uero placita, Cui in ratiõe naturæ primas omnium calculis de-ferri, animaduerto, præteriiſſe, uiſum penè piaculum eſt. Ante Gulam inquit, poſita Arte-ria eſt, quãquam impedimẽto eſt, cum cibus ingeritur. Nam, ſiquid uel cibi, uel potus in Ar teriam delabitur, Strangulationes, tormina, & tuſſes grauiſſimæ incitantur. Quamobrem nec audiendi ſunt, Qui hac potum meare dicant. Accidunt enim aperte, quæ modo dixi, omnibus, Quoties aliquid cibi delapſum eſt. Profecto opinionem eorũ, qui potum hac ad-mitti exiſtimant, irridendam eſſe, plura oſtendunt. Meatus enim nullus de Pulmone ad Vẽ trem pertinet, Sicut ex Ore Gulam tendere cernimus. Quin etiam per Vomitum, & Nauſe am, unde nam humor remeet, incertum non eſt. Ad hæc humorem non continuo colligi in Veſicam, Sed in Vẽtrem prius, certum eſt. Excrementa enim Alui tingi uidentur uini atrio ris fece. Vulnere etiam Ventris ſæpe hoc patefactum eſt. Sed enim ſtultas opiniones admo-dum ſcrutari, ſtultum fortaſſe eſt. Hæc Philoſophus ſummus aduerſus præceptorem Plato nem commolitur. At Qui tueri conantur, Inter alia id quoq; ſecutum Platonẽ uideri uolũt, Quod forte conuulſa Arteria, uelut meatu intercepto, interſciſſo'q;, potus reiectatur foras, incolumi ſtomacho. Aſtipulari uidetur & ſitis accenſio, Pulmone ægreſcente. Porro' &

Animalia

Animalia pulmõis expertia potum nescire animaduertuntur. Sed nec id astruunt prætereũdum, Quod in Vrina, quæ est retrimentum potus, nullũ cibi uestigium reperitur, Quod si in Vẽtre simul fuissent, aliqua illarum sordium qualitate inficeretur. Postremo inquiũt, cur Lapides, Qui de potu in Vesica nascuntur, nunquam in Ventre coalescunt? Atqui debuerunt, Si in Ventrem deflueret potus. Eupolis deniq;, & Euripides Poetæ nobilissimi Platonicæ hæresi calculum adiiciunt. Et sunt, qui ab Alcæo propagatum id malint. Lactantius in hominis opificio cum Erasistrato stat, & Aristotele. Quorum si uera sententia est, ut fere constare uideo, Vna erit Pulmonis functio ἀναπνοή, quam esse finiunt, κίνησιν θώρακος, καὶ πνεύμονος, idest Thoracis motiõem, & Pulmonis. Cuius sint munia duo εἰσπνοὴ, καὶ ἐκπνοή, idest Inspiratio, Exspiratio'q;. Est tamen & Quæ uocatur διαπνοή. Ea dicit' ὁλκὴ ἀέρος ἀπροαίρετος, ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ διὰ τῆς ἐπιφανείας, idest Aeris attractio citra nostrum propositum a' naturali calore per superficiem.

¶ Ieiunii ratio ex Medicorum Scitis. Firma ætas quæ intelligenda. Item quid Hieronymus de Ieiunio, & Porphyrius. Caput LIII.

h Ippocratis Medicæ potestatis scientissimi nobilissima, & celeberrima sententia est, Senes facillime Ieiuniũ sustinere, Mox qui firma ętate sint, Minus Adolescẽtes, Omnium minime Pueros, Ex iis uero, qui animo sunt propensiores, magis'q; uegeti. Hæc autem ita, quod aiũt, apertis dicta tibiis uidentur, ut nõ ita magna indigere explicatiõe sentiantur. Nisi quod Galenus firmam Aetatem dici putat eorum, Qui mediam Consistentiæ, seu Vigoris ætatem, & Senectutis agũt, Cum iam crescendi ætas, & tempus excessit, necdum tamen Senectutis Sensus ullus notabilis compareat. Ita Thucydides inquit, Qui firma ætate sunt. Quod autem Senes ait, Intelligendum putat de iis, qui primordia uitæ senilis traducant. Nam de iis, qui summam pulsent, occiduam'q; Senectam, qui intelligi potest? Cum ii diutinæ inediæ dispẽdium nequaquam ferant, quãquam cibum exigunt omnino perexiguum. Traditum & illud in eisdem comperi scholis, Sanguine abundantes Biliosis facilius Ieiunium perpeti, causis aliquot, Et primum quidem, quoniam humectum in illis redundat Substantificum, atq; item nutrimẽtitiũ. Postremo & Calor suppetit remissior, minus'q; acutus, Vt qui humido suffrenetur. Attẽdenda & in hoc ex primo Canonis Auicẽnæ placita, ꝓdentis eũ uitæ modũ uideri præstabiliorem, Vt die una semel tantum hianti Stomacho ingeratur cibus. Mox sequenti bis, mane, & Sole occiduo. Idipsum & sexto Colliget comprobat Auerrois, Cap. septimo. Nam & mirabilis inquit, Auenzoar assentitur. Rasis quarto Almansoris Canon inquit, aptissimus uidetur, Vt Biliosis bis die cibo refici permittamus. Phlegmaticis semel. Temperatis, Sãguineis'ue ter duobus diebus. Omnino ægre cibaria perficientibus præstare, scribit Auicenna, bis interdiu comedisse. Semel autem uix, aut nunquam. At Beatus Hieronymus Post cogitationum inquit, Cautissimam meditationem, Ieiuniorum tibi arma sumẽda sunt, & canẽdum cum Dauid, Humiliaui in Ieiunio animam meam, & Cinerem, tanquam panem manducaui. Eua per cibum eiecta est de Paradiso. Helias quadraginta dierum exercitatus Ieiunio, igneo curru rapitur in Cælum. Moyses quadraginta diebus, ac noctibus familiaritate, & Sermõe Dei pascitur. Hostis antiquus post XL. dierum Ieiunium per cibum molitur insidias. Si filius Dei es, inquit, dic, ut lapides isti panes fiant. In Lege, mẽse septimo post clangorem tubarum decimo die mensis, totius gentis Hebrææ Ieiunium est, & exterminatur Anima illa de populo suo, quæ saturitatem prætulerit Continentiæ. Et mox paulo. Sic Ieiunandum, ut non palpites, & respirare uix possis, Sed ut fracto Corporis appetitu, nec in lectione, nec in Psalmis, nec in Vigiliis facias qd minus. Ieiunium non perfecta Virtus, Sed cæteraꝝ uirtutum fundamentum est. Hęc siqs impudẽtior paulo ridenda arbitrat', ꝑpendat quæso Porphyrii quoq; sententiam, ex Veterum Theologoꝝ placitis in Dæmonum improborum sacrifico ritu præcipientis, Ieiunio animum expurgari debere, pręsertim uero animalium abstinentia. Quippe sanctam Animi puritatem, uelut symbolũ, characterem'q; diuinũ arbitrabat', quo ab illorum custodiamur prauitate. Porro' & Vir plane' diuinus Animum tum sapientia diuina, tum ciborum muniet abstinentia, perturbationes hominibus incitan-

tium. Tum ipsa ad Deum similitudine, uelut Dei templum incontaminatum, esse animum arbitratus, in hoc uniuerso Dei patris templo. Festorum item dierum quibusdam, prisco ritu, Ieiunia seruata, in libro de Osiride, ac Iside, allata in ea re Xenocratis sententia, Plutarchus tradit.

¶ Tritagonistæ conuitium Aeschini inustum, quid sibi uelit. Tessaracoston in Grauidis tempus, quod sit. Necnon Tessaracoston festum. Caput LIIII.

a Eschinem Oratorem nobilem Demosthenes nimio plus quandoq; uellicās, & Labeculam aliquam Viro eloquentissimo utcunq; inustam uolens, Tritagonistem illum subinde appellat. Sicuti commeminit Hermogenes quoque primo de Ideis Tomo. καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον ἐξέθρεψε σὲ ἡ μήτηρ. Tritagonistem extremum educauit te mater, Vt qui tertio histrionum ordine dignus uideretur. Quando eum tragicum hypocritem, hoc est histrionem intelligi uolebat. Nec secus multis in locis hominem infamat, quàm ut Scenicum etiam inutilem, ac uix in tertiis concertantem. Nam Tritagonistes non aliud signat, quàm ordinis tertii certatorem. A' Sophocle uero productum hoc uidetur, Qui primus creditur tribus usus histrionibus, & quem uocant Tritagonistem. Plutarchus in decem Rhetorum Vitis, super Aeschine, ita commeminit. Cum esset, inquit, λαμπρόφωνος hoc est uocis sonātioris, postmodum Tragœdiam exercuit, Vt uero Demosthenes ait, ὑπογραμματεύων, καὶ τριταγωνιστῶν ἀριστοδήμῳ ἐν τοῖς διονυσίοις διετέλει, idest Scribæ, histrionis'q; munere fungens apud Aristodemum agebat in Dionysiis. Quin etiam puer literas cum patre docuit. Tessaracoston uero tempus dicitur Dierum quadraginta. Quando seruatum Veteribus tradūt, Vti Gestantes Vtero ante partum eo Dierum numero sacra ne adirent. Quin & a partu totidem, incommodis infestabantur plurimis, Sicuti Infantes quoque. Quibus mox transactis, festum agitabatur Tessaracoston item nuncupatum.

¶ In Pisce communi Spinam non esse, quid significet. Arithmetica'ne proportio in Cōuiuio probabilior, an Geometrica. Cur Cœnam dicant δαῖτα. Camasenæ apud Empedoclem quid. Caput LV.

q Vam esset Viro graui improbanda Ventris ingluuies, & pecuina uoracitas, supra locis aliquot ex summis Auctoribus uideor abunde cōmonstrasse. Nūc quia in eandem sententiam suppetunt aliqua nō digna, quæ prætereantur, nec quibus, ut opinor, græcanicum illud congruat, οὐδὲν ἱερὸν, nil sacrum, Operæpretium me facturū credidi, Si ea uelut auctaria bonarum literarū studiosis congessero. Igitur fuisse Veteribus Adagium animaduerto, Quod usurpasse Democritum, ex Auctore nouimus locupletissimo, ἐν ξυνῷ ἰχθῦι ἄκανθαι οὐκ ἔνεισιν, Promiscuo pisci nō insunt Spinæ. Id uidetur in nimio plus uoraces productum. Qui insita, Cephali'q; auiditate quadam, raptim se saburrare festinantes uerentur semper, ne accumbentibus parte ulla cædant, immóq; indigi, inexpleti'q; e' mensa cogantur surgere, quo fit, ut dum deglutire satagunt, quicquid uncis manibus, uelut inauspicatæ aues, inuncarint, ne perpurgent quidem. Sed confertim, indiscriminatim'q; omnia in barathrum deuoluant, & Latrinarum meditatorium. ἀλλ' οὐ φιλικὸν, οὐδὲ συμποτικὸν προοίμιον εὐωχίας ὑφόρασις, καὶ ἁρπαγεμὸς, καὶ χειρῶν ἄμιλλα, καὶ διαγκωνισμός. ἀλλ' ἄτοπα, καὶ κυνικά. At non gratum, nec Cōuiuale Prooemium est, gulosa esculentorum inspectio, & rapacitas, manuum'q; certamen. Nec nō Cubiti innisus. Perabsurda hæc sunt, ac Cynica. In hos ita affectos sic declamasse Socrates uidet'. Cū diceret quosdā pane uti, uelut obsonio, quosdā obsonio tanq̄ pane. Proinde sunt, qui Veterum frugalitati applaudentes, Vt præclarum, maxime'q; Ciuile, id efferant institutum. Quo μοίρα καὶ λάχεσις ἰσότητα τὴν περὶ τὰ δεῖπνα καὶ συμπόσια κοινωνίαν ἐβράβευον, idest Mœra & Lachesis in cœnis æqualitatem, & in conuiuiis communionem dispensabant. Nil enim conspiciebatur inornatum. Illiberale nihil, quando erat Isomœria, quam intelligimus suam cuiusq;, ac ex æquo portionem. Ex quo argumento Viri nunquam laudati satis Cœnas ipsas δαῖτας nūcupabāt, & Cōuiuas δαιτυμόνας. Et δαιτοὺς Structores ipsos, ac Trapezocomos,

ac Trapezocomos, a' diſtributione, quæ tũc fieret, Siqdem δαίειν diuidere eſt. Aſtruit, quod dicimus, & Spartæ morib⁹, Quibus Creodætas. i. Carniũ diuiſores habere, receptum erat. non quoſcunq; qdem, Sed eminentiſſimũ quẽq; ex Ciuibus. Nã Lyſandrũ eo qñq; perfunctum munere, tradit hiſtoria. Id uero dicebat Creodæſia. Sed Vas Creodochon dici adnotauimus. In Conuiuiis inqt Pollux, portio prima dicitur Protothœnia, ideſt πρωτοθοινία. Huic porro mori calculum adiicit Homerus cũ ſæpe alias, tum ubi ait, κρὴ οὔτις ἐδέιελο δαιτὸς ἐΐσης. Et nemo æquali indigebat cœna. Cæterum mos hic, quo in Cœnobiis nunc maxime Sancti uiri, Deoq; uere mancipati caſtiſſime degunt, Exoleuiſſe tunc uidet, cum Saliares inductæ ſunt cœnæ, qbus ad immobilitatem uſq; differtus Venter diſtenditur, Candylos nulla tũc menſa notaſſes, non Carycias, ganeata cibaria, Quibus iam ſatur titillatur palatum. Non Aromaticas potiones, quæ uocãt Trimmata. Certe diu ſeruatum, Vt ſacrificiũ, & publicum epulum non alio fieret modo, q̃ πρὸς μερίδα, ideſt ad portionem. Hinc Euripides τὸν τῆς ψυχῆς παῖδα κλῆρον dixit, hoc eſt Animæ filiã Sortẽ, Quæ diuiti, aut illuſtri non ꝓtribuens τὸ πρωτεῖον. Hoc eſt honorem præcipuũ, Sed ut obuenit. Pauperem, abiectumq; ſurrigit, Magnũ uero, ac potentẽ æqualitati aſſuefacit. Nec moleſte, Sed moderatũ agere hilariter. A tenim aſſertione id genus, Video proſilientẽ in me Gurgitum altiſſimoꝝ turbã, & Apicios neſcio quos tumultuoſius obſtrepẽtes. Qui ſoliti κιχλίζειν, ideſt Cichliſare, ſeu turdos eſitare, ὄψατα, δίκα ἔδουσι διοσφεῖες βασιλῆες, ideſt Obſonia, cuiuſmodi a' Ioue nutriti ueſcuntur Reges, Querule nimis, flebiliterq; ferẽt, ad Zenonis parſimoniam, tanquam ad pileum Gulę Proceres uocari. Quẽ proditum memoriæ eſt, crudis dũtaxat ſolitum ueſci. Interimq; Vini loco aquã perpotare, ac diſcipulos Eſuriẽ docere, Vnde Philemon de illo ita cecinit, πεινῆν διδάσκει, καὶ μαθητὰς λαμβάνει. Docet eſurire, nec tamen diſcipulis caret. Atq; in diuerſum ita concinnabunt argumẽta, Vt patinarias ſtruãt ſtruices, quod Plautinũ eſt, ueluti non ueſcendi, bibendiq; gratia agitari Cõuiuia ſoleant, ἀλλὰ τῷ συμπεῖν, καὶ συμφαγεῖν. Sed cõbibendi, conueſcendiq;. Tua uero inqent Creodæſia neſcio quæ, ac in portiones diſtributio, Cõmunione ſublata, ex una multas nobis cœnas conficit. pluresq; cœnãtes, Concœnem uero, Cõuictorem'q; prorſus neminẽ, Quãdo ueluti a' Creopolica menſa, ſiue Lanionia ad libram capiens qſq; portionẽ decũbat. Sed rogo te, non'ne deridiculum neſcio quẽ, & imperitum arbitrere Medicũ, Si ægris pluribus ad æqlibriũ potiones propinet? An nõ ſentis in Cõuiuendi ratione Idipſum uſu frequenter uenire? Eſt q plus appetat, Eſt q minus, Inſita unicuiq; uirtute aut retũdente, aut acuẽte cibi appetentiã. Tu tñ feſtiuiſſime Cõuiuator, & Rex, Non ſitientes, nec fameſcentes ad eũdem cum diuerſis calculum reuocas. Nec ſatis uidere didiciſſe, nõ Arithmeticũ in iſtis mediũ, Sed Geometricũ reqri. Proinde, ſi ad Cauponem diuertas, Conſuluerim plane' una, & cõmuni utendũ menſura. Cum uero ad conuictum uocamur, memineris, proprium quenq; uẽtrem adducere. Quem deniq; nõ tuum hoc moleſtum Aeqlibrium explet, Sed quod eſt ſatis. Neq; Vmbricas huc cœnas reuoco, Sed Veterũ nobis humanitatẽ cenſeo imitandã, ut in cõmunione ſeruanda non Homorophii modo ſimus, & tecti eiuſdem cohabitatores, Sed poculi quoq;, & cibi eiuſdem grati participes. Quos a' Græcis dici Homochœnicas ſcimus, & Homoſitos. Homericas porro' cœnas ualere ſinamus, famelicas neſcio quas, & ſiticuloſas, In qbus Reges ſunt Italis moleſtiores Cauponib⁹. Quibus in procinctu ſtantibus, ſuccurrit memorare, quot qs apud ſe Calices perſiccarit. Pindaricæ utiq; præſtiterint, In qs omnia omnibus affatim apponi inuenies. Quod te non obſeruaſſe, impendio miramur. Cũ ſubinde in Græcorum Caſtra ſolers explorator te inferas, Et in nulla nõ pagina ab illis' uerſurã facias, ex Vſura ſortem fieri opinatus. Perbelle mihi ratiocinari uidemini. Et qdẽ, ſi uera omnino dicẽda ſunt, Me quoq; ſimilis quãdoq; rapuit ſententia. Sed cum animaduertiſſem, non me ualde ab eo differre, quem Torrens arreptum deuoluat. Qui non quo' uelit ipſe, Sed utcũq; aquæ impetus tulit, neceſſario feratur, Erubeſcebam, Equum me plane' furẽtem inſcẽdiſſe. Neq; enim aliud eſt Cõcupiſcentiæ agitatio. In quo ſi ex me ſciret' qſpiam, quonã ferar? nõ aliud Vere reſpõdeã, q̃ quo' uiſum effreni Bruto fuerit. Proinde Vos, ut collibuerit, Me nihil pœnitet eoꝝ ſententiæ eſſe, Qui cibi, potusq; largitate opprimi ſenſum, Rationem cõcuti, Sapientiæ induci nubilũ uſu edocti non abnuũt. Illud obiter, quoniã a' piſcitio cœpimus, adnotarim, Cõmuni notione piſces omnes Camaſenas, ideſt γαμασῆνας dici ab Empedocle.

¶ Candyli quid ſint. Item Abyrtace. Abyrtacopœi, Candys, Caryceumata, κᾳρῦκοποιεῖν, Carycopœi Delphi, Caryca. Paropſis. Paropſimation. Onthyleuſes. Carica. Mimarcis. Nogaliſmata. Mimata. Hæmatia, Buli pro inteſtinis. Cap. LVI.

Quoniam uero pauloante qbuſdam uſi uocibus ſumus, quas haud ambigam, legenti frontem contraxiſſe, Tollamus porro difficultatis tricas, ut ea, ueluti morula, nihil hagx lucubrationum ſtudioſi ſufflaminent, ut hoc interim uerbo utamur. Candylos ergo accipe ſcitamenta cibogx quædã ex melle, lacte q; concinnata, Sicut Abyrtace apud Barbaros ex Porro cõparabat, Cardamo, Allio, Mali punici granis, Sinapi, & id genus aliis qbuſdã, Vnde Abyrtacopœi nuncupant. Medis præſertim id uſu frequenti fuit. Sicuti in Theſeo Auctor Theopompus eſt, & in Cecryphalo Menander. Candys autem perſicum eſt indumẽtum. Caryciam uero dici inuenio Iurulentam, dulcedinem. Iulius autem Pollux dicas inquit, Iuris Carycam. Caryceumata, Catachyſmata, Abyrtacem, Paropſida, Eſt enim & hoc Iuris quoddam gen⁹, uel, ut putãt alii, Mazæ, uel eſt Obſonium, quod nunc Paropſimatiõ diceremus. Caryceumata ſalſa placentis inſpergi ſolita, tradunt Ariſtophanis Interpretes. Carycæ meminit in Timone Lucianus, κᾳρύκης τὸ γύνειον ἀνάκαλεως, ideſt ſuffertum habens barbitium Caryca. In Lexiphane recenſet idem, Abyrtacem, Carycias, Thrymmatidas, & Thria. Scribit Sudas, Eſſe Carycam Lydium condimentum ex ſanguine, & pleriſq; aliis prælautis cõfectum. Vnde inquit, dictum κᾳρυκωθιεῖν, quod eſt, ſcita uerborum uarietate Orationem excolere. Et in libro de Rhetorica Apſinus duci Iudicem prædulci oratiõe, ſuauiq; oportere ſcribit, perinde ac lauto Caryciarum apparatu. Carycopœos tamen dici Delphos, animaduerto, quoniam uictimas circuncidentes Coquorum fungi officio uiderentur. Carycarum meminit Athenæus quoq;, Vt Lydii inuenti. Quin eſt item Caryca Venter, quem nunc Monthylentem dicimus. At inquit Pollux, ſuperflui apparatus Onthyleuſes dicuntur, ac Monthyleuſes. Carycam eſſe multi impendii, Didymus Auctor eſt. Sunt q a nigredine inflecti uocabulum, opinentur. Nam κᾴρυος ῥόος pro nigro interpretatur. Carica uero Domicilia in edito ſita nuncupant, & naturali tuta munimento, Quod ſignificat Comicus nobilis.

ὡσπερ οἱ κᾴρες μὲν οὖν ἐπὶ λόφον οἰκοῦσιν. Sciendum uero, id quod ut ſuccenturietur, impetrat Gula, Tẽpeſtate hac Pãnonios Carycę imaginẽ ſeruare quandã, ex pipe, ac aromatibus aliis ſcitamentũ conficientes cũ Pullogx, & Anſegx ſanguine, quos ad hũc uſum iugulando peremerint. Omnino edulia hæc fuiſſe pretioſiora, ex Plut. liquet Sympoſiacorum quarto. Erat & prioribus Inteſtinum ſanguine concinnatum, id, ut Pollux docuit, nuncupabat Mimarcis. Sunt & ſcitamenta quædam dicta Nogaliſmata, præcipue grata. Meminit Ephippus. Sed uerbum id Poetis modo frequens, arbitrantur nonnulli. Mymata quoque obſonia dicuntur quædam pretioſius comparata. Parabantur uero, ut eſt apud Artemidogx, ex Carne, ac cruore, coniectis præterea condimentis pluribus, quæ in Opſartytico recenſet Epęnetus. Fuit & genus aliud, quod & ipſum a Cruore contenderim dici Hæmatiam. Auctor eſt Ariſtophanis Interpres, Allantopolas adipibus conciſis implere τοὺς βούλους, Quo uocabulo accipi Inteſtina poſſunt, quæ paulum luxato uerbo ſic item plebeia nuncupant uoce. Botulos etiam cruore diſtentos apud Septimium Florẽtem legimus. Cæterum quia in Cõuiualem incidimus hilaritatem, non inepte fortaſſe fecerimus, Si hoc potiſſimũ loco fuero executus, quicqd mihi lectione uaria compertum eſt, Quando non parum multa ſunt, quæ ad id ſpectantia Veteres monumentis prodidere. Verum, ut minus anxia lectio fiat, Quoniam q ſæpius iter iungunt, ſerius quidem, Sed incõmodo minore nihilo ſecius, quò contẽdunt, tandem perueniũt, Impingentes Capiti huic Coronidem, ſeorſum quæ reliqua ſiunt, ptractabimus, Græcogx fere ueſtigiis inhærentes, nec tamen noſtros trãſeũdo inhonoratos.

¶ Prãdii, & Cœnæ uocabula tam Græce, quàm Latine unde inflectantur. Acratiſma, Ariſton. Dipnon. Monophagi, An Veteribus in uſu fuerint Prandia. Ignis Laus, & Salis. Quæ ſint Bellaria pergrata. Triclyniorum, & Conuiuarum appellationes pluſculę De Androne, ac Thiaſo. Symbolum quid, & Symbole. Conuiuiorum ſpecies, Ilapine, Gamos, Eranos, Sportularum Conuiuium. Caput LVII.

Illud

Llud uero ſe ingerit primũ, ut ſcrutemur, quid ita Græci Prãdium dicant Ariſton. Sed præſto Grãmatici ſunt, de temporis incertitudine ſic nuncupatum arbitrati, uelut Aoriſtõ intelligamus. i. indefinitum. Vel quod in bellum pergentibus, ideſt πρὸς τὸν ἄρεα, ꝓcinnari ꝓſueſſet. In Sympoſiacis Plutarchus Acratiſma, & Ariſton idem fere arbitratur, quod ipſum & Athenæus facit. Sed a Meracius potandi cõſuetudine nomen illud inflecti cõiectat, quoniam panis bucellã mero tingerent, Hoc autem διὰ τὴν ἑωθινὴν ὥραν, ideſt a matutina hora. Nam & Eumæum ſcribit Homerus, Ariſton. i. prandium paraſſe ἁμὶ νοῖ φαινομένῃ, ideſt cõmodum ſeſe ꝓmente Aurora. Dipnon uero, ſiue Cœnam dici, ὅτι τῶν πόνων διαπαύει, ideſt quia pauſam laboribus facit. Ni malit quis Ariſton appellari, uelut ῥᾷστον. i. ex obuiis, nec anxie comparatum, δεῖπνον uero ὡσπερ διαπεπονημένον, ideſt elaboratum, ſolicitius q; appoſitum, Sed uariis tamen diſtinctum cognominibus. Erat enim quod Phileticum diceretur. Aliud Demoticum, nec non Phratricum. Aut etiam Orgeonicum, Vt Thiaſum prætereã. Lego & Soteria Sydipna, Sed & in Canonicis decretis Agapen pro Cõuiuio bis poſitam inuenimus, Quæ res cum Philetico forte cõgruat. Lamprias uero apud eundem Plut. Cœnam apud Romanos dici aucupatur, διὰ τὸ τὴν κοινωνίαν ηὐλεῖσθαι, quod cum Amicis decumberẽt. Nam ſeorſum fere prãdere, Veteris fuiſſe moris, Vnde ſunt forſan apud Athenæum Monophagi. Dici uero a nobis Prandium a temporis qualitate, nam ἔνδιον ſignare meridianum. Quando & a prandio interqeſcere ἐνδιάζειν pronũtiant, Vel quod id ſumerẽt πρὶν ἐνδεεῖς γενέσθαι, ideſt prius q; indigentiæ premerentur nocumẽto. Hinc eorum coargui inſcitia poteſt, q prandia in uſu fuiſſe Veteribus, abnuunt. Nam ut Iuuenalem taceam, in Cuius Satyra legimus,

Hæc inter nautas & prandet, & errat, Macrobius ſaturnaliũ. iii. Imperatum inquit, ut patentibus Ianuis prãſitaretur, & cœnitaretur. Plin. Cæcili⁹. Poſt cibum ſæpe, quem interdiu leuem, & facilem more Vetex ſumebat. Aeſtate iacebat in Sole. Valerius libro. ii. Prandere, & cœnare in propatulo uerecundiæ non erat. Plinius quoq; lib. xxxiii. Q. Elium in fictilibus prandiſſe ſcribit. Cicero pro Cluentio, Cum eius in nuptiis more Larinatium multitudo hominum prãderet, Et infra, Cum ad illud Prandium crudior ueniſſet. Vt uero ulterius pergamus, Euenum dicere ſolitum accepimus, Ignem uideri omnium bellariox iucũdiſſimum. Salem uero Homerus diuinum uocat. Plericq; autem χάριτα, ideſt gratiã, quod pluribus interſitus guſtui ſapida reddat, & grata. Verũ præcipue diuina bellaria, & mire grata Amici ſunt, & familiares. Conuiuii locum inuenio recte dici Sympoſium, Androna. Syſſition, & Triclinon Oecon. ideſt domum, & Pentaclinon, uel etiam Decaclinon, & Paſtada ἀπὸ τῦ πάσθαι. Item Synagogium. Sed & Synagogimon, ſiue Synagogium pro Conuiuio apud Alexin in Philocalo, animaduertimus. Nam σωκάγδν dicebant ſimul bibere, Sicuti comprobat Menãder quoq;. Forte inquit Athenæus, hoc ſit, quod ſymbolis cõſtat. Symbolen autem Conuiuio illatam Chon uocant Argiui, ideſt χῶν. Particulam uero Aeſam. i. αἶσαν. Symboles meminit Alexis quoq;. Hebeteria item dici Sympoſia in Veteribus obſeruatum memoriis eſt, Vnde forſan præpoſita poculis Hebe confingitur Poetis. Illud adnotarim obiter, Inter Periſtylia olim, & Hoſpitalia in domibus itinera conſtituere, moris fuiſſe. Meſaulæ dicebantur a Græcis, quod inter duas aulas media eſſent. Noſtri ét Andronas uocarunt. Quo argumento Rhodigini mei, Vbicũq; inter domos duas anguſtior patet Via, qua, uelut anfractu breuiore, liceat ex tranſuerſo in patentiorem uiam tranſcurrere, Vocant Andronem, Vel etiam forma deminuta, Andronellam. Quod mirum tamen eſt, nam Græce nõ ꝓuenit, neq; itẽ latine, Etenim Illi Andronas appellant Oecos, Vbi Cõuiuia uirilia ſolent eſſe, Quod eo mulieres nõ accedant. Athenæus etiam ita ſcribit, Heroicas domos Homerus Megara uocat, & Domata. At nunc inquit, Xenonas putant, & Andronas. Cõuiuas ipſos Græci Sympotas dicunt, uel Homoſitos, & Syſſitos. Synuſiaſtas. Thiaſotas, & Thiſitas. Nec non Ilapinaſtas. Eraniſtas. Quãquam nõ me fallit, Athenæum, Euſtathium q; in Odyſſeæ primum ita Cõuiuia diſparare, ut Ilapinen, ideſt ἐλαττέννω ſtatuant, quod ſplendorem habeat, & apparatus magnificentiam. Vnde & in Cypro coli ſolitum legimus Iouẽ Ilapinaſtem, & Splanchnotomon. Gamon, in quod item pecuniax erogetur pluſculũ. Eranon, quod pluribus differtum accumbentibus ſit, Sed ita, ut ferat ſibi unuſqſq;, quod edat. Quod etiam ἀπὸ σπυρίδος dicebatur. i. a Sportula. Quæ res poetę Heſiodo arriſiſſe admo

dum uidetur, quod insit Iucunditatis multum, Impendii haud sane'. Seorsum uero Thiaso tæ domos Pholateria nominabant, ideſt φωλητήρια. Quanq̃ eſt ꝑprie Thiasus sacer Chorus, unde Thiasotes ꝑ Choreute. Sed Demosthenes, & Xenophõ multitudinẽ q̃libet diuinę rei causa coeuntẽ eo dici uolũt noſe, qm̃ Sios Lacones dicũt Deos, ut scribit Athenæus. In Plutarchi Sympoſiacis tardiores Cõuiuę, ac ad ꝓueniendũ lentiores nũcupant' Colyusidipni, uelut cœnaturis morulã iniiciẽtes, & accubitũ inhibẽtes (Scribit tñ Etymologia æ. II. Apollodorus, ex Cochliis, hoc eſt Limacis eſſe, quæ dicant' κωλυσιδείπνους. i. Colyſidipnos) Item Zophorodorpides, tanq̃ in noctem ꝑtrahẽtes ꝓuiuium, Nec nõ Trechedipni, ex aduerſo appellatiõe facta, quod minus ad cœnã currãt. Sunt & quocent' Epithymodipni, Qui rerum multæ curis diſtricti, nihilominus cœnę cupiditate Vocatoribus nõ negant, Etiã ſi ad præſcriptum adeſſe queãt minus. Apud noſtros Mẽſæ eiuſdem participes Cõuiuæ dici conſueuere, Sed & Conuictores apud Plinium Cæcilium. nam Compranſores legiſſe uideor in Philippicis apud M. Tullium. Conuiuia publica ſcribit Pollux, nũcupari a' Græcis, Euochias. Thalias. Pandæſias. Demothœnias.

¶ De Scimpodio, & Stibadiis, Itẽ Anaclinteriis ſeu Accubitis. Sederẽt'ne, an accubarẽt Priores. Itẽ uocabula plura ad Cõuiuii Dñm, et Seruos ſpectãtia. Copides Cœnę. Phyſicilli panes. Titthenidia. Corythallia Diana, Aeclon Cœna. Copiſſare. Synæcliæ. Epęcla bellaria. Cãmatides. Cãmata. Pſæſta. Logodipnũ. Dipnologia. Gaſtronomia. Gaſtronomi.

Caput LVIII.

Bſeruatũ & in eiuſdẽ Iulii Theſauris, Sup q̃bus accũbamus dici κλίναδ', κλινίδας, κλινίδια. Hoc eſt lectos, lectulos'ue, atq; item Scimpodas. Hoc uero poſtremũ etiã Scimpodiũ appellari deminuta forma, in Athenæo legimus. Nã apud Gelliũ in ſynceris Codicibus ita adnotatũ inuenimus. Atq; ibi, q intromiſſi ſumus, offendimus eũ cubãtẽ in Scimpodio græciẽſi. Apud Ariſtophanẽ ἱερὸν σκίμποδα repies in Nebulis, uel ꝑ Philoſophorum ſella, uel ꝑ lectulo. Inueni apud Græcos, q ſcribãt, Scimpodion ſignare τὸ χωλοκράβατον. i. claudũ Grabatũ, nã apud Veteres σκιμβάζειν claudicandi notionẽ hẽt. Diogenẽ quoq; dicere ſolitũ, in Varia ſcribit hiſtoria Aelianus, μὴ τὸν σωκράτην αὐτὸν ξυρῆσαι, περιερᾶσθαι γὰρ μὴ τῷ οἰκιλίῳ, μηδὲ τῷ σκιμποδίῳ. Eruditus inter Græcos Grãmaticus ſic finit, σκιμπόδιον οὐτελὲς κλινίδιον μονοκοίτιον. i. uilior Lectulus Scimpodion eſt, In quo decumbat Vnus modo. Erãt ẽt Stibadia, hoc eſt Tori, humi iacentes, ex lignis, ramisue ſtructi. Meminit Athenæus quoq;, Primũ inqt, Scenas faciebãt. Et in his Stibades ex herba, ſuper qua Dapes componerentur. Alibi idem prodit, in Stibadibus accumbi ſolitum. Maronianus Interpres Stibadia non habuiſſe Veteres, aſtruit, cum tamen apud Theocritum in Adonidis Epitaphio hic legatur uerſiculus.

Ἐς ἀγαθὰ σιβὰς, ἔστιν Ἀδώνιδι σιβάς. Quin & Phormionis Stibades, uel ꝑuerbio notiores fuere in præparcos, qđ Sudæ ꝑdit' monumentis. Apud Pliniũ Cæcilium ita legas. In Capite Stibadiũ candido marmore uite ꝑtegit'. Sidonius Apollinaris in Cœnatiuncula Stibadium ꝓſtituit, & Abacũ. Dicunt' & Anaclinteria, Sicut apud Lãpridiũ in Heliogabalo, Accubita, ſeu Accubitæ, uti Aliis placere, aduerto. Sedilia item diſcumbentium uidetur Spondas nuncupaſſe Virgilius, cum de Didone ita ſcribit.

Aulæis iam ſe Regina ſuperbis
Aurea compoſuit Sponda. Legimus in hiſtoria, Fœminas cũ Viris cubantibus ſedentes cœnitaſſe. Lectiſternio præterea Iouis, Ipſe in Lectulum, Iuno & Minerua in Sellas ad cœnam inuitabantur. Nec me fallit, Seruium grammaticum ſcribere, Maiores noſtros ſedẽtes epulari ſolitos. Eum'q; morem habuiſſe a' Laconibus, & Cretẽſibus. Sicuti inquit, Varro docet in libris de Gente Populi Romani, & proinde Virgilium ita ſcripſiſſe.

Hæ ſacris ſedes epulis, hic Ariete cæſo,
Perpetuis ſoliti Patres conſidere menſis.

Conuiuii Dominum, et Regem a' noſtris uideo appellari. Græcis uero dicitur Heſtiator, et Heſtiuchus apud Ariſtophanem. Necnon Sympoſiarchus, quãquam eo quoq; nomine nũcupatur, Quem ſorte, uel alio modo eligunt Sodales Conuiuii curatorem. Proclites uero eſſe uidetur inter decumbentes, qui accubitum aſſequitur primatem. Miniſterio uniuerſo prępoſitus dicebatur Trapezopœus. At in ſacris miniſter erat Paraſitus, Et in Atheniẽſium re-

bus Paraſition

bus Parasition dici inuenimus. Pocillatorem uocat Apuleius, qui ad Cyathum stat, Sed nõ sit finis, si ista consectemur indagine curiosiore, Quando uel Exoletorum in Conuiuiis tunicæ diligenter succingunt. Cura nec sopita est, quo modo Aper à Coco cæsus exeat. Quanta celeritate signo dato, ad ministeria decurrant Gladii. Quanta arte in frusta non enormia scindantur Aues, quàm curiose infelices Pueruli Ebriorum sputa detergant. Iis quippe lautitiæ fama captat. Adeo nec bibere scim⁹ citra ambitionẽ, nec edere. Fuere tamẽ apud Spartanos Cœnæ quædam dictæ Copides, In quibus immolaretur Capra, Nec aliud præterea quippiam, inde'q; Carnis distribuebantur portiones, & panes, Qui uocabantur Physicilli. Insuper alia pleraq; sumptus haud magni. Celebrabantur & Conuiuia hoc genus in Titthenidiis, quando Titthæ, idest nutrices pueros deferrent mares in Dianæ templum, quam Corythalliam dicunt, prope' Tiassum ad Cletam. Erat apud eosdem quoque Cœna dicta Aeclon in Phiditio. A' Copide uerbum inflectitur κοπίζειν, idest Copissare, quod est Cõuiuium eiusmodi celebrare. Ab Aeclo autem Synæcliæ nuncupantur, idest Syndipnia, uel Concœnationes. Quæ uero post Aeclon, idest cœnam dabantur Bellaria, seu Tragemata, uocabant Epæcla, Quæ quia cum Lauri foliis comedebant, quod dicũt κάπτειν, Inde Cammatidas uocarunt folia ipsa. Sicuti Psæsta, hoc est, liba etiam Cammata. Sunt qui Epęcla Mattyam quoq; uocent. Illud deniq; periucundum scitu, Logodipnum appellari paratam, conditam'q; uerbis modo cœnam. At Dipnologia cœnãdi esse ratio uidetur, Sicut Gastronomia Ventris Lex, unde & Gastronomi.

¶ Harmodii Melos in Conuiuiis. Cantilenarum genera. Pæeon qd, & Pęonia manus. Præstent'ne ex floribus Corollæ, an Arborum ramis. De Vnguentis paucula. Cur dicatur Rosa Græce Rhodon. Hypothymides corollæ, quæ intelligantur. Coronarum in Sacris consuetudo. Chthonia Dea, Chthonia sacra. Comosandalos flos, Siue Hyacinthus. Atta Comicus Poeta. Perambulare Crocum, & Flores quid apud Oratium. Caput LIX.

i Am uero nec id utiq; ambitiosius a' me conquirendum, Canere in Conuiuiis fuisse antiquissimi moris, Personãt hæc in Triuialium ludis, uel imperitissimi cuiusq; adnotata exchartabulis. Forte nec uacantis fuerit operæ subsignasse, quod in Græco penu obseruatum est. Interim a' discumbentibus Melos concini solitum, quod Harmodii nuncuparetur, Cuius erat initium, φίλτατε ἁρμόδιε οὔτι πουτέθνηκας. Dicebatur uero in Harmodium, & Aristogitona tyrãnicidas, Vnde illud facetissimum ex Comica officina, οὐ δὲ παρ' ἐμοὶ ποτὲ τὸν ἁρμόδιον ἄσεται, idest apud me nunquam Harmodium canet, quod est, mecum conuiuia non agitabit. In Veterum monumentis adnotatum illud quoq;, Apud Heroas Cantilenæ species fuisse quinq;, Sophronisticen, Cuiusmodi Clytemnestræ accinebat Cantor. Encomiasticen, qua præstantium Virorum præcinebantur laudes, Ab Achille celebratam. Threneticẽ, idest Lugubrem. Orchematicen, idest Saltatoriam. Et denique Pæanicen, Qualis est apud Homerum Iliados primo post sacrificii absolutionem, inquit enim καλὸν ἀείδοντες παιήονα. Nam est Pæeon in Apollinem hymnus, non in pestis modo pausa, sed & belli. Quin ad aueruncandum quoq; incumbens exitium. Et Pæeona quidem Homerus dicit. Alii etiam Pæona, idest παιῶνα. Sed & Pæana. Inflectuntur uero hæc a' παίω, quo medela significatur. At παίω, a' πάυω, quod sedo significat. Pæonia manus therapeutice intelligitur, idest medicatrix. Corollas porro' compotantium non est, qui nesciat, nam & Ouidius.

Ebrius incinctis philyra conuiua capillis
Saltat, & imprudens utitur arte meri. Sed & Valerius Martialis.
Pinguescat nimio madidus mihi Canus amomo.
Lassentur'q; Rosis tempora sutilibus.

Sunt qui eam rei proferant rationem, quod sic frigesceret Craneum, nimio plus uino iam calens. Cæterum in Conuiuali usu floreas pleriq; detestantur Coronas, Laureas amplexantur gratius, Illas enim putant κορασιώδεις, καὶ πεζούσαις μᾶλλον ἐπιτηδείους παρθένοις, καὶ γυναιξὶν, ἢ συνουσίαις φιλοσόφων, καὶ μουσικῶν ἀνδρῶν. Quod nostris uerbis dicitur, Puellares, colludentibus'q; uirgunculis aptiores, ac mulieribus, quàm Philosophico con-

greſſui, hominumq; a Muſis non ſequeſtratorum. Alii uero ex foliis Coronas improbant omnino. Nam & Empedocles teſtatur, τῆς δάφνης τῶν φύλλων ἀποπάμπαν ἔχεσθαι χρή, a Lauri foliis abſtinendum prorſus. Neq; enim decere aiunt, hominem ornari arborum deformitate, Violenter, præterq; naturæ rationem direptis foliis. Cur enim hæc data plantis opinemur, niſi fructuum tutelæ? Atque ut ipſæ quoque frigoris uim, caloris q; pro ratione admittentes confoueant, ut temporum mutatiões citra perniciem ferre ualeant? At exutas ulceroſum plane contrahere nocumentum, fieriq; ψίλωσιν ἀπρεπῆ, ideſt indecoram denudationem. Ediuerſo florum non decerptorum quænam eſſe utilitas poteſt, niſi odore paſcaris, exhibeasq; oculis ex eorum non imitabili uarietate uoluptatem iucundiſſimam? Iucundiſſimam inquam, quia ſimplicem, quia naturalem, nec ullo impendio noſtro conſtantem. Vnguenta forte deteſtemur. Deteſtemur item purpuram διὰ τὴν ἐπίθετον πολυτέλειαν, ob adiectitiam multæ impẽſæ rationem. ὡς δολερὰ εἵματα, καὶ χρώματα, κατὰ τὴν βαρβάρου φωνὴν, ideſt tanq; doloſa indumenta, doloſos & colores, uti Barbaræ dixiſſe, pditum memoriæ eſt. Adde, quod ſi non præcerpſeris, momento conflacceſcunt, prorſumq; gratiſſimum alioqui naturæ opus uidetur perire, nullo cuiuſq; emolumento. Proinde Qui ex foliis magis, quàm floribus Coronas contexuiſſe malunt, perſimiles inquiũt Barbaris uidentur, Quibus conſutæ pelles gratiorem præbent Veſtium uſum, quàm Lanæ. An eſt, qui illud audiſſe nequeat, Corollam ex Roſis dici eſſe Muſarum? Videmur itẽ meminiſſe, quod elegantiſſime aduerſus imperitam mulierem cecinit Sappho κατθανοῖσα δὲ κείσαι. οὐ γάρ τις ἐσσὶ ἐχεις ῥόδων, τῶν ἐκ Πιερίας, ideſt Mortua iacebis. Nec enim hortulum habes Roſarum ex Pieria. Succurrit profecto parte hac Veterum ingeniorum mirari diligentiam, Neq; enim ſimpliciter, ſed ſumma uidentur ratione Coronas in conuiuiis inſtituiſſe. Siquidem Dionyſium legimus, cum uinum comperiſſet, potentiſſimum utique medicamentum, ſimul & iucundiſſimum, habitum inde fuiſſe non incelebrem medicum. Quod item diſcumbẽtes, qui ſe forte inuitarent pluſculum, hederea ornaſſet Corona, Quæ inſita frigiditate Vini potentiam retunderet, minusq; inde afficerentur bibentes, Ebrietatis ui reſtincta, hederæ ui frigorifica. Cæterum eadem ratione in Cõuiualem admiſſæ creduntur Lætitiam ex floribus Corollæ. Perdocent experimenta, qua ui Senſus concutiantur, Vbi hauſti liberius meri Vapor hominis arcem cœperit pulſare, quando initium inde habere Senſus, creditur. Mirum eſt, quantum in eo ſtatu afficiamur. Propterea Sapientium curioſa Solertia ſciens eſſe in rerum natura Antipathiam, quando nihil placuit eſſe ſine pari, flores Capiti circumponendos præcepit, Quorum defluxus mirabiliter illud aduerſus craſſantis latenter ebrietatis impetum obſepiret, communiretq;, Calidi ſiquidem poros, ſeu meatus patentiores reddunt. Frigidi uero ſua poteſtate ita contemperant, ut ſcandentes repercutiant Vapores, ſicuti Roſa, atq; Viola. Subſtringit enim utraq; reprimitq; Capitis grauitates, quas uocant κατάβαρσιν. At Cypri flos, ac Crocus, & Baccaris in ſuauem uertunt ſoporem bibentes. Lenis quippe eorum defluxus eſt, ac blandus. Inæqualitatesq; Corporis ebriorum, & aſperitates tranquille diffundit. Vnde fit ut Crapuloſa hebetentur, perficiantur q;. Porro & florum quorũdam odoribus in ambitu Cerebri fuſis, Senſorii repurgantur meatus, & quod humectum eſt, attenuatur leniter ſine commotione ulla, caloris facultate digeſtum. Quin & frigidum natura ſuapte Cerebrum refouetur. Proinde floreas Corollas e Collo propendentes, Hypothymidas nuncupari, inueni, puto, a Vaporandi uſu. Eodem quoque argumento unguentis ex floribus obungere pectus, moris fuit peruetuſti. Cui rei teſtimonium quoque præbet Alcæus, Vbi in Caput, pectusq; affundi unguentum præcipit. Illud poſtremo hic adnotaſſe, nepigeat, Dici Roſam ſermone Græco ῥόδον, ut Plutarchus Interpretatur, licet codice inſynceriſſimo, & decurtato maxime, ὅτι ῥόδιμα πολὺ τῆς ὀδμῆς ἀφίησι, διὸ καὶ ταχὺ μαραίνεται. Quod odoris fluxum emittat plurimum, quo nomine primo quoque tempore etiam efflacceſcit. Grammatici putant ἀπὸ τοῦ ὄζειν declinari, quod Olere ſignat. Illud uero Corollarium fuerit, non in Conuiuiis modo Corollis eſſe uſos Veteres, Sed & in ſacris. Nam Hermionenſes in Græcia Chthoniæ Deæ ſacra obeuntes, feſtaq; dicta item χθόνια tempore æſtiuo, Coronas ex flore implicant, Quem Comoſandalon uocant. Eum ex magnitudine, ac colore eſſe Hyacinthum, putat Pauſanias, quoniam etiam inſint τὰ ἴτυ τῷ θρήνῳ γράμματα. Sciendum uero in Theatri, Scenæq; delitias flores item obrepſiſſe, atque

Crocum

Crocum, & Odoramenta, præcipue cum agerentur Fabulæ. Id quod perobſcure in Epiſtolis ſignificat Oratius, cum de Atta Comico Poeta meminit hiſce uerſibus,

Recte nec'ne Crocum, flores'q; perambulet Attæ
Fabula, ſi dubitem, Clament, periiſſe pudorem
Cuncti penè Patres.

Eſt apud Lucilium Attæ cuiuſdam mentio,

Muginamur, inquit, Molimur, Subducimur Atta.

¶ Vaſorum Nomenclaturę diuerſæ. Figlina ſubigi Aromatibus ſolita. Dinos. Thericlia cur dicantur. Cantharus quid. Cantharia. Cornibus uſos in potu Priores. κερόσαι cur dicatur. Ciboria. Cotyle. Encotyle luſus. Cothon. Cothoniſmus. Acratocothones. Laphyctæ qui dicantur. Calicis notiones. Latax quid. Scytharum uinolentia, Scythiſſare. Herculanus nodus. Scythos, cognomen. Amphithetos Phiala. Phialarum ſpecies. Vaſati qui dicantur, & Naſati. Caput LX.

Via uero in Vaſorum mentionem incidẽdum ſæpius eſt, non inſcite opinor, quæ nobis uaria ſuggerit lectio, huic potiſſimum parti ſubſcripſerimus. Qua in re mirari non eſt ſatis Veterũ ingeniorum laſciuiam, Qui Figlina etiãnum artifici inuento ſubacta aromatibus fingebant, Vt accerſitæ commẽdationis inde Vino, cibis'q; conciliaretur aliquid. Cuiuſmodi ex Copto aduehebant'. Et Rhodiacæ ſunt Chytrides apud Ariſtotelem in libro de Ebrietate. Nam indidem hauſtum uinum etiam præter gratam iucunditatem oblædebat minus. Inter pocula recenſetur Gyala. Dinos, ideſt δῖνος, Quãquam eſt eodem nomine Saltationis Item ſpecies. At Cyrenæi Podoniptera, ideſt peluin, Dinon uocant. Dactylotum intelligunt digytorum formis per ambitum inſigne, Vel proiecturis, eminentiis'q; quibuſdam, ut Sidonia pocula. Sunt q Amphotum interpretari malint, ideſt utrinq; anſatum. Apud Damaxenum eſt poculi ſpecies Elephas. Heracleum dici credunt poculum, in quo enauigarit Hercules, ac eſſe Solis proprium. In eodẽ genere Ethanium eſt, ac Hemitomus. Nam Thericlia recenſet Theophraſtus quoq; in Plantaꝝ hiſtoria, ex Termintho tornari ea prodens, ut a' figlinis diſcernere nõ ſit. Eoꝝ primus uidet' Auctor Corinthius Thericles figulus. Eſt q nuncupari Thericlia putet, quod in eis ferarum. i. θηρίων pelles inſculperentur, Vel quod feras turbaret Dionyſius iis prolibans. Sunt alicubi & Crateres dicti Thericlei. Iſthmum Cypriis eſſe poculũ, auctor Pamphilus eſt. In eandẽ rationẽ uenit Cadus, Item Cadiſcus. Nã Cantharus non figlini modo nomen eſt, a' figulo ductum artifice, Sed & nauigii ſpecies. Quin apud Antiphanem Coſmarion. i. ornamentulũ muliebre Cantharus dicit'. Cantharia item legimus quandoq;. Carcheſium uocari putant, qa Trachyſmata habet καγχροειδῆ. i. aſperitates milii quadam imagine. At detentos ſiti Homerus Carchaleos uocat. Ceras. i. Cornu in eodem recenſet' ordine, quoniã Boum cornibus in potu uterentur priores. Cui rei argumento id eſt, qd' κερόσαι dicunt Græci pmiſcere uino aquam. Id genus uaſa uocant qdam Rhyta. Ciboria ſunt & pocula de Ciborii Aegyptii ſimilitudine. Proinde Scythia forte nuncupent' quoq;, quod anguſtiora in imo ſint. Condy uero Aſiaticũ eſt. Eius in ſacra Pagina mẽtio eſt apud Græcos. Sunt in uſu eodem Cotylos, & Cotyle, Concaua nimiꝝ, Nam omne cauũ dici Cotyle ualet. Vnde apud Homeꝝ Cotylerrhytos Sãguis utraq; manu q hauriri põt. Encotyle uero luſus nomẽ eſt, quo uicti Victoꝝ genua manuũ excipientes cauitate geſtabant. Putãt aliq Cotylem eſſe Heminã. Cratanion, & Cranion pocula item ſunt. Item Cylichnides. Et Cymbe. Apud Lacones fuit Cothõ. Vnde Acratocothonas uocãt meꝝ hauriẽtes ubertim. Sed & Ebrietas Cothoniſmus dicit' recte. Perſæ iis utebant', quæ Labronia dicimus, a' bibẽdi impetu ſic nũcupata. Calices item qdam uocant' Lacænæ, Sicuti Lepaſte, Cui impoſitũ ab iis nomen, qui multa pdigunt, q uocant' Laphyctæ. λάπτω ſignat ampliter bibere. Cõtraria eius rõne, quod uocant Bombyliũ. Iã prætereo Læbaſiũ. Spõdeum. Leſbiũ. Luteriũ. Eſt & μέλη. i. Mele. Metaniptrũ calix erat, quo poſt cœnam utebant', ubi lauiſſent. Inter Phialas fuere, quæ dicerent' Lyciurges a' Lyciis. Item Cononiæ. De Artificis nomine. Maſtus a' Paphiis nuncupat' poculũ, Mathallides quoq; eiuſdẽ ſunt uſus, Veluti etiam Manes,

ideſt μάννης. Erat & ſuus in Cottabiſi Manes. Neſtorida poculũ, quo ſit uſus Neſtor, egregie deſcribit Athenæus. Sũt apud eundẽ Seleucides quoq; In Dianæ templo, quod Capuæ fuit, poculũ uiſebat, Id illi fuiſſe Neſtoris aut credebant, aut ꝓſuadere aliis nitebantur. Habet Calix quoq; inter pocula manifeſtariũ locum, quãquã eſt item Calix modulus Aeneus, q riuo, uel caſtello inducit, ei'q; mox applicat fiſtula. Lõgitudo habet digytos nõ pauciores XII. Lumẽ. i. capacitatem, quãta impetrata fuerit. Hic uidet excogitatus, quoniã æris rigor ad flexum difficilior non temere laxari poteſt, uel coarctari. Holmon item reperio poculum fuiſſe Ceratio ꝓſimile. Oxybaphũ qdem ꝓ acetario Vaſe capit fere Cõſuetudo. Apud Cratinum tamen poculũ eſt. Meminit Antiphanes quoq;, nec tacuit Ariſtophanes. Adhibebat & in Cottabiſi Oxybaphũ, in quod Latagas infunderent. Sic aũt humorem ex poculo uocant, ꝓfuſum, ut interpretat Athenæus. Onyx ligneus erat calix. Panathenaica pocula apud Poſidoniũ legunt. Habent in eo gñe Pellicæ, Olpę. Pellę uero, ſiue ut Hipponax, Pellides, uaſa ſunt, qbus excipit Lac, dum mulget. Inter pocula eſt Priſtis, Prochytis, Pruſias. Scyphos maſculinũ eſt, ac neutꝛ, flexu item uariãte. Scypphum Heſiodus ẽt pronuntiat. Apud Steſichoꝛ inueni Scyphiũ quoq;. Dicit Scyphos quaſi Scythos, a Scythis, qbus ebrietas nimio plus frequẽs eſt. Proinde Scythiſſare inebriari eſt. Scyphos Bœotios eximie laudari, ad uerto, q Heracleotici nũcupentur. qbus ſit uſus primum in expeditionibus Hercules. Ineſt anſulis, quocatur Herculanus nodus. Secũdæ habent notæ Rhodiaci, Syracuſiis cõſequentibus. Scyphos ab Epirotis Lyrtos item dicit, A Methymnæis & Scythos. Ex quo Lacedæmonius Dercyllidas, Vt q Vaſer eſſet, ac ferinus, Scythos eſt cognominatus. Eſt inter pocula Tragelaphus quoq;. Item Trieris, ſiue Triremis. Amphitheton phialã legimus apud Homeꝛ, Forte anſatam utrinq;. Amphitheton intelligit Parthenius apythmenõ. i. ſine fundo. Apollodorus, quæ fundo inniti nequeat, ſed ori. Alii, quæ anſulis utrinq; geſtari poſſit, unde & Amphora item ducit. Ariſtarchus, quæ fundo poſſit, ac ori incumbere. Sunt & Phialę Balaniomphali, quaꝛ Vmbilicus Balneoꝛ Tholo ſimilis eſt. Iam Phialæ Argyrides, & Chryſides, Sed has ex materia nũcupari, palàm eſt. In hac tam fuſa Vaſoꝛ mentiõe, adnotandum, Fuiſſe, Qui Vaſatos pro Diuitibus accipiant, Sed inepte. Dicuntur Naſati, ut Lampridius aduertit, uiriliores, ac belle mutoniati. Vnde Paræmia, De Naſatoꝛ peculio. Vulgo extritum utiq;. Naſi magnitudine Mutonis concipi quantitatem quoq;.

Naſati

¶ Cur Lactucis ueſcerentur Priores in fine. Quæ dicantur Acrepala, Adipſa. Dipſetica. Diaphoretica. Plinii locus perpenditur de Rhaphano, Item de Braſica. Necnon Dulcia ebrietatem diſcutere. Caput LXI.

E T, quoniam Ebrietatis remedium in futilibus fuiſſe Corollis uidemur cõprobaſſe, Succurrit ex eadem cura uetuſtatis admiratio altera. Siquidem ad eandem auertendam inſtitutum quoq;, Vt Lactucis nõ in cœnæ proœmio ueſcerentur, quod ad conciliandam appetentiam noſtra fieri tempeſtate, ſciunt omnes, Sed in fine. Quoniam inſita frigiditate retũdat ebrietatem Lactuca. Id quod ex Athenæi monumentis percepimus, cum alibi, tum libro tertio. Proinde notius fit Martialis diſtichum.

Claudere quæ cœnas Lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi cur noſtras incohet illa dapes.

Paulus Aeginita Medicinæ primo Lactuca inquit, σαφῶς ψύχει τε, καὶ ὑγραίνει, διὸ καὶ ὑπνώδης ἐστὶν, ideſt refrigerat liqdo, humectat q, quo nomine etiam ſoporem conciliat. Dioſcorides uero medicæ profeſſionis auctor illuſtris, Acrepala nuncupare uidet, quæ Ebrietatem prohibent. Sicuti Adipſa, quæ ſitim, Nam quæ augent Dipſetica dicunt ab eodẽ. Diaphoretica uero ſunt, quæ aluum ſubducunt, leuigant q, Sicuti fabulum, Quod etiam putatur κυνητικὸν, ideſt genitale. Topica remedia interpretatur Galenus Localia. Inter Acrepala recenſent amariores Amygdalæ, quod Eruditiſſimi ſcribunt, quoniam amaritudo illa exiccãdi habeat uim, nec oppleri uenas permittat, Quibus præter modum diſtentis, obturbatis q contingere ebrietatẽ, credimus Peritis. Verum hac parte illud uehementer obſeruandum. Siquidem libro hiſtorię naturalis ſeptimo & decimo Plinius ita ſcribit. Quorum natura nõ necat qdem,

Diaphoretica medicamenta, id eſt diſcuſſoria, ac diſſipatiua, ſeu euaporatiua q. dicuntur, diſcutiendi, diſpergendi, ac diſſipandi ꝓprietatẽ ſenſibiles meatus uis mouet: nõ quæ ſtum ſubducunt leuigantq; ut h̃ interpretatur Galenus

necat quidem, sed lædit odore, aut succi mixtura, Vt Rhaphanus, & Laurus uitem. Olfactrix enim intelligit, & tangi eam odore mirum in modum. Ideo q̃, cum iuxta sit, auersari & recedere, saporem q̃ inimicum fugere. Hinc sumpsit Androcydes medicinã, cõtra ebrietates Rhaphanum mãdi præcipiens. Sumunt uero, quæ nobilis Auctor hic prodit, ex Theophrasti libro quarto de historiis in fine. Et nominat ille quidẽ Rhaphanum, Sed ita, ut Brasicam intelligat, Etiam Interprete Theodoro astipulante. Id ut scias uerum, Scribit Plinius idem, libro XX. Brasicam uino aduersari, ut inimicam Vitibus. Itaq; antecedente in Cibis, caueri ebrietatem. Postea sumpta, Crapulam discuti. Suggerit testimoniũ & Iulius Pollux libro sexto. Rhaphanus inquit, est Crambe, hoc est Brasica. Quod itẽ Aristoteles agnoscit, ἐν τοῖς ποδὶ ζώων, ubi ait, ῥάφανος, ἣν κράμβην. Rhaphanus, quam uocant nonnulli Cramben. Antiphanes etiam appellauit Crambidion. κραμβίδιον ἐφθὸν, χάριεν, ἀσεῖον πάνυ. Cæterum & Auctoritatibus aliis rem fulcit libro primo Athenæus, a' quo proditur illud quoq;, pro Rhaphanide interdum Rhaphanum pronuntiari. Mos hic qdem Plinio frequens, ut res easdem nunc Græcis, nunc latinis appellet nominibus, Vt paulo imperitiorib⁹ uideri diuersę possint. An id & parte hac fecerit, ne Auctori grauissimo colaphum intendam, discutiant uolentes. Dignum uero scitu de Brasica, parari eam Athenis in cibũ cõ sueuisse iis, quæ peperissent, uelut antipharmacum. Certe Nicãder Brasicam, quæ sacra sit, Mantin uocauit. Apud Ananium Iurisiurandi forma per Cramben concipitur. Sicut apud Teleclidem quoq;, Necnõ Epicharmum, ut in Baptis Eupolin taceam. Mos uero ita iurãdi fuisse Ionicus præcipue uidetur. Nec mirum, quando & Stoicæ sectæ conditor Zeno etiam per Capparin sibi iurare permisit. Quod uero Lactucæ frigiditatem ebrietati diximus obniti, obluctari q̃, Videntur ea Ratione confirmari Aristotelica, Sic enim in quæstionibus tradi animaduertimus. Crapulam inquit, sedat Brasica, quod succum dulcem, discutientem q̃ obtineat. Frigida uero est. Fit autem detẽtis a' crapula, ut eius succus humores in aluum detrahat, qui uinosi, crudi q̃ tenentur, & ipsa superius in uentriculo remanens corpus refrigeret. Vnde euidens discussio consequi potest. Vinum nãq; humidum est, aç calidum. Auctor in Symposiacis Plut. est. Dulcia, si infundantur uino, ebrietatem discutere. Proinde Medicos peritiores iubere, qui se amplius inuitarint, quieti sese daturos, melle litum panem uorare, quoniam meracam potionẽ hebetet dulcedo. Quod ad Lactucas attinet, Celebres sunt apud Athenæũ Aristoxeni Thridacinæ. i. Lactucę, qbus in hortis, Sole occiduo, Oenomeli infundebat, mane ostẽtans uirentes se habere placẽtas, sibi a' terra summissas. Brenthin Cyprii Lactucam dicũt, quam Græci Thridaca, uel Thridacinẽ. Hipponax ẽt Tetracinẽ. Nã Tetracina numi uidentur Attici apud Liuium. In Lactuca deniq; occultatum a' Venere Adonin, cecinit Callimachus, quod allegorice interpretatus Athenæus illuc referendum putat, quod in Venerem hebetiores fiant, Lactucis uescẽtes assidue. Tanquã mortuorũ sit Cibus, uti scribit Eubulus. Illud adiicit Cratinus Phaona inter Lactucas absconditum pulchras ab amãte Venere. Pythagorei utiq; Lactucã uocabant quãdã Eunuchõ, At mulieres Astytida.

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD REVERENDVM IN CHRISTO PATREM, ET THEOLOGVM SCIENTISSIMVM LVCAM LEONEM, VENETVM, ORDINIS MINORVM, PRAEFATIO QVINTADECIMA,

Etiam si non me fallit Venerande Pater, a' Synesio proditum, solere beneuolentiam Iudicii calculum nunquam non ita corrumpere, ut excussior adiici, & amussitatior fere' desinat, Quãdo, sicuti uel Platoni credimus, In iis, quæ insigniter amamus, occæcamur plerũq;. Nihilominus, Qua me perpetuo etiã uix dum puberem amoris integritate sis amplexatus, abũde uideor, exacte' q̃ animaduertisse. Neq; enim fucatior Amicitia, & Simulationum uelamina perseuerare diu queant. Quin amplius dispicienti, subærato, quod dicitur, Auro, protinus mendosum tinnit. Tu uero Vir scientissime a' Carceribus usq; ad Oleas idem mihi es perpetuo cognitus, Verax utiq;, ac Rationibus meis beneuolus, siquis alius. Palàm id cum primis in Patauino factum Gymnasio est, Vbi quãtum eualuisti, dignitatem meam fouere non prius destitisti,

quàm bellorum procella inde excuſſus Vterq; eſt. Sed mirum nil, Ipſum hoc a'te efflagitabant Mores tui, Sacerdotio, Quo fungeris caſtiſſime, ac plane' ex formula, & Quadro, utī aiunt, congruentiſſimi. Atq; ita, ut eius Ordinis etiamnum Veteranis exemplar Synceriſſimum eſſe queas. Efflagitat præcellens quoq; Diuinor Scientia, Ingenii ſolertiæ aptiſſima, Vt Decretorum iucundiorem Chriſtianæ Veritatis cultori doctrinam non memorem hic. Quamobrem ſi & ipſe non ſuſtineo ἄμουσος uideri, aut ἀναλφάβητος, Siqdem Imperitior nunq̃ nō malus, Eſt quod enitar, meritis tuis, &, Quam ſuſtines, Perſonæ quoquomodo paria facere. Ego utiq; is ſum, Cui uel maxime Religionibus addicti diuiniore quodā nutu Viri, ductu eodem pergrati perpetuo fuerint, Vt, Quos in meditullio Diuinitatis & Hominū interlocatos, & proinde auguſtius ſuſpiciēdos, uelut ſacros plane', animaduerterim. Mihi uero aduerſum te cultus ēt ratio familiarioris, aut uerius, impēſioris ingerit ſe. Quo factum eſt, Vt inauſpicatius fuiſſe prodituros hoſce libellos, ſim opinatus, Ni te, Quod illorū Pontificium eſt, inter eos allegiſſent, Quem obſeruanter in huius ueſtibulo uoluminis ſalutarent, Noſtramq; tibi mentem pergerēt aperire, Vt Iam hinc me ſcias, & Veteris beneuolentiæ memorē imprimis, Et tuar præcipue rationum ſine exceptione ſtudioſiſſimum. Noſcant, & Alii Luca Leone nil Animo meo fere' gratius, aut iucundius. Et Amicitiæ compar illud Veteribus anxie adeo quæſitum, ac in quā pauciſſimis repertum, tēpeſtate noſtra, Vi naturæ intima egerminaſſe. Id quod ne obliuionis adobrutum eat Iniuria, teſtatum Epiſtola noſtra uolumus. Tu uero Venerande Pater, Quod adhuc feciſti, plurimum Nos ames, uelim. Nec ab ea, Quam tibi ſemel induiſti, mitiſſima Ingenii facilitate, compari tamen iuncta grauitati, receſſeris longius, Putesq; Omnem meam opam, ſtudium, Induſtriam, Quicquid eſt in me, uel ingenii, Vel Virium non tibi modo, Sed & tui Studioſis eſſe paratiſſimum, Quoniam didici uel Puer, Extra fortunam poſitum uideri, Quicquid Amicorum gratiæ impertitum eas, condones'ue. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LECTIONVM LIBER VNVS, QVI QVINTVSDECIMVS.

CMos mittendi partem de menſa. Ideæ Carnium quæ ſint, & Periphora. Ideaan dicat' latine Species. Ida qd. Mercurii ſors. Abluēdar manuū ritus. Apomagdalia quid apud Plut. Aponiptrum. Aponimma. Cheroniptrū. Cheromactrum. Smegmata manibus abluendis.

Caput Primum.

Vm pleraq; ſuperſint etiamnum de Conuiuali Veterum ritu promenda in literas, Iamq; Volumen prius ſatis extumuiſſe uideretur, ne ſi pomœria amplius proferre perexiſſet, encyon fieret, ac uterum geſtaret.

c Placuit, reliquis ab eodem inſtituto non abiunctis nouum exordium dare, Vt hac uelut morula refectus Lector ſtudioſus lætiore animo, quæ ſequunt', percurreret. Igit' in Menſæ lætitia ſacra morē quādoq; inoleuiſſe, multiplex nos inſtruit Lectio, Vt quibus plurimum deferrent, partes mitterent de Menſa. Nam & Perſar Rex Cyrus, ut ſcribit Xenophon libro pædiæ octauo, Si quem ex Amicis uellet a'multis coli, & honorari, Cibariorum partes de menſa ad eū mittebat, Illos enim ſuſpicimus, ueneramurq;, Quis uiderimus mitti aliquid de Regis Lance. Velut cariores illi ſint, ac Amicorū intimi. Perſici moris meminit in Sympoſiacis Plut. Eū præcipue honorem deferri ſolitum tradens Amicis, Ducibus, ac Corporis cuſtodibus, quos Somatophylacas uocant Græci. Carnium particulas dicebant Ideas. Nam Periphorā nuncupauit Xenophon, particularum eiuſmodi circūlationem. Ida uero aliud omnino eſt, nam qlibet Mons, unde circumiecta ſpectari ualeāt, recte dicetur Ida, quod Didymus ſcribit. Ideas autem ſunt qui ſpecies latine interpretentur, nō peſſime id quidem. Sed inutiliter ad mutandos caſus, Non enim ſpecierum & ſpeciebus dicere audet Cicero. Proinde formas mauult transferre, nam & Deorum Simulacra recte dicuntur Ideæ. Idas quoq; loca dicunt arboribus frequentia, ut ſcribit Pauſanias, unde factum nomen Nymphæ Ideæ, ex qua & Theodoro paſtore nata fertur Herophile in Coryci montis antro. Sed ad rem, Prima Carniū portio dicebat' ἱερὰ κλῆρος. Mercurii Sors. Seruatū & illud Veterib⁹, ut p ſingula fercu

la manus

la manus abluerent. Significat id in Heliogabalo Lampridius, Paraſitis inquit, in ſecunda menſa ſæpe cæream cœnã, ſæpe ligneam, ſæpe eburneam, Aliquãdo fictilem, nonnunq; etiam marmoream, uel lapideam exhibuit. Ita ut omnia illis offerrent uidẽda ex diuerſa materia, quæ ipſe cœnabat. Cũ tantũ biberent per ſingula fercula, & manus, quaſi comediſſent, Lauarent. Qua in re amplius adnotandum, Pleroſq; ex Veteribus ad manuum ablutionem uſos Apomagdalia. Id uerbum ſignat molle panis. Quod qa mox obiicerent Canibus, Lacedæmonii Cynada uocabant. Significare id ipſum uidetur Athenæus quoq;, Poſt cœnam inqt, Libationes obibant, nec abluentes manus, uerum abſtergẽtes bucella, & Apomagdaliam afferebat unuſqſq;, Id quod faciebant ob nocturnos in biuiis metus. Idem libro nono Apomagdaliæ honores nuncupat. Meminit eius uocabuli, ideſt Apomagdaliæ Plut. in Lycurgo, Sed ita, ut intellectum eius uocis, neutiq; uideatur Interpres animaduertiſſe. Innuit ipſum hoc etiam Homerus illis uerſibus.

ὡς δ' ὁτὰν ἀμφὶ ἄνακτα κυὼς δαίτηθεν ἴοντα
σαίνοσ', ἀεὶ γὰρ φέρει μάλίγματα θυμοῦ.

Sunt Qui Apomagdaliam eſſe σέαρ finiant, ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπομάττονται ἐν δείπνοις. Auctor item Euſtathius eſt, Magdaliam dici ἀπὸ τοῦ μάσσειν, eſſeq; Zymoma quoddã, in quo abſterſis cibariorũ ſordibus pinguioribus, inde canibus pararet cibus. Aponiptrum & Aponimma Malluuias uocabant, ſiue Pelluuias quoq;. Sed & Peluin forte ſic nũcupare, ſuit moris, qq Athenienſibus Aponimmata uocantibus in Mortuorũ ratione, aut Sceleſtorum purgatione. Cheroniptrum idem plane, quod Aponiptrum. Nam Cheromactrum Omoli non ſignat, uel Ectrimma, ideſt extergendis manibus deſtinatum mantile. Chiromactra tamen in Capitibus etiam deferunt mulieres. Aurea Cheromactra ſunt apud Herodotum libro ſecundo. Vſos porro abluendis manibus Smegmate, ac Odoratis rebus Priores, Antiphanes cum Epigene prodit.

¶ Carnibus tm̃ ueſci ſolitos Priores mane. Quadrifaria Epulaꝝ diſtributio. De Vomitu. & q Vomitores. Itẽ qd Comeſſatio. necnõ de Andriis. Crion quid, & Greagra. Harpax. Lycos. Crateuta. Aryſanæ. Aryſteres. Aryſtichi. Ephebus. Cyathus flu. Aconita Vaſa. Crios ꝓ Thyeſtis Sepulchro. Ceres Myſia. Cymbia. Carcheſia. Macrobii lapſus. Optanium. An elixis uterentur Carnibus Veteres. Caput III.

f Cribit primo Canonis Auicenna, ſolitos Antiquorum nõ paucos mane tantum Carnibus ueſci, Ac cœnæ modo panem adhibuiſſe. Verum Gulæ mancipati, Vitæ pretia uelut exqſitius intelligentes, Epulas quadrifariã diſtribuiſſe cõperiunt, In Ientacula & Prãdia, Cœnas ac Comeſſatiões. Sicuti apud Grẽcos Philemõ uſos Veteres ſcribit, Acratiſmate, Ariſto, Heſperiſmate, Dipno. Iis uero facile ſufficiebant, Vomitãdi ꝓſuetudine. Quod cum cenſoria grauitate Seneca taxaret. Edunt inqt, ut uomãt. Vomũt, ut edant. Dicebantur autem Vomitores, Qui ea uiuendi ratione uterentur, Quam egregie dãnauit Aſclepiades. Cui aſtipulatus Celſus Cornelius, Vomere luxuriæ cauſa dãnoſum ꝓdidit. Erant uero Comeſſatiões cibi, potuſq; poſt cœnam hauſti ex Luxu. T. Liuius libro XL. Quin comeſſatum inqt, ad fratrem imus? Et alibi, Cõuiuam me tibi cõmittere auſus non ſum, Comeſſatorẽ te cũ armatis recipiam? Quintilianus, Hinc eſt ille in peſtilentia Comeſſator. Quo in loco intelligere tamẽ poſſumus generali uocabulo dici Epulatorem, Cõpotatorem q luxurioſum. Nã & Comeſſabũdus Alexandri magni exercitus legitur apud Qu. Curtium, tanq indulgẽs præter modum prodigis Epulis, Gulonumq eſcariæ uoluptati. Poſſunt & Comeſſationes ꝓuiuia dici ex collatione, ſymbolisq cõparata, Quæ Lacedæmonii Phiditia, Cretes Andria nuncuparũt. Hæc libro Politicorum ſeptimo Ariſtoteles ſcribit eſſe oppido q uetuſta, Vt quæ in Creta ſint celebrata, Minoe regnante. Quin & prius multo ab Oenotrioꝝ Rege Italo in Italia inſtituta. Illud obiter ſubnotabimus, Crion, ideſt κρεῖον nuncupari Creodochum uas, in quo recondant Carnes, quis malit eo nomine Carnes intelligere Euphoriõ, quod Appion ſcribit, & Herodorus. At Crion putat Pauſanias Caniſtrum, uel lancem, uel qd eiuſmodi, in quo concidat Caro. Hinc & Creagra profluit, quam etiam Harpaga, & Lycon appellari, ſcribit Pauſanias idem. Eſt autem Coquinarium inſtrumentum; Sicuti Crateuta quoq;, Nã ſunt eo nomine

Obeli, uel lapides inqt Pauſanias, aut etiam ferreum aliqd, Cui incũbat Veru. Etiam ſi Veterum plerisq; arriſit illud quoq; Vt Veruú manubria ſic uocitent. Aryſanas & Aryſteras ſiue etiã Aryſtichos pro Cyathis inuenimus, aut id genus Vaſis, Ab hauriẽdo ꝓciliata nomẽclatura. Zenophanes ad hunc uſum Ephebum etiã appellauit. apud Polybiũ Cyathus fluminis eſt apud Arſinoen in Aetolia nomen. Aconita intelligunt Græcis Vaſa nõ illita, quæ calido diluta humore aquã in ſe trahunt. Quod de Crio diximus, Amplius ſciẽdum, Thyeſtis Sepulchrũ dici κριοὺς, In agro argiuo, prope quod uiſebat Regio Myſia, & Cereris Myſiæ templũ, a Myſio quodã ita nũcupatæ. Cymbia & Carcheſia fuiſſe Latinis incognita Veteribus, parum diligenter tradidit Macrobius, Cum apud Varronem, adiiciente calculũ Marcello, illud repiat. Hoc aũt etiam apud Liuiũ Andronicũ, ſicuti cõmeminit Nonius, Florem antlabant Liberi ex Carcheſiis. Quod autem de Carnibus diu præſtruximus, animaduertẽdũ amplius, Heroas etiamnum elixis uſos, etiãſi Seruius improbat, quod ex Euſtathio liquet, Athenæo q; aptius. Heroas inqt Euſtathi⁹ inducit Homerus, elixis utentes Carnibus, præcipue tamen aſſis, unde & Optanii inflectitur nomen, ex uſus frequentia. Signat autẽ eo uerbo Coqna. Incognitam non fuiſſe Homero hoc genus Opſopœiam, Auctor eſt Iulius Pollux, addit tamen Heroum plerosq; ea non uſos, Meminit in libro de Homeri uita Plutarchus. Et de Rep. tertio, apud Platonem legimus, Heroum menſis parari ab Homero non piſces, non elixas Carnes, ſed aſſas, quæ concinnarentur facilius, Quod comprobat Athenæus.

¶ Aduentitia Cœna, quæ ſit. Item Aduentoria Epiſtola, & Aduentores. Caligulæ luxuria, & Clodii. Caput III.

Ed nec illud parte hac omittendum. Aduẽtanti Principi, aut Amico cœnam apparari ſolitam. Ea inde dicebat Aduẽtitia. Cuius incomparabilem luxum
ſ q; non jure miretur? Duo millia lectiſſimorũ piſcium, Septem auiũ appoſita interdum, literis proditũ eſt. Cœnæ hoc gen⁹ meminit in Sympoſiacis Plut. dicit q; Hypodecticam ex Romanæ linguæ proprietate nũcupatam. Perinde ac innuat, appellari ſolitam Exceptitiam, ut qua exciperetur Princeps, uel Amicus. Vel Aduẽtitiam, ut modo præſcripſimus, etiam ſi græca Vox aliud ſonare uideat. Apud Martialem Epiſtolam legimus Aduentoriam, quæ aduentãti Amico mittitur obuiã, Ita enim ſcribit libri XII. præfatione, Et ſtatui pauciſſimis diebus & familiariſſimas mihi aures tuas excipere aduentoria ſua. Sed Aduentores dixit Apuleius eos, q ſoliti ſunt in Cauponam cuiuſpiam diuertere. Et nunc inqt, Senex ille dolium innatans uini ſui Aduentores priſtinos fece ſummiſſus officioſis Rhonchis raucus appellat. Trita uox ea imperitæ quoq; plebi. Sunt & ſuĩ apud Plautum meretricibus Aduẽntores. Verum ut ad Epularum magnificentiam redeamus. Nepotinis ſumptibus Omnium prodigorum ingenia ſuperauit Caligula Imperator, Commentus nouum Balnearum uſum, & portẽtoſiſſima genera ciborum, atq; cœnarum, ut calidis, frigidis q; unguentiſ lauaretur. Prætioſiſſimas Margaritas aceto liquefactas ſorberet. Conuiuis ex auro panes, & Obſonia apponeret, aut frugi Hominem oportere eſſe dictitans, aut Cæſarem. Sed in Principe, quam habent iſta admirationem? Clodius Aeſopi tragœdi filius, ut experiretur in gloria palati, ut inqt Plinius, quid ſaperẽt Margaritæ, ſingulos Vniones Cõuiuis abſorbẽdos dedit, quod in Sermõibus Oratius morſu ſatyrico caſtigauit. Filius Aeſopi detractam ex aure Metellæ, in
Scilicet ut decies ſolidum abſorberet, Aceto
Diluit inſignem Baccam

¶ De Griphis ꝓuiualibus. Quę dicant Quæſtiones Cyliciæ, aut Mnemonię, Aenos qd. Caput IIII.

Ympotica uero hoc eſt Conuiualia fuerunt & illa, Aenigma, & Griphus. Illud luſum habebat, Griphus uero etiam ſtudium, ac curam. Soluenti premiũ
ſ erat Carnis portio. Imperito ac ſegni mulcta irrogabatur, ut ſalſam hauriret potionem. Nomen inditum id genus Sermonibus obuolutis a Piſcatoꝛe Grĩphis, ſiue Retibus. Quæſtiones uero dicebantur Cyliciæ hoc eſt Ζητήματα κυλίκια.

κυλίκεια. Arbitror, quia κύλιξ poculum signat. Vnde Cyliceum dicitur poculorum repositoriũ. Theodectes uero Sophistes multa in iis solertia præditus Mnemõias uocauit, Quoniã mnemonicus foret ipse, hoc est memoria potẽs. Griphi Lucianus meminit, Quid inqt, sunt Homines? Dei mortales. Quid uero Dei? Homines immortales. Aenigmata profers et Griphos conglutinas. Eqdem, ut Loxias, apertum nihil promis. Sed opæpretium est, huic potissimum loco subiecisse, Quæ Demetrius Phalereus ꝓdidit ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας. Vbi de Oratiõis diserit gratia, hoc est περὶ χάριτος λόγου. Est inqt, Gratia quædam, quæ dicit παρὰ προσδοκίαν, idest præter expectationem, ut apud Homerũ de Cyclope, ὅτι ὕστατον ἕδομαι οὖτιν. Postremum ego Vtin uorabo. Neq; n. Xenium id genus meditabat Vlysses, neq; expectabat Lector. Aristophanes quoque Nebulis de Socrate,

κάμψας ὀβέλισκον εἶτα διαβίτην λαβὼν,
ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλετο. Cum obeliscum incuruasset, mox Circinũ cœpit, Vestem'q; sustulit ex palæstra. Ex locis duobus gr̃am hic uenatur Poeta. Non. n. modo præter opinionem illatum est. Sed nec præcedentibus cohæret. Anacoluthia inqt huiusmodi, siue Inconsequentia, uocat Griphus, ut apud Sophronem ῥητορέβων βουλίας. Et apud Menandrum Messeniæ prologus. Griphũ alio uocabulo Aenon dicunt, quod ex Eustathio est. Vti apud Clearchum, Vir, non uir. Auis, nec tamẽ Auis. Lignum, non lignũ. Lapis, non lapis. Significantur uero hæc, Eunuchus, Nycteris seu Vespertilio. Ferula. Pumex. Qui de his plura nosse cupit, Athenæum adeat Dipnosophistarum decimo.

¶ Cottabisis quid, & quid Cottabus. Plutarchus explicatur. Item de Latage, Et Catacto. Caput V.

c Onuiualis ludus fuerat prioribus præsertim Græcis, quem Cottabisin dicebant, nam & κοτταβίζειν est eo, quod ex potu supfuit, sonum elidere. In æneas uero phialas, quæ Latagia nuncupant, potus residuum iactabant, qui dicitur Cottabus, quod si elisu maior ederet sonus, ab Amasiis diligi se augurabantur. Cuius rei uestigium Romæ seruatum uideri potest, Nam historiæ naturalis libro quartodecimo Plinius inter legum scita illud item fuisse scribit, ꝯtra bibendi fallacias, Nihil ad elidendum in pauimentis sonum ex uino reliqsse. Verum inibi Hermolaus ex Veteri lectione summũ legere mauult, q̃ sonum. Vt postremum intelligeremus potum, Quem docuimus uocari Cottabũ, q̃q̃ est & phiala ænea Cottabus, aut peluis, ut alii scribũt. Nam Cottabia, quod ex Athenæo discimus, dicebant premia, uincenti hoc ludicri genere data, Quę non aliud fuisse animaduertunt, q̃ Pyramuntes, hoc est triticeæ placẽtulæ, ac Sesaminæ. Meminit eius uocabuli etiam primo Rhetorico Aristoteles, ab Aenesidemo missa Geloni Cottabia scribens. Aristophanis Interpres Sonum ipsum etiam Cottabum dici putat. Nam Poeta ipse Methysocottabos ita Ludẽtes appellat, quod iam uino madẽtes id agerent. Ex quo est illud Plutarchi in Symposiacis, Nam Soclarus eludens, quæ ꝯtra dicebant de Concubitus abstinentia, & quod non citra periculum admittatur a' Cœna, ἀθλητικὰ ταῦτα εἶπεν ὦ ὀλύμπιε παντάπασιν, ἔτι τῆς κοτταβίσεως ὄζοντα, καὶ τῶν κρεοφαγιῶν ἐκείνων οὐκ ἐν δέοντι. idest Athletica inqt, sunt hæc prorsum Olympie, etiamnum Cottabisin redolentia, & non satis aptam Carnium illam deglutionem. Veluti dicat, Athletis, quorum uita sagina est, damnosum forte Concubitum uideri, & a' Cœna illis periculum afferre, qui licentius ingurgitarint, exhilarati'q; a' scurrili lusu minus abstinuerint. Hæc ut placeant, faciunt, quæ consequuntur. Adsunt inquit, Iuuenes Vxoribus copulati, quos addecet Venerea amanter exercere, Quin & paulopost colligit Idem, Qua ratione coitu post cœnam minus oblædatur Corpus, Id'q; astruit contingere, siquis non distento Ventre, nec ebrius id peragat. Id uero a' Plutarcho prouerbiali modo enuntiatum, Neminem puto latere. Auctor Critias est, Cottaborum lusum esse Siculorum proprium, quin & ab eisdem inuentum. Veluti etiam Latage nationis eiusdem uocabulum creditur, Quo significari, Athenæus arbitratur, quod ex potu superest in poculo. Id conuersa manu sursum iactabant ludentes in Cottabeum. Fuit & quem Catactum, idest κατακτὸν Cottabum uocabant, idest Lychnion, quod attractum denuo concidebat, eum continens, quem dicunt μάνην.

¶ Græcoꝝ in bibendo leges. De Iouis olympii Cratere. Item Heroum, et Soteris Iouis. Ac Mercurii. Interim quid Modiperator. De Thracibus, & Scythis. Oratius declaratur. Poculorum nomina plura. Bibendi Lex apud Locros. Qui bene poti ad Scribendum acceſſerint. Maſſilienſium mulieres eſſe Hydropotas. Sicuti Mileti factitatum, & Romæ. Samagorium uinum. Italicas mulieres uinum neſciſſe. Ecpetala pocula. Petala. Patellia. Callopatira Capridii. Oenochoi. Tauri. Epenchytes. Ceryx. Oenoptæ. Ophthalmi. Acratophorus Dionyſius. Vinaria Vaſa nomen ſeruantia. Bicus, Bicarium. Croſſus. Gaſter. Gaſterium. Ceraphium. Baucalium. Cypellum. Amphicypellum. Cyphela. Dicypellon. Pella phiala.

Caput VI.

Græco more potare, interpretantur Quidam, grādibus, meracis'q; poculis ſe inuitare, Cicero in Verrē Actione tertia. Fit Sermo inter eos, & inuitatio, ut Græco more biberet', Hoſpes hortat'. Poſcunt maioribus poculis, Celebrat' omnium Sermone, lætitia'q; Conuiuiū. Sunt q a' M. Tullio Veterem Græcię morē innui, ꝓiectent, Quo toties bibere receptum erat, quoties Deos, & Caros nominatim uocaſſent, Vtcūq;. Auſonius meminit ad Symmachum, Sup mēſam meam facta eſt inuitatio, nō illa de ludibrii Cōuiuio, ut Græco more biberet', Sed illa de Flacci Aegloga. In qua ꝓpter mediā noctem, & nouā Lunā, & Murenæ auguratum, ternos ter Cyathos attonitus petiit Vates. Fuit & in Græcoꝝ Conuiuiis Lex illa Vetus, Sicuti Thuſculana rū qnto a' Cicerone traditum, ſcimus, Aut bibat, aut abeat. Et recte inqt, Aut. n. fruat' aliqs pariter cum aliis uoluptate potandi, ne ſobrius in uiolētiam Vinolentoꝝ incidat, aut diſcedat. Hæc itidē in uita uidet' ſeruāda, Nā iniurias Fortunæ, quas ferre nequeas, defugiēdo re linquas. Inoleuerat & Græcis mos alius, Vt Talis ſortirentur, q Cōuiuio præſidens, Leges, decumbentibus diceret, Quæ uocabant' Nomi. Hic uero teſtimonio Varrōis Modiperator latine nuncupat', Veluti modum bibēdi præſcriberet. Rex etiam dicit' Macrobio, arbitror, qa Græci βασιλέα appellant. Oratius, Nec Regna Vini ſortiere talis. Eubulus ſub Dionyſii pſona monet, Sanitati primū dicari Cratera. Secūdum Amori, & Voluptati. Somno aūt tertiū. Quartus uero inqt, iam noſter nō eſt, Sed Iniuriæ. Panyaſis Poeta, Poculum primū Gratiis contribuit, Horis'q;, & Dionyſio, Secūdum Veneri, rurſum'q; Dionyſio. Iniuriæ autem, & nocumento tertiū. Cōſuetum & illud priſcis Græcis inuenio, poſt Cœnā boni Dæmonis, quem eſſe Fortunā putat Euſtathi⁹, haurire poculum, quod meracius erat. Quæ res dicebat' κρᾶσις ἀγαθῆ δαίμονος. Hinc facetiſſimus Comici Iocus, ἕλκετὴν τ δαίμονος τῆ πραμνίᾳ. Trahe inqt, Dæmonis pramnii. Cum ſit Vinum Pramniū uel pretioſiſſimū. Nec ignoro, eſſe q boni Dæmonis poculū primatē habuiſſe locū, autumēt. Sed in hoc mira Scriptoꝝ uarietas eſt, Pindari Interpres ſeruatū Veterib⁹ morem ſcribit, Vt Crater princeps Iouis diceret' Olympii. Sequens Heroum, Cuius rei etiā Plutarcho in Cauſis mentio eſt. Tertius διὸς σωτῆρος, ideſt Iouis Saluatoris, ſi linguæ ꝓprietas ita dici patit'. Cui aſtipulari Sophocles uidet', Sed & in Epigōis Aſechylus. Vex cur Cratera tertiū Iupiter habebat Soter? Nempe quod is bibēdi modus citra uinolentiā omnino ſubſtringebat'. Vltra ꝓgrediēti, largius, hilarius'q; ingurgitāti intempantis nō deerat nota. Celebratū eſt & in Lemno ab Athenięſibus Seleuci Soteris poculū, quod in eos fuiſſet is beneficus. Siculus aūt Diodorus Bybliotheces qnto Aiunt inqt, cum puꝝ in Cœnis Vinū dat', Omnes Deū ſoſpitē optare bibēti. At cum a' Cœna dilutius haurit', Iouem uocari Sotera, Nā puri uini potus ad inſaniā redigit. Aqua Iouis mixtus Voluptatem parit, ac lætitiam, et arcet inſaniam. Aſclepiades Calicē primū ad ſitim ꝓtinere dictitabat. Secūdum ad Voluptatē. Tertiū ad Ebrietatē. Quartū ad Inſaniam. In Iulii Pollucis theſauris adnotatū inuenimus, Potum ultimū ἑρμῆν appellatū, hoc eſt Mercuriū, Vnde & Homerus τῷ πυμάτῳ ἀνένδεκον, ideſt poſtremo autē libabant. Auctor Athenæus eſt, Mercurio ſurgētes a' Cœna ꝓlibare ſolitos, qa ſit Somni pręſes. Poſterius uero etiam Ioui τελέῳ. Nam Calicem Soteris Iouis inuenio item τέλειον nūcupari ſolitum, quæ uox perfectum indicat, & abſolutum. Ex his uero hactenus prolatis Lux inferet' plurima Oratio in Carminib⁹, Quem ab Interpretibus multifariā eruditum ꝓuelli ſępe, animaduertas. Apud Locros Epizephyrios ſiqs, Medico nō impante, ſalutis ergo, meraci⁹ hauſiſſet, perinde ac capitalem admiſiſſet fraudē, morte ſcelus expiabat', Ita ſanciēte Zaleuco. At Alcæus, & Comicus Ariſtophanes uino madidi pangēdis inuigilabant poematis. Multi'q; præterea

ti'q; præterea Vino ſe proluentes in hoſtem depugnarunt illuſtrius. Apud Maſſilienſes hydropotæ ſunt Mulieres, In Mileto idem factitatum, Theophraſtus ſcribit. Apud Romanos uino abſtinet Mulier libera, ut libro ſexto Polybius ſcribit, Sed Serui quoq;. Itē Ephebi oēs ad annū uitæ triceſimū. Samagorii Vini Cotylis tribus homines quadraginta, & eo plures inebriari ſolitos, ſcribit Ariſtoteles. Sunt q uniuerſin Italas mulieres uinū neſciſſe prodant. Romanas tamē Paſſo uti ſolitas, refert Polybius. Thracum Scytharum'q; pprium fuiſſe uidetur, capacius ingurgitare meæ, & ingentia exiccare pocula. Id pobſcure ſignificat Pullux libro ſexto, ubi ait, ἀμυσίξειν eſſe idem fere', quod Thracum more bibere. Verbū id apud Plutarchum expoſitum inuenio pro eo, quod eſt, multū, ſine'q; reſpiratiōe haurire, Hoc eſt, ut ipſe ait, ἀθρόον καὶ ἀπνευστὶ πίνειν. Hinc apud Oratium dictam puto Amyſtidem. Erant & Veteribus pocula latiora, quæ uocāt Ecpetala, quoniam folia pampla dicunt' Petala. Cuiuſmodi pocula etiam nuncupant' Patellia. Ex qbus Alciphron Patellocharona ꝓcinnauit. Sed & Capridii Callopatira apud Athenæum legiſſe uidemur. Eſt aūt Capridiū a' Capro deminutū, quo nomine Aprum intelligimus. Qui potus miniſterio præficiunt', dici qdem Oenochoi ſolent, In Neptuni tamen feſto etiam Tauros ſcio appellatos. Helleſpontii Pincernam uocant Epenchytē. At Veteres etiā Ceryca, ut ex Homero liquet. Qui uero Oenoptæ nuncupant', tres numero, Exploratores, inſpectores'q; erant Cœnarū, An ex æquo potaretur. Lychnos hi cœnantibus ſuggerebant, & Thryallidas. i. Ellychnia. Hos qdam etiam Ophthalmos dixere, ideſt Oculos. Quales uero fuerint Scythæ in bibendo ritus, nec Plato ignoraſſe uidet', Quando Legum primo ſic ſcriptum reliqt, Sed de Ebrietate quærēdum inqt, Vtrum ita uiuendum ſit, quemadmodum Scythæ, ac Perſæ. Carthaginiēſes prēterea, & Celtiberi & Thraces mero pœnitus utunt', tā Viri, quam Mulieres, atq; uino item Veſtes ꝓfundunt, præclarum hoc, & beatum uitæ genus exiſtimantes. Perſæ uero aliis utunt' deliciis, quāuis moderatius, q̄ iſti. Apud Phigalenſes in Arcadia fuiſſe ſacellum Dionyſii ἀκροκτοφόρου, Pauſanias tradit. Illa porro' adnectamus Capiti huic, etiamſi excreſcenti nimiū, Inter Vaſa uinaria recenſeri a' Polluce, Stamnium, Cadum, Cadiſcum, Bicum, quem fuiſſe Homero incognitum, Euſtathius prodit. Sicut nec Pytinas nouiſſe potuit. A' Bico arbitror fluxiſſe nomen nūc uulgo frequentiſſimum, q̄q̄ Bicarium dicimus potius, quod eſt deminutum recta Græcoꝝ forma. Sicuti etiam Croſſum, quo uocabulo Venetiis in Oenopoliis utuntur plurimum. Erat & Gaſter Vas. Sed Gaſterium uocat Ariſtophanes, Seruat'q; adhuc nomē. Quāquam & Gaſtera pro Rapo dici legimus a' Lacedæmoniis, Etiāſi apud Bœotios Braſicas ita nūcupari, Nicander putat. Inuenio & Ceraphium ab Homerico Cornu, Sed & Baucalium. Addamus illud quoq;, Cypellum dici a' Græcis poculū ἐπὶ τὸ ἴσω κύπτον, ideſt ad interna ꝓclinatū, innuēs'q;. Appellat' idē & Amphicypellon, uelut undiq; intro inflexum. Sæpius nāq; ἀμφὶ præpoſitio circulariter ſignat, Vnde Inſula qñq; legitur Amphialos. Et Tōitru Amphipyrō. Certe deorſum adnuētes nubes. Eadē etymi rōne, Cyphela nūcupare, moris eſt. Ariſtoteles uero Mellis cellas amphiſtomos eſſe dicit. i. geminas, In una. n. baſi, ſeu interſepto duas eſſe cellas, Sicuti inqt, in Amphicypellis. i. geminis pocu lis, una qdem intus, foris uero altera. Ex qbus ꝓiectatio eſt, eſſe idē Amphicypellō, & Dicypellon, ꝓpter antithetos. i. oppoſitas fiſtulas, & Thecas mellis, tanq̄ uni modo baſi. i. fūdo Cypella incumbant duo, ſupne unū, infra reliquum, ut baſis ſit potui accommoda, ubi uſus uenerit. Pella uero etiam Phialam ſignat, qua uterentur in ſacris.

¶ Quæ eſculenta quibus probarentur locis. Tageniæ quid, Pyramūtes, & Seſamuntes. & Seſamis. Sal Tragaſæus. Cœna ἐντελής, Enchrides. Encrypias panis. Copaides Anguillæ. Sacrificia ex Piſcibus. Thynnæum ſacrum. Cylabræ Heroi in Sacris Salſamēta offerri ſolita. Strymoniæ Anguillæ. Cœnas Deorum quas intelligamus. Caput VII.

q Væ uero ex eſculentis in menſa uſum haberent præcipuum, nō inepte in hac gulonia prouincia explicuerimus. Igitur ex freto Murena primum a' Satrapibus eius procurationis tulit calculum. Item Tarteſica. Thynnus tyrius eximie laudabatur. Accipenſer tanta fuit apud Romanos indicatura, ut Cōuiuio inferri cum Corollis, ac præcinentibus cōſueſſet tibiis, Coronatis item, qui ge-

ſtarent. Hunc Archeſtratus, Qui Sardanapali inſtituta conſectatus eſt, Eundem Galeo eſſe putat Rhodio, quãquam diſcriminantur inſigniter. Appion grammaticus in Cõmentatione de Apicii delitiis, Ellopen eſſe Accipenſerem credit. Ceſtreus quoque laudis emeruit multum, de quo alibi copioſe, ex Sciatho. Conchæ pelorinæ. Vnde forte poſt nuncupatæ Pelorides. De quibus Martialis,

Tu Lucrina uoras. me paſcit aquoſa Peloris. Sed & Oratius.

Lucrina Peloris. Teutlon, ideſt Beta ex Aſcra. Mænides ex Lipara. Gongyle, ideſt Rapa ex Mantinea. Pectines Methymnæi. Galeus Rhodi. Pſettæ apud Eleuſinem. Apuæ phalericæ. Triglæ ſiue Muli in Ionia. Anguillę in Euboea Copaides, ut in Sicilia Plotæ. Sed eam Copaides prærogatiuam habent, ut ex eis præcipuas etiamnum diis immolẽt Bœotii, Victimarum item ritu coronatas. Verum Neptuno quoq; Thynnum immolare ad Capturæ ſpem conſueuere Piſcatores. Id'q; Sacrum Thynnæum uocãt. Quin apud Phaſelitas Cylabræ Heroi Salſamenta offerri, accepimus. Fuere porro' & Strymoniæ Anguillæ inſignes magnitudine. Salſilago thaſia. Item Thaſiæ Rhaphanides. Caſeus cythnius, & Siculus. Sal tragaſæus. Sunt autem apud Troiam Tragaſæ, a' Tragæo ita nuncupatæ. Cuius gratiæ Neptunus concreſcere inibi Salem iuſſit. Sed ſuper hac re alibi quoq; facta mẽtio eſt. Apud Lucianũ obſeruauim⁹ fuiſſe priorib⁹ ἐντελὲς ὀνομαζόμενον δεῖπνον, ideſt Cœnã Quædiceret' abſoluta, Auis una ſingulis apponebat'. Itẽ Suilla Caro. Necnõ Leporina, et Piſcis quoq; ex Tageno, ideſt Sartagine, ut ipſe interpretor. Nam in generibus panis recenſentur, & Tageniæ, qui & Enchrides uocantur. Dum in Sartagine coquerent', infundebatur Caſe⁹, Oleũ, Mel, Seſama. Panis ſubcinericius dicitur Encryphias. Seſamuntes item in Cœna fuere eadem. Hæ uero placentæ erant ex Seſamo & Melle. Sicuti Pyramuntes ex melle item, ac tritico, quod πυρὸν uocant Græci, quãuis ab Ignis figura putent alii dici, quę a' lato in acutum deſinit. Pyræa uero nemus eſt haud ita Sicyone diſſitum, In quo Cereris fuerat ſacellum προστασίας, & Proſerpinæ, Celebritatem agentibus tantum Viris, Sicut Nymphona, ideſt νυμφῶνα Mulieres modo frequentabant, Vbi Dionyſii erat ſimulacrum, & Cereris, ac Proſerpinæ, Pauſania tradente. Seſamum intelligunt aliqui, uulgo quod dictitant Riſum. Sudas Seſamunta diſtinguit a' Seſamide, Vt Seſamis ſit, quæ & Seſame, unde ducatur Seſaminum oleum, quod & Syinon apud eum eſt, quo Cyri perungerent' milites. Cœnas Deorum apud Oratium ſecũdo Sermonũ intelligunt, quæ citra omnem ſint ſolicitudinem.

O noctes, Cœnæ'q; Deum, quibus ipſe, mei'q;
Ante Larem proprium ueſcor.

Ad Gulæ rationem pertinet adnotaſſe illud quoque, Ephthopolium dici locum, in quo cibi diſtrahantur percocti. Et qui eo ſe fouent quæſtu, nuncupantur Ephthopolæ. Nam Opſodædali dicuntur, qui Obſonia uarie condiunt, aut quærunt. Gaſtrologi, qui de Ventris ratione diſerunt, & inde Gaſtrologia.

¶ Catonis. Periclis. Heliogabali de Conuictu ſententia. Lactaria quæ. Pomarii. Pentapharmacum Conuiuium. Conuictorum numerus. Charmum Syracuſium in Singula, Quę apponerentur, Verſiculos Primum concinnaſſe. Martialis diſticha quam habeant argumenti Originem. Caput VIII.

m Enſam M. Cato maxime amicorum parentem, atque procreatricem exiſtimauit. At Pericles omnem Cœnarum apparatum, & id genus beneficentiam facile, perpetuo'q; contempſit, ac reiiecit, Vt tam longo tempore, quo in Rep. eſt uerſatus, nunquam apud Amicum cœnarit, præterq̃ Euryptolemo nuptias celebrãte, & id quoq; eatenus, ut peractis libationibus, mox abiret. Siquidem Animorum elationi, magnitudini'q; deprimendæ aptiſſimum eſſe Conuiuiũ, ſanxere Nõnulli, quando inibi grauitatis, ſeueritatis'q; expectationẽ ſeruare, uel difficillimũ ſit. Sedenim Impatori Heliogabalo nulla fuit uita, niſi in Voluptatis nouæ exqſita ratione, Vt etiam Aeſtiua Cõuiuia coloribus exhiberet, Vt Praſinũ qñq; alias Venetũ, & oĩno reliquos oñtaret. Primus ẽt Schematibus libidinoſiſſimis inqnata ex argẽto Vaſa iuſſit apponi, Ac ex piſcib⁹ Iſicia fecit prim⁹, ex Oſteis quoq;, ac Lioſtreis, id genus item aliis.

item aliis. Vilioribus amicis folles pro Accubitis ſternebat, eoſq; reflabat, prandentibus illis, Ita, ut plerũq; ſub menſis repente inuenirẽtur prandentes. Dulciarios, Lactariosq; habuit eiuſmodi, ut quicquid ex diuerſis eduliis Coqui exhibuiſſent, uel Structores, uel Pomarii, Illi modo ex dulcibus, modo ex Lactariis præberẽt. Lactaria obiter intellige, quæ nũc ſemidoctum uulgus Lacticinia uocat. Pomarios item apud Oratium inuenias.

Hic ſimul accepit patrimonii mille talenta,
Edicit, Piſcator uti, Pomarius, Auceps
Mane domum ueniant.

Auctor Spartianus eſt, Aelium Verum Imper. Omnium primum excogitaſſe Tetrapharmacum, Seu potius Pentapharmacum, Quo poſtea ſemper ſit uſus Adrianus. Cõſtabat id Sumine, Phaſiano, Pauone, Cruſtulo, Aprugno, ſiue Perna. Sicuti in Adriano idem commeminit. Omnibus inquit Varro numeris abſolutum Conuiuium eſt, Si belli conueniant Homines, Si locus ſit non ingratus, Si temporis ſit habita ratio. Si non negligens apparatus. Nec illud Omiſerim, Diuitum pleroſq; Domos ſtruxiſſe quandoq; φιακοντακλίνους, In qbus uel triginta ſterni Lectuli ualerent, & eo plures quoq;. Id quod in Sympoſiacis improbat Plut. Conuiuia id genus ἄφιλα uocans, & ἄμικτα, ideſt citra amicitiam, & cõmunionem. Quæ Panegyriarchum uerius requirant, quam Sympoſiarchum. Olim non plures tribus coiſſe Conuiuas, teſtatum annalibus eſt. Quando nec plures initio creditas eſſe Muſas, relatum Pauſaniæ monumentis, ſcimus, Meleten. Mnemẽ. Aœden, hoc eſt Meditationem, Memoriam, Cantilenam. Archeſtrati Poetæ etiamnum ſupereſt in ea re decretum, Cõuiuę aut tres, aut quatuor, aut non plures quinq; ſunto. Alias Manipularium, & rapto uiuentium Conuentus fuerit. Iulius Capitolinus in Vero, Eius tale fuiſſe Conuiuium ꝓdit, ut in eo duodecim decubuerint primum. Quanquam de Conuictorum numero iactatũ uulgo, non ſumus neſcii. Septem Conuiuium, Nouem Conuitiũ. In Platonis Sympoſiũ octo coeunt, & uiginti. Quinarium numerum quãdoq; placuiſſe, libro primo auctor Athenæus eſt. Denarium autem Iliados ſecundo comprobaſſe Homerus deprehenditur, Vbi in decadas diſtribuit Rex Conuiuas, quoniam plures diſcumbere, non fere moris eſſet, uti docuit Euſtathius, Nam & Pythagoricis Conuiuiis non interfuiſſe plures, Illuſtris auctor prodit Iamblichus. Poſtremo ſcitu dignum illud quoq;, Charmũ Syracuſium, ut ſcribit Athenæus, in ſingula, quæ apponerent, uerſiculos concinnaſſe, ac Paroœmias. Vti eſt de piſcibus illud, ἥκω λιπὼν αἰγαῖον, ἁλμυρὸν ἔαθος. Venio Aegæum linquens, ſalſam profunditatem, Vnde Martialem arbitror argumenta mutuatum.

¶ Fori uituperatio. Super multiplici Atheniẽſium foro aliqua. Parabyſto, & Trigono. Batrachium unde. Ac Puniceũ. Batrachis quid. Heliæum. Palladium forum cur diceret.

Caput IX.

Orum Anacharſis Scytha ad fallendum inuicem, atq; ad dãdas Auaritiæ manus deſtinatum locum eſſe dicebat, Sed & moderatus Columella, Ne canif num quidem inquit, ſicut dixere Veteres, ſtudium præſtantius eſt, locupletiſſimum quẽq; allatrandi, & contra Innocentes, ac pro Nocẽtibus neglectum a Maioribus, a nobis etiam conceſſum intra mœnia, & in ipſo foro latrocinium. Plutarchus item in Libro de fœnore, Eſſe forum dicit ἀσεβῶν χώραν, ideſt impiorum regionem. Ex quo arbitror M. Catonem cenſuiſſe, Forum muricibus ſternendum. Quo fit, ut deformari fœdius poſſit Marcellus Octauia Auguſti ſorore genitus, a quo fuiſſe inumbratum in ædilitate forum, ut ſalubrius Litigantes conſiſterent, Plinio tradenti credimus. Auctor Puſanias eſt, fuiſſe Athenis fora nonnulla ignobiliora, quæ Parabyſton uocarẽt, ac Trigonum. Alterum ab obſcuro Vrbis loco, in quo ſitum erat, nuncupatum, & minimæ quæq; agebantur lites. Alterum uero a figura. Parabyſton Græci abſcõditum, & latens dicũt. παρὰ τὸ βύω, quod ſignat claudo. Vndecim in eo Iudices ſedebãt, Videturq; duplex fuiſſe Parabyſtõ Medium & Maius. Lyſias maioris mentionem facit, Sed fuit & Nymphicus hoc eſt Spõſalis lectus, q uocabat Parabyſtus, Cuius cõmeminit Hyperides ἐν τῷ ὑπὲρ προκλέους. Batrachiũm uero forum, ac Puniceum a Coloribus appellationem trahũt. Nam Batrachiũ coloris erat ſpecies, quo ante inuentas pſonas faciẽ obungebãt, Vnde & Batra-

chis inter floridi coloris enumeratur indumẽta. Omnium uero maximum, quo frequentiores conueniebant, Heliæum nuncupabatur. Fuit & Palladium forum, In quo de percussoribus cognoscebatur. Demophoontem quoq; primũ pœnam luisse, palàm est. Sed quo crimine, incertum. Cur diceretur Palladiũ, explicant Græci, a' Troię captiuitate Argiuos quosdam cum Palladio ad Phalerum appulisse, Quos cum incognitos peremissent Indigenæ, mox admoniti, qui forent, mandãtes humi, Palladium inibi erexere, Atq; institutum, ut de cædibus non sponte perpetratis quæreretur, ideſt τοῦδὲ τῶν ἀκουσίων.

¶ De foro Thessalico, & Persico. Item Venalium. Quid Cyclos, & Cinclides, & Cancelli. Interim quid Apsis. Epistotron, Itys. Trapeza. Cindalus. Cindalismꝰ. Passalus. Clauo destinare, & a' Clauo demere qd sit. Triplex Romæ forum. De Menianis, & Solariis.

Caput X.

Citum est, quod Aristoteles docuit Politicorum septimo, Struendum in Ciuitatibus forum, Cuiusmodi in Thessalia, quod dicebant ἀγορὰν ἐλευθέραν, hoc est liberum Forum. Id opinor, quia eẽt ab omni mercatu purum. Nec eo Agricolæ opifices'ue, aut id genus alii commeandi ius haberent, nisi accersente Magistratuum aliquo. Eum locum putat Aristoteles εὔχαριν, ideſt gratię maioris, ἐὰν καὶ τὰ γυμνάσια τῶν πρεσβυτέρων ἔχοι, Si & Seniorum habeat Gymnasia. Fore eiusmodi fuisse apud Persas Xenophõ scribit, Vbi Regiæ eẽnt, ac Principia alia. Esse quoq; in quatuor distributum partis. Quarę esset una Puerorum. Alia Puberum. Virorum tertia, qui perfectam ætatem iam agant. Quarta eorum, qui iam Emeriti sint, legé'q; singulos eorum suis adesse locis solitos. Pueros cum primum illuxisset. Eodem'q; modo perfectæ Aetatis Viros. At Seniores, cum per ocium cui'q; licuisset, exceptis constitutis diebus, quibus adsint, necesse est. Forum autem Venalium Grẹcis dicitur πρατὴρ·λίθος·πωλητήριον, hoc est Prater Lithos siue Lapis. Poleterium. Apud Herodotum etiam Prateriũ. In noua Comœdia Cyclos dici inuenio, loca ubi uenderentur Mancipia. Forte etiã ubi, & Venalia reliqua. Est autem Cyclos proprie quidem Circulus, Vnde Pausanias, Est inquit, Apsis ligneꝰ Rotæ Cyclos, Quo is ambitur, ferrum uocat' Epistotrõ. Sunt & in retibus Apsides, ideſt curuamina, & ulnæ. Apud Homerum Apsis etiam dicitur Itys. Locus uero, quẽ inscenderent Venalitii, Dicitur ab Aristophane Trapeza, hoc est mensa. Porrò Fori Iudicialis fores scribunt Græci Cinclidas uocari. Cyndalos uero quidam clauos dicũt, & Cyndaloplitas clauiculos, Fuit & ludi genus Cyndalismus, quem clauis exercebant, quos Passalos, siue Pattalos Græci quoq; uocãt, nato inde adagio de iis, quæ negligentius curantur, παασάλῳ ἀνακρεμάζει, ideſt Clauo destinare, appendere'q;. Sicut quæ amplius curanda cẽsemus, à clauo demere, Quod ex Eustathii thesauris est. Verum ad Cinclidas redeo, quas Romani Cancelotas uocant, Vti adnotant Græci. Erant quidem in foro Cancelli, Cicero pro Sestio, Tãtus ex forì Cancellis plausus excitatus, ut nunquam maior consensio, aut apertior. Hinc honestissima metaphora dictum ab eodem pro Quintio, Et me facile ueſtra existimatione reuocabitis. Si extra hos Cancellos egredi conabor, Quos mihi ipsi circumdedi. Et quoniam in Romanos incidimus. Sciendum, triplex olim fuisse in Vrbe Forę, quod Seneca scribit, Sic.n. libro secundo de Ira inuenimus adnotatum, Adiice nunc publica periuria Gentium, Circunscriptiones, fraudes, Inficiationes, quibus trina non sufficiunt Fora. Hinc certius illud Martialis percipitur,

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Quartum addidit Traianus. Meminit Sex. Aurelius, & significat Martialis idem.

Et fora tot numeras Iane, quot ora geris.

Transitorium forum a' Domitiano comparatum, Eusebius scribit, id a' Tranquillo Methodium dicì, suspicantur aliqui, Quod Traiano struente, cessarit, Sed de hoc plura mox. Meniana fuisse in foro, unde spectarentur Ludi, non fere' est, q nesciat. Eadẽ & Solaria nuncupabant'. Vnde ad Solariũ uersari, elegãter, scite'q; de eo dicit', Qui spectacula frequẽter inuisat, Cicero pro Quintio, Vixit inqt, semp inculte, atq; horride, Natura tristi, atq; recõdita fuit. Non ad Solarium, non in Campo, non in Conuiuiis uersatus est. Solaria uero dici Meniana, Hieronymus scribit. De Menianis Labeo, Digestis de Verborum significatione.

Proiecta

Proiecta inquit, ea sunt, quæ ita prouehuntur, ut nusquam conquiescant. Cuiusmodi sunt Meniana, & Suggrundia. Quæ uero aliquid habent, ubi conquiescant, Immissa, non Proiecta uocantur, ueluti Tigna, & Trabes, quæ immittantur. Sunt tamen Solaria etiam Horologia, Necnon Vectigalia, quæ pro Solo penduntur, apud Iureconsultos, titulo, Nequid in publico fiat. Verum redeo ad institutum.

¶ Forma Fori Græca & Italica. De Triuio & Basilica. Et quid sit Basilicam habere. Ciceronis locus aperitur. Caput XI.

g Ræcorum fuisse moris, Vitruuius scribit, Foꝝ quadratum constituere, duplicibus q; porticibus, crebris q; columnis, & lapideis, ac marmoreis Epistyliis exornare, In Contignationibus ambulationes facere. Sed Italiæ inquit, non eadem fuit ratio, Nã a Maioribus cõsuetudo tradita est, Gladiatoria munera in foro dari, proinde spatiosiora distribuebant Intercolumnia. In porticibus Argẽtariæ tabernæ, Meniana q; supioribus Coassationibus collocabant. Foꝝ autem, quod uocãt Argentarium, omniũ fuisse præstantissimũ, cõuenit. Triuium, & Forum sola uident amplitudine differre, Est siqdem Triuium pusillũ uelut forum. Platonis in hoc extat decretum, Vt in Triuio spatia fiant, quo Nutrices cõueniant cum pueris, sint q; una. Credo, quia pueri ualidiores redderent, usu auræ liberioris. Et Nutrices Laudis studio, essent lautiores, & minus inter tot eius ipsius rei obseruatrices errarent negligentia. Inuenio in literis, Basilicarum loca foro adiuncta quã calidissimis partibus fuisse. Vt per hyemẽ sine molestia tempestatum sꝑferre, in eas Negotiatores possent. Cæterum Basilicam principio fuisse locum constat, quo sub tectum ad ius dicendum Principes conuenirent. Cui loco dignitatis gratia additum erat Tribunal. Post id, quo esset ea qdem laxior, primariis tectis nõ sufficientibus, circumaddidere porticus patulas intrinsecus hinc, atq; hinc, primum simplices, mox etiam duplices. Addidere insuper alii secũdũ Tribunal, trãsuersam q; alterã Ambulationẽ. Quam Causidicam nũcupamus. Quod illic Rhetoꝝ turmæ, Causidici q; uersarentur. Erat porro persimilis templo Basilica, pinde compari fere modo exornabat, Elegantissimum illud Ciceronis est ex primo Epistolaꝝ ad Atticum, De Pangendo qd me crebro hortaris, fieri nihil potest, Basilicã habeo, non uillam frequentia Formianorum. Videtur autem Adagii ratione dici, Vt ad quem multi passim confluant consultãdi, uel quid eiusmodi faciẽdi causa, Basilicam habere uideatur, non domum, quæ domesticis solum fere patet.

¶ Statuæ in foro Eucliæ, Mercurii, Marsiæ, Iouis. Foꝝ Clarium. Albanũ. Trãsitorium. Methodiũ. Meta sudãs in Vrbe. Hippodamia foꝝ. Quid Odeum. Phoros. Phorologi. Practores. Phormus. Cur Protagoras dictus fit Phormophorus. Phormisiũ. Cap. XII.

n Ec illud relatu indignum, apud Bœotios & Locros arã, statuã q; in foro quoli bet Eucliæ dicatã fuisse, quã pleriq; Dianã putãt, nõnulli Herculis filiã. Quæ cũ Virgo demigrasset e uita, Gentibus illis eximie, religioseq; culta est. Quin Sponsi, Sponsæq; prius, q̃ nuptiæ ꝑficerent, ex more illi rem diuinã obibant. Nã de Marsiæ statua in liberis Ciuitatibus cum alii, tum Seruius cõmeminit, Et Seneca de Beneficiis sexto. Vnde prodiisse illud Martialis, ꝑiectant Eruditi, Ipse põt fieri Marsia Causidicus. Fori quoq; medio in Græcia plerũq; Mercurii statua excitari consuerat, Quem inde appellabant ἑρμῆν ἀγοραῖον. i. forẽsem Mercuriũ. Sed & Iouis fuit id cognomentum eodem stantis loco. Alicubi, & iuxta Herodotum in Sicilia. Id uero institutum, Eustathius putat, quia diuinum quiddam est, consultationi destinatũ Forum. Prꝛterea Forum Spartæ fuisse legimus in Plutarchi monumentis, Clarium nuncupatum. Sicuti Capuæ Albanum, quod Maximus docuit Valerius libro nono, & secunda in Rullum significare Cicero uidetur. Transitorium forum Lector accuratus apud Grammaticum etiam Seruium reperiet. In quod libro septimo, Iani simulacrum, quod instituerat Numa, tralatũ fuisse scribit. Nõnulli putãt, id ẽt dici Neruę foꝝ, Q m̃ in Alexãdro Cęsare ita Lãpridi⁹ scribit, Statuas Colossæas uel nudas, pedestres, uel Equestres Diuis Impatorib⁹ in foro Diui Ner-

uæ, quod Tranſitorium dicitur, locauit cum titulis, & columnis Aeneis. Alibi idem Auctor, In foro trãſitorio ad ſtipitem illum ligari, præcepit, & fumo appoſito, quem ex ſtipulis, atq; humidis lignis fieri iuſſerat, necauit, præcone dicente, fumo punitur, qui uendidit fumum. Euſebius Methodium forum enumerat, de quo diximus (Sic enim legebat Domitius etiam ſi non ſatis ſibi conſtat, Vt ex Commentario eius tertio in Syluas Papinii patet) Impreſſi Codices præferunt Odium, non Methodium. Erat autem Odium, ideſt ᾠδεῖον imagine Theatri locus. In quem deferebantur Poemata, prius quã in Theatro recitarentur. Theatrũ fuiſſe Odium Pauſanias ſcribit, Prope quod uiferetur Enneacrunos fons, Piſiſtrati opus. Meta uero ad Methodium ptinet nihil, In Epiſtolis ad Lucilium Seneca locum in Vrbe re/cenſet, Quem dicerent Metam Sudantem, Erant autem Metæ, ſiue Metulas malis, Lapides Coni imagine quadam prominentes. Fuiſſe in Quarta Vrbis Regione ſignificat P. Victor. Senecæ uerba ſiquis expetat, Hęc ſunt, Eſſedas tranſcurrentes pono, & Fabrum inquilinũ, & Ferrarium uicinum, Aut hũc, Qui ad Metam ſudantem Tubas experit, & Tibias, Neq; Cantat, Sed exclamat. Illud poſt multa non negligẽdum, Forum a plerisq; genere pronun/tiari maſculino, & eſt in Canonicis decretalibus, de Verborum ſignificatione obſeruatum. Sed & Græci ita dicunt, φόρος, Si paroxytonon ſit. nam ubi ὀξυτονεῖται, ideſt in poſtre ma recipit accẽtiunculam, Ventum ſignat proſperiorem. Superiore autem modo etiam tri/butum. Vnde & Phorologi, qui id exigunt. Sed eos etiam Practoras dicunt. Phormus uero nihil ad fori rationem, Significat tamen Herodoto uerbum id Sportã fere, aut Cophinum; nam & Protagoras Philoſophus fuiſſe Phormophorus traditur, ideſt Sportulifer. Verũ & pro Tegete nomen quandoq; auditur id. Siquidem φορμοκοιτῶ eſt, ſuper Storiis dormio. Phormiſium pro muliebri pudendo poſitum, inuenimus. Forum deniq; Ingeniorum thea/trum dici recte, auctor M. Tullius eſt. Fuit in Piræo forum nomine Hippodamia, a Mileſio Hippodamo, Qui Piræum ſtruxit. Meminit Demoſthenes.

¶ Matrimoniũ de naturę pfluere inſtituto. Clariſſimæ Fœminæ quæ intelligant. An in Chriſti fide mrimoniũ oĩno pbabile ſit. Virginitatis laus. Interim de Mithra, et Erichthõio.

Caput XIII.

Voniã de re uxoria multæ, atq; interim ptrariæ ſentẽtiæ proferri ſolent, placi/tum in præſentia eſt, pſectari, quæ ſup ea re, diuerſiſſima lectitãdo, quandoq; pgeſſimus. Primum q; ingerit ſe nobis, quod primo de Legib⁹ Plato, cum de Venereis rebus loqueret, ſanxit, Coniũctio inqt maris, & fœminæ legitima, naturalis q; eſt, Vtpote a natura ad Liberor pcreatiõem pceſſa. Eſt qppe in Anima cõmunior poteſtas quædã, in Cuius ueniunt participatum Animãtes uniuerſæ. Ea uero altrix cenſetur uis, unde, uelut ex fonte prorogatur uita. Huius uero ſunt effectus tres, ſiqdem alit, auget, cõpar ſibi pgignit, ſufficit q. Sed enim ultimum hoc prior ferè Scopum habet. Id uero uiuentibus cunctis, naturæ habitum modo non egreſſis, perpetuũ eſt. Ni ſpõ tiua pergas obiicere, aut quæ arte quapiã naſcẽdi auſpicant primordia. Nil enim æque di/ctat natura, q̃ aliud, quale ipſum eſt, producere. Nititur enim ſummis uiribus inſita poteſtas, ut ſe ad effigiem quãdam, & imaginem immortalitatis, & diuinitatis componat. Vt quoniã corruptioni obnoxium idem numero animal neqt perſeuerare, ortu uicario mortalitati, qua fieri poteſt, & patitur ratio, adminiculetur, ac uelut tibicinib⁹ præfultam ab occaſu uẽdicet. Clariſſimarum fœminar nomine inqt Vlpianus, Senator filiæ, niſi quæ Viros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habentur. Fœminis enim dignitatem clariſſimam tribuunt Mariti. Porro qui amplius efferre matrimonium laudibus geſtiunt, Non ex Plutarcho tantum proferunt, Id eſſe δεσμὸν τῆς νεότητος ἀσφαλέστατον, ideſt Iuuentutis uinculum tutiſſimum. Sed & primam Dei ſententiam aduocant, Propter quod relinquet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit Vxori ſuæ, & erunt duo in Carne una. Cui euangelicum ſuccine/re illud uidetur, Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Item Creſcite, & multiplica/mini. Accedunt ſanctitate Illuſtrium Virorum exempla, Qui ex matrimonio Liberis ſu ſceptis, laudi calculum adieciſſe, animaduertuntur. Præſto eſt Apoſtoli quoque Pauli, Gentium magiſtri ſententia, qua honorabiles pronuntiantur nuptiæ. Quid, quod Vete/ri Romanorum ritũ ſancitum ita inuenimus, Flaminem demortua Vxore flaminio ſolitum abire. Quod,

abire. Quod, uelut prodidit Teius, Ducentis Vxorem οἶκος τέλεος integra domus est. Eius autem, qui ducta sit exutus, οὐκ ἀτελὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ πεπηρωμένος, ideſt non imperfecta ſolum, Sed decurtata omnino, & oblæſa. Alii uero inquit Hieronymus, Sirenum Cãtus iſta putant, & fabulas obturatis, præfarctiſq; pertranſeundas auribus. Quibus Chriſti obiectãt antidotum. Protinusq; ſuo ſibi gladio iugulant. Et Magiſtri Gentium eiuſdem de matrimonio hanc proferunt ſentẽtiam ex illius recõditis theſauris. A' Corinthiis quæſitum ex eo fuerat, Ecquid poſt Chriſti fidem cælibes eſſe deberent, & continentiæ cauſa, quas haberent, Vxores dimittere. Reſpondens Paulus, Bonum eſt inquit, homini, mulierem non tangere. Propter fornicationes autem unuſquiſq; habeat Vxorem. Vnaquæq; Virum ſuum habeat. Hoc autem dico ex indulgentia, non ex imperio. Volo.n. omnes homines eſſe, ut meipſum. Et mox. Si autem ſe non continent, nubant, Melius eſt enim nubere, q̃ Vri. Aduertenda uero Apoſtoli prudentia, non dixit, bonum eſt, Vxorem non habere, Sed bonum eſt, mulierẽ non tangere, uelut tactus quoq; non citra periculum admittatur, Vt quæ Virorum pretioſas illaqueet Animas. Quæ Adoleſcentium auolare corda faciat. Alligabit quis in ſinu ignem, & non comburetur? aut ambulabit ſuper Carbones ignitos, & non ardebit? Poetarum concinunt fabulæ, Mithram, & Erichthonium, uel in lapide, uel in terra de ſolo æſtu libidinis eſſe generatos. At Ioſeph, qui Aegyptiæ tactũ reformidauit, ac uelut rabidiſſimæ Canis morſum refugit, ne pauliſper ſerperet Virus, etiam Veſtem, quam ea tetigerat, perinde ac peſtiferum imbibiſſet ſuccum, confeſtim abiecit. Quod autem dictum eſt, Creſcite, ac multiplicamini, ac replete terram, Neceſſe fuit, prius plantare ſyluam, & creſcere, ut eſſet, quod mox excideretur. Quod uero ait, Replete terram, Illud altius intuentibus præmonſtrat, Nuptiis terram utiq; oppleri. At Virginitate Paradiſum. Nuptias ſcimus honorabiles, & torum immaculatum, Sed ita, ut præſtet Virginitas, & micantius uibret. Argenti nitorem matrimonium præfert. Virginitas rutilãtis auri radios imitatur. Recte quidem Verus Imperator Eſſe Vxorem dignitatis, non Voluptatis nomen dictitabat. At illuſtrior ſemita eſt, qua nos nõ præflorata Integritas ducit. Cæleſtiũ ignari Leges de maritandis ſanciũt ordinibus, & cenſoria nota Cælibes mulctant. Et in legibus Plato, qui Vxores abnuant, ſupplicio cenſet admouendos. At domeſticum id genus theſaurum quotuſquiſq; non per momenta cupit alliſum, obtritumq;? Certe ut aliud non ſit, Stultiſſimum eſt, cõpedes ſuas, q̃uis aureas amare.

¶ Quàm incommodum, Vxorem ducere. Caput XIIII.

Quod ſi expatiari parte hac uelimus, non defuerint eorum argumenta, qui miram incommodorum turbam mittunt in digytos, quæ γυναικοκρατουμένους, ideſt mulieribus ſuccumbẽtes, ac matrimonia capeſcẽtes, ſubire, neceſſarium eſt. Neq; enim alius omnino eſt, qui ſtulta maritali iã porrigit ora Capiſtro, ut Iuuenalis utamur uerſiculo. Proinde inter Sophiſtas acutiſſimus Libanius quendam effingit apud Iudices ſe ipſum accuſantem, & cur ultimo uideretur dignus ſupplicio, promentem cauſas, quod eatenus delyraſſet, ut Vxorem ducere ſibi permiſiſſet. Sunt qui ad impudentiam muliebrem amplius proruendam, nec Iocis abſtineant, & ſacrarum literarum ſententiis impie quidem, Sed ad exprimendum ipſorum Senſum accommodatiſſime abutantur, aſtruendo, Eſſe Sacerdotibus perſimiles fœminas, Quibus ex more preces illæ in Ore ſint aſſidue, Da quæſumus, Præſta quæſumus, Concede quæſumus. Varius Geminus Orator eminentiſſimus, Qui non litigat inquit, Cælebs eſt. Quin Voluptatis aſſertor illuſtris Epicurus Sapienti Viro rarius ineunda præcepit coniugia, Quia nuptiis incommodorum numeroſa interſeratur ſeries. Salomon in Prouerbiis, Mulier inquit, inſipiens, & audax inops panis efficitur. Cuius panis? nempe qui de Cælo deſcendit, ſtatimq; ſubiungit. Terrigenæ apud eam pereunt, & in profundum infernum incurrũt. Et alibi, Sicut in ligno uermis, Ita perdit Virum ſuum Vxor malefica. In deſertis habitaſſe præſtiterit, quàm cum Vxore litigioſa, & iracunda, quæ uelut Laurus, quam uocant inſanam, Iurgiorum fomes eſt perennis, & uel clauſis oculis Andabatarum more pugnax eſt. Cæterum ſuccurrit ad hunc uſum Automedontis Græcum Epigramma, quod quia Lepidiſſimum eſt, etiam apponere Conſilium fuit.

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων.
Εἶτα δ' ὁμὴ γήμας, τὸ τρίτον ὅστις ἄπαις.
Ἢν δὲ μανεὶς γήμῃ τις, ἔχει χάριν, ἢν ταχὺ λύσῃ
Εὐθὺς τὴν γαμετὴν, προῖκα λαβὼν μεγάλην.
Ταῦτ' εἰδὼς, σοφὸς ἴσθι, μάτην δ' ἐπίκουρον ἔασον.
Τοῦ τὸ κενὸν ζητεῖν, καὶ τίνες αἱ μονάδες.

Felix primum quidem, qui nil cuiquam debet.
Mox qui Vxoris expers, Tertio qui ſine liberis eſt.
Quod ſi furens duxerit quis Vxorem, gratiam habet, ſi humarit
Statim nuptam, poſtquam dotem acceperit uberem.
Hæc noſcens Sapiens eſto, fruſtraq; Epicurum ſinito,
Vbi uacuum, quærere, & quæ Monades.

Extat & diſtichon incerto editum Auctore. Quod & ipſum eiuſmodi eſt.

Εἴτις ἄπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

Siquis ducta ſemel uxore, alteras etiam attentat nuptias,
Naufragus enauigat bis profundum difficile.

¶ In re Vxoria Gētiū ritus uarii. Peranus Maſſiliæ ꝓditor. Rhoxane Alexādri. Panis præguſtatio in nuptiis. Parochus. Nubentes cur Capita obtegerent. Cuiuſmodi Vxor ducēda. Cuius eſſet nuptiales faces geſtare. Epiclerus puella, & Epiprœcus. Item Manda. Pherne. Phernion.

Caput XV.

Aeterum nec illud ab inſtituti operis præſcripto longius abierit, Si priorum uarios ritus carptim fuero executus, quando in ea re mirum eſt, quantum ſibi
c indulſerint Gentes, præſertim barbarę. De Parthis quippe id monumēta prę ferunt, libidinis titillatu uario rationis præfocante uim, Vxores ſingulos habere plures, nec ulla delicta grauius adulteriis uindicare. Quāobrem a' conui uiis nō arcentur modo fœminæ, Sed omni prorſus Virorum conſpectu illis interdicitur. Solere aiunt, inquit Cicero, Barbaros Reges Perſarum, ac Syrorum plures Vxores habere. His autem Vxoribus Ciuitates attribuere hoc modo. Hæc Ciuitas mulieri redimiculū præbeat. Hæc in Collum, hæc in Crines. Ita populos habent uniuerſos non ſolum conſcios libidinis ſuæ, Verum & adminiſtros. In Narbonenſi Gallia moris fuiſſe ueteris, aduertimus, Generum inter pocula eligere. Siquidem recumbentibus, qui eſſent ad nuptias inuitati, Prodiens uirgo iubebatur a' Patre aquam porrigere ei, quem affectaret Virum. Quo argumento Claſſis Phœnicum dux Peranus repēte factus ex hoſpite gener Senani Regis Segoregiorum condendæ Maſſiliæ locum a' Socero accepit. Regum item mos ille celebratur, Vt qui legitimo iunctus non foret toro, Captiuam aliquam pro legitima haberet. Sicuti Andromachen habuiſſe memoratur Pyrrhus. Et Magnus Alexander Iam Orientis fere' uictor, tantus etiamnum Imperator, & Rex, Rhoxanem Satrapis barbari filiam incautius ardens in Conuiuio uiſam, cum afferri patrio more panem iuſſiſſet, quod erat ritu Macedonico ſanctiſſimum coeuntium pignus, cum gladio diſiectum uterq; libaſſet, matrimonio iunxit ſibi, e' Captiua geniturus, qui Victoribus imperaret. Panis uero illa præguſtatio, ita Gentis condito more, nimirum parabilis uictus, ac frugalitatis inſigne documentum erat. In Græcia morem ſeruatum, Pauſanias ſcribit, Vt in nuptiali curru tres modo ſederēt. Media Sponſa, a' lateribus Sponſus, & quem uocant Parochum, Qui amicitia, uel ſanguine foret adnexus, Cuiq; deferrent plurimum. Nubentium capita uelari conſueſſe, nonnulli ſcribunt ut ſe maritis obnoxias perpetuo futuras intelligerent, ac proinde humilitatem præſtarēt. At in libro de Patriarchis Ambroſius id pudoris gratia factitatum, ſcribit. Priorem tamen Sententiam comprobat idem ſuper primam ad Corinthios Epiſtolam. Thracas, qui ſupra Creſtones ſunt, ita inſtitutos, Græca narrat hiſtoria, Vt ſingulis Vxores adſint plures, decedente uero aliquo, grauis inter eas contentio, quam is dilexerit plurimum, adhibitis magna cura amicis, qui diſceptent, Penes quam decoris eius laus ſteterit, Ea uero cultius ornata, ad tumulum q; deducta coniunctiſſimi manibus immolatur, una q; cum marito contegitur humo. Reliquis excellenter mœrentibus, ueluti laudis eminētiſſimæ gloria exutæ. Thracum aliis

mos hic

mos hic inoleuit, Vt Liberos in nundinas productos distrahant. Virgines non asseruēt, Sed passiuo contaminari ꝯcubitu, turpe non arbitrentur, quāuis ingenti cura Vxores obseruent, Quas a' Parētibus magna æris ui coemere, Vetus consuetudo est. Solon qui Athenien sibus Leges cōdidit, illud per absurdum induxisse uidetur, Cum Vxori permisit, Si ad rem ueneream minus idoneus Vir deprehenderetur, Mariti propinquos admittere. Sed ex matrimoniis idem Dotes sustulit. Et quoniam in Sapientes incidimus, Chilo Lacedæmonius dicere solebat, Vxorem humilem, apparatu modico ducendam. At Dioni Callimachus æqualem esse ducendam consuluit, Atarnitæ Adolescentis exemplo, Cui obscurius significasse Pueri uidentur, Comparem sibi ascisceret, τὴν κατὰ σαυτὸν ἑλκ, super qua re nobile etiamnum extat Græcum Epigrāma libro tertio. Cleobuli sensus idem fuit. Nam si te inquit, illustriorē duxeris, Affines, ut domini, te infestaturi sunt. Athenienses porro' cū lue, ac bellis exhaustam ciuitatem reparare, sobolem'q; propagare cuperent, decreto legimus, cauisse. Vt Vrbanam quidem Vxorem Ciues ducerēt, Liceret autem ex altera Liberos interim tollere. Ciuitatis item mos fuit eiusdem, Sorores eisdem prognatas Patribus Vxores ducere. Sed & Isidis exemplo, ducēdæ Sororis Veterem fuisse legem eiusmodi Aegypti Populis, palàm est, Quin & apud eosdem in priuatis Viro Mulier dominari dicitur. Profitentibus in Spōsaliū celebritate Viris omnibus, Esse Vxoris arbitrio parendum. Romana præfert historia, Plebī scito quādoq; cautum, ut ad Neptes usq; progredi liceret. Superior omnino inhiberetur necessitudo. Ex Veteri Græcorum illud item ritu est, Nubentium matres in nuptiis faces tenuisse, quod illi δαδουχεῖν dicunt. Id ἐν φοινίσσαις monstrat Euripides, ἐγὼ δ' οὐ τέσσι πυρὸς ἀφῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει μητρὶ μακαρίᾳ. Neq; ego tibi lumen succendi in nuptiis legitimum, Sicuti beatam addecet matrem, Sed & in Apollonii argonauticis Iuno inquit, δαδουχῆσαι τῇ Θέτιδι. ideſt facem prætulisse Thetidi ob beneuolentiam, dum matris officio fungitur, Sic uero ait,

αὐτὴ δὲ σέλας χείρεσσιν ἀνέσχον
Νυμφίδιον, κείνης ἀγανόφρονος εἵνεκα τιμῆς.

Illud uero dignum scitu quoq;, Nec ullatenus prætereūdū, Puellā, dici a' Græcis ἐπίκληρον, ideſt Epiclerum, quæ uniuersalis, ex'q; asse hæres sit, atque ita nubat. At ἐπίπροικον uocant, ideſt Epiprœcum, quæ dotem modo ad maritum ferat, quam nuncupant προῖκα. Sicuti facultates omnes Clerum. quod si Patri duæ fuerint, aut plures id genus filiæ, nihilominus eodem censentur nomine, Sed & a' nonnullis dicuntur Mandæ. ab aliis etiā Patruchi. Illud adnotarim obiter, Dotem a' Græcis nunc dici προῖκα. Nunc uero Phernē. ab Aeolibus etiam Pherena. At Phernion signat piscium σαυρίδα, ideſt Sportulam.

¶ Diuortii ritus. Quiq; Vxorem dimiserint. Caput XVI.

Vxorem dimittere, Veteris non fuit instituti, nec probatum postea est, quāquam Domitianus permiserit. Affuerunt uero eiusmodi diuortio Sacerdotes πολλὰ φρικώδη, καὶ ἀλλόκοτα, καὶ συνθρωπτὰ ὀρῶντες, Multa horrenda, atrocia'q; ac tristia obeuntes. Romulum lege cauisse, satis constat, ne Mulieri Virum, In cuius manu, mancipioq; matrimonii causa foret, relinquere fas esset. Sed Viro Vxorem repudiare, Si in liberorum ueneficio, aut in adulterio foret deprehensa, Aut claues subieciſſet. Quod si aliter quis repudiasset, Eius opum Vxori portionem dari, reliquum Cereri esse iussit sacrum. Sed & qui ab Vxore diuerterent, sacra Diis inferis obire. In Repudiis, ideſt renuntiationibus usitatissimi erāt moris uerba ea, Res tuas tibi habeto. Tuas res tibi agito. Sed nec illa reiiciebantur, Conditione tua non utar, Sicuti titulo de diuortiis adnotarunt Iureconsulti, Et nos alicubi cōmeminimus. Dicebat' tunc & Vxori nuntius remitti, Nam primo Epistolarum ad Atticum Cicero, Vxorī inquit, Cæsarem nuntium remisisse. Sp. Carbilius Romanorum primus sterilitatis causa Vxorem fertur dimisisse, Ac diuertentibus matrimoniis, quasi ansam præbuisse, Quem secutus est Sulpitius Gallus, misso repudii nuntio, Quod Vxorem in caput Vestem deducere, animaduertisset. Idem fecit P. Sempronius, quod eius Vxor ludos funebres spectasset. Eiectam Mulierem Hieronymus intelligit, quæ a' marito uiuente eiiciatur.

¶ Quid Farreatio, Diffarreatio'ue. Abſurdus Romanorum mos in Concedenda Vxore filiis indigenti. Caput XVII.

Egitima uero, ſacra'q; Matrimonia Priſcorum religioſa ſedulitas Farracea uocauit a' Farris communione, quod a' Græcis Zean dici, ſunt qui arbitrentur. Feſtus & Boetius ſcribunt, farreo Libo adhibito, genus id matrimonii cõtra hi ſolitum, Vnde ſit dicta Farreatio. Sicuti cum diſſoluerentur nuptiæ, Diffarreatio. Hinc nouator uerborum Apuleius Confarreaturum formauit, Talis inquit, mulieris publicitus matrimonium confarreaturus. Erat autem uetus, diu'q; conſuetũ antiquis Romanis alimentum farris. Velut Græci Hordeum uetuſtiſſimam putantes frugem, eius in ſacris primitias dabãt, ἀλὰς uocantes. Et Romani pretioſiſſimum, uetuſtiſſimum'q; Far arbitrati, Sacrificia ignea inde ordiebantur omnia. Verum in Romanorum moribus, illud perabſurde ſeruatum quoque nouimus. Quippe cum Liberorum ſatis ſuſcepiſſe uiderentur, Alterius ſuaſionibus, qui filiis indigeret, Vxore, cuius dedendæ, recipiendæ'q; ius haberent, cędebant. Quod Catonem in Martia Vxore non exhorruiſſe, nec Lucanus tacuit.

¶ Cur Thales nuptias recuſaret. Cur'q; Veneri iũgeretur Mercurius. Item in re Vxoria mores diuerſi. Epaulia quid. Caput XVIII.

Voniam uero ritus, ſententias'q; in hac re uarias polliciti ſumus, ſtandũ omnino promiſſis eſt. Proinde Thaleta, qui unus erat ex ſeptem, Plutarchus ſcribit, metu, quo confici Parentes ſolent ex filiorum interitu, uel alia quauis calamitate, a' nuptiis reuocatum, & liberorum procreatione. Verum demiſſo inquit, animo, atq; abiecto cenſendus eſt, qui amittendi metu, rerum poſſeſſionem refugit. Mos Veterum is quoq; fuit, Mercurium iuxta Venerem collocare, ueluti innuerent, Nuptialem uoluptatem ratione, apto'q; ſermone imprimis indigere. Item τὴν πειθὼ, καὶ τὰς χάριτας, ideſt Pitho, ſiue Suadelam, & Gratias, Vt quæ uoluntas ferebat, ab alterutro ſine pugna, citra'q; contentionem ullam inducti tranſigerent. In Bœotia Sponſam ob tegẽtes, Aſpharagonia coronabant, Nam ut ea ſuauem ex ſpina aſperrima fundit fructum. Sic Noua nupta primam aſperitatem ſuam non reclinanti, nec indignãti Marito Vrbanam, iucundam'q; uitæ ſocietatem præſtabit. Cum Perſarum Regibus legitimæ Vxores ad mensam accumbunt, una'q; comeſſari ſolent. At cum ludere, laſciuire'q;, ac ſe pluſculum inuitare collibuerit, Summotis illis, Cithariſtrias meretriculas adhibent. Nec ullo modo ſinunt, Vxores intemperantiæ, ebrietatis'q; fieri participes. In Lepta Libyæ Ciuitate morem diutiſſime ſeruatum, ferunt, Vt poſtridie nuptias ad Sponſi matrem petitum Ollam Sponſa mittat, Quam ea abnegat aſperius, Quo ipſis ſtatim initiis, Nouercalibus in Socru præguſtatis moribus, Siquid, ut aſſolet, grauius ſeſe obtuliſſet, uelut plane' excitatior, æquiore ferret animo. Inoleuerat Græcis, ut poſtriduano nuptiarum die Sponſæ Pater pompæ cuiuſdam imagine quadam Sponſo proferret munera egregia, Quæ illi nuncupabant δῶρα ἐπαυλία, ideſt dona Epaulia, quod in Sponſi aulam tunc primum diuertiſſet Sponſa. Erant autem Aurea pleraque. Smegmata. Pectines. Alabaſtri. Sandalia. Thecæ. Myraliptra. Sunt qui Epaulia diem ipſum poſt nuptias ſecundum appellari, opinentur. In quo Sponſo primum ἐπαυλίζεται ἡ νύμφη. Fuit quandoq; & mos is ſeruatus, Vt ducturi Vxores nuptialia munera, & dotem ultro Soceris darent, quod ſcribit Porphyrio, allata hiſtoria, cur dicatur ab Oratio Ixion perfidus. A' Cõnubiali iure, nec illud feſtiuum diſparatur admodum, ex Verrii flacci, Pontificum Iuris peritiſſimi, Vrbaniore ſententia natum, Qui quoniam cautum ſciebat, ne feriis foſſas facere nouas liceret, Etiamſi Veteres detergere, fas foret, Iucunde dicere ſolebat, Ferias idoneas magis eſſe Viduis, quam Virginibus ad nubendum, ueluti foſſarum loco Veterum cenſerentur Viduæ, quas feriatis diebus terſiſſe, nullum foret piaculum.

¶ Matrimonii bonum triplex. Item de Sacramentis. Cap. XIX.

Matrimonium

Atrimonium ſcribit Aurelius Auguſtinus, quantum ad genus attinet Mortalium, quoddam eſſe Ciuitatis Seminarium. Cõiugii bona eſſe triplicia, cõfir-
m mat Beatus Thomas, Fidem, Prolẽ, Sacramentum, Ne uidelicet adulterium admittatur. Subminiſtretur humanæ imbecillitati fultura, Diuortium ne fiat. Scribit idem Doctor Sãctus, Legis nouæ ſacramẽta eſſe Septem, Baptiſmũ, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Vnctionem poſtremam, Ordinem, Matrimonium. Sed ex iis quinq; prima ad hominis unius perfectiõem tendere in ſeipſo, At duo reliqua Ordinem ſcilicet, & Matrimonium ad perfectionem, & multiplicatiõem totius Eccleſiæ. Per Ordinem Eccleſia gubernatur, & ſpiritaliter multiplicat'. At per Matrimonium augeſcit corporaliter. Dicunt porro', Matrimonium eſſe ſignum cõiunctionis Chriſti, & Eccleſiæ. Vnde recte dici Sacramentum uidetur. Nam Auguſtino tradente, eſt Sacramentũ ſacrũ ſignũ, uel ſacræ rei ſignũ. Cõmune ſacramẽtis omnibus eſt, qd' uerbis ꝓſiſtunt, & rebus Corporalibus. Sicut in Chriſto, Qui eſt Sacrorum auctor. Verbum Caro factum eſt. Et ſicut Caro Chriſti ſanctificata eſt, & ſanctificandi uirtutem habet, per uerbum ſibi unitum, Ita res Sacramentorum ſanctificantur, & uim ſanctificandi habent ꝑ uerba, quæ in his proferuntur. Vnde Auguſtinus ſuper Ioannem, Accedit uerbum ad Elementum, & fit Sacramentum. Et Verba, quibus ſanctificantur Sacramenta, dicuntur Sacramentorum formæ. Res autem ſanctificatæ Sacramentorum materiæ. Sicuti Aqua eſt Baptiſmi materia, Et Chriſma Confirmationis.

¶ Ætas nuptiis accommoda in ſexu utroq;. Caput XX.

Aeterum parte hac obſeruãda magnopere Ariſtotelis oracula. Cum inquit, Finis gignendi, ut plurimum quidem Viris annus ſit ſeptuageſimus, Mulieri-
c bus autem quinquageſimus, Ita coniugandi initio ſunt, Vt ætatibus ad hunc finem concurrant. Eſt autem Adoleſcentium Coniunctio improba filiis producendis, In cũctis enim Animalibus Iuueniles partus imperfecti ſunt, & fœminæ crebrius, quàm mares, & parua Corporis forma gignuntur. Huiuſmodi autem coniectura fuerit, Quod in quibuſcunq; Ciuitatibus conſuetudo eſt, Adoleſcentes mares, puellas'q; coniugari. In eiſdem inutilia, ac puſilla hominum Corpora exiſtunt. In partu quoque laborant amplius puellæ, ac pereunt plures. Ex quo reſponſum Oraculi Trœzeniis datum, quidam putant, ὡς πολλῶν διαφθειρομένων διὰ τὸ γαμίσκεσθαι τὰς νεωτέρας. Veluti ea cauſa multis obire contingeret, quod nuptiæ fierent immaturæ. Ad continentiam quoq; utile uidetur, Nuptias fieri ſeriores. Intemperatiores enim eſſe uidentur, cum Puellæ Veneri aſſueſcunt. Porro' & Maſculorum incrementum deterius fit. Proinde annorũ decem & octo Puellas nuptui tradidiſſe, peropportunum eſt. Maribus congruit præcipue annus ſextus & triceſimus. Extat & ſuper hac re Heſiodicum præceptum, Quo duci oportere Puellam docet, Vt commodius Viri aſſueſcat moribus. Nam ut in Oeconomicis Ariſtoteles ait, αἱ ἀνομοιότητες τῶν ἠθῶν ἥκιστα φιλικόν, ideſt Morum diſſimilitudo haudquaquam conflare amicitiam poteſt. Verſiculus Heſiodicus ad id pertinens, Siquis forte requirat, hic eſt.

παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ἵνα ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.

Virum autem cenſet Poeta idem, haud ita multo Aetate minorem triginta annorum, aut maiorem ducere Vxorem debere.

Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πολλὰ ἀπολείπων,
Μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά· γάμος δέτοι ὥριος οὗτος.

¶ Moribus effici imprimis, ut Coniugalis ſeruetur amor. Cap. XXI.

Llud præterea memoriæ ſumma cura affigendum, quod ad Nuptiales pertinet rationes. Quemadmodum ignis palea, uel leporinis facile ſuccenditur pi-
i lis, atq; ocyus item reſtinguitur, contabeſcit'q;, ni robuſtior, firmior'q; materia fuerit admota, qua confoueri, ali'q; poſſit. Ita momento euaneſcere nouorum Coniugum amorem, forma ſolum Corporis cõciliatum, niſi bonis præ-

ſultus moribus, ac prudentia coalitus radices miſerit altius. Nam & Iureconſultus Vlpian⁹, Matrimonium non Coitus, ſed matrimonialis affectio facit. Propterea Olympias Philippi Macedonum Regis Vxor, cum Aulicus quidam formoſam, ſed male audientem duxiſſet Vxorem, Ille inquit, demens eſt, οὐ γαρ αὐ ταῖς ὀφθαλμοῖς ἔγημε, Non enim oculis Vxorem accepiſſet. Non digytis omnino, aut etiam oculis iutiq; Vxor deligenda, qui pleriſque mos eſt, reputantibus, quàm grandem ferat dotem, non quibus ſit exculta moribus. Amatoriis porro artibus, Carminibus q; coniugalis beneuolentia quærenda nō eſt. Cū attonitis qppe, ac labefactatis ætas agit. Sicuti medicamentis quæ fit piſcatio, mature qdem, & facile piſcem capit, Sed eum labefactat, & menſæ ineptum reddit. Neq; Circen ab ea potionati quicquā iuuerunt, Cum Suum, Aſinorum q formam accepiſſent. Vlyſſem uero mente præditum, prudenter q cum ipſa uerſantem incredibili amore dilexit. Præclarum & illud fuerit documētum, quod in antiquis literis reperias, Lunam, cum abeſt a Sole, lucidam, uidemus claram q. At eidem admotam obſcurari, hebeſcere q occultatam. Sed ediuerſo, modeſtam oportet Vxorem, addecet q, aſſiſtente Viro, ſeſe uiſendam præcipue exhibere, Atenim abſente, Latitare, domum cuſtodientem. Deniq; Sicuti Geometrę ferunt, Lineas, & Superficies non per ſe, uerum una cum corpore moueri. Sic Vxorem affectum nullum habere proprium, conuenit, Sed ſtudia, Curas, Riſum, communia habere cum Viro. Platōis celeberrima ſententia eſt, εὐδαίμονα καὶ μακαρίαν εἶναι πόλιν, ἐν ᾗ τὸ ἐμὸν, καὶ οὐκ ἐμὸν ἥκιστα φθεγγομένων ἀκούσει. Beatam, felicem q eſſe Ciuitatem, in qua meum, nō meum qui dicant, minus audiunt, Quod Cōmunibus, quoad fieri poteſt, rebus, quæ quidem æſtimatione aliqua cenſeantur, uti Ciues debeant. Sed multo grauius huiuſmodi Vox eximenda e connubio eſt. Nam, ut Medici aſtruunt, In ſiniſtra parte exiſtentes plagas ad dextram ſenſum referre, Sic Vxorem Viri, & Virum Vxoris ſentire doloris conuenit intertrimēta. Nec illud omiſerim, quod Homerica nobis doctrina ſuggeritur, Helenam diuitiarum fuiſſe appetentem, At Paridem Voluptatum. Vlyſſem uero prudentia conſpicuum, Modeſtia Penelopē. Quid ergo inde prouenit? Nempe horum Connubium felix, atque optabile. At Paridis nuptiæ cum Helena, Ex Græcorum, Barbarorum q calamitatibus Iliada confecere. Iunoni nuptiali hoc eſt, τῇ γαμηλίᾳ ἥρᾳ rem diuinam cum facerent, e Victima fel exemptum poſt arā abiicere, moris fuit receptiſſimi, innuente, opinor, eius, quiſquis fuit, Auctore, Bilem prſus, Iram ue a Coniugali ſequeſtrandam iucunditate. Vt enim Vini, Sic & Matronæ auſteritas utilitatis plurimum, amarulenti nihil interfuſum habere congruenter debet.

¶ Illegitimas nuptias quas crederent Priores. Aphrorum mos impudens. Super Digamia nonnulla. Caput XXII.

Ed redeo ad Veterum inſtituta, Quibus nuptias non iure contractas, exiſtimari ſolitum, accepimus, Quæ non aut inter Ciuem Romanum, Ciuem q Romanā ſuſciperentur. Aut quibus Princeps, Populus ue Ciuitatem, uel connubium non permiſiſſet. Quo nomine ita concepti, & nati in Patrum nequaquam poteſtate cenſebantur, Matres q ſequebantur potius, Quoniam cum eo nuptias inire non cauiſſent, Cum quo connubii ius foret nullum. Hinc lectum in hiſtoria quādoq; eſt, Ius Quiritium Fœminis eſſe impertitum, hoc eſt Romanam Ciuitatē permiſſam, Ius q connubii. Vt ex matrimonio eiuſmodi editi haberentur legitimi Ciues Romani. Cicero in Topicis, A Cōſequentibus inquit, Si Mulier, cum fuiſſet nupta cum eo, Cum quo connubium non eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, Patrem non ſequuntur, pro Liberis manere nihil oportet. In phano Veneris, quod eſt in Aphricę Ciuitate Sica, uel hoc nomine celeberrimum, Corpore proſtituto, & paſſiuo concubitu dotem Matronas quærere, patria conſuetudo eſt. At Romanum longe probabilius inſtitutum, Quo quæ uno fuiſſent matrimonio contentæ, pudicitiæ corona prodibant inſignes. Quod poſt depoſitæ ſemel Virginitatis cubile in publicum egredi neſcirent, Quando matrimonium multiplex intemperantis non careat libidinis ſuſpicione. Nam & Digamię nomen Ethnicis quoque eſt habitum infame, Quoniam & Dido cum ab Iarba Libyæ rege, ut inqt etiam Hieronymus, in coniugium peteretur, pauliſper diſtulit nuptias, donec Vrbem conderet, nec multo poſt

extructa

extructa in memoriam mariti quondã Sichei pyra, maluit ardere, quàm nubere. Caſta Mulier Carthaginem cõdidit, Sed rurſum Vrbs eadem caſtitatis laude finita eſt. Quin & apud maximum Poetam, Quãqam argumento ſuo deſeruientem Dido eadem ſecundas nuptias culpam uocat.

Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.

Propterea ad Saluinam Hieronymus idem, Neſciat inquit, Vidua Digamiæ indulgẽtiam. Et ad Geruntiam, Nõ ſolum ab officio Sacerdotii Digamus excluditur, Sed ab Elemoſyna Eccleſiæ, dum indigna putatur Stipe, quæ ad ſecunda coniugia deuoluta eſt. Et in libro de Officiis Ambroſius, Digamus uero in Sacerdotem ordinari nõ debet, non quia deliquerit, Sed quia prærogatiua exutus eſt Sacerdotis. Flamen unius Vxoris ad Sacerdotium admittebatur. Flaminica quoq; unius mariti eligebatur Vxor. Ad Tauri Aegyptii ſacra ſemel maritus aſſumebatur. Gorgophone Perſei filia, tradente Pauſania, omnium Princeps mortuo coniuge priore, mox nupſit Oebalo, unde ſecundis matrimoniis exordium datum. At Geneſcos quarto lectum cõmeminimus, Lamech primum aduerſus naturæ inſtitutum accepiſſe Vxores duas, ex quibus uni nomẽ fuerit Ada, Alteri uero Sella. Ex eiſdem porrò libris & illud eſt, Moris quandoq; fuiſſe, ut niſi circumacto annuo curriculo, nouam nuptam Reges non adirent. Nam, ut in Libro Heſter obſeruatum eſt, primis menſibus ſex myrtino perungebantur oleo, reliquo ſemeſtri ſpatio unguentis, ac pigmentorum uarietate delibutum confouebant corpus, Mox'q; in Regium commigrabant cubiculum.

¶ Connubium amore conſtans eſſe ueluti Corpus unitum, congenitum'q;. Corporum genera. Species tres. Arationum. Cicero explicatur ad Q. Fratrem. Dipolos terra, & Tripolos. Rharium. Rhus. Rharus. Syra. Sciros regio. Rhanius ager. Item Matrimonii commendatio. Caput XXIII.

a Dnotandum, uero illud impenſius ex Veteribus memoriis ſcitum equidem, & ex Sapientum ſacrario promptum, Corporum alia, uti a Phyſicis aſtruit, ἐκ διεστώτων, hoc eſt ex diſcretis conſtare, ut Claſſem, ut Exercitum. Alia ἐκ συναπτομένων, ideſt ex Coniunctis, ut Domum, & Nauem, τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, ideſt quædam eſſe unita, & congen[illegible] Vt ſingula Animalia. Fere igitur Cõnubium, quod ex Amantibus conſtat, unitum, c[illegible]nitum'q; eſt. Quod uero dotis, Liberorum'q; procreandorum gratia eſt, ex Coniunctis. A[illegible]concumbẽdi cauſa, uoluptatis'q; contractum ex diſcretis. Eiuſmodi'q; ſimul habitare, non ſimul uiuere, arbitrari qſpiam poteſt. Nuptialem deniq; commendationem, nequid omittam ſciens, & illud aliquo modo habere uidetur. Nam Athenienſes ſolitos legimus arationes tres celebrare, quas ἀρότους nũcuparent ἱερούς. Earum uero prima in Sciro erat, uetuſtiſſimarum Arationum momumentum. Secũda in Rharia. Tertia ſub Pelinto, qui locus Buzygium uocabatur, hoc eſt βουζύγιον. Omnium autem harum ſacratiſſima eſt nuptialis ſatio, ideſt γαμήλιος ἄρος, atq; aratio ἐπὶ παιδοποιΐᾳ, hoc eſt quæ fiat ad Liberorum procreationem. At Dipolos terra, ideſt bis arata. Et apud Hom. Tripolos, ideſt tertiata nil ad negotium præſens. Rhariæ autem, uti obiter ſubnotemus aliquid, Stephan⁹ meminit. Rharium inquit, Campus eſt in Eleuſine, & Rharia terra, & inde Ceres dicta Rharias. Nam Rhus item loci nomen apud Pauſaniam, ab aquæ ex montibus defluxu nũcupatum. Meminit & in Theſeo Plutarchus. Hæc uero uberius executi ſumus, ut M. Tullio opem ferremus, Cuius fœdiſſime Codex eſt deformatus ad Q. Fratrem libro ſecundo. Habemus inquit, hanc Philoſophiam non ab Hymetto, Sed a Rharia, & Sciro. Ita enim lego. Non, ut modo in Laceris circũfertur exemplaribus, Ab Arria Syra. Sunt qui legere malint ab Area Syra. Scribit Pauſanias item, Triptolemi Patrem dici a nonnullis Rharum. Meminit Heſychius quoq;. Sed Rharum item pro forti interpretatur. Idem & σῦρον dici multitudinem tradit, καὶ σύρματα ναυμαχίαν. Syriam uero pinguiorem ueſtem, craſſiorem'q;. Erat & Regio Sciros de Vaticinantis Viri nomine nuncupata, Qui ad Eleuſinios cum Erechtheo bellãtes ex Dodone profectus obiit in prælio, Cum Palladis Scirados ſacellum excitaſſet in Phalero. Sed nequid præteream, unde Ciceronis diluceat Sẽſus, Lego in Eleuſine, Quam de Eleuſinis nomine Herois Mer

curii, & Dairæ filii nũcupatam, tradunt, Agrum fuisse Rhanium nomine, In quo iacta primum feruntur Semina, Enatæ'q; primum fruges sunt, unde inoleuerit mos, ut in diuinis rebus indidem uterentur Ordeo, & Pẽmata cõficerent ad Sacrorum usus. Auctor Pausanias. Quod ad Buzygium attinet, Inuenio Buzygiam item Athenis fuisse familiam, sacerdotio præditam, a' Buzyge quodam Heroe, qui omnium primus iunctis bobus arasse terram creditur. Sed a' diuerticulo institutum repetamus. Sacrum matrimonium uidetur Pythagoras intellexisse, quod ex bonis fuerit conflatum. Sacra nomina in declamatione quadam Quintilianus Mariti intelligit, & Vxoris, Sicuti Patris, & Filii. Apud eundem legas & Coniugales Deos. Tu uero Iouem intellige Gamelium, Cuius Hieronymus item meminit. Et Iunonem item Gameliam, Cuius facta pauloante nobis mentio est. Et Plut. non tacuit. Illud postremo ex Homerico penu seruandum magnopere uidetur. Scribit enim Domos tunc præcipue indemnes custodiri, & ratione summa dirigi, gubernari'q;, Si mulier Viri arcana non anxie nimis, atque solicite rimetur, ac introspiciat, quod πολυπραγμονεῖν Plutarchus interpretatur. Nec rursum illo inscio, quippiam suopte ingenio exequi institerit. Vtrunque ex Iunonis persona indicatur. Et prius quidem, Ioue ita commonente.

Ἥρη μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους
εἰδήσειν. Alterum Iuno ipsa commonstrare uidetur.
Μήπως μοι μετέπειτα χολώσεαι, αἴκε σιωπῇ
Οἴχομαι πρὸς δῶμα βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο.

¶ Vocabula plura ad idem spectantia. Scotius qui dicatur, & Parthenius. Quid Latiar. Cicero declaratur. Emaculatur Macrobius. Adiuuatur Catullus. De Hymenęo paucula pręter rationẽ multoꝝ. Cõditionem quærere qd sit, Profectitia Dos, & Aduentitia. Pastos. Calyptra. Protelia. Progamia. Protelii. Proaulia. Epaulia. Apaulia. Mellonymphus. Agamii iudicium, & Opsigamii, ac Cacogamii. Cyamissare. Chamæpus Sponsa. Chamætypion. Apotimemata. Apotimetæ. Prostimemata. Genetyllides Deæ. Ilithyia. Nymphia. Inateres. Aelii. Synnymphi. Daer. Galos. Glos. Promnestria. Proxenetria. Nuptiatores. Nuptutire. Sportulæ nuptiales. Sisymbria. κτιλοῦσθαι. Thyrsus. Thysthla. Caput XXIIII.

Sed enim prius quàm parti huic Coronidẽ impingamus, adfigantur & aliqua operæ fortasse leuioris, Sed Consentinis utiq;, & Tarentinis latura opem aliquam, etiamsi Persios minime iuuerint. Scotium dici inuenio apud Homeꝝ clandestino natũ concubitu, Sicuti Parthenius dicit', q ea sit productus, Quæ cũ nuberet, credita sit uirgo. Carmẽ Hom. ex Iliados. vi. hoc ẽ, de Bucoliõe.

Πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δὲ ἑ γείνατο μήτηρ.

Vxoria bibere a' Quint. in declamationibus de eo dictum, Cui meretrix dedisset Odii potionem. Conditionem quærere, ac pspicere in hoc proposito est Vxorẽ uenari. Cicero in Philippicis. Filiã eius, Sororem tuam eiecisti. Alia conditione quæsita, & ante perspecta. Est & apud T. Liuium, Conditionẽ filiæ quærẽdam. Cæteꝝ sup ea re affatim alibi. Est & illa dicẽdi figura apud Ciceronem in Epistolis ad Q. Fratrem, De nostra Tullia inqt, Spero cum Crassipede nos confecisse. Dies erant duo, q post latinas erant religiosi. Cætero confectum erat, Latiar erat exiturus. Ad VIII. Idus Apriles Spõsalia Crassipedi præbui. Quo in loco, quia scio plerisq; occursuꝝ Gordiano implicatiorem nodum, Nõ dissimulanda uerbi occultioris enarratio. Pręsertim quia Parerga hoc genus bonaꝝ literaꝝ studiosis nil officiunt. Id enim uocabulũ Latiar quorundam, ut uideo, solertiã fallit. Sed scire oportet, esse uerbũ uetus, etiãsi non ita frequens. Significat autẽ Latinaꝝ solẽne. Positum id, enarratum'q; inuenias apud Macrobium in Cœnis. Nam cum Latiar inqt, hoc est Latinaꝝ solẽne concipitur. Itẽ diebus Saturnalioꝝ, Sed & cum Mũdus patet, nefas est pręlium sumere, Quãuis in Codicibus recentioribus corrupte scriptum passim sit, Latiaꝝ. Dotem profectitiam intelligũt Iureconsulti, quæ a' patre, uel parente profecta est de bonis eius. Aduentitiam esse dotem Iulianus ait, Siquis certam quantitatem patri donauerit, ut hanc pro filia daret. Vnicubam uocant Monogamon matronam, quæ secunda matrimonii iura non nouit. Parapetasma, idest Velum Geniali incumbens lecto, Vocatur Pastos. Nã Sponsæ flammeum dicitur Calyptra.

lyptra. Sacrificium nuptias præcedens Protelia nuncupatur, & Progamia, ideſt προτέλεια καὶ προγάμεια. Quãquam & ſic dicere dona licet, quæ ante nuptias offeruntur, nam τέλεος nuptias item ſignat. Sed & qui Vxorem duxere, Protelii ualent dici. Qui anteit nuptias dies Proaulia, Qui ſubſequitur, Epaulia uocatur. Sunt, quibus placeat, oblata Spõſæ dona dici Apaulia. Qui necdum Vxorem duxit Mellonymphius appellabitur. Sicut puella Mellonympha. Agamii iudicia in multis exercebãtur locis, Vbi quis Vxorem ducere neglexiſſet. Apud Lacedæmonios Opſigamii quoq;, & Cacogamii. Vbi uero puella ætate iam maturior Virum appetere incipit, ſcite admodum, & operte κυαμίζειν dicitur, ideſt Cyamiſſare, puto, quia Cyamos non legumentũ modo ſignat, Sed Coleos quoq;. Propterea quod ſint εἰς τὸ κύειν ἀεινοὶ, ideſt Vtero ferendo ualidi. Chamæpus Sponſa nũcupatur, quæ curru nõ ſubuehit, Verum pedibus mariti domum petit. Nam χαμαὶ ſignat humi. Nata inde parœmia in nil agentes, ac uane laborantes, χαμαὶ αὐτλεῖν. Chamætypeion Scortillum uocãt, quod humi decumbens inſcenditur. Apotimemata, ideſt τὰ ἀποτιμήματα dicebantur hypothece, ſeu Enechyra, hoc eſt pignora, quæ a' Sponſo repoſcebant in dotis numeratæ ſecuritatem, uel etiam debiti cuiuſlibet, Ea uero erant uel domus, uel Agri. A' Magiſtratu petebantur Apotimetæ, ideſt ἀποτιμηταὶ, ideſt Aeſtimatores, qui pretium inducerent, ac indicaturam. Meminit Demoſthenes, Meminit item Lyſias, Si modo legitima eius oratio eſt, in qua de hoc agitur. At Proſtimemata intelliguntur legibus præfinita quædã aduerſus Iuris Violatores. Sicuti Epobelia apud Iſæum. In Coliade uero Atticæ regiõis Deas coli ſolitas γενετυλλίδας, ſcribit Pauſanias, eaſdem'q; eſſe putat, quæ a' Phocenſibus in Ionia dicantur γυναικίδες. Has interpretantur Grammatici γενέσεως ἐφόρους, ideſt generationis præſides. Inter quas Ilithyiam recenſueris, ideſt εἰλείθυιαν. Quæ ex Hyperboreis appulſa Delũ Latonæ affuit parienti, ut prodit Pauſanias idem. Vnde rem diuinam Ilithyiæ obeunt Delii, A' quibus didicerint Cæteri. Apud Athenienſes modo eius Deę ad pedes ſummos obuelata uiſebantur Simulacra. Nuptiatores apud Hieronymũ eſſe uident' Nuptiarum inſtructores. Matrimõia ipſa Græci Nymphia uocãt, quoniã Pietas, & Religio a' Nymphis, ut credĩtum eſt, per Mortales fuerint propagatæ. Cui rei argumẽto eſt illud quoq;, nam citra Nymphæ mentionem nullum obibant ſacrum, Quando & Nympharũ una Meliſſa inuentum monſtrauit fauum, & aquam melle temperauit. Synnymphus uelut Conſpõſas duobus uocant, uel pluribus nuptas fratribus. Apud Aelium Dionyſium Inateres nuncupantur. Sicut Aelii, uel etiam Acelii dicuntur, quibus duæ nupſerint Sorores. Daer Mariti dicitur Frater. At Soror uocatur Galos, ideſt γάλως, ut ſcribit grammaticus Ariſtophanes, qui Syngenica concinnauit, a' nobis dici poteſt Glos. In Menãdriis obſeruatum item, cani in Nuptiis ſolitum ad eũ prope'modum, Ὑμὴν ὦ ὑμέναι ὦ ὑμήν. Quod in Auibus eſt ab Ariſtophane quoq; poſitum. Negligenter a' Catulli Interpretibus prætermiſſum. Inde enim illud eſt, O' Hymen hymenæe o'

Hymen o' hymenæe

Adnotabimus obiter illud quoq;, ab Eiſdem male concipi Martiani Felicis auctoritate, Hymenæum fuiſſe Veneris filium, quod Martianus ne ſuſpĩcatur quidem. Sed male feriati Homines Tortellii delyramẽta ſunt inſecuti. Alias ex Callio pe, & Apolline natum Græci Hymenæum fabulantur, quãquam Vraniam matrem intelligere Catullus mauult. Λ'ύλημα item γαμήλιον dicebatur, ideſt incentio gamelia per tibias. Promneſtriam iidem intelligunt Græci Nuptiarum conciliatricem, Quæ mox & Proxenetria ſit nuncupata. Nupturire uerbum inuenimus in Apuleii Magia, Quod eſt, nuptias affectare. Apud eundem & Sportulas legimus nuptiales. Quippe inqt ita placuerat, in ſuburbana uilla potius ut coniungeremur, ne Ciues denuo ad ſportulam conuolarẽt. Cũ haud pridem Pudentilla de ſuo quinquaginta millia numum in populum expunxiſſet. Apud Ariſtophanem Siſymbria nominant' folia, quibus coronarent' Sponſi, quos quia Græci Nymphios uocant, Inde in Ariſtophane eodem prouerbiale illud. ὑμεῖς μὲν ἄρα ζῆτε νυμφίων βίον. Vos igitur Sponſorum uitam ducitis. Apud Herodotum extat perelegans uerbum κηλοῦσθαι, Quod ſignat puellam' demulcere, atq; ita demum' conciliare, ut Vxorem ducas. ἐκηλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν ἀμαζόνων. Ratio uocabuli eſt, quoniam Ctilos Aries eſt iam mitis, manſuetus'q;. Hinc apud Pauſaniam ἐκηλόμενος dicitur, qui cuipiam familiaris eſt factus. Inflectitur uero' Ctilos a' κίω, quoniam Gregem fere' præcedat. Inuenio nuptiales

Coronas dici Thyrsos, ubi acuitur ultima. Nā si uarytona sit dictio, tunc hastam signat bacchicam. Sed hastas id genus sunt qui etiam Thysthla uocent, quāquam eo uocabulo nūcupantur Sacrificia quoque Thelestica, idest ad initiationem pertinentia, aut uirgæ quædam, inter quas & ferulæ sunt.

¶ Pithœgia quid. Vinum medium cur optimum. Mel imum. Oleum superfluens. Vinalia duplicia. ληναιὸς Bacchus. Ambrosia, siue Brumalia, festum. Brumus Bacchus. Meditrina Dea. Prostaterius Apollo. Caput XXV.

Pithœgia, inquit Proclus, festum Veteribus erat, quo in Vini participatum, & Seruos aduocabant, & mercenarios, relinebantur enim tunc primum dolia, proinde facta re diuina, Dionysiaci doni cōmunicatio omnibus patebat. Comprecabantur uero, ut Plutarchus inquit, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι, idest Innoxiam, salubrem'q; ipsis fieri medicamenti potionem, Vndecima mensis die factitari hoc Athenis consueuisse, produnt Auctores. Aliubi etiam sexta eius, Qui Prostaterius uocaretur, Bono Dæmoni diuina re peracta, desinente iam Zephyri perflatu, Qui oblędere Vinum, ac cōmouere pręcipue creditur. Eū proinde Quod euaserit, firmum iam haberi, constans'q;. De Pithœgiis intellexisse Vatē Hesiodum in Agricolationis lucubratiūcula illis uersiculis, Grāmatica statuit assertio,

Ἀρχομένου δὲ πίθου, καὶ λήγοντος κορέσασθαι.
Μεσσόθι φείδεσθαι, δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

Siquidem hoc planè Poetam dicere, Vbi dolium relinis, nouum'q; Vinum gustas primum, ad satietatem unà cum mancipiis potui inseruiendum, Vase nāq; ἐπιχειλεῖ, hoc est non penitus pleno, Vinum ferè Vappa fit, ac Ectropias (Ectropæ uero calles sunt, ac Semitæ, Sed & oculoꝝ affectio) In fine quoq; inutile fit. Nam à fece infestatur, In meditullio autem optimum censetur. Proinde parcendum, Et quia ingruit metus, μὴ πρὸ τοῦ δέοντος ἐπιλείψῃ. i. ne ante tempus deficiat. Cæteꝝ quod dicitur, Medianum Vinum bonitatis laudem sibi adoptare, forsan quæstione nō indignum uideatur minutiem quoq; rerum anxie scrutantibus, ac in re literaria uelut Micrologis quibusdā. Quando & in Cœnis Aurelius Macrobius super eadem Poetæ sententia, Sancit Hesiodus inquit, Cum ad medium dolii peruētum est, comparcendum, Et cæteris eius partibus ad satietatem abutēdum, Optimum proculdubio Vinum significans, quod in dolii consisteret medietate. Id ipsum & Symposiacorum septimo comprobat Plutarchus, Adeo ut conformari inde ualeat Prouerbium. Siquidem quod non euaporarit, atque non acuerit Vinum, Sed genitiuam seruat bonitatem, quæ gustum allectet mirifice, Medianum recte dicetur. Verum ut missas faciamus, quibus id astrui amplius ualeat, Auctoritates, Suppetunt in hoc, ut Plutarchi Verbis utar, καὶ πιθανὰ ἐπιχειρήματα, hoc est probabilia Epicheremata. Sedenim quid sit ab hoc Philosopho excogitatum, mox paulo subnectam, Interim quod inter omnia plurimum arrisit, commeminero gratissime. Quemadmodum utique Mel, quoniam & crassum sit, ac terrestrem prorsus naturam resipiat, melius in imo est. In Oleo, quod superfluit, ideo creditur præcellere, quoniam aerium sit, ac proinde superna scandat naturæ suæ ui, Consimili, ac compari ratione Vinum in proprietatis utriusq; participatum ueniens ad dolii mediana firmitate, ac illici suauitate creditur præcellere. Plutarchus uero, quem paulo ante aduocauimus, Vini inquit, Vis cum planè calida censeatur, ratione dictante, ad medium coire, aggregari'q; præcipue, consentaneum fit, propterea'q; inibi bonitatem cōfouere, ac custodire imprimis. Quod autem pessum it, est'q; in imo feculenta impuritate promixtum, miscellum'q;, non turbulentum uisitur modo, Sed & sapore deterius sentitur. Quod uero in summo est, ex Aeris conuicinia facile corrumpitur, Quando illius permixtione diluitur, quam rem Vini ἔκστασιν recte nuncuparis. (Quāquam & eo nomine nunc Somnum dici, aduertas, nunc terrorem) Quo argumento Rustici κατορύττουσι τοὺς πίθους, καὶ σκεπάζουσι, idest dolia adobruunt, ac operimentis muniūt, quoadeius fieri queat, à Vino disparantes, uelut sepimentis, aeris ꝯtagem. Vt uero de Pithœgia, unde disertatiōis exordia prompsimus, paucula quædam subnectamus, Auctor Plinius est, Vinalia priora degustandis uinis celebrari Romanis solita undecimo Calen. Martii. Altera uero ad XIII. Calen. Septembris. Ioannes Grammaticus super eo Poetę Hesiodi uersiculo,

siodi uersiculo, μῆνα δὲ λῆναιῶνα. Ianuarium inquit, dicit, Qui λῆναιὸς apud Ionas nuncupatur, Quoniam πιθοίγια fiebant mense illo, Vel quia Dionysii festum celebrabant, quod dicitur Ambrosia, Sed Brumalia uocant Romani, A' quib⁹ Bacchum appellari Brumum nouimus. A' Latinis porro' populis seruatum, traditur, ut quo die quis primum gustaret mustum, ominis gratia diceret, Vetus nouũ Vinum bibo. Veteri nouo morbo medeor. Ex qua Verborum formula Meditrinæ item Deæ conceptum nomen creditur, Quod de Prostaterio docuimus, Sciendum amplius, Nuncupatione eadem Veteribus Apollinem esse celebratum, Quod ante Ianuas statueretur.

¶ Vini fecem esse illius robur, & Consolidationem. Vnde & Vinum Tryga uocẽt Græci. Colandi Vini improbatio. An recte Vinum dicamus Eunuchum, Castratum'ue.

Caput XXVI.

Quoniam uero fecis uicinia, paulo ante adstruximus, insyncerius fieri Vinum, & sapore deterius, Illud sciẽdum amplius, in literis repperisse me, fecem nuncupari κράδος καὶ τρύμμα οἴνου, ideſt robur Vini ac, ut sic dicam, Consolidationem, Argumento'q esse, ab ea exemptum degenerare facile, ac fere' non ita diu in plerisq locorum ætatem ferre, uelut a' radice auulsum. Quamobrẽ uidentur Priores non immerito Vinum appellasse Tryga, ideſt fecem. Sicuti a' præcipua, quæ in eo pars est, Hominem quandoq Animam uocamus, aut Caput. Testimonio & illud est, Quod τρυγᾶν dicunt pro eo, quod Vindemiare est. Et Homerus quandoq διατρύγιον protulit. Quo nomine sunt, qui fructiferum intelligãt. Alii loca inter Vites, quæ ferunt'. Vel partem, Vbi iam maturuerint Vuæ. τρύγη certe nũc Triticum signat, aut ordeum, nũc fructum quẽlibet. Propterea sunt, qui Vinum, quod ἠθμένον nuncupant Græci, dicere nos percolatum possumus, cum Sacco, ut Plinius inquit, franguntur Vires, improbent insigniter. Quoniam, uti Hesiodus inquit, ἀπὸ τοῦ πίθου πίνεσθαι δεῖ, a' dolio bibendũ ipso. Quia sic insitum seruet robur, ac potestatem. Defecatio autem illa, καὶ διύλισις, ideſt percolatio, neruos excidit, ac genuinum restinguit calorem, Vt Gulæ curiositas prætereatur, ad delitias reuocantis, quod utilitati fuerat comparatum. Velut enim Gallos, Porcos'q excidere, quo mollior præter naturã eorum fiat caro, degeneret'q in fœminam, non sani, casti'q esse hominis uidetur, Sed Apicianis corrupti cœnis, ac Heliogabalum resipientis, Eodem modo, Si uti metaphora permittimur, Vinum percolantes ἐξευνουχίζουσι, καὶ ἀποθηλύνουσι, ideſt Eunuchum id faciunt, effœminant'q. Hoc uelut Sophismate excogitato, ut perdendo nati Vino plurimum ualeãt ingurgitare. Quod ipsum in naturali historia taxãs seueriſſime Plinius, ac censorie admodum, Quinimmo inquit, ut plus capiamus, sacco frangimus, & alia irritamenta excogitantur, ac bibendi causa etiam uenena confitiuntur. Quod uero Eunuchum diximus Vinum, ideſt castratum magno nixi Auctore, Siquis paulo licentius putat, ac tralationem reformidat, ut deformem aliquo modo, propterea'q uitãdam Ciceronis astipulatione, & Quintiliani, Sciat in eo me Plinii imitationem non exhorruisse, Apud quem libro XIX. Sacco castrari uina legimus. Sed & libro XI. Apes ad ictum aculeo infixo, Fucos fieri scribit, nec mella facere, uelut castratis uiribus, Sed & Eunuchos dici Calamos comperias.

¶ Melle putredinem caueri. Papinii locus explicatur. Cur Mel dulce ex Lucretio. Mellis Vsus unde propagatus. Nympharum in sacris mentio unde instituta. Nymphia pro matrimoniis cur. Simblium mel. Simblides Simblæ, Simbli. Caput XXVII.

Brepere quandoq somnũ, & dormire sub Mandragora magnos Viros, alioqui tantum non primæ notæ, cum ex plerisque aliis harũ commentationum enotatis liquet abũde, ac re, quod dicitur, apud Sagram gesta certius fit, tum uero inde coniectatum mihi est, ac, quod mireris, super re, opinor, momẽti nõ ita magni, nec in cuius indagine Lyncea Aristarchi censura uideatur esse opus. Papinii Versus sunt ex doctis illis Syluulis, Libro, ni subsultat memoria, tertio, in Metii Celeris Propemptico.

Duc & ad Emathios manes, Vbi belliger Vrbis

Conditor, hybleo perfusus nectare durat.
Videbatur Adolescentibus diligentiæ haudquaquam sopitæ, Interpretem alias acutum, & lectionis, ut illa ætate, non admodum incuriosæ, nec paucæ, haudquaquam reticere debuisse, Quid ita ceciniſſet non indoctus Poeta, Alexandri cadauer melle litum perseueraſſe, putredini, ut fere alias, non obnoxium. De me quæsitum Bononiæ commemini, Quid ex libris mihi compertum ad id foret, Respōdi pro tempore, Eam uideri mellis potestatem, Cæsti coalitam ui, & naturæ potentia inenarrabili, Vt citra putrefactionem corpora mire custodiret. Quod scirem, monumentis a Plinio commendatum, Claudio Cæsari allatum in melle ex Aegypto Hippocentaurum, Quem ipse uiderit. Cæterum & naturalis historiæ secundo & uicesimo libro, Mellis inquit, natura talis est, Vt computrescere corpora nō sinat iucundo sapore, atq; non aspero. Sed & multi Senectam lōgam mulsi tantum intinctu tolerauere, nec præterea cibo alio, Celebri Pollionis Romuli exemplo. Quem centesimum annum excedentem cum interrogaret Augustus, quanam ratione maxime uigorem illum animi, corporis q; custodisset, respondit, Intus mulso, foris oleo. Lectum porro in Græcorum libris est, Cyrnios, ideſt Corsicæ insulæ populos esse πολυχρονιωτάτους διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι, hoc est de assiduo mellis usu esse uitæ diuturnioris. Etiamsi ridiculum nonnullis id uidetur, quando ut fere consentiunt Poetæ, mel Corsicum notæ censetur pessimæ. Verum, ut superpondii adiiciamus aliquid, ac doctrinæ uberioris, Putat Lucretius de rerum natura libro secundo, Quæ Atomorum nexu consurgāt minutulo, orbiculatioreq; dulcia progigni. Quæ pinguioribus, inæqualioribusq; amarulenta. Eius Carmina hæc sunt.

Vt facile agnoscas, e leuibus, atque rotundis
Esse ea, quæ sensus iucunde tangere possunt.
At contra quæ & amara, atque aspera cunque uidentur,
Hæc magis hamatis inter se nexa teneri.

Mellis usum monstrasse primam, Græci produnt, Nympharum unam nomine Melissam, propagata inde Apibus nomenclatura. Gestum id in Peloponneso uolunt. Certe rem diuinam obibat nemo citra Nympharum gratam memoriam. Ceu religionem mōstrassent etiamnum. Vtiq; ab eisdem Connubia dici Nymphia uidentur. Nymphides calciamenta sunt muliebria, & Sponsalia. Mel deniq; siculum nuncupari Simblium, ex Græcis didici. Nam & Apes ipsæ Simblides uocantur. Sicuti est Simbla earundem Theca, Sed Thesaurum Attici etiam Simblum appellant.

¶ Quæ sit Barbararum Gentium sententia super cibo, & potu. Vini usus, & nocumēta eiusdem insignia. Caput XXVIII.

Ristophanes inter Comicos Poetas nominis fere præcipui, in fabula, Cui titulus ἀχαρνῆς, hosce apposuit Versus, Quos & subscribendos duximus.

a Sic uero habent.

Οἱ βάρβαροι γὰρ ἄνδρας ἡγοῦνται μόνους
Τοὺς πλεῖστα λωβωμένους κατεσθίειν τε, καὶ πίειν.

Eorum uero hic fere sensus, A Barbaris Gentibus eos modo Viros credi, qbus uorandi plurima, & bibēdi facultas sit. Id uero inurbane, immo præter hominis rationem prorsum & dici, & existimari, non ferme quisquam est, a Musis adeo seiūctus, qui nesciat. Quando, ut de Ciborum inutili onere interim taceam, Cui tamen nauigatur ad Phasin, Notissima est, ac præcipue memorabilis Propertii sententia.

Vino forma perit, Vino corrumpitur Aetas,
Vino sæpe suum nescit amica Virum.

A Sapientissimis utiq; traditum, scimus, Vino uel pauciſſimo, ac dilutiſſimo utendum. Cui præcepto, Vt uidetur, sanctissimo summa astipulatur ratio. Omne siquidem Vinum, Sed nigrum præcipue spiritosum est. Cum ergo affatim hausto, Spiritus is superna petat, ac reper cussus, retroq; actus defluens Venas inflet, offarciatq;, meatibus præclusis, & transitu impedito, qua commeat respiratio, Etiamsi non continuo Mors, plerunque tamen morbus excipit Comitialis. Quid uero membra hic referam tremore subsultantia continuos

Sensuum

Senſuum omnium retuſiorem uſum, ac quodammodo præmortuum? Ad hęc formæ adnectitur interpolatio, Vox hebes, Color euarians, Ignea quadam ui ſcintillantes oculi. Anhelitus, atq; Animæ uitia. Tinnitus aurium, fremitus narium. Diſcriminum Phrenitis plena, Torminoſa calculi infeſtatio. Moleſta deniq; podagricorum pedum ignauia cum articulorum deprauatione. Exæſtuans ſtomachus, ac cruditatem efflans, dum in ructus ſubinde reſpirat, accedente Vomitus etiamnum fœda turpitudine, Quæ omnia Vinolentiæ ſunt additamenta, & uelut Appendices. Vt præteream, quod ſcientiſſime ſcribit Ambroſius, abundantiore Vini uſu homines, uelut immutata naturæ ui, Equos fieri adhinnientes. Expende Venereorum impetum etiam in nefaria prorumpentem. Imaginum per quietem Viſa imprimis meticuloſa. Viſus Lapſitantem incertitudinem. Inſtabiles greſſus, Externatam mentem, ac planè inanem, qua ruere opinantur Cælum, nutare Solum, & in antiquum Chaos omnia redire. Quam ibi turpitudinem non agnoſces? Immo quæ mõſtra nõ reformidabis? Inde fit, Vt mirer minus, ſeptimo Politicorum Ariſtotelem ſcribere, Pueris, & Nutricibus Vinum haudquaquam impertiendum. Sed, ut ipſe interpretor, Cuilibet ætati periculoſum Vinum eſt, Nam & Auerrois ſuper Auicennæ Canticis in loci eius enarratiõe, Non ita magnifaciendum Vini hauſtum nimium, Parciſſime id uidetur homini conceſſiſſe. Nam Priores inquit, Iuuenibus minime Vini uſum permiſiſſe aduertuntur, quod eius ætatis uigeat præcipue calor. Parum uero quiddam Senibus conceſſere, ac Decrepitis. Hoc autem ita fuiſſe attemperatum ſcribit, Vt eſſet aromatites, adiuncto mali punici acore, Aut Cydoneorũ ſucco, & Cucumeris. At ſatietatem execratus omnem Galenus, Adipe, ac Sanguine præfocatus inquit, Animus, & plane adobrutus Cæleſte aliquid peruidere nequit.

¶ Qua item ratione ætati cuilibet impertiendum Vinum. A' Cibo an bibendum. Facilius Vini perfici nimietatem, quàm Cibi. Vinum Meracius Vigilias concinnare, memorabili exemplo Pueri cuiuſdam. Caput XXIX.

Æterum quia in Medicæ Scientiæ Auctorem nobilem incidimus, pergamus porro attexere, quæ ex eadem Schola ingerũt ſe nobis, & nomina dant quodãmodo, Vt citra uitæ diſpendium præteriri uix queãt. Scribit ergo, ut Platonis, interim decreta prætereant, Cap. VIII. Doctrinę ſecũdę, ſen tertię primi, Auicenna, Pueris Vinum ſi offeras, perinde uideri, ac ſi igni aggerere ignem perexeris, materia præſertim debili ſuccenſa. Senioribus uero, quantum pati queant, dandum. In Iuuenibus ſeruari præcipue temperamentum debet. At ſi curioſior quiſpiam forte horum exquirat rationem amuſſitatam, poſſumus equidem ſic fere ratiocinari. Pueros inſigniter Vini hauſtu oblædi, quod laxis, rariſq; ſint corporibus, & de inſiti caloris exuperantia inflammari facile ualeant, Neruis porro imbecillibus admodum, nec Cerebro item uali do, quibus de cauſis in Vini crebriore hauſtu multiplex ſeſe nocumentum promit. Senum uero aduentitium eo recaleſcit frigus, Spirituum exhilaratur triſtitia, Bilis atræ uis reprimit redundans, Somni conciliatur appetentia, Præfarcti recluduntur meatus, Renidet deniq; Aetatis laſſitudo uniuerſa. Proinde in Sanitatis moderamine Galenus, Sicuti inquit Pueris inimiciſſimum cenſetur Vinum, Ita adultiori ætati accommodum maxime. In Iuuenibus etiam ſi genuinus craſſatur calor, ut in Pueris, ſolidioribus tamen membris, Neruis, & Cerebro, læſioni obſiſtitur nauiter. Vinum a Deo hominibus cõtributum Plato ſcribit, quaſi re medium aduerſus Senectutem, ut redire ad Iuuentutem uideantur, & mœſtitiæ eos capiat obliuio. A cibo Vini eſſe inſigne nocumentum, Idem ſtatuit Auicenna, ob penetrandi celeritatem, & quod inſimul imperfectum præcipitet cibum, Qui retentus diu meatus præfarcit, unde inoriat putredinis diſcrimen. Nec ſecus magnopere ſentit Galenus ſeptimo de Sanitatis ingenio, q̃q̃ mox, uelut ebblanditus, Qui ſitiunt inquit, nec bibunt, ſine adiumento ſupplicium ferunt. Tantũ uero ingerendum, quãtum ſiti reſtinguendæ, uel mitigandæ par ſit. Ex eiſdem poſtremo Scholis eſt, Vino ſi infarciaris, leuius id cẽſeri multo, quàm ſi cibo, Quoniam facilius delabatur id, ac reſoluatur, nec pariter offarciat, nec ingeſtabili onere ita Stomachum premat. Inde ſcitum extat Hippocratis illud Sententiarum ſecundo, Potu repleri facilius eſſe, quàm cibo. Et a Vino præfarctiones eſſe moderatas, ſanxit Galenus.

Attamen non diſſimulandum, ne inde anſam ſibi arripiant bibuli, perpetem ingurgitandi uini modum multa, Quod diximus, aduehere diſcrimina, & mortiferas concinnare ægritudines. Vinum ſiquidem Meracius etiam Vigilias inducit, præcipue ſi ſuapte fuerit natura calidum, aut peruetus, Memorabili exemplo Pergameni pueri. Nam Grammaticus quidã ſingulis diebus Balneum petens, Vnum ex Pueris ſecum ducebat, Altero domi relicto, Qui rem familiarem ſeruaret, Quæq; ad Victum forent neceſſaria, peruideret. At is uehementiore quandoq; deprehẽſus ſiti, nec Aquæ ſuppeteret copia, Vetus Vinum largius potauit. Quo factum, Vt in reliquum euaſerit Vigil. Mox febre correptus, cum perpeti Vigilia oborto delyrio, deſiit hominem agere.

¶ Ebrietatis malum. Alexandri uinolentia, & M. Ant. An uera ſit Hippocratis ſentẽtia, Mulieres, & Eunuchos podagra non infeſtari. Ennii mors. Cap. XXX.

Ebrietatem celeberrimi e noſtris Auctoribus eſſe Voluntariam dixere inſaniam, Sed ita etiamnum, Vt ſi in plures paulo extendatur dies habitus is, etiam manifeſtarius euadat furor. Mirum tamen eſt, quàm multi Mortalium in hãc fœditatis, ut ſic dixerim, coloniam tranſcribendi paſſim nomina dent. Affluunt hinc inde agminatim non pullati ſolum, ac ex triuio, Sed terrarum quoq; Principes, Et quos non irruentes hoſtium numeroſi exercitus, nec uolantia tela, aut e machinis uaſta mole, & ruinis Saxa propulſa, excuſſa'ue contriuere, fœda Vini deſyderia deiecere in imum, & uelut Captos iure belli ante triumphales currus duxere catenatos. Alexandrum uaſtiſſima terrarum tranſmiſſa ſpatia, cum Hoſte barbara feritate terribili tam numeroſa prælia, tot hyemes imbrium, & frigoris horrore deformes, ſub pellibus tranſactæ, Tot locorum, ac temporũ inenarrabiles pene difficultates, Tot fluminum ex ignotis promicantium Vaſtitas, ac deniq; tot, tantorum'q; Marium formidabilis, & procelloſa magnitudo inuictum tamen, ac uelut Deum humano in corpore hoſpitantem, ſeruarũt. Sedenim, mirum dictu, Bibendi ardor infatigabilis, & Herculaneus ille, ac fatalis Scyphus condidit. Hinc fœda maieſtatis eius ſugillatio, inter pocula amicos indignatione rapida, & uinolenta tranſuerberantis. Nãq; ita prorſum habet, Eruit omne uitium Ebrietas, intendit, profert. ac conatibus deprauatis obluctantem, obſiſtentem'q; uerecundiam intrudit, Vt fronte attrita, uel ultra uotum inſolenti, aũgeſcat Superbia. Crudelitas Sęuo, Malignitas Liuido. Iã uero M. Antonium alioqui magnum Virum, & ingenii etiam eminentis quæ res alia in perniciem coniecit, quàm ebrietatis malum? Hæc demum Medicæ artis ſummum Auctorem falſum fieri Hippocratem coegit. A quo Sentẽtiarũ ſexto proditum, ſcimus, Fœminis nec Capillos defluere, nec pedes laborare, niſi menſtrua defecerint. Errorem manifeſtarium, In quem non fœminea natura mutata, Sed uitio deprauata, & uicta Medicæ ſcientiæ Conditorem Principem impegit agnoſcit quoq; Interpretum eminentiſſimus Galenus. Nam Vacuationis inquit, ratione Mulieres podagra immunes ſunt. Etenim citra materiæ exuperantiam nunquam cõſiſtit Podagra, quãquam partes pati, & affici ampliter poſſunt. Cæterum & hoc loco monendum, Vt olim uera, & rata Secta hæc, & præceptio Hippocratis fuerit, Non integre ſuppreſſis menſtruis ob incertiora errata, quæ relato æuo admittebant Mulieres, At nunc ob uitæ uſum laſciuiorem, atque efferueſcentis luxuriæ æſtum, Ciborum'q; cupedias illecebres, Quædam podagra tentantur ante, quàm ſubſtiterint menſes. Nil mirum igitur, Nam, ut grauiſſime inquit Seneca, Cum Virorum licentiam æquarint, Corpora quoque uirilium affecutæ incommoda ſunt. Non minus peruigilant, non minus potant, & oleo, & mero Viros prouocant. Vinum omne uomitu remittunt, Aeq; niuem rodunt, ſolatium ſtomachi æſtuantis. Cæterum promit ſe indidem altera item Hippocratis coargutio, Sed qua uel præcipue noſtros ipſe mores coarguit. Spadones inquit, nec podagra laborant, neque calui efficiuntur, Siquidem Spadones dempti teſtes mulieribus reddunt perſimiles. Quippe tempeſtate illa uera hæc fuiſſe, probabile fit, Sed mox non inſuper ratum fuit, ob inertiſſimam deſidiam, & improbam facietatis laſciuiam. Quidam enim citra exercitationem crudi, temulenti'q; prius, quàm cibum arripiant, generoſioris uini hauriunt pocula, & item uenerio funguntur munere. Dignũ porro ex Annaliũ memoria relatũ illud,

illud, Ennium, de quo est apud Silium Apollinis celebre uaticinium illis uersibus,
Hic canet illustri primus bella Itala uersu,
Attollet'q; duces Cælo, Articulari consumptum morbo, quem ex immodico Vini usu contraxerat. Quam rem egregie perdocet Serenus.
Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua,
Hoc uitio tales fertur meruisse dolores.

¶ Ebrietatis item mala. Cur Vinum haustum copiosius perimendi uim obtineat. Interim de Cicuta paucula. Crepala quid sit. Vinolentiæ turpitudo. Sicera quid.

Caput XXXI.

n Ec tamē Ebrietatis sola hæc pernoscuntur mala, nam & illud scimus obuenisse quandoq;, Vt Vinolentus aliquis obmutesceret repente, conuulsus'q; emoreretur, ni forte obrepsisset febris. Aut cum ad eam horam uenisset, qua Crepala soluitur, facultatem recepisset loquendi. Oppletis siquidem neruis Spasmus superuenit, siue Cōuulsio. Solet autem eos facile uinum replere, Cui calida est natura, Calida nāq; peruadunt celerius. Quod si resiccentur Nerui, incalescant'q;, discutitur Conuulsio, Quod commoliri febris ualet. Porro sciendum, a' Græcis Crepalas nūcupari, ubi temetum Capiti detrimenta concinnat. Nam & inde uidetur nominis etymon duci, quod caput iactetur, uibretur'q;. Nam Crepala Capitis lucta, fluctus'q;, & agitatio Græco intellectu ualet. Accidit extenuatis quoq;, Vt si amplius se inuitarint, morte occumbant. Quippe Vita calore constat, Refrigeratione inoritur mors, Vt uero Cicuta, sic & Merum concinnat exitium, intimo, ac genuino calore sensim flaccescente, ratione tamen impari. Calorem enim insita frigoris potentia, conuellit Cicuta, labefactat'q;, & humorem occallescere facit. Vinum autem caliditatis suæ potestate, ex qua Græci αἴθοπα οἶνον dixere, quāquam ad colorem Alii referunt, naturalem macerat calorem, Ac uelut ignemulto, aut Sole ualidius crassante, adobruitur modicus Ignis, & exteritur, Sic a' Vini facultate calente insitus Corpori calor, Si modo exuperans ea sit, ac præpotens. Proinde Vir Sanctissimus, & Christiāę Veritatis assertor nobilis, Sacrilegium inquit, reputatur Ebrietas, in Fœmina præcipue, Sed infinito plus in Domini sponsa. Verissimum propterea illud est, Ignem in gremio gestare, qui assiduo utatur Vino. Ventris ingluuies, & Ebrietas tam Animæ infirmitatis, quàm Corporis causam, & materiam tribuunt. Adnotatum & illud in Canonicis decretis est, Distin. XXXV. Ministros templi Vinum prohiberi, ac Siceram bibere, ne ebrietate grauentur Corda eorum, Vt uigeat perpetuo Sensus, & tenuis sit. Vel quia Venter mero æstuans facile despumat in libidines. Vnde Noe femora ex ebrietate nudauit. Loth autem, quem Sodoma non uicit, Vina uicerunt. Hinc in Apostolorum Canonibus, Episcopus aut Præsbyter, aut Diaconus aleæ, atque Ebrietati deseruiens aut desinat, aut damnetur. Apostolus uero ait, Bonum est, Vinum non bibere, & Carnes non comedere. Vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est. Siceram uero, qua dictione usi paulo antesumus, esse conuenit hebręo Sermone potionem quamlibet, inebriari qua quis potest. Græci sic, πᾶν πόμα ἐμποιοῦν μέθην, μὴ ἐξ ἀμπέλου δὲ σκευαστὸν σύνθετον. Sunt, qui Vinum interpretentur dulcibus promixtum, idest ἡδύσμασι συμμιγέντα οἶνον, Solon unus e' septem, morte Principem esse mulctādum, Lege sanxit, si deprehenderetur Ebrius. At Ebrios Pittacus, cum peccarent, duplici dignos incommodo statuit. Non tempero mihi, quin parte ista seueriorem inseram Senecæ Censuram, Hominibus inquit, inter Oleum, & Vinum occupatis ad uotum dies agitur, si bene desudarunt. Si in locū eius, quōd effluxit, multum potionis alterius ieiuno gutture ingesserunt, Bibere, ac Sudare Vita Cardiaci est.

¶ A' Quibus Medicis, aut Philosophis admittatur quandoq; Ebrietas. Panaria ebrietas. Catonis dictum in Cæsarem.

Caput XXXII.

m Irari uero me plurimū fateor in Vinolentię pragmatia ista Medicæ scientiæ peritoꝝ imprimis quorūdā, non sine cunctatione proferendā sententiā, Quippe primo Canōis scribit Auicēna, Malū esse utiq; frequētem Ebrietatē, quod Hepatis

inde ac Cerebri uitiet' constitutio, imbecilliores fiant Nerui, unde tremor, & conuulsio inoriatur, & paralysis. Sed & Apoplexia, obstipatis Spirituum Animalium meatibus, humecta Cerebri potestate auctius redundante. Cæterum inquit, quibusdam uisum, Si mense bis, aut semel modo admittatur Ebrietas, insigne sentiri emolumentum, Quod Somni profundioris ratione, Virtutibus Animalibus alleuamentum inducatur, & quies. Item proliciatur Sudor, Ac quæ superfluunt, resoluantur. Adde, quod Almansoris quarto Rasis duplicem in mēse comprobat etiamnum ebrietatem, Cui in Canticis adiicere calculum agnoscitur Auicenna, Quanquam simplex ei arridet amplius, Quam tamen illius Interpres Auerrois egregie improbat. Nam etiamsi Galeni astipulatu, innato calori insigniter congruit Vinum, Cuius ratione in eo statuitur gradu, Quem cum igne oleum habet, ac lumine, Tamen utriusq; redundantia superfluens utrunq; adobruit, ac restinguit. Auicēnæ Interpres Alter bene doctus, & uelut exundans fluentum simplicem in mense, uerum leuem, modicam'q; Vinolentiam ferri posse, ait, Vt quæ corporibus haudquaquam sit inutilis, Quæ'q; ingentibus poculis ingenium omne non ingurgitet. Sed & singularis Philosophus Plato liberaliorem aliquando uini usum approbasse uidetur primo de Legibus, Sic enim retegi facilius hominum mores putat. Quin Seneca quoque ille Stoico supercilio mire grauis nonnunquam inquit, & usque ad ebrietatem ueniendum, non ut mergat nos, Sed ut deprimat curas. Quod siquis hilariore fronte Dionysio Nephalia prolibare, prorsum aspernatur, Succinam mihi Euripidium illud de Venere, tralatum ad Vinum, Εἴησμοι, μέφιον δέπως εἴης, μηδ' ἀπολείποις,
Idest Adsis quidem mihi, Sed temperatum, moderatum'q;, Nec desis. Hic obiter illud adnectam, Legisse me alicubi, Panariam dici Ebrietatem, pro Arrogantia, Licentia'q;, ut plurimum Quæ felicium aduertuntur Comites. Cato Cæsarem dicebat Sobrium accessisse ad euertendam remp. Id esse putat Quint. ut proprie dictum, idest quo nihil inueniri possit significantius. Cuiusmodi & Virgilianum illud, Deductum Carmen, Et apud Oratium, Acrem tubam, Annibalem'q; dirum.

¶ Scythæ cur imprimis uinolenti. Libycę feræ cur æstate non bibant. Sitis ratio duplex. Vinolentorum accidentia ad Videndi spectantia rationem. Caput XXXIII.

e St tamen & parte hac Gentium discrimen aliquod, Immo & ferarum. Scythas omnes, quod & robusti sint, ac habitu calidiore, uinosos esse, constat. Inde uero id fieri, coniectandum est, Quoniam non calidi modo sunt, uerum & Sicci, Quando & Virilis habitus talis est. Puerili uero calori genuino humecta accedit facultas, Proinde Vini minus sunt appetentes. Auctor primo de simplicium pharmacorum potestate Galenus, Cui suffragatur Alexander, Sitim duabus effici rationibus, ἢ ἐκ πολλῆς θερμότητος, ἢ ἐκ πολλῆς ξηρότητος ἐκβοσκησάσης τὰ ὑγρὰ, καθάπερ ἐπὶ τῶν νηστευσάντων. idest uel ex caliditate multa, uel multa ariditate, humecta depascente, uelut in iis, qui ieiunarunt. Libycas tamen feras æstate non bibere, produnt Auctores grauissimi, ubi præcipue inardescere sitim, consentaneum est. Hyeme autem potui indulgere multum, Cum diuersa contingere, omnino debuerint. Verum id esse in causa, compertum est, Quod in eo mundi situ per æstatem aquæ propemodum nullæ sunt. Proinde illis non bibere, in consuetudine est. Hyeme autem, scatentibus aquis, non ita. Transeunte uero in naturam consuetudine, si aliò transferantur, pristinum nihilosecius morem retinent. Orygem habet regio eadem perpetuo sitientem, ac ex natura loci carentem potu, Cum mirabili modo ad sitiētium ualeat remedia. Sūt autem saluberrimi liquoris haustu Vesicæ, in eius repertæ corpore. Sitim denique non sentire traduntur, quibus sint ossa concreta, & sine medullis, Sed nec sudorem emittere. Verum & uolūtate uicta quandoq; Sitis est, Nam senecta quosdam caruisse potu, legimus. Inter Sapiētum uero placita illud est, Crapulam facilius sentire, qui dilutiusculum bibunt, quàm qui merum ex toto. Nam temperatum uinum ob tenuitatem expeditius loca plura, angustiora'q; subit. Addendum uero, quod & potionis meracæ hauritur minus. Priorem sententiam Auicēna cōprobante, secunda primi. Sed cur nam cuncta admodum uertiginosa, idest ἄγαν στρεφόμενα

ingerere

ingerere ſeſe Ebriis uidentur? Forte quoniam hauſtu meri uberiore exhalatio progignitur multa euaporantis, ſcandentis'q; ad Cerebrum ſpiritus, a' quo uniuerſum concutiatur Cerebrum, ac circumuertatur. Vnde uertiginibus caligant, ideſt ἰλιγγιῶσι σκοτοδινιῶντες. Sed & Succorum item plerique, Cerebro oppleto, affectionem inducunt, quam Scotomaticam dicunt, ideſt tenebricam. Sed cur circunferri uidentur omnia, nec alio agitari motu? An quia cum Vapores fumidi a' Vino reſoluti ad Cerebrum inſcenderint, ab eodem ad neruos reflectuntur opticos, & oculorum pupillas, Ex qua refractione contingit ſub baſi Cerebri, & ante oculorum pupillas circuitionis motum quendam fieri, ut in aquis conuiſitur fluentibus. Cum enim obicem offenderint, reiectæ in ambitum motantur. Longinqua porro' minus uident Ebrii. Quia Spiritus opticos præ aliis eſſe lucidiores oportet, ac ſubtiliores, nunc autem intemperantiore hauſtu retuſi, tenebrici'q; euaſerunt. Hinc Auerrois in pragmatia de Senſu, & Senſili, de Videndi poteſtate agens, Id Organum haudquaquam extendi in actum affirmat, ni in ſtatu fuerit naturali, nulla prorſum re officiente, aut interpellante. Implicari autem uidẽdi facultatem, diuerſam'q; fieri ex Opticorum uarietate ſpirituum. Quandoq; enim Animalis ſpiritus, ut libro quarto de Accidenti & morbo Galenus prodit, clarus eſt, ac perſpicuus, ut Aether. Interdum turbidus, perinde ac fumus, & nebula. Porro' idem uel copioſus eſt, aut modicus. Si multus, Lucidus, clarus, aſpectui ſubiiciunt' uel remotiſſima. Cuiuſmodi fere' rapto Viuentium Viſus agnoſcitur.

¶ Cur Vinolentis dupla ſeſe oſtentent obiecta. Cur'q; Strabis natura id minus uſuuenire, compertum ſit. Caput XXXIIII.

q Vod uero dupla ſeſe Vinolentis ingerant omnia uel ſatyrici Carminis aſtipulatu, inde promi poſſe ratio uidetur, Quod humectationis exuperantia molliculi plus minus effecti Oculorum muſculi, ac contracti oculos diuertũt, ac diſtrahunt, Altero in ſuperna contruſo, In imum Altero deiecto. Proinde conſequi liquido, non in eundem uelut Scopum radios collimare, quæ res duplam fieri uiſionem cogit, Vtroque Oculorum ſua apprehendente. Quod uſu item ueniet, ſi alterum Digyto oculum ſuppellas, Reliquum detrudas, Res nanq; eo habitu congeminari perſpiciuntur. Sedenim Qui dicuntur ἐκ φύσεως στραβοὶ, hoc eſt natura Strabi, haud ita afficiuntur, diuerſo ſcilicet Oculorum ſitu, Dextrorſum enim iis intenditur acies, aut leuorſum. Radio nihilominus per rectã lineam in Corpus unũ collineante, propterea Colorem unum, & qualitatem unam ad Oculos referri, obiectis reſumptis, quam rem uocant ἀντίληψιν. Nec diſparari, ſeiungi'ue Opticos neruos, contingit. Qui ab oculis ad anteriorem Cerebri cellam directi, ut quibuſdam placet, interſecantur. Super qua re Nos alibi plura.

¶ Odoris ex Vino præſtantia. Cuiuſmodi ſit Vinum a' Medicis Aquoſi nuncupatione ſignatum. Item Oligophorum, & Polyphorum, Vinoſum'q;, Necnon Caroticum. Iumentis, Arboribus'q; dari ſolitum Vinum, Quod ſit Poetæ, uice Equi. Cap. XXXV.

d Ignum uero ſcitu, quod a' rerum peritis traditur, Vini odorem præ omnibus ſeligendum. Quoniam Spiritum excellenter nutriat exhalãs odor e' natura tum egregie, ac uelociter alente Corpus, Tum uoluptate Senſus deliniente, Quo in genere eſſe Vinum, liquet, calidũ præcæteris, humidũ quoq;, ac odorum, & clarum. Siquidem uenenis obluctantia fere' cuncta, Vitæ ſalutaria cenſent' admodum, nec id guſtu modo, Sed & odoratu. Inter quę Vinum imprimis recte adnumeraris, Nam ſicut homini uenenũ eſt Cicuta, Cõſimiliter & Cicutæ Vinum, nõ ſimul quidem, Sed hauſtum mox. Sciẽdum uero Sũmos artis Medicæ Auctores Vinũ extuliſſe laudib⁹, quod primo Canõis Auicẽna Subtile nũcupat, Album'q;, Quippe nec Capitis dolorem ꝯcinnare, ac inſigniter humectare. Proinde Biliоſis ꝯgruere præſertim, Sanguineis'q;. Ira item, uel inſolatione, aut exercitio ſuccenſis. At ꝯpenſiõe forſan nõ indignũ cẽſeat aliqs, Cuius nã modi Vinũ eſſe id arbitremur. A quoſum uero interpretantur Eruditiores,

Quod, docente Galeno, colore, ac substantia similitudinem præfert Aquæ. Diaphanum quipppe uisitur, lucidum, purum, subtile. Et aquæ multæ impatiens præcipue. Proinde Veteribus nuncupatum Oligophorum, seu ὀλιγοφόρον, idest, si permittimur, Pauciferum. Nam ediuerso πολυφόρον dici, adnotauimus multæ patiens aquæ. Cuiusmodi Vinosum forte appellant Medicorum Scholæ, & Philosophus Isaac. Id ualidius intelligunt, Sole incoctũ, & Vẽtis purius, defecatius'q; factũ. Idem tñ Philosophus Aquosum censet uitari Vinũ oportere, ac debile, austerum'q;. Homerus certe ꝯciliãdæ beneuolentiæ dulce adhibuit.

ὣς φάτο, πεντόνοος δὲ μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα.

Vinum autem uehemẽs, & ut Plutarchi uerbo utamur, Caroticum, seu καρωτικὸν Cyclopi apposuit Vlysses. At στύφοντα οἶνον ad medelam. Eiusmodi uero Pramnium est, Quod uulnerato datur Machaoni. Sic uero Plut. Caroticum nũcupat Vinum, Vt Dioscorides Papaueris succum odore caroticum tradit. Et in libro de Iuuamẽto anhelitus uocatas Galen⁹ scribit, Caroticas Venas in collo, quoniam in eis κάρως fiat, hoc est stupor, & quædã priuatio Sensus, illis amplius compressis, quod ante cõmonuerat Aristoteles, & nos aliubi cõmeminimus. Illud mirum utiq; uel Homero auctore, Vinum Iumentis solitũ dari, Sic enim Hector Iliados octauo Equos alloquitur suos, Rependite inquit, Si Andromache

Ὑμῖν παρπροτέροισι μελίφρονα τυρὸν ἔθηκεν,
οἶνον τ' ἐγκεράσα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Inde min⁹ utiq; miꝝ, irrepsisse illud quoq; semel corruptis morib⁹, Vt Arbores uina potare, docerent Quidã, Quoniã sit cõpertũ, maxime id radicibus ꝓdesse, præsertim Platani. Scribũt nõnulli, megarẽsem Stilponem extremo deficiẽtem Senio, meꝝ hausisse prius, quo celerior ꝯtingeret obitus. Extat Græcũ distichum de ꝑnicie, quam sæpicule concinnat uinum.

οἶνος, καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωὴ
ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην.

Ex eo autem profluxisse arbitror ex parte illud latine concinnatum, Quod Balneis inscriptum quandoq;, legimus.

Balnea, Vina, Venus, corrumpunt corpora nostra,
Sed uitam faciunt Balnea, Vina, Venus. At Niceratus nobili Epigrammate Vinũ esse Poetis Equi magni uice canit, quod & apposui.

οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ,
Ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐτέκοις ἔπος.
Ταῦτ' ἔλεγεν διόνυσε, καὶ ἔπνεεν, οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδοδὼς πίθου.
Τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν, εἶχε δὲ κισσῷ
Μέτωπον, ὥσπερ καισὺ, κεκροκωμένον,

Idest Vinum gratioso, docto'q; magnus existit Equus Poetæ. Aquam bibens non ferè bonum producas Carmen. Hæc dicebat, ὦ Dionysi, & spirabat, non Vtrem unum Cratinus, Sed uniuersa cum olfactasset dolia, Vtiq; sub Coronis magnus 'scaturiebat, habebat'q; frõtem, Vti & tu, croceam Hædera.

¶ Vinum Sapores sibi ex terra adoptare. De Arcadico Vino mira. Explicatur Galen⁹. Aristotelis locus in integrum restituitur. Caput XXXVI.

Vnt tamen, Qui Demosthenis argumẽto, quẽ abstemiũ dictitant fuisse, uniuersim q nõ utant' uino, acrioris esse naturæ arbitrẽtur. Cæteꝝ illud sanè memoratu dignum, quod nobis in aliena transeuntibus castra pro more ex Galeno compertum est, in libro de Anhelitus iuuamine, Vinum ex terra sibi admixta sapores adoptare. Siquidem alioqui uno genere essent locis omnibus, & regionibus & Vitium, & Præterea Arborum reliquarum succi. Nunc uero singularum proprietates terrarum ad Solis contemperatæ potestatem miram incocti Saporis uarietatem Vsibus suggerunt humanis. Sed & in regione quadam Galenus inquit, Vinum ad ignem utribus appensum obdurescit in Salis modum, aqua euaporante. Vbi uero terrarum sita Regio hæc habeatur, Vel quo censeatur nomine, non explicat

diximus, innoteſcere amplius poteſt, quid ſit, quod Oratoriæ inſtitutionum tertio Quint. ait, Sermonẽ ab ipſa rerũ natura genitos ꝓtinus Homines accepiſſe. Sed & in Politicis Ariſtoteles, Sermonem inquit, homo habet ſolus omniũ Animalium, Nam Vox qdem moleſti, atq; Iucundi ſignificatio eſt, Quare aliis quoq; exiſtit Animalibus. Hucuſq; enim natura proceſſit in his, Vt ſenſum habeãt Iucundi, & moleſti. Et hoc inter ſe ſignificare poſſint. At Sermo ad hoc datus eſt nobis, Vt oſtẽdamus utilitatem, & damnũ, atq; ita iuſtum, & iniuſtum, Hoc enim prẽter cætera Animalia Hominibus proprium eſt, ut boni, & mali, ac iuſti, & iniuſti, & aliorum huiuſmodi ſenſum habeant Soli. Obiiciat hic forte aliquis, Animalium quẽdã humanam proferre uocem. Sed dicendum, proprie Locutionem eam nõ dici, quia nõ intelligant, quę pronũtiant, Sed aſſuetudine quadã id agant. Hac porro rõne id uidetur intelligendum, quod tertio de Anima idem pronũtiauit Ariſtoteles, Linguam eſſe cõtributam ad ſignificandum aliqd alteri. Addit Themiſtius, Ad perceptionem itẽ ſaporum. Quod de Pueris prẽmature loquẽtibus dictum eſt, Sunt ex Aſtrorum peritis, Qui id effici contendant, Si Mercurius in Aſcendẽte fuerit Orientalis, directus, Sicuti præcelerem audiũ fieri aſtruũt, ex aptitudine Saturni, & Iouis cũ Marte. Saturnus. n. dextrã aurẽ, Iupiter ſiniſtram ſignare uidet ex eorum doctrina. Arbitror inqt Platonicus nobilis, In puero Regis filio, quo die natus eſt, locuto, ut teſtatur Hali, nõ coniunctionem Planetarũ quatuor in eius horoſcopo cõcurrentium formauiſſe uerba. Nec etiã Infantis Animã Verba, uaticinium q; feciſſe de paterni regni calamitate paulo poſt ſecuta, Sed Dęmonẽ potius illic locutum, Dęmonẽ inquã Mercurialẽ. Nam in octauo Libræ gradu, horoſcopo, qui & terminus eſt Mercurii, Mercurius ipſe cum Venere, Ioue q; & Marte fertur fuiſſe ꝙunctus. Nam & loquẽtes Statuas Magi conſtruebant, In quibus nec ꝓprie qdem ullæ Statuarum Animę, nec Syderа loquebant, Sed Dæmones ab eodẽ ducti Sydere, Sub cuius imperio Statuæ fingebant. Illud forte hac parte non fuerit ſcitu indignum. Hominẽ ſolum inter cuncta Animãtia hęſitare lingua. Cuius rõ eſt, quia, ut iam prędiximus, Solus quoq; Sermonis eſt compos, cætera Vocẽ tãtum obtinẽt. Qui aũt lingua hęſitant, Vocẽ qdem producunt. Sed uerba copulare, Sermonẽ q; condere nequeunt. Vnde hęc ipſa hęſitantia unde nã ſit, dicat aliqs? Sunt qui membri, quo loquimur, refrigerationi id attribuant. Sic enim tanquã ſtupens, & attonitũ uidet. Proinde a uino, cõtinente q; oratione cõcalefactos uerba facilius copulare, deprehẽſum eſt. Proinde in dictis particularibus Iſaac ſcriptum reliquit, Perſas, & Græcos diſputare uolẽtes, uino ampli⁹ indulſiſſe. Sũt tñ, q hęſitantis linguę rationẽ calori aſcribant nimio, Eo nanq; offenſa oberrat, quaſi in Salebris, Quo modo affici Iratos homines nouimus, incendunt. n. incitantur, Hanelitant, Spiritu redundant. Sed nimio utiq; caloris feruore hanelant. Frequens. n. ſpiritus eſt, nec anticipat, quatenus ſe tempore reſpirandi poſſit promere. Melancholico præterea habitu ſunt, Qui lingua hæſitant. Quoniã propere ſeq imaginationẽ, non niſi melancholicorũ eſt. Hęſitantes aũt eiuſmodi Homines ꝓculdubio ſunt. Impetus nanq; dicendi præruit, antecedit q; facultatem eorũ, Vtpote cum Animus uiſa ſequatur. Balbis etiã idem accidit. Hos etenim omnes mẽbra uoci accõmodata tardiora habere, certum eſt. Indicium uero, quod tales Vinolenti reddunt, cum ſuas maxime imaginationes, et oblectantia, nõ rationem ſequant. Scribunt cęleſtiũ rerũ Periti, ex natura Martis, & Mercurii nõnunq; contingere, ut motus interior feſtinãtior, celerior q; ſit exteriore. Illa demũ fuerint Auctaria, Sermonẽ dici aut ἐνδιάθετον, Qui Animo ꝯcipitur. Aut Prophoricon, q ꝓferẽ iam, auditur q. Illud prius Acron dici quoq; Epos arbitratur. Ioannes Grãmaticus in Heſiodũ, Eſſe Mercuriũ arbitratur προφορικὸν λόγον, παρὰ τὸ ἑρμηνευτικὸς εἶναι. Dici quoq; Diactoron, quia explicat τὰ τῆς ψυχῆς, καὶ τὰ ἐνθυμήματα. Cęterũ illud grauius multo, Plinius Libro VII. Natura inquit, Hominẽ tantũ nudũ, & in nuda humo natali die abiicit, ad Vagitus ſtatim, & ploratũ. Priſcorũ mos fuit, ut editos Infantes terrã attingere iuberent, Opem q; deam inuocarẽt, ut naſcentibus opẽ ferret, ſinu eos excipiens. Nec uocẽ prius dari putabant, q̃ terram attigiſſent. Leuanã quinẽt Deam dicebant, quæ pueris pręeſſet de terra leuandis. Cuius Auctor doctrinæ eſt Auguſtinus, Ciuitatis diuinę Libro IIII. Item Macrobius Sympoſiacon primo, Vbi de Maia inſtruitur diſſertatio. Varro de Vita patrũ Libro ſecundo, Natus ſi erat uitalis, ac ſublatus ab Obſtetrice ſtatuebat in terra, ut auſpicaretur rectus eſſe. Philo item Sapientię VII, ipſum hoc ſignificaſſe uidetur, Et natus inquit, acce

pi communem aerem, Et ſimiliter decidi in terram factam. Et in Libro de moribus Seneca, Omnes infantes terra nudos excipit. Ex iis Papinio lux inferť plurima Syluarum primo in Stellæ Epithalamio, & Violantillæ, Tellure cadentem Excepi, ſouiq; ſinu. Sed & Libro quinto. Syluula poſtrema.

Tellure cadentem Aſpexi, atq; unctum genitali Carmine foui.

¶ Quæ ſit ratio Prouerbii, Mopſo certior. Mopſos fuiſſe tres. Ouidii locus explicatur ex Metamorphoſi. Item Senecę ex Medea. Nec non eiuſdē alter de Argo fatidica. Cap. XIIII.

m Opſo certior, dicitur de eo, Qui mentis acumine, ac rerū peritia præuidet qd futurum certiſſime, & prædicit. Quādo Latentia, & penè extra hominis captum, diuinandi præſtantia creditť Mopſus egregie peruidiſſe, ac enuntiaſſe. Quo argumento etiam uideť Calchanti fuiſſe mortis cauſa, Cū uaticinii eius claritatem mœrore confectus pati nequiſſet. Tradunt ſiquidem Calchantem hunc, augurē alioqui egregium, cum Amphilocho Amphiarai filio è troiano bello redeuntem terreſtri itinere ad Clarii Apollinis lucū peruenisſe, Qui eſt ante Colophonē Ciuitatē Ionicā, cumq; in Mopſum incidiſſet. Illi huiuſmodi qddā ꝓpoſuiſſe, Vti cecinit. Heſiodus.

Mirabor ſanè, poteris ſi dicere, ficus
Quot numero hęc Caprificus habet, perparua licet ſit.
Mille quidem decies modius menſura, Superq;
Vna fit, hanc nullo poteris comprehendere pacto.
Dixit, & inuentus numerus, menſuraq; certa eſt.
Continuo mortis Calchanti Somnus obortus.

Non tamen me fallit, Pherecydem ſubtexuiſſe alio modo hiſtoriam hāc. Scribit. n. prægnāti Sue oblata, Calchantem interrogaſſe, Quot geſtaret porculos, Hunc uero tres, reſpondiſſe, Atq; ex iis unam fœminam. Quem ubi uera locutum, patuit, Illum ægritudine mortuū. Sunt, qui dicant, Calchantem de Sue propoſuiſſe, Illum uero de Caprifico, ac Mopſum uera dixiſſe, Calchantem minime, & inde mœrore contabuiſſe. Quod prædictum, Sophocles ſcribit. Tunc inquit, Calchanti fato mortem ingruere decretoriā, Cum præſtantiorē Augurem offendiſſet. Cæterum hic Calchantis mortem in Ciliciam tranſfert. Fuit Mopſus alter Ampyci filius, Quod Ouidii Interpres ignorare ſe, fatetur ingenue. Libro XII.

Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura
Ampycidem Mopſum, Mopſo iaculante, biformis
Occubuit, fruſtraq; loqui temptauit Odites.

Scribunt Apollonii Interpretes argonauticon primo, Ampyci filiū fuiſſe Mopſum ex Chloride. Strabo Libro Coſmographiæ nono, Mopſos tres agnoſcit, ita. n. ſcribit, Campū autē pelaſgicum modo nuncupatū exiſtere in Lariſſa, & Gyrtone & Pheris. Ibiq; eē Mopſium, & Baben, & Oſſam. Vocatū autē Mopſium nō a filio Tireſię Mopſo Vate, Sed a Mopſo lapitha, Argonautarum nauigationis Comite. Alius item Mopſus fuit, a quo Atticam appellauere Mopſopiam, Mopſii Theſalicę Ciuitatis meminit item Stephanus. Qui ſcribit ēt in Cilicia eſſe ſuper Pyramo flumine μόψεσίαν. Vnde Mopſeates ſit gentile nomē. Sup Mopſi morte, Qui Ampycides diciť a Poetis, ita cecinit Apollonius Argonauticon q̄rto,

Ἔνθα καὶ ἀμπυκίδην αὐτῷ ἐνὶ ἤματι μόλον
Νηλεὴς ἔλε πότμος, ἀδευκέα δ' ἐφύγον αἶσαν
Μαντοσύναις, ἐπεὶ γὰρ τὶς ἀποφθίμην θανάτοιο.

Vbi & Ampycidem die illa Mopſum
Crudelis mors abſtulit. Amarulentum uero non uitauit fatum
Vaticiniis. Nec enim Mortis euaſio ulla.

Eiuſdem & Seneca mentionem faciens in Medea ita ſcribit.

Idmonem, quamuis bene fata noſcet,
Condidit Serpens libycis harenis.
Omnibus Verax, ſibi falſus uni,
Concidit Mopſus, caruitq; Thebis.

Sed quia in Senecā incidimus, operæpretiū eſt, intueri diligenter, q̄ inſcite illius Poetæ Interpretes eum locum enarrent, Scribunt, n. a Seneca græcā hiſtoriā Peruerti, Quoniā Serpentis morſu

pentis morſu non perierit Idmõ, Sed ab Apro ꝓcuſſus, ut ſcribit Apollonius, Nec præterea ꝓditũ in Libya, Sed in portu Bebrycis. Ego uero neutiq̃ hiſtorię fidẽ cõmutatã, inuerſam'q̃, ꝓtenderim, Sed Auctoris recõditum poti⁹ Sẽſum minus ab Incurioſis recte percipi. Ita.n. arbitror diſtinguẽdum. Idmonẽ, q̃uis bene fata noſſet, Cõdidit. Vt a' Sẽtentia pendeat prẽce denti. Ite nũc fortes ꝓparate pontũ, Sorte timenda, Hoc.n. dicit, Sors iſta nauigãdi formido loſa ꝓdidit Idmona. i. cauſa fuit, ut periret Idmõ. Poſtea inferẽ, Serpẽs libycis harenis, Q d' plane' ad Mopſum referẽ, ita ut Serpens ibi participiũ ſit, nõ nomẽ, Eſt enĩ uerborũ ſtructura, Mopſus Serpẽs. i. oberrãs, & uagabundus. Quod aũt de Idmone dicit, Quãuis bene fata noſſet, Confirmantur Apollonii auctoritate argonauticon primo. Vbi loquẽte Idmone, hi ſubiiciuntur Verſus.

Ἀ'υπτὸρ ἐμοὶ θανέειν στυγερῇ ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ.
Τηλόθι πάντων πέπρωται ἐν' ἀσίδος ἠπείροιο.

At mihi emori odioſi Dæmonis fato
Procul ſancitum eſt in Aſidis continente. Quid ſi de Mopſo totum id dici opinemur? Etenĩ uideri poteſt Seneca Mopſum appellaſſe Idmona ob multã reꝛ, & Vaticinii peritiã. Nã & qui ꝓprio noĩe Theſtor dicebat', antiqtus Idmona nũcupatũ, teſtis eſt Apollonii Interpres ob inſignẽ experientiã. Q d' Chamęleontis cõprobat auctoritate. Cæteꝛ prior enarratio luculẽtior. Sudas tñ Idmona ꝓ perito accipit. Vñ dixerunt Veteres Canem ἐπὶ θήρας hoc eſt uenatiõis peritũ. Extat & carmẽ Auſonii de Idmone uate.

Idmona quod Vatem, Medicum quod Iapyga dicunt,
Diſcendas artes nomina præueniunt. Quoniam uero parte hac Senecæ opem tulimus. Succurrit & locus alius Tragœdię eiuſdẽ, ubi execratur Chorus primum Nauigatiõis Auctorẽ. Recẽſet'q̃ diſcrimina, quæ Argonautę adierũt, Demũ inqt, Orphe⁹ tacuit torpẽte lyra, Ipſa'q̃ Vocẽ ꝓdidit Argo. Incidi in Cuiuſdã Schedicũ, ita exponẽtis, Vocẽ cantũ Orphei, Quia ꝓpter timorẽ, & ipſe tacuit. Cũ ad id Poeta doctiſſimus reſpexerit, Quod Argonauticon q̃rto Apolloni⁹ ſcribit, In Carina nauis Argus a' Pallade lignũ fuiſſe ĩmpactũ ex Dodonide Phago, q d' humana Voce fungeret' qñq̃. Sic.n. ait. αὐτίκα δ' ἄφνω
Ἴαχεν αὐδρομέη ἐνοσῇ μεσηγὺ θεόντων
Ἀυδῇ ὑγλαφυρῇ νηὸς δόρυ.

Extat & Antipatri epigramma de Nauta quodã fulmine icto, Cuius Nauis ꝓ ſe, moderante nullo, ad Litus delata rem geſtã ſignificauit, Nec Argoam inqt, expetiuit carinam.

Ἀπελίην θείω, κοὐλιγυΐ μινύουσα.
Καὶ φράσεν, ἀρτῶν δ' ἐκ πόθεν ἔσσυτο δόσιν. Reperias & alibi eius rei mẽtionẽ. Nobis ſatis, ſuperq̃ fuit. Locum monſtraſſe. Ne fiducia Interpretum Studioſi Iuuenes in aurẽ utranq̃, ut ſæpe, dormirent. Mopſi deniq̃ hiſtoriã alicubi recenſet Plut. meminit eiuſdem Apuleius quoq̃. Sed et Lactãtius Grãmaticus, Eatenus fuiſſe augurio nobilẽ Mopſum ſcribit, Vt poſt mortẽ Templa quoq̃ ei credant' dicata, Quę Oraculi gratia ſępe adirent Homines.

¶ Cur Prouerbio uſurpemus, Amantiũ marſupia Porri ſolio uinciri. Amoris potentia, & Laus. Caput. XV.

a Moris excellentiã alibi copioſe, ut uires noſtræ tulerũt, expoſuimus. Nũc Adagiũ occurrit peruetus. Quo affectiõis huius inenarrabilis exprimit' uis, Id eſt huiuſmodi, πρόσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώντων δέδεται βαλανίον. Porri ſolio Amãtiũ uincitur funda. Eo ſignificat', Irretitos amoris laqueis nõ fere' tẽperare ſibi, Sed quicq̃d habẽt, paſſim profundere, nihil omnino habẽtes penſi. Hęc.n. eſſe illius potentia tradit', Quin percipit' experimẽtis quoq̃, Vt nouã naturę faciẽ, Mores prioribus ex toto diuerſos inducere ualeat. Quamobrem & Plato αὐτὸν παντὸς ἐπιχειρήτην nuncupauit, quod nihil nõ experiat', Vt q affectet omnia, & audeat. Nã qui Silentio prius ad reprehenſionẽ uſq̃ ſtudebat, iam efficit' Garrulus. Socordẽ, nimis'q̃ deſidioſum uideas ſatagere, ac ſtudioſius labori ſe ſubiicere, Et quod miremur ſine fine. Præparcũ quoq̃, & μικρόλογον, hoc eſt, q minima quęq̃ plurimi facit, uideas, Si in amorẽ inciderit, perinde ac igni ferrum, molliri, ac remitti, ut tractabilior fiat, & iucundior. Sed qd mirũ? Inſpicienti altius paulo, & in intima naturę ſe inſinuanti innoteſcit aptiſſime, Sicuti ex Platone ſuo nobilis colligit Platonicus, Quicq̃d diſcimus, Quicq̃d excogitamus, Quicquid oĩno pertractamus in Vita, ex

Amotis fontibus profluere. Quibus latius manãtibus ubertim rigati Artes ꝓcipimus, aut inuenimus. Quod niſi inueſtigationis oblectamentũ inhæreret affixũ, fieri nunq̃ poſſet. Inueniẽdi qppe deſyderiũ fomes eſt, ac incitabulũ Ingenioꝝ. Immo uero diſciplinæ ꝑcepta traditurus, niſi amet, munus ſuũ nõ uidet ípleturus. Proinde Qui Artiũ Magiſtrũ dixere Amorem, Nihil oíno a' Veritatis rõne uidentur aberraſſe. Quin idẽ Artis opera exeq accuratiſſime deprehendit, & exactiſſime ꝓſumare. Quid, qđ in Artibus ſingulis Artifices ipſi inquirunt nil aliud, q̃ Amorẽ, nec curant? Quid. n. inqt apud Platonẽ Eriſimachus, aliud Medicina ꝓſyderat, q̃ quo modo humores quatuor Corporis amici inuicẽ fiant, atq; permaneant? Quos Cibos, ac potus, cæteros'q; uiuendi, aut medẽdi uſus amet Natura, atq; reqrat? In gymnaſtica ẽt exercitatione inueſtigãdũ, Qui Corpis habitus, quos exercẽdi modos, quos geſtus amet, & poſtulet. In agricultura, Q đ Solũ quę Semina, qualẽue cultũ exigat. Quis'ue colẽdi modus a' ſingulis expetat Arboribus. Idẽ obſeruatur in Muſica. Cuius genera duo tradũt; Eſt. n. graue quoddã, & ꝓſtãs. Eſt & aliud molle, atq; laſciuũ. Illđ utẽtib⁹ utile, Hoc noxiũ in Libris de Rep. & legibus Plato iudicat. Illi in Cõuiuio Vraniã muſam. Huic Polyhymniam præfecit. Alii prius illud genus, Alii ſecundum amãt. Illoꝝ amori obtẽperandũ, adhibẽdi'q; ſoni ſunt, quos expetũt. Iſtoꝝ appetitui obſiſtendũ. Illoꝝ nãq; amor cæleſtis ẽ. Iſtoꝝ uero uulgaris. Ineſt Syderib⁹, & Elemẽtis quatuor amicitia quædã, quã Aſtronomia ꝓſyderat. Vatũ poſtremo, Sacerdotũ'q; facultas in hoc potiſſimũ uerſari uidet, Vt quæ hominũ officia Deo ſint amica, qua rõne Deo hoſes amici fiant, nos doceãt. Proinde concludere ita ferme' licet. Amorẽ in oíbus ad omnia eẽ oíum Auctorẽ. Seruatorem'q; exiſtere. Artium quoq; uniuerſarum Dominũ, atq; Magiſtrum. Ex quo ut Solertẽ, oíum'q; habentẽ claues eundem collaudauit Orpheus. Nos uero illũ ẽt Nodũ dicamus ꝑpetuũ, Mundi copulã. Partium'q; eius immobile ſuſtẽtaculũ, ac firmum totius machinę fundamentum.

¶ De Mithridatis Polyphagia, & polypoſia. Itẽ de Heraclide pycta, & Druſi Tiberii Medico. De Mithridatis potẽtia, ac de Alexãdri poculo, & odore Corpi eiuſdẽ inſito. Ca. XVI

m Ithridatem Ponti Regẽ, cũ quo annos duos et XL. a' Romanis depugnatũ, prodit, legimus cũ cęteris Ducibus temulentũ qñq;, ac uino madẽtem aut delectus habuiſſe, aut arma pertractaſſe, & cũ Stratonicia oblectatũ muliere. Id ſane' initio parum ꝓſtanter, ac fide parũ integra traditũ ab Auctoribus, arbitratí ſumus. Sed mox dũ gręca, q mos noſter eſt, uerſaremus, cõpertius id, exploratius'q; eſſe cœpit, In quo nobiliſſima monumẽta inſimulabamus mẽdacii. Scribunt qppe Adiuratiſſimi ex Gręcis, Mithridatẽ hũc inter alia, quę edebat Spectacula, ẽt illis certa ꝓſtituiſſe præmia, Qui Ciboꝝ ampli⁹ in Vẽtris Barathꝝ ꝓſtipaſſent, Aut Meri plus ingurgitaſſent. πολυφάγιαν uocãt Gręci, ac πολυπόσιαν. In utriſq; uero ipſum rettuliſſe uictoriã. Immo uero oíum ſui tẽporis hoíum in bibẽdo modũ exceſſiſſe. Quo argumẽto putãt nõnulli eſſe cognominatũ Dionyſiũ. Quanq̃ qđ ad hoc attinet, Sũt, q ita crẽdãt, Infantis Mithridatis Cunas de Cælo tactas, exuſtas'q; igne cæleſti faſcias citra ullũ oíno illi⁹ nocumẽtũ. Veſtigiũ mõ fulminis uiſum in fronte. Rurſum cũ iam Virilitatẽ attigiſſet, Domũ, in qua dormiret, Fulmine itidẽ ictã, ac Pharetrę ꝑpendẽtis Spicula delicuiſſe ignita. Vñ ꝓiectatũ Vatib⁹ eſt. Sagittãdi arte illũ fore prępotẽtẽ, & armatura leui. Ab huiuſmodi uero ictib⁹, ſimilitudine quadã affectionis, cognominatũ Dionyſiũ. Hęc uero curioſi⁹ inqſiſſe, nõ fuit uacãtis opere, Nã iis plurimũ inſert lucis Ciceroni ꝑ Flacco. Cęteꝝ qa in Tanti Regis Voracitatẽ incidimus uolẽtes, miꝝ eſt, qđ de Plerisq; ꝑdit literis. Fuit Heraclides qdam pyctes nõ multi, qđ ferẽdũ ſoret, Sed ſiniti ꝑpe' cibi, potus'q; capax. Nõ reperiebat illi cõparin potãdo. Verũ ut ſunt humana ingenia in peius ſemp ſolertia. Alios ἐπὶ πρόσμα hoc eſt ad Ientaculũ inuitabat. Alios ad prandiũ. Ad Cœnã alios. Poſtremos ἐπὶ κῶμον. i. ad Comeſſationẽ. Recedẽtibus uero primis ꝑtinus iungebant Secũdi, & deinceps. At is, interſtitio nullo interiecto, Omnibus ſufficiebat ſolus. Memorabile eſt, qđ alibi attigiſſe me cõmemini, Druſi Tiberii Cęſaris filii Medicũ ſuperaſſe in potãdo, oẽs. Id quo facili⁹ poſſet præſtare, ingenio utebatur. Siqdẽ qnq;, aut ſummũ ſex amygdalas præguſtabat amaras, ne ebrius effici ullaten⁹ poſſet, qđ ubi facere eſt deprehẽſus, ac uetitus, mox ne minimo qdẽ potui ſufficiebat. Illud uero, ut unde in hæc diuertimus, eodẽ redeat oratio, in Mithridate maxime miꝝ, Vinolẽtum hoíem tanta fortitudine, tanta'q; ui in tot annos bellũ cũ principe reꝝ Populo ꝑduxiſſe. Sed

aderat illi,

aderat illi, ut grauiſſimis ꝑditũ Hiſtoricis eſt, audacia ꝓſignis, ac tolerantia memoranda. Aderãt & naues q̃dringẽtæ. Ex q̃bus Cataphrattæ cẽtũ fuere. Dicrotæ centũ. Sic. n. Naues dicũt, quę duob⁹ gubernaculis pariter a` prora regunt, & puppi. Meminit in Epiſtolis ad Atticũ Cicero, Aphracta inqt, Rhodioꝝ, & Dicrotũ Mityleneoꝝ habebã. Et Libro XVI. Nã & ipſe Domitius bona plane habebat Dicrota. Habuit porro Mithridates idẽ Eqtum qnquaginta, Peditũ ducẽta, & qnquagĩta millia. Machinaꝝ uero, ac oĩs bellici inſtrumẽti, par potentiæ eius ſumma. Depugnabãt cum eo Reges, Dynaſtæ q̃ Armenię, ac Scythaꝝ, Qui circa pontũ incolunt, Supra q̃ Męotidẽ paludẽ. Et cum Celtis fœdus, amicitiã q̃ inierat. Tãta fuit Animi magnitudine, ut tot filiis, ac pręſidiis, & uniuerſo tandẽ principatu deſtitutus, Cũ nec amplius ad pugnãdũ, cũ Romanis par eſſet, nihil tñ miſeꝝ, nec abiectũ ꝓcepit Aĩo, Sed ad Celtas ꝓficiſci, unaq̃ cũ illis Italiã irrũpere ſtatuit, Sperãs multas Italiæ partes Romanis aduerſas eſſe. Certior quoq̃ factus, Annibalẽ id ipſum in Hiberia bellãtẽ eſſe ciſſe, & ob hoc Romanis formidabiliorẽ extitiſſe. Veꝝ tam illuſtre facinus a` Rege meditatũ Exercitus ſeq recuſauit. Sanguinolẽtus, ac crudelis in oẽs fuit. Nã matrẽ, fratrẽ, ac filios tres impuberes, totidẽ q̃ filiãs interfecit. Quo fit, ut minus miremur, Satrapis, Vrbium q̃ primoribus illũ ſecreto ꝓſcripſiſſe, Vt trigeſimã diẽ obſeruãtes, oẽs pariter Romanos, Qui ap⁹ eos eſſent. Et Italos, eorũ q̃ mulieres cũ pueris, & liberis, Qui Romani ſanguinis eſſent, interficerent, Abiicerent q̃ inſepultos, Bona cũ Rege diuiderẽt, Supplicio ꝓpoſito iis, Qui uel ſe peliſſent, uel aliter occuluiſſent. At cũ deſtinata cædi aduenit Dies, ꝑ uniuerſam Aſiam calamitatũ multiformes uiſebant aſpect⁹. Epheſii eos, Qui in Arthemiſiũ ꝓfugerãt, ſtatuas cõplexos ꝑ uim detrahẽtes crudeliter interfecerũt. Pergameni ſagittis ꝓfixerunt, Qui in Æſculapii tẽplũ ſe ꝓtulerant. Adramitani adultos, impuberes q̃ in mare pręcipitarũt. Caunii Infantes añ Parentũ oculos ꝓtrucidãtes, mox ĩmolabãt Matres, & demũ Viros. Statura ingẽti fuiſſe tradit, ſicuti ex armoꝝ forma, quę delata Delphos ſunt, ꝓiectatũ eſt. Valetudine ꝑſpera uſus, ad ultimũ Vitę tẽpus eqtabat, iaculabat q̃. Et per mille ſtadia, diſpoſitis ꝑ interualla eqs, una die diſcurrebat. Currus ſex, & decẽ eqs agitauit, Greĉis imbut⁹ diſciplinis, Et ob id ſacris Græcoꝝ opatus. Muſicæ ꝑterea dedit⁹. Vox ei⁹ circũſert memorabilis, & magnitudine Animi ei⁹ ꝓdigna. Cũ. n. Pomponiũ Luculli Magiſtrũ Eqtũ ad ſe ſauciũ ꝑductũ interrogaſſet, An grãm ſibi, ſi ſaluus eſſet, uellet reddere, Siqdẽ inqt, Lucullo amicus fueris, Perdignã, Si hoſtis, nullã. In hunc modũ cũ is reſpõdiſſet, Regi ſuadebant Barbari, illũ interficeret. At is nõ æquũ eſt inqt, Virtutẽ a` felicitate deſtitutã deſpicere. Cæteꝝ de Mithridate ſatis. Illud addimus, Alteꝝ quoq̃ Regẽ, & qdẽ celeberrimũ utriuſq̃ linguæ monumentis, Vi nolentiæ ſuccubuiſſe adeo, ut inde Alexãdri poculũ uiſendę capacitatis, ẽt ꝓuerbio uſurpet. Ex quo et Cuiuſdã apophthegma nobile celebrat, Cui cũ id porrigeret, ἀπώσαιο, φήσας, ὃκ ἐθέλῃ ἀλεξάνδρου πῶν ἀσκληπιὸς δεῖσθαι. Reppulit inqens, nolle ſe, Alexãdri calice exiccato, ad Aeſculapiũ cogi. Sunt tamẽ, q ꝓdant, ex Corpore illius ſpiraſſe odorẽ præſtantiſſimum, adeo ut aromatica quadã ſuauitate Veſtes ſubinde opplerent, Quod ĩſito calori aſcribẽdũ, Eruditiores arbitrant. Nã & terraꝝ aridiſſima, calidiſſima q̃ Caſiã ꝓmere, & Thus πίπτει γοῦν τινὶ τῶν ὑγρῶν ὁ θεόφραστος φησὶν ἐπιγίνεσθαι τῷ θυωδίαν. ὅταν ἐξαιρεθῇ τὸ βλαβερόν. Quadã nanq̃ humidi decoctione, Theophraſtus inqt, odorem ingenerari bonũ, Vbi quod noxium eſt, fuerit exemptum.

¶ Aphrodiſium iuſiurãdũ, Aphrodite cur. De Venere plura. Libitina Quid, Libitinarii. Epitymbia. Venus dicta Morpho. Platonis placita de re uenerea. Caput XVII.

a Phrodiſiũ iuſiurãdũ pro uano, & momẽti nullius ex Adagio uſurpat, qm̃ eiuſmodi ſit Amãtiũ adiuratio, qbus peierare, frequẽtiſſimi moris eſt. Dicit Aphrodiſiũ ueluti Veneriũ, Nã Venerẽ dici Aphroditẽ, norũt oẽs, Q d ex maris ſpuma ſit enata, ut Mythici credũt. Ariſtoteles uero, q d Spmatis natura ſit ἀφρώδης. i. ſpumoſa. Quę itẽ rõ efficit, ut albũ ſit, Spuma. n. alba eſt. Hinc Aphrodiſia legũt operа pro laſciuis, amatoriis q̃. Quanq̃ eſt Aphrodiſiũ ẽt Veneris templũ. Heſiodus Aphrogeniam uocauit Deã hanc, Sicut dicit Philomedea hoc eſt φιλομήδεα, q d ex Cæli pudẽdis apparuerit, quæ uocãt μήδεα. Didymus putauit Aphroditẽ nũcupari παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς δια τῆς; a` uitæ mollicie, β enim cognata uidet Literæ φ. Nã Philippũ aliq̃ βίλιππον appellant. Sicut Phrygas Brygas. Inueni in Græcoꝝ monumẽtis, Veneris ſtatuã effingi ſolitã cũ

pectine, rõne eiuſmodi. Quod Romanis qñq; mulieribus peſtilẽs obrepſerit pruritus, quẽ uocant κνήφιν. Quo excidentib⁹ pilis omnib⁹, nullus amplius fuerit uſus pectinũ, ea re tam inuenuſta, tanq; prorſum odioſa, cũ Molliculę alias plurimũ angerent, ubi mox Veneri Vota nũcupaſſent, rurſus ſuccreuiſſe pilos ferũt, Quo noíe Simulacrũ illi cũ pectine ſtatuere, ad iecto etiãnũ barbitio, qñ maſcula, fœminina q; habeat inſtrumẽta, Vt præſidẽ nanq; generationis oís Deam uenerabant, Ideo q; Superiora corpis cingulo tenus Maris pręferebãt effigiem, Fœminę uero inferiora. Legimus & ἐφιππον Venerẽ. i. equeſtrẽ. Quę appellatio ab Aenea filio prepſiſſe uidet, Qui diuturna feſſus nauigatiõe demũ inſcẽderit equũ. Atq; ea effigie coli Matrẽ inſtituerit. Celebrat in Attica Cæleſtis Veneris templũ Pauſanias. Addit quoq; Aſſyrios primũ eius Deę cultũ induxiſſe. Quos in Cypro Paphii ſint imitati, ac Phœnices, q Aſcalonẽ in paleſtina tenẽt. A' Phœnicib⁹ uero Cytherios edoctos ſacra ſuſcepiſſe. Quæ Ageus Athenienſib⁹ tradiderit. Scribit idẽ, ſe de loco, quẽ Hortos appellãt ſeu κήπους, & Veneris tẽplo nullã ex antiquitate cauſam edidiciſſe, ac ne de Venere qdẽ. Quæ iuxta tẽplũ poſita eſt, quadrangulari figura, cuiuſmodi ſunt Hermæ. Epigrãma tñ inqt, teſtimoniũ facit, Venerẽ celeſtẽ, maximã eſſe Parcarũ natu. Hęc eſt celebrata Auctoribus Venus, Quę dicit' ἐν κήποις ἀφροδίτη. Hoc ẽ in Cepis Aphrodite. Cuius et Lucian⁹ in Iconib⁹ meminit. Et Plini⁹ xxxvi. Erat & poſt Bacchi tẽplũ Veneris ędes. Simulacro ex ebore Veneri dicato, quod Praxis cognominabat'. Sicut alibi Veneris Melęnidis tẽplũ. Legimus itẽ prope' Acrocorinthum fuiſſe tẽplũ Veneri dicatũ, In quo eſſent Simulacra ipſa armata, et Sol, & Amor cum arcu. Armatã Venerẽ a' Prioribus cultã, nõ ignorauit Fabius, Cũ ſolitos fuiſſe ſcribat, Præceptores nõ inutili, nec iniucundo genere exercitationis præparare Diſcipulos Cõiectu ralibus cauſis, cum quęrere, atq; exequi iuberent. Cur armata apud lacedęmonios Venus. Eius uero hiſtoria a' Lactantio memorat' Libro primo. Et meminit Pauſanias. Extat ſup ea re ſcitum Leonidę Epigramma, quod & appoſui.

Ε"ιπε ποτ' ἀνρώτας ϖ̃ὶ τὰν κύπριν, ἢ λάβε τύχα,
Η"ξιθι τὰς ϖ̃άρτας· ἀπόλις ὁ ϖ̃τολομανεῖ.
Α"λ' ἀπαλὸν γελάσασα, καὶ ἐσορῶσα αἰὲν ἀτυχὴς
Ε"ιπε, καὶ οἰκήσω τὰν λακεδαιμονίαν.
Χ'αμὲν κύπρις, ἀϖ̃τολος· αἰκεδέες οἱ δὲ λέγουσιν
Ἴσορες, ὡς ἀμῖν χάνδιὸς ὁ ϖ̃τολοφορεῖ.

Illud uero ad inſtituta Vitę ẽt pertinet, nõ ad hiſtoriã modo, & doctrinã. Vetęx exqſitiſſima ingenia Venerẽ nõ ſolum pręſidẽ nataliũ coluiſſe, Vęx ẽt mortis, Siqdem in ęde Libitinę, quæ ad ſepulturã ptinẽt, uendere ꝓſueuerãt. Libitinã nõ aliud, q̃ Venerẽ, eſſe exiſtimantes. Hoc aũt argumẽto humanæ fragilitatis unũquẽq; admonebant. Quod una eadẽq; Dea principiũ, ac finem uitæ in poteſtate habeat, Vt quæ ingrediẽtibus uitã, uel decentibus præſideat. Porro' ẽt Delphis Epitymbię Veneris exigua ſane' ſtatua oſtẽdebat' poſita, Ad quã Manes in parentationib⁹, & Libationibus, elicere, atq; euocare cõſueuerãt. Libitinam a' libendo dici M. Varro interpretat'. Eam q; nõ eſſe aliam, q̃ Venerẽ ſignificat. Hinc Libitinarios dictos ſcimus, Qui Libitinæ præeſſent. Quos Inſtitoęx loco Vlpianus eſſe ſcribit, titulo de Inſtitoria actiõe. Vota Libitinarioęx legimus apud Senecã Libro de beneficiis ſexto. Ea uero ſunt, ut cõplures moriant'. Cuiuſmodi ſunt & eoęx, q captandoęx teſtamẽtorum artem ꝓfeſſi ſunt. Hinc elegãter apud Oratiũ Libitinã uitare dicunt', Qui ſe ímortalitati uẽdicãt. Non omnis inquit, moriar, magna q; pars mei uitabit Libitinam.

Apud Liuium notauimus, Nõ ſufficere Libitinã, dici, cum moriẽtiũ uis magna eſt. Fuit Romæ Libitinenſis porta, qua efferebant' Cadauera, qñ lege cautũ foret, neq; in Vrbe, ſepeliret'. Libitinẽſis portę meminit in Cõmodo Lampridius. Colebat' & apud Lacedæmonios Venus dicta μορφώ, Quę ſedens Calyptrã haberet, ac Pedicas. Addidiſſe Tyndarum eas, ꝓditur, ſymbolice ut ſignificaret, Mulierum conſtantiam aduerſus inſimul habitantes. Cętera rum ſcire oportet, Numina apud priores Variis de cauſis cognomina ducere cõſueuiſſe. Sicuti a' Locis, Nam Venerẽ fuiſſe Coliada nũcupatã a' promontorio Coliade, Sthephanus auctor eſt. Qui ẽt ſcribit, Colios dici Sunios. Meminit Strabo Coſmographię nono, addẽs, ad eũ locũ naufraga enataſſe ſpolia e' claſſe ultima Perſarum. Qua de re Apollinis extabat oraculum, Coliades mulieres remigiis horrebunt. Interdum & ab Hominibus, & euẽtu ali

quo. Nam

quo. Nã in Samo Venus nũcupabat Dexicreontis, Quoniã Samias mulieres ὑπὸ τρυφῆς καὶ ὑβρεως ἀκόλαστα ποιοῦσας, Luxu, ac petulãtia ꝓditas Dexicreon qdã ἀγύρτης. i. Circulator, & mẽdicus ſacris piaculariꝫ qbuſdã expiarit. Vel qa Nauclerus cũ eſſet Dexicreon, negotiandi cauſa enauigarat in Cyprũ, Ei uero iãiam onus in naues impoſituro Venerẽ iuſſiſſe ferunt, Aquã tãtum in nauim ĩponeret, ſtatim'q; ſolueret. Illũ uero dicto audiẽtẽ fuiſſe, & cõportata in nauim aqua, profectũ ſumma trãqllitate, & malacia deprehẽſum, ſitiẽtibꝫ reliqs & Mercatoribꝫ, et Nautis, aqua ſingulis uenũdata, multũ inde argẽti collegiſſe, ex'q; eo, ſtatua Deę poſita, illã a' ſuo noĩe appellaſſe. Quod ſi uerꝫ eſt, Nõ unũ ditaſſe, Sed per unũ multos ſeruaſſe, Venꝫ exiſtimãda eſt. At hęc forte fuerint opæ leuioris. Illud utiq; ex Ariſtotele Politicoꝝ II. Nõ prętereũdũ, Videri Mythologos antiquos ideo finxiſſe, Venerẽ Marti per adulteriũ fuiſſe copulatã, qd bellicoſiſſima quęq; Gẽs in maſculã, uel fœmininã Venerẽ prępipue ſit procliuis. Sic. n. ꝓfecto ſcribit. ἔοικε γὰρ ὁ μυθολογήσας πρῶτος ἐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν ἄρη πρὸς τὴν ἀφροδίτην, ἢ γὰρ πρὸς τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν φαίνονται ναταικώχμοι οἱ τοιοῦτοι. Videt inqt, nõ abſurde, Qui primũ fabulã effinxit, Coniunxiſſe Venerẽ Marti. Siqdẽ uel maſculũ, uel fœmininũ affectant ꝓgreſſum, Qui bellaces ſunt. Addũt Platonici hoc ẽt, Cõcupiſcẽdi, & Iraſcẽdi Vires eſſe quaſi germanas. Nã ꝓcliues ad Libidinẽ, Sunt ẽt ad Irã ꝓpenſiores. Atq; uiciſſim ad Libidinẽ Iracũdi. Hoc uero ex Plotini uerbis ꝓfluxiſſe uidet, Qui Libro ſecũdo de dubiis Animæ ita ferme ſcribit, Eſſe uero hoc Animę ueſtigiũ alteriꝫ ueſtigii cognatũ eſſentia, Id nobis argumẽto eſſe põt, Quod qui oblectamẽta Corporea minus appetunt, corpuſq; negligunt, minus ad iracũdiam ꝓuocant, Minusq; irrationali ferunt pturbatione. Addamus & aliqd, qd ad rectã Vitæ inſtitutionẽ ꝓtineat ex diuino Platonis eiuſdẽ ingenio, Qui Libro de Legibus VI. Voluptatẽ uenereã incẽſam dicit. Quo uerbo acumẽ uitii, & temeritatẽ, & furorẽ ſignificat. Quẽ impetũ incẽſum modo rationẽ moderandũ, modo metu legũ cohibendũ, præcipit. In nono uero Libro nõ mõ eũ, q cũ Puero, Sed ẽt, q cũ Muliere innupta ſe miſcuerit, mortis ſupplicio cõdẽnat. Adulterum ẽt lege ſanxit, impune occidi a' Viro poſſe. At in Theeteto, Coitum illicitũ iniuriã uocat, & inertem cõiunctionẽ. In Phędro hominẽ Luxurię deditũ pecudi ſimilẽ dicit, et flagitioſum, impudẽtẽ, Voluptatis nõ naturalis auidũ uocat. In Gorgia Doliũ eſſe Danaidũ, facete Socrates inqt, inexplebilẽ uoluptatũ ſacietatẽ, & Animi luxuriã, atq; effrenatam libidinẽ, monetq; ut pro uita laſciua, & libidinoſa modeſtiã deligamus, & paucis cõtenti ſobrie, atq; honeſte uiuamus. Et mox poſtremũ hoc addit, Hominẽ tẽperantẽ, iuſtũ, & reliqs uirtutibꝫ prędituũ ꝓfecte, abſolute'q; felicẽ eſſe, ac bene, beate'q; uiuẽdi compotẽ. Luxurioſum aũt iniuſtũ, improbũ, miſerꝫ eſſe, atq; infelicẽ. Itaq; eum, q felicitatẽ optat, tẽperãtiã, expetere oportere. Luxuriã uero deuitare, & quãto uelociore, ac præcipiti magis curſu poteſt, Aufugere. Sed nos, ut qui diu iam euagemur, tandem ad alia gradum faciamus.

¶ Iracundia Ieiuna ex Adagio Quæ ſit, Iræ primordia unde ſint, ex Plotino. Cap. XVIII

i Racũdiam ieiunã uſurpari poſſe, animaduertimus pro ea, quę propẽſa admodũ ſit, & procliuis, nimioq; plus ad oẽm excãdeſcẽtiam parata. Vt. n. ægritudine preſſi in irã prolabunt facilius, Ita & Ieiuni iracũdiores ſunt, q̃ ſaturi. Cuiuſmodi uero ſit hoc, Et quam habeat rõnem, hinc coniectari poteſt. Conſtat nimirum, nos iraſci ſolere nõ pro his tantũ, quæ Corpus patit, Sed pro his ẽt, quæ cari nobis hoĩes patiunt. Quapropter in ipſa Iracũdia opus eſſe Sẽſu, et Intelligẽtia quadã uidet. Itaq; ad hæc aſpiciẽs aliqs nõ ex ipſo uegetali, Sed ex alio quopiã Iracũdiam ducere originem arbitrabit. At qñ affectiones quaſdã Corporũ procliuitas ad Iracũdiam ſeqtur. Et qñ Sãguine, Bileq; feruentes ſunt ad iram proniores. Cõtra uero tardiores, Qui bilẽ, ſanguinẽ ue habent frigidiorẽ. Itẽ Bruta ultra Corpoꝝ cõpoſitiones, ex eo dũtaxat, quod aliqs læſus appareat, in iram prorumpũt, Rurſus per hęc aliqs impetũ Iracũdię ad Corporeã prępue qualitatẽ, Idq; quod cõſtitutionẽ continet Animalis, facile referet. Et qñ iidẽ hoĩes, ut diximus, cũ ægrotant, Ad iram propenſiores ſunt, q̃ cũ bene ualent, Similiter quãdo Ieiuni Iracũdiores ſunt, q̃ ſaturi, Patet ad Corpus certo modo affectũ Iram, uel Irę Principiũ pertinere. Atq; Bilẽ, uel Sanguinẽ, quaſi animatũ, Hos impetus excitare, Itaq; tali hoc corpore patiẽte, repẽte moueri ſanguinẽ, aut bilem. Senſuq; excitato, imaginationẽ ẽt excitari. Quę quidem experrecta prouocet Animam cũ tali Corpore cõmunicantem, ad eum ipſum in-

uadendum, q̄ moleſtiam intulit. Cõſtat quin etiam Animã deſuper rõne utentem, tũc mo/ ueri, cum illata uideatur iniuria, Quaſi hæc animoſitas naturaliter inſtituta ſit, ad declara/ tum hoſtem protinus inuadendũ. Eſt igitur in nobis, quod abſq; rõne, puocari ſolet, Prouo catum'q; deinde per imaginationem cõuocare ad idem ẽt rõnem. Eſt ẽt quod exordiẽ a' tõ ne, deſiniẽ'q; in illud, quod naturaliter excandeſcit. Proinde ab ipſa uegetali, genitali'q; na/ tura tam Iraſcẽdi, q̄ cõcupiſcẽdi fomes pullulare uideẽ. Quippe Vegetalis, Genitalis'q; na/ tura Animæ in Cõplexione humoꝝ imprimit quoddã uitale ueſtigiũ, Ex quo Corpus uita/ liter euadit affectũ. In quo qdẽ ſic affecto ſunt ꝑturbationes Animalis Corporeæ, perturba/ tionum'q; principia. In toto quidem uoluptas corporalis, & dolor. In Iecore potiſſimũ con cupiſcendi principiũ. In præcordiis maxime Iraſcendi exordia. Ibi enĩ nutritio uiget, ac ge/ neratio, hic aũt Vigor igneus. Motus aũt Iracundię aut quaſi extrinſecus exordiunt, Aut in trinſecus. Extrinſecus ira eſt, q̄ illata foris Corpori paſſiõe, ut ſic dicam ad primum ſenſus motum feruet uigor igneus, imaginationẽ'q; mouet. Et per hanc prouocat rõnem. Intrinſe cus autem q̄ rõ, uel imaginatio iniuriã cogitãs humorẽ feruentẽ incitat. Arbores uero Ira/ cundiã nõ habere, q̄uis naturã habeant uegetalẽ, miꝝ uideri nõ debet, Q̄ neq; ſanguinẽ, neq; bilem habẽt. Vbi.n. hæc inſunt abſq; ſenſu, Æſtus tantũ ſuboriẽ, ac uelut offenſio quę/ dam. Senſu uero aduenięte, impetus iam inſurgit ad id, quod offenderit, expugnandum.

¶ Quę ſit Prouerbii origo, Lycia Coma. De Cõdalo, & Mauſolo. Lycioꝝ mores.

Caput XIX.

1 Yciam Comam eleganter, docte'q; ꝑ Adagium uſurpari poſſe, animaduerto ꝑ ea, quæ promiſſior ſit, ac cõptior. Legimus in Ariſtotelis monumentis, Lycios Capillitium ſtudioſius fouere, Et qdem, ut mulctã ſubire maluerint, q̄ pręcide re Comã. Id quoniã obſcurius eſt, nec a' multis, quod ſciam, traditum, exeque mur paulo latius. Erat apud Mauſolũ Cariæ Regẽ Cõdalus, Cuius poſt Regem, facile erat primus Dignitatis gradus, Hyparchum Græci uocãt, Atq; is, ut uideẽ, Lyciæ pręerat. Cum operæpretiũ arbitraretur, q̄plurimum poſſet pecuniarũ ad Regẽ mittere, aut ẽt ſibi cõgere/ re, lepido Commẽto Lycios circũſcripſit, Siqdem intuitus illos ἀγαπῶντας τὸ τείχωμα φέ/ ρειν, hoc eſt, Comam grate, impendio'q; enutrire, finxit ſibi a' Mauſolo allatas eſſe Literas, Quibus iniungereẽ, Vt Capillos mitteret εἰς προσκόμμα. i. Ad Proſcomia, Ea uidetur fuiſſe Celebritas quædam deponẽdę Comæ, Quo noſe oportere illos attondi. Quod ſi præſtitu tã pecuniaꝝ ſummã exoluere Animũ inducerent, miſſurum ſe, Qui ex Gręcia Capillitiũ af/ fatim afferrent. Id cũ Lycii amplius perpendiſſent, & Comæ delitias in magno reponerẽt, gratiſſime ꝓditionem admiſere. Atq; ex faceto mox cõmento magna uis pecuniarum eſt cõ geſta. De more aũt Comæ recidendæ nihil eſt, quod hic uberius agamus, q̄ Pauſania, & Homero, aliis'q; Auctoribus, eſt id a' nobis alibi explicatũ. Id mõ ſuccurrit, Vt Verſutum Cõ dali eiuſdem ingenium in re numaria copioſius enarremus. Siq̄ ei Regionẽ pagrãti Ouẽ quis, aut Vitulũ attuliſſet, Simul nomẽ eius, Qui dediſſet, ſubnotabat. Simul etiã tempus, mox'q;, Vt domũ referret, Imperabat, donec ipſe rediret. Vbi autem præteriſſet tẽporis nõ parum, Eo accerſito, αὐτὸ τὸ βαφὲν, καὶ τὴν ἐπιμαρτίαν λογισάμενος ἀπήτει. i. Ipſum, quod eſſet enutritũ, Et Siqd inde emolumenti foret enatũ, ſubducto calculo, repetebat. Itẽ ſiqua Arbor in Vias, quas ipſi βασιλικὰς, hoc eſt Regias uocant, procũberet, Fructus ipſe capiẽs uendebat. Haſce uero artes accumulandi modo nõ bono Auri uim, utiq; a' Mauſolo ſuo edi diciſſe potuerat. Scitũ enim eſt, Cuiuſmodi fuerit Princeps, tales etiãnum Subditos fore. Is enim ad pecuniã auidior, Concione Ditioꝝ aduocata, miſſos dixit, a' Perſarum Rege, Qui tributa exigerent, Se autem ſoluendo nõ eſſe, proinde eſſe in magna æſtuatione. Tunc, qui/ bus id clãm datum negotii erat, exurgentes offerre illi cœperunt, q̄tum q̄q; condonare poſ ſet. Id uero cõſpicati cæteri, ſimul uerecũdia ducti, Simul etiã perculſi terrore, multo iis am/ pliora polliceri inſtiterũt. Sed ut illuc, unde in hæc diuertim⁹, redeat Oratio, De Lyciis hoc amplius ex hiſtoria nouimus, Eos alioqui ciuiliter adeo, et cõtinenter uixiſſe, Vt cum felici/ ter in Italiam uſq; mari q̄q; dominarenẽ, tamẽ nullo turpi lucro unq̄ ſe extulerint, iuxta pa triæ morem in Lyciaci Cõuentus adminiſtratione ꝑmanentes. Erant aũt XX & tres Vr/ bes, quæ ſuffragiorum erant participes. Ex quaq; Ciuitate in Cõmune collegium cõuenie/ bant, Id ſtatuentes, quod maxima pars comprobaſſet. Maximaꝝ Ciuitatum unaquęq; ferre

poterat

poterat ſuffragia tria, Mediæ duo, Cęteræ unũ. Solymos a' Lyciis diuerſos Homerus facit. Nam de Bellerophonte e' Lycia profecto ita ſcribit.

Hic Solymis iterum pręſtantibus intulit arma, Strabo eoſdem putat.

¶ Prouerbium, Sulcus Ægypti Libyę harenas non curat, Quo enuntietur Senſu. Aegypti commoditas. Caput XX

Vlcus Aegypti Libyę harenas non curat, Adagium eſt, de loco non admodũ qdem lato, Sed fœcundo inſigniter, ac fructuoſo, Qui longe anteponẽdus uidetur deſertis, incultiſq; agris, ac uaſtioribus. Siquidem Aegyptus magnitudine cedit utiq; Libyę, Sed ita, ut illius tota uaſtitas ne huius quidem aſſequatur portiũculã. Non præterit profecto nos, Aegyptum dictam eſſe Veteribus publicum Orbis horreum, Soleręq; Deos eo' Animi gratia, & Salutis confugere. Quãquã & illud uidemur legiſſe, Quod Ioſephus ſcribit, Regionẽ illam tam munitã, & adeo fertilem, ut cũctos Mortales paſcere, Deos ipſos excipe hoſpitio, ſaluare poſſe gloriaretur, nunq; tamen fuiſſe ab omni ęuo liberam, Id Quod eo uideť mirabilius, Quia illi ad Laudẽ imprimis dať, quod ſit quaq; uerſus mirum in modũ munita, & inacceſſibilis penitus. Hinc mari, Illinc deſerti uaſtitate obiecta, Dextera montibus abruptiſſimis, Siniſtra paluſtribus aqs diffuſiſſimis. Proinde lectum in hiſtoriis eſt, Cæſarem uictorem Aegypti Regnum Cleopatræ, fratriq; eius minori permiſiſſe, Veritum prouinciam facere, Ne quãdoq; uiolẽtiorẽ prę ſidem nacta, nouarum rerũ eſſet materia. Aegypti porro' prouentũ illa monſtrarint ampliſſime. Nam ſcribit Cicero, Auletæ patri Cleopatrę, A' quo peſſime, ac per ſummam ignauiam Regnum adminiſtrari ſolitum, ſcimus, Tamen quotannis duodenũ milliũ, & qngenũ talentorum tributum conferri aſſueuiſſe. Quod uero diximus, Adagium ex Antiphili Epigrammate promptum eſt.

Καρποῖς, ἀ σταδίοισιν ἐρίζομεν, ἀδὲ γαῦλαξ
Αἰγύπτῳ, λιβύης ψάμμα ἐπισσόφεται.

Fructibus contendimus, non ſtadiis. Neq; enim Sulcus
Aegypti Libyæ harenas curat.

Cognatum his aliquo modo uetus illud unius ex Septem, Adhibẽdum modũ, mẽſuramq; rebus, Quod non ſolum aliud acturis, Sed & agrum paraturis dictum intelligimus, Ne maiorem, quam ratio calculorum patitur, emere uelimus, Nã huc pertinet præclara noſtri Poętę ſententia, Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Sed & acutiſſimam gẽtem Pœnos dixiſſe, cõuenit, Imbecilliorem agrum, q̃ Agricolam eſſe debere, Quoniam, cum ſit colluctãdum cum eo, ſi fundus præualeat, allidi Dominum. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non recte cultus, q̃ Anguſtus eximie, Propterea de ſe, ac Homero Virgilius noſter metaphora honeſtiſſima putatur ceciniſſe.

Illius immenſos miratur Gręcia Campos.

At minor eſt nobis, Sed bene cultus ager.

¶ Mineruam Phidiæ uice Prouerbii ab Eruditis quandoq; uſurpari. Cap. XXI.

Ineruã Phidiæ prouerbio ſcito, excuſſo'q; uſurpamus de re cultiſſima, Et quæ in excelſo loco, conſpicuo'q; uiſenda omnibus conſtitui debeat. Cicero, Hoc enim opus in apertum ut referas, nihil poſtulo, Non enim eſt tale, ut in arce poni poſſit, quaſi Minerua Phidię, Sed tantum, ut ex eadem officina exiſſe uideatur. In hac eadem figura exiſſe appareat. Fuit quippe Athenis ad Acropolin Mineruę ſtatua ex Ebore a' Phidia egregie elaborata. Meminit Libro. XXXIIII. Plini⁹, Fecit inquit, & ex Ebore æq; Mineruam Athenis, Quæ eſt in Parthenone aſtans. Strabo, ὁ παρθενὼν τὸ τῆς φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον ἡ ἀθηνᾶ. Parthenon uero dicebatur Mineruæ tẽplum, Auctore Pauſania, & Plutarcho, q̃q̃ eſt proprie Parthenon Virginum conciliabulũ, & Conuentus, Virginis aũt uocabulo Mineruam intelligebant. Eius templum, curante Pericle, conditum ab Ictino eſt Architecto, Cuius cõmeminit & Vitruuius, Et Strabo ſcriptũ reliquit. Mentio eſt Simulacri eius apud Ouidium quoq; illis Verſiculis.

Arcis ut acteæ uel eburna, uel ærea cuſtos,
Bellica Phidiaca ſtat Dea facta manu.

¶ Cur Pomum Homerus dixerit ἀγλαόκαρπον, & Empedocles ὑπέρφλοιον. Sida qd

Phloinæ ueſtes. Phlœus. Leptychana, Calyphe, Hymenes, Lobi. Caput XXII.

Vm Greca nup uerſaremus, forte ſe nobis ingeſſit Homericum illud, Σῦκαι τε γλυκεραὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. Et ficus dulces, Ac Pomi ſplen
d didum ferentes fructũ. Quærebamus, Quid ita Sũmus Poetæ Arborẽ pomi/feram eo prȩcipue Epitheto cẽſuiſſet ornãdã, ut ἀγλαόκαρπον diceret, Et Try/phonis qdẽ medicinę nõ impiti, Sentẽtiã aduertim⁹. Eũ fructũ ita laudibus celebrari nõ im merito, Prȩſertim ſi arbori, in qua editᷣ, cõparaueris, Permodica. n. ea eſt, Nec aſpectu ad/modũ grata. At ipſum pomũ & grãdeſcit ſatis, nec inuenuſtũ eſt. Eſſe quoq; qbus ita uidea tur, Inter arboreos fructus cõgeſtitiam ex oĩbus huic ineſſe pulchritudinẽ, Etenim tactu mol le eſt perinde, ac Violę, oppleᷣq; odore ſuaui, qᷣ attigerit, Guſtu itẽ iucũdũ, Nec nõ illici, ut ſic dicã, inſpectu. Proinde, ut qᷣ Senſus oẽs ꝓuocet, iure laudari. Et hęc qdẽ ꝓ Ingenioꝝ ca ptu nõ oĩno improſpe uideᷣ excogitata. Sed cur nã Empedocles, Qui poeticis florib⁹ philo ſophiã inſperſit, Ita ſibi ſcribere ꝓmiſit. ἕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι, καὶ ὑπέρφλοια μῆλα; Nã quod Sidas. i. mala punica, opſigonos uocat, fere᷑ uidemur ꝓcipe, Verbo ſiqdẽ eo tardã ſignifica ri maturitatẽ, nemo nõ nouit. Humectã. n. Arboris ei⁹ naturã, ac imbecillẽ, & uiſcidã cõſiſte re nõ ꝓmittit Sol, niſi ad frigus cœpit Aer cõmutari. Proinde Theophraſtus Arborũ hanc ſolã in umbra meliuſ ꝓcoquere fructũ ſcribit, ac celerius. Cur uero Poma uocauerit Hyper phlœa, Hoc uideri multis ambagioſum põt, Et eo qdẽ ampli⁹, Quod ſuus eſt Empedocli mos, nõ nitida uenari Epitheta, qbus ueluti floridis qbuſdã colorib⁹ res illuſtret, ac tanquã calamiſtro inurat, Sed quę mõ eſſentiã, poteſtatẽ q̃ cõmonſtrẽt, Sicuti cũ ἀμφιβρότην χθόνα Corpus uocat Animę circũiectũ, Carceris uice. Et πολυαίματον τὸ ἧπαρ, hoc ẽ ſanguinis mul ti ſecur. Comperi ex Grãmaticis non oĩno cõtẽnendis, Qui ex uiuida ui, ac florida dici Hy perphlœa opinentur, τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν, καὶ τεθηλέναι φλοίειν φασὶ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι. Phlœin ſiqdẽ floreſcẽdi, uigendi q̃ uim ſignare. Nã ſic Antimachus quoq; φλοίσσαν ὀπώ/ρας dixit τὴν τῶν καλλιμέλων πόλιν. Aratus itẽ, cũ de Sirio dicit, καὶ τὰ μὲν ἔρωσε, τὸν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα, Virorẽ, florem q̃ appellauit Phloon. Phloinas aũt Veſtes nõ a᷑ Phloos dedu/ctas uolũt, Sed a᷑ Phleos paluſtri herba in Bœotię lacu Orchomeno, ut Theophraſt⁹ inqt, Quæ ſit ad nex⁹ utilis. Veſtiũ eiuſmodi meminit cũ Herodoto Pauſanias, ut alibi docuim⁹, Quibus Aues in Arabia Stymphalides (nã & ibi eſſe phibentᷣ) uiſci mõ capiantᷣ, oĩ alia ma/teria roſtris eaꝝ impari. Sũt ex Grȩcis, q Dionyſio rẽ diuinã faciãt, Quẽ Phlœon uocãt. In/de igitᷣ uideri, Vt inſtitutũ repetam⁹, Hypphlœa dici poma, qᷣ uiriditatẽ maxime oĩum ſer uẽt, ac florẽ, tanq̃ ὡσεὶ particula intẽdẽdi uim hẽat. Aliis uero id arridet ampli⁹, Vt ὡσεὶ ſi gnificet parte hac, nõ ualde, Sed deſup poti⁹, aut extrinſec⁹, Hinc. n. Hypthyrõ diciᷣ, Quo noĩe ſignatᷣ hoſtii Lapis ſupior. Et Hypoon ꝓ tabulato. Poeta uero ẽt κρέα ὑπόπτερα, quę in Victima forinſec⁹ obiacẽt, ut ἔγκατα, quæ intus. Ergo cũ fructus cæteri fere᷑ extrinſec⁹ Corti ce obuallentᷣ, cõmuniãtᷣq;. Qualia ferme᷑ uocãt Leptychana, uel Calyphe, aut Hymenas, et Lobos, Pomis intus ꝓducitᷣ Cortex, Qui eſt glutinoſa tunica, hoc eſt κολλοχιτὼν, & pinguis, Cui inhęret ſemen. Quod uero eſui eſt, circũiectum illi cõuiſitur, Ita hypphlœon diceᷣ, q̃ſi Sup corticẽ habẽs, qᷣ in eſcã cedit, Nã Phlœon. i. φλοιὸν dici corticẽ, nemo eſt, quẽ lateat, Sed nos in re pſyrica, ut multi fortaſſe opinabũᷣ, nimis diu uerba facim⁹. Quare ad Alia re deũdum grauiora, Ne digreſſi longius riſu excipiamur, Quanq̃ nil admodũ uideri ridiculũ põt, Qᷣ a᷑ claſſicis Auctorib⁹ promptum in Literas, nouim⁹. Sed ſunt tamen, quibus etiam Alabaſtrus Vnguẽti plena putere uideatur, Horum ego delicatas aures nec rado, Nec Ocu los tam molliter eruditos moror.

¶ Oculi eruditi Qui intelligantᷣ. Statuaꝝ luxus, & primordia. De Pictura. Cap. XXIII.

Culi eruditi, ut ab eo potiſſimũ hæc ꝓdeat lucubratio, Qᷣ ꝓcedẽtis poſtre/
o mũ eſt, Ex Adagio recte dici uidentᷣ de iis, Quoꝝ iudiciũ amuſſitatũ, examina tũq;, ac Cẽſoriũ quodãmõ in ꝓpẽdẽdis, diſcernẽdisq; reb⁹ ꝓnoſciᷣ. Nec id in Legẽdo ſolũ, q̃q̃ hoc forte rarius, Sed in Spectãda pictura nobili, aut ope anti/qs Artificũ nominib⁹ ꝑcioſo. M. Tulli⁹, Auctionis tabula te ſtupidũ detinet, aut Signũ aliqᷣ Polycleti. Miror, uñ ſuſtuleris, & quo mõ hẽas. Intuẽtẽ te, Admirãtẽ, clamores tollẽtẽ cũ ui deo, Seruũ te eẽ ineptiaꝝ oĩum iudico. Nõne igitᷣ ſũt illa feſtiuaᷣ ſint, Nã nos quoq; Oculos eruditos habem⁹, Sed obſecro te, ita uenuſta habeantᷣ iſta, nõ ut uincula Viroꝝ ſint, Sed ut

oblectamenta

oblectamẽta Pueroꝝ, Quid.n. Censes? Si L. Mumiꝰ aliquẽ istoꝝ uideret, Matellionẽ Corin thiũ cupidissime tractãtem, Cũ ipse totã Corinthũ ꝓtempsisset, Vtrũ illũ Ciuẽ excellentem, An Atriẽsem Seruũ diligẽtem putaret? Hactenꝰ Cicero. Cuius paulo plura ꝓsiliũ fuit appo nere, Vt pnoſceremus, q̃topere attoniti pleriq; Signa mirati sint. Ab eo præsertim tpe, quo L. idẽ Mumius, de quo mentionẽ Cicero facit, deuicta Achaia signis repleuit Vrbẽ, Quãuis, ut historia testatũ scimꝰ, decesserit ipse, nõ relicturus filiæ suæ dotẽ. Multa & Luculli inuexe re. Veꝝ Greci ipsi usq; ad insaniã hæc amplexati sunt. Siqdẽ ꝑdũt eminẽtissimi Auctores, Rhodi fuisse, Signoꝝ ad LXXIII millia. Nec pauciora Athenis, ac Olympiæ. Delphis ẽt superfuisse, creditũ est. Cæteꝝ multi iis, Quæ uocãt Corinthia, in tantũ capiebant, ut secũ ẽt circũferrẽt, Sicut Hortẽsius Orator Sphingem Verri Reo ablatã. Propter quã Cicero il lo iudicio in altercatiõe neganti ei, se ænigmata intelligere, respõdit, debere. Q m̃ Sphingẽ Domi haberet. Circũtulit Nero princeps Amazonẽ. C. Cestius Cõsularis Signũ ẽt in prẽlio secũ habuit. Alexandri magni Tabernaculũ Statuæ sustinebãt. Sunt porro, q inter oĩa Sta tuarum usum egregiũ putẽt. Q ñ & ornamẽto ueniũt Sacris, & Prophanis. Publicis itẽ, pri uatis q̃ ædificiis. Addunt ẽt mirificã eas hominib⁹, rebus q̃ memoriã prẽstare. Quinẽt, qsqs huius argumẽti inuẽtor extitit primus, Cũ religiõe profecto uident ꝑdiisse. Sunt q Hetrurię hoc ꝓtribuant. Alii Telchines Rhodios primũ opinant Statuas honori Diuino cõfabrica tos. Et qd ꝑtinus subnotatiõe dignũ uidet, Ita illas dicare ꝓsueuerant, Vt magicis auctæ di ritatibus, Nubes existimarent, Imbres, & eiusmodi alia, mirãda rõne pficere, nouas q̃ For mas Aĩantium ad arbitriũ immutare. Immo uero & fictiles quoq; Statuas uocẽ esse nactas, primo de dubiis Animę meminit Plotinus. Siqdem Magi Statuas loquẽtes ꝓstruere crede bant. In qbus nec ꝑprię ullæ Statuaꝝ Animæ. Nec Sydera loquebant. Sed Dæmones ab eodẽ ducti Sydere, Sub cuius impio Statuę fingebant. Primus apud Greꝯos Cadmus Age noris filiꝰ Statuas Deoꝝ in templis cõsecrasse ferẽt. Apud Aristotelẽ primas Athenis in foro positas legimus Harmodio, & Aristogitoni, Quod hi primũ tyrãnidẽ sustuliſſent. Eas Ale xander a Xerxe asportatas restituisse Athenien sibus, meminit Arrianus historicus. Romæ tantã legimus fuisse Statuaꝝ Copiã, Vt alter adesse Populus Lapideus diceret. Semiramis, quod scitu dignũ eqdẽ cẽsui, cũ & Lapis deficeret, Et maius aliqd cõcupiscereꝯ, q̃ quod ære posset assequ, Apud mõtẽ Medię, Qui Bagistanꝰ dicit, In petra Stadioꝝ septẽ, & decẽ suam insculpsit effigiẽ, Quã Viri centũ donis uenerarent. Illud de Statuariis adiecero, Quod ꝑ didit Siculus Diodorus, Statuarios Ægyptios tãtũ prẽcelluisse arte, & ingenio, ut ex uariis lapidib⁹, diuersis positi locis unũ Simulacri corpus ꝓficerẽt, ꝓuentu partiũ adeo pfinito, ut uno loco ab eodẽ Artifice esse pfectum uideret. Eiusmodi uero fuisse ferũt celebratũ illud Pythii Apollinis Simulacrũ apud Samios. Sed Satis hęc, sup q̃ de Statuis. Nec minus insa nię circa Picturæ opa, Pinacothecas, inqt Plinius, Veteribus tabulis ꝓsuunt. Alienas q̃ effigi es colunt Ipsi, honorẽ nõ nisi cũ precio ducẽtes. Vt frãgat Heres, Furis detrahat laqueꝰ. Pa lęstras Athletaꝝ imaginib⁹, & Cæromata sua exornãt, Et uultus Epicuri ꝑ cubicula gestãt, Ac circũferũt secũ. Dignatio prẽcipua Romę increuit a M. Val. max. Consule. Cũ Messa la Prĩceps Tabulã picturę ꝑii, quo Carthaginiẽses, et Hieronẽ in Sicilia deuicerat, ꝑposuit in latere Curię Hostiliæ, anno ab V. C. quadringẽtesimo nonagesimo. Tabulis externis au ctoritatẽ fecit primus Idẽ L. Mumius, Cui cognomẽ Achaici dedit Victoria. Nã cũ in prẽda uẽdenda res distraxisset, Et Rex Attalus sex millib⁹ sestertiũ emisset Aristidis tabulã. Liberũ Patrẽ ꝓtinẽtẽ, pretiũ miratus, suspicatus aliqd in ea Virtutis, qd ipse nesciret, reuocauit Ta bulã, Attalo multũ quęrẽte, Et in Cereris delubro posuit. Quã primũ putãt picturã externã Romæ publicatã. Hinc in foro quoq; uulgo positas scimus. Hinc.n. est Crassi Oratoris ille lepos agẽtis Sub Veterib⁹, cũ testis cõpellatus instaret, Dic ergo Crasse, Qualẽ me reris? Ta lẽ inqt, ostẽdens in tabula pictũ inficetissime Gallũ, exerẽtẽ linguã. In foro fuit & illa Pasto ris Senis cũ baculo. De qua Teutonoꝝ legatꝰ, quanti eũ ęstimaret interrogatꝰ, Respõdit, si bit donari nolle talẽ uiuũ, uerũ q̃. Sed hæc qd mirari necesse est? Cœpit mox & Classibus sa miliaris esse Pictura, Immo & onerariis Nauibus, qm̃ & pericula expingi placuit. Immo ue ro ẽt Rogos. Iuuit q̃ pugnaturos ad mortẽ, aut certe cædem, specioſe uchi. Aegyptii ẽt Ve stes pingebãt, inter pauca mirabili genere. Cãdida uela, postq̃ attriuissent, illinebãt, nõ colo ribus, Sed Colorẽ sorbẽtibus medicamẽtis. Hoc cũ fecere, nõ apparet in Velis, Sed in Cor tina pingi. In feruẽtes aquas mersa post momentum extrahuntur picta.

Cuiuſmodi ſit Prouerbiũ, Equ⁹ Troian⁹. de'q; ea re pluſcula. Itẽ Porc⁹ Troian⁹ q. Ca. xxiiii.

Quus troianus, q̃tũ lectione magiſtra cõptum mihi eſt, ꝓuerbio ualet uſurpari
e pro Societate nõ in ꝓniciẽ mõ cuiuſpiã inita, Vex & ad bonã frugẽ aliquã. Cicero in Philippicis, In huius me inqt, Conſilii ſocietatẽ, tanq̃ in Equũ troianũ includi cũ Principibus, nõ recuſo. Alibi Cicero idẽ, Ex Iſocratis ludo, ueluti ex Equo troiano innumeros Principes exiuiſſe, ſcribit. Adagii rõ notiſſima. Nam Græcorum Principes incluſos fuiſſe in Equũ troianũ, nemo nõ nouit, uel ex illo Virgiliano.

Huc delecta uirum ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri. Sed & Odyſſeę octauo ita prius cõmeminerat Homerus.

ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππον κόσμον ἄεισον — Sed age tranſi, & Equi decus concine
Δερκτάδα, τὸν ἐπείρας ἐποίεσε δῖα Θέαινα. — Duratei. Quẽ Epeus ꝓcinnauit cũ Pallade.

Lucretius quoq; in primo de rerum natura.

Nam cum durateus Troianis pergama partu
Inflammaſſet Equus nocturno Graiugenarum.

Ex qua rõne uidet & Val. Flaccus Libro argonauticon II, ita ſcriptũ reliqſſe, Manet immotis nox duria fatis, Ex Politiani doctiſſimi Viri emendatiõe. M. Varro, quod ad Equũ ligneum attinet, Epeũ eius concinnatorẽ fuiſſe Coquũ ſcribit, & Argiuis cibũ curaſſe, Ideo'q; a' Plauto fumicum coqnatorio epitheto nominatũ. Illud porro' adiiciendum, Equos Durios ex poetica hiſtoria poſſe dici magnos, ſtaturoſos'q; de magnitudine uidelicet Eq illius Troiani, Ariſtophanes Auibus.

καὶ δηταγόνης, ἐναυλίω δὴ ἁρμάτι,
Ἵππων ὑπόντων μέγεθος, ὅσον ὁ Λάριος. — Ad Quod reſpiciens peritiſſimus Poeta ita cecinit.

Inſtar montis Equum diuina Palladis arte — Aedificant, ſecta'q; intexunt abiete coſtas.

Putant Eruditi, Comicũ ſcientiſſimum de Equo ęneo, Qui fuerit in Atheniẽſiũ Acropoli, ſiue Arce, intellexiſſe, q & ſi æneus foret, Duri⁹tñ nuncupabat', eo titulo, χαλκοδήμος δὲ ἀγγέλλει ἐκ κοίλης αὐλῆς. Chęredemus Euãgeli ex Cœle dicauit. Sed & hic, Eq Troiani imaginẽ referebat. Ex hac itẽ troiani Eq ſimilitudine in Veterib⁹ memoriis Porcũ dici Troianũ inuenim⁹, q̃ſi aliis incluſis Aſalib⁹ grauidũ, ut ille grauid⁹ armatis fuit. Scribit in Cœnis ſuis Macrobi⁹, Cíciũ in ſuaſiõe legis Fãnię obieciſſe Seculo ſuo, qd' Porcũ troianũ mẽſis ſerrẽt.

¶ Perdicis Libido in Prouerbiũ producta, quã habeat rõnẽ. Perdicũ uerſutia. ἐκτρεδηλίζει qd. Perdix an ſit uocalis. Papinius declaratur. Vocũ differẽtię in auibus. Aegyptioꝝ literę. ideſt Hieroglypha Grãmata. De Perdice a' Protogene picto. Caput XXV

Erdicis Libidinẽ uſurpari poſſe adagio, animaduertimus ꝓ efferata, turpi, atq;
p infami, demũ'q; ꝓnicioſa. Proditũ a' Mythicis eſt, Perdicẽ fuiſſe Venatorẽ, qui ſit matris infando amore corrept⁹. dũ uero utrinq; ĩmodeſta libido ferueret, & noui facinoris uerecũdia reluctaret', cõſumptus, atq; ad extremã labẽ ꝓductus memorat'. Hũc primũ inueuiſſe Serrã, ſcribũt nõnulli, Nã primi Cuneis ſcindebãt fiſſile lignũ. Feneſtella Martialis ſcriptũ reliqt, Hunc Perdica fuiſſe initio Venatorẽ. Cui cũ cruẽtũ inſtitutum, & ſolitudinis ſtudioſa meditatio diſplicere cœpiſſet, aſſiduis agitata curſibus, Si mul'q; quod intueret' Eiuſdem ſtudioſos, Actæona. Adonin. Hippolytũ peſſimo interiiſſe exitio, Artis priſtinę affectui miſiſſe repudiũ, atq; eo ſtudio deſito, agriculturę totũ ſe mancĩ paſſe. Quo noíe Terrã quaſi matrẽ, oíum genitricẽ, ferẽt' adamaſſe. Quo labore ꝓſumpt⁹, ad maciẽ prolapſus dicit'. Quod uero cũctis Venatorib⁹ detraheret, Serrã, ueluti Linguæ uirulentiã dicit' excogitaſſe. Matri eius indidere nomẽ Polycaſtem, q̃ interpretant' polycarpẽ, a' fructuũ numeroſitate, quos humanis uſibus Terra parẽs producit. Cæteꝝ ut a' fabuloſis ad hiſtoricã demigremus Veritatẽ. Videt' Auis quoq; Adagio gradũ feciſſe. Nec. n. ut rerũ naturæ periti tradunt, In Animali alio par opus libidinis. Si cõtra mares ſteterint fœminæ, Sicuti quinto de hiſtoriis Ariſtoteles ſcribit, aura ab iis flante, prægnãtes fiunt. Hiantes aũt exerta lingua, per id tẽpus æſtuant, cõcipiunt'q; ſupuolantiũ afflatu, ſæpe uoce tantũ audita Maſculi, qd' ab Auicẽna itẽ repetitũ ſcim⁹, de Aſalib⁹ qnto. Dimicãt ĩter ſe mares deſyderio fœminarũ, Victũ'q; aiũt Venerẽ pati, Quod qdẽ et Cothurnices facere dicunt'. Addit Trogus, etiã Gallĩnaceos aliquãdo. Etiãſi apud Plut. Gryllus Sophiſta apud Circem deformatus in Brutũ negat, ex Brutis ullũ maſculã affectare Venerẽ. Capiũt' quoq; pugnacitate eiuſdem libidinis, cõtra Aucupis Indicẽ exeũte in prælĩũ Duce totius gregis. Perdix inquit, Hie

ronymus, &

ronymus, & aliena oua calefacit, ſi furto ꝓpria amiſerit, Sed cũ creuerint in nidis pulli, euolant, & ad parẽtes ſuos redeũt, emẽtitum omittẽtes. Perdices ſibi inſidiant, Et ſi afferant illos ad Syluam, q eos habẽt, Vocẽ emittũt abſconſi, Sicq ueniunt cæteri, ac in retia pręcipitant, pluſq pedib⁹, q̃ pennis fugiunt Aucupãtes. Et ſi ad hoc fuerint, ut capiant, Similẽ ſibi colore lapidẽ quærũt, & inibi ſupinos ſe cõponũt. Vnde & Perdicis uafricia in ꝓuerbiũ quoq producit, de qua præclare, ut de aliis, Plinius. Hinc apud Ariſtophanẽ formatum in Auibus Verbũ inuenimus, ἐκτερδικίσαι pro eo, qđ eſt elabi aſtute, atq periculũ declinare.

ἐιδ' ὁπόταν πρόσθεν τοῖς ἀλίμοις τὰς πύλας
βάλεται, πέρδιξ γενέσθω τῆς παρὰς νεόττιον.
ὡς παρ' ἡμῖν ἁδὺν αἰσχρὸν ἐκτερδικίσαι.

In Cuius Loci enarratione Grãmatici ita ꝓdunt. ἐκτερδικίσαι, ἀπὸ τοῦ πέρδικα αὐτὸν γενέσθαι. εὕρηται δὲ ἀπὸ τῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων μηχανᾶσθαι τοιαύτην σωτηρίαν, λαμβάνοντες γὰρ ἁρφὴ τοῖς ποσὶν, ὑπτίους ἑαυτοὺς ῥίπτουσιν. καὶ ὅπως ἐπικαλύπτωσι, καὶ ἐκκλίνωσι. Quod eſt, Effugere. Q m̃ ipſum dixit poeta Perdicẽ debere fieri. Productũ aũt ἐκπερδικίσαι uerbũ, quod deprehenſi Perdices ab hoĩbus, id cõminiſcunt ſalutis cauſa, Feſtucas ſiqdem pedibus capientes reſupinos ſe collocãt, abiiciũtq, atq ita operti elabunt. Idem Interpres uocat Perdica ὄρνεον πανοῦργον. i. Auem paſtutã & uafrã. Quin & modo alio eiuſdẽ interpretat uaframẽta. Educit inqt, pullos in Paſcua. Quod ſi hoĩem uiderit, Sibilo id illis ſignificat. Qui ꝓfeſtim reſupinos ſe collocant. Adeo ut ne ſi palpitando qdem pericliteris, aduertas. Mox ubi Venator quadantenus eſt progreſſus, rurſum Pater ſibilat, At illi euolant protinus. Hoc igitur eſt inqt, ἐκτερδικίζω. Perdicẽ uidet Papinius docilẽ intellexiſſe, aptumq Sermoni humano enũtiãdo, Cũ Syluula quadã Libri ſecũdi de Pſitaco Melioris ita canit.

Quiq refert iungens iterata uocabula Perdix.

Domitius Interpres ingenii longe pręcellentis, eius rei rõnem Poetæ ipſi excutiendam, relinquit. Id qđ reprehendẽt forſan Aliqui, ac referendũ putabũt nõ ad Auis docilitatẽ, Sed ad Vocis ſonũ, qui Auis eius eſt genuinus. Eſt aũt κακκαβίζειν. Indeq ob ſyllabę repetitionẽ, quę in eo uerbo eſt, a Poeta dictũ uideri, Iterata uocabula a Perdice referri. Eſt ſane uerbũ id Perdicũ uoci peraccõmodũ, Sed nõ oĩum. Auctor Ariſtoteles eſt, Differre & Cęterorum Animaliũ uocẽ, & Eoꝝ, quę genere eodẽ ꝓtinent, Loci rõne, Verbi gr̃a Perdicũ οἱ μὲν κακκαβίζουσι, οἱ δὲ τρίζουσι. Quod eſt, Alii caccabant, ſtridẽt Alii. Sunt hęc oĩno uera. Sed ita, ut Papinii ſenſum nil prorſum iuuent. Quippe quę nugalia ſint, & ut ille ait, Chryſippi Syllogiſmis, & Platonis Legibus frigidiora. Nec ad hoc cõmentũ euertẽdum ullis Vineis, aut Arietibus eſt opus, Verbis Poetę nullo negotio coarguit. Quod ut liquido pateat, Papinii ipſius Carmina, quę ante illud, quod modo protuli, Legunt, duxi ſubiicienda, Quibus manifeſtum fit, recenſeri ab eo tantũ, quæ humani ſermonis enuntiationi ſufficiunt Aues. Sic autem habent. Plangat Phœbeius Ales

Auditasq memor pœnitus dimittere Voces
Sturnus, & Aonio uerſq certamine Picæ.
Quiq refert iungens iterata uocabula Perdix.
Et quæ Biſtonio quęritur Soror orba cubili.

Ferte ſimul gemit⁹. Q đ ſiqs penultimo inducẽ Carmine in diuerſam pedib⁹ ſnĩam abeũ dũ cenſet. Tanq̃ Hirũdo nil minus, q̃ humanũ prorũpat in ſonũ. Rñdeo, expoſitionẽ illã de Prognes deformatiõe in Hirundinẽ eſſe qdẽ a Varrone ꝓfirmatã, & a noſtris fere. Cæterũ Græcorũ nõnulli in Luſciniam malunt. Quod Probus nõ ignorauit in Bucolicon Virgilii, Et uidetur Ouidius ſecutus, cum ita canit.

Sola Virum non ulta prius mœſtiſſima mater
Concinit iſmarium Daulias ales Ityn.

Et Ioannes grãmaticus in Heſiodi cõmẽtario fere in fine. καὶ πρόκνη inquit ἀηδὼν γεγονυῖα τὸν Ἴτυν ὀδύρεται. φιλομήλα δὲ χελιδὼν, τηρὸς φησὶ μὲ ἐθιάσατο. Philomelę porro docilitatẽ, ſiue Luſciniæ, Quis ignorat? Cũ ſciam⁹ Druſũ, & Britãnicũ Claudii filios Lucinias habuiſſe græco, atq latino ſermone dociles? Quo uero de Perdice nil uideat abſurdũ, Plinii uerba ſubtexere libuit ex decimo naturalis hiſtoriæ, Verum inquit, Alias addiſcere negãt poſſe, q̃ quæ ex genere earũ ſunt, Quæ glande ueſcunt, Et inter eas facilius, qbus qni ſunt Digyti in pedibus. Ac ne eas quidẽ ipſas primis duobus uitæ annis. Latior iis eſt Lingua omnibus, in

ſuo cuiq; genere, quæ Sermonẽ imitantur humanũ. Quãquã id pene in omnibus cõtingit. Agrippina cõiunx Claudii Cæſaris Turdum habuit, quod nunq; ante, imitantẽ Sermones hominũ. Ex iis nimirũ impoſſibile uideri haudquaquã põt, Perdicẽ humanæ uocis expreſſiſſe ſonũ. Quę uero Plinius ſcribit, fere ab Ariſtotele promunt Libro ſecũdo de hiſtoriis, præſertim quæ ad linguæ modũ ptinent. Lingua inqt, omnib⁹ eſt, Sed uarie. Aliis.n. lõga. Aliis breuis. Aliis lata. Aliis anguſta. Omniũ maxime Animaliũ poſt hoĩem literas proferre nõnulla Auiũ genera quæũt, uidelicet ea præcipue, quæ πλατύγλωσσα ſunt. Hoc eſt, qbus lingua latior eſt. Sed & Ariſtotelẽ imitatus Auicẽna, Aues inquit, quæ habẽt linguã amplã hominis uocẽ imitãt. Sed planius in Sympoſiacis Plut. Perdicis loquacitatẽ non tacuit. Quin eſſe uocalẽ, ac diſcere, Cõprobat idẽ alibi. Sed & in Laconia haberi Perdices uocales, monſtrauit in Dipnoſophiſtis Athenæus. Qui & Ariſtomenẽ Athenienſem, Adriani libertum, dici a Patrono ſolitũ, ſcribit, Atticoperdica, Cũ eſſet Comœdiæ ueteris Hiſtrio. Sed quia de Voce mentio eſt, addamus, quæ primo de hiſtoriis idem ꝓdit Ariſtoteles, Ex Animãtib⁹ alia ſunt inquit, ψοφητικὰ hoc eſt, quæ ſtrepitũ tantũ elidunt. Alia uero Aphona, ſiue muta, Alia φωνήεντα, quæ uocẽ formant, Sed ex iis aliqua Dialecton habẽt. i. loq poſſunt. Alia Agrãmata, quæ uocẽ ſolã nullis exprimendã Literis reddũt. Alia ſunt κωλύλα hoc eſt, loquacia. Alia taciturna. Cęterũ ut ad Perdices redeamus, Aegyptiorũ literis, quæ Animãtiũ figuris, reliqs'q; huiuſmodi Corporibus, ac ſignis ꝓſtabãt, qd Cheremon docet, atq; Horapollo, Hi Cõtumelioſos monſtrare uidẽt, qm̃ iſtiuſmodi aues ſenio ꝓfectæ ꝓtumelia ſe affi ciãt, Sicuti Anguilla Inuidiã ſignare uidẽt, quæ ita bonis infeſta omnib⁹ eſt, Vt Anguilla piſcib⁹, Quoꝝ oĩum ſocietatẽ, & cõmunionẽ fugit. Hippopotami ungulę dehorſum uerſę impiũ, iniuſtũ, ingratũ'q; ſignificãt, Idẽ & Colũbus, Qui q̃q̃ bilis eſt expers, & in uniuerſa Animantiũ peſtilẽtia ſolus illi⁹ morbi ꝓtagio uacat, In parẽtes ſe tñ ingratũ præſtat, atq; infeſtũ, Quippe q robuſtior factus, Patrẽ pugnãdo a matre fugat, Cui ipſe miſcet. At Equus ille flu uialis, cũ primũ ꝑ ætatẽ licuerit, patrẽ experit uiribus, Quẽ ſi pugna ſuparit, ac ſibi locũ cædere, animaduerterit, Matrem init, Vita patri ꝓceſſa. Quod ſi uictus Pater minus ei ꝑmittat cũ matre cõcubitũ, tum Patrem filius robore, uiribus'q; fretus interimit, ac matrẽ cõprimit. Itaq; nõ abſurde iidẽ Aegyptii ad inferiorẽ partẽ duas itẽ pingunt eiuſdẽ Hippopotami ungulas, Quo id hoĩes intuentes, & qd de iſtiuſmodi bellua dicit, cogitantes, ſint in referẽda gratia promptiores. Ex hac doctrina uidet & illud eſſe depromptũ, Quod in Regũ ſceptris ſupne Ciconiã figurabãt, inferne uero Hippopotamũ, qppe ſignificãtes Vim Iuſtitiæ parere, qñ Hippopotamus Animal ſit iniuſtiſſimũ. Inuenio literas id genus appellari Hieroglypha grãmata, quod iis in rebus ſacris myſteria ſignificarẽtur. Et Chæremon, cuius pauloante mentionẽ habuimus, Hieroglyphica ſcripſit. Erant inde apud Aegyptios, Qui dicebant Hierogrãmates, hoc eſt ἱερογραμματεῖς. Qui ẽt de futuris uaticinia cõcipiebãt, Vnum'q; ex iis Regi mirabiliter multa de Moyſi mox naſcituri excellẽtia prædixiſſe, proditũ memoriæ eſt. Hęc immo uberius ꝓtexere libuit, Vt apertius intelligeremus illud ex Lucani pharſalia. Qui doctiſſime, quod adſtruximus, ita breuiter canit.

Nondum flumineas Memphis contexere byblos
Nouerat. In ſaxis tantum, uolucres'q;, feræ'q;,
Sculpta'q; ſeruabant magicas Animalia linguas.

Inuenio illud quoq; in antiquis memoriis, Aegyptios literas qdem ꝑprias habere, quas diſcant omnes, Sed Quas appellãt Sacras, Soli norũt Sacerdotes, a Parẽtibus priuatim acceptas. Apud Aethiopas uero, quoꝝ coloni fuiſſe uidẽt Ægyptii, iſſdẽ Oẽs utebant figuris. Volebamus iã Capiti huic impingere umbilicũ, Sed collibuit, cũ forte in manibus eẽt Diodorus, adnectere, quæ ille quarto Bibliotheces ꝑdiderit, ad hoc ipſum facientia maxime, Quoniã in id genus parerga libenter excurrimus, Si præſertim ſcitius aliquid, remotius'q; cõplectant. Accipiter inqt, rem denotat cito factã, quoniã hęc aliaꝝ ferme oĩum auis ſit uelociſſima. Tranſfertur hęc notatio ad Domeſticas res, quæ uelociter fiant. Crocodilus malum ſignificat. Oculus, Iuſtitiæ ſeruator, & totius corporis cuſtos interpretat. Alioq; Iuſtitia oculatiſſima eſſe fingit, oculo uegetiſſimo, acie perſpicaci, & cũcta ꝑſpiciẽte. Quã Chryſippus effingi ſolitã ꝑdidit, aſpectu formidabili, Luminibus oculoꝝ acrib⁹, Neq; humilis, neq; atrocis, Sed reuerendę cuiuſdã triſtitiæ dignitate. Plato uolumine de Legibus nono, Iuſtitiam

omnium

omniũ ſpeculatricem, atq; uin dicẽ appellat. Et ita dici a' priſcis Sacerdotibus, tradit. Hinc legim⁹, Quoſdã Solis & Iuſtitiæ teſtatos oculũ. Et in Verſipelles dici inuenim⁹ ex Adagio, Ipſos ẽt oculos Solis, & Iuſtitiæ facile fruſtrari poſſe. Sed ut a' diuerticulo fabulã repetam⁹, Ex reliqs Corporis partibus Dextera manus, digytis paſſis, libertatẽ deſignat. Siniſtra uero cõpreſſis, tenacitatem, atq; auaritiã. Eodẽ modo & cęteraꝝ Corporis partiũ figura, atq; inſtrumenta certũ quid notabant. Sed hic adnotandũ illud eſt, L. Apuleio Libro XI. Aſini aurei, Literarũ genus hoc dici Ignorabile. Cõpluſcula eius Auctoris uerba collibuit exſcribere. De opertis inqt, Adyti ꝓfert quoſdã Libros literis ignorabilib⁹ prænotatos, partim figuris huiuſcemodi Animaliũ, Cõcepti ſermonis cõpẽdioſa uerba ſuggerẽtes. Partim nodoſis, & in modũ rotæ tortuoſis, capreolatim q; ꝙdenſis apicibus, a' curioſitate Profanorũ lectiõe munita. Cornelius quoq; Tacitus Libro Auguſtę hiſtoriæ XI, dum de literarũ diſerit inuẽtoribus. Primi inqt, ꝓ figuras Animalium Aegyptii ſenſus mẽtis effinxerunt, & antiqſſima monumẽta memorię humanę impreſſa Saxis cernunt, Ac Literarũ ſemet inuẽtores itẽ perhibent. Inde Phœnicas, q mari prępollebãt, intuliſſe Greciæ memorant, gloriã q; adeptos, tanq̃ repererint, Quæ ab Ægyptiis acceperãt. Cæteꝝ ſicut a' Perdice ſumus exorſi, ita in eũ dem deſinamus, Obiter adnotabimus, Quę Libro XIIII. Strabo ꝓdidit ſuper Perdice a' Protogene picto, Item inquit, ex Protogenis picturis Ialyſus, ac Satyrus iuxta Colũnã ſtãs, Sup colũna Perdix erat, ad quem ita homines hiabãt, cum nup tabula eſſet poſita, ut illum ſolum admirarẽtur, Satyrũ uero cõtemnerent, q̃q̃ ꝓfectiſſimũ opus, Augebant admiratione Perdices manſueti, Qui a' Nutritoribus allati, & cõtra pictũ appoſiti canebant ad picturã, & congredi geſtiebãt. Protogenes rem uidẽs pręter opinionem eueniſſe, Aedituos rogauit, ut deleri auem permitterent, Quod & factum eſt.

¶ De Harpyis q̃ diuerſa cõperiantur Apud Grecos certatim, & Latinos. Harpe qd. Harpides. Harpys. Harpaſus. Harpaſa. Harpagia. Harpage. Creagra. Lycos. Cap. XXVI.

h Arpyias malas pro neqſſimis mulieribus, ueluti ex Adagio uſurpaſſe uidetur Apuleius. Cuiuſmodi fuerint monſtroſa Harpyiarũ Corpora, notũ abunde, opinor, ex Virgiliano Carmine,

Virginei Volucrũ uultus, fœdiſſima Ventris
Proluuies. Vncę q; manus, & pallida ſemper Ora fame.

Seruius Neptuni ꝓdigioꝝ Patris, & Terrę filias putat. Sunt, q ſcribãt, ideo Virgines fingi, Q d' oĩs rapina arida ſit, ac ſterilis. Ideo plumis circũdatas, qd' qcqd inuaſerit rapina, cęlat. Volatiles aũt, qd' omnis rapina ad uolandũ ſit celerrima. Dicit' .n. Aello quaſi ἑλὼν ἄλλο. i. alienum tollens. Ocypete citius auferẽs. Celęnum uero Greci nigrum uocant. Vnde & Homerus prima Iliados Rhapſodia,

κἰνήσει αἷμα μελαινὸν ἐρωήσει ποδὸς ἀκρι'. Statim niger tuus Sanguis emanabit per meã haſtã.

Quæ omnia id demũ ſignificare animaduertimus, Quod aliena cõcupiſcimus primo, mox expetita inuadimus, poſtremo inuncata ſemel abſcondimus, illatebramus q;. Sed & ipſum Harpyiarum nomen inditum a' rapacitate uidet', Siqdẽ eo nomine indicat' Græcis rapina. Vnde & Harpax in Pſeudoli argumento.

Venit Harpax uerus. Reꝝ palam cognoſcitur.

Eſt & apud eundem Harpagare uerbum, Vt item in Pſeudolo.

Neq; homines magis Aſinos unq̃ Vidi. Ita plagis Coſtę callent.

Quos dum ferias, tibi plus noceas. Eo .n. ingenio hi ſunt flagricibæ.

Qui hæc habent conſilia, ubi data occaſio eſt. Rape, clepe tene. Harpaga.

Sunt qui putent, tribus Harpyis addi ab Homero quartam noĩe Thyellam. Apollonii uero Interpres in Illis Poetæ Verbis ex Argonauticon primo ἀλλὰ θύελλαι αὐλίαι ἁρπάγδην ὀπίσω φέρον. At Thyellę aduerſæ raptim retro ferebant, Ita ſcribit, Thyellæ hiberni flatus, & ꝓcellæ, Vñ Homerus ꝓ Synonymiã Thyellas poſuit, & Harpyias, hoc eſt ꝓcelloſos flat⁹.

ὡς δ' ὅτε παννυχίοις κέραον ἀνέμοιο θύελλαι. Et mox.

τόφρα δὲ τοὺς κέραον ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.

Apollonius uero opis eiuſdẽ Libro fecũdo, Iouis magni Canes Harpyias dixit illis Verſib⁹

οὐδέμις ὣς ὑπὸ βορέου ξιφέεσσιν ἐλάσσαι
ἁρπυίας, μεγάλοιο διὸς κύνας.

Et mox subiungit, fugatas a' Zeto, & Calai coniecisse se in Specu, quod in Creta uisebat, sub Arginũte, Quam rem Neoptolemus quoq; ac Pherecydes Literis commẽdarint. Sunt ex Græcis, Qui Irin Harpyiarum Sororem prodiderint. Pro Cruẽtis, Sanguinariis'q; raptoribus, pecuniæ immorientes uidetur Sidonius Apollinaris Harpyias usurpasse, Nam libenter inquit, incedunt armati ad epulas. Albati ad exequias. Pelliti ad ecclesias. Pullati ad nuptias. Castorinati ad Letanias. Nullum illis genus hominum, ordinum, temporũ cordi est, In foro Scythæ. In Cubiculo Viperæ, in Conuiuio Scurrę. In exactionibus Harpyię. In Collocutionibus Statuę. Sunt qui Harpyiarum nomine Furias intelligant, Vnde etiam epulas abripere dicuntur, quod est furiarum. Hinc elegãter Oratius Gulam dixit rapacibus dignã Harpyiis, intelligi uolens, Gulones dignos uideri, quibus Harpyiæ furtim inuolantes edulia surriperent, in ipso edendi desyderio, & Epularũ apparatu, sicuti Phineias diripuere dapes. Apuleius, Et tamen quotidie pastus electiles comparere nusquam. Nec utiq; Cellã suam immanes inuolare mures, uel muscas. Vt olim Harpyiæ fuere. Quod diximus, Irin credi Harpyiaꝝ Sororẽ, ne ꝯfictum quis putet, confirmat Hesiodi auctoritate ex Theogonia.

Θαύμασ' δ' ὠκεανοῖο βαθυῤῥείταο θύγατρα
Ἠγάγετ' ἠλέκτρην. ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν ἶριν,
Ἠυκόμους δ' ἁρπυιάς, ἀελλώτ' ὠκυπέτηντε.

Harpyias grammatici apud Græcos interpretantur ἁρπακτικὰς θεὰς, idest rapaces Deas. Harpe uero Auis est species rapto uiuentis, Aquilæ similis. Homerus.

Ἡ δ' ἁρπῃ εἰκυῖα τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ.

Quanquam & eodem nomine dici falcem nouimus, Hesiodus.

Δεξιτέρῃ δὲ πελώριον ἔλαβεν ἁρπην,
Μακρὴν, καρχαρόδοντα.

Hinc Harpedophorus dicitur falcifer. Harpides uero calciamenta sunt, quæ item Crepidas uocant. Dicuntur uero quasi ῥαπιδες. Quia πολυῤῥαφῆ ὑποδήματα, idest multiplici sutura calciamenta sint, Sic enim apud Gręcos Salustius præcipit. Nominis uero etiam Callimachus meminit.

Ἐν γὰρ μιντροι ζῆνι θῆκε ἐμὼ ἁρπίδεσσιν.

Harpys uero amorem signat, a' rapacitate item nomine accersito. Vtitur eo in Crinagora Parthenius. Ἀμφοτέροις ἐπιβὰς ἁρπυς ἐλήσατο. At Harpasus est Cariæ fluuius, ab impetu prærapido sic nũcupatus, Prius dicebatur Daphnus, Meminit Apollonius Caricorum quintodecimo. Harpasan Ciuitatem a' fluuio eodem nũcupari, Stephanus scribit. Nam Harpagia dicebatur locus prope' Cyzicum, Vnde raptum memorant Ganymedem. Sed & in Illyria ciuitas monstratur Harpyia prope Enchelyas, in quam Amphiarai auriga Baton se cõtulit, postq̃ is periit, Meminit Polybius. Harpagen inter coquinaria instrumenta recenset Pollux. Sed nomine alio dici Creagram putat, & Lycon, hoc est Lupum. Alii eo nomine instrumentum quoq; intelligunt, extrahendis a' Puteo Vasis accommodum.

¶ Æstiuam Ægritudinem intelligi breuem, Et quæ sit eius rei ratio. Iuuenalis Locus explicatur. Caput XXVII.

a Estiuam ęgritudinem fere' omnem celeriter desinere, obseruatum est a' clarissimis Medicorum. Quod ut mõstraret maximus ille, ac diuinissimus Hippocrates, Libro Sententiarum secũdo, ita scriptum reliqt. Quartanæ ęstiuæ breues magna ex parte sunt, Autumnales Longę, pręsertim quę hyemẽ attingũt. Aduocauit etenim Morbum q̃ diutissime perseuerantem, ex quo uelut perspicuę claritudinis exemplo, reliqua Morborum genera inaudiri dedit. Ex doctrina igitur hac profluit Adagium, Vt ægritudinem mox paulo desituram, nec ꝓcaci recursu, aut Lancinatione diuturniore Corpus emaciaturã, uel ꝯfecturam quoq; nuncupemus Æstiuam. Scrutabar uero curiosius, Qui mos fere' Mortalibus insitus est, dicti, euentus'q; rationem, Sed nec laborandum diu fuit, Præsto' enim est semper, uelut Succenturiatus Ille Artis medicę Longe scientissimus Galenus, Apud quem ita scriptum legimus, Nõ Quartanę solum inqt, breues ęstate sunt, Sed cæteræ ęgritudines quoq; celeriter desinunt. Nam Succi funduntur, & eunt usque equaq; de Corpore, atq; reflantur. Igitur si Vires supersunt, nocua materia secreta, morbi

explicat pluribus Auctor hic. Mihi ex Aristotelis Meteororum quarto liquet, Arcadiam esse eam. Vbi Vinum οὕτως inquit, ἀναξηραίνεται ὑπὸ τῆς καπνοῦ ἐν τοῖς ἀσκοῖς, ὡς τε ξυρὸν μεῦον πίνεσθαι, idest ita in utribus siccessit ex fumo, Vt abrasum, & in minuties pertritum ebibatur. Verum hac in parte diſpiciant Eruditiores, moneo, Interpretum delyramẽta, q/bus Philoſophi nobilis conuellitur Sententia, inuoluitur'q; Sed nec Albertus, etiamſi Ma/gni cognomentum ſibi aſciuit, quicquam doctis auribus, & acri lotis aceto dignum pro/fert. Ni mendum eſſe exemplarium, conſtanter collibeat aſſerere. Quod nec diſplicet. Craſ ſeſcit inquit, fumo Vinum. Itaque craſſum mox ebibitur. Senſu nullo, aut ſane Siculis ger/ris uaniore. Neq; putet nos Sciolus aliquis, aut naſutior, ſupra crepidam iudicare, in noſtra, ni fallor, harena uerſamur, pulchre'q; intra pelliculam cõtinemur, dum Verborum proprie/tatem diſcerniculo grauiore rimati, eminentiſſimis Auctoribus colaphum incuti, aut inſci/tiæ labeculam allini, non patimur.

¶ Quod ſit Muſti, ac Vini interſtitium. Cur minus inebriemur muſto. Dulcedinem eſſe uelut Ebrietatis antidotum. Caput XXXVII

a Tenim, quia cœpimus, exequamur latius, quæ uaria nobis de Vino præ/terea lectio ſuggerit. Memorabile ſiquidem eſt, quod ex Plutarchi doctri/na didicimus, Sympoſiacorum tertio. Sed & in Cœnis retulit Macrobius, ad uerbum fere tralata ſententia, Vini infantiam, quæ prædulcis ſentiat, mox, dum in pubertatem abit, Suauitatis induere ꝓprietatem, Cui re. cal/culum adiecerit Homerica item aſtipulatio, Quę Melli dulcedinem contrĩ buit, Vino ſuauitatem. Inde conſequens fere uidetur, Vt cum dulce tantum ſit, inſita qua/dam horroris ui, ad Ebrietatem uſq; hauriendo ꝓgredi non ſinat. Suffragatur & ratio alia, quãdo Ebrietatis antidotum dulcedinem habẽt Medicę ſcientię periti. Quippe quos uide/rint nimio plus uinolentia grauatos, uel uſq; ad Plutonis cancellos, Vomitu q̃dem alleuari iubent prius, mox aduerſus euaporantis fumi ex Vini reliquiis uim, panem melle Litum uo rari, uelut repercuſſu malo craſſanti medeatur dulcedo. Suffragari uidetur & illud, quod cũ flatus, & aquę miſcella poteſtate grauius habeat muſtum, nutu ſuo celerius in inteſtina dila ꝓſum, in locis ebrietati opportunis haud ita diu perſeuerat, Sed trãſmiſſum laxat. Ineſſe aũt muſto aquã, argumẽto eſt, cũ in uetuſtatem proficit, decrementa ſentit ꝓſpicua, etiãſi auge ſcit bonitate. Adiiciunt Medicoꝝ ſcientiſſimi, dulce uinũ eſſe natura uiſcidum, & meatus, quos Græci Poros, & uniuerſim Scholę nũcupant, offercire, præſtipare'q;. Proinde ex dul/ci potu nõ fere quicquã in Caput euaporare, uia ꝓfarcta, cõſtipata'q;. Quãobrem Hippo cratis ſententiã cõprobari, tertio regiminis acutoꝝ. Vbi adnotatũ eſt, Dulcẽ potũ minus Ca put aggrauare, q̃ Vinũ, & mẽtem percutere minus. Porro et dulcis uini Ebrioſum dicimus neminem, Quoniam dulce uinum ſaporem nullum obtinet Vini proprium. Sed alienum reddit omnino. Proinde φιλόγλυκυς, ἀφίλοινος ἔσται ὁ κεκρατημένος, ideſt dulcis rei, non uini auidus dicetur uerius, Qui uini dulcis deſyderio tenetur.

¶ Quibus rationibus probet Albertus cõtra ꝓdicta, Muſtum amplius inebriare, q̃ Vinũ. Muſti impetuoſius feruentis remedium. Caput XXXVIII.

c Æteꝝ hac in parte non uideor mihi recte facturus, ſi magni Alberti ſententiã, ueluti per incuriã tranſmiſero. Qui præter Plutarchi, & q illius ueſtigia ſeqt̃, Macrobii doctrinam, Muſtum amplius aſtruit Ebrietatem inducere, q̃ Vinũ. Eius opinionẽ, rõnes'q; pluribus paulo explicabimus, qm̃ ꝓpoſito noſtro mi re cõgruunt. Muſto inqt, duo inſunt calores, naturalis, & aduẽtitius, Qui ex loco eſt, ubi creuit, Solis ui immiſſus. Ineſt & terreſtris ſubſtãtia permixta. Mouent aũt duo iſti calores in oppoſito. Vnus qdẽ terminando partes uini naturales, Qui naturalis eſt. Al/ter uero craſſitudinem diſſoluendo, ac heterogeneas partes diſparãdo, Qui accidẽtalis eſt, innatus ei a loco. Deinde ex illis duoꝝ motibus caloꝝ cõponit̃ motus, Quẽ muſti feruorẽ, atq; ebullitionẽ uocãt. Qm̃ uero attenuant̃ partes, ac diuidunt̃, ideo in imũ abeũt feces, par tibus ignis, quæ accidẽtales ſunt, euolantibus. Quib⁹ eductis, reſidet humidũ aereũ ſpiritali/ter diſſipatũ per Vinũ. Quæ cauſa muſtũ reddit ualde ſpumoſum ante, q̃ reſideat humectũ

id aereum, quo contingente, conſtipant' Vini partes mox per Aeris frigus, unde euadit ſua ue Vinum. Tunc enim globatur quodammodo, coit'q; genuinus Calor, qui euolauerat pri⁄ us cum igneis illis, & aduentitiis loci partibus. Ex iis uero manifeſtum fere' fit, Cur Vino fa cilius inebriet muſtum, Etiamſi Vinum calidius longe ſit, Et in muſto terreſtres ſint portio nes per eſſentiam frigidæ, Quæ Vino inſunt haudquaquam. Tamen quia Vaporoſum eſt propter humidum ſpiritale aereum, minime in eo coactum, conſtipatum'q;. Et quia euapo rat, calore duplici agente, quod in Vino non fit, Ebrietatem ſæpe inducit. Nam quod uapo roſum, fumidum'q; eſt, Præfarcit Cerebri uias, Et Animales Virtutes prępedit ad motum, & perceptionem. Quare Ebrii quoq; incertę ſunt diſcretionis, & motus, Obliuioſi item fiũt ex humectatione nimia, Qua delentur imagines prius, quàm firmius imprimãtur in parte, quæ memoriæ uim obtinet. Verum non prætereamus, quod fuerit ſuperpondii loco, Si ex⁄ tra modum efferueſcat muſtum, Ita ut' fere' diſſiliant Vaſa, Remedio eſſe aiunt præſentiſſi mo, Si Caſei multum terreſtris, & poroſi portiones inieceris. Nam illius frigiditate ſuccen⁄ ſus ilico feruor remittitur, reſidet'q;.

¶ Frigoris ui Muſtum diutius ſeruari dulce, Vino quandoq; Vigilias induci. Trœzenii Vini proprietas, & Achaici. Vini Symphonię tres. Centenariæ Cœnę. Cen⁄ tuſſis Lex. Centenariæ Porticus, aut miliariæ. Centenaria Vaſa.

Caput XXXVIII

q Været Plutarchus in Libro, cui titulus eſt, φυσικὰ αἰτία, quid nam ſit cau ſæ, quod circũuallata frigore dolia muſtum diutius ſeruẽt dulce. An eſt inqt, quia muſti digeſtio eſt ἡ εἰς τὸ οἰνῶδες μεταβολή, hoc eſt in uinoſum demuta⁄ tio, ac tranſitus? At concoctionem inhibet, interpellat'q; frigiditas. Eam nãq; perficit caliditas. An contra potius dicẽdum, Eſſe Vuę propriam ſucci dulce⁄ dinem, propterea dici eam matureſcere, ubi dulcis incoqui ſapor cœperit. Frigiditas uero euaporare, diffiare'q; non ſinens, delcedinem quoq; continet muſti. Succurrit porro', dum floſculos hinc inde pręcerpimus, Quod ex Galeni de Interioribus commentario ſecundo didicimus. Seruum quẽdam, cum Vinum uetus largius ingurgitaſſet ex ſiti, factum inde eẽ ſemper uigilem, mox uero ſubeunte febre, & ſubſecuta alienatione, functum etiam fato. De hoc ſcio & alibi a' me factam mentionem. Scribit Athenęus Trœzenium uinum ſterilitatẽ inducere bibẽtibus, Sicut in Achaia abortum. Poſtremo ſcitu dignum & illud, Sicut in mu ſicis aſtruunt Canonici, Hemiolium Symphoniam conficere, quę dicitur ὅλῳ πέντε, hoc eſt per quinq;. Diplaſium uero eam, quæ ὅλῳ πασῶν, ideſt per omnes. At eam, quę uocet' ὅλῳ τεσσάρων, ideſt per quatuor, Epitrito conſtare. Compari modo & Harmonici Dionyſiaci tres peruiderunt Vini Symphonias ad aquam, per quinq;, per tria, per quatuor, Sic quidem concinentes, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα, ideſt Vel quinq; bibere, uel tria, aut ne qua⁄ tuor. Hemiolia nãq; conſurgit ratio, ubi duæ ſunt Vini partes, Aquę tres. Diplaſia uero ad⁄ mixtis duabus. Epitriti ratio eſt, cum tribus aquæ partibus una infunditur Vini. Quæ ſane' in potu frugalitas Cẽtenariis peraccommoda Romanorum Cœnis agnoſcitur. In quas ul⁄ tra Centum æra inſumpſiſſe, fraudi erat, Quod Septimius Florẽs ſcribit, ex lege, Quam Lu cilius, Naſum ſtili Qui condidit primus, lepide prorſum Centuſſem nuncupauit. At Porti⁄ cus Centenariæ a' Paſſuum numero uidentur dictæ. Sicuti Miliariæ quoq; apud Tranquil⁄ lum. Nam quod Miliarios legimus Apros apud Varronem, intellige nimirum ponderis ra tionem. Sicuti in Centenariis Vaſis apud Lampridium, Cuius etiam Verba duxi ſubſcribẽ⁄ da, Vt iam nunc refractarios declinem, Primus inquit, Heliogabalus Mẽſas, deinde & Ca⁄ pſas argenteas habuit. Primus etiam Cacabos, Vaſa deinde centenaria, argentea, ſculpta, Et nonnulla Schematibus libidinoſiſſimis inquinata. Cæterum quia Liber hic iam extu⁄ muiſſe uidetur commode, uelut me uocet Pythagoras, Verbum non amplius addam, Nam Vetus eſt, ac bracteatum, Eſſe præſtantiſſimum, In re qualibet nouiſſe, Quid ſit ſatis.

Lodouici

LODOVICI CAELII RHODIGINI IN ANTIQVARVM LECTIONVM LIBROS AD ILLVSTREM PHILOSOPHVM, ET MEDICVM NICOLAVM GENVENSEM, PATAVINVM CIVEM PRAEFATIO SEXTADECIMA,

Icuti opę forſan Leuioris, Antiquaꝫ Lectionũ Libellos auſpicaturis Artiũ bonaꝫ Studioſos uniuerſim p̃fatione deſtinata, obſeruãter cõſalutare, Ac ét nobis aduerſum Naſutulos parare uelut Patronos, haud ab re eſt uiſum, Ita & manũ iã ípacturus poſtremã, fœcũdiſſimũ uñcunq; Ingeniũ tuũ Nicolae Vir clariſſime appellãdo, facturũ me opę p̃tiũ ſum arbitratus. Q d' Sciẽtiæ magnitudine, tũ Phyſica, tũ Medica, Vt íterim Atticæ facũdiæ claritatẽ, & in hiſce humaniorib⁹ ſtudiis peritiã nõ memorẽ eminentiſſimã, huic Lucubratiõi noſtræ, Velut Anchora es futurus ſacra, Vel Triarioꝫ deniq; uice, Quos in militari diſciplina exercitatiſſimos, ac, Quod ſe quẽs ẽ, p̃tiſſimos ultimo diſtribui Loco in Acie a' Solertis Ingenii Impatorib⁹, Notiſſimum ex Hiſtoria ẽ, Qui acciſas paulominus res íntegri ipſi, ac uegeti & aĩo, & corpore in hoſtem magno ípetu cooriẽtes reſtituerẽt, ac dilapſos ordines reuocarẽt ad Signa. Hoc Nos Conſilio Vir memoratiſſime in hũc te locũ diſtulimus, Qui numeroſa Virtutũ ſerie dignus plane' fueras, Qui Veſtibula teneres, clariſſimis Ingenii tui facibus, Et Eloquẽtiæ Lumíe, Ac Morũ, Vt uere dicã, maieſtate p̃ſanũ ab ingreſſu Sciolorꝫ uulgus grauiter reiecturus. Nec, Quę tua eſt in oĩbus Animi æq̃tas, Et ĩcõcuſſa Mẽtis altitudo p̃pemodũ diuinę, Imp̃mis uero in me Bñuolentia (neq; n. opinor, tibi excidimus) Noſtrũ hoc Cõſiliũ aſp̃nabere. Siqdẽ Aĩo p̃ceptũ cãdidiſſimo, cãdide p̃ſus in Cãdidiſſimũ Amicitię æſtimatorẽ p̃miẽ obſeruate, amãter q;. Notiſſimũ porro' tibi reꝫ Sciẽtiſſimo, Quę, q̃ta' q; in hoĩb⁹ interdũ egerminet praeuitas, Qui Lingua pruriẽtes nimis q̃licẽter in alienã irruere famã nulla nõ hora p̃mittunt ſibi, Etiãſi ſæpe uelut alba dep̃hendunt' Linea. Nec re notitiã aucupati magnope alia, q̃ dicacitate, ac Linguæ uirulẽtia, plane' ad Venena natę, dũ peſtilẽti Spiritu optimũ quẽq; afflatũ uolũt, Quãq̃ ἐν τῇ σφύρᾳ πίθηκοι, καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνοι. Aut uerius ἀκαρναίοις χοίροις. A Qua fœditate cũ Vitæ tuę Probitas abſit ex diametro, uel δὶς ἑπτὰ πασῶν, Ad te nũc cõmode p̃ſum decurrimus, Qui Echie nocẽtiores, ac Satyrico plurimũ felle cõſperſos tuaꝫ Antidotis Virtutũ reprimas, ac oĩno diluas ita, Vt íper⁹ letifer alias, euaneſcat uniuerſus, nulla nõ pte Optima queq; cõuellẽs p̃cipue, ac ſemp ὀλοῶν ὀρίμυ. Sic. n. fiet, Vt dolẽter agnoſcãt forſan, nõ debuiſſe ταύτην τὴν κομάριναν κινεῖν. Sed & quę tua magnitudo ẽ, Si excepturũ te modo aſſultantẽ uim cõmõſtraris, ni me amor fallit, ac τοῦδὲ τὸ φιλόμωον ἐκτυφλοῖ p̃ſum, Ab ípoſtura reſiliẽt cõpauidi, Palãtes' q; ſuccinẽt ſibi, Ζίβος οὔτος ἡρακλῆς. Quod reliquũ eſt Nicolae doctiſſime, Siquæ e' Speculationũ altitudine dant' ferię, puelim, altero ſaltem oculo, Vel ῥᾷον μώτερον, haſce Cõmẽtationes noſtras reſpicias q̃q;, Sed ita, ne Virgulæ Ariſtarchi parcendũ cẽſeas, Vt tãta cõmonit⁹ Cẽſura Stilũ uertere p̃diſcã, Scripturus mox, Quę digna legi ſint. Hoc nil facere gratius potes, Nec Quod grauiſſimo Iudicio tuo ãplius p̃gruat. Pręſertim qa uel hoc noĩe gratias teſtatura tibi poſteritas ẽ, Cuius emolumẽtis, ẽtſi in Amplitudinis faſtigio p̃ſtitutus, ſuffragiũ nec ſubducere ſuſtineris. Quod ſi p̃ſequor. i. Si p Medicas, ac Literarias diſtrictiões licuerit (Neq; n. aliter Amicoꝫ apud te fiat ἀλαοσκοπιὴ) Erit quod tantæ benignitati debeam καὶ μέχρι θεῶν. At ſi diuinitus cõtingat, Vti noſtra hęc typis conformata nup approbent' tibi, uñcunq; Sciẽtiſſimo, Nec uidear parte ulla ſubſultare, aut ὑπὸ τὰ ἐσκαμμένα πηδήσαι, Sublimi feriam Sydera uertice. Vale.

LODOVICI CAELII RHODIGINI ANTIQVARVM LECTIONVM LIBER VNVS, QVI SEXTVSDECIMVS.

¶ Cuiuſmodi cenſeatur illud a' Quintiliano repetitum, In Triclinio Choa. Inibi quid Choeus, & Choa, ac Choes. De Cotyla item paucula. Caput Primum

Xtat apud Quintilianum obſcurior nodus Libro nono, ita Cimmeriis obſeptus, circũuallatus' q; tenebris, ut a' quo plane' ſit intellect⁹, explicatus' q;, necdum compererim. Fabii Verba ſunt hęc, Allegoria inquit, obcuriore, quę Aenigma dicitur, Poetæ utuntur, Sed & Oratores nonnunquam. Vt Cæcilius Quadrãtariam Clytemneſtram. Et in triclinio Choã. (Sic enim ſcribo) Et in cubiculo Nolam, Quod autẽ primo, & ultimo loco poſitũ eſt,

alia operis parte abunde, opinor, illuſtrauimus. De Choa in Triclinio ſupererat, Vt noſtrã proferremus ſententiam, Quã peropportune huic potiſſimum loco impingemus, Quoniã præcedenti commentario pleraq; de Vino, & Vinolentis dictauimus, uti noſtra paruitas tu lit. Et Aenigma hoc in bibacem cõcinnatum arbitramur, Cuius in hauriẽdo auiditas uel ſpi ritu uno Choam perſiccaret. Quod uero aſtruitur, ex Ariſtophane coniicimus. Apud quẽ in Nebulis Strepſiades Daniſtam eludens, cum dixiſſet, ἁλσὶ δεδομηχθεῖς ὄνωτ' ἂν ἤδη χοεῖ. Sale perpurgatus iuuaretur utiq; hic, infert mox, ἐξ χοᾶς χωρήσεται. Sex capiet Choas. Eum uero locum exponẽs Interpres, Subſannat inquit, denuo uelut, in Amphora, & uino. Nam ſupra, cũ illud de Sale enarraret, Coria inqt, pinguedine craſſiora, ſale mollita Latiora fiũt, & pinde capaciora. Veluti ergo Daniſta eſſet Vter, aut id genus quippiã, dixit illũ Strepſia des Choas ſex cõtenturum, ſi Sale permolliretur. Pergit porro idem Interpres, Choeus in quit, menſuræ ſpecies eſt, qua Vinum menſurant. Apud Ariſtophanem ſi circunflectit, Vt χοᾶς ſcribamus, a recto eſt Choeus per poeticam licẽtiam. Si uero grauatur, eſt a nominatiuo χοή. Ariſtophanes in fabula, Cui titulus ἱππεῖς, ἀλλ' ἐξενεγκέμοι ταχέως οἶνα χοᾶ, τὸν πάνυ παχύν, καὶ λέπω τὸ δεξιόν. Inibi rurſum teſtatur Grammaticus, Menſuram hanc Cotylarum octo eſſe capacem. Poetæ Verba latine tralata ſic ferme ſonant. Sed age, Choeũ Vini ſtatim effer mihi, Vt mentem rigem, & cõmodi promã quippiam. Apud Heſychiũ χόες dicuntur χῶναι, ideſt infundibula. Chloe uero Cereris eſt cognomentum apud Pauſaniã. De Cotyla, ſiquis & illud forte reqrat, Ita inuenimus apud Priſcianum, ſiue is fuerit Rhennius Fannius, Vti Doctioribus placet,

At Cotylas, quas, ſi placeat, dixiſſe licebit
Heminas, recipit geminas Seſtarius unus,
Qui quater aſſumptus ſit graio nomine Chœnix.
Adde duos, Chus ſit uulgo, qui eſt Congius idem,
A quo Seſtarii nomen feciſſe Priores,
Crediderim.

Choæ meminit Galenus primo de Virtutib⁹ naturalibus. Sciendũ uero a Theodoro Choã dici Seſtariũ Latine. Fuit & feſtũ Athenis noſe Choes, quod antheſterionis, Nouẽbrẽ quẽ interpretant, duodecima celebratur die in Lenæi Dionyſii honorem. Auctor Apollodorus eſt, Antheſteria uniuerſim qdẽ uocari feſta Bacchi, priuatim uero Pithœgia. Erãt & Choæ mortuoꝝ Libamina, qbus pretioſiſſima quęq; infundebãt, & cariſſima. Sophocles, πρῶτον μέν ἱερὰς ἐξ ἀειρύτας χοάς. Inditum ab infuſione nomẽ. Feſti, qd Choes uocari dixim⁹, meminit Demoſthenes ἐν τῷ περὶ τῆς ὀνόματος. Choas uero ẽt Chytras. i. Ollas ĩterp tat Harpocratio. Sed, ut ad Quintilianum reuertamur, Vt, uelut prętexuimus, recte intelligi Aenigmaticũ illud de Choa in Triclinio poſſit, argumẽtis ducimur plurib⁹. Nã et Mediolanẽſem Nouellum Tricõgii cognomẽ ſibi adoptaſſe, Plinius ſcribit, a tribus Vini ꝓgiis uno impetu epotis. Et nos aliubi hoc opere adnotauimus, Diotimum Atheniẽſem cognominatum Chonem. i. Infundibulum, quoniam ori eo appoſito, inceſſanter infuſum hauriret uinum. Nã ex bibacitate Xenarchus itẽ Rhodius Metretes eſt nuncupatus. Diu porro in triclinio uerſari Voracis cenſetur hominis, & bibuli. Liquet id M. Tullii auctoritate ex Libro de Oratore, ni fallor, ſecundo. Apud quẽ ille ait, Quãdo tãdem Galba de Triclinio tuo exibis? cum tu inquit, de Cubiculo alieno. Cæterum quo pacto Ariſtophaniũ illud Sudas interpretetur, Sex capiet Choas, qui ſcire cupit, librum adeat.

¶ Exercitum ex diuerſis, ac diſſonis cõflare gentibus q̃ periculoſum. Item q̃ de prouerbio Iniice.

Caput II

Xercitum ex Variis, diuerſis q̃ hominum generibus conflare, Sunt Quĩ, Vt recte, prudenter q̃ factum, approbent plurimum, Quando nec conſpirare inter ſe facile tam diſſona moribus, & lingua Gens poſſit. Porro & mãdatis Ducum facilius obtemperent uniuerſi. At cõtra, ſiquando tumultus, aut ſeditio oriatur, Tunc neq; mulcere quẽquam, neq; alicui modum imponere licet. Gens ignara cum impetu fertur, ubi ſemel ad iram uentum eſt, more ferarum continue magis crudeſcit, Nec ullus eſt ſæuitiæ modus. Propterea ſummi uidetur diſcriminis, ueluti ex Colluuione quadam, Copias comparare. Suppetunt in id ex hiſtoria

n id ex hiſtoria exempla compluſcula. Nunc ad manum eſt, Quod eueniſſe Carthaginienſibus, Lectũ eſt. Quibus plurimus fuit mos, peregrino uti milite. Primo punico bello in Caſtris erant Hiſpani. Galli. Ligures. Baleares. Græci. Aphri. Fugitiuorum, & Tranſfugarum ingens numerus. Mox finito bello, cum tumultuari Exercitus cœpiſſet, Nec regi poſſet, Irę, Impetus, furoris omnia plena erant. Tandem raptis armis per indignationem, Cõtempto Annone, & Cęteris ducibus, Carthaginem uerſus profecti, apud oppidum Tunes, quinde cim millibus paſſuum a' Carthagine caſtra locant, petentes non debita modo ſibi ſtipẽdia, Sed ẽt interfectorum in prælíis Equorum ſibi pretia exolui. Neque iis contenti multorum annorum frumentum deberi aſſerebãt, deniq; quotidie noui aliquid, quo bellum mouerẽt, reperiebant. Erat in Exercitu Campanus quidam, qui pauloante Seruus ex Sicilia a' Romanis tranſfugerat, Viribus Corporis, atq; audacia in rebus bellicis præcipue inſignis, nomine Spendius. Hic metuens, ne, ſi fœdus cum Carthaginienſibus fieret, in Domini poteſtatem ueniret, ac ex' Legibus pœnas lueret, Summa audacia, uerbis, ac re ipſa, quęcunq; moliri, quo omnia magis perturbarentur, ſeditionem, quàm fœdus, bellum, quàm pacem præoptare. Præterea etiam Apher quidam nomine Matho, Qui liber quidem erat, Sed quod multa ſeditioſe feciſſet, Supplicium formidabat. Hic cum Aphrorum multitudinem amplius concitaſſet, Extemplo omnes in Concionem deliberandi cauſa uenere. Vbi Spendio, ac Mathone in Carthaginienſes uehemẽtius inuectis, omnes facillime aures pręſtabãt. Quod ſiquis præterea aliter conſulere niteretur, non expectabant, idem'ne, quod Spendius, an diuerſum ſentiret, intelligere, Sed confeſtim conie&is in eum lapidibus, interficiebant. Multi'q; non ſolum Duces ad eum modum, Verum etiã priuati homines cæſi. Nihil'q; aliud in tanto tumultu per totum exercitum audiebat', quàm Verbum, Iniice, Iniice pariter omnes clamabant. Eo'q; magis eorum animus ſęuiebat, Quod pauloante Ebrii a' Cœna ſurrexerant. Ex hiſtoria igitur, Quam copioſius explicare de Polybii Theſauris collibuit, Nata eſt Vox ſanguinaria, & feritatis barbaræ, Quæ imagine prouerbii quadam optime in eos congruet, Qui moribus truculentis, ac efferatis cruorem ſitientes, Cędem imperant q̃primum.

¶ Quæ ſit prouerbii origo, Non ſi te ruperis. Theocritus explicatur. Caput III.

i Neſt perſępe homini parum perſpicaci, parum'q; rerum perito, tanta Animi caligo, ac cęcitas, Vt ſui oblitus, nec domeſticæ, genuinæ'q; humilitatis memor magna affectet nomina, inſerat'q; ſe argutis Cygnis Anſer obſtreperus. In id genus homines, intra pelliculam minus ſe continentes congruet appoſitiſſime Prouerbium, Quod de Ranunculi negotio natum, ad uſum uſque Vitæ proficit, Scita enim fabella eſt, Perexiſſe olim peringentem Taurum ad aquas reſtinguendę ſitis gratia. Erat ibi forte Ranarum, ut aſſolet, plurimum. Dum uero auidius Bellua ſe aquis inſerit, Ranunculos ibi attriuit aliquot. Re autem adeo tetra, & formidoloſa perterritus unus confeſtim mandat fugæ præſidium, Et ſedulitate mira, quantam in id genus cadere, probabile eſt, peruenit ad matrem, narrat fratrum miſerabile exitium. Vt a' ſtaturoſo neſcio quo forent ímaniter exculcati. At illa nimis inſcita, nimis'q; exoculata, ut quę filio aliqua uolebat uideri, tumeſcere amplius cœpit, ac flatu modo magnitudinem captare, rogans, ecquid tanta foret pernicialis belluæ? Cui is, multo maior inquit, Illa etiamnum infla ri plus, ac ſubinde cœpit, Cupiẽs omnino magnitudinem uiſam exhibere filio. At is fruſtra conari illam animaduertens, Nõ ſi te ruperis inquit, Par unquam futura es. Id prouerbii formam habet, Meminit Theocritus Idyllio, Quod inſcribitur Bucoliaſtæ, Daphnis, & Menalcas. ὕποτε νικήσεις, ἀλλ' εἰ διαῤῥαγείης. Quem tamen locum ſatis incurioſe prętereunt Interpretes. Ad horum uero hominum tumorem reprimendum, & inſtruẽdam leuitatem nimio plus ſe efferentem, Ariſtophanio antipharmaco nil commodius, quod eſt, τὸ σκύτη βλέπειν. Scuticam aſpicere. Malo ſiquidem ſubigendi, edocendi'q;, nequid ſupra crepidã. Aut extra quàm ſunt, tollant cornua, illis'q; ſurgant Criſtæ. Quoniã, ut Oratius quoq; Cenſoria quadam grauitate, ac ſupercilio plane' ſenili, nos commonet,

Metiri ſe quenq; ſuo modulo, ac pede, uerum eſt.

Nam & Pindarus,

Χρὴ δὲ καὶ αὐτὸν ἀεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον.

Pro Conditione quenq; oportet rerum ſemp modum cõcipere. Cęterũ nimio plures qñq; Sophocles, nimio plures Laodiceni, Vt eſt apud Plinium Cęcilium.

¶ Diuitum Liberalium domos dici Solis menſam. Quę ſit eius rei ratio. De Solis ortu. Apollo unde dicat', Item de Solſtitiali herba, & morbo. Plautus declaratur. Siriaſis quid.

Caput IIII.

Iuitum, opulentorum'q; hominum domos omni rerum copia ubertim affluentes, expoſitas'q; inopum neceſſitatibus, & alimentis, Qui unus diuitiarum
d modus plauſu, ac feſta fronde dignus prorſum & uidetur, & eſt, Rectiſſime Solis menſam dixeris. Quod ex hiſtoria profluxit Adagium. Scribit Hiſtoriæ parens Herodotus, In Aethiopia Pratum eſſe omnium quadrupedum Carne refertum. Eam uero Carnem Magiſtratus illic per noctem ponere feſtinabant. Vbi uero illuxiſſet, Cuilibet licebat, illuc ad ueſcendum accedere, Indigenis exiſtimãtib⁹, Copiã Epularum diuinitus ſuppeditari. Hanc Solis menſam nũcuparunt, Ad quam inſpiciẽdam olim Cambyſes Legatos dimiſit in Aethiopiam. Apud Melam Pomponium de hac re ita Legimus. Eſt Locus in Aethiopia paratus, ſemper epulis refertus. Et quia, ut libet, ueſci uolentibus licet, ἡλίου τράπεζαν uocant. Edulia paſſim appoſita ſunt, quæ affirmant innaſci ſubinde diuinitus. Ad eandem fere ſentẽtiam & in Polyhiſtore Iulius Solinus. Nec mirum porro Solis menſam nuncupari locum eum, Quoniam pleriſq; Gẽtibus Numen id erat eximię religionis. Legimus in quadam Indorum Vrbe Templũ fuiſſe Solis, In quo ſuſpenſus erat Aiax eburneus, & Alexandri aureæ Statuę, ex aduerſo autem Regis Pori ſtatua ex ære nigro. Parietes uero templi rubris marmoribus, ignis fulgorem imitantibus obcruſtati uiſebantur, Quibus congrue interpoſitum aurum radiantis fulminis nitorem referebat. Pauimentum mixtis Cemento margaritis ſtratum. Quod Barbaroq; pleriq; in templis ſeruant. Soli ſacra circa meridiem obiiſſe quoſdam, obſeruauimus. Et quoniam in præcedentibus haud parum multa de Sole congeſſimus, quę multiiuga nobis ſuggerebat Lectio, Nunc illud ueluti appendicem adiiciemus. Quę de Syderis eiuſdem ortu ſenſerit Antiquitas. Inuenio ſiquidem in Literis, Et Mela Pomponius non prætermiſit, Ex ſummo quorũdam Montium uertice ſpeculantibus pene a media nocte, ſparſos uideri ignes paſſim micare, & Vt Lux appropinquat, ita coire, ac ſe coniũgere, Donec magis, magis'q; collecti pauciores ſubinde, ac una ad poſtremum flamma ardeant. Ea cum diu clara, & incendio ſimilis effulſit. Cogit ſe, ac rotundat. Et fit ingens globus, diu is quoq; grandis, & terris adnexus apparet. Deinde paulatim decreſcens, & quanto decreſcit magis, eo clarior eſt. Fugat'q; nouiſſime noctem, & cum die iam Sol factus attollitur. Ex hac ſententia uidetur Speuſippus adcredidiſſe, dici Apollinem, quod eius Subſtantia ex multis conſtet Ignibus. Sunt ex Eruditis, qui opinentur Claudianum ad eandem ſubobſcure hiſtoriam alluſiſſe.

Inualidum dextro portat Titana Lacerto
Nondum luce grauem, nec pubeſcentibus alte
Criſtatum radiis. Primo clementior æuo
Fingitur, & tenerum uagitu deſpuit ignem.

Cæterum prius, quam huic parti umbilicum admoueamus, Illud non inſcitum opinor, adnectamus, Solſtitialem breuis Vitæ dici a Plauto epitheto concinno, Sic enim in Pſeudolo ſcriptum inuenias,

Quaſi Solſtitialis herba, pauliſperſui.
Repente exortus ſum, repentino occidi.

Columella Solſtitialem uocat Spinam rei ruſticę Libro ſecundo, uel quia Solſtitio proueniat, uel floreat, ut putant. Heliotropium quidem, & Lupinum cum ſole circũagi, Plin. ſcribit. Sed Heliotropium nocte cæruleos contrahere flores, Syderis deſyderio. Ad quod Plautum reſpicere, ſuſpicabitur aliquis. Ni probabilius forte ſit, Plautum uniuerſim herbas intelexiſſe, uel flores uno tantum perſeuerantes die, aut ſpatio prorſum minimo. Quoniam & Solſtitium unius tantum diei eſt, Sole uidelicet Cancri obtinente partem primam. Plinius Libro quartodecimo Acinorum inquit, labruſcę pars ęſtu moritur prius, quam reliqui, Qui

Solſtitiales

Solſtitiales uocantur, uniuerſi nunq̃ matureſcunt. Eſt apud eundem Plautum in Trinumo Solſtitialis morbus, Plauti Verſus hi ſunt.

Tum autem Syrorum, genus quod patientiſſimum,
Hominum nemo extat, Qui ibi ſex menſes uixerit.
Ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt.

Solſtitialem uero intelligunt ægritudinem, quam Siriaſin uocant, Quãdo nimia ſolari exuſtione, quę prouenit imprimis, cum aſtrum Sirium diuexat Sol, Carbũculãtur Arbores, Et intermoriũtur, Proprium inquit Plinius, Syderatiõis eſt, Sub ortu Canis ſiccitatum uapor, cum inſitæ, ac nouellę Arbores moriuntur. Siriaſin Plinius nunc diſtillationem Infantiũ interpretatur, nũc aduſtionem, Quæ Cauma item dicitur. Sed in hac Solſtitiale uidetur pro Solari poſitum ſimpliciter. Sicuti a' Seruio item grãmatico poſitum animaduertimus, Tribus inquit, humana uita continetur, Natura, Cui ultra centum & uiginti Solſtitiales annos conceſſum non eſt.

¶ Quæ ſit Adagii ratio, Serpentem foues, Et te Serpens. Inibi de Lamiis mirũ. Cap. IIII

Serpentem foues, & te Serpens, Vel, ut græce dicam potius, ὄφιν θάλπεις, καὶ σὲ ὄφις, Adagium eſt non uerius, quàm frequentius, Vbi Quis innutrit, confouet, amplexatur, in oculis fert, Quod in euidens exitium erupturũ mox eſt. Prouerbii rationem paulo uberius explicabimus, quando hiſtoria mira eſt. s

Ea uero ita habet. Fuit Menippus Lycius, annos natus quinq; et XX. Ingenio haud inſcito. Corpore itẽ multa exercitatiõe ualido. Ita, ut formoſi Athletæ, liberaliſq; ſpeciem præſeferret. Hunc peregrinæ mulierculæ pleriq; amoribus irretitum putabant. Ea uero, ut tum uidebatur, ſpecioſa quidem erat, & permollicula, nec non diuitiis ubertim fulta. Cęterum ea omnia oſtentationem modo exhibebant. Veri ſuberat nihil. In eius uero ſe familiaritatem ad hunc modum inſinuaſſe ferebatur. Pergebat quandoq; Menippus Corintho Cẽchreas ſolus. Ecce Phantaſma quoddam illi occurrit, Quod ſe in mulieris ſpeciẽ conformauerat. Atq; ex manu apprehendens Menippum, Iampridem inquit, ſe illius amore teneri implicitam. Eſſe uero ſe genere Phœniſſam. Et in ſuburbano quodam iuxta Corinthum habitare. Idq; etiam digyto monſtrãs illuc ueniret, hortari cœpit, Quod ſi inquit, feceris, intentam muſicis inuenies me. Et Vinum bibes, quale non ſępe alias, nec te Riualis ulla uellicabit ſuſpicio. Pulchra ſiquidem pulchro contenta uiuam, & moriar. His blandiciis delinitus Adoleſcens, etiamſi Philoſophię myſteriorum haud expers, amoribus tamen obniti, obluctariq; non ualens, Veſperi ad mulierem pergit, ac frequenter deinceps, perinde ac ad ſuas delitias, necdum enim, Cuiuſmodi Phantaſma eſſet, callebat. Id cum eſſet intuitus Vir quidam, ut ipſe interpretor, Magus, aut Philoſophus, Vt tũ creditũ eſt, & ſummæ grauitatis, ac prudentię, primo Statuarii inſtar Menippum inſpectans, hominem expendebat, contemplabaturq;. Vbi uero rimatus abunde eſt uiſus, O formoſe inquit, & a' formoſis expetite mulieribus ὄφιν θάλπεις, καὶ σὲ ὄφις, Serpentem confoues, & iſte. Cum in iis mirabundum animaduerteret Menippum, Hoc proinde inquit, dixi, Quoniã mulier eſt tibi, quæ Vxor non eſt. Sed rogo te, ecquid ab illa te amari putas? Per Iouem inquit Menippus, & quidem eximie. An igitur inquit is, eam tibi in matrimonium aſciſces? Equidem reſpondit, Quid enim iucundius, quàm amantem ducere? Quando inquit ille, futuras opinaris nuptias? Cito ait, uel fortaſſe cras. Id cum Vir ille inaudiſſet, obſeruans Cõuiuii tempus, cum iam uocati pręſto' forent, Vbi illuc & ipſe perexit, Vbi nam inquit, mulier eſt, Cuius cauſa Conuiuium celebraturi conueniſtis? Tunc Menippus prope' adeſt, inquit. Tunc is, Argentum hoc, & aurum, cætera'q; Domus huius ornamenta tua'ne, an mulieris ſunt? Mulieris inquit, ac ſemilaceram, & pilarem omnino Veſtem oſtẽdens, Tales mei inquit, cultus ſunt. At ille ad eos, Qui aderant, conuerſus, Tantali inquit, Ortos uidetis, Qui ſicuti ab Homero proditum eſt, Speciem quidem præferunt aliquam, cum tamen ſint nihil. Eiuſmodi uero ornatum hunc omnem concipiatis licet. Neque enim quæ uidetur, materia ulla ſub eſt, Sed Simulacrum modo eſt, Ac imago. Quod ut uerum ſciatis, Bella hęc Sponſa una eſt τῶν ἐμπουσῶν, ἃς λαμίας τε καὶ μορμολυκίας οἱ πολλοὶ καλοῦσιν. Hoc eſt, ex Empuſis.

Quas lamias, & Mormolycias plerique putant. Sunt autem in amorem, & Venerem procliues, & humanas Carnes uehementer expetunt, Venereorum'q; cupidine alliciunt multos, quos deglutiãt mox. Hæc uero audiens illa, Age inqt, meliora loquere. Atq; inde offensior, ac perturbatior Philosophos paulo pcacius prosçidit, eos omnes delyrare inquiens. Vbi uero aurea supellex, & imaginarium argentum, uelut fumus, effluxere, Administri'q;, & Coq, ac reliqua familia increpita euanuit, Lamia lachrymãti iam similis rogabat, ne se torqueret. Ne'ue quid esset, fateri cogeret. Illo autem acriter instante, nec se dimissurum asserente, tandem sese Lamiam, confessa est. Et uoluisse Menippum Voluptatibus delinitum obuoluere, ut eius postea corpus deglutiret. Esse nanq; sibi persamiliare formosiorum uesci Corporib⁹, ubi ad summam sanguinis abundantiam peruenissent.

¶ De ære obseruata plusçula. Clauus æneus quo modo in prouerbium ueniat. Item de Hydnis, hoc est tuberibus, ac Hyęnę, & Phocarum pellibus. Aerarii qui sint in Latina historia. Caput V.

Eris uim multa in priscis monumentis attestari uidentur. Omnino siquidem ad rem diuinã pleraq; ænea adhiberi solita, plusçula indicio sunt. Et in his maxime sacris, quibus delinire aliquos, aut deuouere, Aut deniq; exigere morbos uolebant. Hoc significare uidetur & Virgilius, Vbi ait, Curetũ sonitus, Crepitantia'q; æra. Sed & Carminius tum doctus Vir, tum etiam curiosissimus in Libro de Italia secundo, Prius Thuscos æneo uomere uti, cum Vrbes cõderentur, solitos, scribit. In Sabinis quoq; ex ære cultros, quibus Sacerdotes tonderẽtur, fuisse. Quin & Græcorum uetustissimi Aeris sonos, tanquam rem ualidissimam, adhibere multis in Locis consueuerant. Sicuti in Lunæ defectibus, ut uel alibi cõmeminimus. Cui rei locupletissimus testis accedit T. Liuius ab Vrbe Condita Libro XXVI. Dispositа inquit, in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum Aeris crepitu, qualis in defectu Lunę silenti nocte fieri solet, edidit clamorem, ut auerteret etiam pugnantium animos. Significat id & Plinius, ubi ait. Et in Luna ueneficia argueẽte mortalitate, Ob id crepitu dissono auxiliãte. Hinc uidetur etiam Libro metamorphoseos quarto Ouidius ceciniſſe.

Cum frustra resonant æra auxiliaria Lunæ.

Nec non Libro septimo.

Te quoq; Luna traho, quis temerata labores
Aera tuos minuant.

Plutarchus quoq; in Æmilio, Ea nocte inquit, cum iam cœnassent, & Quieti, Somno'q; indulgerent Milites, Luna obscurari cœpit, ac deficiente lumine, multis'q; coloribus mutata, tandem nusquam apparuit. Romanis, ut consuetudo est, Tinnitu æris Lumen eius reuocãtibus, & ignes multis facibus ad Cælum tollentibus. Metalli huius potentiam ibi quoq; Poeta maximus expressisse uidetur. Cum ex imitatione Sophoclis in Tragœdia, Cui titulus est, Rhizotomi, sic Libro quarto scriptum reliquit. Quod & in cœnis adnotauit Macrobius Libro quinto.

Falcibus, & messæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbę, nigri cum Lacte Veneni.

Inuenimus & illud scitu dignissimum, Id fuisse moris Venatoribus, Vt, sicubi in remotiori bus Suem deiecissent, uel Ceruum, Ne computrescerent, clauum æneum infigerent, Veluti ad auertendam putrefactionem remedium plane esset efficacissimum. Ex quibus omnibus natum, quod huic Lucubrationi prætexuimus, Adagium, Vt id Clauũ esse nobis æneum dicamus, Quicquid est, quo ita nitamur, confoueamur'q;, ut eo, tãquam Ridica firmissima, aduersus reflatum omnem obfirmati, constipati'q; cõsistamus, ueluti malorum omnium, aut multorum e' Collo Amuletum gestantes. Sed cur nam Aeri aduersus putredinem inesse uim adeo efficacem opinemur? An quia Stypticitatis plurimum adest illi materię? Indicio esse aiunt, medicamenta, Quæ substringẽdi uim habeant, eius metalli rubigine a' Medicis potissimum concinnari. Quin & in fodinis æris, Quę χαλκηρύχια uocant, Oculos immorantium, eruentium'q; iuuari insigniter, memorant. Nec non quibus defluxerint Palpebrarum pili, egregie restitui. Videtur enim Aspergo, siue Vapor ex Chalcitide exhalans, pal

bras'q;, &

pebras'q;, & oculos cõtingens occulte Rheumata sistere, siue fluctiones, Lachrymas q; manantes retundere. Proinde memoriæ ab Eruditis proditum est, εὐήνορα, καὶ νώροπα χαλκὸν ab Homero nuncupari. Nam Euenor bene afficientem uiros indicat, aut potentẽ. Norops autem splendidi notionem habet. Auctor quoq; Aristoteles est, Vulnera, quæ cuspide ęrea, quam ἐπὶ δορατίδα uocant, fuerint illata, uel gladio, minus, minus'q; afferre doloris, Facilius uero etiam persanari, διὰ τὸ φαρμακῶδες ἔχειν τὶ τὸν χαλκὸν ἐν ἑαυτῷ, Quod medicam uim quandam in se obtineat æs, quam in uulnere statim relinquat. Nisi quis illud quoque astruat, infixum Clauum ad se undiq; aggregare humorẽ, quoniam hęc naturę sit uis, ut ad affecta loca fiat defluxus, Quæ dicitur Epiphora. Propterea eius loci ambitu cõspici οἷόν τινα μώλωπα, καὶ σπῖλον. Perinde, ac uibicem, & maculam quandam. Quo fit, ut summa ratione cõtingat, ut Carnis reliquum depuratum nullam sentiat affectionem. Quicquid erat humoris praui, uitiati'q;, illuc corriuato. Cõsimile huic ferè Adagiũ usurpari posse, uideo, Vt q suopte pręsidio aduersus Potẽtioꝝ uim pręmunit⁹, præfultus'q; est, dicat' Hydna gestare, hoc est tubera. Nec nõ Hyęnæ, Phocarũ'q; pelles, Quod hęc minime tangãt' de Cęlo. Quo noĩe Veloꝝ sũma hisce cõmunire, Nautici moris est. Hydna porro' Aristophanis Interpres Pluto, Bulbos interpretatur. Apud Eustathiũ, Quidã ita inquit, Hydna quædã, uelut fungi, sunt πνιτώδη. Meminit Libro primo Paulus Æginita, tradens, Hydnon ἄποιον μὲν ἔχειν τὸν ἀναδιδώμενον ἐξ αὐτοῦ χυμὸν, ψυχρότερον δὲ καὶ παχύχυμον. Hydnophylla uero herbas dicũt Hydnis adnatas. Illud deniq; ad Aes attinet aliquo modo, Aerarios in Romana historia nuncupatos, Qui Plebeii ordinis, delicti nomine in Cęritum tabulas a' Censoribus reiecti, nec in Centuriæ Albo scripti amplius, pro Capite duntaxat, Tributi causa æs ꝯferebant.

¶ Prosopion habere, non Prosopon per adagium quid sit. Inibi utriusq; uocis notio. Et quid Prosoputta, & Protome. Caput VI.

Prosopion habet, non Prosopon, Adagium est scite admodum, & argute infucatam mulierem concinnatum, quę tectoriis, ut Satyrici Poetę Verbo utar, Lita facie, Non aliud sane', quàm personata esse uideatur, Quando nugis id genus peregrinus, uice laruę, Si Oratiano Verbo uti permittimur, insitam obuelant deformitatem, aut crassantem Senectutem, erugata cute, differre connituntur. Lucilii ad id lepidissimum extat Epigramma. Quod quia summę uenustatis est uisum, etiam apponendum censui.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρα οὔποτε βάψεις,
Οὐ δὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
Ὥστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐ δὲν γὰρ πλέον ἐστί, τι μένεαι; οὔποτε φῦκος,
Καὶ ψίμυθος, τεύξει τὴν ἑκάβην ἑλένην.

Caput quidem inficis, At Senium inficies nunquam,
Nec genarum rugas erugabis quandoq;.
Non igitur faciem totam Psimytho collinas,
Ne personam habere uideare, non faciem.
Nil siquidem est amplius. Quid furis? nunquam fucus
Et Psimythus Hecubam reddiderit Helenam.

Cæterum, ut uel græcę doctrinę imperiti sciant, Quid Prosopon, Et qd Prosopion, Auctor est Iulius Pollux de Vocabulis rerum Libro secũdo, Quod fronti subiectum est, Prosopon dici, hoc est faciem, Sed in homine tantum ferè, Nam in reliquis inquit, nuncupatur Protome. Sicut in Auibus Rhyncos, & Rhamphos. A' Prosopo autem inclinãtur multa. Inter quæ etiam προσωπεῖον, idest Prosopium, quod Mormolycion inquit signat, quæ est Persona. Sed & Prosopon quoq; uocatur, Et Prosopis. Nam Prosoputta Athenis uas fuit ęneum Echino persimile. Quod in oris ambitu Leonum prosopa habebat, siue Boum, unde et nomen. Aristoteles uero de partibus animalium Libro tertio non solum quid sit Prosopon edocet, Sed & etymon perscrutatur, τῶν δὲ ἀνθρώπων inquit, καλεῖται τὸ μεταξὺ τῆς κεφα-

λῆς, καὶ τοῦ αὐχένος πρόσωπον, ἀπὸ τῆς πράξεως αὐτῆς ὀνομασθὲν, ὥς ἔοικε, διὰ γὰρ τὸ μόνον ὀρθὸν εἶναι τῶν ζώων, μόνον πρόσωθεν ὄπωπε, καὶ τὴν φωνὴν εἰς τὸ πρόσω διαπέμπει. Prosopon autem, idest facies, quod inter Caput, & collum hominis est, Nomen a' re ipsa accepisse uidetur. Quod enim unus Animalium homo erectus est, Solus prospicit πρόσωθεν, idest ante uersus. Vocem'q; item, in eandem partem emittit. Quod uero Protomē accipi diximus in Brutis, Legimus tamen προτομὰς βασιλικὰς pro Iconibus regiis. Sed, ut diximus, in ratione carētibus est proprie Protome, Vnde in summis nauium rostris Quadrupedū audimus protomas deformatas, ære'q; circummunitas διὰ τὸ τῶν ἐμβόλων χρειῶδες. propter Embolorum necessitatem. Alibi opinor, me docuisse, nomine eo rostra nauiū significari. Inuenio item Arietis bellici partē primam, qua ingruit, Recte dici Protomen. Credo quia Bruti imaginem exhiberet. Sic enim apparabatur Machina ea.

¶ Aristotelis, & Philosophiæ laus exquisita. Qui Proci Penelopes. Philosophia a' quibus Lacessita. Caput VII.

a Ristotelem summum Peripateticorum principem adeo naturalium rerū cōsectatorem auidum, & solertem fuisse indagatorem, produnt Auctores celeberrimi, Vt Causam eius mortis hinc memorent profluxisse. Legimus quippe Virum hunc Euripi septies die, ac nocte reciprocantis naturam admiratū, causas altius secum librantē, cum minus Voti compos euaderet, Animi ægritudine contraxisse morbum, ex quo non conualuerit amplius. Adeo imbiberat ille, summā hominis quodammodo beatitudinem uersari in recondita rerum scientia. Quam rem approbasse uidetur Plato quoq;. Nam, cum forte in auditorium uenisset, Nec adesset Aristoteles, succlamauit, ἀπέστι ὁ τῆς ἀληθείας φιλόσοφος. Abest Veritatis Philosophus. Cum iterū non accessisset, dicere non dubitauit. ὁ νοῦς οὐκ ἦλθεν. Non uenit Intellectus. Hic porro' Philosophiam tanto studio amplexabatur, Vt dicere nō dubitaret, Eos, Qui Artes reliquas cōsectarentur, Hanc uero negligerent, Esse Penelopes Procis consimiles, Qui, ut traditum ab Homero, nouimus, Cum Domina potiri nequissent, ad Ancillas diuertebant. Quam tamē sententiam Dioni ascribunt alii. Veluti sit Philosophia artium ars, Et Sciētiarum princeps, ac, Vt M. Tullii aduocatione utamur, Vitæ Dux, Virtutum indagatrix, Expultrix'q; uitiorum. Vt uel hinc perspicuum fiat, quāto ducantur errore, qui Philosophos, ut contumaces & refractarios incessunt. Hinc ergo natum Adagiū, Vt Penelopes Procos dictitemus, quoscunq; uiliorum Scientiarum assectatores. Nec me fallit, in quadam Epistola Oratiū aliouorsum prouerbium trahere. Ita enim profecto scribit.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati
Sponsi Penelopes, Nebulones, Alcinoi'q;.
In Cute curanda plus æquo operata Iuuentus.

Nam Voluptatibus mancipatos, nec ullam prorsus rationis lucem capientes eo nomine uidetur intellexisse. Cuiusmodi fere' est uilissimus quisq;, Quem appellauit Numerum, tanq; ex multis unum. Quod ex illo Aristophanio putatur sumptum, ὄντες λίθοι. πρόβατ', ἄλλως νενασμένοι. Sed redeo ad Philosophiam, Cuius præcipuum munus est, indagatio, atq; inuētio Veritatis. Huius rei amore, ac studio Philosophi nomen inuentum est. Huius ubiq; Plato studiosus, atq; auidus indagator fuit. Huius Limites seruauit, ut debuit, cum de rebus diuinis, humanis'q; dissereret. Id ab Aristotele quoq; Platonis discipulo accuratissime custoditum. Idem Plato Sapientis esse negauit eas Artis, Quæ plerunq; Vitæ inseruiunt. Siue illæ necessarię, siue utiles, siue elegantes, siue Ludicrę, siue Auxiliares sint. Propriam uero Philosophi non Cathedrarii, Sed ueri, & antiqui. Nec qui sit palliatum mēdicabulū, Aut Scholæ modo discat, Nec uitæ. Huius inquam supellectilem putat propriam, Numerorum scientiam, Quos inquit, a' natura Hominis si remoueris, etiam ratio perpetuo perierit. Numeros autem ille non Corporeos accipiebat, Sed ortum ipsum, potestatem'q; paris, & imparis, quatenus rerum naturæ consentiant. Arithmeticam porro' maxime omnium inquit, ingenium acuere, memoriam confirmare. Animum ad omnem speculationem, actionem'q; aptissimum, promptissimum'q; efficere, Ait'q; in Epinomide, Numerum ab ipso Deo hominibus traditum,

bus traditum, ueluti rationis, diſcurſionis'q; neceſſarium inſtrumentum. Poſt hoc etiã Deorum, atq; Animantium geniturę, Quæ Theogonia, Zoogonia'q; uocetur. Syderum itẽ cognitioni uacaturum dicebat. Lunæ'q; circuitum, quo menſes includantur. Quo plenilunia fiant, ac Solis anfractus indagaturum, Brumas, & Solſtitia peragentes. Commemorat prę terea Geometriam menſuras ſpectantem, & Stereometriam librantem pondera. Illam uero imprimis neceſſariam eſſe Artem, qua uerum a' falſo dignoſcit'. Vt autem peruenire ad Intellectum naturę eius tandem Philoſophus poſſit, Quæ ſemper eſt, quæ'q; ſub corruptione, generatione'q; non fluitat, Hanc ei, quam diximus, terendam eſſe aiebat Viam. Illud uero ſcitu dignum. Dum Summus hic Philoſophus proprium legitimi Philoſophantis expingit, ac componit ingeniũ, & congruis diſciplinis erudit, & format. Non minus, immo multo plus Virtutis, & Pietatis, quàm Scientię a' Philoſopho exigere. Nam quicquid Scientiæ ab hoc exigit, iccirco requirit, Vt Deum ipſum uerum, tam Scientiæ magiſtrum, quàm Auctorem rerum, quę ſciuntur, prę cęteris ueneretur. Quæ res uel pręcipue rationali Animæ ſalutem comparat. Propterea recte Veteribus traditum eſt, diſciplinæ, ac eruditionis Caput eſſe Philoſophiam. Quippe Corporis gratia ſcientias duas uideri comparatas, Medicinam & Gymnaſticẽ, Altera quarum Sanitatem, habitus bonitatem cõciliet Altera. Verum Animæ, morbos, & affectiones ſola tollere Philoſophia poteſt. Siquidem inſtruit nos hæc quid pulchrum, turpe, Iuſtum, iniuſtum. Quid appetendum, fugiendum'ue ſit. Quo deniq; pacto Deo fruendum, nec non Parẽtibus, Alienis. Item Legibus. Amicis. Principibus. Vxoribus. Filiis. Seruis. Porro' idem hic Auctor talem hunc Philoſophum naſci etiã affirmabat oportere e' matrimonio ſacro, Hoc eſt ex optimis Parẽtibus, Non enim ex omni ligno Mercurius fit, Sicuti dicitur. Nam Si inquit, in Olympicis ludis ad Certamen nemo admittitur, Niſi Qui parentes, & ſtirpem generis eſſe citra labem omnem edocere potuerit, Cur non in Sapientiæ ſtudioſo ſtatuatur hoc idem? Cęterum nec id prætereundum. Vt quẽadmodum Gentilitiæ quędam familiarum notę feruntur, Ceu Seleucidarum Anchora, Pelopidarum eboreus Humerus, Aenobarborum rutila Barba, Sic Philoſophos omnes addecet plurimũ, hoc imprimis uelut inſigne habere, Vt ſint mẽdacii oſores, Veritatis ſtudioſi. Sed enim Platonis deſcriptionem cuius nam modi opinamur, qua Philoſophiam ſtatuit, eſſe mortis meditationem? Quin illud quoq;, quod in Phædone ſcriptum eſt, debere Philoſophum mortem expetere? Neq; enim iſta ſignificant, Expetendam eſſe Animę diſſolutionem a' Corpore ante, quàm pręſtitutum a' Deo tempus aduenerit, Quod Plato nefas eſſe dicit, Sed debere Vnũquenq; Animum ab hac mole Corporea, & uitiis hinc inde ſcaturientibus ſurrigere, &, quantum fieri poteſt, omni contagione Carnis ſequeſtrata, in ſola profundiſſimarum rerum contemplatione uerſari. Legat, Qui uelit, Aurelii Macrobii Commẽtationes in Scipionis Somnum, Et bipartitam hanc Mortis diuiſionem inueniet, Vt altera natura accidat, Altera ex Virtute proficiſcatur, Quam pręcipi a' Platone cõfirmat. Eam'q; eſſe, cum Animus adhuc iunctus Corpori, Voluptates tamen Corporis deſpicit, Et omnibus uitiorum uinculis ſolutus ad nobiliora erigitur, ſtudio'q; ad ſupera, & naturæ ſuæ congrua ſublimis euehitur. Ad hæc pertinent, Quæ ſcribit Aurelius Auguſtinus in Libro de Vera Religione, Platonem ſiquidem refert, Diſcipulos ſuos edocere ſolitum, ut a' Venereis Voluptatibus abſtinerent, Perſuaſiſſimum'q; haberent, Veritatem non Corporeis oculis, aut ſenſu aliquo, Sed ſola Mentis puritate uideri, Ad quam percipiendam nihil magis impedimento eſſe, quàm Vitam Libidinibus deditam, & Falſas imagines rerum ſenſibilium, quæ nobis per Corpus imprimuntur. Itaq; ſanandum imprimis eſſe Animum ad percipiendam incõmutabilem rerum formam, & eodem modo ſemper ſe habentẽ, Atq; omni ex parte ſibi ſimilem pulchritudinem. Neq; uero Nomini tam ſacro, tam'q; uenerabili prorſum officere debet quicquã, quod ſub eo, ſicuti colligit Fabius, maxima in pleriſq; uitia quandoq; latuerint. Non enim Virtute, ac ſtudiis, ut haberent' Philoſophi, laborabant, Sed uultum, & triſtitiam, & diſſentientem a' cęteris habitum peſſimis moribus prætendebant. Credamus item maximis Auctoribus, Philoſophum ab Oratore nõ ſeiungi. Nam Vetus quidem doctrina, ut Cicero docuit de Oratore tertio, eadẽ uidetur & recte faciendi, & bene dicendi Magiſtra, neq; diſiũcti Doctores, Sed iidẽ erant uiuendi Præceptores, atq; dicendi, Vt ille apud Homerũ Phœnix. Eloquentia uero, cum ſit una quædam de ſummis Virtutibus, Tamen quo maior in ea

uis, hoc magis est probitati iungenda, summęq; prudentiæ, Quarum Virtutũ expertibus si dicendi copiam tradiderimus, Non eos quidem Oratores effecerimus, Sed furẽtibus quę dam arma dederimus. Mox uero Nonnulli, cum ipsi doctrina, & Ingenio abundarent, A're autem Ciuili, ac negotiis Animi quodam iudicio abhorrerent, hanc dicẽdi exercitationem exagitarunt, contempserunt'q;, Quorum princeps Socrates fuit. Hinc dissidium illud exti/ tit, quasi linguæ, atq; Cordis, absurdum sane', ac inutile, & reprehendendum, ut Alii nos sa pere, Alii dicere docerent. Hęc autem, ut ex Apœnino fluminum, Sic ex cõmuni Sapiẽtium iugo sunt doctrinarum facta diuortia. Vt Philosophi tãquam in superum mare Ionium de/ fluerent, Gręcum quoddam, & portuosum. Oratores autem in inferum hoc Thuscum, & Barbarũ, scopulosum, atq; infestum laberentur, in quo etiã ipse Vlysses errasset. Hoc ipsum & Fabius conqueritur Libro primo, Scidit inquit, deinde se studium, atq; inertia factũ est, Vt Artes esse plures uiderentur. Nam ut primum lingua esse cœpit in quæstu, institutum'q; Eloquentiæ bonis male uti, curam' morum, qui diserti habebant', reliquerunt. Cæterũ nec illud discussione indignum, Fuisse tamen Antiquorum tempestate, Qui ueluti inauspicatis simę Aues, tenebrarum alumnę, ac Solis splendidioris lucem non ferentes noctuinis oculis, Philosophiam incessere, lacerare, exculcare'q; sunt ausi. Quis Agrippinam nescit Augustã Neronem filium eo nomine a' Philosophiæ studio seuocasse, quod eam astrueret Imperan tibus iutilem? Quid Domitianũ dicam? Abs quo summotos Italia Philosophos, adnotatũ historiis est, nullo quidem crimine alio, nisi quod philosopharentur? Athenienses uero illi doctissimi quidem, & Scientiarum quodammodo Parentes, Sed & Virtutis ueluti Carni/ fices, non'ne cicuta Socratem ipsum sustulerunt? Proinde magna Criminis parte absoluit' Antiochia, felix quandoq; Ciuitas, Quam prodidere celeberrimi Conditores, probrosis uo cibus Romanum principem Iulianum proscindere non desiisse, nec id alia ratione, quam quia Philosophus foret, ac Barbam promitteret. Qui ferme fuit temporum illorum inter Philosophos mos Vetus. Nec illud excidit, Tyrannum quendam ingenio Vesano, & Bar/ baro percitum furore, Quę Philosophiam continerent, Volumina prorsum omnia crema/ re adortum, Ni Algazeles, Cuius inter Eruditos non incelebre nomen est, Commẽto pio, ab infando auertisset incepto. Hortensius Philosophiam uituperauit. Chrysostomus Dion eloquentissimam in Philosophos orationem procudit. Taceo Sillorum opus absinthio cõ/ spersum, quod Timoni Philosophorum expressit irrisio. Sed quicquid illi dicant, uel medi/ tentur, Sapiẽtia profecto humana præcellit omnia, Sicuti in Sẽsibus Visus, In Anima mẽs, In Syderibus Sol, oculus, atq; Animus naturæ totius. Quæ porro' sint eius emolumenta Sa piẽtiæ, quę & naturalis est, & dicitur, paraphrasi in physicam auscultationem prima copio se explicat Themistius.

¶ Leænæ partus, Parœmia item, Vnum quidem, Sed Leonem. Caput VIII.

a Esopi fabulatoris illius egregii, Quem certatim Linguæ utriusq; monumen ta celebrant, Apologus est uenustatis lepidissimę, Ac documenti non contemnẽdi. Contendebant inquit, olim Vulpes, & Leęna de Generositate, Inter alia, cum ueluti ieluibile Vulpes obiiceret, Leænam unum semper parere, su um uero multiplicem esse partum, in'q; eo sibi placeret plurimum, Respon/ dit Leæna, Parere se quidem unum, ἀλλὰ λέοντα, Sed Leonem. Quod & in Adagiũ uer/ titur, Cum Virtutem, ac Animi excellentiam spectari oportere, astruimus, non uilem numerũ, & inutilẽ. Quod uero unũ duntaxat parere Leænam, uidetur Auctor hic comprobare, Fuit ea quidem opinio Vetus, Ab Herodoto confirmata Libro historiarum III, & in nostris atticis a' Gellio repetita. Leęnam ualidissimum, ferocissimum'q; Animal semel in Vi ta, & unum parere, quod una'cum fœtu uterum emittat, unguibus fœtus eiusdem prosciss/ sum, laceratum'q;. Quę fuerit in ea re Aristotelis sententia, Plinius elegãter expressit. Apud Philostratum obseruauimus, Repertam quandoq; Leęnã uisenda magnitudine, Quæ ma/ iore etiamnum miraculo inuenta sit in Vtero Catulos octo gestare. Traduntur autem inqt, de Leęnæ partu huiusmodi, Gestare eam mẽsibus sex, Terq; omnino in tota uita parere. Pa rit autem, ut aiunt, primum quidem tres, mox duos. Quod si tertio parere illam cõtingat,

Vnum duntaxat

Vnum duntaxat parere, tanquam natura geſtiente, rariora producere, quæ magnam in ſe feritatem habent, Neq; enim fides adhibenda dicentibus, adultos in Vtero Catulos, matris uiſceribus laniatis, naſci. Conſtat enim generata, & generantia naturę ui mutuo ſe amore proſequi, Vt per eum ſpecies in rerum natura conſeruetur. Scribit Auicenna, quod ſcitu dignum eſt, Raro Leęnam generare, & ad ſummum duos concipere. Rationem'q; eſſe ait, ex caloris intimi uehementia copioſius, largius'q; nutrimentum repoſcentis, Vnde numero ſior impediatur generatio. Addit quoq; non ueſci, niſi ex uenatione, nec uenari, niſi ſemel in die.

¶ Quid ſit in greco epigrammate Ouum factus totus. De Ouis paucula. Tollitur ex Cicerone obſcuritas. Ouũ pronũtiari & de Arborum fructu. Caput IX

Apillos inficere, Veteris etiamnum fuiſſe moris, ſæpius Plinii medicina perdocet. Nec Poetę tacuerunt. Nam Mart. ita ſcribit.

c Mentiris iuuenem tinctis Lentine Capillis,
Tam ſubito Coruus, qui modo Cygnus eras.

Extat item Nicię cuiuſdam perelegãs tetraſtichon, Quo ridetur neſcio quis, uti apparet, tingendi Capilli affectator ſummus. Sed ei rei dum nimiũ ſtudet, effectum eſt, ut uitiata cute, defluxerint Crines omnino, nec ullo medicamẽto ſuccreuerint amplius. Propterea turpiter nudato Capite, Ouum eſſe factum totum, facetiſſime Poeta hic cauillatur. Id eſt huiuſmodi.

Τὴν κεφαλὴν βάπτων ἰὸς, ἀπώλεσε τὰς τρίχας αὐτάς.
Καὶ δασὺς ὢν λίαν, ὠὸν ἅπας γέγονεν.
Τοῦτο βαφεῦς ἐβόησε, τὸ μηκέτι κουρέα τέμνειν,
Μήτε κόμην λευκὴν, μήτε μελαινομένην.

Caput inficiens quidam capillos deſtruxit ipſos,
Et quamuis perhirſutus foret, Ouum tamen eſt factus totus.
Proinde exclamauit infector, Tonſorem nil amplius ſuccidere,
Nec albam Comam, Neq; item nigrefactam.

De Ouis quidem ſatis, ſuper'q; alibi Commentati ſumus, Nunc ſuccurrit illud obſcurius pronuntiatum a' Cicerone in Epiſtola ad Pętum. At quem uirum? nõ eum, quem tu ſolitus es promulſide conficere, Integram famẽ ad Ouum affero. Itaq; uſq; ad aſſum uitellinum opera iſta perducitur. Vbi integram famem ad Ouum afferre, Non aliud eſſe uidetur, quàm ad ſecundam uſq; menſam cibi appetentiam producere. Dixit Naucratitas, Auctore Athenęo, ſicuti alias recenſuimus, in Conuiuiis apponi ſolita bina Oua, quæ in ſecunda menſa darẽtur, ſicut Lepus, & Turdus cum mellitis. Nec me fallit, Cõtrariam ſententiam in Sermonibus ab Oratio poſitã. Ouũ pro arborũ fructu apud Empedoclẽ Lector accuratus inueniet.

¶ Quæ medicamenta Deorum manus nuncuparet Philon. Qui Morbi graues præcipue. De Seruio Clodio. Caput X.

Hilon medicus, ut uidetur, nobilis, Cum medicamenta quędam ad medendi uſum exquiſitiſſima concinnaret, & regias quaſdam, ut Plut. inqt, & Alexipharmacas poteſtates conficeret, Eas, quod ſalutares, & diuinas quodammodo ſciret, θεῶν χεῖρας, ueluti adagio quodã, appellare conſueuerat, hoc eſt Deorum manus. Alioqui, Homero quoq; auctore, Morbos ad iram Deorum immortalium relatos fuiſſe, ſcimus, & ab iiſdem opem poſci ſolitam. Inter morbos uero iudicauere experimento, Vti condocet Plinius, aſperimos cruciatus eſſe Calculorum a' ſtillicidio Veſicæ. Proximum Stomachi. Tertium eorum, qui in Capite doleant, Non ob aliud fere' morte conſcita Grecis. Et noxias quidem herbas demonſtratas, miror equidem, Nec uenenorum tantum, Quoniam ea conditio uitæ eſt, Vt mori plerúq; etiam optimi portus ſit, tradat'q; Varro, Seruium Clodium Equitem Romanũ magnitudine doloris in podagra coactum, ueneno crura perunxiſſe, & poſtea caruiſſe Senſu omni, ęque quàm dolore in ea parte corporis.

p

¶ Compoſitum Corpus cur Panegyricum dicatur. Panagyris quid. Caput XI.

Panegyrica ex ſcito quodam Adagio dici poſſe uidentur, quæcunq; ex pluribus aggregata ſunt, Panagyrin a Græcis appellari ſcimus, Nundinas, feſtas celebritates, & Conuentus. Nam ſcribit Herodotus Hiſtoria ſexta, Panagyres Athenis, hoc eſt publicos Conuentus qnto quoq; anno fieri ſolitos. Hinc Panegyricas Orationes legimus, quę in eiuſmodi haberentur Conuentibus, Quas ἐπιδεικτικὰς λόγους eſſe probat Quintilianus, quãuis formam ſuadendi haberent, & plerunq; de utilitatibus Græciæ loquerẽtur. Significat & Panagyris Locum ipſum, In quo fit hominum congregatio. Philoſtratus Libro VIII. In Panagyri templa ſunt, & Deorũ cellæ, & ſtadia ad currendum. Porro Scenæ item, ac Gentes uiſebantur plurimæ, partim ex finitimis, partim ex tranſmarinis regionibus uenientes. Multis ſuper artibus, & Sophiſmatibus conſtabat Panagyris. Sed & uera quoq; ſapientia, & Poetica, Cõſultatoriis ẽt, & dialecticis oſonibus, & Muſicis cantibus. Quod uero ad p̃ſens negotium facit, Elegãter Plutarchus Sympoſiacorum quarto, Corpus compoſitum, ut noſtra ſunt, παμμιγὲς uocauit. i. mixtum, καὶ πανηγυρικὸν hoc eſt, ut ego interpretor, ex pluribus, & interim diuerſis aggregatum, concinnatum q;, ac compactum. Quod cuiuſmodi ſit, Platonis potiſſimum uerbis ex Timæo duximus ſubſignandum, Atq; is quidem, qui hæc cuncta diſpoſuit, rite in ſuo habitu permanebat, Quo qdem permanẽte, eius filii, cum Parentis ordinem cognouiſſent, eũ protinus ſequebant. Itaq; accepto ab illo mortalis Animantis immortali principio, ſuũ effectorem imitati, Ignis, Aeris, Aquę, Terrę particulas, quas rurſus redderent, a mundo mutuabantur, eas q; inter ſe copulabant, haud quidem illis indiſſolubilibus uinculis, quibus ipſi fuerant colligati, Sed talibus, quæ propter paruitatem cerni nõ poſſent, crebris q; huiuſmodi clauis coniunctis, unum ex omnibus Corpus efficiebant, atq; in hoc ipſum tum influẽte, tum effluente corpore Animę diuinæ circuitus illigabant. Itaq; hi circuitus in profundum flumen immerſi neque tenebant, neq; tenebant, Sed ui ferebantur, atq; ferebant. Hactenus Plato. Tu uero Vbi uincula nominantur occulta, intellige ex Platonici doctiſſimi ſentẽtia, complexionem hoĩs eſſe adeo tempatam, Cęlo q; perſimilem, ut uix in ea elementaliũ qualitatum exceſſus appareat. Subdit deinde, Circuitus Animę in mole Corporis impediri. In quo meminiſſe debemus, Animam noſtram ſimili rõne, atq; mundi Animam contextam fuiſſe, ſimiles q; circuitus poſſidere, Platonice loquendo. Circuitum ergo intelligentiæ impediri ait. Rõnis uero circuitum paulopoſt diſtrahi ſcribit, duabus præcipue rõnibus, Tũ qa prius, q̃ adultum ſit Corpus, Anima tota in fabrica Corporis occupat, tum qa qui extrinſecus Senſus mouent, in teneriori ætate offendunt uehementius, et propter nouitatem rerum animum circa Corporea reddunt admirabundum. Quibus de cauſis diu & intelligentia, a diuino uacat officio, & rõnalis ipſe diſcurſus circa inferiora diſtractus quaſi demens turbatur, & fallitur, Sic q; totus animus peruerſam figurã ſubit, uitam q; ducit laborioſam, dũ ratio cędit Sẽnſibus, perinde ac ſiquis Caput pro pedibus humi figat, Pedes uero pro Capite in altum tollat. Alibi quoq; Idem Plato Medullæ, Oſſium, Carnis, & Neruorum rationẽ ita digerit, Oſſium uero, & Carnis, cęterorum q; huiuſmodi ita eſt natura cõpoſita, his nempe omnibus medullæ generatio initium p̃buit, Vincula. n. uitæ illius, quam Anima Corpori iuncta ducit, applicata medullæ, ex ea q; per omne diducta uinciunt, fulciunt q; Corporis noſtri conſtructionem, Ipſa uero Medulla eſt ex aliis generata. Sunt qdem trianguli primi quidam, & indeflexi, & Lenes ad Ignis, Aeris, Aquæ, Terræ exactiſſimam generationem accommodatiſſimi, E Quorũ generibus ſingulis Deus ſecernens ſingulos, & inuicem cõtemperatos permiſcens totius generationis Mortalium ſementem, fomitem q; cõſtituit, dũ medullæ ex his Subſtantiam procrearet. Et illam quidem medullæ partem, in quam, uelut agrum quẽdam, diuinum ſemen iaciundum erat, globoſam, & undiq; teretem finxit, Atq; Encephalum. i. Cerebrum iccirco uoluit nominari, quia uno quoq; Animali deniq; abſoluto, Vaſculum Cerebri capax Cephale, ideſt Caput uocandum erat. Cæterum, ut ad Panegyrica redeamus, In Libro τοῦδὲ παιδῶν ἀτωγῆς inueni apud Plut, Nugas Panegyricas, τῶν δὲ πανηγυρικῶν λήρων, ὡς ἀποῤῥωτάτω δεῖ τὸς υἱεῖς ἀπάγειν, τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ὄζειν ἀπαρέσκειν. Cui rei aſtipulatur Euripides quoq;, cum ait, ἐτὼ δ' ἄκομπος εἰς ὄχλον

δυοῖν

δοῦναι λόγον, εἰς ἥλικας δὲ κ᾽ ὠλίγους σοφώτερος· οἱ δ᾽ ἐν σοφοῖς φαῦλοι, παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν. Idem Plut. in Amicitia uera nil esse ait ἐπιδεικτικὸν, aut πανηγυρικὸν, idest ostentatoriũ, & panegyricum. Idem alibi esse hominem dicit, ἄθροισμα παντοδαπὸν, καὶ πανηγυρικῶς μεμιγμένον.

¶ Ignorantię sugillatio. Lapis super Lapidem quid. De Hippocrate, et Catone. Ac Puero barbaro, & Dati, Vnde Datismus. Caput XII.

a Ristippi illius, Voluptatis assertoris, Quem Diogenes βασιλικὸν κύνα, idest Regium canem appellare consueuerat, Apophthegmata circunferũtur pleraq; non equidem inscita. Inter alia id longe grauissimum, Nam rogatus a' quodam, qui melior euasurus esset filius, si erudiret, Vt nihil aliud inqt, Certe uel in Theatro non sedebit lapis super lapidem. Id in Adagium usq; proficit appositissime, Siquidem Imperitus non fere aliud, qua'm lapis, Aut indomitus Equus. Hoc enim plane interstitio ab Indoctis Eruditi disparãtur. Socraticum uero illud est. Vnicum esse bonum Scientiam, Inscitiam malum unicum. At Licinius Imperator, Imperitię cõceptaculum sordidissimum, Literas Virus, ac pestem publicam dictitabat. Scires illum Hippocratis summi in medendi arte sententiam non cõcepisse Animo. Cuius id fuisse legimus in discendo studium, Vt eum non puduerit uel retrimenta gustare, Vt inde morbi naturam persentisceret. Quod tamẽ alii Aesculapio malunt ascribere. Vnde & ab Aristophane σκατοφάγος dictus est, quo uerbo is significatur, Qui Ciborum uescat superfluitatibus. Adrianus uero & ipse moderator Imperii græcæ doctrinę impense adeo, intente'q; fertur inuigilasse, Vt a' plerisq; Græculus uocaretur. Nam Cato, Qui mox dictus Vticensis est, dum Senatus cogeretur, in Curia gręce lectitabat, ne illud, quicquid erat, temporis absq; ulla exercitii parte honesta elaberetur. Sed rectius fortasse fecero, Si ipsius M. Tullii uerbis ex libro de finibus secundo rem subsignaro. Nam inquit, in Thusculano cum essem, uellem'q; in bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, ueni in eius uillam, ut eos ipse, ut solebã, inde promerem, Quo cum uenissem, M. Catonem, quem ibi eẽ nescieram, uidi in Bibliotheca sedẽtem multis circunfusum Stoicorum libris, erat enim in eo, ut scis, inexhausta auiditas legendi. Nec satiari poterat, Quippe qui nec reprehensionem quidem uulgi inanem reformidãs in ipsa curia soleret legere sæpe, dum Senatus cogeretur, nihil operę Reip. detrahens, Quo magis tum in summo otio, maxima'q; copia, quasi Helluo librorũ, Si hoc uerbo tam in clara re utendum est, uidebatur. Nec mirum, Scientia perficit Animam. Anima enim citra sciẽtiã, ueluti Caput sine cerebro dici põt. At Puer Barbarus, cum uenisset Athenas, magnus, opinor, sibi uidebatur, quod græcas literas tres didicisset α β γ, Cum'q; in patriã remeasset, magno popularium fauore exceptus, contra Prætorem quendam, Gręce concionãtem, positus est, Qui posteaquam perorauit, ut erat uocalissimus, exclamare pexit α β γ, Quo clamore perterritus Prætor, siluit. Barbari uero Ciuem suum uicisse existimantes, illum magno plausu domum reduxerũt. Cui affine illud est, Cum Persarum Satrapes Datis in bello diu probatus, græce cuperet aliquid pronuntiare, ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρομαι, in barbarismi nanq; incidit fœditatem, dicẽdum enim χαίρω fuerat. Amauit autem is in hoc, ut uidetur, ὁμοιοκατάληκτον. Huiusmodi uero loquendi uitium dicitur δατισμός. Hinc & apud Aristophanem est δάτιδος μέλος.

¶ Literæ mutæ ex Adagio, quæ dicantur. Sermo an sit Homini naturalis. Prodigiosus Infantis Sermo. Quint. locus explicatur. An Bruta Sermone polleant ullo modo. Cur uni tantum Homini hæsitet Lingua. Sermo ἐν διαθέσει. Item Prophoricus. Quando Infanti detur Vox. Plinius explicatur. Item Papinius locis duobus. Caput XIII.

i Nter sacra mensæ non sępe contingit, Vt Scientissimus quisq;, ac spectatę uirtutis Viri admittantur. Inseruntur quandoq; & inscitiores aliqui, Vox quoꝝ si non sit inarticulata omnino, non est a' Conuiuio eliminãda prorsum, Sed ut Vocales sonorę insigniter Mutas exiguæ alioqui uocis sibi coagmẽtari patiuntur, nec ex uerbis protrudunt, quoniam etiam si male sonãt, nihilominus

cum aliis coeuntes Orationis partes adiuuant. Eodem modo illorum confabulatio non mu
ta Doctis adglutinata sermonibu Conuiualem implebit hilaritatem. Quod si decumben/
tes parte plurima cõtigerint id genus, ut uideri possint, ad Lyram Asini, Philosophi sermo
nem insita hebetudine non ferẽtes, illud Pisistrati peraccommodum uidetur, Cum enim is
cum suis sibi Liberis dissideret, posteaq̃ animaduertit, ea re Inimicos eximie lætari, Aduoca
ta Concione, inquit, Se quidem, quantum eualuerit, dedisse operam, Vt in Voluntatem su
am filios adduceret, sibiq; audientes dicto redderet. Cęterum ex quo id nequeat, Animum
induxisse, illis morem gerere. Consimili ratione Vir Philosophus, ac prudens, Vbi Conui/
uas animaduerterit hebeti iudicatu Sermones paulo politiores, doctiores q; minus admitte
re, Illis se accommodabit, quatenus patiatur decorum, cum sciat, Oratiõe quidem Eloquẽ/
tiam promi, ostentari q. Philosophum uero etiam tacendo sępe Philosophari, nonnunquã
& ludendo, Immo Vero Scommate quoq; lacessẽtem, Lacessitum q. Ex his opinor, intuẽ
ti paulo accuratius patet, festiue admodum ex adagio Literas mutas dici de iis, Qui parum
literis compti ex se quidem perficere Vocem nequeunt, hoc est doctas, graues, Viro deniq;
dignas Ciuili Confabulationes, At enim cum Eruditioribus quasi coeuntes conspiratu con
sono, sunt plane, ueluti adiunctæ Vocalibus Mutę. Quibus, ut inquit Probus, ex natura suũ
uocabulum cessit, Ideo enim mutæ dicuntur, quoniam per uocales literas enuntiant, Neq;
etiam per se syllabam facere possunt. Cæterum in hac Sermonis mentione mirari profecto
succurrit, Quid nam sit, Quod quamuis ratio hæc exprimendi, quicquid omnino mente cõ
ceperis, Vni Animantium uideatur ab opt. max. contributa Deo, Pauciſſimi tamen compe
riuntur, qui in ea re, præcellant. At qui perfectus dici, & haberi queat, adhuc esse inuẽtum
neminem, eo constantius astruxerimus, Quod M. Tullio, Qui in arce stetit Romanæ elo/
quentię, ne ipse quidem Demosthenes satisfacere est uisus. Est profecto aliquid consumata
Eloquentia, ut Fabius sentit, & docet, nec ad eam posse peruenìri, humani ingenii natura
prohibet. Audio, Sed cuiusmodi assertio hæc dicenda est, Qua potentiam aliquam deduci
in actum posse, contenditur, Cum ne summos quidem Viros, &, ut argumentis peruincit,
omnium fere capaces. Id unquam implesse, nõ diffitearis ipse? Proinde minus mirer, Esse,
qui ambigant, Sit ne naturalis homini Sermo. Quando & Lactantius inquit, Cætera, quæ
putantur esse homini propria, in aliis quoq; Animalibus reperiũtur. Cum enim suas Voces
propriis inter se notis discernunt, atq; dignoscunt, colloqui uidentur. Porro si esset natura/
lis Sermo, omnes loquerentur idiomate uno. Nam quod conuenit uni naturaliter secundũ
speciem, omnibus congruere, consentaneum est, Quę illa continentur specie. Deinde Ari/
stoteles scribit, Nasci hominem & mutum, & surdum. Et alibi audire prius Pueros dicit,
mox loqui, At Aristoteles idem non inficiatur, nonnullos ante, quam ætas ueniat, Qua uo/
cabula suo tempore explanare possint, incepisse loqui, & aliquid expressius dixisse, tamen
rursum obmutuisse, quousq; solitum loquendi tempus accederet. Mirum porro est, quod
Hali Abaragel commemorat, In Regia se uidisse natum Infantem, Qui uix dum XXIIII.
Vitæ horis perfectis, loqui incepit, & manu signa facere, Qua in re uehementius Rege cõ/
territo, Accessisse miraculum maius, Nam Rege inquit, astãte, & me quoq; cũ multis aliis,
Exclamauit Infans, Sum inquiens infeliciter natus, ad prodendam Regni amissionem, &
Gentis perniciem, ac desolationem. Quibus ille enuntiatis, conciderit exanimis. Aegidius
uero propositæ Quæstionis nodum exoluturus, Aliquid in suo inquit, uniuersali naturale
est. Id si ad speciem reuoces, fiet ad placitum, ueluti Fures supplicio afficere, naturale est.
Sed laqueo gulam frangere, ex arbitrio. Idem de locutione ualet astrui. Nam loqui, & Ser/
mone aliquid distincte enuntiare, insitum, ingenitum q; homini est, Sed hoc, uel illo modo
id agere, ad placitum. Alii uero ita contendunt, Sicut Vox species est Soni, Sic locutio spe/
cies est uocis, Et omnis locutio est Vox. Sed non contra. Et si cut Vox superaddit sono re/
fractionem naturalem, & dearticulatam in Canna pulmonis. Ita locutio superaddit uoci de
articulationem ad placitum, ex quo materia locutionis naturalis esse colligitur, & Vox pul/
lulans a uocali Arteria. Idioma uero artis est. Veluti gladius, si materiam spectes, naturalis
est. Si formam, arte cõfectus. Quod uero Infantes uix dum natos in Sermonem prorupisse,
historia prodit, Portenta fuisse ea, fatendum est, Quamuis non me fallat, conatum esse Ari
stotelem, Virum in omni re summum, physicam eius rei rationẽ adducere. Ex iis uero, quę

diximus,

morbi desistunt. Sin Vires desunt, infesta materia pariter abducta, eæ quoq; exoluunt, quã obrem nullus morbus æstate tardius absoluitur. Cæterum ut æstate materia dispergitur, atq; aboletur facultas, Ita hyeme contra accidit. Succi nanq; manent intus, modo Animalium, quæ illatebrant se, & delitescunt, & item facultas ualens persistit. Itaq; cum morbificus succus maneat, neq; morbi conuelluntur, neq; ægri intereunt, quippe ualentior facultas reniti tur. Ex iis, quæ Medicus præstãtissimus exeqtur, Lux multa infertur illi Satyrico,

Iam letifero cędente pruinis
Autumno, Iam Quartanam sperantibus ęgris.

¶ Seminum, quę Cerasbola dicuntur, ratio. Gallinarum Pericarphismus. Engæa, & Zoophyta. Veterum pocula fuisse Cornea. Ceratis notiones. Episporia quid. Cerasbola item quæ dicantur. Caput XXVIII.

e St apud Platonem semel, quantum obseruauerim, Verbum hoc, Cerasbolus, idest κερασβόλος. Id quodam ueluti adagio usurpatum pro eo, qui inamœnis, ingratis q; moribus sit, Qui q; per imperitiã nullo moueatur affectu, et Leges quoq; habeat derisui, illis haudquaquam obtemperando, Sed contumaciter obnitendo. Et Vocabuli quidem notio aperta satis, At eiusdem ratio non utiq; obuia fuerit, Sed ut Arietini oraculi historia, forte amplius quęrẽda. Sunt qui ita interpretentur, Cerasbola dici proprie, Quę dura nascantur in Aspretis, aut Leguminibus, nigra quidẽ colore, Sed magnitudine, quanta Miliũ. Ea si Leguminibus incoquantur, minime remollescunt, Nec alioqui fructum unquam ferunt. Eiusmodi produnt esse, quę inter Boum cornua, dum feritur, forte fuerint iactata. Vnde & Cerasbola nuncupata a iactu eiusmodi, Sed, ut dixi, non nimis abditum hoc, neque ab intellectu deuium. At cur ita, id est, quod multos diu torsit. Multa equidem in naturæ maiestate recondita latere, fatendum est, Quæ ingeniorum solertia necdum satis uidetur excussisse. Nonnulla ex iis, sum memor alia huius operis parte attigisse me. Recenset pleraq; & Theophrastus, In quibus & illud de Gallinis, Quod sexto de historiis etiam Aristoteles posuit, & est a Plinio repetitum, Illæ enim ouo edito, religione quadam excutiũt sese, & circũactę purificãt, aut festuca aliqua sese, & Oua lustrant, Pericarphismum Plutarchus uocauit, Item defossum a Ceruis Cornu, Item q, Si una aliqua Caprarum ore Heryngium, quod nonnulli uocãt Origanum, alii Moly, Romani Capitulum mardus, Grex subsistit uniuersus. Hoc & de Cerasbolis dici potest nõ absurde. Quid enim fiat, neminem profecto latet, Sed causam non norunt omnes. Non magis q in eo, quod Periti rerũ tradunt, Ceruis salsuginosas manare lachrymas, At dulces Suibus, dum capiunt. Nec non cur exculcatum Apium, contritum q, dum germinat, lætius mox proueniat. Quod probris, maledictis q, & execrationibus in Cumino cõsequũtur. Cęterum ne quęstionem modo torquendis uidear ingeniis proposuisse, Subiungam, quod ex mutis, ut aiunt, magistris compertũ mihi est. Scribunt Physiologię non imperiti, Frigiditate Seminibus induci duritiem, ea nãq; premit, cogit q usq; ad rigiditatem. Ediuerso mollia, laxa q efficit Calor, Proinde non recte astruunt, Qui dicunt, ἔτος φέρει, ὄχι ἀρόυρα. Annus fert, nõ Ager, Siquidem Loca genuino prædita calore, temperiem gratam Aere addente, fructus proferunt molliores. Quęcunq; igitur Serentis manu protinus, recte q in terram decidũt semina, intra illam excepta, uelut suo sibi Lecto, collocata q calore insito amplius, & humore profruiualent. At Quę in Cornua inciderint Boum, non assequuntur, quam Hesiodus tradidit, ἀρίστην βῶν μοσύνην, Sed aberrantia, dilapsa q non tam fata uidentur, q proiecta incuriose. Vnde accidit plerunq; ut uel frigoris iniuriã non patiantur, Vel exucca prorsum fiant, & lignosa tunicula, ita ut remollescere haudquaquã ualeant. Argumento sint Lapides, quoꝝ partes terræ inhęrentes, ἔγγαια, καὶ ζωόφυτα μέρη uocãt Græci, lõge molliores custodit calor, quàm quę sub Dio sunt, Qua ratione Lapidarii artifices lapides adobruunt, quos excolere ingenio parant, ueluti terrę caliditate quandam indipiscãtur maturitatem. Cum hypæthri, et subdiales frigoris ui obdurati artificio reluctẽtur. Rursus ipsum hoc inde quoq; discimus. Etenim compertum ferme est, Frumẽta, Quę in Areis seruata diutius fuerint, quodam ueluti callo obdurescere. Idipsum alicubi prętat frigidior Vẽtus, dũ uẽtillãtur, afflãdo. Sicutq; ptingere in Philippis, Auctores nõnulli sunt. Inde fit, ut tanq; ipossibilia haud respuẽda sint, Si forte Rusticos qñq; inaudias, ex duobus ppinqs sulcis, aut uerius porcis, in altera durio-

res ꝓcipi fructus. Sed & illud maximũ, Inter fabarũ Lobos alii mollia, ꝓducnut, alii dura, ꝓut frigidior Vẽtus, aut Aqua partẽ hanc attigerit magis, aut illã. Sed quoniã de Cornib⁹, Quæ Cerata uocant, mẽtio hac parte facta a' nobis hic eſt, appendicẽ aliquẽ non ingratũ Lectu/ris adiiciamus, Alioqui & operis eſt inſtituti, quo eruditionem hiſce, ueluti fulturis, tibicini/bus'q; ſurrigere, obfirmare'q; contendimus. Lego in Veteribus memoriis ante inuẽtionem poculoꝝ Antiquos Cornibus ad potũ eſſe uſos. Quo argumento a' Doctis uſurpatũ inueni mus κερόσαι pro eo, quod eſt, ἐπιχεῖν οἶνον, hoc eſt Vinũ infundere, Sic Piſander, & Ho/merus Iliados. θ. οἶνον τ' ἐπικερόσαι τε πιεῖν, ideſt Vinũ fundẽs in Ceras, ſiue Cornu, ad potũ. Dicunt' uero Cerata a' κάρη, quo Caput ſignificatur. Recte.n. ut Ariſtoteles inquit, Capiti cornua mãdauit Natura. Nec recte Æſopi Momus uitio dat, qđnõ in Armis Taurus cornua geſtitet, unde ferire uehemẽtius poſſit, Sed Capite Corporis imbecillima parte, Neq; enim ingenio perſpicaci Ille Momus iſta reprehendit, Vt enim ſi in alia quauis parte Cornua ha berent', Fruſtra ponderi eſſent, nulla in re utilia, multa ẽt officia impedirẽt. Sic armis quoq; infixa ſedem omnino ineptam tenerẽt. Gerunt, quę animal pariunt, Cornua ad uim aut in/ferendã, aut depellendã. Scribunt nõnulli ex Grammaticis græcis, Cornua itẽ pro Capillis poſita inueniri, Quoniã utraq; enaſcantur mõ eodẽ. Credo, quia Vngues, Roſtra, Pili, Cor nua Plectra, ſiue Calcaria, & ſiquid eiuſmodi aliud eſt, ex cibo gignunt' aduenticio, & au/gendi poteſtatẽ habente, quẽ tum a' fœmina, tũ forinſecus ſibi acqrunt. Oſſa uero in prima partium ꝓſtitutione gignunt' ex Seminali excremento, Cũ'q; Animal auget', hæc incremen tũ ex alimẽto capiunt naturali, quo partes augẽtur ꝓncipales. Adeſt etymon quoq;, cur Ce/rata pro capillis autumẽt inueniri, inde.n. duci uidet' nomẽ, ὅτι σωτηχῶς κείρονται, Quod ꝓcidant' aſſidue. Vocãt & Cerata fluuios omnis ab Oceano delatos. Ponit' & nomẽ id ꝓ gloria qñq;. παρὰ τὸ ἐρῶ τὸ ἐπιθυμῶ, qm̃ Gloriã omnes appetant. Porro' uidet' Ceras ſi/gnificare uim, robur'q; in Sanctis literis, honeſta ex Brutis tralatione, Quę cõmunita Corni bus ſunt. Ceraxoos, & Ceratoglyphos appellant Græci, q cornua expoliunt, excolunt'q; ar tifici ingenio, ac ſculpunt. Sicuti concinnãdę comę periti plurimum quidem Comotę dicun tur. i. κομῶται. Et fœminę Comotriæ, Sed & Ceroplaſtæ uocant', qm̃, ut ꝓſtruximus, Co mas etiam Cerata uocabant. Vnde de Paride apud Homerũ κερὸ ἀγλαὸν coma illuſtrẽ, ue nuſtum'q; interpretant'. Et apud Sophoclẽ ὀρθόκερως φρίκη. Pro eo quod eſt ὀρθόθριξ. Et κέρασ' ἕους, Pro ſetis intelligunt bubulis. Legimus item Carnes ſupra frontẽ ad tempora nũ cupari μῦας. i. Mures, Sed & Cerata dici a' qbuſdã. Demũ, ut ad Ceraſbola redeamus, Ita inuenio in Theſauris Iulii Pollucis. Epiſporia inqt, dicit', cum qs in idẽ ſemen iniicit & alte rũ, Quod cauendũ eſt. Fiunt & Ceraſbola Semina, ſi in Boum cornua inciderint, Quæꝓ/ueniunt ἀκεράμονα. hoc eſt, cõcoctu difficilia. Sunt & Ceraſbola Boũ Cornibus circũuo/luta uincula. Sed & in antiquis lyris κόλλαβοι.

¶ Quæ ſit Prouerbii ratio, Senilis ualetudo. Caput XXIX

Seniores magna ex parte minus ægrotare, q̃ Iuuenes, adnotatũ ab Hippocra/te eſt. Attamen qui longi his acciderint morbi, magna ex parte inſanabiles to ta uita comitantur. Hinc profluit Adagium perelegans, Vt Senilem nuncu/pemus ualetudinem proſperam Satis, minus'q; Cauſationibus obuiam, infe/ſtam'q;, Vel, ſi ita mauis, Quę medicam non admittat manũ, nec ulla ualeat ratione perſanari, Quando eiuſmodi eſſe Senum morbos Hippocratis dictant Verba, Quę ſiquis ad amuſſim reuocet, lancem'q; curioſiorem, cõperiet, nõ Senes omnes, q̃ Iuuenes mi nus ægritudinibus Lancinari, & cõuelli. Neq;.n. cõtinentes ſunt oẽs, moderati'q;, nec omni no parcius uictitant, & ſub rõnis modulo perdomant cupiditatẽ. Qui uero Luxu uitę, pro/digalitate'q;, & Lenocinio, blanditiis'q; uoluptatũ, ac Gulæ demulcentia laſciuiunt, & uitã conſectantur Voluptatibus delibutam, magis ęgrotant, Vt qui debiliores, q̃ Iuuenes habe/antur. Cæterum complures ex longis morbis inſanabiles tota uita comitari, perſpicuũ eſt, Siquidem facultas debilis eſt, ut inſuper morbi digeriem facile cõcoquere nequeat. Item'q; morbi diutini frigidiores cenſentur omnes, & ob eam rem Seniores magis, q̃ Iuuenes infe/ſtant. Nanq; omnes ſimilioribus morbis facilius perurgentur.

De Cibi,

¶ De Cibi, Potusq; rõne per Æſtatem, ac Hyemem. Tẽporum diſtinctio ex Aſtronomis, & Medicis. Caput XXX

T quoniam Medicoꝝ Caſtra, nõ ut tranſfugę, Sed ut exploratores ingreſſi ſumus, Nauãda ſtrenue opera eſt, Vt inde, ueluti poſtliminio, nõ redeamus, niſi ſuffertis manibus publico quidem ſtudioſoꝝ bono, electius aliqd, cultiusq; referentes. Argumentum uero huic elucubrationi Ariſtoteles præbet, Apud quem agitari Quæſtionem, ſcimus, Vnde nã ſit, quod medicę Artis nõ imperiti Æſtiuis laſſitudinibus balneo, Hybernis uero unctiõe mederi ſoleãt. Et ſuccurrit qdem ratio, hyberno utiq; tempore unctionẽ offerri propter horrores, mutationesq; urgẽtes. Nã per calorem laxare oportet, Qui mẽbra tepeſcere faciat, Oleũ uero calidũ eſt. At in æſtate humefaciẽdũ cenſeãt, qm̃ tẽpus id ſiccũ eſt, nec metus interpellat horroris, Quod Status tẽporis ad teporẽ ingenue uergit. Hinc ẽt Cibus parcus, Potio liberalis per æſtatẽ admittit, ille magis, hęc omnino, Potioni nãq; per ęſtatem ob tẽporũ ſiccitatẽ indulgẽdũ ex toto eſt. Parſimonia uero Cibi, quæ ὀλιγοσῖτία dicit, Cõmunis qdẽ tẽpoꝝ oĩum eſt, Sed magis ęſtati cõuenit, ne ob habitũ tẽporis feruẽtẽ corpus cibo immodico preſſum exęſtuet. Hinc Prouerbia duo ſcite admodum, nec, ut opinor, improſpere, pducunt. Aeſtiue bibere, qd eſt largius, uberiusq;, Cuiuſmodi affluentẽ potũ κωθωνισμὸν uocãt Græci. Nec me fallit, Eruditiores, nomine potus, ĩtelligere in eo Philoſophi loco, Liqdã cõmixtionẽ ex uino ſubtili, claro, odorato, Et Aqua leui, laudabiliq;, Hęc. n. tria efficere, Corpus nanq; nutriẽdo reficiũt, Virtutẽ cuſtodiẽdo frigefactãt, atq; humectãt quoq;, qd eſt eo tpe potiſſimũ, Nec nõ tenuitate ſua ſupfluitates corriuant in Vrinã. & Sudorẽ. Alterũ uero Adagiũ eſt, Hyemalis refectio, p ea, quæ largiore præbeat manu, nec auariter. Vẽtres nãq; hyeme, Sed & Vere quoq; natura calidiſſimi ſunt, Et Somni longiſſimi, Itaq; p ea tempora Cibi dari copioſius debẽt, Caloris. n. natiui copia magna eſt, ut cibus proinde plenior reqrat. Arguméto Aetates ſũt, & Athletę. Quod uero hyeme adcreſcat calor, Ariſtoteles quoq; inſinuauit, Subterfugit. n. præ frigore extrinſecus circũfuſo, Retrorſumq; æſtate ad cõfinẽ, cõſanguineũq;, & cõſentaneũ Aerẽ aduolat. Ita efficitur, ut porrectus, & quaſi patefactus diffleãt, atq; diſpergatur æſtate. Hyeme cõfertior coeat, & cõſtipatior, & itẽ in profundũ peruadat, meetq;. Quocirca Cõcoctio, & Sanguificatio p ea tempora, pbior, & ſalubrior reddit. Suffragãtur & Sõni longiores ob prolixiorẽ noctiũ tractũ. Id qd ad officia naturalia admodũ cõfert. Cæterum qa paulo ſolertioribus poſſe ambiguitatẽ inoriri, animaduerto, Sitne id Vniuerſis Animantibus cõmune, ut hyeme inferciẽda ſint amplius, Sciendũ, a tractatu hoc abiungenda, quæ certis ſe temporibus in Specus coniiciunt, cõdunt q;. Hęc enim cibũ nequaquã reqrunt plenioręm, Quãdiu latebris deliteſcunt, Siqdem ex toto ſine pabulo obdurant. Quod ſi cibũ abliguriãt, Vt ante Latibulũ, perperã cõcoquunt. Animatium ſiqdem, quę ex natura frigent, calor euincitur brumali frigore, ita ut propemodũ extinguat. Et ob eã rem pleraq; cõtueri liceat, exanimis ſimilia, quæ in latebris uiduata ſenſu, motuq; iaceãt. Quædã iſtiuſmodi affectu prorſus exanimãtur. In Animãtib⁹ uero ſanguinolẽtiorib⁹, Calidioribusq; Calor in p fundũ colligit, puentu frequẽtiore. Cæteꝝ in rõne Tẽporum attẽdenda magnopę Medicæ Scholæ Placita, ab Aſtronomis diſſidẽtia plurimũ, Quod nõ neglexit Auicenna quoq;. Nã q ſolis p Signa meatũ obſeruãt, Veri aſſignãt initia, partẽ Arietis primã. Aeſtati primã Cancri. Autũno primã Libræ, Hyemi primã Capricorni. Medicinæ Periti Media Signorũ in iis pręferũt, Aquarii, Tauri, Leonis, Scorpii. Nã & prima Canticæ particula, tractatu ſecũdo, Auerrois inquit, Ex propinqtate, ac Longitudine Solis ad nos, & eiuſdẽ diſtãtia media eſſi ciunt Anni tẽpora quatuor, Siqdem ex lõgitudine cauſa inoriũt humiditatis, & frigiditatis, Quæ hyemalis eſt ꝓſtitutio. Ex ppinqtate Siccitas cũ caliditate, Quę propria Aeſtatis ſunt, At ex mediana Solis diſtantia Temporum ſupputatur ratio media.

¶ Septimani Tragœdi Qui, facie Prouerbii, intelligant. Martialis locꝰ illuſtrat. C. XXXI.

Eptimani Tragœdi ex Adagio dici ualent, Qui morbo, uel ẽt quauis alia cauſa in delyriũ prolabũt. Prouerbii origo, ratioq; ex hiſtoria eſt. Ferunt, Abderitas qñq;, Lyſimacho regnãte, nouo quodã, & mirando genere morbi infeſtari cœpiſſe. Modus mali erat hic. Primum uniuerſim craſſabatur febris prępida, ſuccenſaq;. Vbi dies aduenerat ſeptimus, iis Sanguis profluebat ex naribus copioſe, largiterq;.

Alii ſudore multo digerebant? Et hic erat febri finis. Cæteꝝ per ridicula mentem omnium obſidebat affectio, Siqdem ad Tragœdiam cõcitabant, Iambicaq́ uocaliſſime detonabãt, Sed Euripidis Andromedã imprimis, & Perſei uerba cantu ꝓcurrebãt. Prætenuibus, ac prępallidis Septimanis iſtiuſmodi Tragœdis offertiſſima Ciuitas erat, uociferantiũ hæc, & id genus alia, σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε, κἀνθρώπων ἔρως. O Deorum, hominumq́ Amor tyranne. In multum producta eſt inuſitata delyratio hæc, Donec hyems, & atrox frigus accedẽs, malo finem induxit. Morbi initiũ profluxiſſe hinc opinant, Quod ea tẽpeſtate magni nominis tragœdus Archelaus, æſtatis meditullio, caloribus ſuccenſis, Andromedã illic actitauit, unde febriũ cauſam in Theatro ꝓtraxerint Abderitæ. Cũq́, ut aſſolet, Tragœdię illius Spectra mẽti obuerſarent, Cõualeſcẽtes in eandẽ per delyriũ dilabebant, memorię Andromeda in hærente, ac Perſeo cũ Meduſa. Hinc Adagii origo fluxit. Eo uti poſſumus, Cũ mẽtis errore, & indocto conatu opus aliquod aggrediuntur multi, Cumq́, Vt Satyrus inquit, Scribimus indocti, doctiq́ poemata paſſim. Sicuti ſua tẽpeſtate uſuueniſſe Lucianus ꝓdit, Quãdo geſtis in Armenia rebus, numeroſa Hiſtoricoꝝ prorupit Series, Vt iam Thucydides multi, ac Herodoti, necnõ Xenophontes uiderẽtur. Et Veritatis aſſequeret fidẽ Adagio Vetus, πόλεμος ἁπάντων πατήρ. Omnium pater bellum eſt. Quando tantos produxiſſet rerum Conditores. Ad hanc, quæ de Abderitis expoſita eſt, ꝓtenderim hiſtoriam alluſiſſe Val. Martialẽ, cum epigrãmatum decimo ita ſcribit.

Si patiens, fortisq́ tibi, durusq́ uidetur,
Abderitanæ pectora plebis habes.

Nec tamen excidit, alibi traditũ a me, inſitam Abderitanis fuiſſe ueſaniã, Quod Ciceronis eſt in Deoꝝ natura. Quæ ſentẽtia etiamſi plane ſatiſfacere põt, nõ ibũt tamẽ inficias ſtudioſi, Senſum Poetæ hac hiſtoria iuuari egregie. Nec illud poſtremo incurioſe prætereamus, Quod ex Hieronymo eſt. Eũ, Qui uerba profundat obſcura, inuoluta q́, nec ſententiis apte cohęrentibus, peſſimo elocutionis genere, dici per febrem ſomniare, Vel arreptum morbo phrenitico, Hippocratis uinculo alligandum.

¶ Somnus Attonitus ex Medicorum Placitis qui ſit. & quid Catalepſis. Caput XXXII

Omnum attonitum eleganter, ac docte dicimus, cum quis ita obdormiſcit, ut difficulter expergefieri ualeat. Sed inquit Galenus, Illorũ delyria uehemẽter cauenda, Qui tota, ut aiunt, uia oberrantes Attonitum Sõnum incipientem, diutinum Somnum eſſe exiſtimãt, Cũ recte nominetur Sõnus diutinus, ſi temporis ſerie dũtaxat tranſiliat naturæ moderationẽ. Nec difficulter, puta nequaquam altus, & profundus, excutitur. Talis pręterea Somnus ex frigore principis accidit Sentientis. i. Cerebri. Quod ſi frigus uehemens ſit, cœtu, & conciliatu humoris, Lethargum gignit, argumento obliuionis ita cognominatum. Contra coitione, incurſuq́ Siccoris, ut ſic interim loquamur, cõmittit Catalepſin nomine, Quam uerbum e uerbo exprimentes, Prehẽſiculationem appellãt. Datur. n. nouitati Verborum uenia, dum rerum ſeruitur obſcuritatibus. Pari modo Vigilia propter calorem primariæ partis ſenſoriæ conſiſtit, Sed uel ob intemperiem, atq́ immoderationem ſolũmodo, Vel etiam ob ſucci bilioſi exuperantiam, affluentiamq́. Sunt quidam, qui uelint, Somnũ aſſidue fieri moderatũ, nec unquam immodicum. Rurſus alii Vigiliam nũquam fieri mediocrem, & ſalubrem cõtendũt, Ac uerbum eſſe, quod redundantiam tantum modo indicet. Sed hi, ſi uiuendi cõſuetudinẽ tenerent, nunquam in tantas ſalebras inciderent. Nam pręclara Hippocratis Sententia eſt, Somnus, aut Vigilia, ſi alterutrum exceſſit modũ, mali eſt. Non ab inſtituto aliena ſunt, quę Maximus Philoſophus ad hæc prodidit. Quẽadmodum inquit, morbi aliqui peruigilium, & Inſomniam afferunt, Nam comperti ſunt, qui nouem dies exertis, & inconniuis oculis egerint, Quemadmodumq́ hoc idem ſępe citra ægritudinem accidit, ut Gracilẽtis, & pręaridis, qui naturę ſuę ratione longas uigilias patiunt, Ita Somni copia interim inualentib⁹, interim ualentibus contingit. Nam ex iis, qui febre tentantur, inuenti aliqui ſunt, quos altus ſopor in triduum attinuerit. Paruuli uero tum propter cibos, tum propter humorem infantilis ætatis longiſſimo ſomno utuntur.

¶ Somni ratio ex Peripatetica doctrina. Quę dormiant, ẽt uigilare. Quę Senſu careant, nõ dormire. An Somnus ſit impotentia Senſuum omnium. Caput XXXIII.

Porro ut ad

Orro ut ad alia, hinc diſſita nō admodū, ꝓtinus gradū ſtruamus, Quicquid Somni capax eſt, idē Vigiliæ particeps, Et retro, Nam ſi Somnus quędā affe-
p ctio eſt, & quaſi nodus, & uinculū Senſus, Senſus aūt oīs ſentire actu poteſt, Omnis uero potentia aliqñ in actū referť, Neceſſariū eſt, ut id, qđ dormit, & qđ potentiam habet, ut uigilet, excitet oīno, & actu euigilet. Ita nullus ſit Somnus, q nō poſſit rūpi, & q, ut ita loquar, expgiſcibilis non ſit. Q m̄ uero ex Senſu Sōni natura, & Vigilię dependet, Et cū Vires Animę habeant diſtinctę, Ita ut Altrix abiuncta a re liqs ſit. Reliquę ſeorſum ab hac nō poſſint ꝓſiſtere, Certū eſt, Ea, quę augēť mō, & minuuntur, ut Arbores, Dormire, ac Vigilare nō poſſe, qa Sēſu deficiunt. Nā Senſus a rōne uitali, Quæ & Vegetalis diciť eſſentia, & poteſtate interſtitio plurimo, & manifeſto diſpeſcitur. Etiāſi non id cōſtaret, utrū ſubiecto, & magnitudine differant. Putat Ariſtoteles Somnū, & Vigiliā eſſe affectiones circa Cor. Vbi domiciliū optimatis Senſus locať, Dormire q; Animalia oīa. Sed cum, inqt Themiſtius, de Animalib⁹ loqmur, ſemp excipiunť Diuina. Nā eorum actio iugis, æterna q;, nec triſtis, oneroſa ue eſt, & Vigilia in iis omnis cōtrarii eſt exps. Vtrū uero ea, quibus ſilicea teſta obduciť, dormiāt, Nemo qdē adhuc, quod ſciam, fuit, qui uiderit. Aut argumēto aliquo notauerit. Sed rōne tamē perſuaderi id poteſt, Nam Animal eo finimus, quod ſenſum obtineat. Sōnus uero immobilitas, & quodāmo pedica eſt, & obligamētū Senſus. Cōtra exolutio eius uigilia eſt. Nō habēt aūt uices has Plantæ, qa ubi Senſus nō eſt, Ibi neq; Somnus eſſe, neq; Vigilia pōt. Vbi aūt Senſus eſt, Ibi dolor, et uoluptas. Vbi dolor, & uoluptas, Ibi cupiditas. Plantis nihil hoꝝ pōt ꝓcedi, Nulla enī rō eſt, quæ cogat fateri dolere has, oblectari, cōcupiſcere, aut ſentire. Neq; itē quęcūq; aleſcūt, neceſſario ēt ſentiūt. Quanq̄ cōtra eſt, quæcūq; ſentiūt, ut neceſſario ēt aleſcāt. Hęc uero alimēta qbuſdā habenť, ut Plantis. Hoc uero demōſtrat ea rō, Quod uis, quę nutrit, mun⁹ ſuū naui⁹ exercet, & expediti⁹, ꝓſopitis, q̄ uigilātibus nobis. Porro & illud eſſe manifeſtū debet, Oēs Animātes in Sōno affici eodē mō, hoc eſt ſumma illa īmobilitate, & inſenſibilitate offundi. Nā ſi dormiēti Audit⁹ in miniſterio, & officio ſit, Viſus nō ſit, erūt ſimul in eodē duæ res pugnātiſſimę, qa. ſ. dormiens aliqs ſentiet, qđ impoſſibile eſt. Colligi & illud pōt, Somnū, & Vigiliā ad Senſum cōem, & ad eius Senſoriū ꝓtinere. i. ad ipſum Cor. Et cū Sēſus cōmunis ſubiecto idē cū tactu ſit, neceſſe eſt, ut Aīalibus oīb⁹ Vigilia, & Sōnus cōmunicari dicať, Quia Tactus quoq;, cōmunicatus oībus eſt. Si uero quęrat aliqs, an Impotētia Senſuum oīum ſit Sōnus, reſpondebimus, nō eſſe, ētſi oēs Senſus in Sōno impotentes reddunť. Etenī neceſſe eſt, tactu ſopito, conſeq reliquos Sēſus ꝓſopitos eſſe, Sed eo nō ualet hoc, ut Soporationem oīum Sēſuū cauſam eē Sōno dicam⁹, Sed ſoli⁹ tactus. Nā cū princeps Sēſuū, & quo cęteri rę ferunť, afficiť, neceſſario & Satellites ei⁹ affectioni accūbūt. Cōtra, ſi illi afficianť, nō ꝓtinuo neceſſe eſt, Sēſum p̄ncipē ꝓſentire. Illud uero argumēto eſt, Sōnū nō ea re ꝓſiſtere, qđ otioſi oēs Sēſus ſint, Cū. n. qs Aīo linqť, qđ gen⁹ Lipopſychiā uocant. i. Aīę defectū, q̄q̄ et ibi īpotētia Sēſuū eſt, tñ Sōnus nō ē. Porro duab⁹ Venis in Collo, q̄ a iugulo, ubi ſcīdūť, caput ſubeūt, foris ualide ap̄hēſis, collabunť Homines, Sēſibus ereptis, nec tñ dormire dicunť. ¶ Somni cauſæ, Quas recenſet Ariſtoteles. Galeni ſententia aduerſus eūdem. Quādo primū Infans alatur, ut Animal. Cibi demutatio in Sanguinē quomodo abſoluatur. Quo pacto Vaporum ſcanſili motu inducať Sopor. Caput XXXIIII.

Æterū finalis Somni cauſa Salus eſt, & ꝓſeruatio Animaliū. Agens uero cauſa Spiritus eſt uitalis, Qui in corde ē, Materia uero Vapor, qui caput ſubierit,
c deinde in locū inferiorē defluxerit. Forma aūt, Situs, & diſpoſitio eſt illa mēbroꝝ, & partium Corporis, quę in dormientib⁹ extra, intus q; cerniť. Sed enī Galenus quarto morbi ait, Ariſtoteles teſtatur, Somnū fieri, Capite humiditate repleto, Non tamen potuit oſtendere, quare, Capite humiditate repleto, primus Senſus quieſcat, nā eius intentio erat, primum Sēſum eſſe in corde, Sed pręſtitiſſet dicere, Somnū fieri humectato pulmone. Certe quia ſumma ſemper rōne agit Natura, nec continue mouerī cū uoluptate Aīalia poſſunt, Manifeſtū eſt, Sōnū ad incolumitatē fuiſſe Aīalibus iunctū, et ad qetem, Vñ uaga, et uulgo recepta trāſlatio eſt, Vt Sōnus qetis noīe indicareť. Sed hęc ipſa neceſſitas nō ſimpliciter ē intelligēda, Sed ex poſito, & a diūctiōe. Nā ꝓſtituto Aīali, neceſſe eſt id ipſum alatur, Quo ꝓceſſo, neceſſariū eſt, e cibo Vaporē ſurrigi, e quo Sōnus cō-
ſequitur neceſſario. Quia uero ſentiendi, & mouēdi principium eſt Cor, In quo & Spiritus

uitalis, & refrigerationis principium cõtinet. Conſtat Somnum, & Vigiliam, quod ité pau loante attigimus, Cordis eſſe affectionis. Ac dormientes quidem agitatione Cordis quadã mouentur, Ideo & pleraq; agunt, Qualia, cum uigilant, ſolent. Quod certe ſine uiſione alĩ qua, aut ſenſu non poſſet contingere. Clarum porro ẽſt, oportere Animal ſimulatq; accipit Senſum, tum primũ ali, & creſcere in eo, quod Animal. Nam quãdo intra uteꝝ partus eſt, enutritur qdem, & creſcit, nõ tamen, ut Animal, Sed ut planta. Cũ autem accedit Senſus, tũc primum nutriẽ, & augeẽ ut Animal. Plane ẽ alimentũ eſt id, quod ex cõcoctione poſtremum, & nouiſſimum ſubſidet, habentibus Sanguinẽ, Sanguis. Carentibus ſanguine, quoq; uicem Sanguinis prębeat. Conceptacula Sanguinis ſunt Venę, initiũ Venarum eſt Cor. Deuorat⁹ enim, & ingeſtus per os cibus, Indeq; in locos ſuos, ideſt inteſtina, & uẽtriculũ collatus euaporatur. Et ſurſum reſpirat per Venas, per quas deinde permanat ad Iecur. In Iecinore mutaẽ, & natura Sanguinis tingitur. A ẽ Iecinore influit, & ſubit ad Cor. In Corde uincitur, & ꝓficiẽ pleniſſime. Inibiq; in ſanguinẽ pfecte mutaẽ. Ac uenę quidẽ alię Cor adeũt. Aliæ a ẽ Corde proueniunt. Venæ, quæ adeunt Cor, tanquam miniſtrę, ac gerulæ ſunt, Vt quæ a ẽ Iecinore ad Cor incoctũ, & impfectũ ſanguinem cõuehant, Quem Cor ſuſceptum ſua uimeracũ, & abſolutũ ſanguinem reddit. At Venę, quę a ẽ Corde pertinent, comparatę ad alium uſum ſunt, Videlicet, ut ſuccus per eas concoctus iam, pfectuſq; in totũ corpus diſtribuaẽ, Illud uero neceſſariũ omnino eſt, Quod in Vaporẽ ſoluiẽ, tabeſciq; aliquatenus ſuſtolli, Deinde reditum capeſcere, & inſtar Euripi refluere, Nã omne calidum in ſublime natura effertur. Eo loci refrigeratur a ẽ Cerebro, & cõſiſtit, mox reciprocat, & deſcendit ad Cor, Cuius feruore refrigerato, Somnus obrepit. Ita efficitur, ut Somnus maxime a ẽ Cibis ꝓficiſcatur. Nã alimonia ad ſummũ Caput uiam molita, quandiu fluxũ Cerebro immiſcet, attentat, & aggrauat, Hinc Salebrę illæ Verborum incertę, Hinc oculos nare, Caput uergere, Erigendi ſe facultatem auferri contingit. Cũ uero iam cõmeant cibi, & incidẽtes Cordi calorẽ eius irrigant, a ẽ quo ſemper uis illa humifica, & corpulenta in caput leuatur, tum profundo Somno demergimur, & altum ſoporem flare incipimus. Quã uero humentia, & corpulẽta genera grauedinoſa ſint Capiti, Indiciũ illud eſt, Quod qbus ineſt uis Sõnifera, eandem grauedinẽ Capiti afferũt, craſſitudine humoris eius, q ſurſum reſpirat. Vt Papauera, Mandragoræ, ac Temetum.

¶ Cur Vinolenti nõ dormiant. Neq; item Melãcholici, aut uehemẽter ęſtuãtes. Fatigatio cur inducat Soporem Itẽ Morboꝝ aliqui. & Hyemale tẽpus. Cur ualde dormientium Vox grauior, Ac hyeme quoq;. Et Qui ſuauiſſime dormiunt, nil ſomnient. Cur deniq; in Pueritia Galli uideantur Sapientiores. Caput XXXV.

Cur vinolenti ferę ſmt m omnes.

Xiis uero omnib⁹ facillimum erit, Ambiguitates tollere, Quæ ab Ingenioſis plerũq; agitari ſolent, Et ab experientia originẽ ducũt. Nanq; obſeruatũ eſt, Vinolentos non fere ẽ dormire. Id & in Libro Encyclicaꝝ quęſtionũ ꝓpoſuit Ariſtoteles, & Hali, Practices primo, Vbi in ebrietate ait, nõ eſſe Sõno locũ, Ibi nãq; fieri, qd in Lucernis ꝓtingit, In quas ſi præter modũ infuderis oleũ, reſtinguiẽ mox lumẽ. Ratio uero euidẽs, Nã ad Somnũ creãdũ calidũ adeſſe humorẽ, opus eſt, hic. n. cõcoq expedite põt, indeq; ad caput Vapores ſurrigunt, A ẽ qbus ſubinde Sõnus inducit. Quod ſi deeſt, exiguusq; humor, aut ꝓcoctu difficilis ineſt, Sõnus nõ oriẽ. Qua de cauſa poſt cibũ Sõnolentiſſimi fieri ob calorẽ ſolem⁹, Melãcholicos uero, & uehemẽter ęſtuantes inſomnia tenet, Alteros, qa refrigerat⁹ humor penit⁹ eſt. Alteros, qa null⁹ eſt, aut certe minimus. Scribit Auerrois, poſt labores obrepere Somnum, Quia dum mouentur Animalia, exercenturq;, ſpargitur innatus Calor eoꝝ, & q̃titas diminuitur. Indeq; refrigeratur, & proinde neceſſario ad principia recurrit, Vt propriis uelut Theſauris communiaẽ aduerſus præpedientia. Ariſtoteles uero ex Themiſtii interpretatione, Aliquando inquit, & fatigatione multa pertentamur Somno. Cuius ea ratio eſt, Quod labor diffundit quædam in nobis, & tabeſcere facit, Quę uicem incocti alimẽti præbent, Niſi colliquamẽtũ id frigidũ ſit. Ita inteſtinorum calor, qui ex attritu, Laboreq; exprimitur, recrementa quædam emollit, quæ ad ſuperiorem Locum redundantia ſomnum inducunt. Interdũ & morbi hoc faciunt, Qui ex humidis, & calidis excrementis conualeſcunt, Quod genus in febre, & lethargo cernimus. Hyeme proculdubio ſomnolentiores ſumus, Quod Aeris humectatio frigida facit, &. Noctes porro ẽ Longiores, Sicuti Hippocratẽ quoq; ſanxiſſe, nouimus. Sed maior id quoq;

Cur melancholici & vehementer mſ æſtuantes nõ dormiant.

facit cibariorum

facit cibariorum ingestio, Nam appetentia tunc uegetior, & excitatior est. Quoniam uero ut membris grauioribus simus, facit Somnus, Hinc & illud obuenire a' Peritioribus adnotatum est, ut quo tempore plus dormimus, quàm uigilamus, quod hybernũ profecto est, Hoc uox efficiatur grauior. Cum enim tempus, quod interuenit ad uigilãdum, breue sit, habitus Corporis, qui inter dormiendum committitur, permanere usque ad Somni repetitionẽ potest. Igitur cum Aer non solum interior, Sed exterior sit crassior, Et Crassior qui est, tardius ẽt moueat', tũc grauior non ĩmerito Vox est. Nec illud ĩcuriose trãsiluerim, Q d' Aristotelĩca Lectio, magister mutus, mihi suggerit in p̃sentia. Qui grauiter, & suauissime dormiant, nihil admodum Somniare, Quia & Sensus, et Intelligentia Hominis tunc suo fungi officio potest, cum Animus tranquillatur, & requiescit, qua quidem requie uel ipsa sciẽdi ratio cõstare uidetur. Ex quo fit, ut amentes sint Pueri, & Ebrii, & Insani, Facit enim Calor, qui nĩmius in his est, ut motu plurimo, uehementissimo'q; inquietentur, quo motu desistente, prudentiores esse incipiunt. Qua tamen in parte commonendi amplius sumus, Quod a' Doctissimis proditum est, Gallorum pueros initio sapiẽtes uideri, mox auctiores factos desipere. Quod educandi curę aliqui ascribunt, Aut uerius, cum extra modum corpore sint humectiore, Calor innatus ita adobruitur, ut quiescat. Propterea item orbiculatiore sunt capite, quia nequit expandi caliditas. Ex ea uero quiete uidentur illi quidem Sapientiores. Vbi uero auxerint, humecta illa redundantia ætate iam deflaccescente, Calor inualescens præualet, Proinde uehementiores illis cõtingunt motus, euaporante humido caliditatis ui. Adiuuare putant & Capitis illam non naturalem configurationem, quam sunt initio consecuti. At in Italia contraria se ratione habere Pueros, palàm est. Vnde scitissimũ profluit Adagium, Vt Gallicam appellantes Sapientiam, prę maturam intelligamus, & quæ mox deficiẽs obbrutescat quodammodo.

Galli cur in pueritia videantur sapientiores.

Gallica sapientia.

¶ Somniandi rationes aliquot. Cur Melancholici per quietem turbentur pręcipue. Cur Quidam dormientes ambulent. Item paucula ad Soporem pertinentia. De Platone nõnulla. Viui potissimum Vigilia. Caput XXXVI

Vt uero ad institutum redeamus, Iactatur Animus noster maxime in Somnis, Calore scilicet, Qui undiq; in partem se interiorem colligit. Atq; ita efficitur, ut plurima, uehementissima'q; illa obstante iactatione, nullum interuenire Somniũ possit, Vaporibus multis Phantasię organum scandentibus. Nec putãdum, Quod Animus tunc cõquiescat, & per se maxime sit, cum nullum Somniũ trahitur, Vt multitudinis opinio est. Plurimus autem motus, cum suauissime quis obdormiscit, merito propterea est, quod tũc maxime larga caloris copia in partem interiorem contrahitur. Porro' in Somno, quem cibo ingesto, primum capimus, nulla facultas uidendi Somnii datur, quia tunc maxime accidit, ut Animus propter cibum ingestum cõcitetur. Somnium uero occurrit, cum cogitantibus nobis, & ante oculos rem ponentibus, obrepit Somnus. Illud quoq; obiter hic adnotasse, operæpretium fuerit, Eos, qui instructi Virtutibus sint, meliora Somnia uidere, quod etiam uigilantes meliora animaduertunt. Qui deterius Animo, uel corpore affecti sunt, deteriora concipiunt. Melancholici iccirco in Somnis crebro excitari consueuerunt, quod calore tunc largiore bilis atræ urgente, Animus moueri æquo amplius cogitur, unde exiliunt sæpe, surgunt'q; euntes huc illuc. Hinc'q; aucupãtur Eruditi causam, quare nonnullis quandoq; obueniat, Vt etiã dormientes ambulent. Id enĩ ferè contingit, ubi multus fuerit motus, & multa perturbatio, Nec tamen ualida adeo, ut ẽt Somnum conuellat. Sed Quid est, quod contemplantibus plerunq; Somnus obrepit? Nempe cum in motu, & solicitudine cogitatio nostra sit, eo'q; impediatur cõcoctio, necesse est, crassa esse euaporamenta, quę commeant. Illud utiq; scitu item iucundum, Cum calor ad ima subterfugit, Frigescunt palpebrę, & frigefactę cõprimunt', & confluunt. Ita qbus palpebræ sunt, cõniuendo obdormiscunt, nihil enim aliud cohibet, mouet, imperat, regit in corpore, quàm Calor. Frigent igitur superiora in Somno, & undiq; corporis extrema. Contra, recalescunt inferiores Loci, ut pedes, & Interiora, ut Viscera, & id genus alia. Expergiscitur uero Animal, ubi primum absoluta, & profligata concoctio est. Cum'q; intimus calor, q ambientis frigoris metu in angustum se contulerat, tãdem uictis difficultatibus, & superior

Cur melancholici in omnis sæpe ex iten or

factus promicat e latebra. Sed illud relinquimus ne indiscussum? Quid nam sit causę, quod dormientes, & propere oculos diducentes lucem intuemur. Nempe inquit Alexander, qđ uisibilis Spiritus coactus, ac contractus, plurimusq; effectus inter dormiendum, repente, ac multiplex exiens, per tenebras ut pote gradiens, ipse ad uidendum fulgentior euadit. Legimus in naturali historia, Tiberio Cæsari aliam, quam cæterorum Mortalium fuisse naturā. Vt expergefactus noctu, paulisper haud alio modo, quam luce clara cōtueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus. Idem fere Tranquillus quoq; de eodem recenset Imperatore. Cæterum nos posteaq; multa satis de Somni ratione congessimus, cludamus elucubrationem hanc Academicis placitis. Platonem accepimus, In cibo & potu tanta fuisse continentia, ut non solum delicatiores epulas, & opipara conuiuia spreuerit, Sed tantum dūtaxat cibi per omnem uitam sumpserit, quantum satis esset ad uitę necessitatem. Oliuis modo academicis, & uili pane, atq; interim aqua contentum fuisse, prodidere. Quem uictū quantum Somni sequi, ueri simile est, tantum dormire solitum, scilicet non plus, quam quod satis esset ad euitandam ex nimia uigilia malam ualetudinem. Cæteros etiam, quod ex primo libro de Legibus patet, solebat admonere, Vt nocte surgerēt ad res tum publicas, tum priuatas obeūdas, Somnum enim immodicum & Corpori, et Animo obesse, dicebat. Parumq; inter mortuum, & dormientem interesse. Itaq; ut quisq; uiuere, & sentire cuperet, Sic uigilare oportere, quantum salua corporis ualetudine id fieri posset. Hinc arbitror illa profluxisse Aristotelica ex Libro de Animalium generatione V. Somnus autem talis sua natura esse uidetur, Vt uiuendi, & nō uiuendi interliminium sit, Et neq; omnino sit, qui dormit, neq; non sit. Viuitur enim potissimum uigilia, propter Sensum. Et in præfatione naturalis historiæ Plinius, Dum ista mussitamus, pluribus horis uiuimus, profecto.n. Vita Vigilia est. Propterea Aristonis illud Vero uerius est. Breue admodum uiuendi tempus esse homini contributum, Nam Somnus ueluti Pubanus, dimidium aufert. At Leontinus Gorgias senio iā fessus, ac perimbecillis, cū in Somnum collapsus iaceret, Ac familiarium quispiam accedēs ex eo, ut haberet, scitari instituisset, ἤδη inquit, μὲ ὁ ὕπνος ἀρχεται παραλαμβανειν τῷ ἀδελφῷ. ideest Iam me apud Fratrem deponere adortus est Sopor.

¶ Autumnalis ægritudo qualis cēseatur. Fructuum distinctio. Demetrii. Horæi. Oporę, Salgama. Salgamarii. Caput XXXVII

h Ippocrates medendi Arte nunquam satis laudat, Libro Sentētiarum tertio, Per Autumnum inquit, acutissimi, atq; exitiosissimi accidunt magna ex parte Morbi. Ver saluberrimum est, atque non exitiosum. Eum locum summus Auctor Galenus ad uerbum sic interpretat, Vbi tempora idoneum omne retinent temperamentum, Ver utpote temperatum per ea saluberrimum erit, At acutissimos Morbos, & exitiosissimos, quantum in ipsam met temporis uim, & naturā agitur, Autumnus importat. Siquidem Ver maxime temperatum, modificatumq; est, per Autumnum uero primum quidem eadem die modo frigus, modo æstus antepollet. Tum autem insequitur ęstatem, in qua plerunq; succi torrentur, interdum uires debiles extiterūt. Porro non ob id solum noxius Autumnus censetur, Verūetiam, quod antea euocati ad cutem, reflatiq; succi, per Autumnum ab aeris circūcurrētis frigiditate in profundum subitā, coguntur q. Sed hæc cunctis hominibus indifferenter eueniunt. At iis, qui nequaquam recte uictitant, Neq; cupiditatum dulces insidias, reliquasq; omnes exuunt passiones, ceu Corollarium, obuenit ex fructibus detrimentum, quorum prolubio esitandorum pellecti, quibusq; Large ingestis, malis succis implentur. Cæterum cum eiusmodi fere censeatur Autūnus, Tabidis tamen officit potissimum. Hoc Hippocratis corroboratur sententia, Autūnus inquit, Tabidis malus est. Quod ideo putat dictum, quoniā hoc modo affecti improtectū, nudumq; præsidiis naturalibus. i. Carnium inuolucro exutum obtinētes corpus, assidue iniquitate aeris offendūtur. Nam & Tabidis Spiritus uitalis, Viresq; naturales debiles fiunt. Verūtamen hoc Hippocratis loco ambigunt Peritiores, An Tabescentes eos modo intelle xerit, Quos Tabe præhēsos Pulmonis exulceratio infestet, An omnes utcunq; absumptos. Quoniam uero Autumnum Græci Oporam uocant, Hinc obseruatum nobis est, apud Galenum in

lenum in Libro περὶ τροφῶν, hoc est de alimẽtis, Fructus quosdam dici Oporas, Eos autẽ, uidetur trisariam distribuere, Alios Siquidem Demetrios uocat, quo nomine frumenta, legumina'q; complectitur, & id fere' genus alia, Valet autem Cręcum nomen, ac si Cereales dicas latine. Mox aliud genus appellat Horæos, Scribit'q; a' Græcis Horam tempus id nuncupari, quo exorit' Canicula, quod est inquit, fere' dierũ quadraginta. Ex iis fructibus alios esse tradit iamiam maturescẽtes, Alios uero præmaturuisse. Alios in summo esse statu. Aut post statum, aut ante statum. Addit quoq; se putare, nõ immo dici Horæos, quod eo tantũ tempore enascantur, Sed ad eorum distinctionẽ, qui recondũtur. Inter Horæos uero nominat Cucurbitas, Pepones, Melopepones, Cucumeres, Demũ. De Oporis acturus eo nomine intelligere uidet' Arboreos fructus, Cuiusmodi sunt Fici. Vuę, Mora, Cerasa, Poma, Persica, & id genus alia. Sunt qui Oporas interpretẽtur mollioris corticis fructus. Illud obiter adnotauero, Salgama Priores dixisse, quæcunq; conditanea ad uictum nostrum in uasis seruabantur, Columella Libro tertiodecimo, Hęc Vasa dedita opera fieri oportet patẽte ore, & usq; ad imum ęqualia, nec in modũ Doliorum formata, Vt exẽptis ad usum Salgamis, quicquid superest, æquali pondere usq; ad fundum deprimatur, Cum ea res innoxia penora conseruet, ubi non innatent, Sed semper sint iure submersa. Quin & in Hortorum cura idem ita cecinit.

Tempore non alio uili quoq; Salgama merce,
Capparis, & tristes inulæ, ferulæ'q; minaces.
Plantantur.

Apud eundem Salgamarios Legimus Libro tertiodecimo de Rapis. Deinde sicut consueuerunt Salmagarii, decussatim, ferramento lunato incidito. Salgamarios putant, qui Salgama uendunt, aut etiam condiunt. Autumnum dici putat Festus, quod tum maxime coactis fructibus hominum opes augescant. Claudianus in Proserpinæ raptu.

Hęc tibi sacra datur. Fortunatum'q; tenebis
Autumnum, & fuluis semper ditabere pomis.

Ab Oporis inuenio dici Oporophylacium. Pro loco, Vbi eiusmodi seruantur fructus. Sicut Oporonem, Qui Oporas emit, uendit'q;. Pomarios forte dixeris Latine, ut apud Spartianum in Heliogabalo. Vbi Dulciarii quoq; nominãtur, & Lactarii. Sed Nos sine sufflamine decurrimus, Quãobrem transeo ad reliqua.

¶ Nunquam Hecale fies, Prouerbium quo proferatur Sensu. Caput XXXVIII

Nunquam Hecale fies, Scitus Adagio est, quo significamus, nunquã a' paupertate eiusmodi oppressum iri quempiam, Qua olim circunuenta Hecale est, de qua prius, quam aliquid promã, Carmina Plautina subscribemus, ex quibus Prouerbii nata obseruatio est, Sic enim in Cistellaria Legimus,

Ecastor haud me pœnitet.
Si ut dicis, ita futura es, nam Siquidem ita eris, ut Volo,
Nunquam Hecale fies, semper'q; istanc, quam habes, ętatulam
Obtinebis.

Fuit Hecale Anicula, a' qua Theseus olim adolescens comiter est hospitio susceptus. Vnde sacrum quoq; Hecalesion per pagos celebre fuit Hecalo Ioui, non sine ipsius Hecales honoribus. Quam etiam Hecalenem uocabant diminutiua forma. Quoniam ipsa quoq; Adolescentem adhuc Thesea salutare aniliter, & huiuscemodi excipere diminutiuorum blanditiis consueuerat. Meminit in Theseo Plut. & Philochorus. De ea iustum poema Callimachus fecit, Hecalẽ nomine. Plinius quoq; herbas edules nominat, quas rustica illa Hecale apud Callimachum apponat. Meminit & Cheræmon. Sudas uero ait ἐκάλη ἡ ἡρωὶς παρὰ καλλιμάχω. Hecale Herois est apud Calimachum, Addit quoq; nominis etymon ἡ πρὸς ἑαυτὴν καλοῦσα. ad se uocans. εἶχον γὰρ τεῖχος ἀκλήιστον. Hęc tamẽ uidetur fuisse pauperrima, Quãdo ita canit Oui. in Libris de remedio.

Cur nemo est Hecalem, nulla est, quæ cœperit Irum?
Nempe, quod alter egens, Altera pauper erat.

Apuleius quoq; Libro Metamorphoseos primo ex Politiani emendatione. Si contentus inquit, Lare paruulo, Thesei illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris, Qui nõ est asper natus Hecales anus hospitium tenue. Sed & in Priapeiis Epigrammatibus.

Æqualis tibi, quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem.

Meminit & Petronius Arbiter.

Qualis in actęa quondam fuit hospita terra
Digna sacris Hecale, Quam Musa, loquentibus annis,
Battiadæ Vatis uiuendo tradidit æuo.

Ex iis, quæ hactenus rettulimus, Et quę sit Adagii origo innotuit abunde, Necnon, quę sit Hecale in literis utriusque Linguę, Verum, quia res Leuicula est, ac multorum, Politiano tamen duce, extrita cõmentariis, ad altiora pręstruamus gradum, ne plane' fiat In Lente unguẽtum, Si id modo adiecero, Non Lepide minus, ac uenuste ad Ætatem posse Prouerbium transferri.

¶ De Galeni Valetudine, ac excellentia. Caput XXXIX

Galenum philosophum, & medicum singularem, Cuius Scientissima, & plurima extant ingenii monumenta, Quæ genuinam sapiunt eruditionem, memoriæ proditum a' nonnullis est, Centum & XL. annos uixisse, tanta'q; in Cibo, & potu abstinentia usum, ut ad satietatem nunquam comederit, aut biberit, Nec crudum quicquam unquam gustarit. Vnde sit factum, ut odorificum semper anhelitum spiraret. Sed, quod Lõge apud me mirabilius est, Citra ullam omnino affectionem, sola defecerit Senectute. Quod inhumanis est rarissimum, in tanta subblandientis gulę Lasciuia, & in interitum uergentis Naturæ fragilitate, Vt silentio conterantur Lancinantes hinc inde incommodorum turbines. Vtcunq;, Hinc certe Adagium obrepere aduerto, Vt Galeni Valetudinem dicamus pro ea, quę ultra humanum captũ nimis sit prospera, nimis'q; inoffensa. Nec me tamen fallit, Quid aduersus hanc astructiõem nostrã proferri ab Eruditioribus possit, tum ex Galeno ipso, tum ex Scriptoribus aliis. Nam Sudas auctor est, Galenum modo annos uixisse septuaginta. Ita enim de eo scribit, Vt obiter etiam superpondio Lectorem onustum remittamus, Galenus inquit, Arte medica celeberrimus, Pergami est natus, Marci, & Commodi, ac Pertinacis Imperatorum temporibus. Romæ uixit. Niconem habuit patrem, Geometriæ, ac Architecturę peritum. Plurima non in Medicina solum, Sed & in Philosophia condidit uolumina. Immo uero in Grammatica, & Rhetorica, Quæ, quod omnibus fere' obuia sunt, & uulgo notissima, recensere, cõsilium nõ est. Vixit annos LXX. Galenus porro' ex gręcæ linguæ proprietate quietum, tranquillum'q; signat. Cęterum Galenus ipse de se ita propemodum scribit Libro de Interioribus II, Sum inquit, mihi conscius, quodam tempore tanto me esse conflictatum dolore, Vt Ventris interiora arbitrarer conuelli, Lancinari'q;, prępcipue qua meatus Vrinę sunt inter Rhenes, ac Vesicam, Mox uero clystere usus ex oleo et ruta, præcellenti dolore humorem deiieci Vitro liquescenti persimilem. Quod genus Praxagoras Vitreos uocat humores. Sicut in plerisq; subinde experimento didici, Qui etiam tradit, esse humorem illum frigidissimum, Et recte ille quidem, nã Sensu teste cõprobat'. Mirum tamen, unde nam sit frigiditas tanta, quę nulla ratione recalescat. Sed Libro de Sanitatis moderatione, Ita scriptum inuenio, Quocũq; Auctore editus est Liber is, Annis inquit, iam plurimis nullis fere' morbis infestati sumus, nisi quandoq; Laboribus nimiis Ephemera febre. Attamen Pueri, Adolescẽtes'q;, magnas, multas'q; incurrimus ægritudines, Sed anno XXVIII. ætatis transacto, cum exploratũ mihi esset, Sanitatis esse Artem aliquam, Eius inhærens præceptis immunẽ me morbis, Exortem'q; custodiui, præter eam, quam diximus, Ephemeram, Quam tamen ipsam declinare posset liberius paulo uiuendi potestatem nactus. Porro' in Libro de Alimentis II, Vbi de Lactuca Sermo est, sic scribit, Vtuntur inquit, ea ex aqua decocta, Sicuti ego nunc incepi, posteaquam deprauati mihi Dẽtes sunt, Sed & alibi scribit, cum circa Diaphragma laboraret, se somniauisse, Liberatum iri, si sanguinem mitteret ex Vena, quæ est inter Pollicem, & Indicem, minuisse

Galen, valetudo.

Sudas.

Galenus vox quid.

Galenus de se.

dicem, minuiſſe Sanguinem, conualuiſſe. Hęc ad præſens comperta nobis de Galeno ſunt. Suam uero ipſemet præſtantiam quodam Libro patefacit, ſic propemodum ſcribēs, Itaq; Medicinam profeſſus ad Senectutem uſq;, nullam omnino ad hanc diem Calūniam ſubii, uel curando, uel pręſagiendo. Id quod celeberrimis Medicorum quibuſdam obtigiſſe, Sum memor. Sed & Quinto Colliget Auerrois, Cap. de Punicis granis, Galenum ita celebrat, Vt experientia præcellentem prædicet, ac Veridicum imprimis, Vt cui comparari non poſſit alius, Ni forſan Is inquit, Qui clamat quidem, Sed quid clamet, nō percipit ſatis, Auicennam, opinor, conuellens. Qui ſe tamen Galeni fatetur Interpretem, ac Summum quandoq; uocat Artis medicæ. Galenum præſtantia

¶ De Sanitatis ratione adnotantur pluſcula ex Medicorum Scholis. Quæ cenſeantur Corruptionis cauſę. Sanitatis diſtinctio. Caput XL.

Q Vod uero ad Corporum ualetudinem pertinet proſperiorem, Illud obſeruā dum magnopere cenſeo, quod nobilis Auctor literis prodidit, Certa eſſe experimenta totius corporis Valetudinis, uarietate uictus inobſeruata. Hippocrates certe tradit, non prandentium exta celerius ſeneſcere. Verum id remediis cecinit, non epulis. Neqs omnino putet Medicum principem ad crapulam nos hortari, atq; helluationem. Quippe multo utiliſſima eſt Temperātia in cibis, L. Lucullus hanc de ſe pręfecturam Seruo dederat, Vltimo'q; probro maius, in Cibis triumphalibus ſedenti dicebatur, uel in Capitolio Epulanti, pudenda re, Seruo ſuo facilius parere, q̄ ſibi. Ex Medicorum autem Scholis illa ſunt, Cōtemperātiam Calidi, & Frigidi, Sicci, & humidi naturalem eſſe Sanitatem conſimilium mēbrorum. Cuſtodia uero compoſitionis, & numeri, magnitudinis, & plaſmationis naturalis Sanitas eſt officialium. Corruptiones autem in nobis uel eſſe neceſſarias, & innatas, ac ex nobis ipſis profluere, Veluti radicē, & initium habentes, primordia generationis noſtræ, Sanguinem ſcilicet, ac Semen. Vel eſſe non neceſſarias. Naturales quidem ariditate proueniunt, & euacuatione. Quæ cauſæ interiores ſunt. Illæ uero exteriores ex iis, quæ corpori adueniunt, quarū una inſeparabilis eſt, ſem per'q; aſſiſtens, Vt continens nos Aer. Corruptio non neceſſaria per tempora quędam inordinate copulata Corporibus, Lędentia'q; oritur, calefaciendo, frigefactando'q; immoderate, aut etiam arefaciendo, humectando'q;, Aut frangēdo, Cōuellendo, Perforādo, Articulos tranſmutādo. Certe Veluti Serie perpetua amplius, amplius'q; areſcimus, donec decurſus ad Statum fiat, nec augeamur ulterius, Oſſibus ob duritiem ab ampliori prohibitis incremento. Mox uero præterquam opus fuerat, omnibus areſcentibus organis, Actiones deterius longe perficiuntur. Reddimur & tenuiores. Demum'q; nimium ſiccitate inualeſcente, conſeneſcimus, corrugatur'q; corpus. Membra titubant inualida. Genuini quidē caloris ui, perpetim multam ſubſtantiæ portionem, effluere, Scimus. Eſſe nanq; naturales Corruptiones duas, ut ſignificauimus, quas genitū corpus nullū queat euadere. Alterā eſſe, qa, ut dixi, aſſidue areſcimus. Alteram uero hanc, quę ex effluxu prouenit a' calore intimo. Proinde ne confeſtim ſequatur interitus, neceſſe eſt, quantum fieri poteſt, ut ſubſtantiam aliam effluēti ſimilem ſubſtituamus. Ideo'q; cibis reficimur, & potu. Ad eum modum qcqd ſicci, humecti'q; euanuit inſtaurantes, ut priſtinum integretur temperamentum. Nam reſpiratione, pulſu'q; Aereæ, Igneę'q; ſubſtantię moderamentum cuſtodimus. Propterea præceptore nullo; Natura tantum, ut ſic dixerim, prælucente, comedimus, bibimus, reſpiramus. Quod ſi modo aliquo perfici poſſet, Vt eiuſmodi quippiam induceremus, quod nullatenus effluentib⁹ diſſimile foret, Perſanum hoc, & optimum foret. Sed quia id impoſſibile, quoniam quod ab unoquoq; membrorum effluit, Eiuſmodi natura eſt, quale membrum ipſum, a' quo defluit. At eorum, quibus ueſcimur, nil omnino eſt tale. Inde fit, ut neceſſario percoquātur a' natura, tranſmutentur, præparentur, Similia'q; Corpori efficiant', Quod alitur. Quod uero non digeritur, Corpori non accedit. Hæc uero retrimenta ſunt, & Ciborum ſuperfluitates. Amplius eadem tradit Schola. Duo eſſe, quæ Medicina nūcupata Diætetice ad Sanitatē intendat, Alterum eſt, Inanium repletio, Alterum uero, redundātium exinanitio, ne ad hunc uſum organa præſtituta obfarciantur, atq; obcæcent', ne'ue flacceſcāt, Vt Corpus cuſtodia-

tur purum, nullaq; redundantia infestũ. Ex iis porro duobus tertium qddam uidetur conse qui, Ne celerius obrepat Senilis molestia. Etenim si quæ euacuãtur, restituamus, nec subsi terint intus noxię supfluitates, Et sani erimus, & quod eximium est, diu Iuuenes. Cæterum quia diu de Sanitate uerba facimus, Nec utiq; illud, ueluti p ícuriã, omiserimus, Sanitatẽ nõ uno dici modo ab Eruditis. Nanq; altera est, Quæ optima dicitur, perfecta, Summa ẽt Se ptembribus horis, Vt inquit Oratius. Altera uero est, Quæ ab hac deficit, incerta, nõ perfe cta, Quæq; latitudinem habet multam. Duplex quoq; traditur hæc. Nam aut est Eucratos, et sine querela, in qua amplius, quàm oportet, corpora calida sint, uel frigida. Sicca, uel hu mecta, ut habitudo Carnosorum, quę in meditullio est tenuis, & modum excedentis. Alte ra est Dyscratos, & cum querela, in qua maximum est ab optima discrimen, quod perspicu um tamen non est ob paruitatem. At simplex illa Sanitas, & perfecta, quæ Eucrasiam ha bet certissimam, uel nunquam comperta in Animalis corpore est, Vel si unquam fuit, nec minimo quidem pmansit, Quim uel initu oculi demutata statim est, nec eodẽ se habuit mo do. Sanitatem uero finiunt dispositionem secundum naturam, Quę actionem adminicula ta coadiuuet. Sicuti ęgritudinem dicunt dispositionem præter naturam, quæ actionem ob lædat, præpediatq;.

¶ Morbis ex quibus causis appellationes sint inditæ. Herpes esthiomenos. i. Morbus San cti Antonii, aut Sancti Martialis. Itẽ Morbus, Noli me tangere. Morphæa. Satyriasis.

Caput XLI.

Morbis uero induntur nomina quandoq; ab affecto membro. ut Pleuritis, a latere, Peripneumonia a pulmone, Sic Ischiadicus dicit, Sic Nephritis a Rhe nibus, Sic Arthetica, Cephalea, Ophthalmia, Dysenteria. Aliis uero ab acci dentibus, quę cõsequuntur. Vt Affectionem, quæ egestionem, qua consuetũ est, fieri non permittit, Tenasmon ab intestinoꝝ tormento uocitarũt. Recen seri in iis Herpes item potest Esthiomenos, Quem inoriri Auicẽna scribit, Vbi arctius con stringantur Vulnera. A Medendi Peritis finiri solet, Membri νέκρωσις, idest mortificatio, ac cum putredine, ac mollificatione dissipatio. Eam uero affectionem Lingua dicit uernacu la Morbum Sancti Antonii, uel etiam Sancti Martialis. A Cancro differt, ac Lupo, & Eo, quem facete nuncupant nostra tempestate, Noli me tangere. Quia membra dificit putredi ne tantum non cadaueroſa cum mollicie. Illi uero idem utiq; efficiunt, at Corrosione, ac du ritie. Herpes porro Esthiomenos breuior est, acutiorq;. Spasmum uero, idest Conuulsionẽ ab instrumentis dicũt uolũtarii motus ad suũ initiũ ui reuersis. Plures autẽ morbi ab utroq; appellationem traxerũt, Vt Cephalalgia. Otalgia. Cœlophthalmia. A Causis quoq; sæpiꝰ nomina inueniuntur impositа. Vt Maniæ. Melancholię. Nam & Hyposarcam, Quę hydro piseos species est, Album phlegma uocauere. Nonnullæ item ægritudines ex similitudine quadam nomen habent, Vt Elephas, siue Elephantiasis, & Leo, & Cancer. Ac nariũ mor bus Polypus. Et Morphææ ab Arbore nucis inditum uidetur nomen, quod frondibus eius persimilis esse uideatur. Quasdam item Verrucæ species Myrmecias uocarunt. Simili mo do Alopeciam. At Veretri inflationem nomine cuiusdam Dæmonis Spõsarum depicti nũ cupauerunt. i. Satyriasin, ut interpretantur nõnulli. Pauca uero sunt Morborum nomina ef sentiam modo mali exprimentia, ut Phlegmones, Qui sunt abscessus calidi, siue, ut Greci di cunt, Apostemata. Et Gangrena. Sic enim uocatur τῶν μελῶν ὁ νεκρούμενον ζωὴ ἔλκος. i. mor ticina membrorum caro cum ulcere, uel etiam sine ulcere, μετὰ φλεγμονῆς, καὶ ἐρυθήματος λευκαινόμενον. Cum inflãmatiõe, ac rubedine exalbescens. Scirri item eodem mõ dicunt. i. Duritiæ. Quibusdam impositа nomina ab Artifice, a quo curata primum. Vt Chironio. Aliis uero ab iis, qui primum laborarunt. Vt Tylosis. i. τύλωσις. Sed nos iam ab hisce Medi corum diuerticulis in uiam demum reuertamur. Et instituti reliqua exequi pergamus, Ne Gracculus fiat aliena Lasciuiens plumula.

¶ Quod Cõmercium Balneo, & Cani? Prouerbium quem usum habeat. Cap. XLII

Quod Cõmercium Balneo, & Cani? Adagio est elegans, in græcis literis fre quens, a Luciano usurpatus eo Sermone, qui est ad ineruditum multos em ptitantem Libros, Dicitur de iis, quæ dissociata natura sunt, nec similitudinẽ recipiunt

recipiunt aliquam, uel uſum. Veluti ſi nauigandi imperitus, aut Equitatiõis omnino exps, caperet Is quidem affabre conſtructam Nauem, & ad ſecuritatem omnibus fultã inſtrumẽtis, Hic uero Equum compararet Medum, uel Centauridem, aut Coppophoron. Ridiculum, opinor, uterq; ſe prẽſtaret, quod per imperitiam haud commode uteretur rebus. Non ſecus, ac Diues ille Aſianus, Cui cum pedes forent abſciſſi, qui frigoris nimietate cõputruiſſent per niues iter facienti, Vt aliquo modo calamitatem leniret, Ligneos ſibi pedes confici ẽdos curauit, Quibus ſubligatis, interim etiam Seruis innixus incederet. Sed ridicularius in eo præcipue fuit, Quod ſumma cura ſcienter, politéq; confectas Soleas comparabat ſubinde, Quibus Ligneos illos pedes prẽfulciret. Veluti uiſenda plane res eſſet, Lignum crepidis inductum. Non diſſimile huic & illud Luciani eiuſdem, πίθηκος γαρ ὁ πίθηκος, κ' ἂν χρυσᾶ ἔχῃ σύμβολα, Simia quidem Simia eſt, etiam ſi aurea habeat ſymbola. Et imperitiæ nubilo adobrutus Librum quidem perpetim uerſare manibus poteſt, Sed eorum tamen, quæ lectitantur, nihil prorſum queat percipere, ἀλλ' ὄνος λύρας ἀκούει κινῶν τὰ ὦτα, Sed Aſellus aures motans audit Lyram, Eſtq; ſemper τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος, magis mutus, & fandi magis inops, quam Piſces. Vt uero a Balneis non reſiliamus longius, Prouebii, ut opinor, ratio aperta ſatis eſt, quando humanę infirmitati bonumq; ſi non & delitiis, Balnea modo deſeruiunt, Ad ea nil aſpirat Bruta natura. Fuerit argumento etiam, quod ſunt auctore Ariſtotele, τὰ θερμὰ λουτρὰ ἱερά, Balneæ calidę ſacrę, Quas tamen ſic dici ipſe putat, qa ſulfure, atq; ſulmine rebus ingenue ſacris proueniãt, Sacris inquã, quoniam quæ miranda ſunt, & occulta, ſicuti quibuſdam placet, ſacra uidentur, Vt miras balneaq; taceamus facultates.

¶ Calentium Aquarum rationes aliquot. Cur earundem ui Lapides item progignant. Caput XLIII.

T quia in Balneas incidimus, Cur Aquarum aliquę caleant, quędam etiã ferueant, intantũ, ut non poſſint eſſe uſui, niſi aut in apto euanuere, aut mixtura frigidę intepuere, Cauſę aliquot redduntur. Empedocles exiſtimat, Sicuti docuit Seneca, Ignibus, quos multis Locis terra opertos tegit, aquam caleſcere, ſi ſubiecti ſunt ſolo, per quod aquis tranſcurſus eſt. Facere quippe Dracones ſolemus, & Milliaria, & complures Formas, in qbus ęre tenui fiſtulas ſtruimus per decliue circundatas, Vt ſæpe eundem ignem ambiens aqua, per tantum fluat ſpatii, quantum effici endo calori ſatis eſt. Frigida itaq; intrat exit calida. Idem ſub terra fieri exiſtimat Empedocles. Quidam arbitrantur, per Loca ſulfure plena uel introeuntes aquas calorem beneficio materiæ, per quam fluunt, trahere. Quod ipſo odore, guſtuq; teſtantur, reddunt enim qualitatem eius, qua caluerunt, materiæ. Quod nequis accidere, miretur, Viuę Calci ſi aquã infuderis, non ne feruebit? Hæc porro efficit ratio, ut Aquæ feruidæ magna ex parte, ſalſę, p/ueniant, ut Ariſtoteles inquit, Quia ſcilicet per terram aluminoſam percolãtur. Exuſtorum autem oĩum cinis ſalſus eſt, Sulfurq; redolet, Quare feruida omnia modo urunt fulminis, & quidem plura fulminis tactu extiterũt. Democritus Calci aſſignauit calidorum fontium rationem, quod nequit fieri, Quoniam Lapides unde fit Calx, non hñt excalfaciendi uim, niſi in fornace præuſti. Cæterum in hac calentium aquarum ratione non ne illud eximium eſt, ac ſueſtigandum anxie, Quod ipſe etiam pene puer apud Aponum adnotaui, dum Patauii capeſſerem Ingenii cultum, ab illis ſubinde Lapides gigni? Hoc extra omnem admirationem mihi fuit. Scaturiunt ibi feruentiſſimæ aquæ in ſupercilio non multum arrecto. In ſubiecto Molendinum eſt, quod uerſat Balinei aqua per Conuallem decurrẽs. Volaticam, ut nunc paſſim dicitur, in quam impetu deuoluitur aqua per arctum, uidimus totam, ueluti quodam artificio, Lapidea circũtectam cruſta. Et cum oculis non ſatis crederem, duritiem materiæ experturus cultelli ſatis ualidi mucronem inſigniter retuſum animaduerti. Id utpote Adoleſcenti, qui nihil admodum interioris ſcientiæ attẽtaſſem, miraculũ eſt uiſum. Mox repetita Vrbe, cum rem Scholaſticis quibuſdam expoſuiſſem in foro, riſu exceptus ſum ab omnibus fere, tãquam inuſitata, neſcio quæ, & abſurda, ac ſcurrilia promerẽ. Sed haud ita multo interſtitio facto, illuc profecti mecũ in rem præſentem Veriſſima ſenſerũt, quæ prius inſcite Ludibrio habuerant. Verum ea omnia poſt cum Plinii, tum aliorum doctrina cõfirmata repperi. Nam & Seneca Naturalium tertio ad hunc modũ ſcribit. Intereſt, utrum Lo

ca Sulfure, an Vitro, an Bitumine plena transeant. Hac ratione corruptę cum Vitæ periculo bibuntur. Vnde et apud Ouidium legimus,

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Medicatum utiq;, & eius habet naturæ limum, ut corpora agglutinet, ac induret, Quemadmodum puteolanus Puluis, si aquam attigit, Saxum est. Sic ecõtrario hæc aqua, si solidum tetigit, hæret, & affigitur. Inde est, quod res abiectæ in eundem locũ, lapideæ subinde extrahuntur. Quod in Italia quibusdam Locis euenit, si uirgam, siue frondem demerseris, lapidẽ post paucos dies extrahis, Circunfunditur. n. Corpori Limus, allinitur'q; paulatim. Hoc minus uidebitur mirum, Si notaueris Albulas, Et fere' Sulfuratam aquam circa Canales suos, Cymbas'q; durari. Sed Sũmus item Philosophus Encyclicarũ Quæstionũ Libro XXIIII Quærit, διὰ τί ἐπὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τῶν ψυχρῶν πήγνυνται λίθοι. Cur aqs calentibus potius, quàm frigidis Lapides concrescant, atq; coagmententur. Respondet'q;, prouenire, quod lapis defectu humoris consistit. Calore'q; potius, quàm frigore, humor deficit, & lapidescit calore, Vt etiam Empedocles ait, τάς τε πέτρας, καὶ τοὺς λίθους κατὰ θερμὰ τῶν ὑδάτων γίνεσθαι. Lapides, & Saxa feruentium aquarum opera conficit. In quo tamen aduertendum, Si defectum humidi omnino, ex toto'q; intelligas, minus ꝓcedit ratio, Quãdo quoquomodo lapis fiat, coagulatione, seu congelatione, requirit humidum agglutinãs, Quo deficiente, non Lapis fit, Sed harena, uel puluis. Si uero humecti defectũ intelligimus redundantis ablationem, tunc ueritas apertius elucescet. Certe nõ solum calor ἀπολιθοῖ. i. elapidat, Sed frigus etiam, humorem nimio gelu absumẽdo, indurat, facit'q; lapidẽ, Quod si nimium frigus ita agit, Simpliciter quoq; ita agi posse, certum est. Adnotanda obiter & Auicennæ sententia ex fine Meteororũ, Vt prætereamus, quæ huc spectantia Vitruuius scribit, Ex terra pura Lapides non fieri, Sed ex ꝑmixto. Q m̃ ex nimia siccitate in ea cõtinuatio nõ sit. Fiũt uero ratione duplici conglutinatione ꝯgelatiõe, priore quidem, cum Lutum aliquod uiscosum fuerit, ac pingue, quod arescens in quandam euadit dispositionem, quæ in Luti, Lapidis'q; meditullio fere' est; mox sensim lapis concipitur uerus. Scribit etiam, Virtute quadam uniuersali Vegetabilia, & Animantia quoq; deformari in lapides posse.

¶ Balneorum distinctio, & Vsus. Problemata duo ad id spectantia. Balnei étymon qđ sit. Item eiusdem rei delitiæ. Caput XLIIII.

b Alneorum uero, sicuti obseruatum ex Archigene est, Alia sunt nitrosa. Alia salsosa. Alia Aluminosa. Alia Bituminosa. Alia sulfurosa. Alia ferrosa. Alia Chalcosa. Quædam ex his sunt composita. Et horum quidem omnium potestas est arefaciendi. Quædam non arefaciunt modo, uerũ etiam obstruunt, sicut Aluminosa. Partim etiam salsosa, & æris qualitatem adepta. Et hęc qdem Lauacrorum sponte prouenientium ratio est. Sed nec ignorandum ex Galeni doctrina, Eorundem quędam esse dulcia, Quędam qualitatis expertia, Quædam suam quandã obtinere qualitatem. At eorum, quæ alteram quãdam habent qualitatem, quædam ex institutione nostra uim habent, Quędam sua sponte uim obtinent. Balnei usus inquit Celsus, duplex est, Nam modo discussis febribus, initium cibi plenioris, Vini'q; firmioris ualetudini facit. Modo febrem ipsam tollit, fere'q; adhibetur, ubi summam cutẽ relaxari, euocari'q; corruptum humorem conuenit, & habitum corporis expedit mutari. Antiqui timidius eo utebantur, Asclepiades audacius. Cęterum hęc, quę medicinæ rationibus continentur, missa faciamus, quoniam nostro instituto parum fortasse congrua uidebũtur. Illud quæramus potius, Quid nam sit, quod experimenta perdocent uerum, Ante Balnei ingressum calidũ mingimus, At in Balneo diutiuscule cõmorati, frigidum. Illa uero afferri ratio potest, id tanquam ad alterius comparationem plane' fieri. Nam Vrina tepidi profecto tẽperamenti est, Quæ tum primum a' nobis facta, mediocriter etiam calida est foris. Igitur quandoqdem frigidum est corpus nostrum, ipsum Lotium, utpote Corpori comparatum, calidum est. In Lauacro autem quandoquidem Corpus plus Lotio incaluit, frigidum uidetur Lotium, utcũq; calidum sit. Dignum & illud obseruatione est, Quod ne utiq̃ sitientes, lauacrum subeuntes

fitimus. Et

ſitimus. Et contra, ſi ſitiamus, pacatur ſitis. Nempe ex ariditate Sitis oritur. Si ergo ſitientes lauacrum ſubeamus, Corpus facultate uitali per cutis meatus humorẽ allicit, & quaſi ad ſe conuellit. Atq; ita contingit funditus humectari, unde præcipue exoritur ſitis. Qui uero nõ ſitientes lauacrum ſubeunt, humorem corporis efferunt, diductis corporis meatibus, ſudoréq; excutiunt, nec receptum humor habet. Balneum ex Græcis quidam interpretantur dici παρὰ τὸ ἀποβάλλειν τὰς αὐλας, à curarum uidelicet, ſolicitudinuḿq; repulſu. Quando & id uidetur Homerus innuere cum ait,

λῦσε δ' ἐκτεάποδος μεγάλας,
ὄφρά μοι ἐκμάματον θυμωφθόρον εἵλετο γυῖων,

Corroborauit in libris cõfeſſionum Aurelius Auguſtinus, Libro nono, Sed rationibus peruincere Grammatici conãtur, Quoniam, ſi id uerum eſſet Etymon, ſcribendum fuerat per ι. Sed modo per ει. ſcribitur, quod ſciunt omnes, hoc eſt βαλανεῖον. Propterea inquiunt, aſtruendum eſt, fieri ἀπὸ τῶν βαλάνων, Quoniam Balanos ſuccẽdere, moris fuit Veteribus. παρὰ τὸ τὰς βαλάνους αὔειν, Nam Epaphroditus αὔειν exurere interpretatur. ἵνα μὴ πόθεν ἄλλοθεν αὔωσι. Sudas ſcribit Veteres glandibus ueſci ſolitos, Cortices uero igni alimenta præbuiſſe. Et eſt inquit, Balneum uia, inſtrumentuḿq; ad delitias, Quando, ut Plinius etiã ſcribit, Parietes Balnearum ſpargi nonnulli iuſſere. Atq; Caium principem ita ſolitum lauari. Et ne Principale uideatur hoc bonum, Et poſtea quendam ex Seruis Neronis. Nam Tranquillus de Principe eodem ſic ſcriptum reliquit, Nepotinis ſumptibus omnium prodigorũ ingenia ſuperauit, Cõmentus nouum balnearum uſum, portentotiſſima genera ciborũ, atq; Cœnarum, ut calidis, frigidiśq; unguentis lauaretur.

¶ Balnea Veterum frugi. Senecæ locus emaculat'. Epiſtomium quid, & Epitonium. Collabi, & Collopes. Caput XLV

a Ntiquitus in uſu erant Balneola peranguſta, tenebricoſa, Vti Seneca inquit, neq; enim calida uidebãtur, niſi obſcura. Eiuſmodi fuiſſe legimus Scipionis Aphricani Balneũ apud Linternum. In eo ille horror Carthaginis, Cui Roma debebat, quod ſemel tantum foret capta, abluebat corpus laboribus feſſum ruſticis, quoniam ſe exercebat opere, terraḿq;, ut mos fuit Priſcis, ipſe ſubigebat. Mox uero quis ita lauari ſuſtinuiſſet? Pauperes ſibi uidebantur, ac ſordidi, niſi parietes magnis, & pretioſis orbibus refulſiſſent. Niſi Alexandrina marmora numidicis cruſtis fuiſſent diſtincta. Niſi illis undiq; operoſa, & in picturæ modum uariata circunlitio fuiſſet prętexta. Niſi uitro abſconderetur Camera. Niſi Thaſius lapis, quondam rarũ in aliquo ſpectaculum templo, piſcinas circũdediſſet, In quas multa ſudatione exanimata corpora demittebant. Et ut inquit idem Seneca, niſi aquam argentea Epiſtomia fudiſſent. Qua in parte obiter Eiuſdem codex emaculandus eſt, Nam modo impreſſi Codices Epitoma præferunt, aut Epitonica. Neutrum recte, Siquidem uel latinis Auctoritatum tibicinibus peruincimus, Epiſtomia legendum (Etenim græca id, plane' claret doctrina) Nam Libro Architectonicæ decimo Vitruuius ita ſcribit, Singulis autem Canalibus ſingula Epiſtomia ſunt incluſa, manubriis ferreis collocata, Quæ manubria cum torquentur, ex area Nares patefaciunt in Canales. Et infra Idem Vitruuius, Motione uero Vectium uehementiore, ſpiritus frequens compreſſus Epiſtomiorum aperturis influit. Ex iis Auctoris huius Verbis, Vt de Varrone taceam, manifeſtum arbitror, dici Epiſtomia, qualia nũc paſſim Tonſores habent in Vaſculis penſilibus capiti abluendo. Sed & inſtrumenta ea, quibus è uaſis ſubinde Vina educimus, Cannulas ſimplex nuncupat Vulgus, Epiſtomia recte dici poſſe, animaduerto. Vnde & Luxata, ut opinor, dictione, obturamentum Epiſtomiorum Spinam uocant Imperiti. Sudas uero, Collabi inquit, panes ſunt, conſimiles Citharæ Collabis. Alii Collabos accipiunt εἶδος πλακοῦντος τετραγώνου, ἢ ἀρτου μικροῦ. ideſt Placentę ſpeciem quadrãgulæ, aut minuti Panis, παρὰ τὸ ἐκ μεγάλων κολοβίζεσθαι, quod ſint ex magnis deminuti, & uelut mutilati, Collabi nãq; ſunt τὰ τῶν χοιρῶν ἐντερόνια, ideſt fidium Epitonia. Apud Auctores item inuenio, Collopas dici prædura in Ceruice Boum coria, Ex quibus moris erat, inquiunt, conficere, quos uocant Collabos. Sed dicitur & Collops dorſua-

le corium, quoniã ex eo fiat Colla. Vnde facetiſſimus Comicus Ariſtophanes Aeſchyli duritiam monſtraturus inquit, δίμου γὰρ αὐτὸν πόλλοτι ἐοικέναι. Puto ipſum Collopi perſimilem. Id ſcite admodum, & docte in Adagii uſum trahi poteſt. Exiſtimo Collabos in Citharа eſſe clauiculos, Quibus remittuntur, uel intenduntur fides. Et inde ab Intentione cœpiſſe Epitonia uocari, Indeq; per ſimilitudinem in aliis itidem id genus eodem modo appellata. Epitonium pro incremento apud Plut. de Liberis educandis, comperiſſe uideor.

¶ Balnearum apud Veteres luxurioſus apparatus. Emendantur Senecæ Loca aliquot fœde uitiata. Res Quadrantaria quæ ſit. Pilicrepus apud eũdem Senecam quid. Item Alipili. Libarii. Et Botularii, & Botulus, ac Diſtillarius. Quid Diſtillatio. Loca Aedilẽ metuẽtia apud eundem, Quę ſint. Balnea cur item dicantur Gymnaſia. De Balneo cogitare ꝑducendo quid.

Caput XLVI.

Ed redeo ad Balnea, In quibus nõ Statuas modo innumeras, & Columnas nihil ſuſtinentes uiſere erat, Sed eo quoq; peruentum eſt delitiarum, Vt nihil niſi Gemmas calcare uellent, Sicuti pergit Seneca, Blattariaq; uocabant Balnea, Siqua non ita aperta eſſent, ut totius diei Solem feneſtris ampliſſimis reciperent, niſi et Lauarentur ſimul, & colorarentur. Hic obiter reſtituamus alterum Senecæ eiuſdem Locum fœdiſſime corruptum, Cur inquit, exornaretur res quadratoria, & in uſum, non oblectamentum reperta? Legẽdum, Res quadrãtaria. Quoniam qui Balneas ingrederentur, Quadrantem Balneatori ſoluerent. Id aperte ſignificat eo uerſiculo Iuuenalis.

Cędere ſyluano porcum, Quadrante lauari.

Nec non Oratius ſatyra III.

Dum tu Quadrante lauatum
Rex ibis.

Sed quoniam in Senecam ſemel incidimus, feramus illi collabenti opem ꝑ uirili. Bone Deus quàm propudioſæ irrepſerunt mendæ in Epiſtolas eas, quæ ad Lucilium inſcribuntur. Sed de Locis aliis nunc cenſura non eſt. Quod ab inſtituto alienum non eſt, id modo agamus. Epiſtola eſt Libro octauo, In qua tumultuoſa Balneorum luxuria notat, Si uero Pelicrepus inquit, ſuperuenit, & numerare cœpit pilas, Actum eſt. Quid ſibi hic Pelicrepus uelit, non uideo. Verum certiſſima ducor coniectura, Vt Pilicrepum arbitrer Legẽdum, Eumq; intelligam, qui Pilas, hoc eſt Sphæras, aut Glomos pice illitos in ignem Balneorum, ſiue Vaporarii coniiceret, Sicubi forte reſtingueretur. In hanc Sententiam ut pedibus eam, Papinius facit Syluarum primo, In Balneo Etruſci.

Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata, Crepantis
Auditura pilas, ubi languidus Ignis inerrat
Ædibus, & tenuem uoluũt hypocauſta Vaporem?

Meminit huiuſmodi pilarum, ut opinor, Et Architectus Vitruuius Libro quinto. Suſpenſurę caldariorum ita ſunt faciendæ, ut primum ſeſquipedalibus tegulis ſolum ſternatur inclinatum ad hypocauſtum, uti pila cum immittatur, non poſſit intus reſiſtere. Sed rurſus redeat ad præfurnium, ipſa per ſe ita flamma facilius peruagabitur ſub ſuſpenſione. Domitius uero Papinii expoſitor, Ita eum locum enarrat. Quid nunc inquit, ego narrem tibi tabulata, quæ in ſublimi parte Ædium ſunt, quo deſinunt Vaporaria, habentia in Vertice pilam concauam, quo peruenit flamma Ignis in imo ardentis, Sed languida, & tenuis, Vt domus ita tepeat, non autem æſtuet. Hæc ſententia an congruat, iudicent uolentes. Nos, quod Varia ſuggerit Lectio pro captu ingenii in lucem promimus. Sicut & illud, quod obſeruatum doctiſſimis eſt, Inter eos, qui Corporis curam agunt, recenſeri Tonſores, Balneatores, Pilicrepos, Alipilos, Mediaſtinos, Mãgones, Aliptas, ſeu Pædotribas, Ciniflones, Arcularios, Propolas, Pigmentarios, Coronarios, Coſmetas, Et id genus alios. Ex quibus emẽdatur locus alius in Epiſtola eadem. Alipedum inquit, cogita tenuem, & ſtridulã uocẽ, quo ſit notabilior, ſubinde exprimentem, nec unquam tacentem, niſi cum alas uellit, & alium pro ſe clamare cogit. Tu expuncto inutili uerbo, pro Alipedum lege Alipilum, ideſt Alarum pilos uellentem, Quod Auctoris ſententiæ mire congruit. Sed & mox Seneca confluentem ad Balnea Inſitorum, & cuiuſq; uiliſſimi turbam enarrans, Iam Librarii inquit, uarias exclamationes. Et

tiones. Et Botularium, & Diſtillarium. Et omnes Popinarum inſtitores, mercem ſuã quadam & inſignita modulatione uendentes. Hic mendum irrepſit in Verbum unũ. Reliqua perobſcura ſunt. Nam ubi Librarii ſcribitur modo, Legerim libentius Libarii a'uendendis Libis, de quibus in Faſtis Ouidi⁹, ita, ut una modo litera pereat extrita. De Botulario uero, ut noſtro beneficio pernoſcant & hoc ſtudioſi Iuuenes, Intelligo uerbo illouenditores, cõfectores'q; Botulorum. Ea erant farcimina, Feſto tradente, De quibus & Apicius, quiſqs is eſt, Botellum ſic facies, ex Oui Vitellis coctis, nucleis pineis cõciſis. Cepam addes, Porrum conciſum. Thus crudum. Miſcebis piper minutum. Et ſic inteſtinum farcies. Adiicies liquamen, & uinum, ſic'q; coquas. Erat quidem Botulus menſis omnibus gratus, Sed in Saturnalibus celebrabatur præcipue, dum ex eo Corona fieret pulti, Propterea Libro qnto Val. Martialis, forma tamen deminuta,

Et pultem niueã premens Botellus,

Sed & in Diſtychis Idem Poeta ſic cecinit,

Qui uenit Botulus medio tibi tempore brume,
Saturni ſeptem uenerat ante Dies.

Supereſt apud Senecam Verbum non admodum uulgo notum, Quod eſt Diſtillarius. Scimus quidem a' Latinis fere' Diſtillationes dici, Quæ a' Græcis Coryzæ. Branchi. Catarrhi uocentur. Quamuis hæc apud illos differant, cum ſit Coryza, dum pituita tantũ Nares obſidet, Grauedo latine dicta. Sicut Celſus meminit. Catarrhus uero, qui Fluctio dici ualet, cũ fauces, palatum'q;. At Brãchos, cum & Guttur, & Arteria corripitur. Ob quod & Artericũ quandoque, ut Paulus ſcribit, uitium id appellant. Omnia tamen hæc Hippocrates etiam Coryzas uocat. Cæterum expoſitio hæc ad Senecæ, ſenſum parum facit. Proinde ſciendũ, Diſtillationem quandoq; pro liquamine capi, quo utimur ad intinctus, ſiue, ut græce dicam, Embammata. Hinc Seneca ſcite admodum, & docte Diſtillarium uocauit, Qui id genus concinnaret, diſtraheret'q;, quem inſignita modulatione merces ſuas uendere, ſcribit. Qui mos adhuc paſſim ſeruatur in Vrbibus, Patauii præſertim. Conſuetum quoq; illud Veteribus fuit, Vt uel nobiliſſimi Aediles eo fungerentur officio, ut Loca eiuſmodi intrarent, quę populum receptabant, exigerent'q; munditias, & utilem, ac ſalubrem temperaturam, Non hanc, inquit Seneca, quæ nuper inuenta eſt ſimilis incendio, Adeo quidem, ut conuictum in aliquo ſcelere Seruum inuitum lauari, oporteat. Nihil enim iam uidetur intereſſe, ardeat Balneum, an caleat. Ad hæc arbitror reſpexiſſe Martialem, cum Epigrammatum tertio ita ſcribit.

Centum miſelli iam Valete Quadrantes,
Anteambulonis Congiarium Laſſi,
Quos diuidebat Balneator elixus.

Hinc & aperitur locus Senecæ eiuſdem in Libro de Vita beata, ubi Loca recenſet Ædilem metuẽtia. Nam & alibi Auctor idem, Decoquere inquit, corpus, atq; exinanire ſudoribus, Inutile ſimul, delicatum'q; credidimus. Porro' Græcorum fuit moris, in Balneorum ad id extructis locis multiplici exercitio Corpora delaſſare. Id cuiuſmodi cenſendum ſit, ex Sciẽtiſſimi illius Plutarchi uerbis coniectari poterit, Quæ ſubiecimus ex Commentario Quæſtionum Romanarum, Non aliud quicquam inquit, Græcis ſeruitutem, ac molliciem attuliſſe Romani putant, quàm Gymnaſia & Palæſtram, quod iis langueſcant Adoleſcentiũ Animi, ac effœminentur penitus. Quæ ſiquis effugere ſtudeat, in puluerẽ prodire, &, ut græce dicam, ἐς ὕπαιθρον, hoc eſt in ſubdiale ſpatium, oportet. At qui Domi, & in umbra, balneis, & unctiõibus molliter ſe curãt, hæc ſubire, neceſſe eſt. Hinc emanaſſe arbitror, ut Balnea etiam Gymnaſia dicerentur, quod in Iudaico bello monſtrat Ioſephus, ubi de Herode ita ſcribit, Nanq; apud Tripolin, & Damaſcum, & Ptolemaida publicas Balneas, quæ Gymnaſia dicuntur, Bibli autem Exedras, Porticus cõdidit, & fora. Fuiſſe tamen & Philoſophis conſtituta in Balneis loca, In quibus illi diſputarent, Liquido Vitruuius edocuit. Conſtituantur inquit, in tribus Porticibus Exedrę ſpatioſæ, habentes Sedes, in quibus Philoſophi, Rhetores, Reliqui'q;, Qui ſtudiis delectantur, ſedentes diſputare poſſint. Erat item Prouerbium Prioribus in pauperes, qui aſſidue frigerent, tremerent'q;, Eos nãq; de Balneo cogitare, & furno conducendo dictitabant. Quod Oratius ſignificat.

Nec qui
Frigus collegit, furnos, & Balnea laudat. Sed & Iuuenalis.
Cum iam celebres, noti'q; Poetę
Balneolum Gabiis, Romę conducere furnos
Tentarent. Significat hæc ipsa item Aristophanes Pluto.

¶ Vocabula plura ad Balneorum usum spectantia. Eschara. Alipterium. Aryballus. Arytæna. Cammus, Pyelos. Oceanus. Schola. Emaculatur Senecæ locus ad Lucilium de Psychrolute. Psychrologi qui dicant', Et Psychrologia qd. Asaminthus. Oa Lutris. Ca. XLVII

Erum prius, quàm inde reuellamur, mutuemur itē aliquid à Iulio Polluce, quo ueluti superpondio Lector onustus dimittatur. Scribit ergo Libro septimo partem Balnei dici Escharam. Aliam uero Alipterium, quod latine Vnctuarium ualet dici. Et esse nomen utrunq; apud Alexin Cauniis, ἐν τῷ βαλανείῳ μή τε τὸ πῦρ ταῖς ἐσχάραις ἐνὸν, καὶ κεκλεισμένον τὸ ἀλειπτήριον, Cum nec in focis inquit, esset ignis, & esset Alipterium occlusum. Escharan Lycurgus, & Ammonius dici autumant, quæ arrecta non sit, & citra omnem altitudinem, Sed humi assideat, uel cum cauitate, Vnde & Medicos ulcera concaua Escharas uocare. Sunt item Escharæ pudēdorum muliebrium labra. Cornelius Celsus medicinæ quinto in Erisipelarū cura, Post exustionem inquit, putris ulceris superponenda sunt, quæ crustas à Viuo resoluant, eas ἐσχάρας Græci uocāt. Pergit inde Pollux idem, Balnei uasa inquit, Sunt Aryballus. Arytæna, Vtriusq; meminit Aristophanes, Qui & Balnei Cammū dicit. Sed & Pyelon quoq; noīat, Quā Eupolis Mactrā uocarit. εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν, μὴ ζηλοτυπήσῃς τὸν συμβαίνοντα εἰς τὴν μάκτραν. Cū Balneū fueris ingressus, ne inuideris ingredienti tecū Mactrā. Videtur Pyelos fuisse concauus Locus, in quo abluerentur. Quāuis & Theca recte dicatur Pyelos. Sicuti itē Oceanus dicebatur uastior Locus, alueus'que maior, ita forte ab amplitudine uocatus, & à Lauantium quoq; strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius, Oceani inquit, Solium primus inter Principes Alexander appellauit, cum Traianus id non fecisset, Sed diebus Solia deputasset. Quod siquis miratur, Sciat eam Romę fuisse Thermarum magnitudinem, Vt Ammianus doceat Libro XVI, Lauacra in Vrbe in modum prouinciarum quandoq; extructa. Erat & in Balneis Schola nomine, Sicuti commeminit Vitruuius, Ea uero erat Labri pars, siue Aluei, à præstolādo dicta, Vt occupato ab iis, Qui priores uenissent, labro, In Schola Cæteri circunspectantes recte stare possent. Quanquam erat & in porticibus Schola, Plinio auctore, Alexandrum inquit, & Philippum cum Minerua, qui sunt in Schola in Octauiæ porticibus, & Philippi. Forte uero quis appellatione Scholæ Sodalitatem, & conuentum aliquem id ætatis Iuuenum intelligat. Nam & Celebritas dicebat', ait Macrobius, cum uel sacrificium fiebat, uel Epulum dabatur, uel Ludi agebantur Diis. Vel ferię obseruabantur. Conuenit Item Balneo inquit Pollux, ψυχρολουτρεῖν. Id uerbum significat, frigida lauari. Quod positum inuenimus apud Aristophanem ἐνδαιταλεῦσιν inqt. n. ἐψυχρολουτρίσαμεν. i. frigida lauimus. ψυχρολουσίαν legimus apud Paulum Æginitā Libro primo. Quę nos adiuuāt Auctoritates, Vt Senecæ deprauatum fœde Locum restituamus in integrum, Sic enim modo scriptum inuenias Libro Epistolarum VII ad Lucilium. Memor artificii mei ueteris, frigidus cultor mitto me in mare quo modo per sichœolutam decet, gausapatus, Lego Psychrolutran, uel Psychroluteri. Significat enim eum, qui frigida Lauatur. Nam & Libro XII irrepsit item menda, Ille tantus Psicholutes, Qui calēdis Ianuariis Euripū salutabam. Qui Anno nouo, quēadmodum legere, scribere, dicere aliquid, Sic auspicabar in Virginem desilire. Primum ad Tiberim transtuli castra. Scribe, Vt iam docuimus, Psychrolutes. In quo sciendum, Veteres frigida tātum usos, cum calida Balnea Valetudinariis deseruirent. Nam Psychrologi homines dicuntur, qui boni proferunt nihil, Et Sermo eiusmodi uocatur recte Psychrologia. Sūt alibi in Pollucis eiusdem Thesauris Vasorum nomina hæc ad eiusdem Balnei usum. Asaminthus, mentio cuius est apud Homerum frequens, Crunus, Catachytlum, Eupolis in Chrysogone,

ἀλλ' ὦ φίλε ζεῦ κατάχυτλον ῥῖνα ἔχεις.

In Cratini autem Heroibus Asaminthum intelligūt Cibotum, idest Arcam. Alii poculum.

Postremo,

Poſtremo ne qd effluat per incuriã, Pellẽ, qua ſuccingerent Mulieres in Balneis, Vel q illas abluebant, uocatã inuenio nũc Oam Lutrida, Nũc uero Oam p ſe. Nã Theopõpus ὠὶ παιοὶ ita ſcriptũ reliqt, τὼν δὲ πόδα ζωσαμένος ὥαν λουτρίδα, ἡνπερ ἀσκὸν ἥδης περιπέτασον. At Pherecrates ὠὶ ὠῶνι, inſtrumẽta Pædotriuices enumerans, ἤδη μὲν ὥαν λαμένῳ προζόννυντο. Iam inquit Oam præcingebant ei, Qui lauaretur. Sic uero dicebatur Melota hoc eſt pellis ouilla, Vnde fluxiſſe nomen, probabile eſt, hoc eſt, ἀφὸ τῆς ὄϊος, ideſt ab oue. Putant alii, Oam quoque ſignificare Loma, hoc eſt marginem indumentorum πόδα τὼ πέζαν, hoc eſt circa fimbriam. Vel Periſtomion, & Peritrachelion.

Asinus Ægyptius Quo ſenſu uenire in Prouerbium poſſit. Plinii Locus illuſtratur de Diis Atri coloris. Inibi plura de figuris Deorum, & rationibus ex Porphyrio. Quæ uis figura Chriſtum deformarint Priores, Quem Onochelum, ideſt ὀνόχηλον dicebant. Semiſſii, & Sarmentarii qui intelligantur. Caput XLVIII

a Sinũ Aegyptium uenire in Prouerbium animaduertimus, pro eo, qui de riſui ſit omnibus, quem q̃ omnes inſectentur, conuellant, lacerent. Eius ratio ex hiſtoria eſt, Proditur ſiquidem memoriæ, In Aegypto flaui coloris Homines ludibrio eſſe, plurimum q̃ uellicari. Aſinos uero plerũq̃ in præceps dari. Sicuti obuenit apud Coptitas. Vtriuſq̃ facti reddit ea ferme ratio, Quod ruffus foret Typhon hoſtis perpetuus Oſiridis, necnon Aſini quoq̃ colorem præferret. Sed additur hebetudinis item, ac ruditatis ratio. necnon iniuriarum illatio frequens. Quæ cauſa gentibus item illis expreſſit, Vt Perſarum Regem Ochum nomine, quem miro proſequebant odio, Aſinum ſubinde appellarent, Quare is commotior, ὁμέντοι ὄνος οὗτος ἔφη, ὑμῶν κατανώσεται τὴν βοῦν, Aſinus inquit, hic ueſtro conueſcet boue. Protinus q̃ Apin immolauit, Sicuti Dinon ſcriptum reliquit. Hicuero eſt Ochus is, quem Aegyptii item Machæram uocarunt, ut Plutarchus inquit. Legimus item Buſiritas, & Lycopolitas tanto eius Animantis odio flagraſſe, ut Tubis omnino ſuperſederẽt uti, tan quam ſonum edant Aſinino plane conſimilem, prorſus q̃ non purum id Animal arbitrabantur, Sed dæmonicum, ex ea, quam expoſuimus, aſſimilatione. Immo uero in Sacris Popana facientes τῷ παῦνι, καὶ τῷ φαωφὶ μηνὸς, ideſt menſibus, quos illi uocant Payni, & Phaophi, Aſinum effingunt inſignem, uinctum. Quoniam uero de Typhonis colore meminimus, Scribit Plut. Aegyptiorum hiſtoriam tradere, Flaui corporis fuiſſe Typhona, Martem albi, Subnigri Oſirim. Ex iis inuolucrum Plinii exoluitur ex libro ſecundo, Vbi Deorũ irriſa multitudine, Alios ex eis creditos ſcribit, Iuuenes, atque pueros, Bacchum uidelicet, Apollinem q̃, & Cupidinem ſignificans, Alios uero Atri coloris, innuens planè, quod præſtruximus. Conferunt item ad Plinianum Senſum, quæ Porphyrius ſcribit. Cum Deus inquit, Lux ſit, & Ignem æthereum habitet, nullo q̃ ſenſu capi poſſit, Lucida qdem materia, aut cryſtallo, pario ue lapide ad comprehẽdendum lumen ipſius exhortantur. Auro autem Ignis, Illa q̃ immaculata natura intelligitur. Multi uero nigris lapidibus inuiſibile illius ſubſtantiæ ſignificarunt. Hominis autem formam Diis attribuerunt, quoniam Deus ratio eſt. Pulchros fingunt, propter eminentiſſimam, & indeficientem illam pulchritudinẽ, Diuerſis præterea figuris, & ætatibus, & alios ſedẽtes, alios ſtãtes. Mares alios, alios fœminas, & aut uirgines, aut matrimonio coniunctos. Diuerſo quoq̃ amictu ſimulacra conſtituunt, ut diuerſitas Deorum non lateat. Alibi quoq̃ Porphyrius idem, Quæ Diis attribuant, omnia Senſu allegorico enarranda commonens, Ita ſubdit, Vniuerſus mundus Iupiter eſt. Animal ex animalibus, Deus ex Diis conſtitutus. Iupiter autem eſt, inquantum Intellectus eſt. A quo uniuerſa producuntur, Et qui cuncta creat intelligendo. Iouem eſſe credendum eſt Virtutẽ prouidentem, atque uiuificam, quam pila, & rotundis figuris ſignificabant. Hominis uero Simulacrum ei conſtituunt, quoniam Mens eſt, quæ cuncta ſeminali ratione producit, Sedere autem fingitur, Vt ſtabilis Virtus, atq̃ incommutabilis exprimatur. Nuda, aperta q̃ habet ſuperiora, quoniam conſpicuus intelligentiis, & ſuperioribus eſt, Inferiora uero teguntur, Quia occultatur inferioribus creaturis. Sceptrum læua tenet, quia in his corporis partibus ſpiritaliſſimum uitę domicilĩ inuenitur. Creator enim Intellectus Rex, Spiritus q̃ uiuificans Mundi eſt. Dextra uero aut Aquilam protendit, aut Victoriam. Alterum, quia cæterorum Deorum Dominus, Sicuti aliarum Auium Aquila eſt. Alterum, quia omnia illi

ſubiecta ſunt. Sciendum uero hac parte, quod huic loco congruit præcipue, Chriſtianæ Veritatis hoſtes, dum Animæ illudunt ſuæ, ineuntq; cum Antitheo ſocietatem intimã, infando etiam Picturæ genere auſos Dei ſummi Summatem filium deformare, ac uelut in Pergula prætereuntibus oſtentare Aſininis auribus, pede altero inungulatum, ac togata ſpecie, cum libro in manibus, addito etiamnum ſceleſtiore titulo, Ceu Chriſtianorum is foret Deus, Onochelus, ideſt ὀνόχηλος nomine. Illud uero auctarium fuerit, inſectatione eadem ab Importunis hominibus Chriſti cultores Semiſſios nuncupatos, & Sarmentarios deleti genere, Quod ad Aſſis dimidii ſtipites deſtinati ſuperiectis, accumulatisq; Sarmentitiis faſcibus, concremari conſueſſent. Semiſſes uero dici Homunciones, palàm eſt uel Imperitioribus.

¶ Prouerbium quod eſt, Mantis te uidit, Quem habeat ſenſum. Mantis quid.

Caput XLIX.

Antis te uidit, eſſe in eos Adagio uidetur, quibus faſcinator Oculus mali obiecit quippiam. Proditur memoriæ in Græcorum commentariolis qui
m buſdam, eſſe Mantin Locuſtæ genus, quæ in ſtipulis enaſcatur, uirens colore, corpore prælongo, pedibus item prioribus prælongis, quos & agitat aſſidue. Ex qua ratione ſunt, qui putent, præmacram, ac prætenuem ſigni ficari Puellam a Theocrito illis uerſiculis, qui legũtur apud eũ Idyllio. χ.

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιπρὸν, ἔχεις πάλαι, ὃν ἐπιθύμεις.
Μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐζεται ἀ κακαλαμαθία.

Ariſtarchus in commentario Lycurgi, Locuſtam hãc ſcribit, ſiquod inſpexerit animal, protinus illi quippiam producere mali, Vnde inqt, μάντις dicitur ἐπιβλαβὴς, καὶ κακὸν ὁρῶσα. Hoc eſt Mantis uocatur, quæ noxii, moleſti q; aſpectus eſt.

¶ Autumnalis appetentia in Prouerbium uſq; producta quam habeat rationẽ. Cur Autumno ſcaturiant Aegritudines. Caput L

Vtumnalis appetentia docte per prouerbium uſurpatur, pro recta, aptaq; uoracitati. Eius rei non una uidetur ratio. Sunt enim qui ad Oporas, hoc
a eſt fructus, de qbus nos alibi latius, huius euentus cauſam reiiciant, Neq; id item ſimpliciter. Sunt enim qui fructuum eſitatione multiplici, ſubducĩ aluum inſigniter arbitrentur, proindeq; retrimentitia, & inutili mole ex inanitum corpus νεαρὰς ὀρέξεις παρασυβάζειν, ideſt nouas, ualidasq; appetentias parare. Alii uero fructuum plurimis ineſſe credunt δύσμον τι καὶ δηκτὸν, ſapidum quiddam, mordaxque, quo Laceſſatur Stomachi uoracitas amplius, quàm obſoniis ullis, aut bellariis. Quando & iis Ægrotis, qui uocantur Apoſiti, hoc eſt ſine cibo, aliquid oblatum eiuſmodi Orexin facit. Cæterum ratio illa, quam mox promam, Phyſico ſit forte congruentior. Equidem in ſe id unuſquiſq; experitur, & ſentit, Sed & multa perdocẽt, Genuinum, familiaremq; calorem Æſtatis tempore laſſeſcere, diſſipariq; meatuũ laxitate, Ingruente uero Autumno, Aereq; iam frigeſcente, atq; cauſa eadem conſtipatiore iam corpore, inualeſcit Calor idem cõgregatus ad interanea, occluſusq;. Quo fit ut amplius cibo ſtudeamus, quando etiam conficimus ualidius. Addunt aliqui, ne ullatenus in hoc quęſtionum in uolucro ſint Aſymboli Harum ſtudioſi Lectionum, Æſtate nos quidem effici ratione ęſtuũ δηλημονεστέρους, hoc ẽ ſiticuloſiores. Proindeq; humectatiõe uti uberiore, demutata uero Aridoris exuſtione, uiciſſim contraria naturam affectare, animaduertimus, propterea πεινητικωτέρους ποιεῖ, ideſt cibi appetentiores facit, Et aridum alimentum corporis ingerit temperamento. Nec tamen aſtruat quiſpiam Cibaria prorſum huius eſſe effectus expertia, quando ex nouis, recentioribusq; concinnata frugibus, reliquis Longe præſtare fructibus, ſit exploratiſſimum, & proinde ueſcentes allectare amplius. Ex iis uero omnibus iam opinor, propoſiti prouerbii quæſtioni multum lucis perſpicuæ affuſum eſt. Quorum ſingula ſi ſatiſſecerint minus, At iunctim, ſimulq; omnia Legentium implere deſyderia poterunt. Autumno porro inæqualitas maxime propria eſt, Quoniam Auctore Auicenna, Dies ſunt æſtiui, quodammodo, Noctes hyemales. Quæ utiq; poſt alias ratio efficere creditur,

Autumno

Autumno imprimis ut ſcaturiant Aegritudinum agmina. Sed cur nã Autumnalis nox Verna frigidior eſt? Cum ſecus omnino eſſe debuerit. Nam ſiccior tunc, ac ſubtilior uidet' Aer, & immo igneæ propior naturæ. Dicendum autem, Vehementer rarum Aerem nõ facilius modo Calorem admittere, Sed & frigus, Quando & Aqua ignibus attenuata, facta'q; ſolutior concreſcit celerius multo. Quippe meatibus longe amplioribus, penetrare uehementius frigiditas poteſt.

¶ Prouerbium, Amicus, ut Oleum plantis, Quo enuntietur Senſu. Quæ Inoculationẽ, aut Inſitionem minus admittant. Oleo peruncta Arbores interire. Præpingues cur Generationi minus apti. Caput LI

Leum eſſe plantis infeſtiſſimum, prodi a' rerum naturę Peritis, ſciunt, Qui Græca pertractant, Propterea'q; aſſerit', Plãtas ἐλαιώσεις, hoc eſt oleoſę naturę Inoculationes, Quas ἐνοφθάλμους Græci uocant, neq; id genus pmixtiones alias ullo mõ admittere. Neq; enim Conũ, Aut Cupreſſum, Vel Pinũ, Et oĩno Piceas peregrini qppiam uel pati, uel alere. Cui rei argumẽto eſt, Si plantã quãlibet oleo inunxeris, demorit' ꝓtinus, Sicuti & Apes. Cõmemoratas uero Arbores præpingues eſſe, ac oleoſas, indicio eſſe poteſt, quæ ſubinde deſudat' Pix, Reſina'q;. Faces quoq; indidẽ oleoſum refundunt humorem, ſplendeſcit'q; in iis pinguedo. διὸ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα γένη δυσμίκτως ἔχει, καθάπερ ἀνὸ τὸ ἔλαιον. Proinde'q; aliis promiſceri neque unt, Sicuti nec Oleum ipſum. Inde ergo concinnatur Adagio, in eum, qui inimicus, infeſtus'q; omnibus eſt, ac diſſociabili morum feritate, truculentia'q; communionem non patitur. Quæ res ſi foret in q̃ plurimis, tolleretur plane' Humana ſocietas, perirent'q; omnia, ad quæ nati uidemur. Sed quod ad Inſitionum rationem pertinet, Sunt qui in eo Plãtarum genere etiam in Corticem prætenuem cauſam refundant, Cuius imbecillitas cum ariditate ſedem inſitis præbere neſciat, neq; ut Græci dicunt, ἐμβιῶσιν, hoc eſt, ut pluribus interpreter unum illorum uerbum, intra ſe uitæ facultatem. Afferri poteſt & ratio illa, Nam quod alterius naturæ ſuſcipit rem, debet eſſe ἀνεπίφθονον, hoc eſt eiuſmodi, ut mutationi non obluctetur, Sed ſuperatum facile tranſeat in ſimilitudinem, & quod in ipſo alimenti eſt, in Aſcititium tranſmittat. Etenim Terram exoluimus, emollimus'q;, ut conciſa, comminuta'q; trãſeat facilius, & inſita comprehendat. Tenuis uero, & dura tranſitum neſcit. Quod in Plantis iis uſuuenire, compertum eſt, Quarum leuiſſima ligna temperamenti, mixtionis'q; ſunt experti a. Quæ uero peregrina admittunt, feracia eſſe conuenit, & fœmineam quodãmodo ſubire uicem. Cupreſſum uero & Piceam, & id genus alia, fructus cernimus edere ingeneroſos. Sicuti etiam præpingues hominum, corpulentiores'q; plurimum ſunt ἄτεκνοι, hoc eſt filiis progignendis inhabiles, inepti'q;. Alimentum enim uniuerſum in Corpus abit, nec feminaria ſubſiſtit ulla ſuperfluitas. Id ipſum fere' Arboribus hiſce obuenire, non latuit Naturaliũ Studioſos. Ipſæ nanq; ἀσωματόσαρκοι τοῖς μεγέθεσι, καὶ αὐξάνεται, ideſt Corpore ſunt, ut ſic dicam, bene habito, augeſcunt'q; egregie, Cæterum fructus uel non ferũt, aut minutum, & ſero' prorſus percoctum producunt. Quam ob rem mirandum minime arbitrantur, Si aliena minus patiunt', in quibus propria, domeſtica'q; exucca cernuntur, aut nulla.

¶ Super Olei, Vini, Aceti, Gari natura adnotantur pluſcula, non omiſſa Quęſtionum iucunditate. Caput LII.

Erum quia ab Oleo prior nobis exorta Lucubratio eſt, ſubnectamus breuiſſime, quod de natura, ui'q; eiuſdem compertum eſt, ex magni Peripatetici ſententia, A' quo quæſitum, ſcimus, Cur nam Oleum, & Aqua denſeſcant frigore, At Vinum, Acetum'q; neutiq;, neq; item Garus, Ad id uero diſcutiendum inuolucrum illa ratio afferri ſolet, Oleum quidẽ fere' eſſe qualitatis expers, & proinde temperatum potius frigeſcere ſtatim, adeo, ut inter euaporandum frigefiat. Id uero nõ fit in Aqua omnino, Sed utpote frigida, ſe frigidior effecta facile coit. Garus uero, utpote ſuis partubus tenuis, & calidior, non continuo fri-

gefit, Eodem modo etiam Vinum. Acetum autem, ut tenuiſſimarum partium, omnem reſpuit concretionem. Semina quidem caloris habere Vinum in ſe, teſtari etiam Homerus uidetur, cum dixit αἴθοπα οἶνον, non, ut quidam putant, propter colorem. Nec excidit, Quid alibi commentati ſimus. Sed & Oleum non minus eſſe ignitum probant Alii, Nec minorẽ habere in calefactandis corporibus uim. Nec uerum putant Aliqui, quæ calidiora ſint, difficilius congelaſcere. Nam ſic, quæ frigidiora ſunt, facilius gelu cogerẽtur. Oleo uero coaguli cauſam dicunt celerioris, quod & Leuigatius, & ſpiſſius eſt. Hæc ſiquidem faciliora ad coeundum uidentur, quæ Leuatiora, denſiora'q; ſunt. Vino autem non contingit tanta mollicies, & eſt quàm Oleum, multo Liquidius. Acetum uero liquidiſſimum eſt inter humores cæteros, & tanto acerbius, ut ſit acore triſtificum. Et exemplo marinę Aquæ, quę ipſa quoque amaritudine ſui aſpera eſt, nunquam gelu contrahitur. Ad explicãdam uero Olei naturam & illud pertinet, Quod potum ἐμεῖν προκαλεῖται, Vomitum cit, & præſertim flauam bilem. Cuius ratio eſſe uidetur, quod cum ſit Leue, καὶ ἀνωφερὲς, ideſt ſuperna petens, Cibos elicit ipſos, ad ſtomachum eleuans. Stomachus uero grauatus uim egeſtiuam ad Vomitum exuſcitat, præcipue flauam bilem, ut pote leuem, ac tenuiſſimã, & facile ſurſum uerſus euadentem. Quod autem Oleum ſurſum petat, experientia ipſa manifeſtum, Humido ſiquidem alicui admixtum in ſuperiores ſe eueſtigio recipit partes. Sed cur inter cætera liquida Oleum non remiſcetur? quoniam γλίχρον ὄν, καὶ ἡνωμένον πρὸς ἑαυτὸ, ideſt cum glutino ſum ſit, & in ſe reductum nequit diſſecari εἰς ἄθρα μόρια, hoc eſt in portiones minutiores, reliquiſq; ammiſceri liquoribus. Argumẽto eſt, quod in terram fuſum, ipſam ilico nõ ſubit. Illud uero non'ne ſcitu digniſſimum eſt, quod cum idem fere' uideatur, diuerſiſſimum tamẽ effectum producit, Lanę ſiquidem oleo irroratæ candidiores euadũt, Pili uero uncti nigriores, Nam & Lanæ pili ſunt. Sed impromptu tamen ratio eſt, quoniam Squalore, ac ſitu obſita magis flaueſcunt, Villi autem exiccati, & abeunte, qui in ipſis eſt, humido, Albeſcunt. Oleum igitur impedit, minime ſiquidem arefiunt, Nec in hoc ſimiliter habere cõtingit, Vt uillos, qui ablati ſunt, comparemus cum iis, qui adhuc in corpore uirent, Lanæ enim attonſæ ſunt. Dignum libra illud quoque antiquis ingeniis obſeruatum, Vetus oleum effici candidius, quàm recens, Sicuti item frigidi panes albiores cernuntur, quàm calidi. Cauſa uero nigroris, ita appello, quod Græci μελανίαν, humor eſt, qui poros, meatus'q; offarcit, Sicuti albedinem inducit Ignis, Vt proditur de generatione, & corruptiõe primo, Empedocles tradidiſſe. In utriſq; autem horum, ut recentibus uberius continetur humor, Sic tempore pauectis parcius in ſuperficie reſidet, propter euaporationem. Euaporatur autem prorſus oleũ uel tempore, uel Sole. Panis autem calore inde egrediente per refrigerationẽ. Humor itaq; frigidis iam euanuit, calidis adhuc ineſt. Porro', uti Auctor Auicenna eſt, prima primi, Calidum agens in humidum denigrat, in ſiccum uero dealbat, ut patet in Lignis, & Carbonibus, Frigidum aũt contrario modo agit, ut Thus indicat cum oſſe. Sed addẽdũ illud quoq;, Calidum proprie compoſitum, & naturale albedinem per ſe inducere ſemper. Per accidẽs uero etiam nigredinem, aut uaporum eleuatione, diſpergendo, præfarciendo'q;. Vel etiam adurendo. Vt Æthiopibus contingit. Vbi uero certo menſu agit, operatur'ue, Sicuti naturalis caloris actus præfert, albedinem inducit potiſſimum. Commonendi tamen hac parte ſumus, Oleum nouitium quidem ob inſitam aquę uim in uirorem tendere cum fuſcedine quapiam. Mox uero accepta ætate, humore iam euaneſcente, quod diximus, albeſcere. Cæterum ubi amplius conſenuerit, ruborem iam quendam incipit acquirere. Id quod in pingue dine inueterata plane' conuiſimus. Addamus poſtremo illud item, quod magiſtra experientia exploratum eſt, & admiratione non caret. Videmus quippe, calida perfuſos aqua longe minus calorem percipere, ſi peruncti oleo fuerint. Quam tamen rem ea ratione prouenire, perſpicuum fere' eſt, Quod propter corporis Lenitatem facile delabitur aqua, minus'q; immoratur, quàm ut omnino ſubire ualeat calor. Quod ut uerum fateamur, Faciunt Artis medicæ Periti, In quorum libris obſeruatũ eſt, Succo mercuriali, & Portulacæ, manu illita poſſe ferri citra nocumentum, liquefactum plumbum, et quiduis, alioqui perurens. Verum quia traditum Veteribus eſt, Prudentiſſimi eſſe Viri, qualibet in re noſſe modum, Iam huic parti coronidem appingemus, Lecturi hoc genus floſculos alios.

Strumam

¶ Strumam Dibapho ueſtire, Quid ſit. De Struma, & Vatinio paucula. Caput LIII.

Trumã dibapho ueſtire, quantum M. Tullii uerbis coniectare poſſumus, eſt ſcelera, turpitudinem, Sordes cuiuſpiam honorum faſtigio occultare, honeſtare q̃. Ita enim ſcriptum Legimus ſecundo Epiſtolarum ad Atticum, Proinde iſti licet faciant, quos uolent, Coſs. Trib. pl. etiã, deinde Vatinii Strumam Sacerdotii διβάφῳ ueſtiant. Dibaphum certe purpuram ſignare bis tinctam, ueluti impẽdio magnifico, uideor ex Plinio didiciſſe. Porro Veſtium id genus etiam Sacerdotibus contribui ſolitum, ex Liuio item ſcimus. Struma, ut colligunt nonnulli, extantia quædam in tergo eſt, Sicuti in pectore habeatur Gibbus. Scribit medicinę quinto Celſus, Strumam eſſe tumorem, in quo ſubter concreta quædam ex pure, ac ſanguine, quaſi glandulæ oriantur, quæ uel præcipue fatigare Medicos ſolent, quoniam & febres moueant, nec unquam facile matureſcant, Et ſiue ferro, ſiue medicamentis curentur, plerunq; iterum iuxta cicatrices ipſas reſurgant, rebellent q̃, multo q̃ poſt ſit opus medicamento. Naſcuntur uero in Ceruice maxime, Sed etiã in Alis, & Inguinibus, & in Lateribus. In mammis quoq; fœminarum ſe repperiſſe, Chirurgicus Meges auctor eſt. Hic uero illud commonendi obiter ſumus, eſſe Glandulas apud Celſum, quæ apud Galenum frequenter etiam in ſemilatina, ſiue, ut dicam uerius, tota barbara tralatiõe, Adenes uocantur. Addit Iulius Pollux, naſci Strumas circa meſenterium quoq;. Strumas ſemidoctum uulgus Scrophulas uocat, Quoniam eas Græci ab eiuſmodi Bruto χοιράδας appellauerint. Eſt enĩ in Sue morbus Struma, Sed ab hoc diuerſus omnino, Sicuti accuratus, ſtudioſus q̃ Lector percipere ex Ariſtotele poterit. Strumoſi mẽtionem Iuuenalis facit, Cũ ita ſatyra decima cecinit.

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, Vel
Strumoſum, atq; utero pariter, gibbo q̃ tumentem.

Vt uero & de Vatinio ſuperpondii adnectamus aliquid, Auctor Macrobius in Cœnis eſt, Illum a Populo ludis gladiatoriis lapidatum fuiſſe. Eius item mores graphice uidetur expinxiſſe M. Tullius, Illud inquit, tenebricoſiſſimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere, Licet impune per me parietes in adoleſcẽtia perfoderis, uicinos compilaris, matrem uerberaris. Habeat hoc primum tua indignitas, Vt Adoleſcentię turpitudo obſcuritate, ac ſordibus obtegatur. Et mox, Tu, qui te Pythagoricum ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomẽ tuis immanibus, & Barbaris moribus prætendere, quæ tanta prauitas te mẽtis tenuit? Quĩ tãtus furor? ut cum inaudita, ac nefaria ſacra ſuſceperis, cum Inferorum Animas elicere, cũ Puerorum extis Deos manes mactare ſoleas, auſpicia cõtempſeris? Et item alibi, Odio enĩ tui, & ſi omnes ſuperare propter tuum in me ſcelus debeo, tamẽ ab omnibus pene uincor. Ex quibus illud expreſſum Catullo arbitrantur ad Caluum.

Ni te plus oculis meis amarem
Iucundiſſime Calue, munere iſto
Odiſſem te odio uatiniano.

Seneca uero ad Nouatum, Vatinium ſcribit hominem natum & ad riſum, & ad odiũ, ſcurram fuiſſe & uenuſtum, & dicacem.

¶ Terreſtre tonitru. Caput LIIII

Erreſtre tonitru poſitum inuenio pro terribili, tetro, ac metuendi horroris, Sicuti in illo græcanico, κλήσατε χθονίαν βροντάς. Hymnis concinite terreſtria tonitrua. Vetus ſiquidem irroborauit opinio, Quicquid uiſa formidabile, ac graue eſſe, ex Terra progenitum. Sunt qui eo epitheto ueh emẽter ſonãtia malint intelligi. Aut quæ ſub Terra fiant. Quoniam ubi inſonet terra, pertingere Cęlum quoq; Sonitus is credatur. Id q̃ genus tonitru ex alto concipi, opinẽtur Homines. Afferuntur a Græcis & rationes aliæ, Sed quæ perpenſæ amplius non perinde noſcan

tur graues, Propterea quæ ſcribantur, haud ita plauſibiles.

¶ Stultorum Theſaurus. Caput LV

Inguæ petulantiã pleriſq; ſcimus Mortaliũ eſſe ita familiarẽ, gratam'q;, ut nullo non momento Timonianus, Theoninus'ue diſtringatur Dens nunc Liuore (Quod late patet uitium, & eſt in multis) Nunc imprudẽtia, & genuina leuitate, Vnde obrepſit uenuſtus Adagio, Vt maledicẽtia Stultorũ nuncupetur Theſaurus, quem in Lingua conditum gerant. Eius uero mihi auctor in Pœnulo Plautus eſt, Cuius etiam adſcripſi uerſiculos plures, quod ſint feſtiuitatis Comicæ, plautinæ'q; imprimis pleniſſimi.

Iſtic eſt Theſaurus ſtultis in Lingua ſitus.
Vt quæſtui habeant, male loqui melioribus.
Viam qui neſcit, qua deueniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere Comitem ſibi.
Ly. Ego male loquendi uobis, neſciui uiam.
Nunc uos mihi amnes eſtis, uos certum eſt ſequi.
Si bene dicetis, uoſtra ripa Vos ſequar.
Si male dicetis, uoſtro gradiar limite.

¶ Conclamare uaſa quid. Caput LVI.

Onclamaſſe uaſa, Et Caſtra iam mouiſſe, per iucũdam a militari negotio tralationem, de iis prouerbio dictitare conſueuimus, quos iam demigraſſe uolumus ſignificare. Id innuere Cicero uidetur Accuſationum in Verrem Libro VI. Conquiri Diodorum tota Prouincia iubet, Ille ex Sicilia caſtra iam mouerat, et uaſa collegerat. Cęſar ciuilium bellorum Libro primo, Fit ab hoc certior Cæſar, Duces aduerſariorum ſilentio copias caſtris educere, quo cognito, ſignum dari iubet, & uaſa militari more conclamari. Et Libro tertio. Qui cum magna expectatione ueniſſet, temere progreſſus turpem habuit exitum. Et noctu neq; conclamatis uaſis, flumen tranſit, Sæpe item tum hic, tum Hiſtorici reliqui eo dicẽdi genere utuntur.

¶ Sine Corollario non recedere, Quid. Corollarii notiones. Caput LVII

Vonlam uero in Ciceronis diſertiſſimas Orationes incidimus, quibus pro ſciſſus Verres eſt, Succurrit nunc ex eiſdem Adagio alius nõ aſpernabilis. Quo uero Senſus percipi eius poſſit facilius, Subnectam Oratoris uerba. Cœnabat inquit, apud Eupolemum. Argentum is cæterum purum appoſuerat, ne purus ipſe relinqueretur, Duo pocula non magna, ueruntamen cum Emblematis. Hic quaſi feſtiuum acroma, ne ſine Corollario de Conuiuio decederet, ibidem Conuiuis inſpectantibus, Emblemata auellenda curauit. Patet ex iis, opinor, ſcite admodum in auidiuſculos concinnari prouerbium, quibus haudquaquam eſſe ſat uidetur, ſi quod iuſtum, æquum'q; eſt, indipiſcãtur, niſi amplius aliquid corraſerint. Eſt ſiquidẽ Corollarium, ut M. Varro ſcribit de lingua latina primo, id, quod additum eſt, Præterquam, quod debitum, tanquam auctarium, ſuperpondium'q;, ideſt ultra põdus, mẽſuram'q; adiectum. Deducitur Vox a Corollis, quod eæ, cum maxime in Scena placuiſſent Actores, dari ſolitæ forẽt. Quaquã et pro Corollis Corollaria dici inuenias apud Pliniũ primo & uiceſſimo Libro, Paulatim inqt, & Romę ſubrepſit appellatio, Corollis inter initia propter gracilitatẽ notatis, mox & Corollariis, poſtq; e Lamina ærea, tenui, inaurata, aut inargentata dabant. In priore notiõe eſt apud Ciceronẽ in frumẽtaria. Noli inqt, hos colligere, qui numulis corrogatis de Nepotum bonis, ac de Scenicorum Corollariis decumam emerunt. Apud eundem dicitur Corollarium numorum. Apud Plinium item hiſtorię naturalis

nono pro

nono pro supernumerario positum deprehẽdes Corollarium in Cleopatrę ꝯuiuio. At Apuleius posticam Venerem συμβολικῶς, & operte Corollarium dixit. Mihi inquit, iam fatigato de propria liberalitate Photis puerile obtulit Corollarium.

¶ Verbi, quod est κέρκος, notio non una. Ciceroni ad Atticum Lux infertur. Item qd sit illud eiusdem, Alliensis pugnæ funestior dies, quàm Vrbis captę. Caput LVIII

c Ercon Græci uarie exponunt, Nunc enim eo nomine Vas intelligunt, sicuti est Tripus, Alcman pro Ianua uidetur ęnea accipere, Annulũ hostii Quidam interpretantur. Sed & Animalis cuiuslibet cauda recte ita uidetur dici, παρὰ τὸ σκαίρειν, καὶ ἅλλεσθαι, hoc est, à saliendo, obrependo'q; Aristophanes, ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγώ. Ecce inquit, Leporis caudam excipe. Quia uero mollior, delicatior'q; est Animalis eius pilus, spongiæ loco, utebãtur plerunq; purgandis præsertim, detergendis'q; Lippitudinibus. Inde natum puto, adagium in eum, qui nimis astute subblanditur, Vt nuncupetur Cercus. Auctor mihi est M. Tullius Epistolarum ad Atticum Libro VIII, Vbi de Ciuili bello agens, Domitius inquit, ut audio, in Cosano est quidem, ut aiunt, paratus ad nauigandum, Si in Hispaniam, non probo, Si ad Cneum, Laudo, Quouis potius certe, quàm ut Cercum uideat, quẽ ego prorsus aspicere non possum. Quo in loco Cæsarem intelligo, Qui mira uafricie crassabatur, ut omnino arriperet principatum, arridebat'q; omnibus, & præterquam etiam dictaret ingenium, clementiam præferebat, iniurias aut dissimulabat, Aut lenissime castigabat. Ille inquit alibi Cicero, Literas blandas mittit. Facit idem pro eo Balbus, mihi certum est, ab honestissima sententia digytum nusquam. Certe ubi quem admissa noxa, mulctari Leuius animaduertimus, Vulpis cauda correptum fuisse, dictitare consueuimus. In Codicibus modo impressis Certum pro Cerco substitutum mẽdose inuenies. Nisi cui sorte Lectio illa magis arriserit, Vt Circum legamus. Quo nomine nono de historiis Aristoteles Accipitrum gen⁹ tertiũ intelligit. Cuius & X Libro Plinius mentionem fecerit, Vt uerbi obscuritate notare Orator uoluerit, Omnia rapiẽtis Cęsaris auidius ingenium. Sunt Qui Cercon Animal interpretentur Vites oblędens, Sed & uirile item pudendum. Nonnulli Murem putant syluestrem, Gallum etiã Alii, Ad qd' forsan respexerit Ciceronis ænigma. Est in eadẽ Epistola id quoq; scitu, notatu'q; dignissimum, Alliẽsis pugnę dies funestior est, quàm Vrbis captę. Licet acute Adagii uice hisce uti uerbis, ubi mali Auctorẽ amplius detestamur, quàm rem ipsam, qua affligimur, Semper enim causę euentorum magis mouent, quàm ipsa euenta. Nam & diem illum semper fuisse Romanis religiosum, scimus, Hunc uero, quo capta Vrbs est, etiam in Vulgus ignotum, hoc nanq; ex illo malum profluxit. Est mox paulo illud quoq; relatu non inutile. Ego uero inquit Cicero, hæc efficiam ei candida Vita, puto. Vbi sciendum, Candida uita effici aliquid, Cum citra omnem reprehensionem fit. Nam quod in calce fere' idem M. Tullius ita scribit, Sed acta ne agamus, reliqua paremus, Iam uulgatius, extritius'q; est, q̃ ut quicquam promamus ex nobis. Nec pręterea id genus scitamenta consectamur.

¶ Sub manu. Caput LIX

s Vb manu, Adagio est elegans, quamuis obscuritatis non multę. Vtitur eo in Epistolis ad Lucilium Seneca, Consilium inquit, nasci sub die debet, & hoc quoq; tardum est nimis, Sub manu quoq;, quod aiunt, cõsilium nascatur. Significatur summa temporis celeritas. Tranquillus in Augusto. Ærarium militare cum uectigalibus nouis constituit, & quo celerius, ac sub manu annũtiari, cognosci'q; posset, Quid in Prouincia quaq; gereretur, Iuuenes primo modicis interuallis per militares uias, dehinc uehicula disposuit.

¶ Prouerbium quod est, Pallenicum aspicere, qua prodierit origine. Phlegra. Gigãtum prælia. Caput LX.

p Allenicum aſpicere, docto Prouerbio, dicitur in eũ, qui depugnaturus in hoſtem, generoſum quiddam uultu pręſeferat, Ac eximiam Animi Altitudinẽ, unde formido iniiciatur exaduerſum congredienti. Eius rationem ex hiſtoria promunt, Quod ita affecti Athenienſes in Piſiſtratum coorti ſint, apud Pallenem Atticæ Locum, cum is Tyrannidem inuaderet. Vel Pallene dicatur quaſi βαλλήνη παρὰ τὸ βάλλειν λίθοις. Veluti ita dicter, perquirendum eſſe hoſtem, quẽ lapidibus impetas. Quid ſi ad Vrbem Thracię Pallenem referas, nũcupatam quidem ſic à Pallene Sithonis filia, & Cliti Vxore, Sicuti auctor Hegeſippus eſt, in Palleniacis? Antiquitus uero dicta creditur Phlegra. Incolas autẽ Gigantas dixere, quibus conſtiterit aduerſum Deos bellum. Cæterum memoriæ proditur, Illuc delatum Herculem, Gentis feritatem, & in cæteros odium quoddam intimum admiratũ, cœpiſſe cum illis depugnare, Interim uero tonuiſſe frequenter, & crebra de Cælo cecidiſſe fulmina, Vnde obrepſerit fabellæ occaſio, cum Gigantibus ibi depugnatum à Diis. Strabo autem Libro V in Campanię deſcriptione, Superioribus inquit, annis fortunatus erat Campus nomine Phlegræus, In quo res à Gigantibus geſtas, inuulgant fabulę, nullam aliam ob cauſam, ut credi fas eſt, quàm quod Terra ipſa ſuapte uirtute pręliorum ęmulatrix eſt. Sed & ſexto Libro, Hinc inquit, ad Leuca, (Ea enim Vrbs nõ grãdis eſt) Stadia CCC ſunt. Ibi odoris aquam fœtidi effundẽs aſpicitur fons. Fabulæ tradunt, reliquos Gigantes è uicina Cãpaniæ Phlegra, cum Hercules pulſos exagitaret, Vocabant autem Leuternii, ad ea confugiſſe Loca, contractoſq; ſubiiſſe tertam, Et ex eorum cruore, talem effluxionem fonte contineri, Eam ob rẽ & Litus illud Leuternium uocari. Phlegram uero, ne hoc item ſubticuerimus, Cumanum agrum immo quidam dici, opinantur, quod tractus fere ille uniuerſus Sulfuris, Ignis, & Calentium aquarum copia ſit refertiſſimus.

¶ Palęphatiam papyrum produci in Prouerbium poſſe. Quo ſenſu fabuloſa pleraq; interpretetur Palæphatus. Quid ue Palęphatus uocabulum indicet. De Phryxo interim, & Bellerophonte. Cur dicatur Dędalus Simulacra feciſſe mouentia. Caput LXI.

q Voniam uero ducente nos Stilo ipſo, in fabuloſa dilapſi ſumus, ſubit nunc illud, Vt teſtatum apud Studioſos uelim, ſcienter, nec minus ornate, Libellos id genus, quibus fabellis inuoluta memorentur, quæq; fidem nõ capiunt, poſſe Palęphatiam dici papyrum, ab Auctore Palæphato, Qui incredibilium. i. τῶν ἀπίστων Volumina concinnarit. Nec me fallit, Virgilium, dum ad Meſſalam ſcribit, Palæphatiam papyrum ſimpliciter pro Libris eius Auctoris uideri accepiſſe, quando ita canit,

Quàm mala multiplici Iuuenum quot ſepta caterua
Dixerat, Atq; animo meretrix iactata, ferarum
Infamem tali meritorum more fuiſſe,
Docta Palæphatia teſtatur uoce papyrus.

Fuit Palæphatus hic Parius patria, ſiue, ut Alii tradunt, Prieneus. Vixit Artaxerxis tẽpore. Incredibilium Libros quinq; reliquit, Quos tamen ad Athenęum quidam reiiciunt. In eorum Primo Scyllę mentio fit, Quæ circũuenire hoſpites conſuerat, quam tamẽ aſtutia eua ſerit Vlyſſes. Atq; inibi Sirenas quoque fuiſſe meretriculas, idem Auctor prodit, quæ deceperint nauigãtes. Cõperta nobis pleraq; itẽ alia ſunt, digna, ut arbitror, ſcitu, Quę ſuis libris cõplectebatur Palęphatus, Ea ſi ſubiecero, nimirũ oleum, & opera Philologiæ nõ perierit. Nam quod fabuloſa tradit hiſtoria, Phryxum cum Helle ſorore fugientem nouercales inſidias uiſum eſſe per mare uehi ab Ariete Velleris Aurei, Quidam interpretantur, fuiſſe paratam fugienti nauem, cuius inſigne Aries foret. Palæphatus uero affirmat, Arietem uocatum Nutritorẽ, Cuius ſit opera, & conſilio liberatus. Item ſunt, qui ſcribãt fuiſſe Pegaſum mulieris cuiuſdam Equum uelociſſimum, Idem Palæphatus Bellerophõtis nauem accipit eo nomine. Multa de Spartis paſſim à Poetis memorantur, Eos Palæphatus ſcribit, cum

proximarum

proximarum essent regionum, aduersus Cadmum subito constitisse, Ac propter repētinos quasi de terra contractus, ex omni parte confluentes, Spartos uocatos. Repetit Idē hic quæ prodita fabulis de Dædalo sunt, qui uisus est Simulacra fecisse mouentia, Sed primus, ut inquit idem, Statuarum pedes a' se inuicem separauit, Aliis coniunctim eos fabricātibus. Naui quoq; cum Icaro filio Minois impetum euitasse, scribit. Et propter inuestigabilem fugam auolasse pennis, esse existimatum. Cæterum fuit & Palęphatus alius historicus, Qui Cypriaca scripsit, ac Deliaca. Item Attica, & Arabica. Vixit hic Macedonis Alexādri temporibus. Fuit & nomine eodem Ægyptius grammaticus, aut Atheniensis, ut alii uolunt. Porro' Palęphati nomen antiquum significare uidetur, Sed & diu prędictum, Vnde olim fere' Pueri in sacello Diuæ Mariæ Rhodigii græcis characteribus Christi passi, nostra inscriptione, Palæphaton Sebasma uenerati sumus. i. παλαίφατον σέβασμα.

¶ Cuiusmodi Prouerbium sit, Staterii paries, De Pausania breuiter. Cicero illustratur. Caput LXII.

Staterii paries, Prouerbium est. Quo commonemur, uerbis esse parcendum, ne, ut assolet, & docuit Plinius, redituras per iugulum uoces non satis prudenter effundamus. Multi enim in res odiosas sæpe incidūt nimis incaute, Vt plane' temporibus suis Staterio accidisse, M. Tullius scribit, Qui ea locutus est, bonis Viris subauscultantibus, interposito pariete, quibus patefactis, in iudicium'q; prolatis, rei capitalis iure damnatus est. Huic simile quiddam inquit, de Lacedęmonio Pausania accepimus. Ex iis patet, opinor, Adagii ratio, Sed quod de Pausania præcise nimis, ne dicam inuolute dixit Orator, Amplius uidetur aperiēdum. Fuit Pausanias hic Lacedæmonius, Vir quidem Longe pręclarus, Sed tamen in omni genere uitæ Varius. Nā ut Virtutibus plurimum eluxit, Sic & Vitiis est insigniter adobrutus. Huius enim est pręlium illud perillustre, Gręcis, Latinis'q; monumentis certatim celebratū, apud Plateas, Quo Persicum imperium, Duce Mardonio, in Gręcia accisum cōcidit. Erat Hic qdē Satrapes regius manu, promptus, Et, quod in rebus bellicis maximum semper fuit, Ingenii plenus, Ductabat porro' peditum ducentia millia, & quidem Lecta uiritim, Equitū millia XX. Cæterum Græciæ fortuna, & Ducis Ingenium solers, felix'q; exuperat omnia. Sed uictoria longe clarissima Pausanias elatus, magnifice iam de se cœpit sentire, Et maiora, ampliora'q; cōcupiscere. Mox & successibus aliis elatior etiamnum, cum Persarum Rege clàm de proditione agere cœpit. Sed cum in suspicionem recidisset, atque eo nomine capitis esset accusatus, pecunia rem transegit. At cum ad classem non remitteretur, Spōte ad Exercitum abiit, Vbi non mores solum patrios, Sed etiam cultum, uestitum'q; mutauit. Epulabat' more Persarum, Luxuriosius, quàm qui aderant, perpeti possent. Interim Argilius quidam, quem puerum Pausanias amore uenereo dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabazum accepisset, suspicatus mali quippiam, Ephoris Literas tradidit, At illi quamuis manifesto proditionis crimine Pausaniam tenerent, non prius tamen adhibendam uim censuerunt, quàm se ipse indicasset, Itaq; huic Indici quid fieri uellent, præceperunt. Fanum Neptuni est Tænari, Id uiolari nefas putant Græci, eo' Is confugit, In ara consedit. Inibi διπτὴν διάφραγμάτι καλύβην, hoc est Latibulum duplex disclusum compararūt, ex quo posset audiri, siquis quid loqueretur cum Argilio. Illuc ex Ephoris quidam dascenderunt. Pausanias, ut audiuit Argilium confugisse in aram, perturbatus uenit eo'. Quærit quid causę sit tam repentini consilii, Huic ille, quid comperisset ex Literis, aperit. Tunc uero Pausanias etiamnum commotior orare cœpit, ne nuntiaret, nec se meritum de illo optime, proderet. Ea cum excepissent Ephori, iamiam'q; comprehensuri illum forent, in Mineruę templum, Quod Chalcioecum uocant, confugit, ubi & turpissime interiit. Cæterum, ut ad Staterii parietem redeamus, Hinc Chalinus ille plautinus in Casina, cum Recessim cessisset ad parietem, imitatus Nepam, ut ipse ait, ad captandum Senis cum Villico sermonem, mox gaudio gestiens,

Nostra inquit, omnis lis est. pulchre præuortar Viros.
Nostro omine it dies iam, Victi uicimus.

Quo in Loco adnotatum ab Eruditis eſt, aſtipulante, ſuccinente'q; Pomp. Feſto, Oſculanam dici pugnam, qua uicti uincunt, natum id a' Leuino uidetur, qui a' Pyrrho uictus, mox eundem deuicit. Titinnius, Hęc quidem quaſi Oſculana pugna eſt, Qui in fugã pulſi, hinc ſpolia hoſtium colligunt.

¶ Conuiualis hilaritas omnibus pręponitur aliis, Vt qua reficiatur cum Spiritu Corpus. Titilletur Senſus, ac expergefiat Ratio. Conuiuæ cuiuſmodi requirantur. Vini Laus. De ferculis non nihil. Caput LXIII

Etiamſi, quantum eualuimus, In aliis, Quæ de Conuiuii ratione inter legendum digna ſe ingeſſerant, quæ non omitterentur, diu, affatim'q; perſecuti ſumus, Ex quo tamẽ in Platonici eminẽtiſſimi nuper Libellos incidimus, Eruditos imprimis, & Platonem ſuum reſipientes quidem plurimum, Sed & Sapientum quandoq; pomœria cæterorum introſpectãtes, Operępretium eſſe futurum, concepi, Si indidem non nihil præcerpſiſſem, Quod antecedentia condiret ſcitius, Et legentes dimitteret adminiculatiores. Illud uero fuerit primum, Eſſe quidem in Vita, Quæ Animum allectent blande, ac frontem remittant gratiſſime, Verum quod Conuiuio recte, nec citra modulum inſtituto Ipſum id præſtet uberius, atq; affluentius, Non fere' cõpertum. Id ut Verum ſcias, Sic collige. Inter Ariſtotelis placita, Et Medicorum eſſe, ꝓſtat, opinor, Sagax hoc, & prouidum Animal, Quem dicunt Hominem, duobus cõſurgere, ac coalitum augeſcere, Corporea mole, ac Spiritali Anima. Sed Corpori ineſſe craſſamentum quoddam Mẽbrorum, humectæq; poteſtatis, Adeſſe & Portionem prætenuẽ, ſubtilem'q;. Ea uero Sanguinis Vapores complectitur, ac Spiritus. Animæ item ineſſe duo, Senſum, ac Rationem. Quæ cum ita ſint, Liquet nimirum, Plenam inde Voluptatis honeſtæ uim, copiam'q; profluere, Vbi uniuerſim hiſce portionibus paria feceris. At Bona utiq; alia Vnam uix, aut ſummum Duas ſpectant, Cõuiuium ex omnibus unum modo, Et legitimum utiq;, Omnibus ſatiſfactum uult. Etenim Quis neſcit, Membra hinc refoueri inſigniter, Inſtaurari humores, Spiritum refici, Deniq; titillari Senſum, Ac Rationem expergefieri quodãmodo? Hic a' laboribus interqeſcimus, Curas Laxamus, Et ſuum ingenio ſufficitur Pabulum, Vt Beneuolentię gratiam mutuę, ac Magnificentię argumentum non repetã iucundiſſimũ. Tolle Cõuiuantium hilaritatem, Iam parte plurima euanuerit Amoris fomes. Amicitię cõdimentum, ac Vitę ſolatia, Inde quę fuſim progerminant. Si pręſertim legitime, Si'q; caſte coeant Conuicturi. Nec omnino Ventri Concœnes, Sed Animæ. Cõmunio ſiquidem Vitæ rectius, honeſtius'q; ſtatuitur Conuiuii finis, Quã Poculorum licentior inuitatio, Quod comprobaſſe Nominis argumento uidentur Græci. Id grauius multo, ac Sapiente dignum amplius, Vt Alimonia promiſcua, promiſcuum fiat & Mentis bonum, Voluntate compari. Quod ipſum & Varronis, omnium doctiſſimi aſtipulatu ſanciri nimirum ualet, Quoniã requiſiſſe Conuiuas animaduertitur Gratioſos, Muſicos, Literatos, Dum Illos diligenter indigytos mittens, Gratias cum Muſis coaptat, nec illis pauciores expetens, Nec hiſce plures. Qua ratione paulo iracundior inde ſummouendus plane' uidetur, ſummouendi & Quos atrior diuexat Bilis, Qui'q; Amariores nullo excandeſcunt negotio, Ni ita fuerint modo attemperati benigniore, ut Stoici Zenonis, & Platonici Xenocratis ingeniũ reſipiant. Quos Lupinorum imagine quadã miteſcẽtium, dum aqua macerant', Inuitatione ferũt paulo largiore mox ſolitos dulceſcere. Illud puto, fallit Neminem, Vitæ quodammodo Venenum Mœſtitiam uideri, ac Triſtitudinem. Sed & in Cõuictus ratione idipſum contingit fere'. Cęterum pręſto' præcellens eſt Antipharmacum, Siquidem caperatam mire frontem exporrigit Suaue, clarum'q; Vinum. Cui tantum attribuiſſe creditur Æſculapius, Vt æqua id cum Numinibus lance ſtatuerit. Suffragatur et Platonis ſemper fere' diuini bracteata ſententia, Ingenio, ac Viribus temperato Vini calore fomentum ſuffici mirificum, approbantis. Scien dum uero, Saliares dapes, ac Cœnas adipoſiores cũ Sardanapali plumis ab hoc genus Cõuictoribus non tam neſciri, quam ut caſtis moribus uenenoſas longe peius angue uitari. Pythagorica cum Pomis oluſcula renideant, amplius, fuſius'q;, Vt quę benignior affatim Natura ſuggerit

tura ſuggerat Parens. Nec tamẽ Euclionis ſordes hiſce nos putet Quiſpiam ſpectare, Commori enim Verius hoc dicatur, quam Conuiuere. Sed nimirum a' mediocritate nuſquam, ne latum quidem unguem, reuellimur. Salibus potiſſimum Ingenii cõdiatur, exhilaretur'q; Ferculorum, ac Miſſuum quicquid eſt. Ante omnia uero Mentis, ac Morum nitoribus colluſtretur Coitio, quotquot ſunt, omnium ſuauiſſima, Vt'q; plane' dicam, Vitę hilaritas, et cõdimentum longe clariſſimum. Quando nec Philoſophi abſtinendum eo cẽſuere, Quin & Priſcorum ſimplicitas nõ Heroes modo, Sed Deos etiamnũ ad hoc genus Voluptatum facile admiſit. Quas & Beatis ſubinde polliceri non deſinit Magmed, Orientalium Populis creditus fere' diuinus.

¶ Apologia breuis, Quid ita crebriter in Platonis uireta hoc opere diuertamus'. Philoſophi eiuſdem explicatur excellentia, Quam'q; ſit a' Chriſti placitis haud fere' diſſitus.

Caput LXIIII.

Oſteaquã adnuente optimo maximo Deo, Lucubrationibus noſtris, Quarũ ad diem hunc Libros ſedecim cõcinnauimus, Vmbilicum uideor iamiam impacturus, Placuit hac parte Multorum occurrere opinionibus, Quos inſigniter admiraturos, haud ambigo, Quid ita in Platonicorum Muſea frequeter adeo in hiſce libellis diuertam, Vt nulla non pagina Platonis nomen, perinde ac ſacrum agnoſcar uenerari. Ego uero (Etiam ſi nil me fallit, celebrẽ adeo in omni Sciẽtia Virum Voculis noſtris uel indiſertiſſimis haudquaquã indigere.) Quo plene ſatiſfactũ ſibi opinaretur, Quiſquis eius doctrinæ, ſeu Theſauri potius ad hãc horam fuit incurioſus, Beſſarionis multiplici eruditione inter Græcos, Latinos'q; eminentiſſimi ſententia eſſe cõtentus abunde poteram, Apud quem Epiſtola quadam ſic adnotatum comperi, Siquid in hac induſtria noſtra uel Eloquentiæ, Vel bonarum Artium cognitionis eluxit, Siquid fuimus, Id omne Vel Nos a' Platone accepiſſe, Vel ipſum ſibi ſe defendendo ſuppeditaſſe, facile exiſtimari patimur, & Volumus. Cæterũ cauſæ noſtræ collibuit patrocinari latius, Etiã Recuſantibus, ac in Auguſtioris Scientiæ Virum impie nonnũquam infrementibus ampliter Sapientiæ magnitudinẽ, claritatem'q; ingerẽdo, Quam Auctor eminentiſſimus in Phædro, Cum de Pulchritudinis ratione diſertatio inſtitueretur, a' Deo Auri nomine ſignificatam petiit intentiſſime. Quod eſſe pulchritudinem Animi hãc, & proinde internam, eo'q; pretioſiorem opinabatur. Id uero Philoſophus ſuo ſeculo ſingularis Plotinus primũ, Mox & Porphyrius, ac Iamblichus, Vt de Proculo taceã, in Sinu quidem reconditũ intuiti mũdiſſimo, Verum neſcio quibus obductum, cõuelatum'q; ambagibus, ita expurgarunt ſępiꝰ excoctum, Vt plane' Puſtulatum fieret, ac Obryzum, defecatiſſimum'q;. Vnde Cũcto Terrarum Orbi illuxit inenarrabilis Sapientiæ amplitudo, atq; maieſtas, Et, Quod mirari non uacat ſatis, Chriſtianæ Veritatis, Sanguine diuino Saluatoris præpotentis ſancitæ, Ita Veſtigiis adnexa, conglutinata'ue, Vt Similitudo maior cogitari magnope nulla poſſit. Quod ut uero ſciamus uerius, Non'ne Pythagoricum Legimus Numeniũ, Quẽ magnus ille Origenes ſacræ Interpres paginæ admiratus adeo eſt, Vt Philoſophis fere' anteponendum omnibus cenſuerit, Cum Moſayca, et Platonica expendiſſet myſteria, intonuiſſe altius, Platonẽ uideri prorſum Moyſem alterum, Attica eloquẽtia Diuinitatis arcana rimantem, propandentem'q;? Id Quod, opinor, expreſſit Parmenides, A' quo Dei cõmonſtratur Vnitas, Rerum Ideas omnium .i. exemplaria, & Rationes continentis, aut eminentiſſime producẽtis. Expreſſit cum Zenone Meliſſus, Qui, Cæteris modo uiſitationem facientibus, Solũ eſſe Deum, aſtruit conſtantiſſime. Iam uero Mundi natalia repetens Timæus, Boni gratia Illũ ab Artifice productum Deo uaticinatur, Primo'q; Cælum eſſe creatum, Terram'q;, interſito mox Aere cum aqueo Elemẽto. Quę omnia perſeuerantiæ eum ſint habitura modum, Quem Summi Opificis præſcripſerit Sapientia. Sed & Dei Charagma eſſe Hominem, pronuntiaſſe Idem animaduertitur. Cui Terrena ſubiiciãtur uniuerſa. Politicus uero cum Protagora, Menexeno, Critia Eundem ex Terrę uiſceribus, Nutu agente diuino, eruit mirabili ratione. Ac, neqd deſit, Peracto Mundi ambitu, etiamnum ex eiſdem comprobat reuictuꝝ. Cuius in Dei aſſimilatione, ac fruitione plenam demum futurã felicitatẽ, Docuit Philebus,

Nec reticet cum Phedone Theetetus, ac Phędrus. Iam & in Legum libris Esse Deum rerũ mensuram omnium, Legimus, Imprimis uero, Si Deus quandoq; Hominem induat. Legimus & Superbis Deum obsistere, Humilibus autem benignius gratiam impertiri. Quid uero illud in Epistolis inenarrabile Patris mysterium, ac Filii? Sed & inibi maxima traditum Pietate nouimus, Diuinorum adyta rõnibus penetrari haud posse, Posse autem Mentis puritate, ac cum Deo assimilatione intima, Quæ in Animis ignem succendit, amplius coruſco promicantem Lumine. An non admirabilis Heri Pamphili Decimo de Rep. ad Vitam reuocatio, Elysiorum peramœna specie, Paradisi nobis delitias expingit infinitas? Nec prætermittitur inibi Expiatorius Locus, Animas eatenus cruciabiliter excarnificans, Donec.

Concretam exemit labem, purum'q; reliquit
Æthereum Sensum, atq; Aurai simplicis Ignem.

Sed & Infantilis Limbus nec tacetur eadem parte. Verum illa Socratis documẽta, cuius nãdeniq; sunt modi? Non pili esse faciẽdum Tempus. Immortalitatis curam omnibus anteponendam. Fortuita facile spernenda, Modo quæ Perpetuitatem respiunt genuinam, assequconnitamur. Illatam uero iniurię uim accepta longe uideri pestilentiorem. Velis, Remis'q; adnitendum, Vt Artifici eminentissimo, ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει, Suo restitutam candori, ab omni'q; prorsum defecatam labe Rationalem Animam, Diuinitatis expressiorem Imaginem, synceriter, integre, Sanctè'q; offeramus. Quo nomine Laches Spõtali Peccatorum confessione, ac pœnitentia nil astruit præstabilius. Quin & primo quoq; tempore omni arripiendam pede, Quia diu concreta modis inolescere miris, Cõsentaneum est. Nec medicam facile manũ admittere, Vel subinde recidiuam intẽtare. Nam ex Intẽperanti Animorum affectiõe Vniuersa, et quidem agminatim, mala erũpere, docuit Charmides, Quod si Temperãtia denuo succreuerit, succrescere & Immortalitatis bonum incõparabile, Quo sane in Virenti, amœno'q; perfruebantur Homines Hortulo, prius, quam a' Diuinis ad fluxam collaberentur naturam, Quod uelut ex Oraculo Mosayco comprobat Critias. Nec in prauum obdurati Dæmonis Impostura reticent Timæus, Phędrus, ac Diotima. Sed Terras diuinitus Aquarum molibus adobrutas, Cum omne in prȩcipiti uitiũ staret, Ad Rationalis fere interitum naturę, ac Animantium cunctarum, Idem nos Cõmonet Critias. Cæterum quo nam piaculo reticuerimus Academici Principis sentẽtiam nobilem, Qua is ad Diuinitatis intima euectus animaduertitur, Quo apud Animum meũ non magnopere admirabilius aliud, Quo'q; amplius, uelut attonita, hebescat Mens, Latẽtium Causarum indagine certa rationem conqsitura? Tantisper inquit diuinus Plato, Meis acquiescendũ documẽtis, cõmonitionibus'q;, Donec Homine augustior Quispiã, sacratior'q; sese in Terrarũ ostẽtet Orbe, Veritatis adyta, fontes'q; arcanos recluſurus, Quẽ Velut Ducem inenarrabilẽ insequantur Omnes. Verum ne in operis calce (tametsi mira excellentium rerum dulcedo arridet, Quę transuersum auferat Animum) fiat ἀθυσήνιον ἐπιφόρημα, Iam & Capiti, & Libro Coronide inducta, conticescam, Optimum, Max. Deum apprecatus, Quod Vitæ superest etiamnum, Ita liceat hisce impertiri Curis, Vt eius recinant Laudes, Et Studiosorum Iuuenum subseruiant emolumentis.

FINIS.

INDEX EORVM, QVAE PER INCVRIAM SVNT INSIGNITER AB IMPRESSORIBVS ADMISSA, PECCATVM ET IN ALIIS, OPINOR, SED ITA, VT OPERAM SIBI VEL MEDIOCRITER POSSIT ERVDITVS IN EO PRAESTARE.

Ex Libro primo.

Capite X. Vbi legitur fere in fine, Verticulum maiorem, Lege Ventriculum. Item Capite XI in fine, Insidient, scribe insident. Item Capite XXXVII Euchetæ, scribe Euchætæ. Item Gnosci, scribe Gnostici.

Ex Libro secundo.

Capit XXXVII. ὑωειδὲς scribendum ex Galeno ὑοειδὲς, Item Capite de Synanche, perperam ibi scribitur Symanche. Vbicunq; scribitur Plynius per y. suggerit debet i. Quoniam nomen est latinum, ut inquit Cęcilius Minutianus Apul. in Orthographia. Author itē eiusdem auctoritate nequaquam recte scribit, Sed Auctor, quia sit primigenium uerbum. Holcymos. uidetur scribendum per y. ab ἑλκύω.

Ex Libro tertio.

Capite II in Indice, Ardadalia, scribe, Ardalia. Item Capite X Ὕλαο', scribe πύλας. Item Capite XIIII. Ordinem nonnulli interpretentur, lege interpretantur. Capite XV. Molicies quędam, scribe Mollicies. Item κάπη, scribe κάπη. Capite XXIII. Pars proprie humiditatis, lege propriæ per diphthongum. In eodem, In Cerebri nentriculis, lege Ventriculis. Capite XXVI. Silphium offerentium uota, lege, nota. In eodem, minutissima, quęq; expendē tem, tollēda distinctio est, ut legas minutissima quæq;. In eodem, ad ires uoccultas. lege ad Vires occultas. Item expugnandi uim, lege expurgandi. Itē Apiros uero aliud prorsum est, adde quandoq; uerbum, ut legas, prorsum quandoq; est. Item Pęgma, expunge diphthongū. Caput, quod insequtur, ut XXIIII. recensēt, cū sit XXVII. In eo ubi modo impressum est, Erodunt sæpe, perdūtur q;, lege erodunt. Capite XXVIII. Prius, q̄ sedatio motu, lege sedato motu. Itē Ioui, Diis, lege, Ioui, Diis q;. Item in Asparagum, lege, inde Asparagum. Item in Carmine Hesiodico, ἕπαπι τύχει, lege ἤπαπι. Item Alium quēuis iniungi, lege inungi. Item clancularium q; Vitiorum se nimium, lege Seminium. Capite XXX. Nunquam postea feri a Serpente, legendum feriri. Item Non fere est, quàm nesciat, lege, qui nesciat. Item augerent Serpentes, repone, angerent. Item ex Vtero erumpuntur, legendum, erumpunt. Capite XXXI. in Lemmate, Enarratus Ciceronis locus, scribe, Enarratur. Itē de Anaxandriæ, legendum, Anaxandride. Item Vnum mentem agitantem, legendum mente. Itē Thragœdiarum, expūgenda flatilis est. Plautino dicat, legendum, dicit. Item Siquid inauspicati & omnino si, lege, ominosi. Pręstabimur, legendum præfabimur. Scioli, nescio q;, reponendum, nescio qui. Plerunq; aduocare, lege, Pleraq;. Capite XXXIII. Qui congestasse opes, distingue, Qui congestas se opes. Item Ilignum, Quer. numus, lege Ilignum, Querinum ue. Item Obelischolychnos, scribēdum, Obeliscolychnos. Capite XXXIII. Qui deinceps, emenda, Qui ne deinceps. Item συνδιαικεῖν, repone, συνδιοικεῖν, Item ad telam secum, distingue, se cum. Item Cantherius, expungenda flatilis est. Capite XXXIIII. Pachites, lege, Pachytes. Item Crite, scribendum Crithe. Item Encātides, repone, Encāthides, Sic & post paulo. Item transeuntes, substitue transeunter. Item Postia, scribe Posthia. Item Pupillo, legendum, Pupilla.

Ex Libro quarto

In Epistola, restituisse, legendum restituisses, Item tuis, me dum hominem agam, sic distingue, tuis me, dum hominem agam. Capite primo, Qui soluant Orationem, lege, Qui so-

lutam orationem. Item Rhetoricæ elocutioni, Legendum, Elocutionis. Item Cognationis auidum, ſubſtitue, cognitionis. Item adeo inanis eſt. Epicureorum, tollenda diſtinctio eſt. Item Theoricen habet, lege, Theoreticen. Item emaculetur uirtutibus, legendū emaculet. Capite II. νεωτεριακθέντα, lege, νεωτεριαθέντα. Item quaſi ἀργύρεα χημεία, lege χημεία. Itē ne Homero ſuo parcit, legendum, Ne Homero quidem ſuo. Item Etiamſi potuerint, repone, potuerunt. Item Ne illud quæſo, ſcribendum, Nec illud. Capite III. παιδακτωγίαν, lege, παιδαγωγίαν. Item explicatas per allegorias, legendum, explicatis. Item Cathaphorica, ſcribendum, Cataphorica. Item Nam ſi is, ſcribe, his. Item Dæmonis, lege, Damonis. Hunc tamen Plut. Dęmonidē dicit. Capite IIII. Deſtituerint in Poeticam, lege, in Poetica. Interpictas, ſcribe, pyctas. Item'q; Geometriam, ſcribendum, Item quæ. Et paulopoſt, Quo Diuinaculo, lege, Diuinaculos. Natura prodiues, lege, Procliues. Item Sunt'q; excellentię, Reponendum, Sunt qui. Item Sed Virgilium, ſcribe, Vergilium. Capite V. ἀχρᾶς, ſcribe, ἀχ ὁρᾶς. Et paulo poſt, uobis, ſcribendum, nobis. Capite VI. Syzygiam Trodeaicam, lege, Trochaicam. Capite VII. Commode proſum, ſcribe, Prorſum. Item & Audacia, lego, Audaciam. Item peruidebitur, repone, peruidebit. Item uiſa Deo, legēdum, Vis a' Deo. Capite IX. Et per flatus tumultuentur, Iunge, Perflatus. Capite IX. Etiamſi Viros modo eos putent, lege, putant. Item Inire ganeata, ſcribendum, mire ganeata. Item frugalitate inſignes fouiſti, legendum, fuiſſe. Item quieti ſe traderant, ſcribe, traderent. Item Arabeſtratus, ſcribe, Archeſtratus Opſophagorum Heſiodus. Capite X. Inter mortales euētos, ſcribendum, cunctos. Item Pincentum, ſcribe, Picentum. Capite XI. Muſæum, ſcribe, citra diphthongum Muſeum. Item haberetur exemplum, repone, exemplar. Item Megaleti, ſcribendum, Megalarti. Capite XII. Hahebis, reponendum, habebis. Capite XIII. Mentem deo penitus ebriam uideri iam renatum, lege, renatam. Item Anaxandrides uero, legendum, Anaxandrides non. Capite XV. ὑεοθηλέα, lege, νεοθηλέα, Item prope' finē, Incumbat potio, ſcribe, Incuruabat potio. Item Vocant, rectum, lege, Vocant, ideſt rectum. Item uere loqui eſt, Scribendum, Vera. Capite XVI. Ex Stuſtioſis, lege, Studioſis. Item Sed & Mercurii ſtatua ab eodem, Veretro porrecto celebrat, legendum, citra interpuncta, & celebratur, non celebrat. Item magis prominentibus, ſcribe, magnis. Item Vt ſcribit Euſtathius? Tolle interrogandi notam. Capite XVII. Punicoſos lapides, ſubſtitue, Pumicoſos. Capite XVIII. μὴ καὶ τ' θυμὸν, lege, τ' ουμὸν. Item Aſini Scenophori, repone, Sceuophori. Item in fine, Philidium, lege Pilidion. Capite XIX. Theoidem applelatum, Scribe, appellatum. Item humidatis copia, legendum, humiditatis. Item copioſe diſcernimus, ſcribe, differuimus. Item Agnoſco ſimilitudinem comparem illi me fateor. Diſpunge ſic, Agnoſco ſimilitudinem, Comparem illi me fateor. Capite XX. Herodotus adiicit, Scribendū, Herodorus. Item illinc præcipitentur, lege, præcipitetur. Item in fine, ἴεσθαι, ſcribendum, cum Pſile, ἰέσθαι. Capite XXI. De Cynthia quæritur. Tolle diphthongum, Et ſcribe, queritur. Item, Succum nigricantem eſſet, Scribe, eſſe. Capite XXIII. Qualis fere' Hectorea. dicitur Coma. Tollenda diſtinctio, legendum'q;, Hectorea dicitur Coma. Capite XXV. Quod per monumenta facit, lege, per momenta. Item Succendit acrius, Legendum, Succenditur. Capite XXVI. Ex titulo, Coniſalor, ſcribe, Coniſalos. In Cap. ipſo, Hæc inqt, ὦ Solon, Cur Iuuenes noſtri faciunt, legenda hæc cum interrogatiōis nota. Et Paulopoſt, Patin, Scribe Paton. Item Et abundanti, lege, ex abundanti. Cautio conuiualis, legendum, Cantio. τήσειας, repone, ζήσειας. Capite XXVII. Situ porro' dignum, Scribe, Scitu. Capite XXVIII. Etenim quotus quiſq; gratum agere nouit, addēda interrogationis nota. Capite XXIX. Ex titulo. Item Sceptrum oſtrea, diſtingue, Sceptrum. Oſtrea. Capite XXX. Sed Scientia errore. diſtinctius legendum, Scientia, Errore. Item Falſo' poſthabito, tollenda eſt accentiuncula. Nam falſo nomen eſt, non aduerbium.

Ex Libro quinto

Capite XXXV. Legitur modo, Cui grata eſt Placenta, nuncupatur Philoplacuntos, ſcribendum, Philoplacus.

Ex Libro Sexto.

Epiſtola ulo, Pagellam, Repone Paielum. Capite. XVII. Vbi exponitur quid Puteal, & Ouid Carmen adducitur, Si puteal, Ianum q; times, celeres q; Calẽdas. Adde iis, Quę diximus ubi. Victorẽ. In Regionis Vrbis Octaua Locare Puteal Libonis, & Ianos duos, Qui eſſ Mercatoribus frequens locus. Capite. XIX. Pictura nobilis, lege, Pictura haud ſane nois. Item Capite XXVI. in fine, In Ægeo, Legendum, Ab Ægeo. Item in titulo Capitis LVIII. Lyceus, ſcribe Lynceus.

Ex Libro Septimo.

Capite I. ἀφολουσικῶς βλέπειν, Lege ἀπολαυσικῶς. Item Capite XXXIX. in titulo, ubi legitur Ammone, Scribendum, Annone.

Ex Libro Decimo.

Capit LXIIII. Apud Alexandrum fidibus utenti. Lege utentem. Item Capite LV. In Lemnte duo illa expungenda ſunt uerba. Quid unde.

Ex Libro Decimoſexto.

Capi XXIIII ἐπόιεσα Legendum, ἐπόιησα.

Porr Helidis ciuitatis nomen cum flatili ubiq; adnotauimus. Sciendum, Græcorũ doctiſſimi uerbo eiuſmodi non aſpirare.

A BB CC DD EE FF a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
& ϱ ϗ aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss
tt uu xx yy zz && ϱϱ ϗϗ A B Omnes ſunt quaterniones,
præter DD & FF Duerniones, & B quinternionem.

VENETIIS IN AEDIBVS
ALDI, ET ANDREAE
SOCERI MENSE
FEBRVARIO
M. D. XVI.

BIBLIOTHÈQUE PUBLIQUE ORLÉANS



BIBLIOTHÈQUE PUBLIQUE ORLÉANS